BIBL. NAZ
Vitt. Emanuele III
165
G
11-17
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

# DECISIONES
## SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
CORAM R. P. D.
# ANSALDO
## DE ANSALDIS
PATRICIO FLORENTINO

Rursùs in Lucem editæ, à veteribus mendis expurgatæ;

AVCTÆ

Numero earumdem Deciſionum, noviſque additionibus
ejuſdem Auctoris:

DEMVM

Locupletiori Indice refertæ ab ANDREA LVPARDO I. C.
in Romana Curia Aduocato.

DICATÆ SANCTISSIMO D. N.
# CLEMENTI XI.
## ALBANO
PONT. MAX.



ROMÆ, MDCCXI. Typis Reu. Cameræ Apoſtolicæ.
SVPERIORVM FACVLTATE, ET PRIVILEGIO.

Digitized by Google

# SANCTISSIMO D. N.
# CLEMENTI XI.
# PONT. OPT. MAX.

## *ANSALDUS DE ANSALDIS FELICITATEM.*

DECEBAT, Princeps Sanctiſsime, ut hunc qualemcumque laboris, vel ingenij fœtum, perperàm ab extra, & ob id forſan minùs amanti Nutrice ablatum, & nuper ſub oculis meis alendum meo pectori reſtitutum, rursùs Sacratisſimo Nomini tuo conſecrarem:

 Quem-

Quemadmodùm enim, ut reor, ille hodiè magis comptus, magis auctus, pinguiori adipe refertus, & à mendis, in quæ miſerè inciderat, vindicatus, denuo redit in Lucem; ità nefas erat ſola tàm arctè, tàm levitèr tui Principatus initia in præcedenti dicatoria Epiſtola tetigiſſe, quaſi poſteriora, admirandaque Sanctitatis Tuæ geſta reticendo, hanc quodammodò præſenti Sæculo gloriam, ſpecimen, ac exemplum futuris idividêre videremur. Decebat, vt ipſe, qui præcurrentibus, atque impellentibus egregijs Animi tui fulgoribus, etiam in altero, licèt rudi monimento De Commercio, & Mercatura, laudum tuarum mihi decus uſurpaueram, Teque Principem ſenſeram, colueram, & palàm deſignaueram, antequàm eſſes; & quandò ob ætatem tàm longè aberas à Summo Sacerdotio, quàm propè eras Virtutibus; prænunciatæ Veritatis omen ſuperuenta Magiſtra omnium rerum experientia, & diuinitùs data Imperii tui duratione à turpi Aulicæ adorationis ſtudio, imò à cuiuslibet aſſentationis ſuſpicione redimerem: Quamquàm ſat eſſet citò pudori meo conſuluiſſe concors iudicium Apoſtolici Senatus, qui Te adhùc in adeò florenti ætate, & inter tot Candidatorum Senectam, conſtantibus Votis, & per triduum vſquè publicè defixis, tandèmque Vrnâ ſolo tuo Nomine plenâ, in Supremum Pontificem renunciauit, ea tui ipſius iugi, ac forti reluctantia, ut prætèr Eligentium obſecrationes, & lacrymas, adſcito etiam ab extrà Oraculo quatuor Virorum Doctrina, & Pietate illuſtrium, ſineres dubitandum, an ad Vicariam Dei Poteſtatem magis natus, vel humana, diuinaque vi electus, aut raptus eſſe videreris: Sat quoque fortaſſe forent, ad aſſerendam Indolis meæ libertatem ingenuam, primordia eorum ſalientium radiorum ſuprà Montes tuos, quibus à principio ſtatim, ut innueram, illuminaſti totum Mundum; eoque coruſcanti ſplendore, ut nedum oculi noſtri, qui ſemper ſtant in manibus Domini ſui, ſed nec acriores exterarum Gentium obtutus, qui altiora geſta

Do-

Dominantium à longè cognoſcunt, poſſent facilè dignoſcere, utrùm inter utriuſque tui Principatus Studia, præſertim in illis tempeſtatibus, Sanctius illicò impleres Petri Sedem, vel auguſtiùs ſuprà temporale faſtigium aſſurgeres. Ex minimo etenim vngue Regii demonſtrantur Leones, & manifeſtatur ex parvo unius digiti indicio ingentium quoquè Statuarum magnitudo.

Verùm, ut Ego ab omni importuna abſoluerer verecundia, deinceps, non ſinè Numine contigiſſe puto, quod expectata tot Sęculorum revolutione, inſueto ligone vulnerata Tellus, triumphalem Antonini Cœſaris Columnam, intrà propria viſcera latentem, & fermè cum illius memoria conſepultam, aperto feſtivo Sinu monſtraverit, ut provocata Populorum gtatitudo certatìm Tibi, Pontifex Sanctiſſime, uſque in ultimum ævum duratura monimenta inauguraret, cui jam ſpontè quodammodò ſua è proprio Solo erumpentia tàm inſignia Vetuſtatis decora naſcebantur. Nequè crediderim Temporis edacitatem incuſandam, ſed propido Syderum beneficio, atque conſilio referendum, quod aliquæ ex Imaginibus ab ejuſdem Columnæ Stylobate, ſivè intermedia elatiori baſe pendentibus fauciatæ, truncæ, aut corroſæ repertæ fuerint, ad hoc, ut alacriùs, hiſce vanis antiquæ Superſtitionis Iconibus ademptis, ad inibi ſubroganda longè magis illuſtria, magiſque firma tuarum Virtutum Simulacra, Poſteritas alliceretur.

Vereor equidèm, Principum maxime, nè dum ſuetus liberam in Tribunali Tuo dicere Sententiam, impellente Juſtitia non mea dumtaxat, ſed omnium profero palàm Vota, Tua me arguat modeſtia, increpet moderatio præſertim, quia nequaquam ambulans in mirabilibus ſuper Te, Tu ipſe majorum potius Cœlaturas, Ædificia, Picturas. Ornamenta, cæteraque hujuſmodi, citrà ullam inanis gloriæ cupiditatem, ab invidis Sæculi dentibus eripiens, præcellentibus Viris ære liberali conductis, priſtino nitori,

ac

ac quodammodò Vitæ reddidiſti, utiquè præter totalia reparata, aucta, ac fermè rursùs excitata Templa exuberaret Proſpectum, & Porticum Deiparæ dicatæ Tranſtyberinæ Ædis inviſere, Sanctorum Michaelis, Stephani, Fabiani, Creſcentini, Theodori, Brigittæ, Xenodochia, Domus, Eccleſias, Altaria, Sacella, vel à vetuſtate redempta, vel Baſilicæ novitèr extructa intueri: Satque pariter eſſet Vaticani Sydera æquantis Palatii ſacratas undequàquè ſemitas, vel omnem ferè angulum etiam feſtinantèr percurrere, ut emicaret, quantum ei, adverſante quoquè valetudine, & Medicorum conſilio, Clementis præſentia profuerit. Pantheon prætermitto, à profana jam Superſtitione expiatum, & inibi Cylindriacas moles non tàm Ævo, quàm invidia Barbarorum afflictas, hodiè ad propriam lucem revocatas inſpicere. Quid ultrà exequar, dum & ipſum Antonini Trophæum, quod, totâ induſtriâ imploratâ nupèr extiterat ab ulnis Terræ præreptum, Princeps Modeſtiſſimus metuens, ut ità dicam, quæ mea excogitaverant deſideria, in publici Amoris vectigal illicò juſſit, quantum fieri poterat, per Artis audaciam, Antonino reſtitui. Cumque non tua, ſed noſtra quæras, ne unquam Subditorum, Populorumque ad hanc Regiam, & Sacerdotalem Urbem aſſiduè confluentium neceſſitati res Frumentaria deeſſet, extructis magnificè Ædificiis, hoſpiti Annonæ per Te felicitèr in tanta temporum acerbitate cuſtoditæ ampliſſimas parando Manſiones, ſenilia inſimul veſtigia penitùs collabentium Diocletiani Thermarum ab imminenti ultimo excidio præſervaſti. Hinc quoquè fortunæ Privatorum publicam utilitatem immiſcens, nè vagos, egenoſque Adoleſcentulos prava deſideria dulcedine otii pellicerent ad Crimina, propè Ripam Fluminis, ſtatuto ſuprà victum præmio rectè operantibus magis Theatrum induſtriæ Opificio, cunctiſque artibus aperuiſti, quam Officinas; fabricato inſuper loco, ut ſi quos cæterorum non provocaſſent exempla, correctionis

ſaltèm

ſaltèm medicina compelleret: Indè vacuæ Latronibus viæ, aucta Mercium vbertas, inſita pectoribus Pietas, moreſque illorum, qui portaverint iugum ab adoleſcentia ſua, ad cenſuram redacti. Tantaque fuit Summi Providentia Paſtoris, vt nè reliquæ Merces, & Cibaria ab Vrbem traiecta, ipſis etiam Cymbis, paruiſque Nauibus appulſis ſub noſtris oculis fruſtrà lacrymantibus, mergerentur, in altera Ripa eiuſdem Fluminis eleganti Portu conſtructo, ſecuritati Nautarum, Ciuium Annonæ, ornatui Urbis, ſumma felicitate conſuluerit, ſuperbiente Tyberi, qui ſeſe per Principis munificentiam quaſi Mari ſimillimum gloriatur.

Mira hæc, & alia haud facilè aſſueto ingenitæ Tuæ humilitatis velamine obtegenta, ſed non ideò, Pater Beatiſſime, emeritis orbanda Virtus honoribus, tribuenda Poſteris occaſio, Sæculum præſens de ingrati animi vitio criminandi, & ſuper excellentia geſta Sanctitatis Tuæ contumaci abſcondenda ſilentio, quàndò ex contrario ſtudio, atque ratione Maiores noſtri clariſſimorum Virorum, ac Principum facta triumphali Celte ſculpentes in Silice futuris demandarunt; Ægiptii Pyramidibus, & Obeliſcis, Quirites Arcubus, Simulacris, & Columnis, expulſaque Gentilitatis caligine eadem militans Eccleſia, per Templa, & Altaria, plaudit triumphanti.

Vtinàm Tua, neſcio an dixerim, Moderatio, vel Magnitudo toleraret, vel mea ſufficeret exigua fortuna, ſuprà namquè priſca Vrbis, & Memphæos miracula, Arcus, Trophæa, Columnę glorioſè Tibi aſſurgentes Poſteritati monſtrarentur, nuſquam feliciùs pretio Lapidum labor, & ingenium reſpondiſſet Artificum. Vidiſſet Poſteritas in Orientali fronte Religionem, more triumphantium Currui Immortalitatis inſidentem, decoro, atque gravi vultu Te vel inuitum, & lacrymantem præcingere Pontificiis inſigniis; Currum circumdaret plaudentium agmen Virtutum; eam-

eamdemque frontem implerent Populi, nedùm Ditionis Tuæ, ſed totius Europæ, ac vniverſæ Terrarum Nationes, & Inſulæ, habitu, lingua, moribus, colere diſtinctæ, quæ genibus deflexis anxias Summo Deo preces fundebant, nè renueres. Longè parùm adſtaret ore verecundo Nobilis Eccleſiaſtica Iuuentus, Sacra Sacerdotum Cohors, idipſum metuentes, & exorantes, nè poſtmodùm, vt felicitèr è contrà ſortiti ſunt, opportuno Diuerſorio, & conuictu, decoro conducto Hoſpitio ad morum honeſtatem firmandam, ſacraſque Litteras addiſcendas, Te Pontifice recuſante, fraudarentur.

Meridianum latus occuparent tot miſſæ Legationes, etiam præcelſi tui ſecundùm Carnem Nepotis, vel ad periclitantis Religionis præſidium, vel ad fœdera componenda, aut obtruncandas Fidei in vaſtiſſimo Sinarum Imperio contentiones, Tua poſtmodùm edictali è Vaticano Sanctione firmatas, ſpargendumque Euangelicæ Prædicationis Semen, etiam in Agros, barbaraſque Gentes ab Orbe noſtro diviſas. Inde, nè multa quidem foret meſſis, Operarii autem pauci, ære Tuo ipſius Orthodoxæ Fidei propagationi deſtinata, creuit habitatio, Villæque Pontificiæ ſecùs Vrbem fructus appliciti per pietatem, & magnanimitatem Tuam eorumdem Operariorum ſubſtentationi, quiuè, tamquàm Cinnamomum, & Balſamum aromatizantes, veræ odorem ſuauitatis vſquè ad extrema Mundi Terraquei confinia diffundunt; Quarè citrà quæſitum laudis mendacium, non diffiteri neceſſe eſt, quod Te, Princeps Sanctiſſime, Petri claues beatiùs moderante, & apud Sacras Viti, & Modeſti Ædes pluſquam aſſueta ſollicitudine, & vigilantia reſtituente Catechiſmum Aduenis, & Peregrinis, Tuorumque Prædeceſſorum longè ſuperexcedente veſtigia, etiam in Suburbanis pium hoc opus ſubextendente Accolis, & Agricolis, & nouis uſquè Parochialibus Eccleſiis, nè Tua Plebs extrà Mœnia, & Pomœria Vrbis pabulum

iſtud

iſtud quotidiè eſuriret, finitimos proindè Ianiculis Colles, Agroſque propè Baſilicas Diui Pauli, ac Beatæ Agnetis, & alibi ſparſim locupletante, profectò illa Roma, quæ fuerat Magiſtra erroris, nedùm coruſcantior euaſerit diſcipula, ſed æquè perfectior Magiſtra Veritatis. Nequè abs re foret, ſi anguſtia ejuſdem Lateris Auſtralis pateretur Auguſtam Sanctitatis Tuæ Perſonam rursùs in Angulo ſaltèm intuentium oculis exponere, quandò raro Supremi tui officii Paſtoralis exemplo in Collibus Suburbanis aliquot dies traiicere reſtaurandæ valetudinis neceſſitate compulſus, adhùc non ſolùm minimè quicquam Apoſtolicis Curis, & expeditionibus detrahebas; ſed modò Oues tuas Sacroſancto Euchariſtico Pane propria manu paſcebas; modò ore tuo potioribus Chriſtianæ Fidei Elementis erudiebas.

Quodque hæc Tibi, citrà aſſentationem, & ſtudium, deberentur Simulacra, atque Trophæa, Tertia ſubſequens oſtendiſſet frons Occidentalis, in qua non per ſolam mentis imaginationem, ſed ipſiſmet oculis obuerſari mihi videbatur Imago, quandò cunctis ab ore Sanctitatis Tuæ pendentibus, Gregem Tibi commiſſum è Throno Apoſtolorum Sacrâ edocebas facundiâ, quæ forſan, Vitam in Terris agente Auguſtino, illum cohibuiſſet, nè tàm flagranti deſiderio exardeſceret audiendi Paulum prædicantem, Hinc etiam in eadem Occidua parte ſculpi ſatagerem, quandò ad inſtar ipſius Pauli, Vaſis ad portandum Nomen Jeſu coràm Gentibus præelecti, non ſolùm fermè per circulum cunctas Latini Ritus Eccleſias, quas omnium Nationum Pietas quodammodò emulatrix erexit in Vrbe, quantum decebat Maieſtatem Pontificiam, ſæpiùs Perſonali Viſitatione luſtrabas; ſed & quotannis Græcorum Diuo Athanaſio dicatum Templum inuiſens, & inibi per Te ipſum præ cæteris celebrato in Redemptionis noſtræ memoriam Auguſtiſſimo Sacrificio, illorum corda, Romana benignitate, & Amore mulcendo vincebas: Et idcircò Te ſuper Occa-

ſum aſcendente, velut vtrique Orbi Lucis Tuæ iubar expanſuro, nil mirum, ſi felix induſtrii Scalpri conſilium pro hoc Occidentali ſpatio replendo deſignauerat Lauacrum, cui duriores Infideles ope Tua, manibus Tui abluti, etiam à longè ex toto corde, ex tota illorum Anima feſtantes, & inſimul humiliantes Capita ſua Vero, ac Omnipotenti Filio Dei immergebant. Conatus fuiſſet Artifex huic cadenti lateri novas ſuperimponere Icones; Fulminatæ per Te coruſcarent ergà renaſcentia Janſenii capita Conſtitutiones, Frequentes exceſſus ad Xenodochia, atque Hoſpitalia, in quibus impleuiſti numerum omnem Charitatis; Sed hæc, & alia, interualli nimiùm breuis anguſtia præpediente, & tamquàm in dies ingenitæ Pietatis Tuæ ſtudio ſemper augenda, ac velut opus Artis ingenio impoſſibile deſerendo, ad quartum Aquilonis proſpectum deſperatas manus iniecit.

Illìc mutata ſæpiùs cogitatio, an rectiùs Tuam ſtatueret Effigiem, quandò palàm affectu pluſquam paterno cunctorum preces, & vota de proximo ſuſcipis; vel quandò, adhibitis pro conſilio Viris Legum peritia eminentibus, Litigantium ſignas Libellos; aut aliorum negociorum diſcuſſioni indefeſſo Spiritu, atque præſentia, vel in dirimendis Electionum magis obſtrepentium, & importantium, Fideique controverſiis, Regumque contentionibus perſonali præs Authoritate, Decreto; quo etiam, anteà ſæpiùs iterato Te coràm Virtutum, Signorumque examine quatuor vſquedùm ſtrenuos Chriſti Milites priùs decertantes in Terris, modò ſecum triumphantes in Cœlis, Tibi ſoli dato, & afflante Diuino Spiritu, faſtis adſcripſiſti Sanctorum; Meditabatur inſupèr Populo, qui creabitur, oſtendere prægrandem, & verè Pontificiam formam Sanctitatis Tuæ, quandò, circà Tui Principatus initia, turbatis Montium fundamentis Terra tremuit, ac velùt imminens Auditum de Cœlo Dominus fecit Judicium, & Tu ſacris circumdatus indumentis ſolemnes in Vaticano Sacello intonans Deo preces,

preces, ejuſque Matri Virgini,in ipſo die Purificationis Suæ, Pauimento, Fornice, Muris, Infera, ac improuiſa quaſſatione perculſis, iamque ora deuorantia Tumulo magis, quàm neci pandentibus, dum cuncti exanimes fugam pararent, ſtetiſti impauidus, immolans incœptum Cœlo Sacrificium Laudis; quaſi inaudito vſquedùm oſtenderes exemplo, decêre Vniuerſalis Eccleſiæ Principem nedùm ſtantem, ſed & orantem mori. Nec abſcondiſſet Sculptor futuris, quandò ſuperioribus Cubiculi Tui faſtigiis impetu recentis trepidationis lapſum minantibus, Domeſticos inibi degentes iuſſiſti quidèm à diſcrimine abire: Verùm Tu, nequè Familiarium, nequè Tuorum arcta nimis neceſſitudine Sanguinis obſecrantium lacrymis concedere paſſus es ab ingruente periculo dimoueri, non tantùm, vt Animam pro Ouibus poſiturus, ipſamet præcepta Dominicæ dilectionis ſupergrediens, cœterorum conſtantiam proprio reuocares experimento; ſed & Petri impollutam hæreditatem à modicæ Fidei increpatione relueres. Sed quod oculus viderat, & præ timore vſquè ad Cor hominis aſcenderat, nequibat Scalprum exprimere, totaque Artis induſtria Monſtrare, ſicut impoſſibile Salomonis Sapientia reputauit viam Aquilæ in Cœlo, viam Colubri ſuper Terram, viam Nauis in medio Maris inueſtigare; quis enim Terræ nutantis vertiginem, & clandeſtinam quodammodò Naturæ febricitantis æſtuationem Pictrici, vel Sculptrici manu valet explicare, niſi per oſtenſionem triſtis (quem ſemper Deus auertat) euentus caſmatis, & excidii, quod Tu illicò, Pater Sanctiſſime, Sacerdotales ſæpiſſimè manus in Cœlum intendens, lacrymis, orationibus, tamquàm totius Eccleſiæ angularis Petra, firmaſti. Quis etiam adeò viuido, vel ſubobſcuro colore, aut tàm felici tunſione quiret Oculis intuentium exponere, quandò Tu, Clementiſſime Princeps, plurimis locis Tibi ſubditis, & hac præcipiti commotione penitùs fermè ruentibus, & miſerè afflictis, Apoſtolicæ largitatis

pręſidium porrigens,Nurſiam ſignantèr,& Caſſiam,quarum ſolùm infauſta nomina remanſiſſent, ſuprà vetera Auguſti, & Veſpaſiani exempla, ære pio, & liberali ſubſtentando,vel adſtruxiſti, vel rursùs quodammodò à fundamentis excitaſti. Indè ſtatuta præ cæteris è Regione Tranſtyberim Supplicatione, cum qua ad implorandum in tot furentibus eò temporis calamitatibus auxilium de Sanƈto, tàm humilitèr Pedibus tuis proceſſiſti, faƈtus inſigne Deo, Angelis, & Hominibus ſpeƈtaculum, vt nequè Aquæ multæ toto Cœlo cadentes potuerint extinguere Charitatem: Memoria huiuſcè Supplicationis alteram longè grandiorem in mente Opificis ſuſcitauit, vndè, vt totam retexeret, ac exprimeret Hyſtoriam, cogitauerat fortè, reliquis deletis, vel correptis Imaginibus, integram Septentrionis frontem abſumere, atquè exornare duplicato, & vtroque pleno Sacra Magni Sacerdotii majeſtate,Simulacro; Sanƈtitatem Tuam altero deſignante, quandò Terrena non metuens, euaginato mucrone Cenſurarum, ac etiam Temporali armatus gladio, ad ſimilitudinem Petri Chriſtum in Horto ab inimicorum manibus eripere contendentis, Tu quoquè inconſutilem ipſius Chriſti Veſtem lacerari conſpiciens, læſam Ditionem, & Juriſdiƈtionem Pontificiam fortitèr pro viribus aſſerere, & obtegere conabaris: Et altero Pietatem, & Longanimitatem Tuam indicante, cùm, nè Grex Tibi commiſſus, & tota Gens periret impetu ſævientium acerbitatum, indiƈta noua, & à mille fermè Sæculis non viſa Supplicatione; Galeam Fidei indutus, & validiora Pœnitentiæ Arma perſtringes, Populo Romano Imaginem Saluatoris Sui per totam oſtendiſti Ciuitatem, vt tamquàm Rex pacificus, quotiès expediret, conſilia Pacis aduerſantibus quoquè ſiuè noſtris, ſiuè alienis Peƈtoribus insereret, & audito vix intimæ Diuinæ Vocis oraculo -- *Mitte gladium tuum in Vagina* -- prona, & conſtanti mente, ſemperque ad vtrumque parata, velùt à nutu tuo penderet, ſtatìm Vrbi, Populis,

pulis, Italiæ tranquillitatem, priſtinam Sacerdotio libertatem, & Dignitatem, gaudium, exultationem, & Pacem in ipſomet Sacello Pontificio per importunam interruptionem aſſuetæ Liturgìæ, ſeù Sacri Ritus deturbatam, felici poſtliminio reſtituiſti. Sed in hoc cogitationum Artificis tumultu præcipites irruerunt Exercitus Scientiarum, Artium, & Diſciplinarum validè deprecantium, locum & ipſis deſtinari, vtpotè non alium Patrem, non alium Principem, non alium Reſtauratorem, quàm Tè, videntes, & ſentientes. Comparuêre præ cæteris Victâ pudoris inſignitæ, olìm fabuloſæ, nunc ad honeſtatem vindicatæ Muſæ; quarè & ego, non oblitus Sanctiorum carminum, quæ ſolùm Te, velùt Numine, afflante illarum auxilio ſuper altioribus Orthodoxæ Fidei Myſteriis, rudimentis, atquè experimentis, licèt rudi ſtylo, & incompto edi toleraueram, curabam apud Artificem, vt & ipſæ Artes, & Scientiæ in hac poſtrema Septentrionali fronte illuſtriùs collocarentur. Iuuit induſtria; aſt Sculptor, operis incœpti amaritudinem faſtidiens, reſtitit, ſibi ſuadens, vel ipſum, vel alium Summi Dei providentiâ adfuturum Artificem, qui neglectâ Antonini Columnâ ſupergrediatur ad illam Troiani, quæ ſculptis Serpentibus, Imaginibus vſquè ad altiora Sanctitatis Tuæ vehat Trophea: Quarè etiam ipſe, Deo dante, putans nouis lucubrationibus præſens incœptum, Tibique dicatum Opus in dies locupletare, exemplum emulatus Opificis, deſeram loqui, alacritèr ſperans, cætera per longum quoquè ęuum ſuperuentura Beatitudinis Tuę geſta venerari, pèr quæ, vt plures vſquedùm incœpêre per nova Templa veræ Fidei adaperta Dominationes, reliquæ etiam Inſulæ, Nationes, & Populi falſum cultum exuentes, erroribuſque depulſis, Potentiam Regni Tui dicent, & magnificentiam Gloriæ Sanctitatis Tuæ loquentur.

# TYPOGRAPHVS LECTORI.

QVid in hac ſecunda huius Operis editione præſtitum ſit, non eſt, cur multis te moneam, Amice Lector; Satis ex ipſa tituli fronte intelliges, vlginti ipſis deciſionibus auctiorem banc eſſe, nouis, etiam in veteribus, doctiſſimis adnotationibus illuſtrari, Indice demùm accuratiore, ac multò copioſiore locupletatam, in lucem prodire: Neque verò de ipſius Operis præſtantia, aut vtilitate neceſſe habeo quicquam prædicare, cùm videas, tam brevi tempore iterum Typis vulgari Volumen benè ponderoſum, quæ omnium certiſſima Librorum commendatio eſt. Eam potius à Lectoribus gratiam inlre ſtatueram, vt eius Auctoris, cuius ſcripta admirarentur, egregios etiam mores, & facta præclariſsima in rerum grauiſſimarum procuratione, me dicente, cognoſcerent; Id enim fermè ſit, vt de illis, quos ex ipſorum ſcriptis humani fines Ingenij prætergreſſos intelligimus, quid in reliqua vita egerint, aut qua tandèm ratione inter hominum vulgus æuum tranſegerint, cognoſcere vehementèr cupiamus: Quamquàm enim tanti hominis fama non modò hanc Terrarum Principem Vrbem, aut Italia vniverſam, ſed omnes planè Europæ Regiones impleuerit, nec eius modò in Iure Cœſareo, ac Pontificio ſumma prudentia, & omnigena litteratura, ſed multò etiam magis incorrupti animi in Iure dicundo æquitas, atque conſtantia, tùm etiam ſagacitas, ac morum grauitas omnium ore laudetur; in hoc tamen nos feliciores ſumus Poſteris noſtris, quod hoc Sæculo viuimus, cuius ille magnum ornamentum eſt. Et ejus quidèm doctrinam vulgatis Libris conſignatam, omnis poſteritas obſtupeſcet: Cùm vero excellentis Sapientiæ admiratio cupiditatem excitauerit ſciendi, qualis in omni Vita is Vir extiterit, quem ex ingenij magnitudine omni genere laudum floruiſſe conijcient, dolebunt illi, ſcilicet, nihil de tanto homine memoriæ proditum eſſe, & noſtram hanc in re negligentiam fortaſsè repræhendent. Id ego ſedulò cogitans, cùm prætereà id tritum vſu viderem, vt optimorum Auctorum vita ab ipſis Typographis grati animi ergò ſub initium Operis imprimendi præſcriberetur, Lectorum Votis, atque officio meo tunc demum ſatisfacturus mihi videbar, ſi noſtri Auctoris Vitam Poſteris prodidiſſem: Vetuit (quod Ego in re omnium uſu comprobata minimè ſuſpicabar) ipſius modeſtia; qua quidem in re eſt, cur inuideam Lucenſi Typohrapho, vel primæ editionis Curatori, quod ijs Auctoris præſentia, id quod mihi contigit, non obſtiterit, quominùs brevem quidèm, ſed ſatis luculentam Epiſtolam, qua aliquid de Auctore commemorarent, Operi præponerent, illam ſaltèm, cum iam pridèm publici Iuris ſit, quin hìc ſubnectam, nullà ſanè vllius modeſtià, ſi quicquam intelligo, poſſum prohiberi: Quæ ità ſe habet.

*CONSVEVI*, ut notum eſt, ad publicam vtilitatem, ſingulo ferè Anno aliquod noſtræ legalis Philoſophiæ Volumen ex diuerſorum Italiæ Tribunalium Votis, ſeù Deciſionibus conflatum, proprio labore colligere, ac publicæ luci tradere, ut in tribus Tomis Deciſionum Rotæ noſtræ Lucen.; Cùm autem hujuſmodi labor apud II. CC. non fuerit improbatus, nec illiberalitèr exceptus in Foro, Me alacriorem effecit ad Studium: quamobrèm Tribunalium oracula ſedulo perqui-

rere

rère modis omnibus non prætermiſi . Verùm vberiorem hoc Anno nactus ſum fortunam in maximum Litterariæ Reipublicæ bonum ; ad manus etenim meas, non ſinè exquiſita induſtria, peruenit manuſcriptum Volumen primum Deciſionum Sacræ Rotæ Romanæ coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Anſaldo de Anſaldis, vnà cum notis, & Additionibus ejuſdem Prælati ad ſingulas proprias Deciſiones, vndè Volumen in ſe perfectum, ſolis Argumentis, Summarii, ac Indice per me compilatis, Typis mandare omni ſollicitudine ſatêgi: Cenſeo Litterariis Viris iucundiſſimum, ac vtiliſſimum futurum hoc munus, quippè totus hic Liber proficiſcitur ab ipſo doctiſſimo Calamo, eſtque vnicus fœtus feliciſſimi ingenii R.P.D. Anſaldi, de quo hìc Indicem texere, longum, ac ſuperfluum opus aggrederer, cùm abundè iam Fama loquatur, ſatiſque vnum pro cunctis in Teſtem ducere *Eminentiſs. Card. de Luca*, olim ejuſdem Magiſtrum, qui in ſuo *Iuſtitiæ, & Veritatis Theatro*, Anſaldi, licèt tunc temporis in ipſo flore iuuentæ exiſtentis, nedùm nomen ſingularibus verbis commendavit, verùm etiam per extenſum Iuris reſponſum ſuis elucubrationibus ſociauit, vt *in Tract. de Teſtam. diſc.* 83., tacitè quodammodò præludendo, adeo præclaræ Indolis, ac præmaturæ Virtutis ſui Adoleſcentem, ad altiora vocatum futurum, etiam ejuſdem in gradibus, ac meritis æmulatorem; vt benè reſpondit euentus, nam vix in Curia Aduocationis Officium ſuſcipiens, primas Forenſis eloquentiæ Sedes impleuit, moxque Romanæ Curiæ limites prætergrediens, nominis ſui gloriam vbiquè diffudit, publicæ luci donando elegantiſſimum Tractatum *de Commercio, & Mercatura*, quem certatìm primarii nominis II CC., ipſaque Tribunalia dignis laudibus extulerunt, vt videre eſt apud *Guttierez de Compenſat., Maradæ in prax. proceſſ. execut., Balducc. ad Conſ. Ramonii, Conſtantinum ad Statut. Vrbis tom.* 1., *Rot. Florentin. coram Vrceol.*, & merito in ipſo etiam publicationis limine, adhùc Authore in eodem Foro Cauſas orante, *Sacra Rota Romana* plenè fuit amplexata, ut cæteris prætermiſſis videre eſt *in Romana Cambij* 12. *Decembris* 1689. *coram bo. me. Benincaſa*, & in alijs frequentèr, & poſtmodùm innumeris plenè locis ſecuta eſt, & præcipuè *in Romana Secretariatus Apoſtolici* 3. *Februarij, &* 9. *Iunij* 1700., *in Romana Pecuniaria* 28. *Februarij, ejuſdem Anni, coram Reverendiſſimo Molines Decano*, & prius *in Tudertina Pecuniaria* 10. *Aprilis* 1693. *coram Emerix Iun., in Romana Cambij* 16. *Maij* 1695. *§. Siquidem, coram Reuerendiſſimo Molines, & in Romana, ſeù Ianuen. Trebellianicæ* 28. *Ianuarij eiuſdem Anni §. Nec releuat, coram R.P. D Pio, & in Romana Fabricæ* 4. *Iulii* 16,6. *coram bo. me Vrſino inter recollectas per Me tom.* 2. *deciſ* 112.

Quas quidem, cæteraſque Animi dotes animaduertens Sin: mem: Innocentius XII., eumdem proprij Auditoris munere decorauit, in quo Magiſtratu, aſpera quæque negotia, magiſque duras prouincias tantâ doctrinâ, prudentiâ, & æquitate compoſuit, ut teſtis ſit ipſa Roma, & Orbi patefecerit, ſummum I. C. in quibuſcumque etiam Reipublicæ gubernandæ negocijs meritò præcellere, velutì inhærentem præceptis veræ Iuriſprudentiæ, quæ eſt Diuinarum, & humanarum rerum notitia: Donec idem Innocentius XII. ad ſupremum, & ampliſſimum Tribunal Sacræ Rotæ Romanæ euexit, eumque, licet in tam operoſo tanti Tribunalis munere, atque infixa Congregatione Conſiſtoriali, nec non Sacrorum Rituum in materia Canonizationis Sanctorum, quotidie verſantem, adhùc in alijs magis

con-

conſpicuis, maximique momenti Aulæ Romanæ Congregationibus ad ſuffragium ferendum, continuo accerſere non deſtitit, quemadmodùm *SS. D. N. CLEMENS XI.* feliciter regnans, Princeps ſcilicet egregius cognitor, & protector Litteratorum, in altioribus etiam vtriuſque Principatus Congregationibus iugiter aduocauit. Tanto itaque Viro dignæ prodeunt Deciſiones in hoc primo Tomo, vt diximus, unà cum notis, & Additionibus eiuſdem Authoris, qui verè in huiuſmodi munimentis Fori ſupellectilem mirifice auxit, innumeris Iuris quæſtionibus magiſtrali Studio explanatis, & inſimul cum eruditionis gratia, etiam politioris elocutionis amœnitatem coniungens, forenſes amaritudines ità feliciter temperauit, vt fas ſit repetere cum *Cornelio Tacito de Oratoribus — noſtrorum Oratorum erat pulchrior, ac ornatior exiſtit, nequè ideò minùs efficaces ſunt Orationes noſtræ, quia ad aures Iudicantium cum voluptate perueniunt:* Et reuerâ huiuſmodi magiſtrales Deciſiones, Iuris fundamenta vndequàque neruosè fulcientes, ipſis etiam Litigantium paſſionibus pleniſſimè occurrerunt, finemque Cauſarum ſumma cum tanti Tribunalis laude properè, ac penitùs plerumquè impoſuerunt, vt ex Annotationibus circà exitum earumdem Cauſarum videre licet in hoc ipſo Volumine: Interim Lector has ſuſcipiens, Authori parem meritis ſortem precare, Mihique fortunam faciendi publici Iuris reliqua Volumina, vt audio, iam impromptu extantia penès Authorem, qui publicè aſſiduè inſudat vtilitati. *Hucuſque progreditur vetus Epiſtola ad Lectorem.*

Præclarum ſanè teſtimonium Authori clariſſimo hac Epiſtola perhibetur: An non tamen maiora ſunt ea, quæ hìc ſilentur, ac veriſſimè commemorari poſſent? Nequè enim plurima, quæ ex illo tempore ad hanc diem ſumma cum laude præſtitit, præſcribi tunc poterant. Septem Anni ſunt circitèr, ex quo primò hoc Opus in lucem prodijt: Quot igitur, & quanta ſuæ Integritatis, ſuæque Sapientiæ documenta edidit per hoc tempus? Nihil eſt neceſſe de hac re diſertius me dicere. Qui tamen hìc Romæ viuunt, & ea res, quemadmodùm acta ſit, probè cognouerunt, fatentur omnes, exemplum tàm ſplendidum Fidei, æquitatis, conſtantiæ, ac demùm abſtinentiæ, numquam noſtris temporibus extitiſſe: Et hunc quidèm gloriæ fructum ampliſsimum ab omni hominum genere Præſul integerrimus conſecutus eſt, quem aliqua prætereà remuneratione *SS. PONTIFEX CLEMENS XI.* ornandum, ac ditandum exiſtimauit; Vt mirandum propterea minimè ſit, ſi ad eum, tamquàm ad Iuris Oraculum, fiant vndecumquè concurſus, ſi tamquam Ara Iuſtitiæ eius Domus celebretur, ſi Principes exteri, & eorum hìc Romæ Adminiſtri in Controuerſijs grauiſsimis neminem malint habere Iudicem, ac ſuarum Cauſarum cognitorem, eius prudentiâ regantur, eius Fidei, ac Sapientiæ ſe, ſuaque omnia committant, tametſi ab omni Potentiorum prænenſatione, & ab Aulicæ adulationis fuco longiſsimè abhorreat: Quidni autem illi faciant, cùm videant, hoc eſſe Iudicium Sapientiſsimi in terris Tribunalis, Sacræ inquam Rotæ Romanæ? An non enim ſæpiùs hoc adeò nouum, & inuſitatum Teſtimonium edidit, Anſaldum eſſe omniſcium, quemadmodùm legitur (ut alia loca omittam) *in Romana Pecuniaria, ſeù Locorum Montium* 15. *Ianuarij* 1706. *coram bo. me. R. P. D. Muto §. Etenim.* Hæc itaquè vox honorificentiſsima ex illo Adyto Iuſtitiæ edita eſt, his Anſaldi laudibus iam pridem perſonat ampliſsimum illud Legum Theatrum, ijs cohoneſtatus Inſignibus auguſtum illud Tribunal dum implet,

plet, anguſtius facit Anſaldus: Atque haud ſcio, an qua parte minùs laudandus eſt, hunc Virum laudauerit, qui eum rectiſsimum Iudicem, ac Iuris ſcientiſsimum dumtaxat prædicauerit. Magna profectò laus eſt ad Legum mentem iudicare, illas veriſſime interpretari, ab æquitate in Sententijs ferendis numquam deflectere, non metu, non ſpe, non denique vlla humana ratione à rectò dimoueri: Sed tamen, meo quidem Iudicio, altioris Sapientiæ eſt Leges condere; plus eſt Legiſlatorem eſſe, quàm Legum Interpretem. Quid ergo dicam? illud, quod ipſi vidimus, ac certò ſcimus, nempè Diplomata prudentiſſima, ac Sanctiſſima, quotquot edidit Innocentius XII., dum eius Auditor eſſet Anſaldus, condita eſſe, ac conſtituta: Quid tùm inquies? Videt, puto, qui acriori iudicio pollet, quid ſequatur, quantumque gloriæ hac vna ex re in hunc Virum redundet; Nequè tamen eſt meum hoc maximum laudis, vt Ego exiſtimo, argumentum perſequi diligentius. Quod ſi quis hominem tàm grauibus negocijs diſtrictum, tàm acribus, & faſtidioſis, vt ità dicam, Studijs ſemper occupatum, nihilominùs amœnioribus litteris horas ſucciſiuas audiat impendere, atque ità felicitèr impendere, vt Muſarum, ac Themidis Alumnus videri poſſit, *Iuriſque peritus Apollo*, vt magis appoſitè in rem meam cecinit *Iuuenalis*, ne ille hunc hominem humana maiorem conditione, facilè iudicabit. Quid enim nitidius, quid elegantius, aut quid magis ingenioſum eius ſtylo Poetico? Nulla mihi ſit fides, niſi Hominis creatio, Diuinique Verbi Generatio incomprehenſibilis, Commentationes Aſceticæ Sancti Ignatij in lucem editæ, & mox Typis vulgatæ, ab ipſo in metrum Italicum conuerſæ, vnà cum aliis in hoc genere lucubrationibus oppidò per quàm bellis, meum Iudicium comprobent; Cùm præſertim meæ huic ſententiæ preiuerit Vir apprimè doctus Ioſeph Auerrani in Epiſtola ad Lectorem, qua Odas olim impreſſas miris laudibus Poſteritati commendauit. Sed parcendum eſt, ſcilicet hominis modeſtiæ, cui ità parcendum duxi, vt nonnihil etiam mihi ipſe indulgerem, ac ſanè vereor, ne & Lectores, & Operis Auctorem ſuboffenderim, nam & hic nimium dixiſſe, & illi nimis parum me dixiſſe de ejus laudibus ſuccenſebant.

Cen-

*CEntenario Deciſionum numero ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. meo Anſaldo de Anſaldis celeberrimo Sacræ Rotæ Romanæ Auditore ſummo Studio, & diligentia elucubratarum, longè præualet earum pondus, legalis eruditio, & ſtylus vſquè ad inuidiam feliciſſimus; Quarum ornamentum gliſcit in immenſum proptèr egregias adnotationes, queis ab eodem doctiſſimo Viro illuſtratæ fuerunt, & ex quibus vnuſquiſque erudiri de facili poteſt, tùm à ſuis principiis, de quacumque, quæ ibì tractatur materia, tùm de veriori ſenſu Doctorum, & opinione Sacræ Rotæ in ſimilibus caſibus in eodem Sacro Tribunali diſputatis, atque deciſis, atque in iiſdem notis Calamo, & memoria pluſquàm felici relatis; adeòut opus iſtud verè præclarum, & ſingulare vniuerſæ litterariæ Reipublicæ ſit non minùs decus, quàm immenſam vtilitatem allaturum, & peroptabile ſit, quod prælo mandetur, ſi ità videbitur Reuerendiſſimo Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici; hac die 19. Iulii 1710.*

P. Pomponius de Vecchis Sac. Conſiſtor. Aduoc.

IM-

*IMPRIMATVR,*

Si videbitur Reuerendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

*Dominicus de Zaulis Archiepiſcopus Theodoſiæ Viceſgerens.*

*IMPRIMATVR,*

Fr. Paulinus Bernardinus Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

INDEX

Digitized by Google

# INDEX
## DECISIONUM
## PER DIOECESES.

## A


AQuinaten. Fideicommiſſi Lunæ 1. Junij 1699. *deciſ.* 92.
Aſculana Beneficij, ſeù Abbatiæ Mercurij 5. Martij 1698. *deciſ.* 35.
Eadem Veneris 6. Aprilis 1699. *deciſ.* 83.
Aſſiſien. Pecuniaria Veneris 16. Maij 1698. *deciſ.* 45.
Eadem Veneris 4. Julij 1698. *deciſ.* 63.


## B


BArchinonen. Beneficij Lunæ 14. Aprilis 1698. *deciſ.* 38.
Barchinonen. ſeù Vrgellen. prætenſæ nullitatis Profeſſionis Lunæ 22. Iunij 1699. *deciſ.* 99.
Bononien. Fideicommiſſi de Manzolis Lunæ 22. Iunij 1699. *deciſ.* 100.
Bononien. Prædij Veneris 23. Ianuarij 1699. *deciſ.* 69.
Eadem Lunæ 1. Iunij 1699. *deciſ.* 91.
Bononien. Succeſſionis Lunæ 3. Martij 1698. *deciſ.* 33.
Bononien. Tranſactionis Lunæ 10. Decembris 1696. *deciſ.* 2.
Eadem Veneris 19. Aprilis 1697. *deciſ.* 6.


## C


CÆſenaten. Prætenſæ Succeſſionis Ven. 21. Iunij 1697. *deciſ.* 12.
Eadem Lunæ 3. Martij 1698. *deciſ.* 34.
Calaguritana Quarti Beneficij de Aleſanco Mercurij 29. Aprilis 1699. *deciſ.* 85.
Calagurìtana, ſeù nullius Quartæ Funeralis de Naxera Ven. 13. Iunij 1698. *deciſ.* 51.
Calaritana Canonicatus Mercurij 4. Decembris 1697. *deciſ.* 20.
Carpenctoraten. Parochialis de Mazan. Ven. 13. Februarij 1699. *deciſ.* 72.
Eadem ſuper Remiſſoria Ven. 14. Februarij 1699. *deciſ.* 73.
Cortonen. Beneficij Lunæ 18. Martij 1697. *deciſ.* 4.
Eadem Lunæ 1. Julij 1697. *deciſ.* 18.
Cracouien. Scholaſteriæ Lunæ 16. Iunij 1698. *deciſ.* 52.
Eadem ſuper Sequeſtro Lunę 16. Iunij 1698. *deciſ.* 53.
Eadem Lunæ 9. Februarij 1699. *deciſ.* 70.
Eadem ſuper Sequeſtro Lunæ 9. Februarij 1699. *deciſ.* 71.


## F


FAuentina Jurium Parochialium Ven. 28. Iunij 1697. *deciſ.* 14.
Eadem Lunæ 23. Iunij 1698. *deciſ.* 55.
Foroſempronien. Teſtamenti Mercurij 11. Decembris 1697. *deciſ.* 22.
Eadem Lunæ 17. Februarij 1698. *deciſ.* 29.


## G


GErunden. Beneficij Lunæ 10. Decembris 1696. *deciſ.* 3.
Gerunden. Parochialis, ſeù Rectoriæ de Vilobi Ven. 6. Iunij 1698. *deciſ.* 47.
Giennen. Iuris mutandi Ven. 20. Februarij 1699. *deciſ.* 76.
Eadem ſuper Declaratoria Ven. 3. Aprilis 1699. *deciſ.* 82.


## I


INteramnen. Manutentionis Lunæ 22. Aprilis 1697. *deciſ.* 7.


## L


LEodien. Canonicatus Veneris 4. Iulij 1698. *deciſ.* 62.
Leodien. Monaſterij Veneris 4. Iulij 1698. *deciſ.* 61.
Eadem Lunæ 4. Maij 1699. *deciſ.* 86.
Lycien. Fructuum dotalium Lunæ 21. Aprilis 1698. *deciſ.* 40.


## M


MAioricen. Beneficij Lunæ 15. Iunij 1699. *deciſ.* 95.
Meleuitana Domus Lunæ 15. Iunij 1699. *dec.* 96.

Melevitana Fideicommiſſorum ſuper fructibus Ven. 27. Iunij 1698. *dec.* 59.
Eadem Merc. 17. Iunij 1699. *decif.* 97.

# N

NEapolitana Penſionis Lunæ 17. Februarij 1698. *decif.* 30.
Nucerina Paganorum applicationis Conuentuum ſuper prætenſa reſtitutione fructuum Merc. 17. Iunij 1699. *decif.* 98.
Nullius, ſeù Calaguritana Quartæ Funeralis de Naxera Ven. 13. Iunij 1698. *decif.* 51.
Eadem Lunæ 11. Maij 1699. *decif.* 88.
Nullius, ſeù Terræ Pontiani Succeſſionis ſuper Attentatis Lunæ 4. Maij 1699. *decif.* 87.

# P

PApien. Præpoſituræ Veneris 26. Februarij 1698. *decif.* 32.
Eadem Ven. 28. Nouembris 1698. *decif.* 64.
Peruſina Repetitionis indebiti Ven. 22. Martij 1697. *dec.* 5.
Piſauren. Reſciſſionis Contractus Lunæ 5. Maij 1698. *decif.* 42.

# R

RHeginen Fideicommiſſi Veneris 27. Iunij 1698. *decif.* 57.
Eadem ſuper Remiſſoria Veneris 27. Iunij 1698. *decif.* 58.
Romana Aſſecurationis Nauis Città di Coopenaghen. Lunæ 28. Aprilis 1698 *decif.* 41.
Romana Aſſociationis Lunæ 13. Ianuarij 1698. *decif.* 24.
Eadem Veneris 4. Iunii 1698. *decif.* 60.
Romana Cambij Merc. 26. Iunii 1697. *decif.* 13.
Eadem Merc. 11. Decemb. 1697. *decif.* 23.
Eadem Ven. 31. Ianuarii 1698. *decif.* 28.
Romana Cambii Veneris 24. Ianuarii 1698. *decif.* 26.
Romana Cambii Ven. 15. Maii 1699. *decif.* 39.
Romana Cenſus Lunæ 3. Iunii 1697. *decif.* 10.
Romana Dotis Ven. 12. Iunii 1699. *decif.* 94.
Romana Fructuum Dotis Lunæ 1. Decembris 1698. *decif.* 65.
Romana Grani Lunæ 17. Iunii 1697. *decif.* 11.
Eadem Lunæ 27. Ianuarii 1698. *decif.* 27.
Romana Hæreditatis de Lanuuiis Ven. 28. Iunii 1697. *decif.* 15.
Eadem Lunæ 23. Iunii 1698. *decif.* 56.
Romana Immiſſionis Lunæ 6. Aprilis 1699. *decif.* 84.
Romana Legitimæ Lunæ 9. Iunii 1698. *decif.* 49.
Eadem Ven. 15. Maii 1699. *decif.* 90.
Romana Multiplici Mercurii 28. Nouembris 1696. *decif.* 1.
Romana Pecuniaria Veneris 5. Iunii 1699. *decif.* 93.
Romana Prælaturæ de Vecchiarellis Lunæ 9. Decembris 1697. *decif.* 21.
Eadem Lunæ 10. Martii 1698. *decif.* 36.
Eadem Lunæ 2. Iunii 1698. *decif.* 46.
Eadem Veneris 5. Decembris 1698. *dec.* 66.
Romana prætenſæ Nullitatis Contractus Ven. 20. Iunii 1698. *decif.* 54.
Eadem Lunæ 16. Februarii 1699. *decif.* 74.
Romana Quarti dotalis Lunæ 1. Iulii 1697. *decif.* 19.
Romana Saluiani Veneris 13. Iunii 1698. *decif.* 50.
Eadem Lunæ 16. Februarii 1699. *decif.* 75.
Romana, ſeù Firmana Succeſſionis Merc. 10. Decembris 1698. *decif.* 67.
Romana, ſeù Limana Cambiorum Lunæ 12. Ianuarii 1699. *decif.* 68.
Romana, ſeù Sabinen. Dotis Lunæ 30. Martii 1699. *decif.* 80.
Romana, ſeù Sabinen. Manutentionis Lunæ 30. Martii 1699. *decif.* 81.
Romana, ſeù Veliterna Mutui Ven. 26. Aprilis 1697. *decif.* 8.
Eadem Veneris 28. Iunii 1697. *decif.* 16.
Eadem ſuper Articulis Veneris 28. Iunij 1697. *decif.* 17.
Romana, ſeù Veneta Immiſſionis Lunæ 12. Maii 1698. *decif.* 44.
Romana Teſtamenti Veneris 14. Martii 1698. *decif.* 37.
Eadem Lunæ 9. Iunii 1698. *decif.* 48.
Eadem Mercurii 11. Martii 1699. *decif.* 77.

# S

SPoletana Primitiarum Veneris 18. Aprilis 1698. *decif.* 39.
Surrentina Iuriſdictionis Veneris 21. Februarii 1698. *decif.* 31.

# T

TArraconen. Præcedentiæ Lunæ 13. Ianuarii 1698. *decif.* 25.
Toletana Decimarum de Capilla quoad Parocos Lunæ 23. Martii 1699. *decif.* 78.
Toletana Decimarum de Capilla quoad Dignitatem Archiepiſcopalem Lunæ 23. Martii 1699. *decif.* 79.

# V

VEneta, ſeù Anconitana Pecuniaria Veneris 9. Maii 1698. *decif.* 43.
Vrbanien. Archipræsbyteratus Veneris 17. Maii 1697. *decif.* 9.

ELEN-

# ELENCHVS
# ARGVMENTORVM
## OMNIVM DECISIONVM,
### Quæ in hoc Volumine continentur.

*ROMANA MVLTIPLICI.*
*Mercur. 28. Nouembr. 1696.*
DECISIO I.

Defenditur ab exceſſiuitate taxatio expenſarum facta à Iudice quartæ Iuſtantiæ, & reſoloitur pro Iuſtitia ejuſdem taxationis, ex rationibus de quibus *in Deciſione*.

*BONONIEN. TRANSACTIONIS.*
*Lunæ 10. Decembris 1696.*
DECISIO II.

Agitur de validitate, & iuſtitia Sequeſtri relaxati contrà bona obligati de euictione pro releuatione indemnitatis, non obſtante, quod idem Sequeſtrum tripliciter redargueretur; primò ſcilicèt de illiquiditate crediti; ſecundò, ex quo prætendebatur, illud non poſſe relaxari contrà bona ſtabilia; & tertiò, quia euitari contendebatur mediante Cautione: Et aliqua de intellectu *Statuti Bononienſis* mandantis, quòd duæ Sententiæ habeant vim trium, & faciant rem iudicatam.

*GERVNDEN. BENEFICII.*
*Lunæ 10. Decembris 1696.*
DECISIO III.

Impugnabatur de ineffectoatione erectio cuiuſdam Prioratus particularia in perpetuam Vicariam demandata à Summo Pontifice in Bulla Vnionis ejuſdem Prioratus ad ſavorem Abbatis ejuſdem Ordinia, & ex hoc capite prætendebatur, collationem ipſiua Prioratus ſpectare ad nominationem dicti Abbatis, non autem fieri debere per viam Concurſua ab Epiſcopo indicendi, pròut Pontifex præſcripſerat in præcitato diplomate; ſed contrarium fuit per Rotam reſolutum ad fauorem prælecti ab Epiſcopo in Concurſu, ex rationibus, de quibua *in Deciſione*.

*CORTONEN. BENEFICII.*
*Lunæ 18. Martii 1697.*
DECISIO IV.

Subrogatio gratioſa obtenta in iuribus Collitigantis præmortui impugnabatur ex defectu litis Pontifici narratæ ſub triplici fundamento, quòd nempè vel non verſaretur ſuper titulo Beneficii, eò quià actum fuerat in mero poſſeſſorio, vel quòd remanſiſſet deſerta, vel demùm, quòd fuerit calumuioſa ex parte impetrantia: Verùm in Deciſione reſpondetur ſingulis hiſcè fundamentis, & concluditur pro executione litterarum Apoſtolicarum, & incidentèr aliqua tanguntur tàm ſuper eo, an Religioſus ſit capax Iuriſpatronatus actiui, vel fideicommiſſi, quàm circà caducitatem à legato, vel hæreditate, quid nempè requiratur ad illam incurrendam.

*PERVSINA REPETITIONIS INDEBITI.*
*Veneris 22. Martii 1697.*
DECISIO V.

De admiſſione ad Cauſam cum clauſula *Conſtito de intereſſe*, & quomodò de intereſſe doceri debeat. Aliqua de ceſſionario nominis debitoris, & an ei competat facultas conſumandi executionem cœptam per cedentem adverſùs bona debitoris ceſſi; Et an tranſactio inita inter collitigantes, poſtquàm Tertius petiit ſe ad Cauſam admitti, ſubſtineatur.

*BONONIEN. TRANSACTIONIS.*
*Ven. 19. Aprilis 1697.*
DECISIO VI.

In Iudicio exhibitionis quomodò probari debeat exiſtentia ſcripturæ penès Reum conuentum, & an præcisè requiratur probatio exiſtentiæ de tempore motæ litis, vel potiùs ſufficiat probari exiſtentiam de tempore proximo antè litem motam, præſertim ſi agatur contrà eum, qui tenebatur ſcripturam conſeruare. Notarius an teneatur cuſtodire ſcripturas apud eum productas abſquè Clauſula *tenoris &c.* & an illi credatur, ſi afferat, producentem rehaboiſſe ſcripturas talitèr productas.

*INTERAMNEN. MANVTENTIONIS.*
*Lunæ 22. Aprilis 1697.*
DECISIO VII.

Pleniſſimè examinatur quæſtio, an, & quandò hæres inſtitutus in proprietate poſt obitum vſufructuarii dicatur hæres uſquè ab initio tam ad effectum tranſmiſſionis, quàm manutentionis; & incidentèr, ac remiſſiuè tangitur articulus, an, & quandò legatum vſusfructus cenſeatur Vxoris relictum animo compenſandi cum Dote.

*ROMANA, SEV VELITERNA MVTVI.*
*Veneris 26. Aprilis 1697.*
DECISIO VIII.

Declaratur ſuſpecta, & inexequibilis Apoca Mutui per Mulierem producta aduerſùs hæredem prætenſi Mutuatarii ex pluribus circumſtantiis recenſitis in *Deciſione*, in qua etiam pertractatur de recognitione manus per comparationem.

*VRBANIEN. ARCHIPRESBYTERATVS.*
*Veneris 17. Maii 1697.*
DECISIO IX.

Tota huiuſce Deciſionis inſpectio ad id reducitur, an quædam Confraternitas, ad quam ſpectabat ius præſentandi ad Archipresbyteratum, foret Eccleſiaſtica, vel Laicalis, ad effectum, vt eadem Dignitas caderet, nec nè ſub Regula reſervatoria Menſium, & concluditur pro laicalitate, non obſtantibus pluribus argumentis, quæ pro qualitate Eccleſiaſtica afferebantur; Iuſpatronatus Eccleſiaſticum an ſemper ſubiaceat reſervationibus Apoſtolicis, & quid de Iurepatronatu mixto, quod non ſit turnarie diuiſum inter Patronos.

*ROMANA CENSVS.*
*Lunæ 3. Iunii 1697.*
DECISIO X.

Pro euitanda executione in bonis propriis allegabat hæres beneficium Inuentarii, prætendendo vlterius ſe eximere à redditione rationis ob quandam dationem in ſolutum factam cum decreto Iudicis de vniuerſis bonis hæreditariis ad fauorem Creditoris ejuſ-



Digitized by Google

dem hæreditatis, ac deniquè ſe promptum exhibendo deueniendi ad formalem redditionem rationis. Verùm his nòn obſtantibus reſolutum fuit pro confirmatione Mandati in prima Inſtantia relaxati aduersùs bona propria ipſius hæredis, ex rationibus in *Deciſione* recenſitis.

*ROMANA GRANI.*
*Lunæ 17. Iunii 1697.*
DECISIO XI.

De potioritate, ſeù prælatione competente locatori Prædij ſuper Frumento inibi ſato, & collecto, & quomodò probetur identitas eiuſdem Frumenti, ſeù quòd frumentum ſit illud idem, quod ſatum, & recollectum fuit in Prædio locato: Et quid, ſi tale Frumentum commixtum fuerit cum Frumento alterius, an locatori competat rei vindicatio, exercitium ſpecialis hypothecæ, quam ſibi fortè reſeruaſſet ſuper fructibus ex eius Solo colligendis.

*CÆSENATEN. FRÆTENSÆ SVCCESSIONIS.*
*Veneris 21. Iulij 1697.*
DECISIO XII.

De Statuto excluſiuo fœminarum propter maſculos ab hæreditate Parentum: an ſcilicet reſtringi debeat ad hæreditatem Patris, vel potius comprehendat etiam maternam ſucceſſionem, non obſtante, quòd excludat fœminas propter Dotem, ad quam de cætero Mater non tenetur, niſi in ſubſidium. Reliqua acceſſoriè tacta videri poſſunt in *Summario*.

*ROMANA CAMBII.*
*Mercur. 26. Iunij 1697.*
DECISIO XIII.

Quæſtio erat, an onus cambiandi per debitorem ſuſceptum durantibus tribus Ferijs, intra quas Creditor Cambia limitauerat, & Debitor promiſerat ſortem reſtituere, cenſeretur, necnè incumbere ipſi Debitori etiam tranſactis dictis tribus Ferijs, de quo tempore conuenta fuerant Cambia currentia vſquè ad integram ſortis reſtitutionem quandocumquè faciendam; Et reſoluitur, onus huiuſmodi durare ad commodum Creditoris etiam poſt prima tres Ferias, & vſquè ad effectiuam reſtitutionem ſortis.

*FAVENTINA IVRIVM PAROCHIALIVM.*
*Vener. 28. Iunij 1697.*
DECISIO XIV.

Expenduntur plurima ſigna, & argumenta, ex quibus probatur, aliquam Eccleſiam eſſe Matricem ſuprà cæteras Parochias, & refelluntur ea, quæ pro excludenda Matricitate in oppoſitum aſſerebantur ex parte Rectoris Eccleſiæ filialis: Et plenè examinatur materia *Text. in cap. non ignoret 15. de Præben.* vtrùm nempè repugnet, dari in eadem Eccleſia Parochiali plures Rectores, apud quos æquè principalitèr reſideat Cura Animarum.

*ROMANA HÆREDITATIS DE LANVVIIS.*
*Vener. 28. Iunij 1697.*
DECISIO XV.

Fructus in Iudicio petitionis hæreditatis à quo tempore reſtitui debeant: Et quid, ſi agatur de fructibus locorum Montium; Et an Reo conuento bonificari debeat ſalarum Exactoris deputati ad exigendos fructus eorundem locorum Montium, nec non ſtrenæ ſolutæ Depoſitarijs ipſorum Montium; ac deniquè Decimæ, quas ſoluere conſueta eſt pro rata bonorum hæreditariorum.

*ROMANA, SEV VELITERNA MVTVI.*
*Vener. 28. Iunij 1697.*
DECISIO XVI

Argumentum eſt idem, de quo *ſuprà in Deciſ. VIII.* ac de cætero facilè colligi poteſt ex breui *Summario*.

*ROMANA, SEV VELITERNA MVTVI SVPER ARTICVLIS.*
*Vener. 28. Iulij 1697.*
DECISIO XVII.

Probatio exhibita per Actorem de facili admittitur, præſertim, quando examen fieri debet in Curia, non obſtante, quod aliud præceſſerit examen, quando articulatur materia diuerſa: Et quarè articuli plerumquè ſoleant admitti cum retardatione, vel ſinè, arbitrio Rotæ.

*CORTONEN. BENEFICII.*
*Lunæ 1. Iulij 1697.*
DECISIO XVIII.

Pro impedienda executione litterarum gratioſæ ſubrogationis obtentæ per collitigantem ſuperſtitem in iuribus defuncti obijciebatur, quod præcedens lis principalitèr penderet inter Patronos, & ſolùm acceſſoriè inter præſentatos, & conſequentèr, quod eadem lis non percuteret titulum Beneficij: Verùm cùm ageretur de ſubrogatione iam conceſſa, & quidem collitiganti, non autem Tertio, reſolutum fuit, ſuperabundare, quod lis iuſtificaretur eo modo, quo fuit narrata, præſertim, quia conſtitit ex facto, quod lis ſaltèm æquè principalitèr vertebatur tàm inter Patronos; quàm inter eorum præſentatos. Cætera habes ex *Summario*.

*ROMANA QVARTI DOTALIS*
*Lunæ 1. Iulij 1697.*
DECISIO XIX.

Prætendente Vidua conſequi lucrum dotale ab hæreditate Viri iuxtà quantitatem ab eodem Viro confeſſatam in ſupplicatione porrecta pro habenda derogatione Conſtitutionis Sixtinæ, plura per hæredes ipſius Viri obijciebantur ad infringendam vim præfatæ confeſſionis; quibus tamen non obſtantibus reſoluitur ad fauorem Mulieris pro competentia quarti adſtatam per A. C. in prima Inſtantia decretam, & hac occaſione agitur de vi, & efficacia confeſſionis emiſſæ in precibus Principi porrectis, & aliqua de donatione inter Virum, & Vxorem, ac demum de calculatione lucri dotalis ad normam *l. hac edictali C. de ſecund. nupt.*

*CALARITANA CANONICATVS.*
*Merc. 4. Decembris 1697.*
DECISIO XX.

De Coadiutoria cum futura ſucceſſione, eiuſque importantia iuxtà modernam formulam Datariæ, & an requirat, quod præſentetur, ac executioni demandatur viuente Coadiuto, itaùt deficiente huiuſmodi præſentatione, & executione poſſit, nec nè Ordinarius poſt obitum Coadiuti Beneficium conferre: Et quid teneatur Coadiutor iuſtificare pro reportanda executione huiuſmodi Gratiæ.

*ROMANA PRÆLATVRÆ DE VECCHIARELLIS.*
*Lunæ 9. Decembris 1697.*
DECISIO XXI.

Sententiæ quandò dicantur conformes ad effectum, vt intret Statutum Vrbis mandans, quod duæ Sententiæ habeant vim trium: Ciuilitas quomodo probetur ad hoc, vt quis frui valeat diſpoſitione eiuſdem Statuti, Fidecommiſſum ordinatum in eo, quod ſuprreſit, vel de quo hæres grauatus non diſpoſuerit, an dicatur vniuerſale, vel particulare: Et aliqua de fideicommiſſo cum facultate alienandi; nec non plura circà defectum Inuentarii, nimirùm, an ſuppleri valeat ex libris familiaribus hæredis grauati, & an hæres abſquè Inuentario deducere valeat ſua credita aduersùs Fideicommiſſarium vniuerſalem, vel potiùs de illis præſumatur ſatisfactum, iunctis præſertim alienationibus.

FORO-

Digitized by Google

# Index Argumentorum.

### *FOROSEMPRONIEN. TESTAMENTI.*
*Merc. 11. Decembris 1697.*
**DECISIO XXII.**

Reſoluitur pro validitate, & legalitate Teſtamenti nuncupatiui nuncupatione implicita, quod multifariam impugnabatur, & præcipuè ex eo, quod non conſtaret de identitate Schedulæ, quodque manu, Teſtatoris eſſet ſuſpecta de falſitate: Cùmque ex hoc capite prætenderetur, eſſe locum recognitioni eiuſdem manus per comparationem, reiecta fuit inſtantia, ex quò aliundè veritas Schedulæ adminiculabitur, & reſpectiuè ceſſabat ſuſpicio ſuppoſitionis alterius Schedulæ.

### *ROMANA CAMBII.*
*Merc. 11. Decembris 1697.*
**DECISIO XXIII.**

Argumentum eſt idem, de quo ſuprà *Deciſ.* 13.

### *ROMANA ASSOCIATIONIS.*
*Lunæ 13. Ianuarij 1698.*
**DECISIO XXIV.**

Enucleatur materia *Text. in l. Scripturas, C. qui pot. in pign. hab.*, & an eius diſpoſitio, ſeù requiſita ſuppleri valeant per æquipollens, & quid ſi conſtet de præexiſtentia veri crediti, ſuper quo Apoca fuit confecta, & an adſit aliqua differentia inter Apocas liberatoriae, & obligatorias.

### *TARRACONEN. PRÆCEDENTIÆ.*
*Lunæ 13. Ianuarij 1698.*
**DECISIO XXV.**

Firmatur in hac Deciſione, præcedentiam deberi Confraternitati antiquiori ſuprà cæterae poſteriori tempore erectas, non obſtante, quo Confraternitates iuniores nouum deferant Vexillum, cùm hæc circumſtantia nullam præbere valeat præcedentiam, non attenta quacumque conſuetudine in contrarium, quia potius ſaperet abuſum, & corruptelam, & præberet anſam inuidioſis æmulationibus.

### *ROMANA CAMBII.*
*Veneris 24. Ianuarij 1698.*
**DECISIO XXVI.**

De præſumpta ſatiefactione Creditoris, tàm ob lapſum temporis Statuarii, & longa acquieſcentia donec vixit, quàm ex adminiſtratione facta de bonis, & effectibus ſui Debitoris, itaùt eaindè fideiuſſor remaneat liberatus, præſertim, quotiès ex facto ipſius Creditoris alterata fuit natura contractus principalis: Et quomodò probetur, adminiſtrationem à Creditore ſuſceptam habuiſſe effectum, & conſecutiuè eumdem Creditorem potuiſſe, vel fuiſſe integrè ſatiſfactum de ſuo Credito.

### *ROMANA GRANI.*
*Lunæ 27. Ianuarij 1698.*
**DECISIO XXVII.**

Breuitèr quidèm, ſed ſingularitèr diſcutitur in hac Deciſione, quomodo ſe gerere debeat Iudex in caſu, quo Frumentum duorum Dominorum ſit inſimul commixtum, pro decernenda quantitate unicuique debita, præſertim, quotiès probationes circà propriam vtriuſque ratam deſupèr adductæ non benè concludunt.

### *ROMANA CAMBII.*
*Veneris 31. Ianuari 1698.*
**DECISIO XXVIII.**

De ſtylo, & praxi Sacræ Rotæ demandandi expeditionem Cauſæ, extenſa breui Deciſione, ad euitandam nullitatem Sententiæ promulgandæ, ſub prætextu, quod eadem Sententia excedat limites præcedentium Deciſionum.

### *FOROSEMPRONIEN. TESTAMENTI.*
*Lunæ 17. Februarij 1698.*
**DECISIO XXIX.**

Plura deducuntur circà modum recognoſcendi manum per comparationem, quandò nempè, & in quibus caſibus admitti ſoleat, & debeat in Iudicijs, præſertim ad effectum offuſcandi certitudinem ſchedulæ Teſtamentariæ in materia Teſtamenti nuncupatiui, cuius veritas, & legalitas aliundè eluceſcat.

### *NEAPOLITANA PENSIONIS.*
*Lunæ 17. Februarij 1698.*
**DECISIO XXX.**

De extinctione Penſionis ob contractum à Penſionario Matrimonium, cùm aliquibus ampliationibus, & an huiuſmodi exceptio extinctionis attendatur in ſummariſſimo Iudicio manutentionis, præſertim, quandò Penſionarius expreſsè deuenit ad ſuſpenſionem Petitorij, Et quid, ſi allegauit Indultum retinendi, quod tamen appareat reſtrictum ad Penſiones dumtaxat poſt Matrimonium acquirendas: Et aliqua ad limitationem regulæ, quod Sententia poſterior non teneat, quotiès primam contrariam expreſsè non reuocat; Ac etiam ad limitationem alterius regulæ circa nullitatem Sententiæ Rotalis, quæ excedat limites præcedentium Deciſionum.

### *SVRRENTINA IVRISDICTIONIS.*
*Ven. 21. Februarij 1698.*
**DECISIO XXXI.**

De aſſiſtentia Iuris, quam habet Epiſcopus circà exercitium Ordinariæ Iuriſdictionis, ſeù iuris viſitandi Hoſpitalia, Cappellas, & Confraternitates ſuæ Diœceſis, etiam ad effectum manutentionis, ac de Priuilegije Sacroſanctæ Baſilicæ Lateranen. circà aggregationem huiuſmodi locorum Piorum citrá qualitatem fundationis in Solo eiuſdem Baſilicæ, quodque ſimiles aggregationes nullam importent exemptionem ab ordinaria iuriſdictione Epiſcopi, etiam quandò huiuſmodi Cappellæ, & Confraternitates exiſterent in Eccleſijs Regularium.

### *PAPIEN. PRÆPOSITVRÆ.*
*Veneris 28. Februarij 1698.*
**DECISIO XXXII.**

Quandò, & quomodò appellare liceat ab irrationabili Iudicio Examinatorum Synodalium, & conſecutiuè petere admiſſionem ad nouum examen coram Iudice appellationis; Et quid, ſi lapſus ſit annus à die primi examinis citrà culpam appellantis, & an adſit in his terminis differentia inter Beneficia Iuriſpatronatus, vel liberæ collationis: Et aliqua de appellatione interpoſita curàm honeſtie perſonis, an ſcilicèt ſemper debeat Parti, vel Iudici intimari.

### *BONONIEN. SVCCESSIONIS.*
*Lunæ 2. Martij 1698.*
**DECISIO XXXIII.**

Deciſio hæc tamquam breuiſſima, & ſimplicitèr agens de conceſſione Remiſſoriæ, nullo indiget Argumento.

### *CÆSENATEN. PRÆTENSÆ SVCCESSIONIS.*
*Lunæ 3. Martij 1698.*
**DECISIO XXXIV.**

Promiſſio de donando, vel renunciando quandò habeatur pro vera, & perfecta donatione, ſeù, renunciatione; adeòut ex tali promiſſione agi valeat tamquàm ex contractu effectuato: Et quandò ad euitandam ſuperfluitatem in renunciatione, illa debeat comprehendere etiam Maternam hæreditatem, quamvis litteralitèr non expreſſam.

ASCV-

# Index Argumentorum.

### ASCVLANA BENEFICII.
*Merc. 5. Martii 1698.*
**DECISIO XXXV.**

Agitur de conceſſione Remiſſoriæ pro examinandis Teſtibus inductis pro parte Patroni laici ad effectum iuſtificandi calumniam reſpectu litis, cuius intuitu Beneficiatus obtinuerat à Dataria admitti reſignationem fauore certæ perſonæ.

### ROMANA PRÆLATVRÆ DE VECCHIARELLIS.
*Lunæ 10. Martii 1698.*
**DECISIO XXXVI.**

Exceptio antiquioris Fideicommiſſi nequit allegari per hæredem eius, qui ſuper remiſſione ejuſdam antiqui Fideicommiſſi tranſegit cum ordinatore poſterioris Fideicommiſſi, non obſtante, quod inter tranſigentes nulla de facto lis adeſſet, ſed ſolus timor litis probabiliter mouendæ, præſertim, quotiès tranſactio facta fuit bona fide, & ex cauſa honeſta, & laudabili quia tunc fortiùs afficit hæredes tranſigentium, licèt ex propria perſona vocatos ad Fideicommiſſa antiqua, ſuper quibus fuit tranſactum.

### ROMANA TESTAMENTI.
*Ven. 14. Martij 1698.*
**DECISIO XXXVII.**

Auditor Rotæ, cui commiſſa eſt Cauſa, debet proferre Sententiam ad limites Deciſionis, itàut ſi quid vltra in ea contineatur, manifeſtam nullitatem importet, niſi ſit de ijs, quæ veniant in neceſſariam conſequentiam expreſſorum in Deciſione. Cautio per Forenſem præſtanda de ſtando Juri, & Judicatum ſoluendo durat quouſquè viget lis, nec expirat in prima, vel ſecunda Inſtantia. Exceptio rei Judicatæ impedit litis ingreſſum, nec poteſt referuari ad merita Cauſæ, ſi Pars proteſtetur, licèt, quando eſt turbida, id fieri valeat. Princeps tali exceptioni rei Judicatæ nunquam derogaſſe cenſetur, niſi id expreſsè dixerit.

### BARCHINONEN. BENEFICII.
*Lunæ 14. Aprilis 1698.*
**DECISIO XXXVIII.**

Gratia impetrationis Beneficij per tertium poſſeſſi, dicitur Gratia piſcatoria, & odioſa, & ideò omninò reſtringenda, & impetrans tenetur probare negatiuam concludentèr, ſi in ea ſuæ intentionis fundamentum conſiſtat. Juriſpatronatus qualitas gentilitia probatur ſufficientèr per centenariam, etiamſi in contrarium ſit fundatio, ac etiamſi titulus fuerit productus ab habente centenariam, dummodò ad illum ſe non reſtrinxerit. Diſtributiones quandò veniant appellatione fructuum Beneficij.

### SPOLETANA PRIMITIARVM.
*Veneris 18. Aprilis 1698.*
**DECISIO XXXIX.**

Communitas, & ejus burſa, eſt quid diſtinctum à burſa particularium, nec illa tenetur ad onera iſtorum: Primitiæ videntur debitæ de Jure Diuino, & licèt debeantur regularitèr Paroco, poſſunt tamen ex conſuetudine alteri eſſe debitæ, maximè quandò agitur de Eccleſia Matrice, à qua fuit facta diſmembratio pro commoditate habitantium. Tranſactio erronea non ſubſtinetur, maximè facta à Communitate ſine ſolemnitatibus, & cauſa. Baro loci tenetur ad onera Cameralia pro bonis, quæ poſſidet in ſuo Feudo. Immunitas conceſſa ob benemerita, quandò non contineatur in generali reuocatione.

### LVCIEN. FRVCTVVM DOTALIVM.
*Lunæ 21. Aprilis 1698.*
**DECISIO XL.**

Fructus dotales debentur Marito ratione onerum Matrimonij, & etiam ratione fructuum amiſſorum, quando datus fuit Fundus in ſolutum, illeque fuit euictus. Dos ad pompam quandò cenſeatur conſtituta, & de coniecturis id excludentibus. Confeſſio dotis receptæ quandò, & in quibus caſibus probet veram numerationem, maximè, quandò apparet de vera numeratione partis notabilis eiuſdem Dotis.

### ROMANA ASSECVRATIONIS NAVIS CITTA' DI COOPENAGHEN.
*Lunæ 28. Aprilis 1698.*
**DECISIO XLI.**

Contractus aſſecurationis an dicatur ſponſionis, vel fideiuſſionis: Naufragium, ſeù caſus ſiniſter probatur indicijs, & coniecturis. Quandò Gubernator habet dominium Nauis, ſeù Mercium, ſuper quibus ſit aſſecuratio, tunc eius culpa grauis ſufficit ad excuſandum aſſecuratos à Barattaris, Quandò verò ipſe non eſt dominus, tunc requiritur culpa grauiſſima ad dolum præordinata. Cudens Monetam bonam, & iuſti ponderis, ſub imagine tamen alterius Principis, quâ pœnâ plecti debeat: Quid in Mercatore extero eas recipiente, qui datâ ignorantiâ, & non probatâ plenè per Fiſcum ſcientiâ, debet abſolui.

### PISAVREN. RESCISSIONIS CONTRACTVS.
*Lunæ 5. Maij 1698.*
**DECISIO XLII.**

Rota non exequitur ſua Mandata: ſeù Sententias poſt curſum decem Annorum, ſed tunc denuò mandat diſputari Dubium; Hoc tamen non procedit, quandò proptèr Aduerſarij præpotentiam Mandata non potuerunt habere effectum. Liberatio à moleſtijs importat refectionem omnium damnorum, & intereſſe. Donatio facta contemplatione certi, & determinati Matrimonij ſubiacet collationi, & quandò talis dicatur, & licèt fiat Nurui; tamen cenſetur facta contemplatione filij.

### VENETA, SEV' ANCONITANA PECVNIARIA.
*Veneris 9. Maij 1698.*
**DECISIO XLIII.**

Conciliantur in hac Deciſione duo *Textus*, qui inter ſe contrarij videntur; Vnus ſcilicet *in l. ejus, qui in Prouincia, ff. ſi cert. petat*, & alter *in l. ſi quis Mancipijs 17. §. Si impubes, ff. de Inſtitor. act.*; Et declaratur, in quibus terminis vterque procedat, & concluditur, Inſtitorem expreſsè præpoſitum, ac à Præponente notificatum Correſpondalibus per litteras oblatorias, obligare poſt mortem ipſius Præponentis etiam eius hæredes, licèt Pupillos, & Minores.

### ROMANA, SEV' VENETA IMMISSIONIS.
*Lunæ 12. Maij 1698.*
**DECISIO XLIV.**

Furoris plures ſunt ſpecies, ſed non omnes tollunt factionem Teſtamenti, ſed ea ſolùm, quæ eſt continua, & inſanabilis; Nam ea, quæ habet lucida interualla, permittit factionem Teſtamenti, & illud præſumitur ſemper factum tempore lucidorum interuallorum, maximè, quandò diſpoſitio eſt prudens, niſi contrarium præcisè probetur. Prodigo debet dari Curator; ſed quæ requirantur ad talem effectum, & quis verè dicatur Prodigus.

### ASSISIEN. PECVNIARIA
*Veneris 16. Maij 1698.*
**DECISIO XLV.**

Hæres beneficiatus non reddens legitimam rationem, habetur, ac ſi eſſet hæres purus, & contrà eum relaxatur Mandatum. Continentia Cauſæ diuidi non debet, & ideò Judex Cauſæ contrà poſſeſſorem debet eſſe Judex etiam ad fauorem illius contra Authorem

rem

Digitized by Google

rem laudatum, qui ad indemnitatem poſſeſſoris tenetur.

*ROMANA PRÆLATVRÆ DE VECCHIARELLIS.*
*Lunæ 2. Julij 1698.*

DECISIO XLVI.

Recurrat pro contentis in Deciſione ad argumentum *Deciſ.* 36. Fœmina an, & quandò veniat appellatione proximiorum, & quando admittatur ad excluſionem maſculi remotioris. Fœmina quandò comprehendatur in Fideicommiſſo agnatitio, etiam non extantibus maſculis, & quæ requirantur ad hoc, ut ea etiam in tali caſu non valeat admitti.

*GERVNDEN. PAROCHIALIS, SEV RECTORIÆ DE VILOBI.*
*Veneris 6. Junij 1698.*

DECISIO XLVII.

Vnio Beneficiorum debet probari concludentiſſimè, & per actus neceſſario illam inferentes, maximè, quando ultimus ſtatus eſt collatiuus. Eccleſiæ duæ Cathedrales ſimul unitæ per Pontificem, quandò cenſeantur æquè principaliter unitæ, & à qua ſummi debeat denominatio, & an habeat locum inter eas alternativa, & in quibus: Quandò Pars paratam ſe offert ad parendum, non eſt opus recurrere ad aggravatoriam, ſeù aggravatoriam, ſed Iudex poteſt exequi Mandatum: Declaratio verbalis incorporalibus idem importat, ac vera traditio.

*ROMANA TESTAMENTI.*
*Lunæ 9. Julij 1698.*

DECISIO XLVIII.

Legitima licèt debeat deſcentibus in Teſtamento relinqui, non tamen annullatur Teſtamentum, quando aliquid eis fuit relictum ex hoc titulo; Teſtamentum ad hoc, ut tanquàm conditum ob iracundiam, vel ad alterius ſuggeſtionem valeat irritari, plura requiruntur; & quoad hoc ultimum probationes concludentes. Legitima Matris licèt ſi tertia tertiæ, quandò concurrunt Fratres, & Sorores in ſucceſſione, id tamen intelligitur, ſi id, quod aufertur Matri, applicatur præfatis perſonis, nam ſi agitur de extraneis, legitima Matris eſt tertia totius. Renunciatio alia eſt tranſlatiua, alia abdicatiua, ſeu extinctiua, & de utriuſque effectibus: Tribellanica ex quibus cenſeatur prohibita.

*ROMANA LEGITIMÆ.*
*Lunæ 9. Junij 1698.*

DECISIO XLIX.

Impugnans Teſtamentum tanquàm nulliter factum, licèt non valeat petere legata in eo ſibi relicta, rectè tamen poteſt petere legitimam ſibi de Jure debitam. Non obſtante facultate liberè diſponendi de aliquibus bonis, adhuc ſuper eis debetur legitima, maximè quandò dictio illa, *liberè*, ad alia poteſt referri: Dos data Matri, an per Nepotes proprio jure ſuccedentes debeat in legitimam imputari. Funeria impenſæ, quæ habent prælationem omnibus Creditoribus, quæ comprehendant, & an ſub earum nomine veniant Miſſæ demandatæ celebrari per Teſtatorem poſt ipſius ſepulturam, & negatiuè reſolvitur, niſi humatio fuerit facta de nocte, & in die immediatè ſequenti celebrata Sacrificia.

*ROMANA SALVIANI.*
*Ven. 13. Junij 1698.*

DECISIO L.

Commoditas fructuum poteſt hypothecari, dummodò ſpecialitèr non ſit prohibita, nec comprehenditur ſub generali, & generaliſſima prohibitione alienationis. Hypotheca legitimè conſtituta ſuper Emphyteuſi non extinguitur per reverſionem ad Dominum directum, quandò id fit, & ſequitur ex cauſa voluntaria; Fœudum, & Emphyteuſis pactionata, quandò ex conſuetudine redduntur alienabiles in præjudicium comprehenſorum in Inveſtituris, & quæ requirantur ad probandam hujuſmodi conſuetudinem.

*NVLLIVS, SEV CALAGVRITANA QVARTÆ FVNERALIS DE NAXERA.*
*Veneris 13. Julij 1698.*

DECISIO LI.

Aggravatoria relaxatur contra contumaces in parendo mandatis Rotalibus, maxime poſt Declaratoriam. Oblatio verbalis de parendo non ſufficit, quando factum requiritur: Cenſuræ in ſubſidium tantum, & deficientibus alijs remedijs, ſunt exercendæ. Conſors litis tàm in recurſibus ad Judices Laicos, quàm in materia attentatorum, tenetur pro alio Conſorte: Impedimenta præſtita pro extractione ſcripturarum, cenſentur provenire ab eo, qui habet intereſſe, etiam ſi ſub alterius nomine fiant. Litteræ hortatoriæ Iudicis diverſi Territorij debent exequi.

*CRACOVIEN. SCHOLASTERIÆ.*
*Lunæ 16. Iunii 1698.*

DECISIO LII.

Patronus, qui ſemel præſentauit, licet poſſit variare, id tamen poteſt facere cumulatiuè, non autem priuatiue, ſeu excluſiue, niſi adſit iuſta cauſa, quæ, qualis ſit, explicatur. Anterioritas deſumitur non à data præſentationis, ſed ab illius exhibitione facta coram Ordinario. Iuſpatronatus relictum alicui & eius deſcendentibus maſculis in perpetuum, dicitur gentilitium, & Nepotes ſuccedunt in eo cum Patruo, ſed in ſtirpes, repræſentando proprium Patrem.

*CRACOVIEN. SCHOLASTERIÆ SVPER SEQVESTRO.*
*Lunæ 16. Iunii 1698.*

DECISIO LIII.

Sequeſtrum quando, & quibus ex cauſis concedatur, & non ſolum de rebus, & fructibus, ſed etiam de perſonis, quandò agitur de fœdere Matrimonii, & de Thori ſeparatione. Statutum Florentinum circa ſolutionem Gabellæ ponderatur, & concordatur cum altera lege Municipali Anni 1641. fauore Montiſtarum Montis Salis. Lex poſterior non cenſetur derogare priori, niſi id expreſſè dicat, vel niſi ſit omninò incompatibilis.

*ROMANA PRÆTENSÆ NVLLITATIS CONTRACTVS.*
*Veneris 20. Iunii 1698.*

DECISIO LIV.

Contractus Mulieris pro exoneratione Conſcientiæ, quandò valeat etiam ſinè Solemnitatibus; Nullitas ob defectum interuentus Proximiorum ad hoc, ut intret, quid neceſſario probandum ſit. Mulieres, & Minores ea facilitate, qua inducuntur ad ſe obligandum, inducuntur etiam ad confitendum Nullitas contractus Minoris apta eſt retardare etiam executionem obligationis Cameralis. Solemnitates requiruntur etiam in contractu inter Matrem, & filium: Cauſa in Contractu Minoris debet eſſe præciſa, & aliundè probari, quàm ex Partium aſſertione.

*FAVENTINA IVRIVM PAROCHIALIVM.*
*Lunæ 23 Iunij 1698.*

DECISIO LV.

Matricitas Eccleſiæ ex quibus probetur. Clerus Secularis Eccleſiæ filialis in proceſſionibus præcedit Clerum

Digitized by Google

rum Regularem Eccleſiæ Matricis. Miniſter deputatus cum Iuriſdictione Eccleſiaſtica ſuper perſonis Exercitus, an poſſit Ordines conferre, & Dimiſſoriales concedere perſonis militantibus, eorumque filijs natis in Exercitu, vel illi, & illæ ſunt concedendæ ab Ordinario, ſub cuius Iuriſdictione in Statione, vel in Præſidijs commorantur.

*ROMANA HÆREDITATIS DE LANVVIIS.*

*Lunæ 23. Iunij 1698.*

DECISIO LVI.

Fructus debentur à die primi Judicij, etiamſi adſit Sententia intermedia contraria, dummodò primum Iudicium non ſit nullum; ſed ſi nullitas procederet ex defectu Incompetentiæ, adhùc fructus à die primi Judicij deberentur, dum in eo fuerunt producta Iura: Beſtiamina exiſtentia ſuper bonis Eccleſiæ, Commendæ, ſeù primogenituræ, ſi non ſunt Inſtrumenta fundi, non cedunt ſucceſſori, ſed debentur hæredibus defuncti. Argumentum à contrario ſenſu licèt regulariter validum, in pluribus tamen caſibus non habet locum, & præſertim quando agitur de amiſſione proprij Iuris.

*RHEGINEN. FIDEICOMMISSI.*

*Ven. 27. Iunij 1698.*

DECISIO LVII.

Creditur Notario aſſerenti, copiam ab eo fuiſſe à ſuo originali extractam eo modo, & forma pròut iacet. Renunciatio ſucceſſionum vſquè tunc purificatarum, non complectitur purificandas, nec tanquam ſtricti Juris extenditur de re ad rem, aut de perſona ad perſonam. Renunciatio generalis non requirit conſenſum eorum, quorum hæreditatibus renunciator, & quandò dicatur generalis. Renunciatio abdicatiua, & realis, an admittat aliquo caſu regreſſum renuncianti, & in quo caſu. Læſio non cadit in renunciatione, quæ fit à filia Moniali recepta congrua dote. Capitula quandò ſint attendenda, vel potius ſubſequens Inſtrumentum.

*RHEGINEN. FIDEICOMMISSI SVPER REMISSORIA.*

*Ven. 27. Iunij 1698.*

DECISIO LVIII.

Agitur de materia Remiſſoriæ concedendæ, nec ne, quod plurimùm dependet à circumſtantijs, & an dari debeat cum, vel ſinè retardatione proceſſus: Remiſſoria non datur, quando Cauſa eſt commiſſa cum Clauſula, *conſtito de tribus*, quia res iudicata debet ex iiſdem Actis infringi, non ex nouis probationibus.

*MELEVITANA FIDEICOMMISSORVM SVPER FRVCTIBVS.*

*Veneris 27. Iunij 1698.*

DECISIO LIX.

Liquidatio fructuum, ad quorum reſtitutionem tenetur Reus poſt litem motam, probatur per Teſtes, maxime conductores bonorum, per Inſtrumenta locationum, & ſimilia. Taxa fructuum bonorum ſtabilium, quæ olim erat ad rationem quinque pro centenario, hodiè redacta eſt ad quatuor. Intereſſe rei venditæ debet commenſurari ad fructus, qui ex ipſa re percipiuntur.

*ROMANA ASSOCIATIONIS.*

*Ven. 4. Julij 1698.*

DECISIO LX.

Præſcriptio licèt propriè non detur in Cenſibus, poteſt tamen Cenſus ex curſu temporis, & alijs coniecturis præſumi extinctus; & de varijs præſumptionibus id ſuadentibus. Creditores hæredis in bonis ipſius præferuntur Creditoribus defuncti, mediante beneficio ſeparationis. Filius familias quandò poſſit valide pro Patre fideiubere, & quandò non debeat reſtitui in integrum; quæ ſolemnitates requirantur in contractu Filij familias pro Patre, maximè quandò eſt minor. Statutum cuius loci attendatur circa ſolemnitates, an Statutum loci Contractus, vel domicilij; quid, quandò agitur de Statuto ætatem minorem abbreuiante: Fraus in emancipatione ex quibus excludatur, vel includatur.

*LEODIEN. MONASTERII.*

*Ven. 4. Julij 1698.*

DECISIO LXI.

Quamuis per diſpoſitionem *Textus in cap. nè pro defectu, de elect.* electio debeat fieri intrà tres Menſes; Tamen id limitatur, quandò ardet Bellum in illis Partibus, vel aliud concurrit legitimum impedimentum. Impetrans Abbatiam ob non factam electionem intrà tempus *à dicto Decreto* præſcriptum, debet de neceſſe exprimere Pontifici poſſeſſionem alterius, etiamſi illa nulla prætendatur; Plura capita adducuntur circà nullitatem Capituli Provincialis, & Electionum in eo ſecutarum, & ſignantèr, quia concurrebat abuſus Laicæ poteſtatis, quod quandò verificari dicatur, latè demonſtratur.

*LEODIEN. CANONICATVS.*

*Veneris 4. Julij 1698.*

DECISIO LXII.

Gratia Pontificis tunc dicitur obreptitia, vel ſubreptitia, quandò tacitum fuit id, quod Pontificem à gratia retraxiſſet: verùm an id procedat, debet recurri ad intentionem concedentis; vnde taciturnitas eorum, quæ facilitaſſent gratiam, non eſt habenda in conſideratione. Gratia reualidatoria, quid operetur; Quandò finis à Teſtatore; vel Principe deſideratus pinguiùs fuit impletus, non curatur de modo. Tempus non currit impedito, maximè quandò impedimentum prouenit non ex culpa impediti, ſed ex facto Aduerſariorum.

*ASSISIEN. PECVNIARIA.*

*Veneris 4. Julij 1698.*

DECISIO LXIII.

Legato Fundo grauato annuo Cenſu, quæritur, an onus talis Cenſus tranſeat ad legatarium, vel ſpectet ad hæredem legantis, & fauore legatarij reſoluitur in Cenſibus conſignatiuis creatis ad formam Bullæ B. Pij V.; Cenſus, euicto Fundo dato in ſolutum pro eius extinctione, non reuiuiſcit, ſed datur actio pro euictione: Compenſatio quandò admittatur in Cenſu, & quid requiratur. Sors Cenſus eſt irrepetibilis, nec pro ea competit actio, niſi in caſu moleſtiarum.

*PAPIEN. PRÆPOSITVRÆ.*

*Ven. 28. Novembris 1698.*

DECISIO LXIV.

Licet Judex, poſtquàm ſemel iudicauit, non poſſit in Cauſa ſe intromittere, id tamen intelligitur de definitiua Sententia, non de Interlocutoria; nam in hac vltima ſpecie poteſt iterùm, iterùmque pronunciare, vt dicitur eſſe in examine litteraturæ, quæ per duas vices in gradu appellationis poteſt fieri. Appellatio à reprobatione Examinatorum datur ſemper in deuolutiuo, & etiam in ſuſpenſiuo, quando agitur de Beneficio Juriſpatronatus Laicorum. Habens oculum effoſſum, an dici debeat deformis, & ridiculus; & an electio de eo facta, dicatur importare diſpenſationem impedimenti.

*ROMANA FRVCTVVM DOTIS.*

*Lunæ 1. Decembris 1698.*

DECISIO LXV.

Intereſſe lucri ceſſantis, quibus concurrentibus debeatur; & quomodò intelligatur ſatisfactum requiſitis

*Pauli*

# Index Argumentorum.

*Pauli de Caſtro*. Depoſitiones extraiudicialia faciunt adminiculum, maximè, quandò factæ ſunt à Sacerdotibus: Legatum quantitatis licèt regularitèr non pariat intereſſe, niſi à die petitionis, fallit tamen in legato quantitatis inueſtiendæ, quia habetur pro legato ſpeciei, maximè, quandò tractatur de legato ad Piam cauſam, & cuius fructus ſunt à Teſtatore deſtinati in opus Pium.

*ROMANA PRÆLATVRÆ DE VECCHIARELLIS.*
*Veneris 5. Decembris 1698.*
DECISIO LXVI.

Prælegata quandò, & in quibus caſibus veniant in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis. Melioramenta quandò non ſunt liquida, non retardant immiſſionem: Legata etiam Pia debent pro rata diminui, quandò hæreditas non eſt ſoluendo, niſi agatur de materia ſatis priuilegiata, & coniecturę præſumptæ voluntatis concurrat pro non diminutione. Melioramenta debent reſici inſpecto ſtatu reſtitutionis, & ſecundùm eorum valorem tunc temporis, quandò itá fuit conuentum.

*ROMANA, SEV FIRMANA. SVCCESSIONIS.*
*Mercurij 10. Decembris 1698.*
DECISIO LXVII.

Repræſentatio datur gradus tantùm, non verò perſonæ, itáut excluſa Matre filius concurrere valeat ad ſucceſſionem, repræſentando gradum Matris, non perſonam: Læſio conſideratur etiam in Tranſactione, habita ratione dubij litis euentus, qui debet à Judice penſari, & æſtimari; & datur in ea enormiſſima læſio, non obſtante lite. Statutum laicale quandò proſit Clericis, & quandò non. Loca, & Ciuitates ſubiectæ non poſſunt condere Statuta ſinè licentia Ciuitatis dominantis, maximè contraria Statutis eiuſdem. Statuta loci inferioris vbi non diſponunt, recurri debet non ad Jus commune, ſed ad Statuta Ciuitatis dominantis.

*ROMANA, SEV LIMANA. CAMBIORVM.*
*Lunæ 12. Januarij 1699.*
DECISIO LXVIII.

Aliqua tanguntur circa Canonizationem Sanctorum, quæ ſolo Pontifici reſeruata eſt. Quandò Procurator quis à pluribus conſtituitur, à quolibet cenſetur in ſolidùm conſtitutus, quandò Mandata in diuerſis Inſtrumentis continentur. Succeſſores in Canonicata quando teneantur pro geſtis ab anteceſſoribus, & quandò talia geſta cenſeantur ratificaſſe. Procurator ad aliquid ſpecialitèr conſtitutus, cenſetur habere facultatem ad omnia ea, quæ ſunt neceſſaria pro obtinenda tali re. Cambia Maritima quæ ſint, & de eorum legitimitate. Procuratores plures, licèt regularitèr non cenſeantur conſtituti in ſolidùm, hęc tamen regula limitatur concurrentibus Clauſulis contrarium denotantibus, & etiam quandò agitur de materia Mercantili, fauore Commercij.

*BONONIEN. PRÆDII.*
*Veneris 2.. Januarij 1699.*
DECISIO LXIX.

Licèt in venditione regularitèr veniant quidquid eſt expreſſum inter Confinia, & non vltrà, tamen quandò conſtat de intentione Partium, ſeù ex alijs circumſtantijs id reſultat, extenditur, & comprænhendit venditio etiam vltrà id, quod continet Confine, maximè, quandò agitur de unico Prædio, & quantitas pretij excedit valorem eius, quod infrà Confinia comprænhenditur. Legata Domo, quandò veniant Apothecæ ſubtùs eamdem Domum exiſtentes, & plura hinc indè cumulantur pro earum incluſione, vel excluſione. Excauatio Lapidicinæ in priuato Fundo non admittitur inuito Domino, quandò non agitur de re pretioſa, in qua cadant Regalia Principis.

*CRACOVIEN. SCHOLASTERIÆ.*
*Lunæ 9. Februarii 1699.*
DECISIO LXX.

Præſentatio, quouſquè non fuit exhibita coràm Ordinario, habet vim ſimplicis nominationis, & poteſt ad libitum revocari. Abſens licèt poſſit per Ordinarium inſtitui quandò Beneficium non requirit examen; adhùc debet priùs coràm eo exhiberi præſentatio, & ſaltèm per Procuratorem inſtari pro inſtitutione. Plura coniecturæ cumulantur pro arguenda colluſione, & antidata. Confitens ſcripturam veram, non ideò confitetur veritatem Datæ eidem annexæ.

*CRACOVIEN. SCHOLASTERIÆ SVPER SEQVESTRO.*
*Lunæ 9. Februarii 1699.*
DECISIO LXXI.

Sententia nulla, & injuſta non meretur nomen Sententiæ, nec inducit bonam Juris præſumptionem, ex qua datur Sequeſtrum. Sententia lata per Judicem, poſtquàm fuit legitimè allegatus ſuſpectus, non valet: Sacra Rota an debeat in totum abſtinere à judicando, ſi unus ex Auditoribus ſit conjunctus in gradu cum uno ex Litigantibus, vel ſufficiat, ipſum Auditorem recedere ab Aula Rotali, quandò talis Cauſa diſcutitur, & demonſtratur, quid diſponant ſuper hoc Pontificiæ Conſtitutiones. Privilegium conceſſum Legatis, nè durante Legatione conveniantur, quomodò, & in quibus caſibus procedat, & an juvet litis Conſortes.

*CARPENCTORATEN. PAROCHIALIS DE MAZAN.*
*Veneris 13. Februarij 1699.*
DECISIO LXXII.

Reſignans ad favorem indigni non cadit à jure ſuo, niſi in reſignante probetur concludentèr ſcientia indignitatis: Sic paritèr dicendum eſt de Patrono præſentante perſonam inhabilem, quia non probatâ ſcientiâ poteſt præſentare alium idoneum infrà quadrimeſtre in præjudicium Ordinarij; ſecùs in præjudicium alterius primo loco ab ipſo præſentati, vel præſentatorum ab alijs Patronis, quibus pro illa vice accreſcit Jus præſentandi. Conſtitutio obligans Notarios ſub pœna ad denunciandum Inſtrumenta, debet Intelligi de Inſtrumentis Gabellabilibus, vtpotè ad quæ eſt directus finis, & ratio legis.

*EADEM SVPER REMISSORIA.*
*Veneris 13. Februarij 1699.*
DECISIO LXXIII.

Deciſio, hæc proptèr ſui brevitatem, nullo indiget Argumento.

*ROMANA PRÆTENSÆ NVLLITATIS CONTRACTVS.*
*Lunæ 16. Februarij 1699.*
DECISIO LXXIV.

Contractus non poteſt judicari læſiuus, niſi conſideratis omnibus pactis, & circumſtantijs diminuentibus rei valorem. Loca Montium viuculata valent ſatis minus eorum ſolito, & currenti pretio. Contractus fœneratitius ex quibus excludatur. Pactum retrouendendi non valet exerceri à Creditore hypothecario Venditoris, quandò anteà Emptor illud affrancauit. Vacante Abbatia olim Regolari, poſteà per Pontificem commendata, adminiſtratio fructuum ſpectat ad Ordinarium, non autem ad Abbatem.

# Index Argumentorum.

*ROMANA SALVIANI.*
*Lunæ 16. Februarij 1699.*
DECISIO LXXV.

Commoditas fructuum cadit ſub hypotheca Creditoris, quandò non eſt ſpecialitèr prohibita. Laudemium quandò, & in quibus caſibus ſit ſoluendum. Filius hæres Patris non poteſt dimittere Emphyteuſim à Patre pro ſe, & filijs ſtipulatam; reprobatis *Corneo conſil. 301. lib. 1. & Andreolo contr. 379.* in contrarium allegatis.

*GIENNEN. IVRIS MVTANDI.*
*Veneris 20. Februarij 1699.*
DECISIO LXXVI.

Epiſcopus duarum Eccleſiarum vnicarum, habens vigore immemorabilis, & rerum Iudicatarum facultatem mutandi ad ſui libitum Miniſtros de vna ad aliam, poteſt id facere abſquè aliqua cauſa, & pro ſola ſui conſcientia: Epiſcopus quandò ſiuè Capitolo poſſit Statuta condere in Synodo. Renunciatio facta à Minore laico occaſione ingreſſus in Religionem, requirit ſolemnitates Statutarias, non autem illas requiſitas à Sacro Concilio Tridentino.

*ROMANA TESTAMENTI.*
*Mercurij 11. Martij 1699.*
DECISIO LXXVII.

Teſtamentum ad hoc, vt irritetur ex doloſis ſuggeſtionibus, ac ex Iracundia; quæ concurrere debeant; & demonſtratur differentia inter doloſas ſuggeſtiones, ac blanditias, & affectationes, ex quibus Teſtamentum nullo modo irritatur. Legitima ad hoc, vt dici poſſit prohibita, requiritur cauthela Socini, ſeù Durantis, & tunc talis prohibitio ſumit robur ab acceptatione filij; an prohiberi valeat per Clauſulas æquipollentes, & quales illæ eſſe debeant. Differentiæ plures inter legitimam, & Trebellianicam, & earum prohibitionem, recenſentur.

*TOLETANA DECIMARVM DE CAPILLA QVOAD PAROCOS.*
*Lunæ 23. Martij 1699.*
DECISIO LXXVIII.

Decimæ, & Ius decimandi licèt ex authoritate Pontificis poſſint eſſe penès Laicos, requiritur tamen ad dictum effectum immemorabilis cum fama Priuilegij, & ex quibus probetur, vel excludatur immemorabilis: Vitium litigioſi ad hoc, vt intret, quid requiratur. Parochi regularitèr debent eſſe Seculares, non Regulares, in hac materia multùm defertur iudicio Epiſcopi.

*TOLETANA DECIMARVM DE CAPILLA, QVOAD DIGNITATEM ARCHIEPISCOPALEM.*
*Lunæ 23. Martij 1699.*
DECISIO LXXIX.

Succeſſor in Epiſcopatu non tenetur ad reſtitutionem Decimarum per eius anteceſſorem perceptarum, dum pendebat lis ſuper earum pertinentia, ſed ſolùm ad eas, quas ipſemet percepit, & Sententia contrarium deciſiens eſt iniuſta. Pacta inita occaſione Reſignationis Beneficiorum, ſi à Pontifice non fuerunt approbata, non tenent, cùm ſecundùm Regulas Cancellariæ non debeat iudicari iuxtà ſupplicationem, ſed ſecundùm tenorem Litterarum expeditarum.

*ROMANA, SEV SABINEN DOTIS.*
*Lunæ 30. Martij 1699.*
DECISIO LXXX.

Bona aſſignata pro dote quandò cenſeantur tradita pro Fundo dotali, vel tranſeat dominium bonorum in Virum, plura hinc indè adducuntur argumenta, & coniecturæ, ex quibus arguitur, vel excluditur Fundus dotalis.

*ROMANA, SEV SABINEN. MANVTENTIONIS.*
*Lunæ 30. Martij 1699.*
DECISIO LXXXI.

Clauſula *Parito iudicato* in quo diuerat ab altera *ſine præiudicio legitimæ executionis* ad effectum obligandi ſuccumbentem ad refectionem expenſarum: Aliqua de manutentione, quandò ſit concedenda, necnè, vbi incontinenti conſtat de malo iure poſſidentis; cum alijs, de quibus in *Summario*.

*GIENNEN. IVRISMVTANDI SVPER DECLARATORIA.*
*Veneris 3. Aprilis 1699.*
DECISIO LXXXII.

Agitur de Sententia Declaratoria incurſus in Cenſuras aduersùs contumaces in non parendo iuſſibus: & Mandatis Sacræ Rotæ, & in hac occaſione plures caſus diſtinguuntur, in quibus deuenitur ad eiuſdem Declaratoriæ relaxationem, vel non, pluraque afferuntur exempla: Agitur paritèr de materia Reſidentiæ Canonicorum, nec non Dignitatem Capituli, ſiuè Eccleſiæ ad limites, & mentem *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 7. de reformat. cap. 4. & ſeſſ. 21. & 22. cap. 3.* nec non *ſeſſ. 24. cap. 12. & 17.* cum explanatione paritèr plurium caſuum coincidentium in hac materia reſidentiæ ad plures effectus, & ſignantèr amiſſionis fructuum, vel Beneficij.

*ASCVLANA BENEFICII, SEV ABBATIÆ.*
*Lunæ 6. Aprilis 1699.*
DECISIO LXXXIII.

Quamuis *Regula Cancellariæ* 24. expoſcat conſenſum Patronorum Laicorum in admittendis reſignationibus, practicatur tamen prouiſio per viam reſignationis fauore Tertij, quandò ſtante litigio inter Patronos non eſt practicabilis huiuſmodi aſſenſus; Sed hæc prouiſio, ſiuè reſignatio facta per poſſeſſorem Beneficij non ſubſtinetur, quandò lis inter Patronos fuit ſuppoſita, ſiuè introducta calumnioſè; Ideò in hac *Deciſione* perpenduntur probationes, & coniecturæ eiuſdem calumniæ in ſequelam eorum, quæ habentur *ſuprà in Deciſ. 35.*

*ROMANA IMMISSIONIS.*
*Lunæ 6. Aprilis 1699.*
DECISIO LXXXIV.

Mater ex diſpoſitione Statuti Vrbis an ſuccedat filio ab inteſtato, quotiès iſta poſt ſe reliquit fratres, aut Sorores, & quatenùs non ſuccedat, an ei ſaltèm debeatur legitima, & in qua quantitate: Plura de tranſmiſſione hæreditatis non agnitæ, & de triplici ſpecie tranſmiſſionis. Statutum excluſiuum fœminarum proptèr maſculos an intelligatur de maſculis eiuſdem Matrimonij, vel potiùs, vt maſculi vnius Matrimonij poſſint excludere fœminas alterius: Et plenè diſſeritur, an, & quandò confeſſio debiti facta per Patrem in Teſtamento attendatur, necnè in præiudicium, ac diminutionem legitimæ filiorum; cum alijs, de quibus in *Summario*.

*CALAGVRITANA QVARTI BENEFICII DE ALESANCO.*
*Mercurij 29. Aprilis 1699.*
DECISIO LXXXV.

Agitur de Concurſu ad Beneficia Calaguritanæ Diœceſis, & de qualitatibus, ac requiſitis, quorum ratione vnus debeat alteri Competitori præferri, non obſtante, quod iſte obtinuerit gratificationem ab Ordinario: Et quandò reprobatus in primo Examine, & poſteà approbatus in ſecundo, cenſeri debeat vſquè ab initio idoneus, & neceſſariò approbandus.

LIO-

Digitized by Google

# Index Argumentorum.

*LEODIEN. MONASTERII.*
*Lunæ 4. Maii 1699.*
DECISIO LXXXVI.

De validitate Electionis licèt factæ extrà locum, ſeù Monaſterium, cui prouidendum erat de nouo Superiore; & quandò contemptus alicuius ex Vocalibus irritet Electionem, ac de pluribus cauſis excludentibus prætenſum contemptum Vocalis non citati, vel non admiſſi ad ſuffragandum in Electione, & quandò iſta dicatur, necnè facta per abuſum Laicæ poteſtatis: Beneficia promoti ad Epiſcopatum an vacent ab ipſo momento promotionis, aut confirmationis, vel potiùs à die Conſecrationis. Aliqua de incompatibilitate Beneficiorum, quandò obſtet, necnè illa obtinenti; & an, & quando S. R. E. Cardinales comprehendantur in generali ſermone in Statutis, vel Conſtitutionibus.

*NVLLIVS, SEV TERRÆ PONTIANI SVCCESSIONIS SVPER ATTENTATIS.*
*Luna 4. Maii 1699.*
DECISIO LXXXVII.

Attentata Iuria in quo differant in ordine ad purgationem ab Attentatis facti. Inſtantia quando tranſeat actiuè, & paſſiuè in hæredem, & an ſæpta contrà Laicum tranſeat in Clericum illius hæredem: Et de regula, quod fideicommiſſarius tenetur capere poſſeſſionem fideicommiſſi de manu hæredis, cum ſuis limitationibus, aliiſque, de quibus in *Summario*.

*NVLLIVS, SEV CALAGVRITANA QVARTÆ FVNERALIS DE NAXERA.*
*Luna 11. Maij 1699.*
DECISIO LXXXVIII.

Petebatur relaxatio Interdicti aduerſùs quoſdam Cappellanos, ſeù Beneficiatos ſub fundamento, quod parere detractaſſent Mandatis Rotalibus; ſed petens ſuccubuit mediante contraria reſolutione, in qua dictum fuit, conſtare de ſufficienti paritione, qua occaſione plura deducuntur, tàm in *Deciſione*, quàm *in Annot.* ſuper eo, an, & quandò paritio verbalis habeatur pro vera, & effectiua paritione: Aliqua de imploratione Brachij ſæcularis, & an, & quandò remedium Cenſurarum ſit ſubſidiarum, & quid. ſi agatur aduerſùs Titularem non ſoluentem Penſionem ſuper Beneficio reſeruatam.

*ROMANA CAMBII.*
*Veneris 15. Maij 1699.*
DECISIO LXXXIX.

Filij in conditione poſiti an, & quandò cenſeantur, necnè diſpoſitiuè vocati etiam in termini *Statuti Vrbis lib. 1. cap.* 142., & præciſiuè ab eodem *Statuto* plures examinantur coniecturę pro illorum vocatione, & cæteris contrarijs reſpondetur. Adiudicatio per Aſſ. Creditorem obtenta ex quibus præſumatur colluſiuè extorta: Et latè quandò legitima debeatur, vel non Aſcendentibus in bonis deſcendentium, qui poſt ſe liberos ab inteſtato reliquerunt. Donatio per Patrem ſtipulata *pro ſe, & hæredibus* quandò tranſeat ad filios, vti filios, licèt non ſint Patris heredes; Et aliqua de repræſentatione, & tranſmiſſione in materia fideicommiſſorum.

*ROMANA LEGITIMÆ.*
*Veneris 15. Maij 1699.*
DECISIO XC.

Plenè diſcutitur de materia, an, & quandò fœminæ per Statutum excluſæ à ſucceſſione proptèr maſculos faciant, necnè numerum, & partem pro augenda legitima ipſorum maſculorum de triente ad ſemiſſem: Et quid, ſi Statutum generalitèr præſcribat, legitimam non poſſe excedere trientem, aut faciat fœminas omninò extraneas tàm quòad ſucceſſionem, quam quòad legitimam: Plura de renunciatione, an, & quandò cenſeatur realis, & abdicatiua, vel potius ſimplicitèr perſonalis, & tranſlatiua, & de effectibus vtriuſque renunciationis, necnon de natura pacti de non petendo concepti per verba perpetuitatem denotantia, an, & quandò reſoluatur in renunciationem merè tranſlatiuam.

*BONONIEN. PRÆDII.*
*Lunæ 1. Iunij 1699.*
DECISIO XCI.

Præſens Deciſio eſt confirmatoria alterius, de qua *ſuprà in ordine la 69.*, & agit de eadam materia, an, & quandò in venditione Prædij, non obſtante deſignatione Confinium, veniant illius pertinentiæ, quamuis extrà Confinia exiſtentes. Reſciſſio Contractus ex capite læſionis an procedat in locatione, & conductione, & quid, ſi locatio fuerit abſquè contradictione obſeruata; Et an læſioni enormiſſimæ valeat per pactum renunciari, præſertim cum Iuramento.

*AQVINATEN. FIDEICOMMISSI.*
*Lunæ 1. Iunij 1699.*
DECISIO XCII.

Teſtator ſubiecerat Primogenituræ nonnulla ſtabilia nominatim deſcripta, & inſimul generalitèr adiecerat, quod eidem Primogenituræ ſubiacere deberent omnia alia Corpora exiſtentia ſub latiori vocabulo, ſeù Contrata *del Theano*; cùmque dubitaretur, an ſub Primogenitura caderent quædam alia Bona habentia ſuas particulares denominationes, ſed exiſtentia intrà fines dicti generalis vocabuli *del Theano*: affirmatiuè reſoluitur, ex rationibus perpenſis in *Deciſione*, in qua etiam aliqua habentur de probatione Cataſtri, ſed de hoc fuſiùs agitur in *Annot.*, an ſcilicèt, & quandò Cataſtrum probet contrà Tertium, & an ex eo probetur valor ſtabilium inibi deſcriptorum; Necnon etiam aliqua de effectibus centenariæ poſſeſſionis aduerſùs prætenſionem antiqui dominij ab alio excitatam.

*ROMANA PECVNARIA.*
*Veneris 5. Iunij 1699.*
DECISIO XCIII.

Onus adiectum Vſufructuario vniuerſali, vt ſoluere teneatur omnia debita Teſtatoris, eiuſque antenatorum, an importet obligationem extinguendi Cenſum paſſiuum in hæreditate repertum, vel potiùs huiuſmodi extinctio incumbat hæredi proprietario, adeòut interim Vſufructuarius obſtringatur dumtaxàt ad ſolutionem fructuùm; & de differentia inter Vſufructuarium vniuerſalem, & particularem circà onus ſoluendi annua legata, aliaque onera hæreditaria: Teſtator an, & quandò grauare valeat, vel grauaſſe cenſeatur hæredem, nè deducere valeat propria credita in reſtitutione fideicommiſſi; Et ex quibus coniecturis legatum cenſeatur relictum animo compenſandi cum eo, quod Teſtator legatario debebat.

*ROMANA DOTIS.*
*Veneris 12. Iunij 1699.*
DECISIO XCIV.

Impugnabatur ex capite nullitatis dotatio Sororis facta per geminos illius Fratres minores, ſub fundamento, quod in actu ipſius dotationis non fuerint adhibiti illorum Proximiores, quodque ſaltèm in defectum eorumdem Proximiorum non vnicus, ſed duo Curatores deputari debuiſſent, quodque demùm Dos fuiſſet exceſſiuè conſtituta: Sed *Rota* reſ-

pondit pro validitate, & congruitate dotationis ex rationibus in *Deciſione* latè perpenſis; Et hac occaſione plenè agitur de materia, quandò Dos cenſeatur congrua, & an, & quandò Pater poſſit vni ex filiabus maiorem Dotem, alteri verò minorem conſtituere: Plura de interpretatione pacti ſonuenti per Socerum cum Marito vnius ex filiabus de adæquando Dotem in quantitate alijs filiabus ſucceſſiuè aſſignanda, cum cæteris, de quibus in *Summario*.

*MAIORICEN. BENEFICII.*
*Lunæ* 15. *Iunij* 1699.
DECISIO XCV.

Electio, ac præſentatio facta per viam Compromiſſi an, & quandò ſubſtineatur, & an vtraque fieri valeat per ſortes, itàut qui remaneat extractus ab Vrna cenſeatur electus, aut præſentatus; Et quid, ſi ſora mittatur inter duos, vel plures pari meritorum qualitate ſuffultos, vel paritèr inter duos, aut plures diù concertantes ſuper aſſecutione Beneficij. Officia ſæcularia an conferri valeant per ſortis, vulgò *Lotto*, & ſignantèr de illo publicè in Vrbe prohibito, qui verſatur circà euentualem extractionem alicuius Magiſtratus, aut alterius Collegij, & traditur cauthela, qua mediante poſſet talis ludus facillimè ab Vrbe, & Statu Eccleſiaſtico exterminari.

*MELFVITANA DOMVS.*
*Lunæ* 15. *Iunij* 1699.
DECISIO XCVI.

Reſolnitur prò nullitate deliberationis ex defectu citationis, ac Iuriſdictionis Iudicis, nec non ob non ſeruatam formam Mandati, ac demùm ex capite exceſſus. Reintegratio aduersùs deliberationem ſpoliatiuam an, & quandò competat non obſtante lapſu 30. Annorum; Et quandò accollatio Creditorum facta per Deliberatarium, vel Cedula Bancaria publici Mercatoris ſuppleat defectum pecuniæ numeratæ in ſubhaſtatione, & deliberatione: Et latè de materia ſolutionis ſimplicitèr factę à Debitore, in quam ſcilicèt cauſam ſit referenda.

*MELFVITANA FIDEICOMMISSORVM SVPER FRVCTIBVS.*
*Mercurij* 17. *Iunij* 1699.
DECISIO XCVII.

Hæc Deciſio eſt confirmatoria alterius, de qua ſuprà *in ordine in* 59., & agit de eadem materia liquidationis fructuum reſtituendorum à poſſeſſore condemnato ad dimiſſionem bonorum. Notulę iuratæ exhibitę per Saluianiſtam, vel Aſſociatarium an, & quandò ſtari debeat ad probandam quantitatem fructuum perceptorum ex bonis Debitoris, & an, & quomodò Debitor, vel ejus heres poſſit impugnare huiuſmodi notulam ex capite erroris, vel defectuoſitatis: Et latè diſcutitur articulus an, & quandò Beneplacitum Apoſtolicum conceſſum fauore alicuius valeat re integra executioni demandari fauore eius hæredis, vel potiùs neceſſaria ſit impetratio novi Beneplaciti.

*NVCERINA PAGANORVM APPLICATIONIS CONVENTVVM SVPER PRÆTENSA RESTITVTIONE FRVCTVVM.*
*Merc.* 17. *Iunij* 1699.
DECISIO XCVIII.

Fructus à qua die veniant in Iudicio reintegrationis, & de differentis, vtrùm Iudicium principalitèr directum fuerit ad rem, & acceſſoriè ad fructus, vel potiùs principalitèr, aut ſaltèm æquè principalitèr ad ipſos fructus; & quid, ſi titulus poſſeſſoris redactus fuerit ad non titulum. Productio iurium quandò, & in quibus caſibus ſit neceſſaria ad finem conſtituendi Reum, & poſſeſſorem in mala fide ad effectum reſtitutionis fructuum; Et an iſti in Iudicio petitionis hæreditatis veniant ſemper, & indiſtinctè à die obitus illius, de cuius hæreditate agitur, & rursùs à quo tempore debeantur in Iudicio Saluiani, necnon in altero intentato vigore Interdicti quorum bonorum, cum alijs cohærentèr ad eamdem materiam reſtitutionis fructuum, de quibus in *Summario*.

*BARCHINONEN., SEV VRGELLEN. PRÆTENSÆ NVLLITATIS PROFESSIONIS.*
*Lunæ* 22. *Iunij* 1699.
DECISIO XCIX.

Declaratur attentata dimiſſio Habitus facta à Religioſo intrà terminum à Iure datum ad appellandum à ſententia eius fauore lata ſuper prætenſa nullitate ſuæ Profeſſionis, & pro effectu purgationis attentatorum decernitur, teneri eumdem Religioſum reaſſumere Habitum temerè dimiſſum, quamuis Religio non compareat, ſed ſolùm huiuſmodi inſtantia promoueatur à Conſanguineis ipſius Religioſi: Et latè diſcutitur, an, & quandò ijdem Conſanguinei in hac materia cenſeantur legitimi contradictores, & veniant citandi, pròut etiam quandò dicendum à Iure datum ad appellandum à ſententia, vel Decreto definitiuo currat à die prolationis, vel potiùs à die habitæ notitiæ.

*BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE MANZOLIS.*
*Lunæ* 22. *Iunij* 1699.
DECISIO C.

Pleniſſimè examinatur differentia, quæ verſatur intra filios ſimplicitèr naturales, ac ſpurios, & adulterinos, eorumque deſcendentes ad effectum ſucceſſionis in fideicommiſſo ordinato fauore *proximiorum, de Domo, & Familia*, & concluditur pro excluſione illorum ſecundæ ſpeciei, non obſtante allegata conſuetudine, ac Statuto *Ciuitatis Bononiæ* circà admiſſionem Baſtardorum ad honores Ciuicos cum retentione Cognominis, & Armorum, ac etiam non obſtante præſumpta legitimatione deducta ex pluribus coniecturis, & argumentis, quibus ſingillaritèr in *Deciſione* reſpondetur. Filius naturalis an, & pro quarata ſuccedat Patri ab inteſtato, & quantum capere valeat ex Teſtamento; Et quid, ſi agatur de filio naturali ſuſcepto per Vxoratum antè, vel poſt contractum Matrimonium: Et latè etiam diſcutitur materia, an, & quandò deferendum ſit *Doctoribus* de conſuetudine teſtantibus, necnon etiam de requiſitis neceſſarijs ad finem, vt *Hyſtoricis* præſtanda veniat fides in Iudicijs.

# PRÆFATIO,
## SIVE NONNVLLA NOTABILIA AVDITORII
## SACRÆ ROTÆ.

ANtequàm Sacri Tribunalis De-
ciſiones per Me extenſas,in plu-
ra (miſerante Deo) Volumi-
na diſtribuendas, unà cum no-
tis, & Additionibus, publicæ
luci committi, ſivè Typis man-
dari ſinerem, mens erat per
ſpeciem cuiuſdam magis perfectæ Præfatio-
nis, ſeù Præludii aliqua recenſere, quæ ori-
ginem, antiquitatem, ſtylum, prærogati-
uas, ac cætera huiuſmodi tanti Auditorii
præſeferebant; ſed cùm hanc prouinciam Ex-
teri quoquè Scriptores luculentèr aſſumpſe-
rint, hinc, nè actum, vt dicitur, agerem,
ac nè videret tanquàm vnus, etſi minimus
de hoc Sacro Conſenſu, in laudes proprii Col-
legii directè, vel indirectè, aut aliàs quoquo
modo diffundi, curſim ſolummodò tangam
nonnulla magis generalia, ſpecialiùs autem
dinumerabo ea, quæ ſeriò practicantur tàm
in admiſſione cuiuſcumque noui Auditoris,
1 quàm in aperitione Rotæ, quæ quotannis,
ſpirantibus feriis, in primis Idibus Octobris
conſtantiſſimè fieri conſueuit:Licèt enim *Card.
de Luca in Relat. Cur.Roman.diſc.32.ex n. 25.
vſquè ad* 33. & *nu.* 46. de vtraque re videatur
ſufficienter diſſeruiſſe, nihilominùs quia
Ego per hæc média pertranſiens, quamplura
dignoui fuiſſe prætermiſſa, non incurioſum
exiſtimavi, ſolemnitates, tàm in una, quàm
in altera functione ſolitas adhiberi, recenſe-
re accuratiùs, non tantùm, ut futuri admiſ-
ſibiles habeant in promptu paratum iter, quo
gradiantur, ſed ut unuſquiſque reflectens ad
haſcè eaſdem diuturnas, ac laborioſas per-
quiſitiones, & ritus, facilè dignoſcat, quan-
ta maturitate Sancta Sedes inuigilet huic
2 Collegio, ac Tribunali, quod eodem tem-
pore, quo implet munus Eccleſiaſticum
perpetuæ Pontificiæ Cappellaniæ in his, quæ
reſpiciunt Papam vtl Papam, ac Epiſcopum
Eccleſiæ Vniuerſalis, præpoſitum quoquè
dignoſcitur ab ipſis Summis Pontificibus diſ-
cuſſioni, & reſolutioni Cauſarum vniuerſi
Mundi Catholici prouocantis ad Sedem
Apoſtolicam, ſiuè materiæ exiſtant tempo-
rales, ſiuè Eccleſiaſticæ, ſiuè Spirituales.

Nemo igitùr ignorat, quod à primęuo in-
ſtituto huius Sacri Auditorii conſueuerit
Romani Pontifices in grauioribus, ac diffi-
cilioribus Cauſis ad eamdem Sanctam Se-
dem deuolutis, vti conſilio, ſiuè iudicio
3 Auditorum Rotę, adeòut ex pleriſque illo-
rum reſponſis, vltrà Oecumenica Concilia,
confectę fuerint Epiſtolę Decretales, qui-
4 bus conflatum à Sancto Raymundo de Pen-
nafort, uno ex prædictis Auditoribus, exti-
tit corpus ipſum Canonicum, prout ex *Præ-
poſ.in Canon.multis 17.diſtinct.*, & *Veſtr.in Prax.
lib.1. cap. 17.num.2.*, cum aliis plenè obſerva-
uit *Lotter.de re Beneſic.lib.1.in Appar.ex n.46.
cum pluribus ſeqq.*, & *fermè per tot.*, & ſignan-
tèr *ſub nu.* 87.88. & 89., fuitque practicè ob-
ſeruatum in una *Leodien.Monaſterii* in hoc pri-
mo Volumine regiſtrata *in ordine la* 61.

Idque non immeritò, quia ad hoc Colle-
gium (Me ſemper excepto) extiterunt ad-
ſciti quotidiè Viri Sanctitate Vitæ, ac inſi-
gni litteratura eminentiſſimi, & quorum
5 poſtmodùm permulti non ſolùm ad maiores
Dignitates, ipſumque Supremum Maximi
Pontificatus faſtigium ſæpè ſæpiùs conſcen-
derunt, etiam de conſenſu cunctarum Na-
tionum ad componenda maiora Schiſmata,
vt euênit de Othone Columna in celebri
Vniuerſali Synodo Conſtantienſi, ſed & in
6 Sanctorum faſtis fuerunt adſcripti, ut illo-
rum Cathalogum, ſervata ſerie temporum
enumerando, videre eſt penès *Theodoſ. Rub.
ſingular.par.2.tit.de Auditor.Sac.Rot.Rom.*, *Io:
Bapt.Cantalm.in ſua Syntax.Sacr.Rot.Rom.*, &
*Card.de Luc.in relat.Rom.Cur.d. diſc.32.n.24.*
7 & 111., & in propoſito Pontificis Martini V.
electi, vt ſuprà, in Concilio Conſtantienſi,
*Rota deciſ.* 339. *nu.* 1.*par.* 17.*recen.*

Benè verum, quod antiquitus huiuſmodi
8 Collegium non erat præcisè numeratum, ſed
iuxtà opportunitatem Sanctæ Sedis, ac libi-
tum Summorum Pontificum, necnon præ-
cellentiam inſignium Virorum creabantur
Auditores nuncupati, *Sacri Palatii*, ſeù Cap-
pellani Papæ, qui etiam retento nomine
9 Papæ, & ſub plumbo deueniebant ad Cauſa-
rum expeditiones,vt teſtatur *Coccin.dec.*1533.
*num.* 59. & 60.: donèc de Anno 1472. Six-
10 tus IV. reduxit illorum numerum ad duo-
decim, ſicutì liquet ex *Conſtitut.* 2. *eiuſdem
Sixti in nouo Bullario* Cherub. *tom.* 1., de qua
meminêre *Marcheſan.de* Commiſſion.*tom.* 1.*tit.
de Rot.Rom.Auditor.§.Rota autem,circà med.*,
*Rub.ſingular.p.2.eodem tit.de Auditor.Sac.Rot.
Rom.ſub princip.*,ſiuè *verſ.de Anno* 1472.,*Lot-
ter. de re Beneſic. lib.1.in Appar.nu.* 101.*verſ.
Auditorium itaquè*, *Card.de Luc.in relat.Rom.
Cur. d. diſc.* 32. *num.* 16.

Reductio numeri ſecum traxit immuta-
tionem ordinis circà diſcuſſionem, ac reſo-
lutionem Cauſarum; nam priùs (quandò
Col-

11 Collegium non erat numeratum, a[illegible]ut,
ſicuti teſtatur *Ludouicus Gomez* Epiſcopus
Sarnen., & inſimul Sacri Palatii Auditor *in*
*quæſt.1.prohœm.ad regul.Cancell.ſub nu.11.*, ha-
bens ſe relatiuè ad quandam annotationem
*Iacobi Simonettæ* paritèr Auditoris, & poſteà
pręclari Cardin. Legati in Synodo Tridenti-
na, excreuerint Auditores vſquè ad 21., &
de tempore memorati *Sixti* forent quotuor-
decim, ut propriis illorum nominibus nun-
12 cupatis legitur in Bulla ipſius *Sixti* ) tunc
ſanè Rota diuidebatur in Auditores primi,
& ſecundi gradus, quia nimirùm ab Iudica-
to Auditorum primi gradus aſcendebatur
mediante appellatione in ſecunda Inſtantia
ad Auditores ſecundi gradus, vt proſequi-
tur *Gomez vbi proxime nu.* 12. referendo *Ol-*
13 *drad. conſ.* 166., *& conſ.* 304., qui & ipſe fuit
Rotæ, Auditor, ob eam fortaſsè rationem,
quod, vel de eo tempore Cauſæ contentio-
ſæ in prima Inſtantia definirentur à propriis
Ordinariis, aliiſque Iudicibus extrà Tribu-
14 nal, vel ex quo fortaſsè duæ Sententiæ ha-
berent vim trium, ſicuti extat hodiè Statu-
tum Vrbis *in cap.* 180. *lib.* 1. apud *Fenzon.*

Superuenta autem præfata reductione;
quia ſæpiùs omnes tres iuridicæ Inſtantiæ, ad
normam *Textus in l. vnica, C. ne liceat in vna,*
*eademque Cauſa tertiò prouoc. &c.*, conſumun-
tur in Rota, dum, vel præuiâ Signaturâ ip-
ſius Summi Pontificis, vel Cardinalis præ-
fecti Signaturę Iuſtitiæ habentis ad hoc ſpe-
ciale mandatum, ac de ordine Papæ com-
mittentis, Cauſa rectâ viâ, & in primis, vel
tanquàm in prima Inſtantia, delegantur vni
ex Auditoribus, ſub illa perantiqua formu-
la -- *Audiat Magiſter N., & Iuſtitiam faciat*:
idcircò præfatus numerus duodenarius in
15 tres Claſſes, ſiuè Turnos diſcriminatur,
cùmque Ponens, ſeù Delegatus regulariter
16 nullum proferat ſuffragium, ſed de voto
ſuorum Coauditorum conficiat expeditio-
nes, hinc adamuſſim tripartito numero ha-
bentur omnes præfatæ tres Inſtantiæ, adhi-
bito modo in votando per circulum, de quo
*Marcheſan. de Commiſſ. to. 1. tit. de Rot. Rom. Au-*
*ditor. d. 5. Rot. autem*, *Card. de Luc. in relat. Rom.*
*Cur. diſc.* 32. *nu.* 34. *& n.* 57. *&* 58.; Vndè Cau-
ſa in prima Inſtantia definita coràm quatuor
Auditoribus, denuò committitur ex delega-
tione, de qua ſuprà, vltimo ſuffraganti, qui
ampliùs, ſiuè in ſecunda Inſtantia votum
non profert, & deinceps in tertia aſcenditur
ſub eodem ordine, & ideò mirum videri
17 non debet, ſi quandòque etiam laudabilitèr
contingit, quod Iudicatum ab uno Turno
ex ingeniorum varietate infirmetur ab alte-
ro, aliàs non oporteret; immò foret incon-
gruum delegare iterùm Cauſam nouis Iudi-
cibus, ſi confirmare deberent cæca fide Sen-
tentias, & Decreta præcedentia, quemadmo-
dùm paritèr fuit inſinuatum in illa *Romana*
*Cambii* inter Marchionem Sacchettum, &
Baronem Gauottum, infrà ſub hoc Volumi-
ne impreſſa *in ordine In* 13., ac deinceps vbe-
riùs *in Romana Communantiarum, & Fontanilis*
inter Marchiones Riccardum, & Serlupium
loco ſuo, Deo dante, imprimenda.

Retinetur tamen quædam ſpecies antiquę
diuiſionis inter Auditores primi, & ſecundi
gradus, quia licèt nihil penitùs in ſe ſinguli
Auditores hodiè differant, reſpectu nihilo-
minùs propoſitionis Cauſarum in una Rota,
( ex. gr. ) in prima incipit propoſitio à Se-
18 niore, ſiuè Collegii Decano, qui eſt om-
nium antiquior, & in Curia præſens, quan-
dò vacat Decanatus, vt referendo caſum ſic
deciſum in competentia cum Franciſco Sa-
crato, poſteà S. R. E. Cardinali, notauit *Coc-*
*cin. annot.* 262. *num.* 2.; & quandò ſic incipitur
19 à Decano, ſequuntur propoſitiones aliorum
Auditorum à latere ſiniſtro eiuſdem Deca-
ni vſquè ad quintum incluſiuè in ordine ſe-
20 dendi: In ſecunda verò Rota inchoatur
propoſitio à ſubſequente Collega, ſeù Vice-
Decano, cum ſimili deſcenſu, & incluſione
quinti Auditoris à dextris eiuſdem Vice De-
cani, & ſic alternatim de Rota in Rotam:
Quotiès autem Cauſa diſcutitur in vno Tur-
no, reliqui Auditores non votantes plerum-
què permanent pręſentes, ac conſidentes,
& ità pręuentiuè aliquo modo inſtrui valent
de cauſæ ſubſtantia, illiuſque difficultati-
bus, quamuis aliquandò circumſpectè, ac
modeſtè, & ſobriè, aliquod verbum intermi-
ſcere minimè prohibeantur, quin tamen il-
lorum ſenſus vllo modo pro ſuffragio ha-
beatur.

21 Cùm itaquè iuxtà prædicta loca numera-
ta ſecundùm Nationes recenſitas per *Tanagl.*
*de Sacr. Rot. Rom. Auditor. lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 15.
16. *&* 17. *Card. de Luc. d. diſc.* 32. *ſub num.* 17.
*cum pluribus ſeqq.* ſuccedit nominatio, vel
collatio huius Officii Auditoratus, Candi-
22 datus illicò in primis humillimè in gratia-
rum actionem deoſculatur Pedes Sanctiſſimi
prò tempore Regnantis, deindèque bene-
ficentiam Papæ in ſui creatione, ſeù electio-
ne reportatam obſequentèr, ac perſonalitèr
denunciat ſingulis Auditoribus in Curia exi-
ſtentibus, eorum Domum accedendo, à qui-
bus benignè excipitur, & pro prima vice
prolixiùs aſſociatur, retenta tamen per eoſ-
dem Auditores ſuperioritate loci, tàm in
incedendo, quàm in ſedendo, niſi nouitèr
electus fuerit Prælatus, quia tunc recipitur
à dexteris, vt etiam obſeruauit *Card. de Luc. in*
*eodem diſc.* 32. *nu.* 25. *in fin.*

Succeſſiuè ad hoc, vt eadem Gratia Prin-
23 cipis redigatur in ſcriptis, idem nouitèr ele-
ctus humilitèr inſtat apud Decanum pro
concordanda, ſeù obtinenda aſſueta formu-
la *Motus proprii* per Pontificem ſubſignandi,
( non enim in hoc propoſito vtitur Papa aliâ
ſignaturâ, videlicèt *Bullæ*, *Breuis*, *Chirogra-*
*phi*, *aut Commiſſionis*, de quibus ſparſim *Card.*
*de*

*de Luc.in relat.Rom.Cur.diſc.7.num.8.& 9.*, & *diſc.31.nu.54*, & *de Regal.diſc.200. ſub nu.1.*) deindèque procurat, vt per ſolitos Officiales afferatur Sanctiſſimo pro conſequenda ſubſcriptione; præfata autem forma inuiolabilitèr continet Clauſulam - *ſeruatis ſeruandis* - circà quod præcipuè inuigilat Decanus ad finem, vt impleantur ſolemnitates ab immemorabili obſeruatæ circà Proceſſum, examen publicum, & priuatum, cum aliis in-
24 frà recenſendis, ea namquè Clauſula æquipollens in ſuis caſibus alteri -- *vocatis vocandis* -- efficit Executorem mixtum, & maturam negocii inuoluit cognitionem, ex *Ridolph.in Prax.par.2.cap.8.nu.68. & 69.*, *Card. de Luc.de Succ.in Supplem. diſc.53.n.26.& 27. circà finem*, vbi quod hæc Clauſula adiici ſolet ad hoc, vt verificanda veniant neceſſaria requiſità. & poſt *Gloſſ.in Clement.1.in verb.repererint,de Offic.Leg.* ibiquè communiter *Canoniſtę*, *Fagnan.in cap.qui Presbyterum nu.98. de Pœnitent. & remiſſ.*

Hoc medio tempore, ſiuè paulò poſt ſubſignationem Motus proprii factam à Papa, Candidatus inuiſit cunctos Sanctæ Romanæ
25 Eccleſiæ Cardinales in Vrbe degentes, tamquàm primarios Senatores, & Conſiliarios ejuſdem Papæ, vt inquit *Card. de Luca de Iuriſdict.diſc.116.ſub nu.8.verſ.Tertiò*. *Card.Albit.de Iuriſdict.quam hab.S.R.E.Card.in Eccleſ. ſuor.Titulor.diſcep.2.quæſt.2.num.20.*; eiſdemque paritèr exponit Pontificiam in ſui creatione largitatem, eodem modo, quo practicant aſſumpti ad Epiſcopatus, Potiſſimè au-
26 tem accedit ad Palatium D. Cardinalis pro tempore ViceCancellarii, coràm quo ex præſcripto memoratæ Bullæ Sixti IV. vtrumque examen, vt præmiſimus, ſubeundum eſt, teſte *Gomeſ.ubi ſuprà d. num. 12. verſ.ſicut etiam*, & hic in calce eiuſdem Motus proprii notat diem ſibi factę præſentationis.

27 Inſiſtitur deincèps, ac pariformitèr perſonalitèr apud ſingulos Auditores, quibus oculariter oſtenditur, & circumfertur ſupradictus Motus proprius Sanctiſſimi, ad hoc, vt in ſequenti Rota recognoſcere dignentur, ac executioni demandare eumdem Motum proprium; ſpecialitèr autem ſupplicatur Decano, vt illi placeat ipſum Motum proprium exhibere in Rota, quâ terminatâ expoſtulatur oraculum ab eodem Decano circà admiſſionem, ſiuè executionem præfati Motus proprii, & accepto exoptato affirmatiuo reſponſo, electus audire ſolet, quod in-
28 cedat ad grates rependendas ſingulis Auditoribus, iuxtà illam congruentiaam, de qua non abs re *D.Thom.ſecunda ſecundæ quæſt.106. art.3.*, *Valer.Maxim.lib.5.tit. de Gratitud.*, *Io. Franc.Panin.de Viſitat. quæſt.10.ſecundæ part. num.115 inter Tractat.magn.tom.14.fol.213.*

29 Et quoniàm Rota, quæ antiquitùs coadunabatur ter in hebdomada, cæpit ex cauſis relatis per *Gomeſ.* in ſæpè laudata *quæſt. 1. probam.ad reg.Canc.n.13. verſ.ſedebant tamen*,
30 tantummodò bis celebrari de ordine Clementis VII., non autem VIII., vt per errorem legitur apud *Gomeſ. in parua impreſſione*, qui ſanè Clemens VII. maxima Privilegia vlteriùs eſt impertitus Tribunali, vt in ſua *Conſtit.13. Bullar.nou. Cherub.tom.1.*, inconti-
31 nenti Candidatus antè ſubſequentem coadunationem Rotæ penès ſingulos Auditores exorat, vt eligantur, ſiuè mittantur bini Auditores pro facienda relatione Sanctitati Suæ ſuper admiſſione, ſiuè executione (cæteròquin ſemper de Iure, ea, qua par eſt, veneratione debita ergà Motus proprios, & mandata Supremi Principis), cumque regulariter præeligi aſſueuerint duo nouiſſimi Auditores, accepto paritèr reſponſo à D. Decano ſuper illorum prælectione, reperitur officium gratiarum cum omnibus Auditoribus, & hac occaſione auſcultat à prędictis binis deputatis, qua die, qua hora libeat acceſſere Pontificis Audientiam, eâdemque ſtabilitâ, cum propria Quadriga, ſeù Curru accedit ad Ædes nouiſſimi Auditoris, & deincèps ad penultimum, & in proprio pariformitèr Curru, aliis prædictorum Auditorum concomitantibus, ad Vaticanum, vel Quirinale Palatium iter aſſumitur, congruentè
32 paritèr, quòd Nouitius, ſiuè admittendus exhibeat hanc officioſitatem ſeruatâ ſchalâ honorificentiæ ab vltimò ad penultimum, vt decet in omnibus ritibus, & præcedentiis, ad regulam *Textus in l.vt gradatim. ff. de muner.& honor.*, *Card.de Luc.de fideic.diſc.1.n.12.* *Rot.cor Gregor.deciſ.310.num.3.*

Diximus, *ad Vaticanum, ſiu Quirinale Palatium*; nam vtrobiquè pro temporum diverſitate ſolent commorari Pontifices, diutiùs
33 verò pro frequentioribus exemplis in Quirinali ob Aeris temperiem incomparabilitèr ſalubriorem, & ob longè majorem commoditatem Curialium, Expeditorum, aliorumque negocia gerere debentium in Domo
34 Principis, præcipuè poſtquàm Sa. mem. Innocentius XII. (cui totum, vel primum debeo) circà Plateam Antonianæ Columnæ fermè à fundamentis, vtpotè intentus leuamini Vrbis, & Curiæ, excitauit inſigne Palatium, in quo à pleriſque Iudicibus Ordinarii Ius cum pulſatione Nolæ publicæ dicitur ſtatis horis, ſic innouando in ipſo loco *Curæ Innocentianæ* veterem memoriam Montis Citatorii, de qua habetur apud *Ridolphin. in Prax.Iudic.par.1.cap.3.num.34.*

Prętereundum quoquè hac occaſione non
35 eſt, quod, dum præfati bini Auditores deputati, à Præfecto Cubiculi Sanctitatis ſuæ introducuntur in Aulam interiorem, ut ſoli adeant Pontificem pro facienda ſolita relatione, Nouitius, ſeu Candidatus remanet in Aula magis exteriori, vulgò, *Anticamera*, ad inſtar eorum, quæ per Senatum Roma-
36 num practicabantur cum Tribunis, qui licèt

ad

ad alios effectus adſtarent, quandò per eum-
dem Senatum publica negocia, ſeù leges diſ-
ſerebantur, Curiam tamen non intrabant,
ſed in illius veſtibulo, Senatus expectabant
oracula, teſte *Feneſtella de Magiſtratibus ſub tit.
de Tribuno Plebis cap.* 10. *verſ. Tribunorum verò.*
Redit poſtmodùm, facta jam relatione
Sanctiſſimo, idem Candidatus, vel cum
prædictis binis Auditoribus, vel vnuſquiſ-
que ſeorſim abit, pròut voluntas, vel neceſ-
ſitas eorumdem duorum Auditorum inſi-
37 nuat: Pro ſequenti verò Rota Nouitius ac-
cedendo iterùm ad Domum Auditorum de-
precatur eos, qui alloquuti ſunt Papam, vt
Collegio referant reſponſum, ſivè placitum
Principis, reliquos verò interpellat, vt di-
gnentur, pro faciliori progreſſu ad vlterio-
ra, huiuſmodi relationem audire in proxima
ſucceſſiua Rota, & dein à Decano accepta
fauorabili reſponſione, versùs ſingulos Au-
ditores iteratur actio gratiarum, ad quem
effectum ſemper ſeligitur dies, qua Audito-
res auſcultant oretenùs Patronos, & Aduo-
38 catos Cauſarum, hæcquè regularitèr ſolet
eſſe dies *Mercurii*, vel *Sabbathi*, cùm non ex-
pediat publicæ vtilitati, vt in aliis horis, vel
diebus à neceſſaria quiete, vel à ſtudio im-
minente diſtrahantur, vt benè in propoſito mo-
net *Lotter. de re Benefic. lib.* 1. *in Appar. n.* 134.,
*Card. de Luc. in relat. Rom. Cur. diſc.* 32. *ſubn.* 40.
*verſ. Ipſa verò &c.*
Regularitèr inquam informationes orete-
nùs audiuntur in die *Mercurii*, *& Sabbathi*,
quia cùm ex permiſſione, ſeù præſcripto, vt
meminimus, *Clementis VII.*, bis in hebdo-
mada Rota habeatur, dies ab hoc deſtinati
ſolent eſſe *Lunæ*, *& Veneris*, vndè cùm Vigi-
lia huiuſmodi dierum tota verſetur in ope-
roſo labore incumbendi Cauſis ſæpè ſæpiùs
ſuprà numerum octo quoad ſingulos Audi-
39 tores, conficiendique Vota in ſcriptis, vt
ſint norma Auditoribus Ponentibus, ſeù Re-
latoribus pro extenſione futuræ Deciſionis,
ex *Tanagl. in tract. de Sacra Rota Romana Au-
ditorio cap.* 5. *nu.* 39.; hinc proinde dies ſtudio
antecedens eſt ille *Sabbathi*, *& Mercurii*, ex-
40 cepto caſu Rotæ, quam nuncupant *Corda-
benſem*, quæ celebratur die Mercurii, ſiuè in
Vigilia Sanctiſſimi Corporis Chriſti, ex ra-
tione, de qua *Ridolphin. in prax. Iudic. par.* 1.
*cap.* 13. *nu.* 404., *Coccin. annotat.* 68., nec non
41 *Martiniana*, quæ, impeditis duobus ex die-
bus *Lunæ*, *Mercurii*, *& Veneris*, vel in die
*Iouis*, vel in die *Sabbathi* congregatur, nè Ro-
tæ curſus deſiſtat à bina coadunatione in
eadem hebdomada, ex peculiari ſanctione
ſuprà laudati *Martini V.*, à quo proindè no-
men inditum habet, vt paritèr prętèr *Ridol-
phin in d. cap.* 13. *num.* 403. ſcriptum reliquit
*Coccin. in annot.* 100.
De reliquo accidentalitèr contingit, quod
in die *Mercurii* adſit Rota, quotiès vide-
licèt primus dies Octobris, qui de cætero ſit
Rotalis, eueniat in quarta, feria, quemad-
modùm patet ex eodem *Coccin. annotat.* 160.,
qui plura ad hoc retulit exempla, necnon
quandò die *Veneris* incidit aliquod Feſtum,
quo caſu proptèr vicinitatem Rotæ præce-
dentis habitæ die *Lunæ*, vel (ſi accidat Feſtum
die *Lunæ*,) ob eamdem vicinitatem Rotæ ſub-
ſequentis, coadunatio, quæ habetur die
42 *Mercurii*, nuncupatur *conculcata*, & verè
tunc ſpeciem pręſſuræ patiuntur Auditores,
quia eadem die, vel *Lunæ*, vel *Mercurii*, re-
deuntes è Tribunali, ferè ſubitò obſtringun-
tur informationes recipere pro Rota ſubſe-
quenti, itàut vix inſit breui locus refectioni:
Sed hodiè non ità frequens eſt huiuſmodi
preſſura, cùm Dominus meus *Joſeph Molines
Rotæ Decanus* ter emeritus, à Sa. mem. Inno-
centio XII. reportauerit, quod reſecatis qui-
buſdam minoribus Feſtiuitatibus, de quibus
penès *Ridolphin. in d. ſua Prax. Iudic. in fine*, quę-
uè priùs compellabantur *Palatii*, vtpotè in
effectu hactenùs obſoletis, haberetur omni-
nò Rota in hiſcè diebus, ſicquè correptis
hodiè huiuſmodi Feſtiuitatibus, non ità fa-
cilè locus eſt præfatæ preſſuræ, ſeù Rotæ
conculcatę.
Reuertendo autem ad narrationem, à qua
43 parumpèr aberrauimus, reuertitur poſt pręmiſſa
nouiter electus ad Domum ſingulo-
rum Auditorum pro ineunda inſtantia effor-
mationis Proceſſus præſcripti à Conſtitutio-
nibus Apoſtolicis, & annuente petitis Au-
ditorio, noua rursùs ſubintrat obligatio gra-
tiarum actionis: Inchoatur itaquè Proceſ-
ſus, inter cætera exquirens teſtimonium,
quod electus, vltrà eximiam morum inte-
gritatem, ac honeſtatem natalium, fruatur
(quidquid dicat *Lotter. de re Benefic. lib.* 1. *in
Appar. nu.* 140., & in genere *Card. de Luc. in
Relat. Rom. Cur. d. diſc.* 32. *num.* 30.) annuo red-
ditu Florenorum bis centum Auri de Came-
ra, quæ te tempore editę primæ Conſtitu-
tionis, ſiuè illius Sæculi magis pauperis, vel
magis frugalis, aliundè ſuppetere videban-
tur congruæ ſubſtentationi, ad inſtar legum
*Solonis*, qui contentabatur cenſu conſimili,
teſte *Ariſtotile lib.* 2. *cap. vlt.*, *& lib.* 3. *Pollitic.*,
44 necnon *Plutarco in Solonem*; vt ità effugiatur
illud tale quale periculum in recta admini-
ſtratione Iuſtitiæ, quod in pauperibus Iudi-
cibus animadverterunt *Tiraquell. de Nobil.
cap.* 3. *num.* 19. *cum duobus ſeqq.*, *Borell. de Ma-
giſtrat. Edict. lib.* 1. *cap.* 13. *à num.* 2., *& pluribus
ſeqq.*, *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.* 2. *cap.* 12. *à nu.* 8.
*ad* 29., *Carol. Petra in Commentar. ſuper Ritib.
magnæ Cur. Vicar. Ritu* 14. *num.* 19. *tom.* 1., & in
ſpecie *Lotter. de re Benefic. lib.* 1. *in Appar.
n.* 140., *& pluribus ſeqq.*
Rursùs iuſtificari debet Clericatus, ac
etiam ſolemnis Doctoratus in aliqua publi-
ca, & famoſa Vniuerſitate conquiſitus, eo
modo, quo exigitur in Epiſcopis promouen-
45 dis, quaproptèr ſatis non eſt, ſeſe fuiſſe ab
ali-

Digitized by Google

aliqua Vniverſitate Licentiatum, etſi forſan
ad alios effectus haberi conſueverit pro æqui-
pollenti, *Sanch. Matrim. lib. 8. diſput. 34. n. 8.*,
*Card. de Luc. in an. ad S. Conc. Trid. diſ. 31. n. 10.*
Terminus compilationi huiuſcè Proceſſus
46 ſtatutus eſt trium Menſium, infrà quem non
deſinunt interpolatìm infrà decem, & quin-
decim dies Candidati frequentare, ſiuè inui-
ſere ſingulos Auditores, idemque terminus
extitit neceſſariò ſtabilitus, quia cùm plures,
vt diximus, aſſumantur ad Officium Audito-
ratus de Prouinciis Vltramontanis, operæ
pretium erat, vt dilatio, ac tempus veriſimi-
le ad parandas, exhibendaſque iuſtificatio-
nes benignè concederetur, iuxtà illud ratio-
nabile arbitrium, de quo in propoſito con-
cedendæ dilationis actum fuit *in Romana pecu-
niaria 28. Iunij 1702. §. Motiuum, & ſeq. cor. Me.*
Excipiuntur ab hoc termino Sacræ Conſi-
ſtorialis Aulæ Aduocati, nam vbi eorum ali-
quis ad hoc Officium eleuetur, ſatis eſt ſpa-
tium duorum Menſium pro conſtructione
Proceſſus; cùm etenim ij, antequàm in eo-
rum Cathalogo adſcribantur, tranſeant ſub
alio Proceſſu, nedùm faciliùs habent in
47 promptu pleraſque iuſtificationes, ſed tan-
quàm aliàs pro prædicto munere approbati,
minori videntur indigere diſcuſſione, ex ob-
ſeruatis ad rem *in cap. accedimus, de ætat. &
qualit*, & per *Rot. cor. Verall. dec. 370. par. 2. &
coram Seraph. deciſ. 1323.*
48 Hiuſmodi itaquè termino defluxo, noui-
tèr electus ſingulos Auditores inniſit pro ef-
flagitanda clauſura eiuſdem Proceſſus, eâque
ſubſequutâ, grates antè Rotam ſucceſſiuam,
vt ſuprà, rependit, iterùmque poſtmodùm
inſtat pro relatione facienda Summo Ponti-
fici, eligendiſque ad hunc effectum Commiſ-
ſarij, qui deinceps in altera Rota deputan-
tur, & ſolent eſſe ijdem noviſſimus, & penul-
timus, reddendo ſub eadem deinceps formu-
la actiones gratiarum; quodque practicatur
circà cæremonialia in primo acceſſu ad San-
ctiſſimum, practicatur quoquè in hoc ſecun-
do: inutilis autem non eſt, immò ſubſtantia-
liſſima hæc relatio Principi facienda, non ſo-
lùm, quia decet ſemper, atque oportet eum-
dem Principem informare, eiuſque appro-
bationem requirere in creatione tantorum
Officialium S. Sedis, ſed etiam quia quandò-
que, licet de raro, euenire poteſt, quod vi-
tium aliquod in electo reperiatur, aut circà
morum, vel generis honeſtatem, aut circà
49 præciſa natalia; cùm enim omninò liceat
(& ad hunc effectum fabricetur Proceſſus)
diſceptare de electione ad Magiſtratum facta
per Principem, vt poſt *Canoniſtas in cap. ſi quis
ſuadente, §. Qui autem. 17. quæſt. 4.* probat *Ma-
ſtrill. de Magiſtrat. lib. 2. cap. 12. n. 75. & ſeq.*
Caſus de facto non ſemel præbuit, quod
50 aliàs oportuerit, detectâ maculâ natalium,
præcipue circa legitimitatem, certiorem ef-
ficere Papam, vt ad normam Conſtitutio-
num, ac Iuris, de quo idem *Maſtrill. de Magi-
ſtrat. d. lib. 2. cap. 12. ex n. 37. cum ſeqq.* dignetur
51 abijcere electum, ſicuti vſque de tempore
*Pauli II.* in quodam accidiſſe, & ſimiliter in
perſona *Philippi Decij*, cęteroquin doctiſſimi,
teſtatur *Sarnin. de Trienn. quæſt. 2. poſt princ.* &
52 vſque ad reſiſtendum eâ, qua par erat, con-
ſtantiâ, ac reuerentiâ admiſſioni volitæ per
*Sixtum IV.* de perſona cuiuſdam *Antonij de
Parma*, deinceps ob id reprobati, demonſtrat
*Lot. de re Beneſic. lib. 1. in Appar. n. 139.*, *Theo-
doſ. Rub. ſing. p. 2. tit. de Aud. S. R. Rom. ſub n. 54.*,
*Card. de Luc. in relat. Rom. Cur. diſ. 32. nu. 29.*
53 Expleta igitur relatione, rurſùs accedendo
ad Ædes ſingulorum Auditorum exorat No-
uitius, vt velint audire relationem præfato-
rum Deputatorum in ſequenti Rota, quâ
poſtmodùm completâ, alioue non obſiſten-
te, gratiarum repetitio renouatur, deinde-
que pariter in ſuccedente alia Rota eodem
modo rogantur ſinguli, vt eis deſtinare libeat
diem ſubeundæ publicæ diſputationis in Pa-
latio Cancellariæ cum præuentiua puncto-
rum aſſignatione; ſed priùs mos eſt iniungen-
54 di, quod vbi electus non ſit Prælatus, aut Sa-
cræ Conſiſtorialis Aulæ Aduocatus, ſubeat
alicuius Cauſæ patrocinium, quæ ei per De-
canum pro tempore aſſignatur, vt refert quo-
que ſæpe allegatus *Card. de Luc. d. diſc. 32. ſub
n. 35. Coec. annot. 1.*, & *Rot. cor. eodem dec. 1329.
n. 13.*, & *deciſ. 1665. nn. 17.*, & *dec. 2077. n. 1.*,
& *deciſ. 2087. num. 6.*
55 Et quidem laudabiliter hoc obſeruatur,
cùm non foret honeſtum, aliquem exponi
publicis diſputationibus, qui Fori practici,
in quo debet iudicare, non foret vllo modo
compos, vel ſaltem oretenùs, & in ſcriptis
informando non oſtenderet capacitatem
practice iudicandi, ex ſimplici namque Do-
56 ctoratu non bene infertur ad effectiuam do-
ctrinam, ex *Luc. de Penn. in l. vnic. ſub n. 9. verſ.
nec omnis Doctor, C. de Athlet. lib. 10.*, *Adden. ad
Bart. in l. Grammatic., in primis verbis, C. de Pro-
feſſor. lib. 10.* cum alijs apud *Lotter. de re Beneſic.
lib. 1. in Appar. n. 128. & ſeqq.*, *Grat. diſcept. 186.
n. 29. & ſeqq. ibiquè Carol. Anton. de Luca n. 6.*; &
57 ideò ex modo patrocinandi meliùs præco-
gnoſcitur actiuitas iudicandi, ex Sanctione
*Iuſtiniani in § Vetus igitùr, in Auth. de Iud.*, *De-
cian. in Apolog. contrà Alciatum cap. 19. nu. 29.*,
*Theſaur. in præfat. ad deciſ. Pedemont. n. 26.*
Quindecim dierum circiter interuallum
de ſtylo requiritur, & conſumitur in huiuſ-
modi experimentali patrocinio: Sed & vlte-
riùs tanta eſt Religio Tribunalis in admini-
58 ſtratione Iuſtitiæ, vt poſteà, ſi eadem Cauſa,
tunc minime finita, iudicanda rurſùs veniat
in Rota, & accidens præbeat, quod Nouitius,
poſteà effectus Auditor, maneat in Turno
votare debentium, abſtineat ſemper à ſuffra-
gando, ratione illius poſſibilis affectionis, de
qua *Textus* eſt præciſus *in l. nemo 13. in fin. C. de
Aſſeſſor.*; quapropter idipſum à fortiori pra-

59 ſticatur reſpectu eorum Auditorum, qui
non ex motu.o puri experimenti, ſed formi-
ter per anteà extiterunt alterutrius ex Colli-
tigantibus Aduocati, licèt agatur de Cauſa
ſubſtantialiter diuerſa, ſed aliquo modo con-
nexa, ac dependente ab illa, in qua reſponde-
runt vt per *Gratian. diſc. forenſ. cap. 4. n. 5.* vbi
antiquiores allegat; adeòut nec etiam de
60 conſenſu Partis honeſtè ad ſuffragandum
admittantur, vt ſeriò refert iudicatum *Fon-
tanell. dec. 8. n. 17. & dec. 10.*, *Carol. Ant. de Luc.
ad Gratian. d. cap. 4. n. 6.*, vbi aſſerit, ità cautum
quoquè eſſe de Iure Regni Neapolis.
61 Non impeditur tamen Candidatus, aut
Aduocatus præcedentèr, poſtquàm ſucceſſi-
uè remanſit aſſumptus ad munus Auditora-
tus, eſſe Ponens, vel Relator Cauſæ, quia, vt
62 præmiſimus, (niſi ſpecialitèr ità ferat Com-
miſſio Papæ, quemadmodùm contigit in Me
proferente ſuffragium de ordine, ſeù com-
miſſione Papæ de Anno 1703. in illa *Romana
Fideicomiſſi*, ac reſpectiuè *Canthela Angeli*
agitata inter Creditores ex vna, ac Duce
de Caſſarellis ex altera, vel ità exigat ſtylus
in cauſis cum Voto, aut de Voto Rotę com-
63 miſſis) Ponens, ſeù Relator nullum profert
ſuffragium, ſed iudicat, vel Decreta decernit,
vt diximus, Sententiaſque pronunciat de
Voto ſuorum Coauditorum, *Lotter. de re Be-
neſic. l. 1. in Appar. n. 176.*, *Card. de Luc. in relat.
Rom. Cur. d. diſc. 32. n. 81.*, & habetur *in Inſtruct.
bren. pro Agentibus impreſſ. poſt Vbert. de Citat.
§. In die Rotę* aberrante *Tanagl. de Sac. Rot. Rom.
64 Auditor. lib. 1. cap. 1. n. 107.*, quod Ponens in
paritate Votorum dirimat controuerſiam.
65 Nequè paritèr impeditur votare in Cauſa,
in qua inferiorem Iudicaturam occupans an-
tecedenter protulerit aliquam Sententiam:
quidquid enim dicat *Gratian. in d. diſcept. 4. n. 1.
& ſeq.*, contrarium ſervatur in praxi, nam,
& olim Cardinales *Cavallerinus, ac Thunraſius*,
& nunc *R. P. D. Caprara, & R. P. D. Lancetta*
ſuffragabantur, & reſpectiue hactenùs ſuffra-
gantur in Cauſis per Appellationem à Tri-
bunali A. C., in quo erant Prælati Locumte-
nentes, ad Rotam deuolutis, iuxtà ea, quæ te-
net *Bald., & Salycet. in l. eos, C. appellat.*, *Muſca-
tell. in Prax. lib. 2. par. 3. gloſſ. Inſtantia n. 22.* & fa-
cit in propoſito diſtinctio inter Iudices infe-
riores, ac illos poſteà eleuatos ad munera
magis ſuprema, proptèr ampliorem ſphe-
ram, & præeminentiam Tribunalis, ad alla-
ta per *Andreol. controu. 430. n. 29.*, *Carol. Anton.
de Luc. ad Gratian. d. cap. 4. n. 5.*
Perfecto huiuſmodi experimento patroci-
66 nii, aſſignatur dies habendæ diſputationis in
Palatio Cancellariæ, & ſeligitur regulariter
ille *Martis*, aut alter, qui non exiſtat affectus
Rotalibus occupationibus, & in Rota iniun-
gitur Auditori penultimo, vt punctum,
(quod eſt circà aliquem *Textum Canonicum*)
aſſignet Nouitio, curando ſemper, vt ab ipſa
die aſſignationis, ad illam diſputationis, de-
currat ſpatium integri Menſis, vt ità faciliùs
idem Nouitius, qui plures etiam interim (vt
mox dicemus) ſervare compellitur ſolem-
nitates, & ritus, fruatur ſufficienti interual-
lo pro ſubeundo hoc quodammodò Athle-
tico certamine, maximè quia à quadam pari-
67 tare rationis, idem ſpatium tribuitur ada-
muſſim Patronis Cauſarum à die ſubſcriptio-
nis Dubii Cauſæ in Rota proponendæ, vſque
ad illum effectiuæ propoſitiones, ex traditis
per *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. diſc. 32. ſub
num. 36.*, qui etiam *ſub num. 38.* nonnulla cir-
cà eadem Dubia recenſet.
Verùm aſſignatio præfati puncti non fit à
penultimo Auditore alibi, quàm coram
D. Cardinali Vice-Cancellario, proindeque
68 exploratâ priùs horâ magis opportunâ ipſi
D. Cardinali, ad eius Ædes accedit Nouitius,
unâ cum nouiſſimo, ac penultimo Auditore,
adhibitâ eadem cæremoniâ, quæ practicatur
in acceſſu ad Summum Pontificem; conſue-
uit autem prædictus D. Cardinalis, ſolus ab
initio ad Audientiam recipere binos Audi-
tores, manente Candidato in Aula exteriore,
ſiue in Antecubiculo, aſt poſt breuem allo-
quutionem iubet D. Cardinalis introduci ip-
ſum Candidatum, qui flexis genibus ſuper
Puluinari coràm eodem D. Cardinali, biniſ-
que Auditoribus conſidentibus, recipit pun-
ctum à penultimo indicatum in Codice *Epi-
ſtolarum Decretalium*. quæ, curâ ipſius Nouitii,
ab eius domeſticis afferuntur ad Ædes D. Car-
dinalis, ſed poſteà porriguntur illius Præfecto
Cubiculo, qui eas exhibet Candidato genu-
flexo, vt ſuprà, deindeque functio termina-
tur cum breui ſeſſione etiam eiuſdem Can-
didati præcedenter deoſculantis manus Emi-
nentiſſimi, necnon benigna huius ergà om-
nes aſſociatione, non abſimiliter (mutatis
tamen mutandis) ab his, quæ referuntur per
*Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 414. lit. R. par. 1.*
69 Poſt hæc nouiter electus, inuiſendo Audi-
tores, illius denunciat punctum ſibi deſtina-
tum, & ab eo decem ſucceſſiue depromit
Concluſiones contrà communem pruden-
tium opinionem, eaſque perſonaliter, & ob-
ſequenter exhibet in Rota; Auditore verò
illas alicui dein ex ipſis delegant recogno-
ſcendas, factaque reductione ad ſeptem, hæ
Typis cuduntur, ſicque impreſſæ humillime
priùs per Nouitium offeruntur Sanctiſſimo
D. Noſtro, indeque diſtribuuntur, vltrà Au-
ditores, etiam DD. S. R. E. Cardinalibus, &
demùm Prælatis, Aduocatis, Cauſarum Pa-
tronis, aliiſque ad libitum eiuſdem Candida-
ti: Officialis denique, ſeù Miniſter Tribuna-
lis, vulgo *Bidello*, curat, vt à Curſoribus eiuſ-
dem Sanctiſſimi D. Noſtri huiuſmodi Con-
cluſiones affigantur, nedùm ad valuas DD.
S.R.E. Cardinalium, ac Auditorum, ſed & in
70 locis, in quibus exponuntur Conſtitutiones,
& proclamata Principis, eiuſque Officialium,
de quibus *Ridolphin. in prax. Iudic. par. 1. cap. 3.
n. 37.*

*n.37.*, *Capuc.* paritèr *in prax.par.1.cap.9.n.19.*
*& 22.tom.1.*, *Vbert.de Citat.cap.11.ſub n.399.*
71 Aduentò itaquè publicæ diſputationis
die, in magna Cancellariæ Aula cum hono
rabili interuentu totius fermè Sacri Collegij
S. R. E. Cardinalium, concurſu Prælatorum,
necnon Curialium, aliorumque, Candidatus
indutus peculiari veſte, quam nuncupant
*Mantellone*, breuem præmittit orationem, in
qua ſolet aliqua de ſemetipſo circà ſtudia an-
teacta, vel geſta munera modeſtè differere,
laudes rependere Pontifici creatori, ac etiam
(ſi ſit indigena) proprij Regis, vel Principis,
ſecundùm ea, quæ poterunt in calce recogno-
ſci per orationem, ſiue diſcurſum à Me, licèt
imcomptè, habitum hac occaſione; deindè-
que punctus èxplicatur, ſubſtinenturque ar-
gumentationes trium vltimorum Rotæ Au-
ditorum, & nouiſſimi Aduocati Conſiſtoria-
lis, qui ſupèr ſeptima, ſeù finali Concluſione
argumentatur, reſque non caret operoſa ama-
ritudine, nam de ſtylo bina adversùs quam-
libet concluſionem efformantur per arguen-
tes obiecta per viam Syllogiſmi, vel Emty-
mematis, & Nouitius debet omnia quatuor
argumenta ordinatè, nullauè morâ interpo-
ſitâ repetere cum *Legibus*, ſiuè *Textibus* alle-
gatis, atque diſſoluere, ſolus autem ſenior
ex tribus Auditoribus ſolutioni replicando,
rursùs quatuor quòad primam, & ſecundam
concluſionem replicationes exorditur, quæ
pariter modo, de quo ſuprà, repetendæ ve-
niunt, & conflictandæ: ſolutiſque demum
cunctis argumentis excitatis ab omnibus op-
poſitoribus, functio cum breuiſſima gratia-
rum redditione terminatur, & deinceps ſe-
quenti die nouæ grates aguntur Auditoribus,
&, pròut temporis anguſtia impartitur, eiuſ-
dem gratitudinis officium rependitur DD.
72 Cardinalibus, ac aliquibus maioris præemi-
nentiæ Prælatis, iuxtà illam officioſitatem,
qua abundant magnæ Ciuitates, & Curiæ,
per ea, quæ notat *Franciſc. Patrit.de Regn.*, *&*
*Reg. Inſtitut. lib. 8. tit. 18. ſub princip.*
Neque hic ceſſat labor Candidati, nam ite-
73 rùm accedit ad Ædes Auditorum, illos coe-
rendo, vt eligant Commiſſarios pro facien-
da Papæ relatione ſuper anteactis diſputatio-
nibus, replicato poſtmodùm vſu gratiarum:
ſequitur verò deputatio, acceſſus ad Princi-
pem, relatio in pleno Auditorio circà Au-
dientiam habitam à Sanctiſſimo, eum nuſ-
quam ſuo loco intermiſſis officijs gratiarum:
74 Hiſque peractis inſiſtit electus pro ſtatuenda
die examinis ſecreti, à quo (contrà ea, quæ
putauit *Dec.in cap.Conſtitutis 46.n.9.verſ.ſi ta-*
*men*, *de Appellat.*) nemo, quamtumuis pluſ-
quàm notorie doctiſſimus, diſpenſatur, adeò-
75 vt memoriâ habeatur, quod *Falinet*, qui
per viginti Annos cum omnium admiratio-
ne legerat *Canones* in publicis Gymnaſiis, de
quibus poſteà tàm præclara reliquit Com-
mentaria, nedùm fuerit coactus huiuſmodi
examen ſubire, vt ipſemet refert *in cap.Vene-*
*rabilis n.49.circà finem, verſ.& ideò Doctorati, de*
*except.* ſed, & ſatisfacere vſque ad ſexaginta
argumenta, quæ excitauit ex oppoſito alter
non minùs famigeratus Canoniſta, tunc tem-
poris Rotæ Auditor, nempe *Io: Antonius à*
*S. Gregorio*, communiter appellatus *Prapo-*
*ſitus*, vt de antiquiori traditione referunt
*Theodoſ. Rub.ſingular.par.2.cit.de Auditor.Sac.*
*Rot. Rom.n.* 54. quidquid viceuersâ dicat *Lot-*
*ter.de re Benefic.lib.1.in Appar.n.*132. *&* 133.
Mos igitùr eſt, quod dies deſtinandus pro
hoc examine ſecreto, interſecetur ab altera
die publicæ diſputationis per interuallum
quindecim dierum, iſtudque pariter examen
ſecretum habetur in Palatio Cancellariæ co-
ràm ſæpiùs laudato D. Cardinali Vice Can-
cellario, & ad hunc effectum practicatur ad
vnguem ſuper aſſignatione noui puncti,
quod fuit ſuperiùs inſinuatum reſpectu alte-
rius puncti publicarum diſputationum, ad-
76 uentoque tandem die eiuſdem ſecreti exa-
minis, electus eodem modo breuem habet
orationem, explicat punctum, geritque alia,
quæ expleuit in eiſdem publicis diſputatio-
nibus, addito hoc ſolum, (& iſtud Me in rei
veritate ſummopere deterruit) quod ſinguli
Auditores Rocchetto, & Cappa magna ſu-
perinduti, gerente interim electo eamdem
veſtem *del Mantellone*, ad eorum libitum gra-
datim, ſcilicet à nouiſſimo uſque ad Reue-
rendiſſimum Decanum, interrogant, ar-
guunt contrà Candidatum, qui ità ex abrup-
to reſpondere compulſus vndecim ſciſcitan-
tibus, ſiue arguentibus, de nouo præbet ſpe-
cimen aſperius propriæ capacitatis, & dò-
77 ctrinæ, ad inſtar illius iterati experimenti,
de quo collauduant in antiquis Epiſcopum
Capuanum *Bartol. in l.ſed, & probari n.2.ff. de*
*compenſat.Tu. Nicol. de Neapol. in eadem l.Pa-*
*lin.in cap. ex litteris n.6.de Conſtitut.* cum alijs
apud *Gratian. diſcept.forenſ. cap.* 186. *n.* 32.
Meminimus, *vſque ad Decanum*; quia anti-
quior noſtri Ordinis nouiſſimo quidem loco
interrogat electum, format argumenta, ſed
Nouitius facta ſolùm interrogationis, vel ar-
gumentorum repetione, inquit, ſe ob reue-
rentiam tanti Viri à reſponſione abſtinere:
Dignatus eſt etiam meo tempore D. Cardina-
lis Vice-Cancellarius, nempe *Eminentiſſimus*
*Ottbobonus*, quandoque in vltimo functionis
propria quæſita, ſiue argumenta proponere
Candidato, ſed is pariter obſequij causâ, &
ea, qua decet, reuerentiâ ſilet, poſteàque diſ-
cedens ab examine, colliguntur vota, vt plu-
rimùm approbatiua, per manus nouiſſimi
Auditoris, ipſequemet D. Cardinalis Vice-
Cancellarius primus eſt in ponendo ſuffra-
gium in Vrna, quâ poſteà reuolutâ pronun-
ciat approbationem, ac Tintinnabulum pul-
ſando præcipit vocari Cancellariæ Cuſtodem,
ſeù Notarium, per cuius organum huiuſmo-
di approbationem denunciat electo, qui Au-

Iam rursùs introeundo, noua breuiſſima oratione gratias rependit, amplexatur humiliter eumdem D. Cardinalem, ac ſingulos Auditores, indeque emiſſa profeſſione Fidei, iurat obſeruare Conſtitutiones Tribunalis, & ſignanter legit vltimam *Sa. mem. Vrbani VIII.* ſuper obſeruatione Secreti, *la 310. Bullar. nouiſſ. Angeli à Lantuſc. tom. 5.* quemadmodùm
78 circà profeſſionem Fidei, cum ſimilibus,
reſpectiue practicant nnuiter admiſſi ad Munus Referendariatus vtriuſque Signaturæ coràm D. Cardinali Præfecto Signaturæ Iuſtitiæ, & cuncti Magiſtratus, necnon Capitulares in eorum admiſſionibus ad Capitulum, & Magiſtratum, *Seraph. de Privileg. Iuram. Priui. 149. n. 2., Cancer. variar. reſolut. lib. 3. cap. 13. n. 328. cum ſeqq.*, & de praxi Regni Siciliæ *Muſtrill. de Magiſtrat. lib. 2. cap. 2. num. 52.*, & quòad Capitulares *Rot. in Albanen. Canonicatus 26. Iunij* 1699. *§. Indubitantèr, & ſeq. Coram Me*, & eſt exemplum inſigne S.R.E. Cardinalium occaſione receptionis Pilei Cardinalitij in publico Conſiſtorio, de quo *Card. de Luc. in Relat. Rom.* Cur. d*iſc. 5. ſub num.* 10.

Ad huiuſmodi itaque momento ſubſtantialiter videtur electus effici Auditor, licet
79 emolumenta, ſiue ſtipendia Principis non
capiat, niſi à die, quo legitur inſcriptus in libro Cancellariæ, vt notauit *Coccin. annot.* 33. *n.* 5., & ob id ſtatim induit Habitum Prælatitium coloris violacei, necnon ſericum Pilei cingulum eiuſdem coloris, ſed ad potiſſimum effectum adminiſtrationis Iuſtitiæ, & exantlandi officium Papalis Cappellaniæ requiruntur, ut mox dicemus.
80. In ſequenti ſiquidem Rota deberet aſſumi
illa linea, alba, & externa Veſtis, quæ compellatur *il Rocchetto*, de manibus Reuerendiſſimi Decani, unâ cum Cappa, prôut de Iure comprobat *Bonifacius de Vitalinis in Clement. multorum n. 52. de Hæretic.*, & Conclamat *Coccin. annotat.* 33., ſed neſcitur. qua ratione vſus, vel abuſus irrepſerit, quod D. Cardinalis Camerarius [ ſeriò tamen proteſtante Tribunali ] tribuit ipſe huiuſmodi Rocchettum in plena Camera, quandò, ſicuti ceſſarunt aliæ formalitates, de quibus copulatiue per antea-cta tempora innuit *Gomeſ. ad regul. Cancellar. quæſt. 1. probam. n. 13.*, debuiſſet & hæc dationis Rocchetti penitùs ceſſare; potiſſime cùm
81 antiquiſſimum hoc Indultum geſtandi Roc-
chettum fuerit adeò amplificatum à Sa. me. Innocentio X. eiuſdem noſtri Ordinis priùs Auditore, vt vix haberi poſſit in toto Mundo Catholico coæquale Priuilegium, quod legitur regiſtratum apud *Tanagl. de Sac. Rot. Rom. Auditorio cap. 1. ſub n. 12.*, videlicet.. *vbiquè locorum, in quibuslibet Concilijs etiam Vniuerſalibus, in præſentia Pontificis, Imperatoris, Regum &c. & generalitèr vbiquè coràm quibuſcumque, & quouis tempore palàm deferre &c.*
82 Verùm in eadem ſequenti Rota, poſt Cau-
ſas, & negocia diſpuncta, in Aulam Rotalem introducitur electus, ibique flexis genibus reperit Iuramentum, legitque ſignanter præfatam Bullam *Sa. me. Vrbani VIII.*, poſteàque ſedet, vbi præcipit Decanus, qui ipſum admonendo, ſiue adhortando breuibus verbis illis claudit Os, ſiue ſilentium imponit, ad inſtar eorum, quæ ſub Pythagoræ Tyrocinio erudite habentur annotata per *Laert. de Vita, & Moribus Philoſophor. lib. 8. in Pythagoram*, & ex tunc ſecure incipit perfrui fructibus ſuorum Beneficiorum etiam reſidentialium,
83 cùm ſingulariter Auditores Rotæ ab onere
reſidentiæ Authoritate Pontificia ſint diſpenſati, ut habetur in prænominata *Conſtitut.* 13. *Clementis VII. ſub* §. 6., & declarauit *Rot. coram Sa. me. Alex. VIII.* eximio ipſius Rotæ Auditore *dec.* 140. *n.* 25., atque ità ſeruatur in praxi, ſicuti nuperrime Mihi tunc anteà Nouitius retulit *R. P. D. dell' Olmo* pro ſuo Archidiaconatu Compoſtellano, & Canonicatu Toletano, & paſſim quotidie.

Quidquid abſque vlla prorsùs ( pro meo iudicio ) probabili fundamento, ac omninò
84 gratis attentaſſe videatur *Laertius Cherubinus*
*de Nurſia in ſuis notis marginalibus tàm in d. §. 6. Conſtitutionis Clementis VII.*, quàm ſparſim, ne dicam temere, in alijs annotationibus eiuſdem Conſtitutionis, adducens nonnullas poſteriores, generaleſque Conſtitutiones Summorum Pontificum, quas inquit eſſe reuocatorias. quandò debebat reminiſci, quod cùm
85 illæ ſingulariter non exprimant Auditores
Rotæ, quemadmodùm accuratus eiuſdem *Cherubini* filius nomine *Flauius in compend. Bullar. tom. 1. Conſtitut. 13. eiuſdem Clementis Schol.* 2. ponderauit, ad effectum, vt priuilegia ijſdem Auditoribus attributa per ipſam Conſtitutionem quomodòlibet cenſerentur alterata, aut derogata per ſubſequentes Bullas, vel Litteras Apoſtolicas. non ſolùm exigitur poſitiua extenſio Clauſulæ, *Quorum tenores &c.* cum expreſſione Auditorum, & Locatenentium Rotæ, ſed quod vlteriùs ( niſi aliunde palparetur de voluntate Pontificis, cuius reſpectu ſemper, & optime congruit illud intercalare *Dominus dedit, Dominus abſtulit*) debeat fieri indiuiduatio ſingulorum Auditorum, ſunt verba ipſius Conſtitutionis -- *niſi in eiſdem &c. illorum nomina propria, & cognomina ſpecificè expreſſa fuerint* -- ſicùt etiam egregie perpẽderat *Ludouicus Roman. in conſ. 436., Rot. cor. Card. Put. dec. 85.. & dec. 205. lib. 1.*; & de
86 facto legimus quotidie in grauioribus Conſti-
tutionibus eorumdem Summorum Pontificũ, quod in appoſitione decreti *irritantis*, ſiue Clauſulæ *ſublata*, ad finem, vt in iudicando compræhendantur Auditores Rotæ, illorum mentio indiuidua ſit cum dictione augumentatiua, videlicet -- *Ac ità per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios, quauis authoritate fungentes, etiã Cauſarũ Palatij Apoſtolici Auditores, eorumq; Locumtenentes, ac S. R. E. Cardinales, etiã de Latere Legatos &c. iudicari, & definiri debere &c.*

Præ-

87 Præfata autem impoſitio ſilentij, ſiue Oris
clauſura practicatur etiam cum noniter
creatis S. R. E. Cardinalibus, teſte *Iacob. Co-
bell. in notit. Cardinalat. cap.* 10. §. *Poſt receptio-
nem, Card. de* Luc. *in relat. Rom. Cur. diſ.* 5. *n.* 11.;
illaque fit ad effectum, vt interim nouus ele-
ctus, adhùc reverâ Auditor tantùm, addiſcat
modum, quo Cauſæ, ac negocia proponun-
tur in Tribunali, qua maturitate examinen-
tur, quaue tandem doctrina, ac iuſtitiâ reſol-
uantur; & de facto etiam DD. Cardinales pri-
ma vice intereſſentes alicui Sacræ Congre-
gationi, votum ex eadem forte ratione præ-
bere non ſolent.

Et quamvis non ità facile, iam effecti Ro-
tæ Auditores, velùt ſemper in arduis occu-
patiſſimi, tempus abſumant in officioſitati-
bus inutilibus, ac in aſſociationibus, & in
88 Aulis, adeòut Sa. me. *Marcellus II.* Audito-
ribus Rotæ ſe ſalutatum ſub initio breuiſſimi
illius Pontificatus de more venientibus — *in
poſterum Domi ſe continere, & parùm neceſſario
ſalutandi officio omiſſo, muneri ſuo ſtudioſe vacare
iuſſerit*, quemadmodùm per hæc verba regi-
ſtratum reliquit *Odoricus Raynaldus in ſuis
Annalibus* ſuccedaneis ad illa Cardinalis Ba-
ronij *Anno* 1555. *num.* 18., quod & priùs ſan-
ciuerat *Ioannes* XXII. *Conſtit.* 14. §. 5. *Bullar. nou.
tom.* 1., & vidi Ego inculcatum in quadam re-
latione manuſcripta facta per Cardinalem
Albitrium Sa. me. Innocentio XI., qui ſe ex-
tendit certo modo ad ipſas Cappellas.

Nihilominùs quia adhuc nouus Auditor
habet Os clauſum, neque ſe negocijs immi-
ſcet, hinc [ niſi aliud D. Decano placuerit ]
illum in reditu finitâ Rotâ aſſociare conſue-
uit, quod & adimplet tàm in itinere, quàm
in reditu pro Rota ſubſequente, in qua idem
nouus Auditor ſedens cum Cappa, & Roc-
chetto in Tribunali impoſitum ſibi ſilen-
tium obſeruat: In alia demùm decurrente
Rota practicatur hoc ipſum, excepto, quod
terminata Cauſarum diſcuſſione, rursùs D.
Decanus breuiter perorat, & aperit Os Can-
didato, vt in poſterùm votum proferre va-
leat, pronunciando finaliter illa verba — *Ele
Auditor*. Succeſſiue tandem, vel immediate;
vel in horis pomeridianis vnâ cum binis
nouiſſimis Auditoribus pro prima vice in-
tromittitur, ope Præfecti Cubiculo Sancti-
tatis ſuæ, ad Summi Pontificis Audientiam,
ſub ea peculiari circumſtantia, quod in ve-
ſtibulo primæ Aulæ, tàm ipſe, quàm bini Au-
ditores illum introducentes induunt Roc-
chettum, & Cappam magnam, & per reliqua
Cubicula ſic induti tranſeuntes, Pontificiæ
exhibentur præſentiæ, orantibus ijſdem ge-
minis Auditoribus, ad hoc, vt Papa Pater-
num, ac Principale placitum, ac Benedictio-
nem impartiatur ipſi nouo Auditori pro il-
lius in Cappellis ſeruitio, de quo in ſubiecta
materia Auditorum S. Rotæ nonnulla diſſerit
*Card. de Luc. in rel. R. Cur. diſc.* 32. *n.* 109. *et* 110.

Præcipue autem notabile eſt, quod in qui-
89 buſdam ſolemnioribus Feſtiuitatibus, in
quibus Papa Pontificialiter Miſſam celebrat,
vnus ex S. R. E. Cardinalibus Diaconis eidem
aſſiſtit, & in figura Subdiaconi miniſtrat
vnus ex Auditoribus; pròut animaduerſione
etiam dignum videtur, quod quandò etiam
idem Pontifex in maioribus functionibus
Sellâ geſtatoriâ eleuatas proceſſionaliter in-
cedit (ex gr.) *in Feria V. Paraſceue*, ac in alijs,
nouiſſimus Auditor, qui Crucem deferre ſo-
let, induitur ex antiquiſſima conſuetudine,
vel Indulto, Amictu, & habitu Subdiacona-
li, quantumuis adhùc non exiſtat in Sac. Or-
dinibus conſtitutus, vt Mihi contigit, ſignan-
ter in prædicta *Feria V. Paraſceue*; in qua cùm
vltimus Auditor à Porticu ſuperiore ante
Sellam Pontificis altiſſima voce legat in lati-
no idiomate celebrem Bullam appellatam
in *Cæna Domini*, eam immediate repetēte vlti-
mo S. R. E. Diacono Cardinali in lingua ver-
nacula, penultimus, vt eram Ego, Crucem
aſſumit in habitu prædicto.

Hucuſque progrediuntur ſolemnitates, &
ritus obſeruandi per nouiter creatum, ſiue
90 electum Auditorem, qui etiam poſt omnia
hæc, vel in die quoque aperitionis Oris, me-
diante iam generali Commiſſione ſubroga-
toria in locum Anteceſſoris manu Sanctiſſi-
mi ſignata, Cauſas reaſſumit, propriumque
nomen ſcribit in libro Rotæ, ex teſtimonio
*Coccini annotat.* 258. *num.* 14. & *ſeqq.*; ab inde
autem in nihilo, vt diximus, differt à cæteris
Auditoribus, exceptâ præcedentiâ, & Sede,
quam occupat noviſſimam, præceditque
91 etiam Magiſtro Sacri Palatij, & cunctis Ca-
meræ Clericis tàm in Cappella, quàm extrà,
& in poſterùm tanquàm verus Papæ vti Pa-
92 pæ Cappellanus, quoties de aliquo Benefi-
cio, vel Dignitate remaneat prouiſus, vel ad
aliquam Cathedralem, aut Metropolitanam
promoueatur, eximitur, vti cæteri veri Fa-
miliares, à grauioribus expeditionum expen-
ſis in vim prædictæ Conſtitutionis *Clementis
VII.*, eique Papa in figura Papali reſcribens
vtitur illis verbis — *Dilecto filio N.* Cappellano
*noſtro, & Cauſarum Palatij Apoſtolici Auditori*,
vt obſeruauit etiam *Rebuff. in Prax. Benefic. de
Pratt. Cancell. Apoſtol. fol.* 629.

Aduertendo, quod per aſſumptionem ad
Epiſcopatum, vbi aliud ex cauſa reſidentiæ
93 Pontifex non iubeat, Auditor non amittit
Sedem in Rota, quantumuis eam impleat
cum titulo *Locumtenentis*, etſi, vacante Deca-
natu, nequeat in hoc caſu effici Decanus,
ſicuti teſtatur *Pyrr. Corrad. in Prax. Benef. lib.* 3.
*cap.* 8. *num.* 36.

Cœterùm neque hic in rei veritate peni-
tùs expirant aliæ publicæ functiones Candi-
dato, ſiue Auditori nouiter admiſſo incum-
bentes, quià cùm primis diebus *Menſis Iulij*
94 per Reuerendiſſimum noſtrum Decanum
Feriæ generales nedùm Rotæ, ſed cunctis Iu-
dici-

dicibus Commiſſarijs, ſeu Delegatis in Vrbe ſolemnitèr indicantur in præſentia vnius ex Prælatis Locum tenentibus A. C., ac omnium fermè Notariorum, adòut pro hac ipſa die ſileant vniverſa Curiæ Tribunalia, idque compleat mediante vnico fere verbo -- *Pro ſervato in omnibus*. quod ſignificat, ſolummodò intrà Menſem poſſe ab ijſdem Commiſſarijs, veteres, iamque diſcuſſas Cauſas definiri per Sententias, vel Decreta definitiva, non diſſi-
95 militer ab iis, quæ prædicantur in exteris Tribunalibus circà terminum *conclusionis in Cauſa*, vel effectivæ pronunciationis, *pròut in Cedula*, de quibus *Felin. in cap. ſignificaverunt nu. 3. de Teſtib., Abb. in eodem cap. nu. 4. ibiquè Adden. lit. C., Ab Eccleſ. obſervat. forenſ. par. 1. obſervat. 27. à nu. 1., Afflict. dec. 115., dec. 271. & ſeq., & dec. 352., & ubiq; Vrſill., Rot. dec. 369. coram Manzaned., dec. 563. coram Cavaler., & dec. 546. nu. 7., & 8. cor. Ludoviſ., ibique Adden.*
96 *lit. B.*; quapropter idem Decretum, ſive Sententia retrotrahitur ad diem ejuſdem termini, ſeù indictionis habitæ *pro ſervato*, per quamdam fictionem, quòd tunc Cedulæ Sententiarum, ſeù Mandata reputantur ſubſcripta, vt etiam tradiderunt *Vbert. de Citat. cap. 9. nu. 501. & plur. ſeqq. & cap. 12. ſub n. 456. verſ. etſi ſententia, Ridolphin. in Prax. Iudic. par. 1. cap. 13. n. 338., & 339., Rot. dec. 325. n. 8. cor. Priol.*

Operæ proinde pretium eſt, quod eiſdem feriis expiratis, ac de quibus erudite loquentem videre eſt *Emanuelem Gonzal. in repetitione cap. fin. tit. 9. de Fer. ex n. 25. cum plur. ſeqq.* denuò
97 Rota, ſiue Tribunal pandatur, idque de ſtylo inueterato, & ſuprà hominum memoriam ſolet accidere (vt ſuprà tetigimus) prima die iuridica, ſiue Rotali Iduum Octobris; hac occaſione vltimò admiſſus Auditor, ad horam à Decano ſtatutam de propria Domo ſolet abſcedere conſtipatus prænobili equeſtri comitatu Famigliarium S. R. E. Cardinalium, nec non Oratorum Imperatoris, Regum, ac Principum, pluribuſque nobilibus Viris, ac etiam Advocatis, & Patronis Cauſarum, qui omnes vnâ ſecum equitantes, appetunt Ædes penultimi Auditoris, iſque in promptu ſocium ſe præbet cum ſuo paritèr comitatu, atque ità per ſpeciem triumphi, quem ſibi iuſtè promeretur Iuſtitia, ambo ſuperinduti Rocchetto, & ſupradicta Veſte *del Mantellone*, & obtecti Bireto, inſimulque Galero Auditorali, è latere paritèr equitantibus duobus Aulæ Conſiſtorialis Advocatis, ac præeuntibus propriis Famulis, inter quos (ad inſtar veterum Lictorum (gemini pro quolibet Auditore geſtant baculos coloratos, & inſignitos inſignibus Tribunalis, aſcendunt Palatium Vaticanum, cuius inferiori Porticu, Atrijſque ſub eadem ſolemnitate tranſactis ſolummodò deſcendunt, Schalamque pedibus conſcendentes per medium plaudentis Curiæ Rotalem Aulam, indutâ interìm ante fores Cappâ dimiſſoque Galero, alioque habitu *del Mantellone*, ingrediuntur: Tùm exeuntes, breui interiectam ora, Decanus, alijque antianitatis ordine ſeruato Sacroſanctum publice audiunt Miſſæ Sacrificium in Anteaula, celebrante proprio Tribunalis Cappellano, vt ità [ ſicuti etiam ſemper in quibuſcumque Rotalibus coadunantijs practicatur ) à Summo Deo, eiuſque Matre Virgine opem pro tutiori Iuſtitiæ adminiſtratione implorent, quod & faciendum eſſe dignouerunt ipſimet Pagani Magiſtratus, licet in tenebris, & in vmbra mortis ſedentes, quemadmodùm connotauêre *Cicer. lib. de Diuinat, Herodian. lib. 7., Gell. lib. 14. cap. 7., Alexan. ab Alexan. dier. genial. lib. 4. cap. 11.*

Finito Sacrificio, & cunctis Auditoribus Sacrâ Luſtrali Aquâ conſperſis per eumdem Cappellanum, iubet Decanus ſingulos conſcendere aliam Anteaulam foribus viciniorem, in qua manent antiquiſſimæ eleuatæ Sedes, in quibus fortè ab vnoquoque priſtinis temporibus tenebatur Audientia, atque in ea per ordinem ſuprà Scannum Aulæo coopertum gradatìm conſident Auditores, indèque per Notarium Tribunalis violacea talari Veſte præcinctum altiori voce leguntur Bullæ, & Conſtitutiones Summorum Pontificum ſuper Sacro Auditorio promulgatæ, ijſdemque perlectis, annuente prìus præfato Decano, Auditor, qui plerumquè ſolet eſſe idem Nouitius, ſiue ultimò admiſſus, breuem diſcurſum, ſiue orationem, vniuerſa Curia ab eius ore pendente, ſolet habere, in qua commendat cæterarum virtutum Reginam Iuſtitiam, laudat, & reſpectiue admonet Cauſidicos, & demùm magnifice nuncupat Pontificem pro tempore exiſtentem, pròut & Ego ſubiui hanc prouinciam, quamuis non ità muniri meo recte credam ſatisfeciſſe, vt poterit in calce recognoſci, quemadmodùm à ſimili videri valet impreſſa ſimilis oratio habita per *Coccinum* in ingreſſu ſui Decanatus, & eſt regiſtrata in illius *annot. 263. num. 2.*

Suppoſuimus, quod huiuſmodi oratio plerumque incumbat Nouitio, ſeù nouiter admiſſo; quia ſemper recitari ſolet ab vltimo, niſi forte penultimus, aut alius præcedenter aſſumptus orationem non dixerit, tunc etenim ad illum pertinet, & ſucceſſiue deſcenditur ad nouiſſimum, nulloque alio ſuperueniente magis novo, ſtylus eſt, quod functio reaſſumatur à Vice Decano, (excipitur enim D. Decanus ob emeritam ſuæ antiquitatis prærogatiuam), ſicuti Me in Rota ſedente accidit in perſona *R. P. D. Caprara*, qui poſt orandi munus aſſumptum, illud expleuit non obſtante ſuperuenientia Nouitij, nimirùm *R. P. D. Kaunitz*, cùm enim poſtquàm præfatam orandi obligationem idem *R. P. D. Caprara* ſuſcepiſſet, contigit obitus Sa. mem. Innocentij XII., quamobrem cùm ob id nequiuerit fieri Tribunalis aperitio, & ſubſequen-

quentèr ſuperuenerit admiſſio *R. P. D. Kaunitz*, adhùc *R.P.D. Capraræ* prouinciam hanc laudabiliter impleuit.

Et ſane, quoties Vniverſalis Eccleſia ſupremo Paſtore viduatur, nedùm reſerari non poſſunt oſtia Auditorij, ſed aperta clauduu-
98 tur, itàut ſi Papæ obitus eueniat tempore, quo Tribunal eſt congregatum, vel incontinenti ſiſtatur à diſcuſſione Cauſarum, vel tamquàm actus legitime incæptus, pro illo mane continuetur, iuxtà diuerſimode practicata exempla, ac de quibus meminit *Rot. dec. 18. in princip. cor. Emerix Iun.*; Tribunal quippe poſt ſignatam, directamque vni ex Auditoribus Commiſſionem, procedit tam-
99 quàm Iudex Ordinarius, ſed regulariter exiſtit delegatus, illiuſque proinde Iuriſdictio expirat per mortem delegantis, teſte *Veſtr. in Prax. lib. 2. cap. de Cappellan. Summ. Pontif. Capuc.* pariter *in Prax. Iudic par. 1. cap. 2. n. 92. & 156. to. 1., Card. de Luc. d. Iudic. diſc. 3. ſub n. 14. & diſc. 8. n. 11., & in relat. Rom. Cur. diſc. 32. n. 5., Rot. dec. 177. n. 1. cor. Emerix. Iun.*

Peracta oratione, domeſtici ſingulorum Auditorum in inferiori gradu eiuſdem Scamni ordinatè priùs conſidentes, recolligunt Cappam magnam, quę tempore lecturæ Bullarum, ac prædictæ orationis retinetur vſquè ad ipſius Scanni plantitiem extenſa, non diſſimili modo, quo in Pontificia Cappella ſupremus S. R. E. Cardinalium Senatus induitur; poſteàque gradatim ſinguli Auditores remeant ad propriam Aulam, ac Sedem Rotalem, vbi cum equitantibus, ac eo, qui dixit orationem, de qua ſuperiùs, à D. Decano, alijſque reciprocæ officioſitates expenduntur, ſed vel priùs, vel immediatè Diuinum expoſtulatur auxilium (Ianuis iam clauſis à proprio Officiali, ſiue Ianitore, quem nuncupant *Bidello*) deuote recitante D. Decano inuocatoriam illam orationem, quæ communiter tribuitur *S. Iſidoro*, quamue ad verbum tranſcripſit *Ludouicus Gomeſ. in Compend. vtriuſque Signaturæ nu. 29.*, atque hæc oratio deinceps in alijs Rotis per circulum recitatur incluſiue vſque ad nouiſſimum.

Posteà diſtributo per eumdem Decanum vernantium pro tempore florum faſciculo, nec non Typis cuſa Cathalogo, ſiue Elencho futuri Anni Rotalis pro faciliori Curialium, ac litigantium commoditate, innuit idem Decanus, quod gemini Auditores, ne nimiùm remorentur ſecum, vt ſuprà equitantes, quantò citiùs abſcedant: at hi præcedentem Habitum ante Fores iterùm induentes, ac Mulam Phaleratam aſcendentes ordine ſupradicto ad proprias Domos reuertuntur, vt fit, manentibus alijs Auditoribus in eodem loco, & ſede Rotali pro tractandis, etſi pro illa prima vice lenioribus opportunitatibus, & negocijs, Tribunalis, donec illis terminatis vnuſquiſque Domum redit, adapertâ Rotâ ad ſonum Nolæ maioris, quam accepto ſigno pulſant Manſionarij adiacentis Baſilicæ Principis Apoſtolorum in fine Rotæ, iuxtà ſolitum antiquum, prout ſcriptum reliquit *Coccin. annotat.* 189., vbi quoque de actione gratiarum habita ergà Paulum V. circà Manſiones, aliaque Sac. Auditorio beneficentiſſime conceſſa.

Hæc ſunt, quæ forſan non iniucunde acci-
100 pientur, & de reliquo ea, quæ concernunt ſeueriorem, ſiue Iudicialem Praxim Tribunalis, facile poterunt addiſci, ſiue obſeruari penes practicos Iuriſperitos, vtl ſunt *Marchesan. de Commiſſion.*, *Capuc. in Prax. Iud.*, *Vbert. de Citat.*, & præcipue *in Inſtructione pro Agentibus poſt illum impreſſa*, *Ridolphin.* pariter *in Prax.*, & prę cæteris *Theodoſ. Rub. in ſuis ſingul. Sacræ Rotæ Rom. Cardin. de Luc. in relat. Rom. Cur. d. diſc. 32.*, & alibi paſſim, nec non *Anonymus in Practicabilibus eiuſdem Rotæ Romanæ* regiſtratis poſt ſecundam partem, quæ compellatur *diuerſorum*, vltrà ea, quæ reperientur in ſæpe laudati *Coccini* Annotationibus, nec non occaſionaliter in præſenti Volumine, ac in alijs Diuina fauente miſeratione compilandis.

*Tenor autem ſupradictæ orationis habitæ in Cancellaria, quæ præceſſit tamquàm Prologus ad Theſes inibi ſubſtentatas, ſic erat --*

Rotam, ſiue Orbitram quamdam rebus inſitam humanis (Principes Eminentiſſimi, Patres Sapientiſſimi, diſertiſſimi Conſiſtorialis Aulæ Aduocati, omneſque Auditores ornatiſſimi) ex eadem conſtanti Seculi inſtabilitate, veterum etiam Philoſophorum Vulgus non adhùc veræ Sapientiæ Lumine circumfuſum, Fatum putabat: Nunc autem pulſa caligine, imperſcrutabili quidem, ſed certo, amantique Summi Dei iudicio cuncta referre, non minùs altrix Religio, quàm rectè introſpecta viciſſitudo ipſa nos cogit; Et Ego hactenùs ad longe Sanctioris Rotæ Limen euectus, haud anceps in Me, juxtà meam tenuitatem teſtimonium ſentire, palamque fateri compellor: Nam Reginam hanc Vrbem, vix Lauream in Patrio adeptus Gymnaſio, Tyrocinia tantùm poſiturus appetii, quandò ſalubri quidem, ſed inopina tam Tuſci, Regiique Principis, quàm Eminentiſſimi olim Magiſtri conſpiratione illectus Curiam ingredior, in qua, vix tribus Luſtris emenſis, Arenam deſerere, grande, & Auguſtum Vaticani Sydus clementiſſime iubet; Nec adhùc alterius Luſtri ſerie completa tanto munere decorauit, vt hodie tàm ſublimi Principum, Patrum, ſelectorumque nimis Auditorum Corona præcingar, eam (vt ſperare fas eſt) Sedem occupaturus, in qua alter Purpura redimitus, Mihique Magiſter Ius dixit. Tantum itaque, ac tam inſigne beneficium Diuinæ priùs (vt par eſt) ſubcenſeo largitati; Deinceps vere Optimo, vere Maximo illius in Terris Vicario INNOCENTIO XII. cuius modeſtiæ, etſi magis dubio procùl ſilentio blandirer, verecundiam tamen Sanctiſſimi, &

Glo-

# PRÆFATIO.

Glorioſiſſimi Principis audaciùs obſtringor attentare, & vincere, quia mole Munificentiæ preſſus, aliam (quàm ipſi Deo) vicem rependere haùd valeo, niſi laudum, & agnitionis: Vnde ſi non apud vos loquerer, & ipſa magnarum rerum publica Monumenta teſtarentur, nudo potiùs, quàm oratorio cultu longam poſſem, & deberem Hyſtoriam prætexerem; Sed cùm, & oculi noſtri ſint Iudices, & unuſquiſque conſcientiæ propriæ teſtimonio raro datas Principis noſtri virtutes, in publicæ fœlicitatis perennitatem, & Omen agnoſcat, Mihi vlteriùs contigit (Numine ipſo forſan afflante) explicatio *Textus in cap. per veſtras*, ſeù *per noſtras, de Iurepatron.*, qui eximiæ, arduæ, nimiùmque difficili, ac ſuprà humanas quodammodò vires eiuſdem Principis moderationi proludit.

*Oratio verò habita in Vaticano in ſolemni Sacra Rota aperitione die 2. Octobris 1697. pariter ità incipiebat --*

Reuertitur hodiè, (PP. Reuerendiſſimi cæterique omnes Auditores ornatiſſimi,) reuertitur primi Luminaris ad inſtar pergente Spiritu, in ſuos circulos, Rota.

Reuertitur, occumbentibus, iam feriis, veſtra ad Iuſtitiam, noſtra ad Iudicium, ſollicitudo. Reuertitur, ſi tamen reuertitur, potiuſuè in ſua perpetua luſtratione non durat; non enim, vt apud primos irrepſerat Arcades, inferi potuiſſe putamus pectoribus veſtris errorem, quod in ipſo primordio lucis, orizontalem plagam prælerlabente Sole, tanti Syderis orbitate perculſi, illius quodammodò funeri frementes, ingemuerint; Vndè *Statius*, vel ridens, vel ſtupens, in ſua canat Thebaide --

*Hi Lucis ſtupuiſſe vices, noctiſque ferantur*
*Nubila, & occiduum longè Titana ſequuti,*
*Deſperaſſe diem.*

Dum vel Pueris innoteſcit, Aſtrorum Principem, in ſuo labore conſtantem, noſtris quidèm oculis rapi, ſed vt conuerſo Orbi neceſſarium iubar æqua Lance perfundat: Vigilat namque Patrum ſapientia, vigilat veſtra mens, hæc parandis, illa edendis Cauſarum munimentis, & in ipſa altiſſima, quæ videtur quies, alacriùs publicæ inſudant vtilitati.

Nec ideò ſtupendum, ſi generis humani, rerumque Opifex Deus, qui opere creationis impleto fertur quieuiſſe, & ob naturæ immenſitatem motus expers, velut aliorum fęlicitati continuò innitens, otium indignatus, in ſole poſuit Tabernaculum ſuum, ſatius namque reputauit eamdem quodammodò immenſitatem arctare, quàm aliam ſeligere Sedem, ex qua, non etiam obtutui noſtro, ſemper laborando, cuncta reſpicere, cunctis proſpicere oſtentaret.

Quin etiam in terris Serui formam accipiens, aſſidua peregrinatione, carnis infortunia ſentire non renuens, tandemque fatigatus ex itinere, ſedit ſuprà Fontem; At non Fontem aquæ demortuæ, ſed ſalientis ad vitam, vnde in ipſo defectionis leuamine totam cum Muliere ſordibus expiata, poſteritatem ablueret.

Redit itaque vnuſquiſque, tamquàm ad imaginem Conditoris ſuffectus, ad opus, quod operatus eſt à principio vſque ad finem, eâ ſolertiâ, ea virtute, ingenio, pietate, qua ſemper Aula Romana cœteras anteiuit. Dedecus eſſet, currente, Rota calcar adiungere, *aliuſque, & idem naſceris* almo diei, noctiſque moderatori, Lyra pſallebat Venuſina: Domeſtica quippe laus eſt tantorum Patrum Conſiſtorio, æquitatem Iuſtitiæ miſcere, egenorum, ac diuitum patrimonia pari ſorte penſare, oculoſque ad Dominum ſemper intentos, fulgori Procerum, ſquallori Veſtium, & inſidioſis plerumque fletibus, abnuere.

Et Vos, qui veterum Oratorum ſpiritum induiſtis, priſca eloquentiæ, integritatis, Fidei, libertatis veſtigia ſuperantes, in grande Exteris exemplum Curijs aſſurgitis, tàm bene de Republica noſtra meruiſtis, vt neque monitis, neque conſiliis laceſſendi, curſum feliciter conſumaturi per inceſſantia probitatis opera, etiam ſuper ipſa vota, videamini.

Abſit metuere, quod vnquàm tàm inexauſta Lucis Orbita deficiat, veſtraque deſidia, aut fraude, Fortontis fabula recrudeſcat, quodque gemitibus oppreſſorum Atrio noſtro obſtrepentium excitentur cineres Areopagitæ, & rursùs retrocedentis Luminis errore conuulſus exclamet, quod, & Iuſtitiæ patiatur Numen, & tam ſanctè conſtructa Fori, legumque Machina, diſſoluatur.

Audiuimus nuper, audiuimus, quote Vaticano Principes ad ſternendam virtuti, obſtruendam Sceleri viam, Cœlo dilapſa præſcripta edidêre.

Validiora tamen honeſtis animis incitamenta infigit viuum exemplar SANCTISSIMI PRINCIPIS, qui, & ſuorum, ſuique oblitus, quietis expers, publicæ tranquillitatis impatiens, præcedentium inuidiâ, futurorum admiratione Petri Solium non premit, ſed implet, ſeque ſolùm comite, moribus cenſuram, Magiſtratibus normam, Legibus reuerentiam, Dignitatibus honorem, egeſtati patrimonium, Iuſtitiæ Sedem, indixit, aperuit, conſtruxit.

Non igitùr ambigendum, quin tantarum firmamento, ac Cœlo Virtutum, in PRINCIPE noſtro effulgentium, impulſa Rota, ſplendidiora ſemper pandet Iura, ceteroſque humiliores Orbes aſſueta Oraculorum luce illuſtrabit.

Voſque in Regnatrice INNOCENTIA paterna ſtudia ſæpiùs experti, ità voſmet ipſos vrgete, vt ſtridentibus frùſtrà Iuſtitiæ, & Veritatis hoſtibus, luceat lux veſtra coràm hominibus, & glorificent Patrem veſtrum, qui in Terris eſt, &c.

DE-

Digitized by Google

# DECISIONES
## SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
*CORAM*
# R. P. D. ANSALDO
## DE ANSALDIS
Ejuſdem Sacræ Rotæ Auditore.

### ROMANA MULTIPLICI.

*Mercurii* 28. *Novembris* 1696.

### ARGUMENTUM.

Defenditur ab exceſſivitate taxatio expenſarum facta a Judice quartæ inſtantiæ, & reſolvitur pro Juſtitia ejuſdem taxationis ex rationibus, de quibus in Deciſione.

### *SUMMARIUM.*

1 *Exceſſus in taxatione expenſarum non præſumitur, niſi concludenter probetur,& n.*8.

2 *Expenſæ Judiciales, quæ alias vivæ nuncupantur, juſtificantur ex Actis, & reſpectivè ex quietantiis Notariorum.*

*Et per ſuccumbentem integre, & uſque ad obolum refici debent, num* 3.

4 *Expenſæ extrajudiciales pro honorario Advocati, mercede Procuratoris, & copiis ſcripturarum taxari de ſtylo ſolent in ſeut.* 10. *pro qualibet Inſtantia.*

5 *Clauſula*, parito judicato, *quid importet.*

6 *Taxatio expenſarum ſupponit exiſtentiam rei judicatæ.*

7 *Signatura ſolet regulariter reſcribere pro unica vice*, ab exceſſiva tantum, *in appellatione interpoſita a taxatione expenſarum.*

9 *Fructus Beneficii reſtitui debent a ſuccumbente, licet ipſe illos non perceperit, ſed Oeconomus ejus facto, & culpa appoſitus.*

10 *Expenſæ pro extractione Inſtrumentorum debent integraliter refici a ſuccumbente juxta ſummam in illorum pede a Notario expoſitam.*

*Amplia, ut ibidem num.* 11.

PER quatnor uniformes ſententias, quarum noviſſimam in devolutivo protulerat R. P. D. meus de la Tremoille cum ſucceſſiva taxatione expenſarum, definitum fuit in Sacro Auditorio, non conſtare de complemento multiplici, quod ex medietate fructuum ſuæ hæreditatis conflari mandaverat clar. mem. Cardinalis Bonellus ad favorem Primogenituræ ab ipſo ordinatæ, ideoque denuo apponendum eſſe Œconomum ſuper præmiſſa medietate bonorum hæreditariorum alias amotum per Decretum Curiæ Capitoline cum inſubſiſtenti ſuppoſito, quod idem multiplicum jam foret completum uſque ad annuum redditum ſcutorum 2400. a Teſtatore præfinitum; Verum quinto loco commiſſa mihi Cauſa appellationis a D. Duce Franciſco interpoſitæ cum clauſula *ab exceſſiva tantum*, propoſui Dubium - *An conſtet de exceſſiva taxatione expenſarum*, quod R.P.D. Bonello dumtaxat informante fuit negative reſolutum.

Exceſſus etenim, qui ex parte D. Ducis debuiſſet plene, & concludenter probari, utpote habens contra ſe Juris præſumptionem,
1 quæ ſemper militat pro juſtitia liquidationis, juxta pluries in his terminis tradita per Rot., ut *coram Celſ. deciſ.*265.*num.*1.*& coram Priol.deciſ.*454.*num.*2.,*& in recent.deciſ.*384.*num.*1.*par.*14.,*& deciſ.*412.*num.* 10. *par.* 19., excludi etiam de per ſe viſus eſt inſpecta duplici qualitate expenſarum, quarum ſolummodo ratio, ut moris eſt, habita fuit in taxatione.

Eæ ſiquidem pro majori parte verſabantur in judicialibus, quæve alias vivæ nuncupan-

tur, utpote erogatæ in quatuor præcedentibus inſtantiis habitis in hoc Sacro Tribunali, cumque iſtæ juſtificentur ex iiſdem Actis, &
2 reſpective ex quietantiis Notariorum Rotalium, quibus in hac materia deferendum eſſe alias cenſuit *Rot. deciſ. 212. n. 5. par. 8. rec.*, *& dec. 622. n. 6. & 7. par. 18. & cor. Bich. dec. 73. n. 2.*, *& coram Priol. dec. 241. n. 1.*, inde ſequi-
3 tur, quod integraliter, & uſque ad obolum a Duce ſuccumbente refici debeant, adeout harum reſpectu taxatio regulariter reſtringatur ad ſimplicem calculationem, ad tradita per *Capuc. in prax. tom. 1. par. 3. cap. 11. n. 398. & ſeq. Rot. dec. 214. num. 8. par. 15. rec.*, *& dec. 221. n. 3. par. 16. & dec. 583. num. 1. & 2. par. 18.*, *& in Gerunden. expenſarum 25. Junii 1683. coram Em. Mediolanen.*, *& in Æſina Expenſarum 3. Iunii 1684. coram bo. me. Paulucio*, utrobique §. 2.

Reſpectu autem expenſarum extrajudicialium, quæ conſiſtunt in honorariis Advocati, & Cauſæ Patroni, ac mercede Sollicitatoris, & copiis ſcripturarum, profecto taxatio redargui nequibat de aliquo exceſſu, dum coarctata dignoſcitur ad moderatam
4 quantitatem ſcutorum 10. pro qualibet inſtantia, prout ex quadam potius æquitate, quam de Juris rigore in hac tenui ſumma ſemper taxari conſueviſſe teſtatur *Card. de Luc. de Iudic. diſc. 39. num. 17. Add. ad Pamphil. dec. 678. n. 6.*, *Rot. coram Dunozzet. jun. dec. 948. num. 6.*, *& coram Card. Cerr. dec. 909. num. 9. & dec. 186. num. 1. par. 15. rec.*, *& dec. 270. num. 3. & 5. par. 16.*, & nuper *in Romana Succeſſionis, & Legitimæ ſuper expenſis 13. Februarii labentis anni §. Iuſtitia autem, coram R. P. D. meo Scotto*.

Et ita D. Duce pluries monito, ac diu expectato, & informare non curante reſponſum fuit &c.

## *ADDITIO.*

Materia hæc expenſarum, quæ etiam de Jure victori reficiendæ ſunt per ſuccumbentem, ſæpiſſime tractatur, cum exceptis Cauſis, quæ finiantur per voluntariam Partium compoſitionem, refuſio expenſarum in tota lite factarum exiſtat ſemper ſequela, & conſumatio præcedentis extincti Judicii, niſi Pars ſuccumbens ſit adeo procax, ut velit quodammodo in ſempiternum appellare, quia donec, & quouſque Signatura Gratiæ, vel Juſtitiæ petitioni, ſeu commiſſioni novæ appellationis in devolutivo reſcribat, *nihil*, (quod nimium de raro contingit) datur ca-
5 ſus, quod reſcribat cum clauſula, *parito judicato*, quæ nedum importat neceſſitatem refuſionis expenſarum, ſed aufert ab ulteriore Judice delegato omnem juriſdictionem ſeſe in Cauſa ingerendi, donec ad ultimum quadrantem præcedenter refuſæ fuerint expenſæ victori, *Staphil. de liter. Grat., & Iuſtitiæ cap. quando petitur num. 8. & 9. Mart. de Clauſul. clauſul. 82. Capuc. in praxi Iudic. tom. 1. par. 3. cap. 10. num. 65. Mareſcott. variar. reſolut. lib. 1. cap. 87. num. 1. 2. & 3. Adden. ad Pamphil. deciſ. 31. ſub num. 7. verſic. e contra &c.*, *Rot. coram eodem Pamphil. dec. 72. num. 2. coram Emerix jun. dec. 797. num. 1. & 2.*, *& in rec. dec. 335. num. 1. & ſeqq. par. 16.*

Regulariter autem ſuborta re judicata ſtatim Judex ejuſdem rei judicatæ executor, niſi ab alia appellatione, vel recurſu ad Principem detineatur, devenit ad taxationem expenſarum, imo ſubſequuta etiam expetita reſolutione Rotæ ſuper canonizatione ejuſdem rei judicatę in terminis dubii diſputati, *utrum conſtaret de re judicata*, loco proferendi aliam ſententiam Auditor, cui Cauſa in hoc ſtatu commiſſa reperiebatur, recta via deſcendit ad taxationem expenſarum, quæ im-
6 plicite præſupponit præexiſtentiam ipſius rei judicatæ, ut etiam advertit *Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæſt. 11. num. 148: Adden. ad Pamphil. dec. 194. num.* 10. ubi alii concordantes.

At quia facta hujuſmodi taxatione Pars devicta ſæpe ſæpius conqueritur de injuſtitia ejuſdem taxationis, & appellat, tunc de ſtylo ſignatur pro una dumtaxat regulariter vice a Præfecto Signaturæ Juſtitiæ peculiaris Commiſſio cum clauſula, *ab exceſſiva tan-*
7 *tum*, & ob id noviter exiſtit neceſſarium perpendere, an taxa pręcedenter facta exiſtat juſta, vel injuſta, unde frequentes deſuper in Rota diſputationes audiuntur, prout in præſenti Deciſione, & inferius habetur ſæpiſſime.

## *NOVA ADDITIO*

Concluſionem cæteroquin vulgatam de
8 exceſſu non præſumendo ſequuta eſt *Rota in deciſione Ferrarien. Canonicatus ſuper fructibus, & expenſis, & reſervatis 2. Julii 1710. §. negativa vero, coram R. P. D. meo Aldrovando*, de qua *Ferrarien.* men-
9 tionem facimus, quia decidit etiam punctum fructuum reſtituendorum a ſuccumbente, licet ipſe ſuccumbens ſtante appoſitione Œconomi non percepiſſet fructus Canonicatus controverſi, ex quo idem ſuccumbens fuiſſet cauſa per ſubſtentationem injuſtæ litis, ut apponeretur Œconomus, quemadmodum videre eſt in *eadem deciſione Ferrarien. ubi ſupra §. quovero uſque ad finem*, ubi præ cęteris in idem allegatur *Rot. deciſ. 221. num. 20. & 26. par. 16.*

Prçmiſſa eadem principalis concluſio de exceſſu non prçſumendo fuit ſpecifice canonizata in una *Bononien. Relevationis indemnitatis ſuper expenſis eadem die 2. Iunii 1710. cor. R. P. D.*

*R.P.D. meo Falconerio* in caſu, quo tractabatur, quod exceſſus prætendebatur in gradu
10 reſtitutionis in integrum, undè fuit dictum in ordine ad refuſionem expenſarum, quæ fuerant factę per victorem pro extractione publicorum Inſtrumentorum, quod etiamſi non demonſtraretur numerica erogatio pecuniæ pro hac impenſa, adhuc ſtante taxa, ſeù præfinitione Notariorum Bononiæ præſumeretur ad eamdem pręfinitionem ſequuta erogatio, niſi veniens in gradu reſtitutionis in integrum doceret de exceſſu, ſeù de non veritate erogationis in tanta ſumma, ex *Rota deciſ.* 283. *par.* 1. *recen.* maximè quodſi
11 quæ gratificatio facta fuiſſet per Notarios, hæc cedere debebat beneficio victoris, qui levaverat Inſtrumenta, & non ſuccumbentis, ex *Zacch. de ſalar. quæſt.* 110. *num.* 10. *&* 19. cum aliis in *prædicta Bononien.* §. *incaſſum cum ſeqq.*

### BONONIEN. TRANSACTIONIS.

*Lunæ* 10. *Decembris* 1696.

### ARGUMENTUM.

Agitur de validitate, & juſtitia ſequeſtri relaxati contrà bona obligati de evictione pro relevatione indemnitatis, non obſtante, quod idem ſequeſtrum tripliciter redargueretur; primo ſcilicet de illiquiditate crediti; ſecundo, ex quo prætendebatur, illud non poſſe relaxari contrà bona ſtabilia; & tertio, quia evitari contendebatur mediante cautione: Et aliqua de intellectu Statuti Bononienſis mandantis, quod duæ Sententiæ habeant vim trium, & faciant rem judicatam.

### SUMMARIUM.

1 *Duæ Sententiæ conformes in Civitate Bononiæ habent vim trium, & faciunt rem judicatam vigore Statuti.*

*Idemque Statutum fuit à Gregorio XV. extenſum etiam ad Cauſas, & perſonas Eccleſiaſticas, num.* 2.

*Idque procedit, quamvis una tantùm ex dictis ſententiis lata ſit Bononiæ, & altera in Curia, num.* 3.

4 *Sententiæ dicuntur inter ſe conformes, quando una alteram confirmat.*

*Amplia, id procedere, licèt adſit de medio contraria ſententia, num.* 5.

6 *Mandatum ad factum competit contrà obligatum de evictione, ſtatim ac ſecuta eſt evictio.*

*Et loco mandati ad factum decerni poteſt ſequeſtrum adversùs bona promittentis, ibidem.*

7 *Sequeſtratio fructuum ex Conſtitutionibus Fori Archiepiſcopalis Bononiæ prohibetur adversùs poſſidentem bona ſtabilia.*

*Non tamen ad hunc effectum ſufficit poſſeſſio bonorum, niſi etiam probetur, quod illa ſint æquivalentia debito, num.* 11. *& num.* 13. *ubi remiſſivè de materia ſequeſtri.*

8 *Sequeſtrum etiam vigore Statuti permiſſum evitari poteſt mediante cautione, & num.* 14.

*Limita, ſi agatur de ſequeſtro relaxto in vim rei judicatæ, num.* 12.

9 *Sequeſtratio fructuum fieri poteſt etiam abſquè præcedenti liquidatione crediti, dummodò liquidatio fiat antè conſignationem.*

10 *Mandatum ad factum pro refectione damnorum & intereſſe non indiget præcedenti eorundem liquidatione, quæ fieri poteſt antè executionem, vel conſignationem.*

15 *Avocatio non datur ad favorem creditoris anterioris contrà fructus perceptos per creditorem poſteriorem bona fide.*

16 *Cenſuarius nequit pro ſolutione fructuum abſorbere omnes penſiones fundi cenſiti, ſi iſti excedant importantiam capitalis Cenſus, & num.* 22. *& ſeqq.*

*Et an cogi debeat in ſolutum accipere ratam ipſius fundi cenſiti, dicto num.* 16.

17 *Creditor, ex cujus pecunia alter creditor fuit dimiſſus, habet ſolam actionem negotiorum geſtorum.*

18 *Cenſus ſors, licèt ſit irrepetibilis ex parte creditoris, poteſt tamen ad libitum extingui per debitorem.*

19 *Filii in bonis fideicommiſſi, ad quod ſunt vocati præferuntur pro eorum alimentis quibuſcumque creditoribus patris gravati poſſeſſoris bonorum.*

*Amplia, ut ibidem.*

*Alimenta quòad beneficium* Auth. res quæ *ſunt magis privilegia, quam dotes, & num.* 21.

23 *Creditum dotale non imminuit corpora, ſed ipſam tantummodo hæreditatem fideicommiſſariam.*

24 *Detractiones fieri debent proportionabiliter ex quolibet corpore.*

25 *Facultas alienandi bona fideicommiſſi ex cauſa dotis ſtrictè eſt interpretanda, & num.* 27.

26 *Impoſitio cenſus implicitam alienationem importat.*

28 *Bona fideicommiſſi, an poſſint alienari etiam pro fructibus, & num.* 29. *uſque ad* 32.

33 *Fideicommiſſum familiare maſculinum, quantum poſſibile eſt, conſervari debet.*

### DECISIO II.

Ndemnitate, quam favorem Comitiſſæ Mariæ Hieronymæ Manzinæ uſque ad conſentiendum mandato pro refectione omnium damnorum, expenſarum, & intereſſe expromiſerant fratres de Razzalibus, coacta fuit ob paſſam in effectu evictionem à Patribus miniſtrantibus infirmis eadem Comitiſſa judicialiter experiri mediante quorumdam bonorum ſequeſtratione reportata per geminas ſententias, altera Vicarii Generalis in Partibus, & altera in Curia ab A.C.; Sed iterum inſurgentibus fratribus expromiſſoribus oportuit hodiè ad limites Commiſſionis differere *an locus eſſet Statuto de duabus*

 fuit-

fuitque unanimitèr à Dominis *affirmativè* reſ-
ponſum.

Præcipua reſolutionis ratio verſata eſt in
validitate, conformitate, & juſtitia utriuſque
1 Sententiæ, quæ proinde habent vim trium,
remque judicatam efformant, non minus
ex ſanctione Statuti Bononien. in *Rub. de ap-
pellat.* §. *Præterea*, quàm inſpecta peculiari
2 Conſtitutione S. mem. Gregorii XV. quæ
eandemStatutariam cenſuram extendit etiam
ad Cauſas, & perſonas Eccleſiaſticas, ex ani-
madverſis per *Rot. in Bononien. Juriſp. de Ghiſ-
leriis* 31. *Januarii* 1695. §. 2. *cor. R. P. D. meo
Pio, & in Bononien. Manut.* 20. *Junii cadentis
anni* §. 1. *in fin. cor. R. P. D. meo de Ulmo* non
obſtante, quod altera ex prædictis Senten-
3 tiis lata, prout hic, foret in Curia in gradu
appellationis interpoſitæ à Sententia de Par-
tibus, juxta rationes optimè perpenſas per
*Rot. cor. Peuting. dec.* 184. *& dec.* 15. *par.* 18. *rec.
utrobique nu.* 2. *& in Bononien. fideic. de Liniis* 10.
*Aprilis* 1682. §. *Validitas, cor. clar. me. Card.
Matthejo, & in Bononien. Dotis* 27. *Junii* 1685.
§. *Validitas, coram R. P. D. meo Muto*.

Et ſanè circà validitatem nulla fuit quæſtio
inter Partes; Conformitas verò elucere viſa
4 eſt, ex quo ſententia A. C. Thomati confir-
mat illam Vicarii Generalis Bononien. licèt
enim adeſſet de medio contrariumDecretum
latum in Tribunali Legationis ſuper relaxa-
tione ſequeſtri obtenti per Comitiſſam ſub
motivo oblatæ cautionis ex parte fratrum
5 de Razzalibus; nihilominùs dum tale decre-
tum expreſsè revocatum legitur in Sententia
A. C., hoc ſuperabundabat ad effectum,
ut primum Judicatum de Partibus, & poſtre-
mum latum in Curia inter ſe coniungi vale-
rent ad pariendam conformitatem, quem-
admodùm affirmat *Card. de Luc. de Judic.
diſc.* 36. *nu.* 56. & dixit *Rot. dec.* 616. *num.* 1.
*par.* 18. *rec.* ubi concordant.

Juſtitiam autem, ad quam in ſubſtantia
tota diſputatio reſtringebatur, evidenter
emergere DD. cenſuerunt ex clara, & litera-
li obligatione fratrum de Razzalibus in præ-
citato Inſtrumento tranſactionis contenta, &
ampliſſimè confirmata in Judicio occaſione
ſuſcipiendi defenſionem Comitiſſæ adversùs
moleſtias PP. S. Gregorii, ſeu miniſtrantium
infirmis: Cum enim Razzalii promiſerint
eam relevare ab omnibus, & quibuſcumque
moleſtationibus, quas pati contingeret ſuper
portione Palatii ſibi ceſſa in Inſtrumento
Tranſactionis contemplatione bonorum li-
berorum, aliorumque iurium, quæ eadem
Comitiſſa ad eorum favorem relaxavit, &
ulteriùs ſe ſe obſtrinxerint eidem Comitiſſæ
reficere omnia damna, & intereſſe, ac ex-
penſas, quas ex cauſa præmiſſarum moleſtia-
rum ſubire compelleretur, de plano ſeque-
batur. quod dum Comitiſſa per PP. S. Gre-
gorii non ſolùm ſpoliata remanſit præcitata
portione Palatii fideicommiſſarii; verùm
6 quoque paſſa fuit ſequeſtra ſuper aliis bonis
pro reſtitutione fructuum, ſeù penſionum
pendente lite perceptarum, ſtatim apertus
fuerit locus ſtipulationi, & retroſimili actio-
ni ad factum adverſus bona promittentium
mediante illorum ſequeſtratione, ad trad.
per *Rot. cor. Dunoz. Jun. deciſ.* 795. *n.* 1. *& cor.
Bichio dec.* 266. *n.* 1. *& ſeq. & in rec. dec.* 77. *n.* 2.
*par.* 11. *& dec* 572. *n.* 2. *& ſeq. par.* 18. *& in Bo-
nonien. Immiſſionis* 26. *Martii* 1694. §. *Denique
cor. R. P. D. meo Muto*.

Agnoſcentes fratres de Razzalibus effica-
ciam propriæ obligationis, ſolummodò pro
eorum defenſione recurrebant ad triplicem
exceptionem, alteram nimirum ex defectu
liquidationis crediti Comitiſſę ante ſeque-
ſtra; alteram, ex quo ipſi poſſiderent bona
libera, quæ mediante ſuperiùs enunciata
tranſactione conquiſiverant, & conſequenter
intrarent diſpoſita per Conſtitutiones Fori
7 Archiepiſcopalis Bononiæ *in Rub.* 19. *ſub n.* 54.
ubi prohibentur hujuſmodi ſequeſtrationes
adversùs poſſidentes bona æquivalentia debi-
to. Tertiam denique, quia in omnem caſum
8 in vim earundem Conſtitutionum *ſub nu.* 55.
reponi debuiſſet ab injuncta ſequeſtratione
mediante cautione per eos exhibita, & ad-
miſſa per Decretum D. Prolegati.

Verùm non obſtitit prima ſuper neglecta
liquidatione damnorum, & intereſſe; omiſ-
ſis namque cæteris reſponſionibus datis per
Infromantes pro Comitiſſa, animadverte-
bant DD. quod dum Judex de Partibus ad
hujuſmodi ſequeſtrationem devenit ad effe-
ctum ſubhaſtandi fructus bonorum ſeque-
ſtratorum, eoſque poſtmodùm conſignandi
Comitiſſæ in caſu evictionis, ſuperabunda-
ret idcircò, quod liquidatio crediti ſuper-
veniret antè actualem conſignationem, ut
præter generalia, de quibus *Rota coram Gre-
gor. dec.* 220. *num.* 1. *& Rot. Lucen. penès moder-
num Forolivien. in addit. ad Conſ. Ramon. tom* 4.
10 *dec.* 69. *n.* 11. *&* 12. in præciſis terminis man-
dati, vel non diſſimilis præcepti relaxati pro
refectione damnorum, & intereſſe habetur
*ex Bartol. in l.* 2. *num.* 5. *C. de Senten. quæ ſin.
cert. quant. Jaſ. in l.* 1. *nu.* 31. *ff. de eden. Scacc.
de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 9. *num.* 25. *& ſeq.
Rot. cor. Coccin. dec.* 677. *num.* 10. *& cor.
Buratt. dec.* 545. *num.* 3.

Quò vero ad nullitatem elicitam, ex quo
Razzalii poſſiderent bona ſtabilia, placuit
reſponſio. quod cùm Comitiſſa medio jura-
mento illos allegaverit ſuſpectos ex eo quod
aliundè ſatisfieri poſſe non putabat, quam
per huiuſmodi ſubſidiarium remedium, ſa-
11 tis idcircò eſſe non videtur ad mentem Sta-
tuti Fori Archiepiſcopalis, quod Razzalii
doceant de poſſeſſione Stabilium, niſi etiam
inſimul oſtendant, quod illa ſufficerent pro
ſatisfactione Comitiſſæ, ut in propoſito ſi-
milis

milis Statuti ejuſdem Civitatis Bononiæ bene reſpondit *Rot.cor. Pamphil.dec.56. num.6. & ſeq.*& ſignanter *n.*8.

Denique reſpectu tertiæ exceptionis, ſive cautionis oblatæ per Razzalios, & in Partibus admiſſæ per Prolegatum, ceſſare pariter DD. exiſtimarunt quamlibet difficultatem
12 attenta re judicata adversùs Comitiſſam reportata per PP. S. Gregorii; In his namquè terminis potiùs retorquebatur ad Comitiſſæ intentum ſummoperè conferens ipſamet ordinatio Fori Archiepiſcopalis Bononien., cui fratres de Razzalibus excipiendo, ut ſuprà, innitebantur, dum in ea *ſub num.*56. expreſſe demandatur, quod ſequeſtra, quæ fieri contingant vigore judicati, non relaxentur, niſi mediante effectiva ſolutione, *Summ.eorundem de Razzalibus n.7. in fin.*quod & Juri communi optimè, & adamuſſim conſonat, ex trad. per *Bart.in l.Si pecuniæ §. fin. ff. ut in poſſ. legat. ſeu fideic., Iaſ.in l. fideiuſſor. §.ſi ſatisdatum.n.17.ff.qui ſatiſd.cog. Ridolphin. in prax.par.1.cap.14.n.164.& 171.Sabel.var. reſ.ca.95.n.15.& 16 Rot.dec.118.n.10& 11. poſt Zacch.de oblig. Cam. & dec. 81. n. 19. par. 17.rec.*

Et ità utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

DEciſio hæc, quæ habetur etiam impreſſa *poſt Card. Albit. de incoſtant. in Judic.* & eſt in ordine *la* 55. fuit poſtmodum plenè canonizata occaſione alterius controverſiæ inter eaſdem Partes ſubortæ *in alia Bononien. Tranſactionis* 20 *Martii* 1709.*§.quibus ità coram R.P.D. meo Lancetta.* Et circa materiam
13 ſequeſtri ad plures effectus, & quæſtiones facile contingentes videri poterunt tradita in *Tract. de Commerc. & mercat. diſ.*11. *n.*13. *cum ſequentibus*, & *diſ.*98. *nu.* 4.18. & *ſeqq.* prout reſpectu concluſionis tactæ ſuperius *num.* 12.an, & quando per fideiuſſionem, ſeu
14 cautionem ceſſare debeat ſequeſtrum, videri pariter poſſint deducta in *d.tract. diſ.*92. *n.*8. ubi plene de hac materia.

In hoc ipſo propoſito ſequeſtrationis, quando Advocati munere fungebar, contigit diſputatio articuli non iniucundi, & quotidie practicabilis: Quidam etenim creditores Ioſeph, & Io: Andreæ de Cuppis poſſeſſorum de tempore contracti debiti medietatis antiqui Palatii ſiti in Platea Agonali, quodq; erat obnoxium pervetuſto fideicommiſſo ordinato per Cardinalem hujus familiæ (quive alias nuncupabatur Cardinalis Tranen.ex cauſa Archiepiſcopatus per ipſum adminiſtrati) devenerunt ad ſequeſtrationem penſionum, ſivè affictuum ejuſdem Palatii: cumque eorumdem ſequeſtrantium creditum conſiſtens in ſorte ſc.4500. deſcenderet a quodam cenſu impoſito per prænominatos hæredes gravatos ex titulo dotis cunſtituendæ, dubitatum fuit de ſubſiſtentia hujuſce ſequeſtri coram A.C. Seſe ſiquidem oppoſuit Marchioniſſa Franciſca Ornana de Cuppis tueri prætendens a ſequeſtro non minus penſiones præcedenter exactas, quam in futurum exigendas ex capite non ſolum propriorum Iurium dotalium, ſed & alimentorum, quæ tanquam Tutrix ejus filiorum vocatorum ad idem fideicommiſſum, injunctum per Cardinalem actu præſtiterat, & in poſterum ſubminiſtrare compellebatur: ſed poſt commutationem muneris Advocati in illud Auditoris glor. & fel. mem. Innocentii XII. paulò ſubinde ſequutam deſtiti a patrocinio abſque certa notitia exitus ejuſdem Cauſæ: Dicebam igitur, ut ſequitur.

Sequeſtrum omnino venit revocandum; Jam enim circà fructus, ſeu Penſiones medietatis Palatii perceptas uſque ad totum Menſem Martii 1688. nulla cadit, & reverà cadere poſſe videtur difficultas, cum eaſdem Penſiones Marchioniſſa Franciſca nedum exegerit, ſed etiam bona fide conſumpſerit ex titulo ſuæ Dotis, & Alimentorum, quæ filio, ac filiabus præſtitit innuptis, abſque eo, quod Creditores ullam interpellationem
15 emiſerint, ideoquè non teneri Marchioniſſam, etſi Creditricem poſteriorem, rationem reddere de conſumptis, nec favore anteriorum Commercium, & bonam fidem pati avocationem, tradunt *Salgad. in Labyr. Credit.p.1.cap.10 per tot.Stephan.dec.Aquen.* 31. *ex n.6. cum ſeqq. Card.de Luca de Credit. diſc.46.num.6.& 12.& diſc.52.num.3.& 7.,& diſc.54. ſub num.20. Rot.dec.21.n.15.par.* 10. *& dec. 95.n.9.par.13.* cum cæteris latiſſime a me relatis *de Commer.& Mercat.diſc.60.n.21.*

Quoverò ad Penſiones in poſterum ab hodie exigendas, nullo modo debet tolerari,
16 quod pro Cenſibus in ſorte non excedentibus ſc.4500. tota medietas ejuſdem Palatii abſorbeatur; ſed poſito, quod aliunde valeant filii ejuſdem Marchioniſſæ congrua recipere alimenta (alias enim ceſſaret omnis quæſtio, ut mox dicemus) vel ſolum Creditores præfati admittendi ſunt ad perceptionem penſionum fundi cenſiti, ſeu ratæ correſpondentis eidem quantitati ſc. 4500. & non ultra, vel cogendi recipere ratam ejuſdem Palatii in ſolutum, æquitas enim ità ſuadet, quia ſic ſalvatur creditum dotale, & fideicommiſſum conſervatur, ut in puncto firmat, & judicatum refert *Fuſar. de ſubſtit. queſt.542.n.43.Card. de Luca de dot. diſ.* 145. *num.*100.

Quinimo *Authoritates* prædictæ loquuntur in longè fortioribus terminis, nempe adverſus ipſammet mulierem ſuarum dotium vel conſtituendarum, vel reſtituendarum creditricem, unde multo magis cum agatur de creditoribus, qui ad ſummum ratione eo-
17 rum pecuniæ in dotalem cauſam converſæ habent

habent utilem negociorum geſtorum actio-
nem, vel ſimplicem ſubingreſſum, juxta
*Text.in l.cum pecuniam* 45.*ff.de negoc.geſt.Cy-
riac.contr.* 34.*n.*2.*&* 3.*Rot.dec.*813.*ex n.*29.
*cum ſeq.par.*18.

Non obſtante, quod tractetur de Cenſu;
quia illa irrepetibilitas reſpicit debitorem,
18 ſed eo volente ſolvere, & compenſare, aut
ex proximè firmatis tradere in ſolutum bona
æquivalentia capitali debito, tale corruit ob-
jectum, *vulg.inr.per Rot.poſt. Merlin. de pign.
dec.*41.*num.*15.*& ſeq. & dec.* 291.*per tot. cor.*
*Dunozett.jun.& deciſ.*32.*num.*13.*coram Cerr.*,
*& deciſ.*435.*per tot.par.*13.*& dec.*316.*num.*1.
*& ſeq.par.*18.

Quæſtio itaque reducitur ad duas circiter
annatas; ſed ut triticum ſeparetur a palea,
antequam examinemus, an & pro qua ra-
ta valeant creditores penſiones prætendere,
& fructus exigere, delenda ſunt in primis ali-
menta, quæ perceperunt, & (quatenus non
procederetur cum prædicta datione in ſolu-
tum) percipienda eſſent in futurum a filiis,
& deſcedentibus fideicommittentis; quod
enim ii ſemper præferantur ex cauſa alimen-
19 torum quibuſcumque creditoribus grava-
torum etiam de tempore, quo vivunt, & poſ-
ſident bona fideicommiſſaria ipſimet debito
res, notiſſima eſt concluſio, de qua *Gratian.
diſcept.*832.*num.*31.*& ſeq. Boer. dec.*9.*num*7.
*Faber.in Cod.defin.*16.*lib.*6.*tit.*36.*de bon. quæ
liber.*egregiè *Rot.deciſ.*265.*n.*12.*&*13.*par.*12.
*& dec.*87.*ex num.*13.*uſquè ad fin.par.*14.*cum
aliis mox recenſen.*; unde multo magis, quan-
do debitores defuncti ſunt, itaut fructus, &
penſiones, quæ maturantur, naſcantur in do-
minio fideicommiſſariorum, & regulariter
extra vinculum hypothecæ, ut in terminis
dixit *Rot in Romana Salviani* 3.*Decemb.*1688.
§. *Cum enim cor R. P. D. Hervault.*

Nil adverſante, quod creditum Adverſa-
riorum gaudeat pariformiter privilegio *Au-
then.res quæ*, *Cod. Comm.de legat.* Quia quod
maſculi deſcendentes præferantur ex cauſa
20 alimentorum ipſiſmet dotibus ſeù quod ali-
menta ſunt magis privilegiata, quam dotes,
monet, & firmat *Grat. a.diſcep.* 832.*n.* 32.,
*& ſeq.Peregrin.de fideic.art.*42.*num.*87.*Caſtil.
de alim.cap.*36.*num.*1.*verſ. multo magis*, *Rot.
d.deciſ.*87.*num.*7.*par.*14.*& deciſ.*233.*n.* 6.*cor.
Priol.Card.de Luc.de fideic.diſc.*171.*ſub.nu.*8.
21 §.*Ubi vero*; & magis individualiter, & ex-
preſſè, quod ſcilicet alimenta tanquam ma-
gis neceſſaria, & privilegiata præferantur,
*eadem Rota cor.Coc.dec.*974.*n.*15.*&* 16.

Atque ex his forſan non oporteret deſcen-
dere ad examen illius quæſtionis, utrum
22 ſcilicet creditores habeant jus conſequendi
fructus eorum cenſuum ſuper tota medieta-
te Palatii, ſive potius illud reſtringatur in-
tra ſphæram quantitativam pecuniæ creditæ
in cauſam dotalem, & reſpective ad ratam
penſionum correſpondentium proprietati;
quam occupat capitale d.d. ſc.4500; in quo
ſane articulo fatebor ingenuè, quod adhi-
bita non modica diligentia fas non fuit adin-
venire *Doctorem*, qui ad hos præciſos termi-
nos deſcendere dignaretur: Sed adhuc ve-
rior, magiſque fundata videtur eſſe ſenten-
tia favorabilis fideicommiſſariis, ſiquidem
23 cum creditum dotale de ſui natura non im-
minuat corpora hæreditaria, ſed ipſam tan-
tummodo hæreditatem fideicommiſſariam,
itaut quemadmodum benè exemplificat poſt
*Caſtr.in l.ſi is qui ff.de condict.indeb.*& poſt *Pe-
regr.de fideic.art.* 35.*n.* 17.*Coſt. in tract. aut
ſciebat &c.cent.*1.*diſt.*37.*num.*14.*&* 15 hære-
ditas fideicommiſſaria valens centum, ſi cre-
ditum dotale importet decem, reducetur ad
90., nimis aperte repugnat, quod facta hac
ſciſſura intellectuali debeant fructus excede-
re ratam a fideicommiſſo ſeparatam, & con-
ſequenter illud ſubiectum, à quo fructus cau-
ſative produci debent: quin etiam ſolum-
modo de æquitate receptum videmus, quod
in omni detractione ſive legali, ſive acciden-
tali alienatio ſubſtineatur pro ſola rata, ad
24 quam eædem detractiones aſcendunt, quia
de cœtero ex quolibet corpore fieri deberet
proportionabilis detractio, juxtà doctrinam
*Bart.in l.Marcellus* §. *Res quæ ſub num.*2.*verſ.
nam in quare*, *& n.*5.*& in l.in quartam num.*9.
*in fin.verſ.aut omnes non ſint diviſibiles*, *ff.ad l.
falcid.*cum concord.plene *in dec.*336.*num.*21.
*& ſeq.par.*9.*Card.de Luc.de legit.diſc.*25.*n.*31.
*& ſeq.* At quod extrà ſphæram ipſius ratæ de-
beant fructibus ſubjacere bona fideicom-
miſſaria, nulla ex præmiſſis ratio pati poſſe
videtur.

Rurſus certum eſt, quod facultas ad alie-
25 nanda bona fideicommiſſi, etiamſi proceſſe-
rit ex cauſa *Aut res quæ*, ſtrictè eſt interpre-
tanda, *ex Molin.& aliis* apud *Salgad.in labyr.
credit.par.*1.*cap.*24.*num.*68.*&* 69., ideoque
26 cum nonniſi pro ſcutis 4500. permiſſa fuerit
implicita alienatio, quæ ex impoſitione
Cenſus reſultat, ad *Rot deciſ* 99.*num.*95.*poſt
Merlin.de pignor.Car.de Luca de legit.d.diſ.*25.
*num.*35.*&* 36.de plano ſequitur, quod cœ-
tera bona remanſerint immunia ab omni
27 obligatione, cum ſimiles alienandi faculta-
tes non teneant ultra debitam quantitatem,
& caſum, ſicuti proſequitur *Salgad.in labyr.
par.*2.*cap.*8.*num.*70.*& ſeq.*& latius *dicta p.*2.
*cap.*4.*num.*10.*& ſeq.*, ubi multipliciter exem-
plificat.

Neque dicatur, quod privilegium *Auth.
res quæ* locum ſibi vindicet non minus pro
ſorte, ac dote, quam etiam pro illius fru-
ctibus, & interuſuriis, proindeque pro eiſ-
dem interuſuriis tanquàm ab initio legitime
conventis non ſolum rata præmiſſa, ſed etiam
univerſa bona fideicommiſſaria remanſerint
28 obnoxia. Quoniam omiſſa diſputatione,
quam

quam ſuper articulo obligationis bonorum fideicommiſſariorum pro uſuris dotalibus magiſtraliter reaſſumpſit *Vinc. de Franch. in celebri dec.* 613. in qua adductis hinc indè argumentis nihil audet reſolvere, & omiſſo etiam, quod *Rot. coram Seraph. dec.* 481. contrarium tenuiſſe videtur; nihilominus pro-
29 cedentes cum opinione magis communiter recepta, ſcilicet, ut non tantùm pro dote, ſed etiam pro fructibus dotalibus diſtrahi poſſint bona fideicommiſſaria, ceſſante tamen negligentia, & culpa mariti, vel mulieris in exigendo fructus, hoc utiquè ſolùm concernit tempus præteritum, & ſuper quo pendet lis in Rota hactenus non reſoluta, ſed quatenùs inquiratur á prædicto Anno 1688. necnon pro tempore futuro, potiùs iidemmet tenentes contrariam concluſionem ſupponere videntur, fructus non poſſe excedere ratam proportionabilem capitalis fundi: inſur-
30 gens namquè contrà extentionem *Authentica* ad fructus *Cannet. in extrav. volentes cap. & cum ſuperiùs fol.* 88. eo validiſſimo utitur argumento, quod ſi permitteretur obligatio bonorum fideicommiſſo ſubjectorum pro intereſſe dotis, maximum ſequeretur inconveniens, quod eſſet in poteſtate gravati alienare omnia bona reſtitutioni ſubiecta in præjudicium ſubſtituti, & per indirectum aperiretur via fraudibus evertendi fideicommiſſa, prout etiam eundem *Cannet.* referendo advertit *Paſcal. de patr. poteſt. par. 2. cap. 7. n.* 39. cum reliquis de proximo referendis; Reſpon-
31 dent contrarii, iſtud eſſe præjudicium, quod venit in conſequentiam, quia à principio impoſitionis redditus eadem impoſitio plus non importat, quàm capitale, undè totum tribui debet inobſervantiæ contrahentium, qui non ſolvunt tempore debito præſtationem ut videre eſt *apud Cincer. var. par. 1. cap. 9. num.* 185., qui bene materiam examinat *Carol. Ant. de Luc. ad Franch. d. deciſ.* 613. *num.* 4. *Grat. diſcept.* 43. *ex num.* 27. *cum ſeq. Boſſ. de dot. cap.* 15. *num.* 113. *& ſeq.*, & ſic omnes figurant,
32 ratione præteritarum præſtationum poſſe ſolùm cœtera bona fideicommiſſaria pro fructibus inquietari, non verò, quòd ab initio valeat contractus incontinenti excedere importantiam fructuum correſpondentium ratæ capitalis bonorum, & maximè in præjudicium ſubſtituti, concordat *Card. de Luc. de dot. diſc.* 145. *num.* 41. ubi poſtquàm invehit contrà permittentes impoſitionem Cenſus loco effectivæ diſtractionis bonorum fideicommiſſariorum ad ratam debiti dotalis, itaut ſi Judex eſſet, id non de facili ſe permiſſurum teſtetur, totam ſubverſionem fideicommiſſi contingibilem figurat ex tractu ſucceſſivo, & cumulo acceſſionum non ſolutarum de præterito, non autem ex palpabili exceſſu uſquè ab initio.

Concludendo igitùr, adhibendum omninò videtur aliquod temperamentum, quo mediante deductis priùs alimentis conſulatur in futurum, & quòad has duas annatas (deductis pariter eiſdem alimentis) reſtringatur obligatio ſubſtituti venientis independenter à debitoribus ad proportionabilem quantita-
33 tem fundi; addito, quod ubi etiam verſaremur in dubio, ità eſſet judicandum, quando agitur de fideicommiſſo (prout hic) reſtituendo deſcendentibus maſculis Teſtatoris pro conſervatione bonorum in nobiliſſima familia, ut cum *Maſcard. & Peregr.* inquit *Coſt. d. tract. aut ſciebat &c. d. diſt.* 37. *n.* 102.

## GERUNDEN. BENEFICII

*Lunæ* 10. *Decembris* 1696.

## ARGUMENTUM.

Impugnabatur de ineffectuatione erectio cujuſdam Prioratus particularis in perpetua Vicariam demandata a Summo Pontifice in Bulla Unionis ejuſdem Prioratus ad ſervorem Abbatis ejuſdem Ordinis, & ex hoc capite prætendebatur, collationem ipſius Prioratus ſpectare ad nominationem dicti Abbatis, non autem fieri debere per viam concurſus ab Epiſcopo indicendi, prout Pontifex præſcripſerat in præcitato Diplomate, ſed contrarium fuit per Rotam reſolutum ad favorem præelecti ab Epiſcopo in concurſu, ex rationibus, de quibus in Deciſione.

## SUMMARIUM.

1 *Unica determinatio reſpiciens plura determinabilia operatur, quòd omnia æqualiter determinari debeant.*
*Limita, ſi quòad unum ex determinabilibus concurrat diverſa ratio, propter quam debeat diverſimodè cenſeri, & judicari, n.* 7.
2 *Ignorantia facti facit corruere gratiam, vel Conſtitutionem Pontificiam ex defectu intentionis.*
3 *Unionis conieЀtura ad effectum excludendi concurſum reſultat, quando Vicarius percipit congruam, vel Salarium è manibus alterius.*
4 *Vicaria unita conferri debet ad nominationem ejus ad cujus favorem facta eſt unio, non autem per concurſum ab Epiſcopo indicendum.*
*Limita, quoties in Bulla unionis expreſsè præcipitur, quod conferatur per concurſum, n.* 5. *& per tot.*
6 *Conſtitutio Pontificia, tamquàm lex, ad unguem ſervari debet.*
8 *Clauſulæ, motu proprio, & ex certa ſcientia, eludunt præſumptionem ignorantiæ in Pontifice concedente.*
9 *Concurſus ab Epiſcopo indicendus, eſt compatibilis cum collatione ab altero facienda ad favorem præelecti in eodem concurſu.*
10 *Concurſus non habet locum in Beneficiis vacantibus per reſignationem factam & admiſſam ad favorem certæ perſonæ:*

11 *Au-*

11 *Audientia nova ſolet peti, ne ab Auditore Ponente deveniatur ad expeditionem Cauſæ.*

12 *Diſmembratio ex quibus cauſis fieri ſoleat.*

13 *Familiæ de novo ad Parochiam aggregatæ non habent jus præſentandi ad Juſpatronatus ex donatione competens familiis antiquis.*
*Limita: quando jus præſentandi ſpectat ſimpliciter ad Parochianos, n. 14.*

15 *Unio facit, & operatur, ut unitum conſtituat unum corpus cum eo, cum quo unitur.*
*Et quod perfrui debeat iiſdem privilegiis, quibus gaudet corpus, vel locus, cui fuit facta unio, n. 16.*

17 *Parochiani, qui contribuunt manutentioni Rectoris, congruum eſt, quod concurrant ad illius electionem, ſeù præſentationem.*

18 *Centenaria facit etiam in Jurepatronatus præſumi meliorem titulum de mundo.*

19 *Unio ſemper fieri ſolet ſine præjudicio eorum, qibus fit unio.*

20 *Beneficium Parochiæ, ſivè Univerſitatis præſumitur ſundatum ex eleemoſynis, nam inveriſimile eſt, quod plures familiæ diſgregat, & diſparis facultatis ſe univerint in dotatione ejuſdem, & n. 21.*

22 *Clauſula*, ſine præjudicio, *in unione ad quid referatur.*

23 *Conſenſus Patronorum requiritur in unione Beneficii de Jurepatronatus.*

## DECISIO III.

SEntentiam Rotalem latam per R. P. D. meum Scottum, in qua prævia Deciſione edita ſub die 10. Februarii labentis Anni pronunciatum fuerat, controverſum Beneficium, ſeù Vicarlam S. Mariæ de Ridaura adjudicandam eſſe Joanni prælecto in Concurſu ab Ordinario, impugnabat in hodierna Audientia Jacobus, præcipuumque præſidium conſtituebat in eo, quòd cum S. Mem. Clemens VIII. per unicum actum geminos Prioratus univerit Abbatiæ Campi Rotundi, alterum nempè S. Joannis de ſex fontibus, & alterum mox enunciatum S. Marię de Ridaura, decernendo, quòd uterque in perpetuam Vicarlam per concurſum conferendam erigeretur, imperceptibile idcircò aſſerebat, quomodò ille de ſex fontibus conferri deberet ad nominationem Abbatis Campi Rotundi, pròut jam deciſum fuerat in altera *Gerunden. Hebdomadariæ* 5. *Maii* 1690. *cor. R. P. D. meo Urſino Decano*, is verò S. Mariæ Ridaura non niſi per Concurſum ab Epiſcopo indicendum, uterque enim Prioratus, ſeù Vi-
1 caria, veluti cadens ſub una eademque determinatione Bullæ Clementinæ, pari jure determinandæ videbantur, *vulg. l. nam hoc Jure ff. de vulg. & pupill.* cum concordan. per *Rot. deciſ. 328. num. 9. par. 12. & dec. 375. num. 4. par. 16. rec.*

Deindè radicitus ſubvertere ſatagebat ſubſtantiam prænominatæ Conſtitutionis, illam redarguendo de intentionis defectu in ipſo Pontifice, dicens, nullo modo conſtare, quod eidem innotuiſſet, jam adeſſe in hac Eccleſia Miniſtrum ſufficientiſſimum, & perpetuum ad exercendam Curam animarum ſub nomine Hebdomadarii dependentis á Collatione Prioris de Ridaura, idque uſque ab Anno 1567. *Summario Jacobi n. 22.*, indè-
2 que inferebat, quod ſi Papa hoc ſciviſſet, utiquè non mandaſſet erigi Vicarlam tanquàm ſuperfluam, & per conſequens ad exemplum prædictæ alterius Hebdomadariæ in Eccleſia S. Joannis de ſex fontibus corruere neceſſitatem concurſus, & ſancita ſub contrario veriſimiliter ſuppoſito per Bullam, ad trad. per *Scribentes in cap. ex parte il primo, & in cap. ad aures, de reſcript. Rota deciſ. 318. num. 3. & ſeqq. cor. Merlin. & deciſ. 205. num. 5. par. 13. rec.*

Cantabatur ulterius excludere affectuationem erectionis in Bulla unionis demandatæ, iterùm repetendo, quòd Abbas Campi Rotundi etiam poſt præcitatam Bullam, & uſquè ad præſens percipit, & percipit Decimas à Parochianis S. Mariæ de Ridaura, quodque numquam ſecuta fuit aſſignatio dotis ad favorem Vicarii in tot Bonis Prioratus uſquè ad ſummam librarum 100. monetæ Barchinonenſis, pròut in eadem Bulla præcipiebatur, ſed tantummodò ſimplex præceſſerat conſtitutio, ſeù potiùs augmen-
3 tum Salarii ex manibus ipſius Abbatis percipiendi ad normam Conſtitutionis B. Pii V. *la* 47., quemadmodùm pro coniectura ad hunc effectum excludendi concurſum conſiderare ſolent deducti penès *Turricell. de Union. cap.* 11. *n.* 80. *Rota deciſ.* 10. *num* 4. *poſt Murg. ad Conſtit. Benedictin., & dec. 516. num. 7. par. 18. recent.*

Ac deniquè in idem ſuperaddebat, quod quotieſcumque vacavit Abbatia Campi Rotundi, ſemper Abbas de novo proviſus capiebat inſimul poſſeſſionem Eccleſiæ de Ridaura, ejuſque Sacrarii, nec non etiam Decimarum, & primitiarum, aliorumque pertinentium ad Curam animarum *d. Summario num.* 8. *&* 9., quòdque inſuper Abbas non ſemel miniſtravit Sacramentum Baptiſmatis in ipſa Eccleſia de Ridaura, *d. Sum. num.* 10. quòdque in eiſdem Viſitationibus Epiſcopalibus ſemper enunciatum fuit, quod hæc Vicaria, ſeù Rectoria ſpectaret ad collationem Abbatis Campi Rotundi, *d. Summ. num.* 7., quodque demum Abbas etiam poſt Bullam Clementinam ſemper conſenſum pręſtitit reſignationibus, ac permutationibus, quæ de eadem Vicaria fieri contigerunt.

Atque ex his omnibus inferebat, quòd cum eadem Conſtitutione Clementina non obſtante adhuc Cura habitualis perſervaverit, ut priùs, penès Abbatem Campi Rotundi, ſola-

ſolaque actualis translata remanſerit in Vicarium, intrarent idcirco potius diſpoſita
4 in prænominata Conſtitutione 47.B. Pii V., quam ordinata in Bulla Clementis, itaut proviſio controverſæ Vicariæ non per concurſum facienda foret, ſed ad nominationem Abbatis: quemadmodum ultrà deciſa in præallegata *Gerunden. Hebdomadariæ cor. R. P. D. meo Urſino Decano* reſponſum fuit *in Carpentor. Vicariæ 23. Januarii, & 25. Junii proxime præteriti cor. bo. me. Emerix.*

Cœterum his minime refragantibus, reque de more mature diſpuncta DD. reſponderunt, ſententiam Rotalem eſſe confirmandam, ſub eo potiſſimo fundamento, quod cum provida ſollicitudo Sa. mem. Clementis VIII. habita prius individua, ac perſpicua relatione Eccleſiarum, & Monaſteriorum Principatus Cathaloniæ mediante Apoſtolica Viſitatione in illis partibus ordinata ad preces piiſſimi, & zelantiſſimi Hiſpaniarum Regis Catholici Philippi II. præ cæteris ex mente, & imitatione Sacroſanctæ Œcumenicæ Tridentinæ Synodi in *ſeſ. 24.*
5 *de Reform. cap. 18.* præſcripſerit, quod controverſa Vicaria S. Mariæ de Ridaura non ad nominationem Abbatis, ſed per viam concurſus ab Epiſcopo faciendi conferretur, ut ità inter plures eligi poſſet aptior pro nimium importanti regimine Curæ Animarum, non erat amplius contra Bullam tam Sanctam, & expreſſam ſuper generalitatibus, conjecturis, & diſcurſibus in oppoſi-
6 tum excitatis immorandum, ſed eadem Bulla adamuſſim, & præciſè veniebat ſervanda pro lege, ad *Text. in cap. cum Capitulo, ibique gloſſ. verb. exequatur, de conceſſ. Præb. in 6. Carol. Marant. reſpon. 26. num. 9. par. 5. Rot. coram Priol. dec. 322. n. 8. & dec. 247. n. 5. par. 16. rec.*

Et nihilominus deſcendendo ad eaſdem generalitates, & diſcurſus animadvertebant DD., in nihilo obſtare deciſa in altera *Gerunden. Hebdomadariæ*, de qua ſuprà, Ibi etenim intantum capta fuit reſolutio favorabilis nominato ab Abbate Campi Rotundi ad Hebdomadariam S. Joannis de ſex fontibus, inquantum iſte perſpicue docuit etiam ex confeſſione ſui Adverſarii in concurſu ab Epiſcopo præelecti de omnimoda ineffectuatione erectionis ejuſdem Hebdomadariæ in perpetuam Vicariam à Summo Pontifice deſignatæ in Bulla Unionis, quemadmodum liquet ex §. *fin.* ejuſdem Deciſionis, & obſervat quoque *deciſ. R. P. D. mei Scotti edita in præcedenti inſtantia ſub §. Hinc neque ad intentum*; Unde cum in præſenti conſtet ex oppoſito de totali, & plena effectuatione erectionis Prioratus de Ridaura in Vicariam mediante ſententia Executoris Apoſtolici, & aſſignatione 100. librarum monetæ Barchinonen. pro Dote ejuſdem Vicariæ facta de conſenſu ipſiuſmet Abbatis Campi Rotundi, *Summario*
7 *Joannis num. 2.* mirum proinde videri non debet, quod uterque Prioratus ſub una, eademque Bulla unionis comprehenſus ob diverſas facti circumſtantias ad imparia judicentur, prout limitando regulam in obiecto adductam tradunt *Roland. conſ. 74. n. 13. & 15. lib. 2. Caſtil. contr. iur. lib. 5. cap. 97. ex n. 5. uſq; ad 12. Micres de major. par. 1. q. 22. n. 220. Rot. coram Pentinger. dec. 495. n. 8. & in Romana fideic. de Ruſpolis. 13. Junii 1687. §. Nec juvat replicatio, cor. R. P. D. meo Molines.*

Minus ſubſiſtere cenſuerunt allegatum intentionis defectum, Ultra enim, quod ob-
8 jectio forte corrueret attentis Clauſulis *motu proprio, & ex certa ſcientia* in Bulla Clementina contentis, ex quibus quamlibet ignorantiæ præſumptionem ceſſare putarunt *Ricc. in prax. for. Eccl. par. 3. reſ. 106. ſub num. 7. verſ. Quoniam, Ridolphin. in prax. part. 2. cap. 8. ſub n. 63. Rot. deciſ. 180. n. 3. par. 2. rec. & dec. 205. num. 7. par. 17.*

Attamen cum ex ſupra deductis, & ex toto contextu præmiſſæ Conſtitutionis elucēſcat, quod Pontifex fuerit plene informatus de univerſo ſtatu Monaſteriorum, & Eccleſiarum Ordinis S. Benedicti, tum ex relatione Viſitatoris Apoſtolici ſpecialiter ad hunc finem deputati, tum ex præmiſſa, ac præciſa ſupplicatione Regis Catholici, tum denique ex individua mentione annexionis Curæ Animarum dicto Prioratui, *Summario Ioan. 1. lit. A.* manifeſtum exinde reddebatur, ſuperabunde Pontifici innotuiſſe exiſtentiam, & qualitatem Miniſtri, qui talem Curam exercebat, ut latius, & bene reſponſum fuit in *Deciſ. R. P. D. mei Scotti ſub §. Quod vero.*

Actus vero recenſiti per Jacobum de perceptione decimarum, de adminiſtratione Sacramenti Baptiſmatis, de poſſeſſione apprehendi ſolita in ingreſſu novi Abbatis hujus Eccleſiæ, & juris decimandi, & quotquot alii poſſent cumulari, non ſolum pro majori parte controvertebantur in facto per Defenſores Joannis, ſed ad ſummum concludebant, quod Cura habitualis, ſive in toto, ſive in parte remanſiſſet penes Abbatem; verum non ob id valeret illatio, ergo Vicaria non fuit erecta, vel non debet actualis adminiſtratio Curæ ab Ordinario provideri per viam Concurſus, hoc enim eſt, de quo tam Rex Hiſpaniarum, quam Summus Pontifex ſolliciti extiterunt ex rationibus ſuperius inſinuatis, de poteſtate enim nefas eſt dubitare, & de voluntate ſumus ex præmiſſis pluſquam litteraliter certi.

Enunciativæ demum, quæ prætenduntur emiſſæ per Epiſcopos viſitantes ſuper collatione Abbati competente, præterquamquod longe ſuffocantur ab explicita relatione in eiſdem habita ad Bullam Clementinam, & cui per conſequens non intellexerunt Epi-

ſcopi renunciare ; adhuc ceſſare viſa fuit
quælibet amaritudo , ex quo ſtat ſimul , quod
9 Epiſcopus indicat Concurſum , ac præligat
aptiorem , & poſtmodum per litteras requi-
ſitoriales in ſubſtantia præcipiat ipſi Abbati ,
ut collationem faciat in perſonam illius , qui
in concurſu prælectionem Epiſcopalem ob-
tinuit , adeo , ut hujuſmodi collationis ſpe-
cies dicatur jure merito neceſſaria , ex ani-
madverſis per *Rot. dec.451. nu.7. cum 3. ſeq., & deciſ.453. n.7. & 8. par.18., & in Gerun-
den. Sacriſtiæ 14. Maii 1694. §. fin. & 28. Ju-
nii ejuſdem anni §. Et plus . cor. R. P. D. Pio*;
Et ob id non faciunt conſenſus præſtiti per
Abbates reſignationibus factis in manibus Pa-
pæ; Quia ſuppoſita collatione neceſſaria re-
manente penes Abbates , ſaltem ex abundan-
ti poterat deſiderari hujuſmodi conſenſus , e
converſo autem quoad Epiſcopum ſolum-
modo indicere debentem concurſum , nullus
expoſci poterat conſenſus , eo etenim ipſo ,
10 quod Pontifex reſignationem ad favorem
certæ perſonæ admittebat , deficiebat jus
Epiſcopi , ipſaque occaſio concurſus, ut com-
muniter docent *Pariſ. de reſign. lib. 10. qu.7. n.13. & ſeq. Mareſcott. var. reſ. lib. 1. cap.51. n.9. & 10. Maſſobr. in prax.hab. concurſ.requiſ. 13. dub.3. Ugolin. de off. Epiſc.c.50. §.3.ver.2. Gonzal. ad reg. Cancel. gloſſ. 6. n.121. Corrad. in prax. Beneſ. lib.3. cap.3. n.5. Card. de Luc. de Paroc.diſc.37.n.18.*
Et ita utraque &c.

## *ANNOTATIO , ET ADDITIO*

EXtenſa hac Deciſione , Patronus , qui
jura Jacobi ſuccumbentis tuebatur , de-
ſtitit a petitione novæ Audientiæ , quæ fere
11 ſemper ſolet expoſtulari ne a Relatore ip-
ſius Cauſę , ſive Auditore Ponente , & re-
ſpective extenſore ipſius Deciſionis devenia-
tur ad prolationem Sententiæ , vel Decreti ,
ſecundum praxim , quam recte exponit *Card. de Luc. lib.15. in relat.Cur. Rom. Forenſ.diſ.32. n.54. & ſeq.*, quapropter abſque alia impu-
gnatione fuit per Me cauſa expedita : Rur-
sùs autem appellante Jacobo , tàm Deciſio ,
quam Sententia extitit confirmata coram
*R. P. D.dell'Olmo ſub die 28. Februarii* 1698.
& deinde pariter expedita Cauſa *ſub die* 11.
*Aprilis eiuſdem Anni* in gradu cononizationis
peremptorię rei judicatæ .
In ſubiecta vero materia unionis , aliæ in-
ferius diſputatæ ſunt Cauſæ , ac editæ Deci-
ſiones , ibique opportune tangentur , ſi quæ
ſupererint adnotatione digna : Interea autem
non inutile duxi cohærenter ad eamdem ma-
teriam unionis exponere caſum ſingularem
Mihi in ipſo limine inchoatæ praxis in Curia
pro veritate examinandum expoſitum . Cum
etenim vacaſſet in Florentina Diœceſi quæ-
dam Parochialis Eccleſia nuncupata *S. Maria a Conventuno* , jus autem præſentandi Recto-
rem de antiquiſſima conſuetudine pertineret
ad capita familiarum degentium intra limi-
tes ipſius Parochiæ , quæſitum fuit , an occur-
rente tunc temporis vacationis forent quo-
que computanda in numero præſentantium
illa capita familiarum , quæ de recenti fue-
12 rant prævia diſmembratione ab antiqua Pa-
rochiali ex cauſis , de quibus in *Sacroſancta Tridentina Synodo ſeſſ.21. de reformat. cap.14. ibique Barborſ.num.7. & Card. de Luc. diſ.16. Lotter. de re benefic.lib.1.quæſt.18.n.14. cum pluribus ſeq. idem Card. de Luc. de Parochiis diſc.34. & 35.* unita. & aggregata memoratę
Parochiæ, ſeu Eccleſiæ S. Mariæ; & Ego cen-
ſui quod ſic , prout fuit practicatum .
Dicebam namque , punctum pendere ab
examine , utrum jus præſentandi præfatum
Rectorem pertineret ex dotatione , ſeu fun-
datione facta ab illis familiis , quæ de tem-
pore ſequutæ erectionis Parochiæ manerent
intra illius Circundarium , eoque caſu pote-
rat quidem ſuboriri difficultas inter ſucceſſo-
res earum familiarum , ac actu habitantes
13 in illis manſionibus , ac domibus , ſed quo-
ad familias de novo aggregatas res erat pla-
na , nimirum , ut neutiquam poſſent ſibi at-
tribuere prætenſionem præſtandi ſuffragium ,
ex traditis per *Vivian. de Jure patron p.1 lib.4. cap.1. n.4. & par. 2. lib.8. cap.1. n.26. cum ibi allegatis*.
Aſt ubi idem jus ſpectaret ad inhabitantes
eandem Parochiam , eoque caſu certum mi-
hi videbatur , prętenſionem ſic unitorum
uberrime eſſe fundatam , ex quo ſuperabun-
dabat , eoſdem noviter unitos in vim ſubſe-
quutæ unionis reperiri vere , & realiter de
14 Parochia carente Rectore : ad hunc etenim
effectum inſpicitur nuda materialitas incola-
tus intra fines Parochiæ , juxta conterminum
exemplum quamplurium Villarum , ſeu Pa-
rochialium Diœceſis Pampilonen. , de qui-
bus *in deciſ.900. & 942. coram Buratt. in dec. 94. & 116. coram Duran. & alibi frequenter* ;
& in durioribus terminis inter Dominum , &
Affictuarium , ſocium , aut conductorem ,
*Lambertin. de iurepatr. p.2. lib.2.quæſt.1. art. 10. n.6. Vivian. eodem tractat.lib.8. cap.1. ſub num.17.*
Et ratio erat valde palpabilis , quoniam
15 ea eſt natura unionis , atque aggregationis
incorporativę , ut aggregatum , & unitum
efficiatur particeps omnium iurium , & qua-
litatum corporis , cui unitur , & aggregatur
per ſpeciem cuiuſdam alluvionis , ut iniquit
*Car. de Luc. de Præeminent. diſc.29. n.9. Pa-
cion. allegat.112.n.3. Rot. cor. Bieb.dec.421. num.5.*; & idcirco , quod perſonæ aggrega-
16 tæ , vel loca unita perfrui debeant iiſdem
privilegiis , quibus potitur corpus , Colle-
gium , aut locus , ad quem facta fuit aggrega-
tio , unanimiter tradunt *Gloſſ. in cap.1. verb. unica.*

*uniendo, ne ſede Vacante Rebuff. de unionibus Benefic. n. 57 Gonzales ad Regul. 8. Cancellariæ Gloſſ. 5. §. 7. num. 15. Garzias de Benefic. par. 12. cap. 2. num. 18. Vivian. de jurepatr. lib. 14. cap. 5. num. 21. Pacion. Allega. 41. n. 25., & alleg. 42. n. 12., & 13.*

Addito, quòd quemadmodùm noviter aggregati contribuere tenebantur manutentioni Rectoris mediante proportionabili ſolutione decimarum, aliorunque onerum
17 ſupportatione, ità omnis æquitas correlativa exigebat, quòd etiam gauderent commodo correſpectivo concurrendi ad electionem, ſeù præſentationem, vulgatis Juribus, de quibus *Mart. Medic. dec. Senenſ. 22. n. 17. Rota coram Emerix junior. dec. 1272. n. 1.*

Neque adverſari exiſtimabam, quod ſtante centenaria, & ultra quaſi poſſeſſione præſentandi reſtricta ad veteres Parochianos, hi
18 poſſent allegare prędictum titulum fundationis, & dotationis reſtrictum ad ipſas familias præexiſtentes, quemadmodum regulariter fieri poteſt etiam in Theſi Juriſpatronatus ſtante centenaria, & immemorabili quaſi poſſeſſione præſentandi, *Federic. de Sen. conſ. 234. num. 3. verſ. ſic ad propoſitum, Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 7. num. 28. 29., & 30., & num. 54., & ſeq. Card. de Luc. de jurepatron. diſc. 57. n. 25., & diſc. 65. nu. 4. Caſſador. dec. 2. num. 7. ac probat.*

Quodque pariter ſecundùm quidditatem
19 unionis ea nuſquam ſoleat præjudcium irrogare juribus illius, cui unio facta dignoſcitur; ſed ſemper involvat clauſulas præſervativas, ſivè, *ſine præjudicio alicuius*, ſicuti præter generalia apud *Federicum de Sen. conſ. 195. n. 4. Rebuff. in prax. benefic. in titul. de erect. in Collegiat. ſub verſic. Et in hac erectione*, appoſitè *Cardin. de Luc. de Parochis diſcur. 22. n. 10.*

Etenim reſpectu primæ oppoſitionis reſpondebam, quod nulla immemorabilis, ſeù centenaria anſam præbere valebat allegandi titulum fundationis ſeù dotationis arctatum ad præciſas familias, cùm inveriſimile
20 nimiùm exiſtat, quod tot diſgregatæ familiæ imparium facultatum, ac conditionis convenerit in dotando, vel fundando Beneficium, quinimo præſumptio eſt, quod conſimiles fundationes provenerint ex voluntariis largitionibus, & eleemoſynis, *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 13. n. 136. Card. de Luc. de jurepatron. diſc. 58. n. 29. Rot. coram Creſcent. decis. 1. d. tit. de jurepatron. & poſt Vivian. eod. tract. dec. 143., & 144. utrobiq; n. 1., & pluribus ſeqq.*

Idque adeo verum, ut & Sacrum Concilium Tridentinum abſtractive ſupponat, atque præſumat, ſimiles quaſi poſſeſſiones præſentandi in Univerſitatibus, quæ juxta temporum vices reputari valeant ponentes, ſubiacere uſurpationi, ut in *Seſſion. 25. de reformat. cap. 9.* ac propterea quantumvis ſtante oſervantia præſentationum effectuata per anuos quinquaginta deficiat rigor Conciliaris, non tamen idcirco reviviſcit præfatus
21 titulus nimium inveriſimilis fundationis, & erectionis, ſed potius cenſetur ex benigna conſuetudine tolleratum, atque præſcriptum fuiſſe huiuſmodi exercitium ex cauſa obtinendi gratum Rectorem, qui fructuoſe reficiat Pane Sacramentorum Oves ſibi commiſſas in illo reſtrictu, uti bene perpendit *Geminian. conſ. 45. n. 4. Gonzales ad reg. 8. Cancell. Gloſſ. 18. num. 90. 91. 92. Paz. Iordan. var. Lucubr. tom. 2. lib. 10. tit. 7. n. 69. Card. de Luc. de Iurepatron. diſc. 8. num. 10., & diſc. 58. ſub num. 29. Rot. decis. 419. num. 1. cor. Cavaler.*

Quo vero ad ſubintellectam præſervarionem in ipſa unione cujuſliber prejudicii; obiectio in primis involvebant ſuppoſitum inſubſiſtens, nempe, quod alio iure, quam prædictæ gratificationis, & meræ habitationis competeret hæc facultas, immo cum non exhiberetur peculiare Diploma exaratę unionis, etiam quando in illo adfuiſſet clau-
22 ſula, *ſine prejudicia alicujus*, ad ſummum deberet interpretari de præiudicio veteris iuriſdictionis, vel penſionis tertio per annea competentis ſuper locis, rebus, aut perſonis unitis, ad *text. in cap. 2. de relig. Domibus, ibique Gloſſ. in verbo cujus eſt Diœceſis, Barboſ. num. 3. Franceſ. de Ecclеſ. Cathedral. cap. 8. n. 63. Rot. decis. 1410. n. 20. coram Seraph. dec. 1020. n. 17. coram Penia, & decis. 1609. num. 5. 6., & 7. cor. Coccino.*

Quin etiam ſtatim ac ex parte veterum Parochianorum minime docebatur, quod ipſi in ſtabilienda unione fuerint citati ad aſſentiendum, potius præſumendum erat, illos nullum aliud ius, præter ſupradictum conſuetudinarium, fovere, alias quippe credibile non erat, quod Ordinarius ad huiuſmo-
23 di unionem deveniens illorum aſſenſum non exegiſſet, prout fieri conſuevit, ac debet quotieſcumque Beneficia patronalia, ſive ſubiecta patronatui active, vel paſſive uniuntur, Teſte *Garz. de benefic. par. 12. cap. 2. num. 202., & pluribus ſeqq. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 8. num. 94. Pyrr. Corrad. in Prax. benefic. lib. 2. cap. 15. num. 83. Vivian. de iurepatron. lib. 14. cap. 5. num. 58. Paz Iordan. var. Elucubrat. tom. 2. lib. 10. tit. 32. num. 53., & 54. Card. de Luc. de jurepatron. diſc. 66. n. 9. & 10. Rot. cor. Bich. dec. 382. n. 13.*

## CORTONEN. BENEFICII.

*Lunæ 18. Martii 1697.*

## ARGUMENTUM.

Subrogatio gratioſa obtenta in iuribus Collitigantis præmortui impugnabatur ex defectu

litis Pontifici narratæ ſub triplici fundamento quod nempe vel non verſaretur ſuper titulo Beneficii, eo quia actum fuerat in mero poſſeſſorio, vel quod remanſiſſet deſerta. vel demum quod fuerit calumnioſa ex parte impetrantis: Verum in Deciſione reſpondetur ſingulis hiſce fundamentis, & concluditur pro executione literarum Apoſtolicarum, & incidenter aliqua tanguntur tam ſuper eo, an Religioſus ſit capax Juriſpatronatus activi, vel fideicommiſſi, quam circa caducitatem a legato, vel hæreditate, quid nempe requiratur ad illam incurrendam.

### *SUMMARIUM.*

1 *Lis ad effectum Subrogationis gratioſæ debet eſſe ſuper titulo Beneficii.*

*Intellige, id procedere in Beneficiis liberæ collationis, ſecus autem quoad Beneficia de Jurepatronatus n.3. & n.24.*

*Rurſus intellige, id procedere quando Papæ narrata fuit lis dumtaxat in genere, ſecus autem, ſi diſtincte, & in ſpecie narrata fuerit, quia tunc ſufficit iuſtificare litem eo modo, quo fuit narrata n.6.*

2 *Lis ſuper mero poſſeſſorio non efficit Beneficium litigioſum, ſive non facit, quod lis dicatur ſuper titulo, prout requiritur ad effectum, ut ſit locus ſubrogationi gratioſæ.*

*Ex quibus autem dignoſcatur, an lis fuerit, n... ne ſuper poſſeſſorio, n.5.*

4 *Suſp... petitorii præſupponit, illud fuiſſe ab initio in litem deductum.*

6 *Papa habet abſolutum Dominium in materia Beneficiorum.*

7 *Lis ad effectum ſubrogationis gratioſæ nil ſuffragatur, ſi appareat deſerta.*

*Et quid requiratur ad effectum, ut lis cenſeri valeat deſerta, n.8.*

*Et quando requiratur declaratoria Judicis ſuper deſertione, n.9.*

8 *Inſtantia de Iure Canonico eſt perpetua.*

10 *Appellationi renunciaſſe non cenſetur, qui comparet coram Judice a quo ad effectum, ut revocet gravamen.*

11 *Lis, ut dicatur calumnioſa in materia ſubrogationis gratioſæ, debet de calumnia evidenter conſtare uſq; ab initio eiuſdem litis.*

*Et non poteſt dici calumnioſa quando vertitur circa id, de quo ipſamet Pars, que ſubrogationem impugnat dubitavit n.19.*

12 *Religioſus an poſſit preſentare ad Juſpatronatus, & quando ſit capax Primogenituræ, & fideicommiſſi, & n.13. & 14.*

15 *Equites Hieroſolymitani ſunt vere, & proprie Religioſi.*

16 *Confeſſio non poteſt impugnari ab eo, qui habet cauſam a Confitente.*

17 *Clauſula*, quatenus opus ſit, & non alias, *in aliquo actu emiſſa præſervat agentem ab omni præiudicio.*

*Intellige ut n.18.*

20 *Donatio Iuriſpatronatus facta abſque conſenſu Ordinarii perinde habetur, ac ſi facta non fuiſſet.*

21 *Caducitas non incurritur ob contraventionem præcepto Teſtatoris, niſi probetur, quod contrafaciens præciſe ſciverit tale præceptum, ac etiam pœnam deſuper impoſitam.*

22 *A Caducitate excuſat qualibet cauſa non ſolum queſita, vel colorata, ſed etiam beſtialis.*

23 *Litterarum Apoſtolicarum executio non poteſt retardari per exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

## DECISIO IV.

SUbrogationem gratioſam, quam ex vi Regulæ Cancellariæ *la* 29. in juribus, ac poſſeſſione prædefuncti Giberti collitigantis obtinuerat Nicolaus, deſtruere Petrus Paulus satagebat in hodierna Audientia, non quidem ex eo, quod in Nicolao non concurrerent ad formam præmiſſæ Regulæ duo illa generalia requiſita, nimirum Clericatus ex parte impetrantis, & iuſtificatio obitus, & poſſeſſionis prædicti Collitigantis, ſed ſub eo unico fundamento, quod ſcilicet Nicolaus deficeret in ſalutari alterius requiſiti circa litem, quæ reputatur, & eſt baſis gratioſæ ſubrogationis, prætendendo, quod vel nulla lis ad effectum, de quo agebatur, extitiſſet, vel in omnem caſum remanſiſſet deſerta, & extincta, vel demum appareret undique calumnioſa. Sed hiſce oppoſitionibus ad ſolitam Juſtitiæ lancem appenſis in propoſitione Dubii *An intret Arbitrium pro retardatione litterarum Apoſtolicarum, ſeu potius ſit danda inſtitutio Petro Paulo*, DD. cenſuerunt, arbitrium non intrare, & conſequenter ſupervacaneum ad ſecundam eiuſdem Dubii partem reſpondere.

Siquidem non placuit prima pars obiecti, in qua litis exiſtentia negabatur ſub eo præſuppoſito, quod cum lis ad effectum Regulę de ſubrogandis debeat eſſe ſuper titulo, &
1 proprietate Beneficii, unde non ſufficiat, quod Beneficium pretendatur uti debitum, niſi expetatur tanquam ſuum, ex trad. per *Rot. cor. Manzaned. dec.891. n 1. & cor. Coccin. dec.1235. n.1. & per tot. & cor. Card.Cer. dec.611. n.1. & 2. & dec. 427. n.1. & ſeq. par. 18. rec. & in Leodien. Parochialis 27. Iunii 1687. §. Ulterius, cor. R. P. D. meo Molines.*

In præſenti autem lis non penderet ad ſenſum Nicolai inter Gibertum, & ipſum Nicolaum ſuper titulo, ſive proprietate, ſed tantummodo ſuper poſſeſſorio, ex quo ab initio ambæ Partes proteſtatæ fuerant de ſuſpenſione petitorii cum ſucceſſiva expeditione Cauſæ in vim ſolius Mandati de manutenendo facta per Vicarium Cortonen., & appellatione deinceps interpoſita a prædicto dumtaxat Mandato de manutenendo, in qui-
2 bus terminis litem non eſſe ſuper titulo, ſed

tam-

Digitized by Google

tantummodo ſuper ipſa poſſeſſione, ad finem excludendi qualitatem, ſeu vitium litigioſi, habetur ex *Spad. conſ.81. n.6. lib.2. Add. ad Pamphil. dec.128. n.15. Epiſc. de Roſa de exec. litter. Apoſt. par.1. cap.16. n.125. Rot. coram Gregor., deciſ.335.n.25.& ſeq., & deciſ. 274. n.18. par. 19. recen., & in dicta Leodien. Parochialis §. fin. coram R. P. D. meo Molines*.

Animadverſum quippe fuit, non eſſe abſolute veram prædictam propoſitionem, quod lis debeat eſſe ſuper titulo, & ſimplici proprietate, quoties (ut in hodierno caſu) non agitur de Beneficio liberæ collationis, ſed juriſpatronatus; quoniam cum regula de ſubrogandis ſit favorabilis, & introducta ad reſecanda diſpendia, ne valeat Patronus, alium præſentando, novum obiicere contradictorem litiganti ſuperſtiti, exuberat, quod

3 quoquo modo lis inter ipſos præſentatos extiterit, ut diſtinguendo inter Beneficia liberæ Collationis, & de jurepatronatus frequenter tenuit *Rota*, ſignanter *in Florentina Parochialis de Vecchiettis coram Virili impreſſ. apud de Roſſa de Exec. litter. Apoſt. d. par.1. cap.16. n. 101. & coram Coccin. deciſ. 2080. ex n.21. uſque ad fin., & deciſ.607. n.10. par.5. recen. & in Melevitana Beneficiorum 26. Junii 1665. §. Lis tandem, coram bo:me: Bevilacqua, & in Illerden., ſeu Tarraconen. Beneficiis 5. Julii 1683. §. Lis autem in fin. coram bo:me: Guaxardo*.

Et nihilominus ceſſare omnem difficultatem DD. agnoverunt ex duplici circumſtan-

4 tia, altera nimirum, quod ipſamet ſuſpenſio petitorii præſupponat in origine litem fuiſſe conteſtatam non minus in poſſeſſorio, quam in petitorio, alias quippe non oportuiſſet ſuſpendere petitorium, ſi de eo, veluti in lite non comprehenſo, juxta regularem ordinem Judiciorum ſuo loco, & tempore agendum non foret, ad *Text. in l. ejus, qui in provincia, verſ. Quoniam, ff. ſi cert. pet.* & in proximis terminis *Rot. deciſ. 150. n. 8. & 9. coram Lu-*

5 *doviſ.* Præſertim, quia formula ipſa Decreti lati ab initio per Vicarium Cortonen., tanquam approbativa præſentationis, & mandans inveſtiri Gibertum, exceſſiſſe demonſtrat nudum poſſeſſorium, ut in durioribus *Rot. coram Cavaler. dec.200. n. 4. & deciſ. 315. n.5. & 6. par.13. recen.*

Altera, & de per ſe ſufficiens circumſtantia promanabat ex eo quod pro obtinenda ſubrogatione Nicolaus Pontifici expoſuerat adamuſſim qualitatem, & ſtatum ipſius litis, *Summario Nicolai n.8.* proindeque non erat amplius inquirendum, utrum de Jure in Beneficiis Patronalibus lis percutere deberet titulum, & proprietatem Beneficii, & an de facto illam tangeret in caſu noſtro, cum Pon-

6 tifex, qui abſolutum habet dominium in materia Beneficiali, de litis ſtatu informatus petitæ indulſerit ſubrogationi, quemadmodum diſtinguendo inter narrativam litis in genere, & expreſſionem individuam qualitatis, & ſtatus ipſius litis, in his terminis firmavit *Rota coram Coccin. deciſ.2079. ex n.12. cum pluribus ſeq. & coram Bich. deciſ.187. n. 10. cum 2. ſeq. & in recen. deciſ. 164. n.5. par. 10. & deciſ. 627. n.3. & 4. part. 18. & deciſ. 411. n. 18. coram Cerro*.

Minuſque relevare viſa eſt ſubalterna pars objecti ob aſſertam deſertionem ejuſdem litis, qua ſtante opponebatur, locum non eſſe

7 gratioſæ ſubrogationi, quæ, ut præmiſimus, pro ſuo fundamento, & baſe requirit actualem litis pendentiam ex *gloſſ. in Clem. 1. §. Si vero, verbo Proſequitur, ut lit. pend.* cum concordan. per *Rot. in Melevitana Parochialis 5. Decembris 1691. §. non obſtat, & §. Cæterum cor. Reverendiſſimo Zimoren.*, & prius *in Leodien. Canonicatus 6. Junii 1689. §. Et nihilominus, coram bo. me. Emerix*.

Cum enim poſt denegatam a Vicario Cortonen. appellationem in ſuſpenſivo Nicolaus recurſum habuerit ad Nuncium Florentinum, ac poſt expiratum terminum unius menſis cum ſuperſeſſoria ejus favore reportatum minime acquieverit, ſed ad quamplures ulteriores actus judiciales devenerit, de quibus *in Summario ejuſdem Nicolai n.* 5. & ſucceſſive pariter non acquieſcens audita nova præſentatione per Æneam aſſertum Patronum exarata in perſonam Petri Pauli moderni oppoſitoris, incontinenti allegaverit, & objecerit coram Vicario (ne Petrum Paulum inſtitueret) de pendentia litis, ut in *Summario ejuſdem Petri Pauli num. 18. & 19.*

8 nunquam poterat cenſeri inducta deſertio, quæ vel animum expreſſum, & indubitatum deſiſtendi a lite, eamque deſerendi requirit, vel ſaltem loco taciti, & præſumptivi expoſcit negligentiam per decennium, de cætero namque inſtantia de Jure Canonico ſemper eſt perpetua ex animadverſis per *Card. de Luc. de Juriſdict. diſc. 12. n.4. Rot. cor. Bich. deciſ. 395. n. 17. & ſeq. & deciſ. 388. n. 6. & 7. par. 18. & in Gerunden. Beneficii 21 Junii 1683. §. Nec admittebant, coram Emo Archiepiſc. Mediolanen.*

Addito, quod cum (ex infra dicendis pro excluſione calumniæ) non omnino conſtare appareret de malo jure Nicolai ſatis in hoc propoſito non erat deſtitiſſe a proſecutione

9 litis, ſed ubi de eadem deſertione ſaltem dubitari contingebat, tunc, niſi quoque concurrat evidens malum jus in quieſcente, pro fundanda legitimitate deſertionis, ſive totali peremptione litis neceſſaria redditur declaratoria Judicis ſuper ipſa deſertione, ſicuti tradiderunt adducti per *Rot. deciſ. 467. n. 5. & ſeq. coram Dunozett. Iun. & cor. Card. Cerr. deciſ. 389. ex n. 6. uſque ad fin. & deciſ. 498. n. 33. & ſeq. & coram Peutinger. deciſ. 320. ex n. 10. uſque ad 17. & in Anglonen. Archipreſbyteratus 24. Aprilis 1654. §. Nec ex eo, coram bo. mem. Albergato.* Et

Et ob id parum relevabat, quod Procura-
tor Nicolai renunciaſſet appellationi a ſe in-
terpoſitæ poſtquam per Execntorem Apo-
ſtolicum pronunciatum fuerat ſuper execu-
tione gratiæ, qnam Gibertus deinde obti-
nuerat jure devoluto: Quoniam, ultra quod
non fuit ab eodem Procuratore abſolute re-
nunciatum appellationi, ſed cum clauſula,
*quatenus opus ſit*; Adhnc tamen de facto idem
Procurator in ipſo actu, a quo prætenditur
reſultare appellationis renunciatio, produ-
xit quamplura Jura demonſtrantia, præſen-
tationem in Nicolanm ſhum Principalem
expletam extitiſſe congruo tempore conceſ-
ſo laicis ad præſentandnm, idque ad unicum
finem deſtruendi narrativam gratiæ ejuſdem
Giberti, in qua pro fundamento præſupponi
videbatur, præſentationem factam de Nico-
lao prodiiſſe extra tempus a Jure præſini-
tum, *Summario Petri Pauli num.* 15. Uude
quid quid foret de hac præſuppoſitione,
ejuſque importantia, nihilominus innega-
10 bile eſt, nihil magis repugnare renunciatio-
ni, ac animo acquieſcendi Judicato, quam
contextualem productionem Jurium, & ef-
fectivam oppoſitionem ſubreptionis, & ob-
reptionis gratiæ, pro qua fuerat judicatum,
teſte *Seacc. de appellat quæſt.* 17. *limit.* 2. *n.* 21.
*Rot. coram Carill. decif.* 221. *& coram Bichio de-
ciſ.* 324. utrobique *n.* 5. *& deciſ.* 74. *n.* 19.
*& ſeq. coram Card. Cerro.*

Ejuſdem denique leviſſimi ponderis in-
venta eſt tertia, & ultima pars objecti circa
calomniam, qnæ ad effectum impediendi
11 gratiam ſubrogationis debet eſſe adeo ma-
nifeſta, ut convincatur, litem uſqne ab ini-
tio extitiſſe notorie iniuſtam, & defuiſſe om-
nem, & quamcumque coloratam, ſeu pro-
babilem cauſam litigandi, ad ſæpius firmata
per *Rot.* & præſertim *deciſ.* 281. *n.* 14. *par.* 19.
*recen. & in dicta Grunden. Beneficii* §. *fin. cor.
Emo Mediolanen., & in Barchinonen. Beneficii*
4. *Iulii* 1692. §. *penult. &* 20. *Novembris* 1693.
§. *fin. coram Reverendiſſ. D. meo Decano, & in
Leodien. Canonicatus* 25. *Februarii* 1695. §. *fi-
nal. coram bo. me. Emerix.*

Talis namqoe notorietas iniuſtitiæ nulla-
tenus viſa eſt reſultare, ex quo Fundator Be-
neficii a iure præſentandi, & tota hęredita-
te, quam perpetuæ Primogenituræ ſuppone-
bat, excluſerit tam Eccleſias, quam Mona-
ſteria, nolens, quod ſive in conditione, ſive
in vocatione Eccleſia, ac Monaſterinm ſtare
intelligeretur loco filii, ac propterea cum
Nicolaus litem cnm Giberto introduxiſſet
12 in vim præſentationis, qoam in ipſius Ni-
colai perſonam expleverat P. Angelus Ma-
ria, ſeu illios nomine Conventns S. Auguſtini
Ordinis Heremitarum, nullum ex hujuſmo-
di nominatione ius probabile, & coloratum
ſortiri potuerit, ad ea, quæ in terminis ſimi-
lis excluſionis factæ de Eccleſiis, & Monaſte-
rus reſponſum fuerat *in Lucana Iurispatrona-
tus ſuper Beneficio S. Apolloniæ* 15. *Aprilis*
1688. §. *Minus*, confirmata 28. *Iunii ejuſdem
Anni* §. *Nec facit, coram bo. me. Emerix.*

Præterquam enim ſaltem ad præmiſſum
finem excludendi calumniam non diſplice-
bat Dominis diſtinctio allata per Informan-
13 tes pro Nicolao, quod aut agitur de exclu-
ſione Eccleſiæ, ſeu Monaſterii a jure ſucceſ-
ſivo præſentandi, vel progreſſivo Primoge-
nituræ, & tunc utique nequeat Eccleſia, vel
Monaſterium progreſſive ſuccedere, & reſ-
pective præſentare, locum filii aſſumendo;
Aut vero quęſtio eſt de jure mere tempora-
li, & ad vitam ipſius Religioſi coarctato, eo-
que caſu, niſi palpetur expreſſa, & enixa
mens Teſtatoris, pręfata exclnſio non offi-
ciat, quominus idem Monaſterium durante
dumtaxat vita Religioſi, qui interim reputa-
tur, & eſt vere, & naturaliter Agnatus, va-
leat & pręſentare, & gaudere etiam commo-
do Primogenituræ, vel fideicommiſſi alio-
quin iniuncti pro conſervanda agnatione, ut
in terminis Iuriſpatronatns *Sanchez ad præ-
cept. Decal. lib.* 7. *cap.* 14. *num.* 2. *& ſeq. Vivian.
de jurepatronat. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 63. *& ſeq. Ciar-*
14 *lin. contr.* 225. *num.* 8. *cum ſeq.* & in propoſito
Primogenituræ, ſeu fideicommiſſi *Peregrin.
conſ.* 47. *num.* 4. *verſ. quia autem profeſſus lib.* 1.
*Ciarlin. dicta contr.* 225. *num.* 6. *&* 7. late *Rot.
Bonon. in dec. impreſſ. apud modern. Camerinen.
alleg.* 124. *per tot.*, & ſignanter *num.* 23. *& ſeq.
Torr. de Primogen. & Major. Ital. par.* 2. *cap.* 11.
*num.* 27. *& ſeq. Rot. coram Manzaned. dec.* 360.
*num.* 4. *& ſeq. & coram Carill. deciſ.* 341. *num.* 9.
ubi in ſpecie de Profeſſo in Religione Augu-
ſtiniana, *& in recen. deciſ.* 433. *& deciſ.* 434. *per
tot. par.* 12. *& deciſ.* 329. pariter *per tot. par.* 14.
*& deciſ.* 64. *num.* 31. *&* 32. *poſt Torr. de pact. fut.
Succeſſ.*

Potiſſimnm tamen fundamentnm conſti-
tuebant in obſervantia, ioxta quam non ſo-
lum alias fuerat etiam mediante Sententia
prolata per Vicarium Cortonen. de Anno
1670. ut in *Summario Petri Pauli num.* 24. ca-
nonizata pręſentatio emiſſa per Fr. Jo. Tho-
15 mam de Thomaſiis Equitem Hieroſolymi-
tanum, quive idcirco tanquam profeſſus in
prædicto Ordine erat perſona procul dubio
Religioſa, ut proſequitur *Rot. dicta deciſ.* 360.
*num.* 10. *coram Manzaned. & coram Merlin. de-
ciſ.* 225. *num.* 5. *&* 6. *& deciſ.* 362. *num.* 4. *apud
Poſth. de manut.* cnm aliis per *Adden. ad Pam-
phil. deciſ.* 367. *num.* 16. *& in Lithuana Dona-
tionis* 5. *Maii* 1689. §. *Agitur enim, coram
Eminent. D. Card Caccia.*

Verum etiam præciſive ab huiuſmodi Sen-
tentia, quæ tanquam nulla, & iniuſta redar-
guebatur ex parte Petri Pauli, conſtabat,
quod idem Æneas, a quo ipſe Petrus Paulus
ſuam reportaverat præſentationem, in præ-
cedenti vacatione non tantum faſſus fuerat,

P. An-

Digitized by Google

P. Angelum Mariam eſſe Primogenitum, ut in *Summario Nicolai num.* 11. ſed etiam anxius fuerat reportandi Mandatum Procuræ ad præſentandum à Monaſterio, ſeu Conventu S. Auguſtini ex perſona ejuſdem P. Angeli Mariæ, quodque magis eſt, eodem Mandato uſus erat in actuali præſentatione, in illa ſe enunciando legitimum Procuratorem memorati Conventus, *dicto Summario n.* 13. undè non poterat idem Æneas, & ab eo cauſam
16 habens ſuæ pręſentationis Petrus Paulus impugnare factum, & agnitionem ſui Authoris *vulg. jur. in l. cum à Matre, C. de rei vindic.* & ad rem *Rot. coram Bich. deciſ.* 232. *num.* 7.

Parùm refragante, quòd in prædicta præſentatione, quam etiam nomine proprio fecerat Æneas, clauſulam illam adiecerit--*qua-*
17 *tenus opus ſit, & non aliàs* quæ regulariter cenſetur appoſita ad ſalubrem cautelam evitandi præjudicium, ex traditis per *Rot. cor. Priolo deciſ.* 193. *nu.* 20. *& ſeq. & coram Card. Cerr. deciſ.* 552. *num.* 5. *&* 8 *& deciſ.* 81. *num.* 31. *& ſeq. poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ.*; Siquidem in præſenti controverſia non eſt de præjudicio perpetuo, & irrevocabili, quod ſibi inflixerit Æneas reportando Mandatum Procuræ à Conventu ex perſona P. Angeli Mariæ, illoque poſitivè utendo, in quibus terminis præ-
18 miſſa clauſula ſalutaris valeret à quocunque damno eundem Æneam præſervare, ſed pertractatur de inquirendo, utrum jus præſentationis fundatur in Jure ejuſdem P. Angeli Mariæ ad finem Regulæ *de ſubrogandis* ſit evidenter calumnioſum, vel potiùs dubium probabile, & coloratum; Major autem dubietas
19 apud DD. deſiderari poſſe non videbatur, quàm illamet, quam ipſe habuerat Æneas, qui utiquè nec Mandatum exhibuiſſet, ejuſque nomine non præſentaſſet, niſi de viribus ejuſdem Mandati, & reſpectivè juribus P. Angeli Mariæ probabiliter dubitaſſet, ut ad ſenſum patebat.

Minùs concludi calumniam DD. exiſtimarunt, ex quo idem P. Angelus Maria, priùs in ſæculo *Apollo*, ſpecificè donaverit Joanni Baptiſtæ, aliiſque de Maggis jus præſentandi ad controverſum Beneficium, in Teſtamento autem Fundatoris explicitè imponeretur pœna caducitatis ipſo jure incurrenda contrà alienantem, ſeu alienare tentantem jus ipſum Patronatus: Quoniàm, ultrà quod hujuſmodi donatio nocere non potuit in-
20 tentioni fundatoris volentis, jus præſentandi in Agnatione remanere, cum tanquàm deſtituta conſenſu Ordinarii nullum jus abdicaverit à donante, per *Text. in cap. quod autem, & cap. ex literis, de jurepatron. Adden. ad deciſ.* 46. *nu.* 61. *& ſeq. par.* 9. *recen. Rot. coram Coccin. deciſ.* 652. *ex nu.* 2. *uſque ad fin. & coram Royas deciſ.* 231. *n.* 4. *&* 5. *& coram Bich. deciſ.* 277. *n.* 2. *&* 12. *& coram Zarat. deciſ.* 26. *n.* 13. *&* 14. *& in Recanaten. Beneficii* 10. *Martii* 1684. §. 1. *coram bo: me: Emerix & in Melevitana Juriſpatronatus* 4. *Julii* 1696. §. *Quod autem coram R. P. D. meo Molines.*

In omnem caſum ad hoc, ut irrevocabiliter donans cecidiſſet à jure pręſentandi, ne-
21 ceſſaria extitiſſet ſcientia, quæ non probabatur ſpecifica, & individualis non minùs prohibitionis, quàm pœnæ, ut uno ore affirmant adducti per *moder. Lucen. conſult.* 113. *n.* 4. *Rot. deciſ.* 160. *n.* 7. *par.* 4. *recen. & deciſ.* 958. *n.* 4. *& ſeq. coram Dunozett. Jun. & deciſ.* 457. *n.* 2. *&* 6. *par.* 13. *& deciſ.* 44. *n.* 18.
22 *par.* 17. quodque nulla ſubeſſet cauſa etiam quæſita, vel colorata ad excuſandum donantem, ex notiſſima propoſitione, quòd à caducitate quælibet leviſſima, & (ut ajunt) beſtialis cauſa præſervat, ut per *Rot. coram Pamphil. deciſ.* 658. *n.* 6. *& coram Celſ. dec.* 15. *n.* 16., *& in recen. deciſ.* 281. *n.* 5. *par.* 4. *tom.* 2. *& deciſ.* 524. *n.* 10. *par.* 14. *& in Interamnen. fideicommiſſi* 27. *Januarii* 1682. *coram bo. me. Albergato*: Et tandem ſemper recurrit, quod hodiè ſaltem poſſumus dubitare de hac caducitate, dum idem Æneas, à quo (ut præmiſſum fuit) cauſam habet Petrus Paulus, etiam poſt donationem, & aſſertum incurſum in caducitatem ſollicitus fuit de obtinendo, & allegando Mandato Procuræ ad præſentandum.

Quibus omnibus ſerio de more libratis viſum fuit, vel omnem ceſſare oppoſitionem adverſus gratiam ſubrogationis, vel eaſdem
23 oppoſitiones non eſſe ita claras, & perſpicuas, ut retardare poſſent promptam, & expeditam executionem, quam non obſtantibus exceptionibus altiorem efflagitantibus indaginem, merito habent, & habere debent litteræ Apoſtolicæ, prout in ſpecie illarum gratioſæ ſubrogationis ſemper proteſtata eſt *Rota*, ut in *deciſ.* 34. *n.* 11. *par.* 5. *recen. & cor. Dunozett. jun. deciſ* 352. *n.* 22. *& cor. ſanct. me. Alexand. VIII. deciſ.* 154. *n.* 6. *&* 7. *& coram Priolo deciſ.* 377. *n.* 6. *& in Auguſtana Prioratus* 28. *Novembris* 1653. §. *Non officit, coram bo: me: Albergato.*

Et ita utraque &c.

## *ANNOTATIO.*

HÆc Deciſio, quæ etiam habetur *impreſſ. ad ornatum Card. de Luca in Mantiſſ. tom* 4. *ſub tit. de Jurepatr. deciſ.* 39. fuit poſtmodum confirmata, ut habetur *infra deciſ.* 18. ſub qua ulterius ſignificatur exitus Cauſæ, & aliqua connotantur magis ſingularia, quæ concernunt materiam gratioſæ ſubrogationis.

## *NOVA ADDITIO.*

EAmdemque Deciſionem *ſub n.* 3. ubi fir-
24 matur, quod lis, quę eſt unum de extremis neceſſariis ad obtinendam ſubrogationem

nem gratioſam, non requiritur, quod ſit ſuper titulo, ſed ſufficiat, quod exiſtat ſuper pertinentia, nominatim ſucceſſive approbavit *Rot. in Compoſtellana Parochialis de Codexo* 23. *Martii* 1705. §. *Placuit enim coram R.P.D. meo Caſſarello*; Et latius materia, de qua peragitur in præſenti mea *decis.* 4. *ex n.* 2. *cum ſeq.* fuit quoque pertractata *in una Romana Cappellaniæ* 23. *Januarii* 1708. *ex* §. *quinimo, cor. Me.*

## PERUSINA REPETITIONIS INDEBITI.

*Veneris* 22. *Martii* 1697.

### ARGUMENTUM.

De admiſſione ad cauſam cum clauſula *Conſtito de intereſſe*, & quomodo de intereſſe doceri debeat. Aliqua de ceſſionario nominis debitoris & an ei competat facultas conſumandi executionem cœptam per cedentem adverſus bona debitoris ceſſi; Et an tranſactio inita inter collitigantes, poſtquam Tertius petiit ſe ad cauſam admitti, ſubſtineatur.

### SUMMARIUM.

1 *Clauſula*, Conſtito de intereſſe *appoſita in Commiſſione admiſſionis ad Cauſam importat conditionem, ſeu neceſſitatem docendi de tali intereſſe.*

*Suffcit tamen, quod de hujuſmodi intereſſe doceatur ſummarie, & apparenter, num.* 2.

3 *Ceſſionarius ex cauſa onoroſa evadit tanquam Procurator in rem propriam, & acquirit omnes utiles actiones ſuper nomine ceſſo, quæ prius inhærebant oſſibus cedentis.*

4 *Executio cœpta per cedentem poteſt recta via conſumari per Ceſſionarium.*

5 *Admiſſus ad Cauſam pro ſuo intereſſe poteſt illam proſequi in ſtatu, & terminis, licet principales collitigantes inter ſe tranſegerint, aut alias liti renunciaverint.*

*Et de ratione, ibidem num.* 6.

7 *Commiſſio Signaturæ Juſtitiæ ſuccedit loco libelli.*

8 *Dubium quodlibet debet diſputari in Rota, Parte opponente.*

*Intellige, ut num.* 9. 10. & 11.

12 *Indebitum dici non poteſt, niſi probetur impoſſibilitas, quod fuerit debitum.*

13 *Reſtitutio Dotis conſtante Matrimonio eſt ipſo jure nulla.*

*Intellige quoad Uxorem reſpectu Mariti, non autem quoad Maritum reſpectu promiſſorum dotis, num.* 14.

15 *Filius vivens ſeorſim a Patre poteſt ab eo petere reſtitutionem dotis propriæ Uxoris.*

16 *Condictio indebiti non competit pro ſolutione facta ante tempus.*

*Neque pro ſolutione facta ex cauſa Tranſactionis, num.* 17.

18 *Pater interveniens receptioni dotis factæ per filium remanet obligatus ad reſtitutionem favore Nurus.*

*An autem prius excuti debeat filius, quam Pater, vide num.* 20.

19 *Pater de Jure tenetur ad ſe obligandum pro Dote, quæ per filium recipitur.*

20 *Principalis debet prius excuti, quam conveniatur fidejuſſor.*

21 *Pater, ſi ipſe ſolus dotem exigit Nurus, filius nullo modo tenetur ad reſtitutionem.*

22 *Pater, & filius ſi ſimul dotem Nurus, & Uxoris reſpective recipiant, ſi Pater adminiſtrabat, ad ipſum ſolum pecunia perveniſſe præſumitur, & num.* 23.

### DECISIO V.

Bentivolus, & fratres de Hondedeis Eugubinæ Civitatis inſteterant coram Me vigore Commiſſionis mihi directæ ſuper admiſſione ad Cauſam vertentem prius inter Pandulphum, & alios de Hondedeis de Civitate Peruſiæ ex una, & Comitem Bigazzinum ex altera ſuper quadam indebiti repetitione uſque ad executionem jam cœptam in vim mandati Rotalis per bo. me. Emerix relaxati ſuper bonis Comitis præfati: Verum quia memorata Commiſſio non erat ſimplex, & abſoluta, ſed ſub aſſueta clauſula *conſtito de*
1 *intereſſe*, quæ facit actum conditionalem, & ſuſpenſivum Juriſdictionis, ſi, & quatenus de intereſſe petentis doceretur, ut pluries dixit *Rot.* & ſignanter *decis.* 48. *num.* 6. *par.* 7. *recen.* & *decis.* 236 *n.* 4. *par.* 8. & *decis.* 425. *n.* 6. & *ſeq. par.* 12. & *coram Uvago decis.* 32. *n.* 4. & *n.* 6. & 7.

Idcirco in hodierna Audientia propoſui Dubium *An conſtet de intereſſe, ita ut ſit locus admiſſioni ad Cauſam*, & Partibus contrariis nempe Comite, & Hondedeis de Peruſio (qui prius proteſtati fuerant, ut verbum fieret in Rota) informare recuſantibus, non dubitarunt DD. affirmative reſpondere.

Siquidem, cum ad effectum verificationis clauſulæ præcitatæ, & ad hoc, ut Tertius poſſit obtinere admiſſionem ad Cauſam, ſu-
2 perabundet, quod quoquo modo ſummarie, & apparenter petens amitti edoceat de tali quali intereſſe, reſervata ulteriori probatione in diſcuſſione ſuper meritis, ut ait *Rot. coram Cocein. decis.* 47. *n.* 19. & *coram Bich. decis.* 24. *n.* 5. & *coram Card. Cerr. decis.* 322. *n.* 1. & 2. & *decis.* 425. *n.* 2. & *in recen. decis.* 398. *n.* 3. 4. & 5. *par.* 19. & *in Romana pecuniaria* 8. *Martii* 1686. §. *Parum relevante, coram bo. me. Rondinino.*

In præſenti nedum ſummarie, & apparenter doctum fuit de intereſſe, ſed per Apocam exhibitam oſtenderunt Fratres de Eugubio Informantes, quod illi de Peruſio occaſione cujuſdam tranſactionis initæ cum eiſdem Informantibus in ſatisfactionem eorum crediti conſiſtentis ex cauſa fructuum quorundam

dam Cenſuum, quos ſolverant de proprio ad commodum illorum de Peruſio, inter cætera adlignamenta quæ iidem Informantes pro eorum ſatisfactione reportaverant, aſſignatum, ſeu ceſſum illis litteraliter fuerat -- *Un Credito che deve pagare il Sig. Conte Bigazzini contro il quale ſi ſono ottenute una ſentenza, e due deciſioni di Rota*, & per conſequens ambigi non valet, quod non tantum aliquale, ſed totale intereſſe hujus crediti ſpectare poſſit ad ipſos Informantes, cum ſtante ceſſione, ſive aſſignatione nominis debitoris, præcipue ex cauſa oneroſa, ceſſionarius evadat Procura-
3 tor in rem propriam, omneque jus ſaltem utile prius inhęrens oſſibus cedentis translatum cenſeatur in ceſſionarios, per *Text. in l. ſi a creditore 7. C. de action. & oblig. Rot. cor. Pamphil. deciſ. 497. n. 1. & 3. & deciſ. 47. n. 1. coram Vbag.* & alibi paſſim.

Et ob id recte proſequi videbatur Informantes, quod cum vigore mandati Rotalis jam ad inſtantiam illorum de Peruſio facta, ſeu cœpta eſſet executio ſuper bonis Comitis, eorundem Informantium ſummopere intereſſe poterat executionem cœptam con-
4 ſumare etiam (ut prætendebant) recta via, quemadmodum potuiſſent ipſi cedentes, in quorum locum mediante aſſignatione, ſeu ceſſione prædicta ſubrogati cenſebantur, ad *Text. in l. 2. §. Non ſolum ff. de hæred. & act. vend. Surd. conſ. 22. n. 16. & ſeq. & deciſ. 308. n. 1. Salgad. in labyr. Credit. par. 3. cap. 6. n. 28 Rot. deciſ. 463. n. 3. coram Priolo.*

Quinimo peraugebant ipſorum intereſſe, ne forte cedentes ſuper jure jam ceſſo, & aſſignato aliquam in ipſorum præjudicium tranſactionem iniviſſent, ſive inirent, & executioni cœptæ renunciarent; licet enim de hoc ſpecialiter ſibi per viam prohibitionis caverint in Tranſactione prædicta per illa verba -- *o accordarſi con i debitori ſudetti in pregiudizio di detti Signori Bentivoglio, e Fratelli*
5 *&c.* Nihilominus etiam precíſive a quacunque particulari conventione effectus ipſe admiſſionis ad Cauſam præcipue ſtare poterat in eo, quod valeat admiſſus Cauſam proſequi in ſtatu, & terminis, licet primi litigantes inter ſe tranſegerint, ac appellationi, & Cauſæ renunciaverint teſte *Rebuff. ad Conſtit. Gall. tom. 3. tit. de arreſt. & oppoſit. artic. unic. gloſſ. 1. n. 17. Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 17. ſub n. 96. verſ. benefacit. Io: Franc. de Ponte conſ. 6. ex n. 34. cum pluribus ſeq. & conſ. 7. n. 6. lib. 1. Achill. Perſonal. de adipiſc. poſſ. ſub n. 229. §. Quia concluſio, verſ. etiamſi reus Mieres de Majorat. par. 4. quæſt. 14. ſub n. 113.*; poſtquam enim Ter-
6 tius petiit ſe ad Cauſam admitti, quælibet tranſactio, & factum litigantium reſpectu ipſius Tertii habetur, ac ſi factum non fuiſſet, licet de tempore tranſactionis adhuc idem Tertius non docuiſſet de jure ſuo, ut proſequitur *Rot. deciſ. 32. n. 2. & 3. cor. Vbag.*

Et ita pro Bentivolo, & Fratribus duntaxat, ut ſupra, informantibus fuit reſolutum.

## ANNOTATIO, ET ADDITIO.

Quemadmodum in principio hujus Deciſionis enunciatur, oportuit diſputare dubium, An conſtaret de intereſſe prætendentis admitti ad Cauſam, quia Pars contraria emiſerat proteſtationem in Actis, quam in Curia nuncupant *nihil fieri, niſi facto verbo in Rota*; Unde non obſtante Commiſ-
7 ſione Signaturæ Juſtitiæ, quæ ſuccedit loco libelli, ut inquit *Card. de Luc. in Relat. Cur. Roman. diſc. 32. n. 10.* mihi directa cum clauſula *conſtito de intereſſe* quodque idem intereſſe mihi videretur indubitatum ex eiſdem fundamentis per Tribunal poſtea approbatis, nihilominus quia Conſtitutiones Rotales, ſive Sanctiones Pontificiæ iubent, ne Auditores Cauſarum Ponentes, ſive Relatores abſque voto Coauditorum procedant, id-
8 circo neceſſe fuit aſſumere diſputationem particularem ſuper hoc dubio, ut etiam practicari, præſertim Parte opponente, ſpecifice teſtatur idem *Card. de Luc. Iudic. diſc. 17. n. 2.*

Bene verum, quod occaſione prædictarum Conſtitutionum Apoſtolicarum, ſeu Tribunalis, plures in dies inſurgunt difficultates ſuper illarum intelligentia: effective namque memoratæ Conſtitutiones nihil aliud dicunt, quam -- *Auditor tamen in aliqua cauſa, ſive parvi, ſive magni momenti exiſtat etiamſi ejus deciſio clari juris eſſe videatur, diffinitivam ſententiam vel interlocutoriam vim diffinitivæ habentem ferre non valeat, niſi Cauſa in Rota propoſita, & habitis votis Coauditorum, niſi Partes in Actis expreſſe conſenſerint quod Cauſa ſine voto eorundem expediri poſſit*, ut legitur ſignanter in noviſſima Conſtitutione Sa. me. Pauli V. regiſtrata *poſt prax. Ridolphin. fol. 675. ſub. n. 7.*

Quapropter non ſemper attenditur memorata proteſtatio, quæ quandoque per Partes emittitur ſtudioſe ad Cauſas protelan-
9 das, & ſignanter non ob id Ponens proponit dubia, quæ noſcantur expetita cavilloſe, ac ſuperflue, ſufficit enim, quod idem Ponens non deveniat ad expeditionem Cauſarum abſque prædicto voto, ubi eædem expeditiones exiſtant diffinitivæ, vel interlocutoriæ, habentes tamen efficaciam diffinitive, ut non ſemel declaravit eadem Rota, & præ cæteris *deciſ. 170. n. 9. & 10. par. 6. recent. & deciſ. 568. n. 9. coram Bich. & deciſ. 385. num. 7. §. Nec refert*, ubi aliæ concordantes allegantur, *coram Reyns*.

Ac propterea ſi poſt editas Deciſiones, no-
10 væ per ſuccumbentes exhibeantur probationes, quæ recognoſcantur irrelevantes, opus non eſt deſuper aliud dubium diſputare, ſed hoc reponitur in Judicis arbitrio, ut in caſu

C dicta

*dictæ deciſ.* 170. *par.* 6. *recent.*; [illegible] eſt,
11 quando (ex: gr:) peragitur de fructibus, vel intereſſe, quæ ſuapte natura inſunt in diſputatione jam ſecuta ſuper negocio principali cum ſimilibus, de quibus in *deciſ.* 590. *ex n.* 4. 5. *Ad alteram coram Card.* Cavaler. *& in dicta deciſ.* 468. *ſub. n.* 7. *coram Bich. & in aliis*.

Ad materiam vero repetitionis indebiti conſultus olim ſub anno 1685. ſuppreſſis nominibus ad exponendum, quid pro veritate ſentirem in caſu, de quo infra, poſt enarratam ejuſdem facti ſeriem edidi Reſponſum, quod, utpote aliquo modo ſingulare, & concernens plus eandem materiam indebiti, quam reſpiceret præſens Deciſio, ideo etiam ad ipſius Deciſionis tituli ſuppletionem cenſui opportunum memoratum ſubnectere Reſponſum.

Dotem ſcutorum 20000. quam in pecunia numerata, ſeu mediante ordine receperat Mævius Maritus a Berta Uxore, deinceps idem Mævius Titio Patri brevi manu conſignavit, cumque in Inſtrumento matrimoniali deſuper celebrato Pater fortaſſe in implementum Statutariæ ſolemnitatis, ſeu ſanctionis approbaverit contractum, & obligationem filii, ſub qua eandem dotem ſoluto matrimonio reſtituere promittebat eidem Uxori, vel cui de Jure, caſus præbuit, quod nullo ipſius dotis facto inveſtimento, Pater obierit; Quamobrem purificato poſt ipſius mortem ad favorem non ſolum Mævii ſed etiam Caii alterius filii gemino fideicommiſſo, uno videlicet aſcendentali, & altero tranſverſali, uterque filius paternam adivit hæreditatem cum beneficio legis, & Inventarii, & ſucceſive univerſa bona libera inſolidum, ſive junctim diſtraxit pro debitis anterioribus ejuſdem Patris exſolvendis.

Verum quia Mævius ex præfata cauſa uxoriæ dotis receptæ per Patrem cœpit prætendere, quod diſtracto, ut ſupra, libero Genitoris aſſe ad ejus favorem militare poſſet cenſura *Auth. res quæ C. comm. de legat.*; ad amicabilem idcirco compoſitionem cum Cajo illius fratre devenit, in qua Cajus expromiſit, donec per eundem ſolveretur, ſeu retrotraderetur medietas memoratæ dotis, ſuper virili, ſeu rata fideicommiſſi aſcendentalis ad eum perventa annuatim exburſare interuſuria ad rationem ſcutorum quatuor pro quolibet centenario, a quibus poſtmodum ſe exemit reſtituendo ejus fratri præfatæ dotis medietatem.

Rebus ita benevole conſopitis, poſt aliquod temporis intervallum excogitavit Cajus, fuiſſe per eum hujuſmodi medietatem indebite reſtitutam, tum quia non adhuc evenerat revera caſus reſtituendæ dotis, ob quam Jura permittere videntur Uxori, vel ejus hæredibus ſubſidiariam deductionem ex bonis fideicommiſſariis; Tum etiam quia cum [illegible] renunciatione legum ad favorem filiorum familias editarum una cum Patre pro prædicta reſtitutione ſe obligaſſet, debehat potius dotem repetere a ſe ipſo, quam præfatum ſubſidiarium remedium intentare. Quamobrem cum meum deſuper expetatur conſilium in ſenſu illius veritatis, quæ mihi videtur.

Reſpondeo, quod denegari utique non valet, onus probandi indebitum ſuperincumbere ipſi Caio, non ſolum ex eo, quod ſubſtinere de Jure compellitur in hac controverſia partes Actoris, verum etiam, quia
12 plena ſunt Volumina, quod ſatagens repetere iam datum, ſeu ſolutum obſtringitur per omnino concludentes probationes docere de indebito, adeo ut ſuperabundet mera poſſibilitas in contrarium, quod nempe debitum eſſe potuerit, ex his, quæ uno ore tradiderunt per *Tex. in leg. cum de indebito ff. de probat.* ibique *Bart. n.* 4. *& in cap. fin. de ſolut. Federic. de Sen. conſ.* 54. *n.* 2. *Georg. Struvius in pandect. exercit.* 15. *theſ.* 24. *in fin Andr. Cladius in tract. de condict. indeb. cap.* 10. *n.* 39. *Adden. ad Buratt. deciſ.* 582. *n.* 2. *Rot. deciſ.* 38. *num.* 2. *& deciſ.* 130. *n.* 17. *par.* 5. *recen. & coram Bich. deciſ.* 77. *n.* 4. *& ſeqq.* & ſignanter *num.* 12. *Card. de Luc. de regal. diſc.* 68. *n.* 9. *& de Vſur. diſc.* 12. *n.* 9. *&* 16.

Punctus itaque ſtat, an ex proxime recenſitis fundamentis liquide demonſtretur indebita dotis reſtitutio: in qua difficultate, quatenus concernit primam ponderationem, quod nempe expectari deberet caſus reſtituendæ dotis, qui evenire non ſolet, niſi per obitum alterius ex Conjugibus, admittendum quidem videtur, quod regulariter con-
13 ſtante matrimonio locus non exiſtat reſtitutioni dotis, adeout reſtitutio ſine cauſa facta conſtante matrimonio nulla ipſo jure cenſeatur ad *Text. in l. C. ſi dos conſtant. matrim. & in l. ſi conſtante, ubi ſcribentes, ff. ſolut. matrim. Mant. de tacit. lib.* 11. *tit.* 30. *n.* 11. *Menoch. lib.* 4. *præſumpt.* 190. *n.* 52. *Milanen. deciſ.* 7. *n.* 63. *lib.* 1. cum aliis apud *Giurb. deciſ.* 24. *n.* 3.

Sed in præſenti concluſio hæc nequit applicari, cum ſolummodo veniat intelligenda ad favorem Mariti reſpectu Vxoris, quę ceſſante caſu vergantiæ ad inopiam minime valet Maritum durante matrimonio inquietare, ſeu ad reſtitutionem urgere, quo etenim
14 ad ipſum Maritum reſpectu Patris, vel Soceri, aut alterius cuiuſcunque, qui dotem ſibi debitam habeat præ manibus, nemo ambigit, quod perſpecta ratione onerum matrimonii, quæ ipſe ſupportare debet, valeat profecto obtinere, imo petere reſtitutionem dotis, ut in his terminis præciſis, ſcilicet ad excluſionem indebiti, pulchre diſtinxit *Gloſſ. in l.* 2. *§. Idem Julianus, verſ. ſed & Marito, verbo indebita, ff. de dot. præleg. Menoch. conſ.* 378. *n.* 38.

n.38. cum quibus addito *Barboſ. in dicta l. ſi conſtante* §. 1. n. 14. *ff. ſol. matr.* proceſſit reſpondendo *Giurb. dicta deciſ.* 24. n. 18. *per tot.* & ſignanter *verſ. Etenim*. *Card. de Luc. de dot. diſc.* 88. n. 7., & in fortioribus, quod viven-
15 te adhuc ipſo Patre, qui dotem recepit, valeat filius emancipatus, ac ſeorſim vivens, vel vivere intendens, eumdem Patrem ad reſtitutionem comppellere, ſub ea ratione, quod ibi debet eſſe dos, ubi ſunt onera matrimonii, profitetur *idem Card. de Luc. de dot. diſc.* 162. *num.* 27. ubi laudat *Barboſ. in dicta l. ſi cum dotem* §. *Tranſgrediamur n.* 22. *& alibi*, & dicit, quod omnes in hoc concordat abſque difficultate.

Et tamen dato etiam per diſcurſum, quod ante diem reputari poſſet facta reſtitutio ejuſdem dotis, adhuc nullatenus congruere poſſet condictio indebiti; præſuppoſita etenim obligatione Titii Patris de reſtituendo ipſam dotem, ut infra, quantumvis expectari
16 alias deberet dies ſoluti matrimonii, nullo modo intrare repetitionem, ſeu condictionem indebiti ex cauſa anticipatæ ſolutionis, ſeu factæ ut dicitur, ante diem, individualiter reſpondit Juriſconſultus *in l. in diem* 10. *& in l. nametſi cum morior.* 17. *ff. de condict. indeb.* *Treutler. ſelect. diſput. lib.* 1. *diſp.* 22. *theſ.* 5. *verſ. quinimo in diem*, & concordat *Harpreƈt. in* §. *Is quoque*, *inſtit. quib. mod. re contrba. oblig. n.* 27. ubi licet diſtinguat inter diem certum, & incertum, attamen quando dies illa incerta (prout hic videlicet diſſolutionis matrimonii) omnino, & certitudinarie extituta eſt, affirmat condici neutiquam poſſe, per *Text. in l. quod ſi ea conditione* 18. *ff. de condict. indeb.*

Accedit, quod hujuſmodi ſolutio, ſeu reſtitutio dotis facta per Cajum originem deſumpſit ab antecedenti tranſactione, in qua temporaliter promiſſa fuit annualis ſatisfactio fructuum correſpectivorum ad prædictam rationem ſcutorum quatuor pro centenario, donec & quouſque ſequeretur ſortis ſatisfactio, ſeu plenaria reſtitutio; cumque maximum ſemper reputetur lucrum receſſus a lite quomodolibet movenda, ceſſare
17 idcirco repetitionem ſoluti per viam tranſactionis unanimiter per *Text. in l.* 2. *ubi DD.* & præcipue *Modern. Brunneman. in verſ. colligitur primo*, *Cod. de condict. indeb.*, *& in l. eleganter* 23., *& in leg. in ſumma* §. 1. *verſ. Et quidem ff. eodem*, *& in l. ſi non tranſactionis* 6. *C. de juris*, *& fact. ignor.* ibique *Ant. de Padill. n.* 4. docuerunt *Soccin. jun. conſ.* 32. *num.* 9. *lib.* 3. *Roland. conſ.* 28. *num.* 13. *lib.* 4. *Georg. Struvius in pandect. dicta exercit.* 15. *theſ.* 23. *Treutler. ſelect. interpr. lib.* 1. *dicta diſp.* 22. *theſ.* 10. *Choppen. pract. obſer. lib.* 2. *obſerv.* 63. *ſubn.* 2. *verſ. ſi ex cauſa tranſactionis*. *Valcron. de tranſact. tit.* 6. *quaeſt.* 2. *n* 26. *Rot. deciſ.* 477. *n.* 9. *coram. Fovat.*

Potiſſime, quia etſi peragatur de bonis fideicommiſſariis, adhuc vivente Cajo, qui interim exiſtit Dominus eorundem bonorum, nulli reperiuntur, tanquam vocati ex propria perſona conqueri poſſint de hac præventiva reſtitutione, fortaſſe ob præjudicium fructuum medii temporis quos ante caſum detractionis in vim *Auth. Res quæ* percipere valuiſſent; ideoque ſublata hac oppoſitione, unice remanet juxta alteram inſpectionem inquirendum, utrum revera, ac de Jure debitor tantummodo reſtitutionis dotis reputari queat Titius genitor, vel potius Mævius Maritus, qui principaliter ſe pro reſtitutione ejuſdem dotis obſtrinxit, primo namque caſu bene ſubſiſtit reſtitutio pro virili facta per Cajum, ex quo præter fideicommiſſaria nulla amplius exiſtunt bona libera ipſius Patris, quod ſecus eſſet in ſecundo, quia tunc verius a ſemetipſo, non autem a fideicommiſſo ſubſidiarie duntaxat moleſtando, dotem ſive in toto, ſive in parte detrahere debuiſſet.

Aſſumendo igitur hanc inſpectionem, quamvis materia hæc, quæ adamuſſim poſt examen plurium quæſtionum cadentium ſuper prædicta *Aut. Res quæ* immediate tractatur penes *Paſchal. de patr. poteſt. par.* 2. *cap.* 7. *per tot.*, & præcipue *nu.* 77. *&* 78. varie quidem, & non ſine aliqua confuſione dignoſcitur perpenſa per Scribentes *in l. ſi cum dotem*, §. *Tranſgrediamur*, *ff. ſol. matr. & in l. fin. C. de donat. ante nupt.* cum aliis mox recenſendis.

Prætermiſſis nihilominus diſputationibus inutilibus, ac ſtricte, & reſolutive procedendo, certum eſt, quod etiam ubi ſimpliciter Pater interveniſſet confectioni matrimonialis Inſtrumenti, de quo agitur, propter implementum ejus ſolemnitatis, ſive conſenſus, & preſentię per Patrem vigore Statuti præſtandæ, & requiſitæ in contractu filiifamilias, dicendum utique eſſet, quod non obſtante receptione dotis facta per ſolum filium; ex Patris interventu, ac præſentia ad ſolum finem ſatisfaciendi Statuto, adhuc remanſiſſet idem Pater pro reſtitutione dotis
18 obligatus, ut adnotavit *Barboſ. in d. l. ſi cum dotem* §. *Tranſgrediamur num.* 9. *& ſeqq. ff. ſolut. matrim.*, & omnium Anteſignanus *Corn. in conſ.* 256. *nu.* 32. *lib.* 1. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſ.* 2. *par.* 2. *nu.* 71. *Cancer. par.* 1. *var. reſol. cap.* 9. *nu.* 217. *Rodoer. ad de Marin. cap.* 94. *nu.* 7. & magis in ſpecie *Card. de Luc. de Dot. diſc.* 162. *num.* 22. *verſ. tertius eſt*, ubi ait, dictum *Alberici* volentis, quod præſentia, & conſenſus fuerit potius per Patrem adhibitus ad effectum validandi actum, ac ſatisfaciendi Statuto, quam pro ſe obligando, non eſſe tutum, & ideo *Paſchal. de patr. poteſt. dicta par.* 2. *cap.* 7. *num.* 80. *in fin.* pedes non figere, imo in contrarium referre *Corn. in dicto conſ.* 256.

At quia fundamentum, cui innituntur ſen-

tientes, Patrem ſub hac forma intervenien-
19 tem obligari, conſiſtit in eo quod ex do-
ctrina *Bart.in dicto §. Traſgrediamur*, Pater de
Jure cogi poterat ad ſe obligandum pro ſe-
curitate dotis, quam filius ſuus recepit, ut
obſervat in loco mox allegato *Card.de Luca*,
aliique ſuperius cumulati: hinc proinde pa-
rum pro excluſione indebiti prodeſſet hæc
Titii Patris obligatio, quia ad limites prædi-
ctæ neceſſitatis legalis eadem paterna obliga-
tio foret mere fidejuſſoria, cumque propte-
20 rea in iſtis terminis filius priori loco, veluti
principaliter obligatus, eſſet excutiendus,
ex firmatis per *Jaſ.in dicta leg.ſi conſtante n.*
44. ubi etiam *Cuman.ſub n.6.ff.ſol. matr. Ma-
nent. dicta deciſ.52.n. 6.7.& 17. Rodoer.ad de
Marin.dicto cap.94.n.8.* & relato *Corn.& Bar-
boſ.Card.de Luca dicto diſc.162.n.22.verſ.aut è
contra, de dot.* Indebita profecto reputari me-
reretur reſtitutio per Cajum facta, Mævius
enim a ſe ipſo vere, & principaliter debito-
re, non autem ab ejus proprio fidejuſſore,
multoque minus a fideicommiſſo hujuſmo-
di reſtitutionem expetere, ſeu prætendere
debuiſſet.

Ponderabilis propterea exiſtit duntaxat in
caſu noſtro reflexio, ſeu circumſtantia, quod
Mævius, ex mihi præſuppoſitis, brevi manu
conſignavit Titio Patri dotem ſibi a Berta,
ſive ejus Conſanguineis perſolutam, quo-
21 niam ſicuti quoties Titius Pater ſolus dotem
exegiſſet, ſeu recepiſſet in ipſo actu contra-
ctus matrimonialis, tunc proculdubio Mæ-
vius filius evaſiſſet immunis ab omni obli-
gatione de reſtituendo, ut per litteram ejuſ-
dem *Text.in dicto §. Tranſgrediamur* ibi = *ſed ſi
filiusfamilias Maritus ſit, & dos Socero data ſit,
adverſus Socerum agetur*, tradiderunt ibidem
relati per *Barboſ. n.7. & ſeqq.* latiſſime *Surd.
deciſ.47. per tot.* ibique *Hodiern.n.13. Paſchal.
de patr.poteſt.dicta par.2. cap.7. n.89. Fonta-
nell.de pact.nupt. dicta clauſ. 7.gloſſ.2.par.2.n.*
73. *Molfeſ.ad conſuetud.Neap.tom.1.par. 6.tit.
de Jur.dot.quæſt.7.n.17. Rodoer.ad de Marin.
dicto cap. 94. n.1. Card. de Luca de Dot. dicto
diſc.162.n.20.*

Idem profecto concludendum eſt, quo-
ties ſucceſſive eadem dos integraliter ad ma-
nus ipſius Titii pervenit, dum, quidquid ſit
reſpectu Uxoris, utrum ſcilicet habeat in
hoc caſu utrunque ſibi obligatum, quatenus
pertinet ad ipſum filium, receptum videmus
in longe fortioribus, videlicet, quod etiamſi
utrique, ſcilicet Patri, & filio facta ſit perſo-
lutio attamen ſi Pater ſolus adminiſtrat, &
gubernat domum, non obſtante, quod de
cætero in hoc caſu uterque pro virili deberet
22 eſſe obligatus, ex hac ſimplici conjectura
adminiſtrationis, ob quam pecunia in totum
deveniſſe præſumitur ad Patrem, ſolida ob-
ligatio transfunditur in ipſum Patrem, ſive
tractetur de Nuru, ſive de filio una cum pro-
pria Uxore reſtitutionem expoſtulante ad-
verſus eundem Patrem, ſeu alios fratres ipſius
Patris cohæredes, quemadmodum bene di-
ſtinguendo firmavit *Rodoer.ad de Marin.dicto
cap. 94. n.4. verſ.ſin vero diſſidium*, ubi pro-
fitetur, ſingillariter examinaſſe doctrinas, &
caſus a Scribentibus in hac materia relatos,
quodque idipſum exquiſite ante eum tradi-
derunt *Menoch.de præſ.lib. 3.præſ.14.per.tot.
Pellic.in conſuet.Averſ.cap.7. ex n.136.cum
ſeqq.* & concordat *Paſchal.de patr.poteſt.dicta
par.2.cap.7.n.90.Surd. dicta deciſ.47. num.6.
Manent. dicta deciſ.52.n.* 18. optime etiam
*Card.de Luc. dicto diſc. 162.n.25.per tot.*, &
præſertim *verſ. ad primum*, ubi ſtante admi-
niſtratione, & gubernio Patris, & exinde
præſumptione, quod tota dos ad ipſum per-
venerit, expreſſe admittit, quod filius dica-
tur ejus creditor, ac perceptam dotem ex
paterna hæreditate valeat deducere; Imo
23 quod neceſſe non ſit comprobare verſionem
dotis in utilitatem omnium fratrum, ac in
incrementum patrimonii paterni, quando
(prout hic) apparet dotem filio datam ad
manus Patris perveniſſe, ad hunc præciſum
effectum, ut eodem Patre defuncto debeat
dos ante omnia tanquam es alienum deduci
ab ejus patrimonio, videre eſt penes *Caball.
conſ.62.per tot.* quem ſequitur *Paſchal.de patr.
poteſt. dicta par. 2.cap. 7.n.88. Rodoer. ad de
Marin.dicto cap.94.n.5.*

Cum itaque Pater ex præmiſſis teneretur
dotem receptam integraliter reſtituere, ipſo-
que mortuo eadem dos a filio tanquam es
alienum deduci poſſet a paterna hæreditate,
etiamſi factus non eſſet locus veræ reſtitu-
tioni dotis per ſolutionem matrimonii, in
claram venit conſequentiam, quod rite po-
tuerunt in ſubſidium bonorum liberorum
prætendi, multoque magis, & præter hæſita-
tionem retineri bona fideicommiſſaria jam
conſignata, præcipue ad excluſionem condi-
ctionis indebiti, expoſcentis, ut ſupra, in-
debitum eſſe clarum, & incontrovertibile,
maxime, dum omnia hæc per viam amica-
bilis tranſactionis fuerunt geſta, & conſu-
mata.

## BONONIEN. TRANSACTIONIS.

*Ven.19.Aprilis 1697.*

## ARGUMENTUM.

In Judicio exhibitionis quomodo probari
debeat exiſtentia ſcripturæ penes Reum con-
ventum, & an præciſe requiratur probatio
exiſtentiæ de tempore motæ litis, vel potius
ſufficiat probari exiſtentiam de tempore pro-
ximo ante litem motam, præſertim ſi aga-
tur contra eum qui tenebatur ſcripturam
conſervare. Notarius an teneatur cuſtodire
ſcripturas apud eum productas abſque clau-
ſula, *tenoris &c.* & an illi credatur, ſi aſſerat,
producentem rehabuiſſe ſcripturas taliter
productas.

SUM-

### *SUMMARIUM.*

1 *Tranſactio habet vim rei judicatæ, & executionem paratam, quæ non retardatur per exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

*Amplia, licet agatur de exceptione Uſurariæ pravitatis, ibidem.*

2 *Exhibitionem petens ſufficit, quod ſummarie, & apparenter doceat de intereſſe, & n.14.*

3 *Cedens tenetur tradere ceſſionario* Iura, *& Inſtrumenta, ex quibus creditum ceſſum juſtificari valeat.*

4 *Notario deponenti ad ſui propriam exonerationem non creditur.*

5 *Exiſtentia ſcripturæ de tempore motæ litis penes eum, qui ad exhibitionem pulſatur, non præſumptivè, ſed concludenter probari debet.*

*Limita, quoties Reus ad exhibitionem conventus tenebatur ad conſervandam, vel cuſtodiendam Scripturam; tunc enim ſufficit probare exiſtentiam, etiam ante motam litem, numer.6.*

7 *Notarius non tenetur præciſe conſervare ſcripturas penes ejus Acta verbaliter tantum productas.*

8 *Notario teſtanti de facto proprio, & maximè veriſimili, plurimum defertur.*

9 *Exiſtentia in Iudicio exhibitionis probatur etiam ex unico Teſte de facto proprio deponente.*

10 *Confeſſio nequit per confitentem impugnari, niſi doceat de errore, vel diverſitate facti, ſuper quo emanavit.*

11 *Exiſtentia ſcripturæ in Iudicio exhibitionis ſufficit, quod probetur penes Reum conventum de tempore proximo ante motam litem.*

12 *De Iuramento in litem Actori deferendo ſuper intereſſe ſcripturarum, quas Reus conventus exhibere recuſat, remiſſive, & n.13.*

15 *Exhibitio librorum introitus, & exitus an, & quando fieri debeat de libris etiam antecedentium Annorum, aut ſufficiat exhibere libros ultimi Anni.*

*Et quid, ſi controverſia verſetur ſuper exhibitione librorum novi Negocii, aut Societatis, an exhiberi etiam debeant libri veteris Rationis, vel Societatis, n.16. & 17.*

## DECISIO VI.

IN diſpunctione rationis, ad quam favore Joſephi Mariæ de Griffonibus fuerat veluti hæres Caroli Antonii Fratris, ac reſpective Tutoris arctatus per rem judicatam Maffæus Senator de Fibulis, debitor idem Senator, calculatione deinceps ſubducta per communes amicos emerſerat in libr.12418. ſub ulteriori obligatione ſubeundi pupillares uſuras aſcendentes ad ſummam lib. 31000. circiter; quapropter, ut finem imponerent judiciali diſſidio Senator, & Joſeph Maria mediante publico tranſactionis Inſtrumento totam hanc redegere quantitatem ad libras 30000. quarum medietate in actu ſtipulationis exburſata, antequam obveniret tempus ratæ conſecutive expromiſſæ cœpit Senator allegare in Tribunali Cardinalis Legati errorem, ac læſionem, provocando Joſephum Mariam ad exhibitionem librorum Tutelarium, ibique reportata Sententia favorabili cum præſervatione Tranſactionis, eaque in Curia confirmata ab A. C., qui tamen eandem tranſactionem interim cenſuit ſuſpenſionem mereri, dedi poſt commiſſionem appellationis ab hujuſmodi judicatis per Signaturam Juſtitiæ mihi directam Dubium complicatum *An libri eſſent exhibendi, & conſtaret de Credito*. & ad utrumque reſponſum habui affirmativum.

Et ſanè pendente adhuc altera inſpectione ſuper exhibitione librorum, quorum ope læſionem, & errorem manifeſtare intendebat Senator, nulla fuit apud DD. difficultas, quominus donec, & quouſque idem error, ac læſio oſtenderetur, pluſquam abunde conſtaret de credito in vim prænominati publici
1 Inſtrumenti tranſactionis, quod utiquè, præciſivè a futura juſtificatione læſionis, & erroris, obtinet robur, & vim rei judicatæ habentis executionem paratam, & non elidibilem per exceptiones altiorem indaginem requirentes, quemadmodum plena ſunt Volumina, & ſignanter habetur in *dec.252.n.5. & deciſ.253. n.4. cum 2. ſeqq. poſt Zacch. de oblig. Camer. & coram Ubald. dec.63. per tot.* ubi agebatur de exceptione uſurariæ pravitatis, *& dec.23. n. 3. verſ. ex quibus cor.* Cavaler *& dec.93. n.1. par.15. & dec.501. n.14.15. & 16. part.18. rec. & in Bononien. fideicommiſſi* 1. Iu*nii 1696. §. fin. cor. R.P.D. meo Molines.*

Tota itaque diſceptatio reſedit in anteriori parte Dubii circa exhibitionem, non quidem reſpectu alterius extremi circa intereſſe Senatoris illam expoſtulantis, cum de eo liquidiſſime appareret non tantum ad enunciatum propoſitum docendi de errore, ac læſione, pro qua mediante cujuſdam Peritiæ
2 productione fumum ſufficientem præbebat; quando in hac materia exuberat quoquo modo etiam ſummarie, & apparenter hujuſmodi intereſſe demonſtrare, ut ait l. C. *in l.3. §. Sciendum, ibique Bald. nu. 1. & 2. ff. ad exhiben. Urſell. concl. legal. 61. n. 3. Ridolphin. in prax. par.2 cap.3. n.41. Parrex. de Inſtrum. edit. tit.5. reſol.11. n.22. Mell. obſer. for. 49. n.26. Rot. coram Dunozett. Iun. dec.531. n.2. & 3. & deciſ.115. n.8. & 9. par.17. rec. & in Romana pecuniaria ſuper exhibitione 21. Iunii 1694. §. Nec ad evertendum cor. R.P.D. meo Muto.*

Sed etiam, quia dum in eadem tranſactione ceſſa fuerunt in ampliſſima forma Senatori Iura contra hæreditatem Caroli Antonii, ſummopere intererat Senatoris tam ad effectum agendi adverſus ſubalternos Mini-

ſtros.

ſtros, quorum opera in explenda admini-ſtratione fuerat uſus Carolus Antonius, quam contra iſtius hæreditatem habere præ manibus documenta, per quæ & fuerat condemnatus, & amicabiliter per concordiam ſolverat, & reſpective ſolvere ſpoponderat ſummam reſidualem Joſepho Mariæ, ne alias ſibi opponeretur, quod ex mera prodigalitate exburſaſſet, & exburſare pepigiſſet Joſepho Mariæ libras 30000., unde jure merito prætendere videbatur, quod eidem Tutelares Codices redderentur, ex ea obliga-
3 tione, qua quilibet cedens obſtringitur, tradendi ſcilicet ceſſionario jura, ſeu monumenta jurium ceſſorum, ex congeſtis per *Gratian. diſcept. 286. n. 17. Guzman. de evict. quaſt. 35. n. 90. Olea de ceſſ. jur. tit. 7. quæſt. 1. n. 1. & ſeq. Rot. dec. 166. per tot. apud Pacific. de ſalvian. & in Bonon. pecuniaria impreſſ. dec. 62. n. 3. par. 19. confirmata 27. Iunii 1682. §. Et quamvis, cor. bon. mem. Paluccio.*

Verum acriter ex parte Joſephi Mariæ impugnabatur alterum extremum exiſtentiæ, & quidem de tempore motæ litis penes ſe, contendens, juſtificationem hanc minime
4 reſultare à teſtificatione Notarii, in cujus Officio præfati Codices fuerant producti, ſub ea ratione, quod is, & tanquam unicus, & veluti deponens ad ſe exonerandum, minime foret attendendus, ut in ſpecie primæ propoſitionis *Textus* eſt *in l. Iuriſjurandi, C. de Teſtibus, & in cap. in omni Iudicio, eod. tit. in Decretal.* & reſpectu ſecundæ *Rot.* in his terminis *dec. 227. n. 3. & 4. cor. Manzaned. & dec. 595. n. 2. & 3. coram Card. Cerr., & dec. 28. ſub n. 11. verſ. tandem, cor. Ubago.*

Minuſque talem juſtificationem, vel ſeorſim deſumi, vel junctim coadjuvari poſſe ſubjungebat ex altera atteſtatione publici Archiviſtæ profitentis, huiuſmodi libros adductus, & poſtmodum aſportatos fuiſſe ab Archivio per eundem Joſephum Mariam, cum Archiviſta gratis hoc aſſerere videretur, ex quo nihil ultra videre potuerit, niſi Capſam clavibus obſignatam, in qua ſolum dicebatur libros recludi, & tamen extremum
5 iſtud exiſtentiæ de tempore motę litis non mere, aut præſumptive, ſed concludenter, ac perſpicue per allegantem erat comprobandum, ut paſſim firmatum habetur, & præſertim apud *Paitell. Iun. annot. 62. num. 2. Jo. Ant. ab Eccleſ. obſer. for. part. 1. obſer. 51. n. 13. Rot. cor. Ubald. dec. 485. & cor. Merlin. dec. 709. utrobique n. 2. & in Romana redditionis rationis 4. Martii 1689. ſub princ. coram bon. mem. Rondinino.*

Hæ nihilominus exceptiones DD. viſæ ſunt irrelevantes; ultra enim, quod non diſplicebat, fundamentum Senatoris excludens neceſſitatem rigoroſæ probationis circa exiſtentiam de tempore motæ litis, attenta circumſtantia ſuperius enarrata, quod idem Senator reportaverat ceſſionem Iurium contra hæreditatem Caroli Antonii Fratris, ideoque admiſſa conſequentia, de qua ſuperius, nempe, quod Ioſeph Maria teneretur tradere ceſſionario documenta Iurium
6 ceſſorum, de plano ſequebatur, quod data obligatione aſſervandi iura alteri tradenda, non admittitur alia oppoſito non exiſtentiæ, ut uno ore advertunt *Urſeoll. concl. 4. g. 61. ſub nu 7. verſ. ſecus autem, & nu. 9. in fin. Parrex. de Inſtram. edit. tit. 5. reſol. 15. n. 8. Ridolphin. in prax. par. 2. cap. 3. n. 37. Paitell. jun. d. annot. 62. num. 4. cum 2. ſeq. Ab Eccleſ. obſ. for. part. 1. obſ. 51. n. 28. Rot. coram Dunozett. Iun. dec. 521. n. 6. & deciſ. 243. n. 21. coram Card. Cerr. & in d. Romana Pecuniaria ſuper exhibitione 21. Iunii 1694. §. denult. in fin. cor. R. P. D. meo Muto.*

Attamen inſimul jungendo probationes, & circumſtantias in objecto recenſitas, DD. citra dubium ſibi ſuaſerunt de exiſtentia talium librorum penes Joſephum Mariam; quia de reſtitutione eorumdem facta per Notarium non videbatur tute dubitari poſſe, cum enim præmiſſi libri non apparerent pro-
7 ducti in Officio ejuſdem Notarii cum clauſula *Tenoris &c.* ceſſabant objectum in ea parte, in qua dicebatur, Notarium depoſuiſſe ad ſui exonerationem, cum deficiente clauſula prædicta Notarius obligatus non ſit ad ſcripturarum conſervationem, teſte *Rot. deciſ. 97. poſt 2. Vol. conſ. Farinacc. & coram Cavaler. deciſ. 502. & dec. 485. cor. Ubald. & dec. 206. coram Dunozet. Iun.* Ideoque depoſitio No-
8 tarii circa factum proprium, & maxime veriſimile, multum relevabat, ut de Notario tamquam publica perſona ponderarunt adducti per *Rot. cor. Rembold. deciſ. 147. & coram Bich. deciſ. 524. utrobique n. 2. & in rec. dec. 309. n. 7. part. 18.* & in ſubjecta materia exhibi-
9 tionis non obſtante unicitate Teſtimonii dictum fuit in *dec. 70. n. 9. par. 10. rec. & in d. Romana pecuniaria ſuper exhibitione 31. Januarii 1695. §. Ex his Teſtibus autem, coram R. P. D. meo Muto.*

Fortius autem conjungendo, ut diximus, alteram teſtificationem publici Archiviſtæ, qui licet introſpicere nequiverit, vel non curaverit, an effective controverſi Codices manerent in Capſa, nihilominus cum abductio ejuſdem Capſæ per Ioſephum Mariam facta fuerit ſub expreſſione, quod eſſent libri ſuper intereſſe vertente inter ipſum Joſe-
10 phum Mariam, & Senatorem, niſi doceat de aliis libris, alioque intereſſe, non poterat hodie ſuam aſſertionem, & confeſſionem controvertere, *vulg. Jur. in cap. 1. & 2. de Confeſſ. & cap. per tuas, de probat. Rot. coram Pamphil. deciſ. 544. nu. 1. & cor. Celſ. dec. 286. n. 10. & deciſ. 139. nu. 13. coram Priol.* Accedente ulterius ad exuberantiam teſtificatione duorum Iuvenum, ſeu Officialium ipſius Archivii, quorum alter de viſu, alter de

de auditu Capſam a Joſepho Maria fuiſſe adductam ad Archivium cum libris teſtificatur, & ſic niſi & hi facerent plenam de per ſe probationem, magnum tamen veritati fulcimentum adiiciebant.

Nil refragante poſtremo objecto Joſephi Mariæ, quod adhuc non eſſet ex hiſce probationibus demonſtrata exiſtentia de tempore præciſo motæ litis; Quia præter quam iſta tranſportatio ad Archivium dicebatur(& ſi non juſtificaretur) prodiiſſe de mandato Cardinalis Legati, quod utique arguebat, litem etiam de eo tempore vel incœptam, vel imminentem: adhuc tamen reſponſum

11 fuit, non eſſe hanc exiſtentiam ita mordicus, & ad horam juſtificandam, ut non ſufficiat tempus valde proximum attingere a comprobata exiſtentia ad ipſam litem, ſicuti erat in pręſenti ex confrontatione *Summar. utriuſq; Partis utrobique n.7*.ad ea quæ pluries ad lancem æquitatis, & prudentię Juris reſpiciendo proteſtata eſt *Sacra Rota*, ut in *deciſ.225. n.2.& 3. part.6. rec.& in d. Romana pecuniaria ſuper exhibitione 21.Junii* 1694. *§. Vindicata, coram R. P. D. meo Muto*.

Et ita utraque &c.

## *ANNOTATIO.*

PLura, quæ recenſentur in hac Deciſione ad materiam exhibitionis Librorum, aliarumque ſcripturarum, plene etiam, & ad varios effectus examinata, & diſcuſſa repeпiuntur in *Tractat. de commerc.& Mercat. diſcurſ. 72. & ſequen. per totum*, eſtque negocium valde practicum, & quotidianum in Foro.

Notatu tamen particulari dignum ſubcenſeo caſum, qui contigit ventilari in Sacro Rotæ Auditorio inter Comitem de Ulfeldt, & Marchionem Pompejum Azzolinum; cum enim idem Comes filius, & hæres perſonæ celebris in Hiſtoriis *Cornificii de Ulfeldt* ejus Patris prętenderet ingentia credita mutuorum factorum per eumdem Cornificium Chriſtinę Succorum, ac Vandalorum Reginæ, & ad hunc effectum nonnullas exhibuiſſet copias apocarum, in quibus contineri dicebatur hæc mutua, inſtetit contra prædictum Marchionem Azzolinum, utpote mediatum hæredem prælaudatæ Reginę, pro exhibitione originalium,quæ exiſtere contendebat penes Marchionem: & de facto per plura judicata tam in Tribunali A.C., quam in Rota reportavit decreta, ſeu Mandata ſuper omnino facienda exhibitione,ut præ cæteris habetur *in Deciſ.ſuperius enunciata ſub n. 9*.

Aſt cum adhuc Marchio inniteretur ſuæ negativæ, nimirum, quod prędicta originalia apud ſe minime detineret, neque dolo deſiiſſet habere, opere pretium evaſit præfato Comiti de Ulfeldt intentare congrua in

12 hoc caſu remedia, & ſignanter juramentum in litem,quod in hiſce terminis Jura largiuntur Actori,ut is conſequi valeat tantundem, ſive quanti ſua intereſt, ſcripturas, vel libros exhibitos non fuiſſe, ex deductis in *d. diſc.73.n.20.& ſeqq.de commerc. & Mercat*.

Inſtructa igitur hujuſmodi petitione, incontinenti obverſata eſt difficultas, quod

13 prenominata Jura minime relinquunt effrenatam poteſtatem jurandi ad libitum, ac nudam ſyndereſim Actoris, ſed opus eſt, quod Judici decernere debenti hujuſce juramenti prętationem certa quantitas, aut ſaltem juridice veriſimilis, atque ſufficiens crediti, ſuper quo jurari prætenditur, innoteſcat, juxta formulam, quam prę cęteris exemplificat *Quæſad. Pilo controv.forenſ. cap. 24.ſub n. 15. verſ. in quem ſcopum*, cum aliis *in d. diſcurſ. 73. n. 25*.

Quamobrem oportuit dubium in Rota proponere, atque differere -- *an conſtaret de credito, & pro qua ſumma, itaut eſſet relaxandum Iuramentum in litem*; Sed prægustata radice, ac prætenſa ſubſiſtentia ejuſdem crediti mutuorum, Tribunal exiſtimavit, pedem figi non poſſe ſuper ullo juramento, ex quo de nullo legitimo credito in rei veritate appareret, uti conſtat ex *Deciſionibus* uberrime enucleatis *coram R.P.D. Muto ſub die* 11. *Maii* 1699. *& ſub die* 4.*Iunii* 1700. in Cauſa, quæ titulum habet inditum -- *Romana pecuniaria ſuper juramento in litem*, quodque plus eſt, ad normam hujuſmodi Deciſionum fuit etiam prolata ſententia abſolutoria, ſive Cauſa expedita ſub die 25. Februarii 1701.

Caſus proinde hic fortaſſe apud ignavos quandam redolere videbatur contradictionem, maxime cum e converſo Comes de Ulfeldt inſiſteret ſuper expeditione contextuali aliarum ſibi favorabilium Deciſionum, ſeu Cauſæ, in qua triumphaverat circa exhibitionem faciendam: apparebat etenim primo intuitu una inſtantia alterius deſtructiva, nam eo ipſo, quod per ſententiam definiebatur, non eſſe locum juramento in litem, ad quid proderat altera ſententia definiens, locum eſſe exhibitioni? quinimo inſipientibus pariter præfulgebat durum, quod poſtquam per tot conatus, & diſpendia reſolutum fuerat, cogendum eſſe Marchionem Azzolinum ad faciendam exhibitionem, ferme incontinenti abſolveretur ab illius effectu, videlicet a juramento in litem; Sed nihilominus ad terminos juris, & praxis neceſſario obſervandæ, ex ſupra deductis, optime compatiebantur, & iuſta erant utrinque iudicata, unde ſubſequta, ut diximus, ſub eadem die petitione utriuſque expeditionis, Tribunal exiſtimans, ſe eſſe debitorem ſapientibus, & inſipientibus, (uti dicebat *Divus Paulus*)peculiariter demandavit

vit eidem R. P. D. Muto Ponenti, ut ſub eadem die 25. Februarii 1701. brevem, ut nuncupant, Deciſionem deſuper extenderet, in qua proinde propalatur ratio annuendi petitis hinc inde.

## *NOVA ADDITIO.*

IN eodem ſubiecto exhibitionis, de quo tractatur in *præinſerta Deciſione*, quæ etiam impreſſa legitur *poſt Card. Albit. de inconſt. in Iudic.* & eſt in ordine *la* 59. aliæ tractu temporis ſupervenere Deciſiones æditæ quoque in gravioribus Cauſis; ſed Ego tantummodo indicabo illas, quæ tendunt ad comprobationem *præſentis Deciſionis*, & præciſe cum
14 dixerim *ſub num.* 2. quod ad effectum probandi requiſitum intereſſe pro conſequenda prædicta exhibitione ſufficiat docere de intereſſe ſummarie, & apparenter, tranſcribendo hujuſmodi verba *hanc deciſionem* approbavit *Rota in Romana diviſionis ſuper exhibitione librorum 7. Junii 1709. §. conſtito enim, cor. R. P. D. meo Caſſarello*: obiter non omittendo recenſere, quod *præfata Deciſio cor. R. P. D. meo Caſſarello* ſub §. *neque talis exhibitio* firmat,
15 quod ſi petatur exhibitio librorum introitus, non ſufficiat exhibere ultimos libros ultimorum annorum, ſed fore quoque exhibendos libros antecedentes, ut ſciri poſſit initium, & tam Pars, quam Judex certi exiſtant, quod nihil per incuriam, vel errorem omiſſum fuerit in tranſportatione facta in ultimis libris, per *Text. in l. Argentarius §. cum autem ff. de edend. Rot. in Romana Primogenituræ de Cæſarinis ſuper exhibitione 9. Maii 1701. §. intereſſe, & 3. Feb. 1702. §. minus recte, coram R. P. D. meo Omanna.*

Quod tamen declarationem indiget in ordine ad alios libros, qui detinerentur, ſive fuiſſent detenti de tempore, quo nullum adhuc cœperat habere intereſſe petens exhibi-
16 tionem, ſufficit enim exhibitio illorum librorum, qui fuerunt exarati poſt inchoationem (*ex. gr.*) novi Negocii, novę Societatis, circa quam controverſia verſatur, ut relata *præſenti Deciſione* cenſuit *Rota in Bononien. Tranſactionis 28. Jun. 1709. §. quin ſuffragetur, verſic. quandoquidem, coram R. P. D. meo*
17 *Aldrovando*; quod Ego tamen intelligerem, niſi hi libri novæ Rationis, novæ Societatis haberent aliquam relationem, ligamen, aut connexionem cum antecedentibus veteris Rationis, & Societatis, ſicque utramque Deciſionem *R. P. D. mei Caſſarelli, & Aldrovandi* conciliando.

## INTERAMNEN. MANUTENTIONIS.

*Lunæ 22. Aprilis 1697.*

## ARGUMENTUM.

Pleniſſime examinatur quæſtio, an, & quando hæres inſtitutus in proprietate poſt obitum uſufructuarii dicatur hæres uſque ab initio tam ad effectum tranſmiſſionis, quam manutentionis; & incidenter, ac remiſſive tangitur articulus, an, & quando legatum uſusfructus cenſeatur Uxori relictum animo compenſandi cum Dote.

## *SUMMARIUM.*

1 *Subſtitutio regulariter expirat per prædeceſſum ſubſtituti ante obitum hæredis gravati.*

2 *Fideicommiſſarius tenetur capere fideicommiſſum de manu hæredis gravati, vel habentis cauſam ab eo.*

3 *Hæres in proprietate inſtitutus poſt mortem uſufructuarii adhuc dicitur hæres ab initio.*
*Itaut, ſi præcedat uſufructuario, tranſmittat proprietatem ejus hæredibus, ibidem, & num. 18.*

4 *Hæres inſtitutus in ſola uſufructu non cenſetur proprie hæres; ſed dunsaxat ſimplex legatarius.*

5 *Uſusfructus duntaxat, non autem proprietas cenſetur relicta, quoties Teſtator hæredem inſtitutum in uſufructu expreſſe nuncupat uſufructuarium, & n. 10.*

6 *E converſo autem proprietarius cenſetur hæres uſque ab initio, quando Teſtator illum appellat hæredem, n. 6.*

7 *Notarii paſſim errare ſolent in extenſione voluntatis Teſtatorum, ſumendum unum verbum pro alia.*
*Et plura de hujuſmodi Notariorum erroribus. remiſſive, ibidem.*

8 *Copia extracta ab Originali exiſtente in Archivio publico cum ſuis formalitatibus, & legalitatibus, plene probat.*

9 *Diſcretivus modus loquendi adhibitus per Teſtatorem præmaxime attenditur ad effectum inquirendi, an quis relictus fuerit hæres proprietarius, vel potius ſimpliciter uſufructuarius.*

11 *Uſufructuarius duntaxat, non autem proprietarius cenſetur quis inſtitutus, ſtantibus verbis* -- ſua vita durante.
*Idemque eſt, ſi concurrant alia verba ſimplicem temporalem fruitionem importantia, num. 12.*

13 *Hæres in proprietate cenſetur quis uſque ab initio inſtitutus ſtante præcepto Teſtatoris, ne moleſtiam inferat hæredi Uſufructuario ſub pœna caducitatis.*

14 *Ex obſervantia ſubſecuta bene dignoſcitur, an quis relictus fuerit hęres in proprietate, vel potius in ſimplici Uſufructu.*

15 *Uxores a communiter accidentibus ſolent a Maritis hæredes inſtitui in ſolo uſufructu.*

16 *Ar-*

16 *Argumentum, quod petit principium, nihil concludit.*

17 *Hæres inſtitutus in proprietate poſt mortem uſufructuarii, licet per verba obliqua, adhuc cenſetur hæres uſque ab initio.*

18 *Vſufructuarius tenetur ad ſolutionem annuorum legatorum, non autem hæres proprietarius.*

19 *Vſusfructus, mortuo uſufructuario, ipſo jure conſolidatur cum proprietate, etiam ad effectum, ut proprietario competat manutentio.*

20 *Legatum uſusfructus, an, & quando cenſeatur Vxori relictum animo compenſandi eum dote ub ea recepta; remiſſivè.*

21 *Manutentio non retardatur ob exceptionem retentionis pro credito turbido, & illiquido.*

22 *Trebellianica detractio competit Vxori gravata reſtituere poſt mortem.*

23 *Fiducialitas ex quibus probetur, & quæ requiſita debeant concurrere, & n.24.*

25 *Hæres fiduciarius dicitur merus cuſtos hæreditatis.*

26 *Vxor, licet denominata uſufructuaria, quando adhuc cenſeatur hæres proprietaria, & numer.27.29.& 32.*

28 *Verba deprecatoria in ultimis voluntatibus neceſſitatem inducunt.*

30 *Onus ſolvendi legata poteſt imponi etiam uſufructuario. Contra n.36.*

31 *Præceptum non moleſtandi Vxorem non importat, eam non eſſe uſufructuariam.*

33 *Onus ferendi nomen, & arma abſque aliqua mixtura importat, concurrentibus conjecturis, ſpeciem perpetui fideicommiſſi.*

34 *Jus præſentandi relictum uxori ſub denominatione hæredis arguit, eam non eſſe ſimplicem uſufructuariam.*

35 *Vxor non dicitur uſufructuaria, ſed hæres, quando vocatus poſt ejus mortem non eſt vocatus uti cohæres, ſed tanquam ſubſtitutus.*

37 *Jus nominandi ſucceſſorem non ſolet concedi uſufructuario, ſed hæredi proprietario.*

38 *Vſufructuarius ſimplex, quando, dempta mentione uſusfructus, per jus accreſcendi fiat hæres in totum.*

## DECISIO VII.

NOdoſam olim quæſtionem inter *Doctores* factionario quodam modo exagitatam, utrum ſcilicet Uxore, aliave perſona inſtituta, vel relicta hærede uſufructuaria, datoque poſt ejus mortem ſpeciali ſubſtituto, is cenſeatur hęres ab initio, dilata ſolum executione poſt obitum perſonæ inſtitutæ, ſeu uſufructuariæ, ſive potius ſubtracta ejuſdem uſusfructus, aut particularis inſtitutionis mentione, hujuſcemodi inſtitutus, vel uſufructuarius remaneat hæres in proprietate cum ſucceſſivo gravamine reſtitutionis, hodie ad effectum manutentionis fruſtra reſtaurare procurabant Stephanus, aliique de Leoncinis ex perſona Luciæ adverſus Nepotes reſpective hæredes Leandræ,
prætendendo nimirum in conſequentiam,
quod ubi Lucia uxor Mileſii, de cujus hære-
1 ditate agebator, extitiſſet vera, ac ſolidalis
hæres a principio, vel ſubſtitutio Leandræ
expiraſſet per illios prædeceſſum ante Lu-
ciam, juxta *Text. in l. unic. §. Sin autem aliquid*
*ſub conditione, C. de caduc. toll.* juncto reſponſo
*I.C. in l. hæres meus 78. in princip. ff. de condit. &*
*demonſtr.* vel in omnem caſum memorati Le-
2 andræ Nepotes, ac hæredes fideicommiſſum
accipere de manu habentium cauſam a Lu-
cia mediante univerſali donatione obſtrin-
gerentur, ad normam *Text. in l. 1. ff. quor. le-*
*gat. Rot. in Romana Manutentionis* 8. *Iunii* 1685.
§. *Vitium autem. &* 14. *Jan.* 1686. §. *Adhuc*
*enim, & ſeq. coram Eminentiſſimo Mediolanen.*
Siquidem, ultra quod regula, ſeu opi-
nio, quam præciſive a peculiaribus facti cir-
cumſtantiis, ſive particulari tacita, vel ex-
preſſa lege Teſtatoris noſtrum Tribunal con-
ſtantiſſime amplexum eſt, arctabat ab oppo-
ſitum. cum de veriori, æquiori, ac ad aſſer-
vanda poſtrema morientium elogia aptiori
3 ſententia ſit, quod, ne per ſubſtituti præde-
ceſſum ruat tota moles legatorum, ac ordi-
natæ ſubſtitutionis, reputetur ab initio vo-
lita hæres proprietaria illa perſona, quæ poſt
mortem indubitanter legitur invitata ad
ſucceſſionem, ſicoti teſtantur *Altograd. con-*
*ſil.* 104. *n.* 37. *& ſeqq. lib.* 2. *Andreol. contr.* 121.
*num.* 23. *Vrceol. conſult. for. cap.* 38. *num.* 7. *Ca-*
*ſtald. conſult.* 66. *nu.* 5. *& num.* 37. *Canciol. de*
*hęred. artic.* 1. *num.* 170. *&* 175. *& ſeq. Bonden.*
*collect.* 8. *nu.* 2. *lib.* 2. *Epiſc. Rocc. ſelect. diſp. jur.*
*cap.* 30. *n.* 11. *& ſeq. Card. de Luc. de fideic. diſc.*
60. *n.* 12., *& diſc.* 110. *n.* 7. *& de legit. & detract.*
*diſc.* 33. *n.* 3. & videre eſt apud *Rot. in celebri*
*deciſ.* 505. *n.* 7. *cum ſeq. & per tot. cor. Merlin.*
*& cor. Vbald. deciſ.* 262. *n.* 1. *Dunozett. ſen. de-*
*ciſ.* 116. *num.* 1. *Celſ. deciſ.* 411. *n.* 22. *Bich. deciſ.*
349 *n.* 9. *&* 10. *Cerr. deciſ.* 70. *n.* 9. *& ſeq. & in*
*rec. deciſ.* 99. *n.* 22., *& ſeq. par.* 12. *& in Roma-*
*na Teſtamenti* 17. *Martii* 1684. §. *Quod autem,*
*verſ. Et licet Teſtatrix. & in Civitatis Caſtellana*
*hæreditatis* 22. *Aprilis* 1689. §. *Minus facit, cor.*
*bon. mem. Emerix, & in Fanen. hæreditatis*
8. *Febr. proxime præteriti* §. *Cum enim, &*
§. *Quocirca in fin. coram R.P.D. meo Priolo.*
Ceſſare adhuc viſa eſt in noſtra hypotheſi
quælibet amaritudo, & neceſſitas ſeſe invol-
vendi in hac ſpinoſa contentione, introſpecta
mente: & forma loquendi Teſtatoris, qui
quodammodo quæſtionem ipſam enodare
voluiſſe dignoſcitur, dum Luciam Uxorem
ſemper nuncupavit uſufructuariam, & e con-
verſo pluries, imo pariter ſemper Leandram
ſororem *Erede proprietaria*; unde corruit illa
diſceptandi anſa, quæ ſub formalitate ver-
borum frequentius ſtrui ſolet in hac materia
per *Scribentes*, in vanum etenim quærimus
4 per conjecturas, & argumenta, an Lucia

 eſſet

eſſet pure Legataria in Uſufructu, prout ſem-
per eſt Uxor ſimpliciter inſtituta uſufructua-
ria, ut ait *Andreol. contr.22.n.33. & d. con-
trov.121. n.26. Capye. Latr. conſult. 147.n.16.
Leoncill. dec. Ferrar.180. n.3. Rot. decif.165.
n. 3. par.15. & decif. 75.n.12. part.16. & de-
ciſ. 277.n. 4. par. 18. rec.*, & utrum a con-
5 trario Leandra foret hæres ab initio, quando
illam Teſtator talem appellavit, ad trad. in
propoſito ex una parte Uxoris, vel alterius
perſonæ hęredis relictæ in uſufructu per *Ce-
phal. conſ. 37.n. 24. Old. conſ.91. n. 55. Ca-
pye. Latr. conſult.112. n.45. & 46. Rot.d. de-
ciſ.99. n.18. cum 2. ſeqq. par.12., & dec.345.
n.4., & 5. par.19. & in Reatina Succeſſionis 4.
Maii* 1696. §. *Quoniam, cor. R. P. D. meo Ca-
6 prara*, & in ſpecie alterius perſonæ invitatæ
poſt obitum uſufructuariæ ſub expreſſo titu-
lo hæredis, *Andreol. d. contr. 121. ſub n. 25.
verſ. & ideò, Epiſc. Rocc. d. cap.30. n.21.22.
& 23. Rot. deciſ.90. n.8. cor. Dunozett. ſen. &
deciſ. 262. n.3. & ſeq. cor. Ubald., & dec.349.
num. 11. cor. Bich.*

Neque hujuſmodi explicationem ſibi fa-
ctam a Teſtatore valuit offuſcare, & quod
idem Teſtator unica vice dixerit in perſona
Leandræ -- *erede ſoſtituita*, quodque ex oppo-
ſito alibi Luciam uxorem expreſſerit -- *Erede
univerſale libera, & aſſoluta*: Quia, quatenus
pertinet ad Leandram, potius errori Ama-
7 nuenſis, vel Notarii tribui oporteret (qua-
tenus opus eſſet) expreſſio verbi. *ſoſtituita*,
unica duntaxat vice facta correſpective ad
quatuor expreſſiones emiſſas per alterum
vocabulum *conſtituita*, ut de ſimilibus Nota-
riorum erroribus notavit *Gerard. Mazol. con-
ſil.95. ex nu. 11. uſque ad 18. Fugen. conſ. 66.
n.22. & ſeqq. lib 1. Peregrin. de fideic. art.22.
n.40. in fin. Sixtin. de Regal. lib.2. cap. 15.n.
16. & ſeq.* plene *Marott. diſcept. for. cap.6.
n.7. & n.29. ſeq. Modern. Forolivien. in annot.
ad Ramon. conſ.12. n. 21. & ſeqq.*

Et nihilominus ex noviſſima altera copia
publica originaliter extracta ab ipſa Matrice
Inſtrumenti poſiti in Archivio, & in mani-
bus meis exhibita demonſtrarunt Scribentes
8 pro hæredibus Leandræ, quod revera in ipſa
Matrice legitur, *conſtituita*, cui ſane copię
ſub ampliſſimis legalitatibus ad hunc præci-
ſum finem deſumptæ ab Archivio ſtandum
eſſe, juncto præcipue adminiculo aliarum
omnium expreſſionum, habetur ex deductis
per *Rot. coram Coccin. deciſ.958. n.4. & ſeqq.,
& deciſ.12. n.5. cum 2. ſeqq. coram Ubago, &
deciſ.490. n.5. coram Card. Cer. & deciſ.433.
num.3. cor. Priol.*

Quovero ad alteram expreſſionem erga
Luciam *di erede univerſale libera, & aſſoluta*
animadverſum fuit, illam oculariter coar-
ctari ad mobilia, jura, & actiones, ac fru-
ctus Cenſuum cum individua ſpecificatione
generum ſubalternantium, vel ſpecierum re-
9 ſpective, de quibus ſane non eſt quæſtio
apud Partes; ac propterea potius talis appel-
latio prætermiſſa reſpectu ſtabilium, in qui-
bus reſidet cardo controverſiæ, ſternit viam
fortiſſimæ illi conjecturæ, quæ paſſim deſu-
mitur ex diſcretivo modo loquendi ejuſdem
diſponentis ad arguendam ejus contrariam
voluntatem in caſu omiſſo, ad *vulg. Text.
in l. unic. §. Sin autem ad deficientis, C. de ca-
duc. toll.* & ad rem *Bellon. de jur. accreſc. cap.7.
quæſt.16. n. 375. Fontanell. deciſ. 37. n.12. &
13. Gob. conſult.150. n.27. Rot. in Romana
Hęreditatis de Ruſpolis 21. Aprilis 1690. §.
Tertio quia cor. bon. mem. Emerix.*

Jacta hujuſmodi Baſe, ſuperfluum quod-
ammodo efficiebatur deſcendere in arenam
conjecturarum, quæ hinc inde ex utraque
parte collatæ fuerunt; Et nihilominus longe
validiores præfulſerunt illæ militantes ad fa-
vorem Leandræ; Primo namque adduci po-
10 terat pro conjectura, quod ſupra diximus
de Lucia pluries in Teſtamento denominata
Uſufructuaria, nam ſi relictum ſonat in
uſumfructum, nequit ſubextendi ad inſti-
tutionem in proprietate, ut in terminis, præ-
ter ſuperius adductos *ſub §. Ceſſare prope fin.*
advertit *Bellon. de jur. accreſc. d. cap.7. quæſt.
16. n.363. Epiſc. Rocc. d. cap.30. n.16. Rot. de-
ciſ. 24. n.1. cor. Ubald. & deciſ. 70. n. 3. cor.
Card. Cerro.*

Secundo, quia Teſtator prædictæ deno-
minationi uſufructuariæ ſuperadiecit -- *ſua
11 vita durante*: id enim pariter indicare reſtri-
ctionem ad ſimplicem uſumfructum abſque
ullo commercio proprietatis, voluere *Con-
ciol. de hæred. artic. 1. n. 177. Andreol. con-
trov.47. n.11. Gob. d. conſult. 150. n.6. Epiſc.
Rocc. d. cap.20. n.17. Card. de Luca de legat.
diſc.3. n.14. & 16. Rot. coram. Carill. dec.269.
n. 4. Celſ. deciſ.411. num.6. & d. deciſ.70. n.4.
cor. Cerr., & deciſ.345. nu.6. par.19. & in d.
Romana Teſtamenti 17. Martii 1684. §. Quod
autem, cor. bon. mem. Emerix, & in d. Fanen.
hæreditatis 8. Februarii currentis Anni §. Nam
pro faciliori, cor. R. P. D. meo Priolo.*

Tertio, quoniam adhibuit Mileſius ver-
bum illud, *goda*, quod proculdubio præſe-
12 fert ſolum relictum temporale excluſivum
perpetuitatis ſaltem aptitudine contentæ ſub
ipſa proprietate, quemadmodum alias, &
præciſe obſervatam fuit in *deciſ.119. num. 1,
& ſeq. par. 19. & in d. deciſ.70. n.3. cor. Card.
Cerro*, & plene *in d. Romana hæreditatis de
Ruſpolis 21. Aprilis 1690. §. Fundamentum
cum 2. ſeqq. cor. bon. mem. Emerix.*

Quarto ſuperaccedit enixum præceptum
erga Leandram, ejuſque ſucceſſores de non
moleſtando Luciam ſuper confectione In-
13 ventarii; cum illa ulteriori comminatione
decidentiæ ab hæreditate Teſtatoris; exinde
namque evidenter arguitur, quod & Lean-
dram, & ejus hæredes voluerit eſſe veros hæ-
redes

redes, ac proprietarios, alias namque, niſi
præſupponeremus habitum, privatio non
caderet, ut ratiocinatur *Cephal.conſ.37.n.26.
& ſeqq. Mant.de coniect. lib.4. tit.5. art.15. per
tot. Bellon.de jur.accreſc.d.cap.7. quæſt. 16. ſub
n.375. verſ.14. Conciol.de hæred.art.1. n.178.
& ſeqq. Rot.in Recanaten. Manutetionis 2.
Decembris 1644. §. Quia quoad pecunias, coram
Meltio, & deciſ.75. n.5. par.16. rec.*

Quinto fortiſſime perurgebat obſervantia
Regina conjecturam, & interpretationum,
dum ex parte Leandræ incontinenti
poſt obitum Mileſii capta fuit poſſeſſio ſtabilium
in proprietate, Lucla vero in pluribus
inveſtimentis præciſe cavit de fructibus
ſibi reddendis tanquam uſufructuariæ; unde
14 eadem obſervantia interveniente ingens reſultare
argumentum relicti in proprietate,
in hac noſtra præciſa diſputatione firmavit
*Odd.conſ.91. n.59. verſ.Tertio, Andreol.contr.47.
n.14. Epiſc. Rocc.dicto cap. 30.num. 27.
Rot.coram. Dunozett.ſen. deciſ.90. ſub n.8. verſ.
conſiderarunt, & n.9. 15., & 16., & in rec.deciſ.119.
ſub n.22. verſ.ſed quatenus, & n.23.,
& ſeqq. par.8., & deciſ.70. n.7., & 8. coram
Card.Cerr., & in dicta Romana Teſtamenti 17.
Martii 1684. §. Tertio ex obſervantia coram bo:
me: Emerix.*

Sexto denique hujuſmodi conjecturæ in
quandam exuberantiam coronabantur ſolito
Patrufamilias, ſeu Meritorum, qui diligen-
15 do proprium ſanguinem, & proportionabiliter
Vxores, regulariter conſanguineos in
rei veritate ſcribunt, ac volunt hæredes,
Vxores vero tantummodo in levamen præſuppoſite,
vel ordinate viduitatis relinquunt
uſufructuarias, ut proſequendo noſtros terminos
comprobant *Cephal.dicto conſ.37.n.41.,
Spad.conſ.297.n.14. cum 2.ſeq. lib.3., Capyc.
Latr. conſul. 112. n.42. Rot. coram Vbald. deciſ.124.
num.7., & deciſ.145. n.5., & 6.par.18.
rec., & in præallegata Romana Teſtamenti §.
Quarto ex communi.*

Ex oppoſito autem penitus inſubſiſtentia,
præcipue in conflictu, apparuerunt fundamenta
in contrarium excitata; non enim pro
conjectura adduci meruit, quod Luciæ hæredi
uſufructuariæ nullus a principio datus
fuerit cohæres in proprietate, vel quod Leandra
fuerit invitata per verbum obliquum;
*ſucceda*, quod magis aptari videtur ſubſtitutioni,
quam directæ inſtitutioni. Quia prima
16 pars objecti noſcebatur apertiſſime ipſius
principii petitionem involuere, dum tam de
mente Iuris, quam ex præmiſſa Teſtatoris
explicatione, conjecturis, & regula jam ſtabilita
per Sac.Rotam, talis adamuſſim reſultat
effectus, ut ille exiſtimetur eſſe in proprietate
hæres uſque ab initio, qui prætenditur
ſimpliciter ſubſtitutus poſt mortem: Secunda
vero pars alicujus ponderis exiſteret,
ſi vel regula pro ſe, vel aliis perſpicuis con-
17 jecturis, & demonſtrationibus conſtipata
foret, alias namque tale verbum, *ſuccedat*, tanquam
verbum commune æque idoneum eſt
ad effici directum, ut induendo ſpiritum Teſtatoris,
& conſequenter refellendo ſimilia
verba, ſuper quibus Judaice per magna Tribunalia
non inſiſtitur, dictum fuit *in dec.256.
n.4., & 5. par. 16. rec. & in Civitatis Caſtellanæ
hæreditatis 22. Aprilis 1689. §. Nec obſtat,
coram bo: mem: Emerix, & in dicta Fanen.hæreditatis
8. Februarii proxime præteriti §. Quocirca,
coram R.P.D. meo Priolo.*

Nil poſtremo relevare DD. exiſtimarunt
onus Luciæ injunctum circa ſolutionem legatorum,
imo claram pati retorſionem; cum
18 enim legata eſſent annua, de præciſa illorum
natura erat, ut etiam dato cohærede proprietario
eadem legata, veluti ex fructibus perſolvenda,
oneri imponerentur uſufructuariæ,
quæ percepit eoſdem fructus, ad normam
*Text.in l.3. ff. de uſuffr.legat. & in l.fin.
§. Sin.autem legata, C.de bon., quæ libet. Merlin.
de pignor. lib.5. quæſt.151. n.5. Conciol.de hæred.
artic.1. n.206. & ſeq. Manſ.conſult. 132. n.
1., & ſeq. Epiſc.Rocc.dicto cap.30. n.30., & 32.
Rot.coram Buratt.deciſ. 73. n.1. & 2. & dicta
deciſ.70. n.12. coram Cerro.*

Comperto igitur ex tot in unum concurrentibus
argumentis, quod Leandra extiterit
hæres in proprietate a principio, plana reddebatur
reſolutio nedum circa tranſmiſſionem,
ſed etiam quoad manutentione, quia
19 finito uſufructu per mortem Luciæ, ſolo miniſterio
Iuris, etiam ſine poſſeſſione (quam
tamen Leandra, & reſpective ſuper Cenſibus
illius hæredes apprhænderunt) proprietas
ad ſe traxit uſufructum, itaut de formali
effectus fuerit cauſalis, ut non negabant in
hoc caſu Donatarii Luciæ, & millies tradidit
*Rota*, ut in *dec.411. n.3. & 4. coram Celſ. &
dicta dec.70. n.1. & 2. & n.23. & ſeqq. & dec.
94. n.3. cum 2. ſeqq. coram Card. Cerr. & in
Recanaten. Manutentionis 2. Decembris 1644.
§. Quoad hæredes, corm Meltio*, ac nuper *in
Aquitana Primogenituræ 10. Decembris 1696.
§. Movebatur, coram R.P.D. meo Pio.*

Maior difficultas verſabatur circa Dotem
in ſumma ſc.2000., quam retinere per viam
manutentionis, innixi poſſeſſioni pariter per
eos captæ ex perſona Luciæ, contendebant
illius Donatarii: ſed eadem dos, illiuſq; creditum
viſum non fuit adeo clarum, ut illius
ratione concedi poſſet poſitiva manutentio,
dum ultra deficentiam probatæ ſolutionis
in quadam notabili parte, neque etiam pro
ratis, quæ ſolute probantur, erat hujuſmodi
creditum ab altiori (ut dicunt) indagine
20 immune, ex quo oblegatum Luciæ in proprietate
quoad mobilia, credita, fructus, &
pecunias hæreditarias, & admodum conſiderabile
relictum uſuſfructus totius reliquæ
hæreditatis, poterat fortaſſe cenſeri inducta

 com-

compenſatio, juxta ea quæ differuntur apud
*Honded.conſ.50.lib.2. Caſtill.de uſufr. cap.46.*
*Spad.conſ.348.lib. 3.Franc. Roee.reſponſ.64.n.*
*27.lib.2.Manſ.conſult.36.n.20.& ſeqq.Caſtald.*
*coſult. 16. n. 18. cum ſeqq. Modern. Novarien.*
*de Compenſat. cap.2. quaſt. 30.num.26. & 27.*
*Rot.deciſ.257.& deciſ.312.par.7., & deciſ.131.*
*& deciſ.460.par.9.rec.& deciſ. 142. ex nu.13.*
*cum plur.ſeqq.coram ſa:mem.Alex.VIII.*, accedente præcipue reflexione, quod Mileſius
voluit, Leandram ſuccedere in tota hæreditate ſtabilium, ac cenſuum, quod non contingeret compenſatione ceſſante, ideoque
non minus in facto, quam in jure talis orie-
21 batur dubietas, ut præſuppoſita ex præmiſſis
conſolidatione ejuſdem uſusfructus cum
proprietate facta ipſo Jure, nequaquam videretur, exceptionem hanc crediti dotalis
in hoc ſummariiſſimo Judicio manutentionis admitti, & examinari poſſe, *Juribus vulgatis*.

## ANNOTATIO, ET ADDITIO.

IN ſequelam præinſertæ Deciſionis, quę etiam
hodie legitur impreſſa apud *Card.Albit.de Inconſtant.in Judic.dec.60. & adornat.Card.de Luc.de Teſtam.deciſ.18.*, fuit ſub die 14. Iunii
ejuſdem anni 1697. ordinata per Rotam expeditio Cauſæ, & viriſimile eſt, quod Partes
abinde citra acquieverint reſolutis, cum nihil amplius actum deſuper audiverim.

Circa vero eamdem materiam, ſive quæſtionem, an & quando Vxor hæres inſtituta
in uſufructu, & poſt mortem gravata reſtituere hæreditatem cenſeatur, & ſit vera hęres, vel potius ex potentia, ſive fictione Iuris, ſubtracto titulo inſtitutionis, efficiatur
legataria, ſignanter ad effectum detrahendi
in reſtitutione fideicommiſſi quartam Trebellianicæ: Ego in ſenſu veritatis requiſitus
pro parte Hieronymæ Marchioniſſæ Ruſpolæ ſuper Teſtamento Marchionis Franciſci
de Ruſpolis illius Viri, quod ſecum trahebat
unam de pinguioribus Vrbis, & forſan Orbis
Privatorum hæreditatibus, inter cæteros articulos, quos pariter in eodem ſenſu examinaveram, credidi, quod ſignanter reſpectu
hujus eadem Marchioniſſa hæres a Viro ſuo
inſtituta remaneret in vera qalitate hæredis abſtractive, ſeu præciſſive a coniecturis,
quæ potuiſſent influere ad prohibitionem
Trebellianicæ, & hanc opinionem abſtractive pariter admiſit poſt illius obitum vocatus, ſeu ſubſtitutus. Dicebam idcirco.

Deſcendendo ad ſecundam inſpectionem
abſolute cenſerem, Marchioniſſam exiſtere
veram hæredem, ideoque perſpecto hoc capite in abſtracto illi denegari non poſſe Trebellianicæ detractionem; ſiquidem palam
emergit, quod ipſa fuit inſtituta hæres non
jam fiduciaria, vel uſufructuaria, ſed omnimode, & in plena propietate, ſub onere
duntaxat fideicommiſſi reſtituendi veniente
22 caſu ejus obitus, in quibus terminis nemo
dubitat, competere Vxori hæredi detractionem Trebellianicæ, ut inquit *Peregrin.de fideic.art.3. n.5. Rot. deciſ.637. num. 11. & 12.*
*par.4.tom.3.& deciſ.75. num.10.par.12.& deciſ.105.num. 3.par.18.* cum aliis plenius infra
laudandis, & præciſe admittit in noſtris terminis *coram Merlin.deciſ.505.n.29.*

Et ſane, quatenus attinet ad excludendam
fiduciam, non video, quod nec unum ex ſolitis illius requiſitis concurrat, videlicet,
quod ulla cauſa fiducialitatis intercedat, &
verba ad id neceſſario referantur: nam quoad
cauſam, nulla profecto eſt allegabilis, quare
Marchio Franciſcus voluerit verum hæredem occultare, ſive eum non vacare ab initio, & circa verba, quamvis dixerit Teſtator
ſub § *Deſiderando -- in cui totalmente confido &c.*
*Conſiderando ſecondo la congiuntura de tempi la*
*qualità di quella perſona, che doppo la ſua morte*
*puol eſſere atta al conſeguimento del ſuddetto mio*
*deſiderio* -- quæ certe verba, niſi aliud Teſtator expreſſiſſet, fortaſſe valerent deflecti ad
fiduciam, juxta exempla *Authoritatum* mox
allegandarum: Nihilominus ea in caſu noſtro efficiuntur clariſſima, dum ſucceſſive
exprimitur, quod poſt ejus obitum uti hæres
debeat hæreditatem reſtituere (licet per verba humaniſſima) Franciſco Capizucco, quod
utique, ut inferius, importat non fiduciam,
ſed apertum fideicommiſſum poſt mortem,
23 ideoque, ceſſantibus præfatis requiſitis, vanum eſſe diſcurrere de fiducia, uno ore tradiderunt *Peregrin.de fideic.d.art 3.n.19.Torr.*
*de pact.futur. ſucceſſ. lib.3. cap. 7.n. 7.& ſeqq.*
*Modern.Rocca ſelect.diſput.cap.1.num.96.Rot.*
*deciſ.351.n.12. & 13.par.4. tom.2.rec.& deciſ.317.n.1., & ſeq.coram. Bich.*, & in termi-
24 nis Vxoris, quę prætendebatur per Maritum
fiducialiter tantummodo inſtituta, *eadem*
*Rot.deciſ.226. n.4 & deciſ. 362.n.3.& 4.par.*
*12.confirmata in deciſ. 155. n.2. par .13. idem*
*Bich.deciſ.35.n.1.*

Maxime, quia fiducia conſiſtit in ſola apparentia nominis hæredis, ſed in ſubſtantia
25 hæres nominatus facit figuram meri Cuſtodis & Depoſitarii, nihil pro ſe obtinendo,
nulloque onus in ſe patiendo, præter ſimplicem adminiſtrationem, itaut teneatur reſtituere univerſam hæreditatem una cum
fructibus, & acceſſionibus hæredi extrinſece
vel ex ſolis coniecturis certificando, ut proſequuntur *Rimin. Jun. conſ. 379 .n .84. Rip.*
*de nocturn. temp. cap.141.n.14.& 15. Caſt.de*
*fact.ſcient. & ignor.cent.1.diſt.45.n.4.Fontanell.de pact.nupt. clauſ.5.gloſ.8. par.5.num. 77.*
*Capon.diſcept. 295.art. 3.num. 4.Torr.de pact.*
*fut.ſucceſſ.lib.3.cap.7.ex num.2.Rot.coram Buratt.deciſ.616.num.21.& deciſ.381.n.1.coram*
*Cavaler.& cor.Bich.deciſ.35.num.8.* Quod ſecus

cus eſt in præſenti, dum plura Jura Marchio
Francitens reliquit Vxori, pluraque pariter
prælegata, eamdemque demum pergravavit
onere cognominis, & Armorum de Domo
Ruſpola abſque ulla mixtione.

Quod vero Marchioniſſa fuerit ſolum re-
licta hæres uſufructuaria, gratis impingi va-
let; nullıbi enim legitur in Teſtamento talis
nuncupatio hæredis uſufructuariæ, ſed ſim-
pliciter apparet nominata hæres, idque non
una tantum vice, ſed in quindecim, & ultra
locis ejuſdem Teſtament:ideoque cum non
agatur de Vxore inſtituta, vel relicta uſufru-
ctuaria, ceſſat nedum præfatum objectum,
ſed etiam occaſio diſputandi celebrem illam
26 quæſtionem, an Vxore, vel alia perſona in-
ſtituta, aut relicta hærede uſufructuaria, da-
toque poſt ejus mortem ſpeciali ſubſtituto,
iſte cenſeatur de Jure hæres ab initio, dilata
ſolum executione poſt obitum perſonæ uſu-
fructuariæ, ſive potius ſubtracta ejuſdem
uſusfructus mentione talis inſtitutus, vel re-
lictus uſufructuarius remaneat hæres in pro-
prietate, ad duplicem illum effectum, nem-
pe & tranſmittendi hæreditatem, & detra-
hendi Trebellianicam, & de qua quæſtione
omnibus antiquioribus, & Modernis *Doctori-
bus, & Deciſionibus* ad ſaturitatem collectis
agunt noviſſime *Vrceol. conſult. 38. Rocca ſe-
lect. diſput. Jur. cap. 30. per. tot.*

Siquidem quoties, prout hic, ſimpliciter
27 hęres Marchioniſſa emicat nuncupata, &
ſolum uſufructuaria diſcretive noſcitur re-
licta, caſu quo Teſtator liberos reliquiſſet,
dubium non eſſe, quominus Vxor cenſenda
veniat ad omnes pręmiſſos effectus, & ſignan-
ter detractionis Trebellianicæ vera hæres in
proprietate, ſive ſolum gravata per viam
fideicommiſſi onere reſtituendi hæreditatem
poſt obitum ſubſtituto deſignato, explicat,
& declarat *in ejus magiſtrali deciſione la 505.
Merlin.* ex doctrina *Imol. in l. filius a Patre n. 4.
verſ. ideo poteſt dici, & num. 6. verſ. ſecundo caſu,
ff. de liber. & poſthum.* cum aliis ibidem relatis
*num. 14.* ubi quod ita tenuit *antiquior Rot. in
deciſ. 138. par. 4. diverſ.*, & diſtinxit *eadem Rot.
in Peruſina Bonorum coram Bravo*, quam eſſe
impreſſam *poſt Ergen. conſ. 33. lib. a.* notat *idem
Rocca dicto cap. 30. num. 13., & 14.* ubi pariter,
quod in hoc caſu nulla adeſt inter Doctores
diſcrepantia, & ſequitur *Adden. ad Buratt.
deciſ. 721. ſub num. 7. §. Contrariam, verſ.
Et licet Fuſar.*

Ac propterea non videtur opus alia verba
Teſtamenti perpendere, vel conjecturas ex
eo depromere, dum ceſſat primordium diſpu-
tationis: Sed adhuc, & adſunt verba, & non
deficiunt conjecturæ ad favorem Marchio-
niſſę; Diximus verba, quia Teſtator inquit --
*iſtituiſco erede univerſale colle condizioni, modi,
e peſi infraſcritti la Signora Marcheſa Girolama
Bachi &c.*; inter cætera vero onera, & condi-
tiones poſtquam ſub §. *di più in ogni miglior
modo* præſuppoſuit, velle eſſe obligatam re-
ſtituere hæreditatem poſt ejus obitum, ut
ibi -- *e quello, al quale detta Signora Marche-
ſa Girolama Erede la reſtituirà*, prout etiam re-
petiit ſub §. *E perche la mia intenzione*, in fine
tandem ſub §. *E con aver ſempre mira*, litterali-
ter injunxit onus reſtituendi hæreditatem per
28 illud verbum *prego*, quod in ultimis volun-
tatibus motorium eſt inducere neceſſitatem,
ibi -- *ben prego la ſudetta Signora Marcheſa Gi-
rolama mia erede, che al tempo della ſua morte,
e per doppo al detto tempo debba iſtituire, ſoſtitui-
re, e reſtituire la mia eredità, & aver riguardo,
e riflettere alla perſona del Signor FranceſcoCa-
pizucchi*, (quæ ſane verba, licet, ut par erat, be-
nigniſſime concepta, præſeferunt onus reſti-
tuendi nominatim hæreditatem eidem Fran-
ciſco) & rurſus in caſu moleſtiarum, in quo
Teſtator privat eumdem Franciſcum, uſus
apparet eiſdem verbis -- *poſſa, e debba detta Si-
gnora Marcheſa Girolama mia erede iſtituire,
ſoſtituire, e reſtituire in luogo di detto Signor
Franceſco uno de miei Parenti a ſua elezione*;
proindeque dum tam aperte Teſtator inter
onera inſtitutionis adiecit deinceps illud lit-
29 terale reſtituendi, ex hoc ſufficientiſſime de-
clarari, illam fuiſſe hæredem in proprietate,
& gravatam fideicommiſſo, etiam in duriori-
bus terminis, nempe ſi fuiſſet Vxor ſolum re-
licta uſufructuaria, docent uno ore *Roman.
Mantic. Menoch. aliique* apud *Bellon. de Jur.
accreſc. cap. 7. quæſt. 16. ex num. 378.* & præſer-
tim *num. 382. & 383.*, & admiſit *Rot. dec. 120.
num. 12. verſ. quod autem, par. 9. rec.*

Nec etiam deficiunt conjecturæ; poſtha-
bitis etenim illis, ſolvendi nempe annua le-
30 gata, quod etiam convenire poteſt hæredi
ſimpliciter uſufructuariæ, ut late probat
*Rocca dicto cap. 30. num. 30., & ſeqq. Rot. dicta
deciſ. 120. num. 12. par. 9. rec.* prout etiam, quod
31 non poſſit moleſtari a Franciſco ſubſtituto,
dum potius hanc conjecturam contra Vxo-
rem retorquet *Rot. dec. 75. n. 1. & ſeqq. par. 16.*
Prima, & urgens conjectura eſt, quod eam-
dem Marchioniſſam gravavit aſſumere no-
32 men, & arma cum prohibitione mixturæ,
quod ſane inauditum eſt practicari cum le-
33 gatariis, & uſufructuariis; Immo ſi, ex firma-
tis per *Rip. in leg. Centurio num. 164. in fin. verſ.
qua ratione, ff. de vulgar. Rauden. de Analog. in
appendic. n. 73., & ſeq. Molin. de Primog. lib. 1.
cap. 5. num. 34.* ibique plene *Addens. & lib. 2.
cap. 14. n. 6., & 7. Knipſchildt. de fideic. cap. 4.
num. 21., & 22. & cap. 6. num. 126. Oeping. de
jur. Inſign. cap. 8. num. 324. & ſeq.* qui maxime
id teſtatur procedere ex conſuetudine Italiæ,
*Fontanell. deciſ. 32. n. 1., & per tot. Peguer. de-
ciſ. 101. n. 1. & 2.*, & concordat *Rot. dec. 222.
n. 1. coram Card. Celſo, & dec. 568. n. 2. par. 18.
rec.* tale onus admixtum cum aliis conjecturis
importat vocationem in dominio, & pro-
prie

Digitized by Google

prietate per ſpeciem fideicommiſſi; quid dicendum, ubi toties Marchioniſſa fuit in littera hæres inſtituta, & nominata?

Secunda conjectura eſt, quia in fundatione duarum Cappellaniarum Juſpatronatus, ſeu nominandi reliquit eidem Marchioniſſæ
34 non jam uti legatariæ, ſed uti hæredi, tum attenta tali nuncupatione, tum etiam ſubſtantia, quia eodem titulo ſucceſſorio, & hæreditario poſt ejus obitum invitatur ſucceſſor, ibi -- *e lo Juſpatronato, &c. ſia a beneplacito dell' infraſcritta mia Erede, ò di chi doppo la ſua morte ſuccederà in luogo di eſſa*, ut in fortioribus de ſimplici erectione legati, ſeu Cappellaniæ *Laderch conſ. 80. ſub num. 6. verſ. rurſus video in Teſtamento, Vrceol. d. conſult. 38. n. 25.*

Tertia pariter emergit coniectura ex verbis proxime enunciatis, ibi -- *e di chi doppo la ſua morte ſuccederà in luogo di eſſa*; nam dum poſt obitum illius in eiuſdem Marchioniſſę locum nullus apparet ſubrogatus in ſolo uſufructu, ſed in plena ſucceſſione, & hæreditate, ita fateri neceſſe eſt, quod Marchioniſſa eumdem locum hæredis in vita plene
35 occuparet, cum ſufficiat, vocatum poſt mortem non eſſe conſideratum ut cohæredem ab initio, ſed uti ſubrogatum, & ſubſtitutum, quemadmodum poſt alterum *Bellon.* advertit *Bellon. Junior. de jur. accreſc. dicto cap. 7. quæſt. 16. num. 440.* idemque repetitur, quoties D. Marchioniſſa -- *ſi monacaſſe, a ſi rimaritaſſe*, ut in §. *Et in caſo &c.*

Quarta coniectura reſultat ex onere ſol-
36 vendi illico legata, ut per *Vrceol. d. conſult. 38. num. 26.*, & quod plus eſt (& in idem coincidit) eius curæ, & muneri totaliter incumbit duplex multiplicum a Teſtatore ordinatum.

Quinta denique, quia tantum abeſt, quod ſubſtitutus, nempe Franciſcus Capizucchius, cenſeri poſſit hæres ab initio, ut loco facultatis tranſmittendi illius hæreditatem, qui eſt unus ex præcipuis effectibus præſentis quæſtionis, ut in dicta celebri *deciſ. 505. coram Merlin.*. & obſervat poſt alios *Rocca d. cap. 30. num. 6. & ſeqq.* potius quatenus Franciſcus prædecederet ſine filiis, tribuatur alterius ſucceſſoris, ſeu ſubſtituti nominatio ad electionem Marchioniſſæ, ſicut habetur in *dicta §. Econ aver ſempre mira*. E converſo autem
37 ius nominandi ſucceſſorem non conceditur ſimplici legatario, vel uſufructuario, ſed hæredi dumtaxat, ad *Text. in dicta leg. unum ex familia, ff. de leg. 2.*, & quod ius nominandi pertineat ad verum Dominum, & proprietarium, concludit in ſpecie *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 133. num. 8. & ſeqq.*, & præſertim *num. 9.*

Addito, quod ſi in hoc caſu ſucceſſor penderet a nominatione Marchioniſſæ, ceſſaret cohæres ab initio, & ſuppoſitum quæſtionis, quæ requirit ad effectum, ne Teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ut adſit iſte cohæres ab initio, alias ſub-
38 tracta mentione uſusfructus, etiam ſimplex uſufructuarius per ius accreſcendi fit hæres in totum, ex plene adductis per *Joſ. de Roſa conſult. 34. n. 23. & ſeqq. Rocca dicta diſput. 30. num. 8. Vrceol. dicta conſult. 38. num. 6. Merlin. dicta deciſ. 505. num. 1. & ſeqq.* & alii omnes.

## ROMANA, SEU VELITERNA MUTUI.

*Veneris 26. Aprilis 1697.*

### ARGUMENTUM.

Declaratur ſuſpecta, & inexequibilis Apoca Mutui per Mulierem producta adverſus hæredem prætenſi Mutuarii ex pluribus circumſtantiis recenſitis in Deciſione, in qua etiam pertractatur de recognitione manus per comparationem.

### SUMMARIUM.

1 *Apoca debiti per debitorem, vel ejus hæredem negata non eſt exequibilis, niſi aliunde ejus veritas adminiculetur.*
*Adeout ſola recognitio manus facta per Teſtes abſque aliis adminiculis non ſuffragetur, n. 7.*
2 *Recognitio manus per comparationem dicitur experimentum fallax, & periculo plenum.*
3 *Recognitio manus per comparationem quas formalitates requirat.*
4 *Manus aliena adeo plerumque imitari conſuevit, ut ipſimet imitantes poſtea ſecernere nequiverint copiam ab originali, & num. 34.*
5 *Teſtis dubitative deponens per verbum* videtur *nil probat.*
6 *Teſtis audacter, & animoſe deponens nullam fidem meretur.*
8 *Computum per debitorem retentum, & poſtea Creditori abſque reclamatione remiſſum, cenſetur ab eodem debitore approbatum.*
9 *Macellarii tanquam viles perſonæ a teſtificando repellantur.*
10 *Confeſſio, vel declaratio per aliquem emiſſa nocet quidem confitenti, vel declaranti, non autem Tertio.*
*Præcipue, ſi confitens, vel declarans ſit perſona ſuſpecta, num. 7.*
11 *Præſumptiones non ſunt multiplicandæ in eodem facto.*
12 *Adminiculum non poteſt reſultare ab eo, quod pro ſui verificatione indiget pariter alio adminiculo.*
13 *Mulier tanquam de genere avariſſimo non præſumitur, quod diu diſtuliſſet conſecutionem ſui crediti, ſi revera Creditrix fuiſſet.*
14 *Mutuum, ejuſque veritas excluditur ex impotentia, ſeu inopia aſſerti mutuantis, & ex affluentia, ſeu divitiis Mutuatarii.*
*Rurſus ex tarditate in exhibendo apocam prætenſi Mutui, num. 16.*
15 *Teſtes mendaces nullam fidem merentur.*

18 *Mu-*

18 *Mutuum notabilis ſummæ præſumitur ſimulatum, vel confictum, quando non apparet factum per Inſtrumentum, vel in præſentia Teſtium, ſed per ſimplicem apocam privatam.*

*Præſertim, quando prætenſus Mutuator ſolitus erat contractas etiam minoris relevantiæ nonniſi per publicum Inſtrumentum celebrare, n. 19.*

20 *Teſtis unicus deponens de facto proprio magnum facit adminiculum.*

21 *Mutuum ad favorem mulieris exaratum in Apoca per Capitaneum Militum ſubſcripta, præſumitur ſuperimpoſitum in aliquo folio in albo eidem Capitaneo forte ſubtracto.*

22 *Auditores Rotæ ſunt duodecim diſtributi per varias Nationes.*

23 *Auditor Rotæ noviter electus reaſſumit vigore Commiſſionis generalis omnes Cauſas pendentes coram ejus anteceſſore.*

24 *Teſtamentum familiaris Papæ propria manu ſubſcriptum valet, ob privilegium eiſdem ſolitum concedi.*

25 *Modi recognoſcendi character de Iure ſunt tres.*

26 *Recognitio manus per teſtes, qui videtur ſcribi illam ſcripturam, eſt de Jure approbata.*

27 *Recognitio per comparationem debet fieri cum ſcripturis certis, & indubitatis.*

*Iſte tamen modus eſt omnino ſubſidiarius, & requirit præcedens juramentum, non habere jurantem alios modos probandi n. 28.*

29 *Recognitio per teſtes habentes notam manum admitti ſolet in actibus abſente Parte exaratis.*

*Et in ſchedula teſtamentaria n. 30.*

*Intellige tamen, & limita, ut n. 31. & ſeq.*

33 *Recognitio per teſtes habentes notam manum admittitur concurrentibus aliis adminiculis; ſecus eis deficientibus.*

35 *Recognitio manus eſt materia totaliter Judici arbitraria.*

*Et non attenditur, quando concurrunt in contrarium conjectura n. 36.*

37 *Recognitio manus per comparationem non admittitur, quando ſcriptura eſt ſuſpecta, vel alias continet inveriſimilia.*

*Quando autem, & ex quibus ſcriptura ad hunc effectum dicatur ſuſpecta, & inveriſimilis, vide ex n. 39. uſque ad finem.*

38 *Recognitio manus per comparationem non admittitur quando agitur de ſumma relevanti.*

45 *Falſitatis ſuſpicio oritur ex nimiis cautbelis.*

## DECISIO. VIII.

PRopoſuerat uſque ſub die 11. Junii 1693. ad inſtantiam Agnetis bo. me. Benincaſa Cauſam prætenſi Mutui, pro quo ipſa Agnes Mandatum reportaverat in Curia S. R. E. Cardinalis Decani pro ſumma ſcutorum 1750.; ſed non capta tunc reſolutione, prout neque ſub die 15. ſubſequentis, in qua ſuperadditum fuerat, ut probationes coadjuvarentur, ab inde citra quælibet remanſit conſopita proſecutio, donec Cyriacus Reus conventus poſt uberius inſtructa, ac roborata monumenta ſuæ defenſionis, inſtitit coram Me tanquam bo. me. Benicaſæ ſucceſſore in hodierna Audientia rurſus proponi Dubium. *An Mandatum Eminentiſſimi Decani eſſet exequendum, vel de novo relaxandum*, & reſpective alterum ſuper quibuſdam Articulis ab eadem Agnete exhibitis: Quapropter DD. non obſtante dilatione per tertium Patronum de novo ab Agnete conſtitutum expetita, diſtulerunt quidem reſolutionem quoad Articulos, ſed reſpectu Dubii principalis nec præcedens Mandatum eſſe exequendum, nec novum relaxandum eſſe cenſuerunt.

Suſpectiſſima namque viſa eſt Apoca, in qua Agnes aſſertum mutuum fundabat, cum enim illa careret fulcimento Teſtium, ac ſimplici niteretur aſſeriç ſubſcriptioni -- *Io Gio: Battiſta Buſii mano propria*, non erat de per ſe exequibilis, niſi conſtiparetur talibus ad-
1 miniculis, quæ aliunde realitatem crediti recto Judicantis arbitrio ſuaderent, iuxta litterale reſcriptum *Imperatoris in l. Inſtrumenta C. de probation.* cum quo pertranſeunt *Ritterſhuſ. ſuper Novell. Juſtin. par. 9. cap. 25. num. 1. Theſaur. quæſt. for. lib. 1. quæſt. 24. n. 7. verſic. quando enim*, & tenuit *Rot. deciſ. 7. n. 7. & ſeq. & per tot. coram Dunozett. Jun.*

Potiſſime, quia ipſamet ſubſcriptio; a qua tota Apoca alieno Charactere exarata, & conſequenter ipſum Mutuum unice pendebat, controvertebatur ex parte Cyriaci hæredis Joannis Baptiſtę prętenſi Mutuatarii, licet enim Agnes eamdem ſubſcriptionem recognoſcere tentaſſet mediante comparatione per Peritos, & depoſitione Teſtium de nota manu teſtificari ſatagentium, utraque tamen cautela vacillare videbatur, dum reſpectu comparationis duorum Peritorum nullum ſuper ea conſtitui poterat fundamen-
2 tum: Ultra enim, quod modus recognoſcendi ſcripturas per comparationem nimis in Jure, & in praxi fallax cenſetur eſſe, & periculo plenus, ut advertit *Theſaur. dicta quæſt. 24. n. 1. Stacc. de Judic. lib. 2. cap. 11. n. 943. & ſeq. Fontanell. de pact. nupt. clauſ 6. gloſſ. 3. par. 7. n. 11. Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 2. n. 141. Rot. deciſ. 363. n. 3. cor. Duran., & in recen. deciſ. 285. num. 14. & deciſ. 466. n. 10. & 11. par. 13.*

Adhuc nec intra cancellos, ſive terminos comparationis ſervata apparebat aliqua for-
3 ma *Text. in l. comparationes §. omnes C. de fid. Inſtrum.*, dum eam aſſerti Periti inivere ſponte, ſive ad inſtantiam Agnetis, nullo Judice mandante, Parte incitata, & abſque præſentia Judicis, vel Notarii, quemadmodum omnia hæc requiri communiter cenſuerunt *Bald. conſ. 455 ſub n. 6. verſ. ad illud. lib. 1. Caſt. remed. ſubſid. 7. n. 5. Theſaur. dicta quæſt. 24. num. 9.*

*n. 9. Scac. de Judic. dicto lib 2. cap. 11. n. 1061. Ioſ. Vela diſſert. 23. n. 11. & ſeq. Mell. obſerv. for. 140. n. 2.*

Reſpectu vero Teſtium de nota manu deponentium, nullatenus figi valebat aliqua probatio; alter quippe nimis animoſe teſtificabatur, præſumens, decipi non poſſe, quando notorium eſt, adeo induſtriam, ſive
4 malitiam excreviſſe in imitatione Characterum, ut iidem Periti, qui originale exemplaverant, interdum decepti remanſerint in diſtinguendo, ſeu potius confundendo copiam per eos tranſcriptam cum ipſo originali, ut in ſpecie animadvertit *Pariſ. conſ. 19. num. 44. in fin. lib. 3. Cyriac. contr. 444. n. 88. Borell. in ſumm. deciſ. par. 2. tit. 23. n. 14.*

Alter ex oppoſito nihil concludit, cum deponat per verbum *mi pare*; alter denique a novem annis fatebatur, non vidiſſe ſcribere prætenſum debitorem, & nihilominus pari animoſitate magnificabat, quod etſi viginti anni præterlapſi extitiſſent, adhuc tutus erat de infallibili recognitione, in quibus ſane terminis neutrum probare poſſe perſpicuum
5 erat, ut in propoſito illius, qui deponit per verba dubitativa *mi pare*, paſſim habetur apud *Burſatt. conſ. 315. n. 15. Farin. de Teſtibus quæſt. 68. n. 25. Ioſ. Vela diſſert. 24. n. 16. & 17. Conciol. alleg. 93. n. 11. Bonden. collect. 7. n. 18. lib. 2. Rot. deciſ. 235. n. 4. verſ. tert. dicit par. 4. diverſ. & dec. 229. n. 10. apud Poſt. de manut.*
6 & in ſimili de Teſte nimis audaci, & (ut dicunt) animoſo, proſequuntur *Ludov. Moror. reſp. 69. n. 30. Nicol. Catan. conſil. 18. nu. 10. & 11. Cyriac. cont. 407. n. 202. Oſaſcb. dec. 128. n. 10. Cenſal. deciſ. Lucen. 59. n. 13.*

Agnoverant Defenſores Agnetis probationis imbecillitatem, ulterius etiam conflictam ex inſpectione Apocæ, illa namque oculis ſubiecta fidelibus non levia patiebatur argumenta falſitatis, quæ in civilibus, ut notum eſt, ſuperabundat, tum quia textura linearum, verborumque erat diſformis, utpote ab initio arcta, deinde lata; extenſio formulæ obligationis præter morem ampliata ad album forte replendum, annus in vertice, & in calce obligationis repetitus cum ſuperinductione, & probabili abraſione (ad cauſam adminiculandam) ejuſdem Anni in parte poſtrema, unde eo magis, & præter hæſitationem ſimplex, & defectuoſa recognitio abſque urgentioribus adminiculis la-
7 borare cernebatur, dum, etiam præciſive a vitio ſcripturæ, in hiſce Apocis ſemper abſtractive ſuſpectis ſola recognitio per Teſtes ſine adminiculo non attenditur, ad tradita per *Theſaur. dicta quæſt. for. 24. n. 11. Creſp. de Valdaur. obſer. 27. n. 4. Rub. de Teſtam. cap. 28. n. 385. & ſeq. Rot. dicta dec. 7. n. 7. & ſeqq. cor. Dunozett. Jun.*

Quapropter conati fuerant in præcedentibus propoſitionibus nonnulla adminicula circumferre, adducendo germinos Teſtes de confeſſione extrajudiciali Joannis Baptiſtæ aſſerti Minutarii, præſuppoſitionem Mariti ipſius Agnetis, quod hoc mutuum ad ipſam attineret, ac denique quoddam computum minutarum expenſarum, in quo Agnes illud Joanni Baptiſtæ tranſmittens mentionem fe-
8 cerat de quadam Apoca, quod ſane computum cum ad eandem Agnetem remiſſum extitiſſet ab Joanne Baptiſta ſub certa annotatione de ejus charactere conſcripta, arguebat, quod cum nihil Joannes Baptiſta dixerit de Apoca, & hæc ſubintelligeretur eſſe iſta, de qua erat quæſtio, fuerit idcirco implicite admiſſa, & approbata per eumdem, ut in fortioribus *Bellon. deciſ. Januen. 176. n. 5. Rot. cor. Carill. deciſ. 90. n. 8. & ſeq. & coram Card. Celſ. deciſ. 264. n. 9. & in Ferrarien. Pecuniaria 12. Maii 1690 §. Præcipue, cor. Reverendiſſ. D. meo Decano.*

Verum, etiam quando pro parte Cyriaci nulla, & præmaxime urgentiora adducta fuiſſent in contrarium argumenta ſuſpicionis, nullius momenti apparuerunt eſſe hujuſmodi adminicula, cum præfati Teſtes inducti ſuper extrajudiciali confeſſione debitoris nedum eſſent mendaces in circumſtantia ſubſtantiali, ex quo negaverant, alias fuiſſe ſolitos examinari ad iuſtantiam Agnetis, & tamen in duobus Judiciis, veluti ab eadem Agnete ſtipendio conducti, depoſue-
9 rant, ſed etiam quia erant viliſſimæ conditionis, actu axercentes Lanienam, & ob id nullam fidem promerentes, ad monitum *Text. in §. Sancimus in fin. Auth. de T. lib. Farinacc. in prax. quæſt. 57. n. 50. Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 5. rub. 10. n. 1. Modern. Epiſc. Verulan. ad Statut. Favent. lib. 4. rub. 15. n. 4. Rot. dec. 73. n. 22. par. 4. tom. 2. recen. & dec. 203. n. 15. part. 7. & dec. 78. n. 18. cor. Ubago.*

Ejuſdemque irrelevantiæ reddebatur declaratio Viri ipſius Agnetis; non ſolum quia ipſe tunc erat obæratus, & actu vexabatur a Creditoribus, ideoque nullam fidem obtinere poſſe videbatur in præjudicium Tertii: ſed etiam, quia nimis de facili poterat colludendo cum Uxore hanc, & quamcunque aliam declarationem emittere, & ſic a fortiori congruebat, quod qualibet declaratio, ſeu
10 confeſſio aliunde non probata neutiquam ſit apta nocere Tertio, etiamſi non agatur de Viro erga Uxorem, & de Viro obærato, ut in præſenti, ex plene deductis per *Felin. in cap. 2. n. 12. de fid. Inſtrum. Gen. de ſcript. priv. lib. 2. tit. de Apoc. manu debit. conſcript. n. 17. & 19. Scac. de Judic. lib. 2. cap. 11. n. 144. Io: Anton. ab Eccleſ. obſ. for. part. 2. obſ. 50. num. 3. Cenſal. dec. Lucen. 38. n. 18. Mart. Medic. dec. Senen. exam. 50. n. 22. Rot. dec. 304. n. 6. coram Dunozet. ſen.*

Denique nec refragari exiſtimarunt DD. mentionem Apocę factam in prædicto computo

pùto

puto minutarum expenſarum: Ultra enim,
quod nimiæ extorquendæ eſſent, ſive infe-
rendæ præſumptiones ad fundandam ſuper
hoc Agnetis intentionem, vel conſtituen-
dum probabile adminiculum, prima nempe
in ſupponendo, quod generalis Apocæ men-
tio identificaretur cum ea, de qua agitur; &
altera, quod ex ſilentio Butii emergeret, ſeu
reſultaret confeſſio approbativa, obſiſtente
11 in hac propoſitione de non admittendo cu-
mulum plurium præſumptionum ex eodem
facto, ut frequenter firmavit *Rota apud Rem-
bold. decis. 475. n. 11. Merlin. decis. 405. n. 6.
Cerr. decis. 633. n. 9. & decis. 642. n. 14. par. 18.
recen. & in Romana Grani 27. Januarii 1696.
§. Atque hinc, coram bo: me: Emerix.*

Attamen neque eadem verba facientia
mentionem de quadam Apoca in genere ca-
rebant pari ſuſpicione, cum ex contextu non
appareret admodum opportunum emittere
hanc expreſſionem de Apoca, quinimo illę
duo Lineæ, quæ in ſpatio intermediante an-
notatione Butii erant conſcriptæ, & in qui-
bus præfata continebatur expreſſio, poterant
eſſe repletæ ab eadem Agnete etiam poſt mo-
tam litem, cum ageretur de computo, ſeu
ſcriptura penes ſe exiſtente, proindeque ne-
12 quibat deſervire pro adminiculo id, quod
ad ſui ſubſtentationem alio, & extrinſeco in-
digebat adminiculo, ut ex ſe patet.

At ubi etiam præmiſſa cæteroquin debiliſ-
ſima, ac inſubſiſtentia adminicula aliqualem
mererentur animadverſionem, corruere cen-
ſuerunt DD. omnem difficultatem, inſpectis
firmioribus demoſtrationibus, quæ ad peni-
tus proſternendam Apocam pro parte Cy-
riaci conferebantur, inter quas potiſſima erat
illa traditatis in producendo Apocam, expe-
ctandoque obitum Mutuatarii, idque per
ſpatium duodecim Annorum: quantum
13 enim a veriſimilitudine diſtet, ut præſertim
Mulier, cujus genus avariſſimum eſt. ad *Text.*
cum ibi notatis per *gloſſ. in leg. ſi a ſponſo 16.
§. Quod ſi ſponſa*, ibi *quod raro accidit, Cod. de
donat. ante nupt.* diſtulerit petere creditum
adeo conſiderabile, nemo non videt, & in
propoſito notarunt *Noguerol. alleg. 26. n. 126.
Pegaſ. reſol. for. cap. 19. n. 43. Creſp. de Valdaur.
obſer. 23. n. 26. Cenſal. decis. Lucen. 83. n. 8.
Rot. coram Royas dec. 474. n. 4., & in recen.
decis. 59. n. 9., & decis. 180. n. 10. par 13.,
& in Romana ſeu Collen. hæreditatis 14. Junii
1680. §. Tertia elicitur, coram clar. mem. Card.
Vicecomite*, & magis in ſpecie *eadem Rot. de-
ciſ. 330. ſub n. 6. ver. concurrit, coram Coccin.
& decis. 7. n. 11. coram Dunozett. Jun.*

Augebatur vero hujuſmodi inveriſimili-
tudo tum inſpecta impotentia Mulieris in
mutuando tantam quantitatem, eamque
detinendo demortuam, & otioſam, tum
etiam e converſo perpenſa qualitate Mutua-
tarii pecunia potius affluentis, ex quo tunc
temporis detinebat ſummas conſiderabiles
in Sacra Æde Montis Pietatis, aliaſque ſub
idem tempus implicaverat in Officia vacabi-
lia; quemadmodum enim excluditur mutui
14 veriſimilitudo, ubi non apparet potentia
mutuandi, ita magis incaleſcit inveriſimili-
tudo, quoties ex parte Mutuatarii deficit in-
digentia, ut egregie in terminis alterius Mu-
lieris, quę ſimili nitebatur Apocæ, poſt *Du-
nozett. Jun. dicta dec. 7. num* 10. alias *dec. 61.
part. 5. recen.* firmatum fuit *in Romana Mutui
15. Martii 1683. §. Extrinſecas autem coram bo:
me: Rondinino* & concordat *dicta dec. 330. n. 6.
verſ. Et propterea, coram Coccin.*

Inutiliter autem contendebat Agnes a
mente Dominorum arcere opinionem pro-
priæ impotentiæ mediante depoſitione viliſ-
ſimorum Teſtium de quibus ſupra, audacter
aſſerentium, quod Agnes in eorum manibus
reliquiſſet otioſa ſcut. 3000. circiter: ultra
enim exceptiones, quibus remanet ex jam
dictis enervati, in primis eorum depoſitio
contunditur ab ipſiſmet eorum dictis, dum
in alio examine ſuppoſuerunt, dietim ſoli-
tos eſſe pretium Animalium, prout macta-
bantur, Agneti reſtituere, nec non etiam
convincuntur de alio mendacio, ex quo in
altera Cauſa examinati ad ſe artificioſe inte-
grandos protestabantur, nullum recepiſſe
ſervitium ab Agnete, quantumvis, ſi vera
fuiſſet mutuatio tam inſignis, maximum de
eo tempore, & raro frequens ſervitium fa-
15 teri debuiſſent, ideoque veluti conductitii
& (quod magis eſt) mendaces, neutiquam
probare poterant intentum, *vulg. Jur.* apud
*Franc. Palm. conſult. 32. n. 22. Rot. coram Peu-
tinger. dec. 52. n. 8. & dec. 82. n. 26. & 27.
par. 18. recen. & in Viterbien. Laudi 26 Martii
1688. §. Teſtes demum, coram bo. me. Emerix.*

Eoque validius. quia eandem impotentiam
clariſſime adaugebat non tantum generica
præſumptio *l. Quintus Mutius, ff. de donat. in-
ter. vir. & uxor.* cum Agnes effective pro do-
te aſſignaverit ſola ſcuta 1000., quapropter
etſi ulterius adjunxerit quidquid ad ipſam ex
hæreditate Patrui pertineret, nihilominus in
tot moleſtiarum labyrinthis, quibus illius
Vir intricabatur, Agnes comparendo pro
ſuarum dotium, juriumque dotalium aſſe-
16 curatione, nec verbum unum fecit de Apo-
ca controverſa, ac credito ab ea reſultante,
quod citra ſtultitiam contingere non potuiſ-
ſet, dum ſicuti reportavit aſſecurationem
pro lucro dotali, ita illius ſummam impin-
guari, non extenuare ſtuduiſſet per ſilentium
mutui ut dicebat *I. C. in leg. ſi quis forte §. 1.
ff. de pæn. Noguerol. dicta alleg. 26. n. 124. Creſp.
de Valdaur. dicta obſerv. 23. n. 24 & 25. Jul.
Chartar. dec. For. Mediol. 40. n. 1. Rot. dicta
dec. 59. ſub n. 8. verſ. rurſus, par. 13 recen.*

Atque ex his nullum DD. habuerunt reſ-
pectum ad quoddam adminiculum recepu-

larum, cum quibus coadiuvare ſatagebat
Agnes mutuum erga Laniones: Quia cum
receputæ clam factæ eſſent in liberculo debi-
tor uni per Agnetem, facile nimis erat eas
17 confingere: nec enim (præcipue accedente
ſuſpicione perſonarum) facta, & confeſſio-
nes inter tertias perſonas valent aliis præju-
dicare, ut præter ſupra relatos ſub §. *Ejuſ-
demque*, dixit *Rot. coram Coccin. decif. 656. n. 8.
& decif. 1947. n. 10. & coram Dunozett. Jun.
decif. 108. n. 1., & decif. 418. n. 15.*, & alibi
ſæpius.

Opitulabantur quoque hujuſce confeſſio-
nis, & reſpective aſſerti crediti, principalis
18 ſuſpicioni, cauthelæ inobſervatæ dum non
videbatur captivari poſſe intellectus in figu-
rando, quod Agnes mutuare voluerit ſum-
mam ſcutorum 1750. erga Butium, & La-
nionibus ſcut. 3000. his ſine ſcripura, & illi
ſine Teſtibus, ut optime obſervarunt *Nogne-
rol. dicta alleg. 26. n. 127. Rot. coram Coccin. di-
cta decif. 330. ſub. n. 6. verſ. nec eſt veriſimile,
& coram Dunozett. Jun. decif. 7. n. 10. & 13.
& in dicta Romana Mutui 15. Martii 1683. §. ſe-
cundo ex inſolita, coram bo. me. Rondinino*: præci-
pue, quia in parva venditione ſtyliorum Ta-
bernæ, pretium, de quo fidem habuerat, &
19 obligationem Macellariorum publici In-
ſtrumenti monumento roboravit, ut ad rem
ponderant *Lancell. Gallia conſ. 86. n. 5. & 6.
Grat. diſcep. 570. n. 31. Concıol. alleg. 8. ſub.
n. 23. verſ. quod eo magis, Rot. decif. 22. n. 9.
& 10. poſt Salgad. in labyr. Credit. & coram Card.
Celſ. decif. 118. n. 7. & 8, & in Fanen. Dotis
12. Decembris 1681. §. Ex natura quippe in fin.
& in Bononien. Dotis ſeu pecuniaria 15. Maii
1682. §. Deniqne coram Rño D. meo Decano.*

Adſtipulabatur quoque jurata depoſitio
Uxoris alterius ex præfatis Lanionibus, quæ
metu excommunicationis teſtificata eſt, Vi-
rum ſuum examinis a ſe facti favore Agnetis
pœnituiſſe ex capite mendacii, ac demum
formale examen alterius Teſtis pro Cyriaco
inducti, ac reſpective deponentis, eumdem
Cyriacum occaſione ſolvendi quoddam Le-
gatum ſcut. 100. ab Jo: Baptiſta ejus Patruo
& aſſerto Mutuatario Agnetis Viro relicto,
eandem Agnetem interrogaſſe, an quidquam
aliud ab hæreditate Patrui ſui prætenderet,
Agnetem vero reſpondiſſe, *che non haveva da
haver altro, che 30. ſcudi dati in depoſito a detto
Signor Capitano* quę ſane depoſitio evidentiſ-
ſime excluſiva longe majoris crediti median-
te Apoca pretenſi (licet ab unico dumtaxat
20 Teſte haberetur) magnum conſtituere ad-
miniculum videbatur, ex deductis per *Rot.
coram Coccin. decif. 95. & decif. 473. utrobique
n. 1. & decif. 401. num. 7. & ſeq. par. 18. recen.
& in Romana Cenſus 27. Januarii 1687. §. 2. in
princip. coram Eminentiſſ. Mediolanen., & in Ro-
mana Pecuniaria ſuper exhibitione 21. Jun. 1694
§. Et altero*, confirmata 31. *Jan. 1695. §. Ex
Teſtibus autem, coram R. P. D. meo Muto.*

Ac propterea ſive introſpecto viſibili vi-
tio ſcripturæ, ſive ponderata incertitudine
characteris, ſive demum in unum conſpiran-
tibus adminiculis, ac demonſtrationibus
Apocam ſauciantibus, exiſtimarunt DD.,
vel ipſam ſubſcriptione in Civilibus exu-
beranti ſuſpicione laborare falſitatis, & con-
ſequenter ceſſare realitatem crediti, vel ſi
pro vera haberi poſſet ſubſcriptio cætero-
quin deſtituta quolibet verbo ſignificativo
21 obligationis, eamdem ſubſcriptionem fuiſſe
in albo præparatam a Joanne Baptiſta, for-
taſſe implendam pro aliqua Militari expedi-
tione, cum ipſe tunc munus ductoris Mili-
tum expleret, prout alis in ſpecie Apocæ
conſimilis, quę per Mulierem producta fue-
rat contra hęreditatem illuſtris Viri Militia-
rum Præfecti, exiſtimavit *Rota in adducta Ro-
mana Mutui 15. Martii 1683. §. Tum etiam,
coram bo. me. Rondinino.*

Et ita Cyriaco tantum informante Agne-
te vero pluries monita, laceſſita, reſolutum
fuit.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

PRęſens Deciſio fuit confirmata ſub die 28. Junii ejuſdem Anni 1697., ſicuti habebitur *infra decif. 16.*, ſub qua annotabuntur ea, quæ conferent ad materia.

Oçcaſione tamen hujus Cauſæ omittendum non eſt, quod hodie poſt ſuperventam Conſtitntionem glorioſæ, & Sa: mem: Innocentii XII. ſuper ſuppreſſione parvorum Tribunalium, quæve habetur impreſſa in ejus particulari Bullario in ordine *la* 65., & 66. amplius non aſcendunt ad Tribunal Rotæ conſimiles Cauſæ in prima inſtantia indicatæ in Curia Hoſtien., & Veliterna per organum deputationis, ſeu delegationis factæ a Decano pro tempore S. R. E. Cardinalium, cuius Dignitati exiſtunt unitæ memoratæ Eccleſiæ Hoſtien., & Veliterna, ſed recta via per Signaturam Gratiæ, vel Juſtitiæ committuntur, ut cæteræ, ſolumque ab initio novæ Reformationis, ſeu Conſtitutionis (veluti non compræhenſa ſub ipſa) confirmatæ extiterunt pręteritæ pendentiæ ſimilium Cauſarum, ut Ego tunc Sanctiſſimi eiuſdem Auditor de illius oraculo declaravi poſteaque idcirco contigit, quod ipſemet ſucceſſor bo: me: Benincaſæ huiuſmodi Cauſam proponerem.

Nam cum duodecim exiſtant Sacræ Rotæ Auditores inter varias diſtributi Nationes, de quibus præ cæteris meminit *Card. de Luc. in Relat. Rom. Curiæ. diſc. 32. n. 16.*, ſtatim ac aliquis poſt ceſſum, aut deceſſum, aut promotionem ad Cardinalatum anteceſſoris, in eadem Sede creatur novus Auditor, ſeu ſucceſſor, incontinenti ſubſignatur per Summum

Digitized by Google

mum Pontificem Commiſſio generalis Cau-
ſarum, quæ quoquomodo coram ejus ante-
ceſſore pendebant; atque hujus Commiſſio-
nis vigore idem ſucceſſor omnes præfatas
Cauſas cognoſcit, ac generice reaſſumit, ut
latius de hujuſmodi ſtylo, & praxi annotavit
*Coccin. in Addition., ſive Annotat.* 258.*num.*
11. *&* 12., *ac per tot.*

Negligendum pariter non reputavi ulte-
rius retexere ea, quę in eodem propoſito re-
cognitionis manus ad meram veritatem diſ-
ſervi, occaſione parandi defenſiones pro hæ-
redibus ab inteſtato Julii Cini Canonici Ba-
ſilicæ Lateranen., atque olim Summi Pon-
tificis Alexandri VII. intimi familiaris, ad-
verſus quoddam Teſtamentum, quod aſſe-
rebatur ab eodem Canonico fuiſſe ſubſcri-
ptum, & idcirco valere prætendebatur ad
24 normam Privilegiorum, quę propriis fami-
liaribus conceduntur, ad inſtar S. R. E. Car-
dinalium, de quibus late diſſerit *Altograd.*
*Jur.controv.*15.*per tot.lib.*1. *Card. de Luc. de*
*Teſtam. diſc.*6. cum ſubſequto reſpectu Cauſæ
in tota ſui maſſa exitu favorabili iiſdem hæ-
redibus ab inteſtato, ſicuti videre eſt in *Ro-*
*mana, ſeu* Collen. *hæreditatis* 4. *Iunii* 1680. *&*
27. *Ianuarii* 1681. *coram clar. mem. Cardinali*
*Vicecomite*.

Quatenus itaque concernebant, abſque ul-
teriori divagatione, merum punctum reco-
gnitionis manus prætenſæ ſubſcriptionis,
præventive conſulueram in modum, qui ſe-
quitur.

Tres eſſe videntur modi, cum quibus ha-
beri ſolet recognitio veritatis ſcripturæ, vi-
25 delicet per Teſtes, qui notam habentes ma-
num ſcribentis, illam recognoſcant: vel per
comparationem characteris; vel denique per
Teſtes, qui ſeſe interfuiſſe deponant de tem-
pore, quo fuit conſcripta ſchedula, vel ſcri-
ptura, de qua dubitatur, adnotata per *Fa-*
*brum in* §. *Plane num.* 1. *Inſtit. de milit. Teſtam.*
*Altogr. Iur. contr.* 16. *num.* 16.

Circa poſtremum modum recognitionis
per Teſtes, qui potuerint eſſe præſentes de
tempore conſcriptionis legati, nullatenus
erit immorandum, cum hujuſmodi proba-
tio abſque dubio per legatarium nequiverit
adhiberi; quod ſi illa de facto potuiſſet ad-
duci, quælibet ceſſaſſet in hoc puncto diffi-
26 cultas, ex quo talis recognitio dicitur ad
formam legis explicata, nullamque dubita-
tionem admittit. per *Textum in* §. *ſi quis igitur,*
*Authent. de Inſtrum. caut. & fide coll.*6. *Ale-*
*xand. conſil.*76.*n.*4.*lib.*3. *Afflict. dec.*181. *n.*8.
*Coccin. dec.* 173. *n.* 2. cum aliis in ſpecie per
*Boſſ. Oper. moral. Tom.*2. *Tit.*10.§.5.*n.*243.

Reducendo igitur formam recognitionis
ad alios modos, quos credibile eſt, quod
Pars adverſa procurabit, forteque obtine-
bit, ac pro continuatione diſcurſus, præſup-
poſita Teſtium depoſitione clara, & conclu-
denti ſuper notitia manus, vel comparatio-
27 ne litterarum legitime facta cum aliis ſcri-
pturis certis, & indubitatis, juxta legem in
huiuſmodi recognitione facienda præſcri-
ptam ab Imperatore *in l. comparationes, C. de*
*fid. Inſtrum. Menoch. de Arbitr. caſ.* 114. *Gra-*
*tian. diſcep. Foren. cap.*235. *n.*20. *Ludovic. dec.*
*Peruſ.*7.*par.*1. *Caball. reſol. Crim. caſ.*251.*n.*11.
*Boſſ. Oper. Moral. d. Tit.*10.§.5. *num.*230.

Obſtare prima facie videtur ſtylus Curiæ
Romanæ, qui licet utrunque modum reco-
gnitionis per Teſtes habentes notam manum
& comparationes litterarum habuerit pro
28 ſubſidiario, adeout ad eundem deveniri ne-
queat, niſi poſtquam alius modus deficere
appareat, atque ſuper iſto melioris proba-
tionis defectu iuramentum interponatur ex
parte illius, qui hanc recognitionem facere
intendit, ut habetur in *Authent. de Inſtrum.*
*caut. & fid.* §. *Si vero moriatur, Gloſſa in d. l. com-*
*parationes in verbo ab his, verſic. Iurant. autem,*
*C. de fid. Inſtrum. Menoch. de arbitr. lib.* 2. *caſ.*
114. *num.*34. *Coccin. dec.*1791. *n.* 20. *&* 21.

Adhuc tamen utriuſque recognitionis ge-
nus ex ſupraſcripto ſtylo receptiſſimum ap-
paret: in ordine enim ad prædictum per Te-
29 ſtes habentes notam manum, in illis præci-
pue actibus, qui fuerunt abſente Parte exa-
rati, conſtat ex collectis in celebri Cauſa
*Romana hæreditatis de Cævis* per *Altograd.*
*contr.*18.*per totam, Boſſ. oper. Moral. d. tit.* 10.
§.5.*n.*224.*&* 237. *Rot. cor. Seraph. dec.* 570. *in*
*fine*, *Coccin. dec.* 1868. *num.* 2. *&* 3., & in
30 ſpecie ſchedulæ Teſtamentariæ admiſſum
quoque reperitur in *dec.* 553. *par.* 1., *& dec.*
124. *par.* 2. *diverſ.* Cavaler. *dec.* 553. *num.*2.
*Baratt. dec.* 475. *num.* 5. *cum ſeq., & dec.*166.
*num.* 20. *par.*8. *& dec.*289. *num.*11. *par.*10. *rec.*
aliiſque relatis a *Card. de Luc. d. diſc.*6. *de Te-*
*ſtam. n.*6. *verſic. non negabant*, & circa compa-
rationem litterarum practicatum pariter di-
gnoſcitur in una *Cavallicen. hæreditatis* 24.
*Maii* 1676. *cor. Card. Taya*.

Verum exiſtimarem, reſponderi poſſe,
31 quod huiuſmodi ſtylus admitti ſolum de-
beat in duobus caſibus: Primo videlicet,
quando conſtat de primordio veritatis, quod
nempe non dubitetur, Teſtatorem ultimam
conſcripſiſſe diſpoſitionem, ſed dumtaxat
reſtringatur difficultas ad ſchedulæ indenti-
tatem, ex quo idem Teſtator coram Nota-
rio, & Teſtibus patefecerit, ſeſe reliquiſſe
ultimum voluntatis elogium in manibus ali-
cuius Tertii, iuxta formulam teſtandi tra-
ditam per *Bartol. in l. ſi ita ſcripſero, ff. de con-*
*dition. & demonſtr.* eo enim caſu recte quidem
huiuſmodi probatio venit admittenda, quia,
niſi appareat contrarium, conſtat de origine
veritatis aliunde: ſed quando de iſta volun-
tate teſtandi legitime non apparet, totaque
diſpoſitio pendet a prædicta fallaci recogni-
tione, & tunc illa nequit ſufficere pro veri-

tate ſchedulæ comprobanda, ad ea, quæ poſt
*Rub.de Teſtam.ad Pias Cauſ.cap.28.n.350.cum
ſeq.*advertit egregie *Card. de Luca d. diſc. 6.
num.6.verſ.altera ſchedulæ ſpecies*, qui ſcripſit
in eadem Cauſa, de qua *Altogr. Iun. d.Con-
tr.* 14. hoc tamen inter-eos adhibendo diſcri-
men, quod *Altograd.*ſcripſit ad morem meri
Conſulentis, *Cardinal.* vero *de Luca* ſenſum
ſolius veritatis, & inſtitiæ poſſeſſus eſt, *Rota
dec.124. num.1. & dec.170. num.1. par.2. di-
verſ. dec. 162. num. 11. par. 15. rec. Add. ad
Greg. dec.389. num.2. & 6.*

Secundo venit admittendus præfatus ſtylus
32 in caſu, quo alia concurrant adminicula,
& præſumptiones; quoniam tunc enunciata
recognitio, licet in ſe ipſa imperfecta, nihilo-
minus robur aſſumere valet ab aliis circum-
ſtantiis, atque ſub hac diſtinctione concilian-
tur *deciſiones Rotæ Romanæ* in contrarium ſu-
33 pra relatę; illæ etenim ultra recognitionem
manus ſub hoc modo factam, revera fue-
runt innixæ cæteris adminiculis eandem ve-
ritatem ſcripturæ, & voluntatis comproban-
tibus, prout diſtinguit *Boſſ. Oper. mor. tom. 2.
tit.10.§.5.num.224. verſic.Et ſi cum recognitio,
Farinac.conſ.70.num.58. lib.1.Marta de ſucceſ.
leg.par.4.quæſt.7.art.3. num.14.*, & videre eſt
in *d. dec.553. num.1. part. 1. diverſ. dec. 124.
num.3.par.2. Cavaler. d.dec.553. n.3. Buratt.
d. dec. 477. num. 7., & dec. 166. par. 8.* cum
cæteris per *Rub.de Teſtam.d.cap.28.num.385.
cum ſeqq.& num.411.cum ſeqq Card.de Luc.d.
diſc.6.num.7. de Teſtam.* atque in his terminis
fundata ſuper pluribus adminiculis, nempe
ſigillo Teſtatricis, ſubſcriptione duorum Te-
ſtium, cum ſimilibus, proceſſit *Rot. in d.Ca-
valliccn. Hæreditatis cor. Card.Taya, & Alto-
gr. Jun. d. contr.* 15. qui novem conjecturas
enumerat.

Et ratio eſt manifeſta, quoniam induſtria,
ſive potius malitia hominum adeo excrevit,
ut hodie nimium de facili valeant imitari
characteres uniuſcujuſque perſonæ, atque de
facto praxis ipſa præbuit experimentum in
allegata *Cauſa Romana hæreditatis de Cævis*,
34 quod exemplato per Peritos originali ipſius
ſchedulæ, de qua erat quęſtio, iidem Periti
exemplantes remanſerunt decepti, amplius
non recognoſcendo copiam per ipſos exara-
tam ab Originali Cardinalis, prout etiam
alias contigiſſe advertit in puncto *Pariſ.conſil.
19. num.44.in fine vol.3. Cyriac. controv. 444.
num.88.Menoch. de arbitr. in add.ad caſ.114.
Borell. in ſumma dec. par. 2. tit.25. n.14. Gra-
tian.diſcept.for.cap.235.num.23.*

Atque de facto tota iſta materia recogni-
35 tionis manus integraliter remitti ſolet arbi-
trio Judicis juxta circumſtantias facti regu-
lando, ex doctrina *Bartol.in l.Admonendi n.26.
ff.de jur. jur. Menoch. de arbitr.caſ.114.per tot.*,
& ſignanter *n.7.*, & *20. Farinace. in fragmen.
part.1.litt.C.num.540.Gratian.diſcept.for.ca-
pit. 895.num. 34.*

Ponderando propterea conjecturas, & ad-
minicula, illa non ſolum deſunt ex parte le-
gatarii, proindeque remanet per ſimplicem
ſubſcriptionem, ut ſupra, fallax, & ambi-
gua probatio veritatis; verum etiam plures
36 concurrunt præſumptiones in contrarium,
quo caſu pro invaliditate reſpondendum eſſe
firmavit *Card.de Luc.d. diſc.6.num.8. verſ.Et
ulterius, de Teſtam.*

Primo ſiquidem concurrit exceſſiva quan-
titas eiuſdem legati, dum præter ſex ſcuta
menſtrua in eo legato ad favorem humilis,
& privati Cubicularii comprehenduntur
mobilia, & argenta valoris ſcutorum circi-
ter 3000. quando in Curia per ipſoſmet Car-
dinales, & Principum Oratores, aliaſque
perſonas Ordinis Magnatitii nunquam huiuſ-
modi liberalitas exerceri conſuevit in di-
ſtributione facienda erga univerſam Fami-
liam ut plurimum conſiſtentem in nobilibus
Viris, & Equeſtri charactere inſignitis: pro-
37 indeque poſito exceſſu improbabili, & inve-
riſimili, ſufficiens nullo modo reputatur ſu-
pradictæ recognitionis modus, ſed requiri-
tur prima ſpecies depoſitionis Teſtium, qui
dicant, vidiſſe Teſtatorem ſcribere contro-
verſam diſpoſitionem, ad plene firmata per
*Alex.conſil.76.num.7.& 8.vol.3. Cyriac. dicta
Contr.444.num.89.*ubi *ſub num.91.*tradit, quod
38 litterarum comparatio non admittitur,
quando Cauſæ quæſtio excedit valorem uni-
us libræ, iuxta individualem *Authen. ac ſic
contractus, C. de fide Inſtr.* cuius cenſuram ſe-
quitur *Surd.conſ.187.num.29.vol.2.Ambroſin.
dec.13.num.31.part.1.Card.de Luc. d. diſc. 6.
num.14.de Teſtam.*

Secundo clarius, quia falſa detegitur aſſer-
tio diuturni ſervitii ſine mercede, cum le-
gatarius una cum Uxore, pluribuſque filiis
uſque ad numerum octo perſonarum vixe-
rit de ſumptibus Canonici; ſicque detecta
39 in hac parte manifeſte erroneitate narrati-
væ, reſultare videtur etiam urgens conie-
ctura erroris, ſeu falſitatis in legato.

Tertio magis ex ponderabili conſideratio-
ne, quæ apud Me magnam vim facit, quod
40 ſcilicet corpus ſcripturæ, ſeu legati con-
ſcriptum reperitur aliena manu, quæ pror-
ſus ignota eſt, atque ex aſpectu videtur ali-
cuius Ultramontani; & tamen in conſcri-
bendis huiuſmodi diſpoſitionibus ſolet ad-
hiberi manus nota, & confidentialis diſpo-
nenti; atque ideo dum ignoratur, quænam
perſona exaraverit ſcripturam, neque poteſt
illa ſubiici examinationi pro habenda verita-
te, ſequitur per neceſſe, quod ſchedula præ-
dicta multum ſuſpecta dici mereatur.

Quarto etiam augetur motivum, ex quo
de recenti, nempe ſub die 2. Aprilis anni cur-
rentis ſcriptum apparet iſtud legatum; ſicque
41 magis redditur inveriſimile, quod huiuſmo-
di ſcriptor innoteſcere non poſſit, in aliis
enim

enim caſibus, in quibus de veritate ſcriptu-
ræ dubitabatur, tota diſpoſitio ſcripta erat
de manu vel Teſtatoris, vel alterius fidi, &
approbati familiaris, qui tamen aliquod pro
Teſtamento habere poterat intereſſe, ut in
celebri *Romana Legati coram Celſo dec.271., & coram Priolo impreſſ. dec. 51. poſt Zaff. de legitimat. Proceſſ.*

Quinto, quia character ſubſcribentis con-
42 ſiſtit in paucis verbis; unde ſi in ſæpius alle-
gata Cauſa *Romana hæreditatis de Cævis* inter
cœtera ponderatum fuit, quod pauci erant
verſus, ſicque facilius reddebatur eos imita-
ri, & tamen ibidem continebatur inſtitutio
formalis cum pluribus aliis carminibus: mul-
to magis locum ſibi vindicare debet hujuſ-
modi motivum in caſu noſtro, in quo ſub-
ſcriptio reſtringitur ad pauca, quæ de plano
potuerunt falſificari, juxta ea, quæ in ſu-
pradicta Cauſa deducit *Card. de Luc. d. diſc.6. n.9. Rot. dec. 553. n. 1. verſ. pro adminiculo par.1. diver.*

Sexto accedit omnimoda prætermiſſio
43 alicuius diſpoſitionis, quæ tendat ad Animę
ſuffragium; unde credendum non eſt, quod
adeo exceſſive dilexerit perſonam Cubicu-
larii: Animam vero propriam voluerit om-
nino negligere, prout bene pariter advertit
*Card. de Luc. dicto diſc.6. n.9. verſ.3.*

Septimo multum conſiderabilis eſt ſtru-
44 ctura verborum; modus enim, ſive formula
dicendi inconcinna, inſula, atque in gram-
maticali ſenſu deficiens apparet, & tamen
Canonicus erat politioris linguæ profeſſor,
atque ob præſtantiam accurrate loquutionis
apud Pontificem Alexandrum apprime cha-
rus: Ideoque ex hujuſmodi diverſitate reſul-
tare maximam ſuſpicionem, tradit parifor-
miter *Card. de Luc. d. diſc.6. n.9. verſ.6.*

Octavo ex affectata liberatione a redditio-
ne rationum procurata in eodem legato ar-
gui poteſt, quod legatarius ſibi præcavere
voluerit in re, de qua difficile erat ipſum mo-
45 leſtare; ab hujuſmodi enim nimiis cauthelis
ſatis emergere ſolet conjectura falſitatis,
ex adductis per *Rot. dec.206. n.2. & 3. par.25.*
cum aliis late allegatis apud *Palmam Nepotem Allegat.8. n.45. & Alleg.75. n.50.*

Denique nimium urget ipſamet ſubſcri-
46 ptio, quę non ſolum generalis eſt, ve-
rum eadem attente perlecta demonſtrat po-
tius reſpicere actum inter vivos, quam ulti-
mæ voluntatis, dum Canonicus in ipſa præ-
cipit — *Che habbia forza d' Iſtromento publico rogato per mano di publico Notaro &c.* quoniam
iſta verba vere, proprieque adhibentur in
contractu, ut docet experientia quotidiana:
atque ideo ſuſpicari vehementer debet, quod
vel eadem manus, antecedenter dilucidata
cum ſimili ſubſcriptione adhibita in alio ne-
gocio, fuerit diligenti imitatione in illam
formam redacta; vel quod ipſa ſubſcriptio
ad alium finem & effectum (ex. gr.) man-
dati ad exigendum fieri ſoliti, in perſonam
legatarii confecta fuerit a Canonico.

## URBANIEN. ARCHIPRÆSBYTERATUS.

*Veneris 17. Maii 1697.*

### ARGUMENTUM.

Tota huiuſce Deciſionis inſpectio ad id re-
ducitur, an quædam Confraternitas, ad quam
ſpectabat ius præſentandi ad Archipresbyte-
ratum, foret Eccleſiaſtica, vel Laicalis, ad
effectum, ut eadem Dignitas caderet, nec
ne ſub Regula reſervatoria Menſium, & con-
cluditur pro laicalitate non obſtantibus plu-
ribus argumentis, quę pro qualitate Eccleſia-
ſtica afferebantur. Juſpatronatus Eccleſiaſti-
cum an ſemper ſubiaceat reſervationibus
Apoſtolicis, & quid de Jurepatronatus mix-
to, quod non ſit turnarie diviſum inter Pa-
tronos.

### *SUMMARIUM.*

1 *Confraternitas, de cujus erectione non conſtat, in dubio præſumi debet Eccleſiaſtica, & erecta cum aſſenſu Ordinarii.*

*Præcipue quando habet propriam Eccleſiam, aliaque ſigna Eccleſiaſticitatis n.2.*

*Exemplifica quando ad eandem Eccleſiam confluit Populus ad audiendum Sacrum, et indifferenter Sacerdotes accedunt ad celebrandum n.3.*

*Rurſus, quando eadem Eccleſia habet Campanile cum Nolis, quæ dietim pulſentur ad invitandum Chriſtifideles n.4.*

*Item, quando conſtat, Ordinarium inſtituiſſe vel deſtituiſſe Rectorem, alioſque Officiales ejuſdem Eccleſiæ n.5.*

*Idemque eſt, ſi eamdem Eccleſiam, eiuſque Altaria pleno jure viſitaſſet n.6.*

*Vel conſenſum preſtitiſſet alienationi rei modicæ ad eamdem Confraternitatem ſpectantis n.10.*

*Amplius Confraternitas cenſetur Eccleſiaſtica quoties ejus Cauſæ activæ, & paſſivæ agitatæ fuerunt in Tribunali Eccleſiaſtico, n.11. & 14.*

*Prout etiam Eccleſiaſtica cenſetur, ſi pro ejus bonis Decimas Papales perſolverit n.15.*

7 *Beneplacitum Apoſtolicum non requiritur in alienatione bonorum Confraternitatis Laicalis.*

*E' converſo autem, ſi Confraternitas ſit Eccleſiaſtica, tenetur requirere conſenſum Epiſcopi in alienatione rei modicæ n.8.*

*Et reſpective Beneplacitum Apoſtolicum in alienationibus rei magni valoris n.9.*

12 *Judex Eccleſiaſticus, tanquam habitualiter competens poteſt de conſenſu Partium Cauſas Laicales cognoſcere.*

*Præcipue vero accedenter etiam conſuetudine & obſervantia n.13.*

16 *Confraternitatem eſſe Laicalem probatur ex confeſſione in actu proportionato emiſſa per ipſos Confratres.*

*Rur-*

*Rurſus ex ſimili ennunciativa, & confeſſione Ordinarii n.17.*
*Et de ratione, ibidem, & n.18.*
*Item probatur ex enunciativa ſerio emiſſa in Conſtitutione Pontificia, n.19.*
*Et de ratione, n.20.*

17 *Juſpatronatus eſſe non Eccleſiaſticum, ſed Laicale probatur ex facto, & confeſſione Ordinarii, & n.18.*

20 *Congregatio Conſiſtorialis peculiariter Inſtituta fuit pro diſcutiendis Cauſis erectionis novorum Epiſcopatuum.*

21 *Confraternitas in dubio præſumitur Laicalis.*
*Amplia, licet habeat propriam Eccleſiam cum Campanili, & Hoſpitale, quoties omnia hæc ſunt acceſſoria ad ipſam Confraternitatem, n.22.*

23 *Confraternitas cenſetur Laicalis, quoties pro ejus bonis ſolvit onera communitativa.*
*Item, quoties ſe ſubiecit Statutis, vel ordinationibus Laicalibus n.24.*

25 *Notarii atteſtatio relativa ad Acta non attenditur, niſi Acta ipſa exhibeantur.*

26 *Minima non habentur in conſideratione.*

27 *Coniecturæ, quæ non concludunt per neceſſe vel ab aliis contrariis eliduntur, non merentur attendi.*

28 *Iuſpatronatus Eccleſiaſticum non cadit ſub reſervationibus Apoſtolicis, quoties Beneficii fundator contrarium expreſſe, & per ampliſſima verba mandavit.*

29 *Iuſpatronatus mixtum, cuius exercitium inter Laicos, & Eccleſiaſticos diviſum fuerit per Turnum, cadit ſub reſervationibus Apoſtolicis, quoties Beneficium vacat in Turno Eccleſiaſtici.*
*Si tamen non fuerit turnarie diviſum, ſed ejus præſentatio promiſcue ſpectat ad Laicos, & Eccleſiaſticos prævalet qualitas laicalitatis ad effectum excludendi reſervationes Apoſtolicas n.30.*
*Et de ratione n.31.*

32 *Error excluditur ex ſola poſſibilitate in contrarium.*

33 *Iuſpatronatus laicale cenſetur, & non Eccleſiaſticum, quoties pro laicalitate concurrit ultimus ſtatus effectuatus.*

34 *Collatio Beneficii facta jure devoluto per Superiorem arguit, jus præſentandi ad alterum, quam ad ipſum collatorem ſpectare.*

35 *Laici ſunt capaces adminiſtrationis ſuppellectilium Eccleſiæ & n.36. & 44.*

37 *Poſſeſſio Rei conventi probatur ex ipſamet inſtantia facta per Actorem, ut is dimittat rem controverſam.*

38 *Libri Communitatis in poſſeſſorio faciunt ſuperlativam probationem.*

39 *Adminiſtratio ſuppellectilium regulariter ſpectat ad Sacriſtiam Cappellæ, ſeu Altaris ad cujus ornatum ſunt deſtinata.*
*Limita, quando contraria apparet intentio oblatorum n.40. & 42.*
*Vel quando contraria invaluit conſuetudo, n.41.*

42 *Argumenta, & conjecturæ non requiruntur in reclara.*

43 *Conſuetudo probatur ex libris publicis.*

45 *Laicus, licet non poſſit eſſe Rector Eccleſiæ, ſeu Cappellæ in iis, quæ concernunt actus ſpirituales, ſecus tamen in temporalibus, ut eſt cuſtodia ſuppellectilium, & ſimilia & n.47.*

46 *Claves Reliquiarum ex conſuetudine poſſunt per Laicos retineri.*

48 *Laici poſſunt ex mente piorum largitorum, & etiam ex conſuetudine adminiſtrare eleemoſynas ad effectum eas convertendi in uſus deſtinatos, & de hoc adſunt plura exempla & n.49.*

50 *Suppellectilia ſpectantia ad Confraternitatem exiſtentem in Cathedrali (ea a dicta Eccleſia remota) interim, donec in alio loco transferantur, penes quem debeant eſſe.*

51 *Cappella erecta authoritate Ordinarii eſt locus Sacer, & Eccleſiaſticus, ibique poſſunt Miſſæ libere celebrari.*
*Diſtingue inter Cappellam erectam in Oratorio publico, vel privato n.52.*

53 *Juſpatronatus ſpectans ad Confraternitatem laicalem an, & quando cenſeatur laicale, vel Eccleſiaſticum ad effectum, ut cadat nec ne ſub reſervationibus Apoſtolicis.*

54 *Juſpatronatus laicale non cadit ſub Regulis Cancellariæ, & reſervationibus Apoſtolicis.*

## DECISIO IX.

ANtiquitas, veluti Nylus, rerum humanarum initii caput abſcondens, anſam plerumque præbet forenſibus colluctationibus, ut evenit in hodierna contentione inter Valentinum, & Leonardum; cum enim litteræ Apoſtolicæ utrinque reportatæ, & ſuper quarum executione reſpective dubium propoſui; unicam ambigendi cauſam involverent ſuper ſcrutatione qualitatis Vener. Confraternitatis S. Spiritus Caſtri Durantis, nunc Urbaniæ, ex quo de vero illius principio, ſeu erectione nullum veſtigium eminebat, contendente idcirco Leonardo, quod eſſet Eccleſiaſtica, quodque proinde ſubſtineretur impetratio in vim Regulæ octavæ, hodiæ nonæ per eum obtenta quoad Archipresbyteratum, cujus vacatio contigerat in menſe Iulii Sedi Apoſtolicæ reſervato, oppoſitam vero Laicalem naturam, ſeu qualitatem acriter aſſerente Valentino, qui præſentationem ab ipſa Confraternitate Patrona, & reſpective litteras Pontificias, quas nuncupant *pro præſentato* fuerat aſſecutus, placuit DD., conjecturis, & demonſtrationibus mutuo collatis, iiſdemque ſedulo perpenſis, inclinare pro qualitate laicali, & conſequenter reſpondere litteras Valentini eſſe exequendas.

Licet

Licet enim ſcribentes pro Leonardo inge-
nioſe, ac elaborate cumulum adducerent
conjecturarum, ac præſumptionum ſuper
Eccleſiaſtica qualitate, quæ præciſive a vali-
dioribus in oppoſitum militantibus, admo-
dum potuiſſent urgere, baſim primariam
ſtruentes ſuper ipſa antiquitate, & ignoran-
tia erectionis, quo tempore nimirum, & qua
authoritate Confraternitas fuerit ad eaer-
cenda opera pietatis inſtructa, & ſtabilita,
cum ſolum de anno 1567. occaſione explen-
di Viſitationem Apoſtolicam Epiſcopus Fe-
retranus Viſitator expreſſerit, pervetuſtam
eſſe fundationem, ſed ejus præciſam non ex-
1 tare memoriam: ac propterea, junctis præ
maxime ſignis, de quibus infra, etiam in du-
bio fundatam cenſeri authoritate Eccleſia-
ſtica Societatem hujuſmodi Confratrum,
ſtante præponderantia meritorum, ſecurita-
tis, & durationis, quam ſecum trahit reſpe-
ctive ad laicam qualitatem longe nobilior,
& firmior Eccleſiaſtica, per *gloſſ. in Clement.
quia contingit, § Cæterum, verb. Altare, de Re-
lig. domib.* communiter tradiderunt *Fæder. de
Sen. conſ. 111. n. 2. & 3., Eugen. conſ. 88. n. 44.
lib. 2. Benintend. deciſ. 13. num. 4. Guttier. quæſt.
Canon. lib. 1. quæſt. 35. n. 18. Del Bene de Immu-
nit. cap. 4. duo. 20. n. 7. Ciarlin. contr. 116. n. 12.
& ſeqq. Modern. Argentan. collect. 10. n. 28. lib.
1. Panimoll. deciſ. 12. annot. 5. n. 14. & 15.*

Magis autem ipſam fundationis obſcuri-
tatem concomitantibus ſignis undequaque
ſpirantibus prerogativam Eccleſiaſticam, ni-
mirum Eccleſia pluribus Altaribus decora-
ta, Campanili, & Hoſpitali, iſta namque,
quemadmodum reſpondit *Vlpianus* occaſio-
ne dubii ſexus *in l. quæritur, ff. de ſtat. homin.* ve-
2 luti de ſui natura proculdubio Eccleſiaſtica,
& ſignanter Eccleſia, ac Altaria, faciunt
præſumere, quod ubi verſemur in ancipiti
prævalet (ut in ſexibus) eadem qualitas Ec-
cleſiaſtica, quæ non poteſt deflecti ad condi-
tionem prophanam, ſicuti animadvertendo
ad has circumſtantias, & præſertim Eccleſiæ,
exiſtimarunt *Donat. in prax. Regular. to. 3. tract.
8. quæſt. 21. n. 3. in princip. Ioſ. de Roſa conſult. 10.
n. 10., Panimoll. dicta deciſ. 12. annot. 5. num. 7.
& n. 16. Rot. deciſ. 143. n. 12. par. 9. recen. & de-
ciſ. 89. num. 6. par. 10., & coram Carill. dec. 267.
n. 1. & deciſ. 226. n. 32. coram Card. Cerr. & in
Florentina Parochialis 20. Decembris 1628.
§. Primo quia, & ſeq. coram Virili.*

Potiſſime, quia ad eandem Eccleſiam con-
tradiſtincte ab Oratoriis privatis, confluunt
nedum Fideles extra perſonas Confratrum
3 ad intereſſendum Divinis, ſed etiam indiffe-
renter omnes Sacerdotes ad ineunda, cele-
brandaque Sacrificia recipiuntur, per ea, quæ
in propoſito proſequuntur *Abb. in cap. paten-
tibus num. 1. de privil. Calderin. conſ. 4. de Relig.
Domib. Zabarell. conſ. 11. ſub num. 1. verſ. quod
probo, & n. 2. Alex. conſ. 101. num. 5. verſ. ac-
cedit lib. 7. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt.
132. n. 51. Sanch. de matr. lib. 9. diſput. 15. n. 39.
in fin. verſ. ſimiliter., Del Bene de Immunit. cap. 2.
dub. 2. ſect. 7. n. 38. Rot. deciſ. 725. n. 3. & 4. par.
1. diverſ. & in Peruſina S. Mariæ de Nive 30.
Aprilis 1599. §. Conſtat enim, coram Pamphil.
4 Sen.* Quin etiam ipſam Turrim, ſeu Campa-
nile in parte ſuperiori elevatum cum Nola,
non Sodales tantum, ſed univerſum Popu-
lum invitante, plurimum deſervire non mi-
nus pro ſupponenda vera Eccleſia, ac, ut præ-
miſimus, contradiſtincta a privato Oratorio,
ſed etiam de per ſe validum conſtituere indi-
cium Eccleſiaſticitatis in ipſa Confraternita-
te, vel Hoſpitali, per *Text. in d. cap. patentibus,
de Privileg.* annotarunt *Zabarell. d. conſ. 11. ſub
n. 6. verſ. item caveant, Eugen. dicto conſ. 88.
n. 46., & 47. lib. 2. Vivian. de Iurep. par. 1. lib. 3.
cap. 2. n. 7. Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib. 2. cap. 10.
n. 80. Novar. de Elect. for. par. 2. ſect. 2. quæſt. 22.
n. 6. Del Bene loc. cit. n. 39. & 40. Donat. d. tract.
8. quæſt. 21. n. 3. verſ. Secundum.*

Et quamvis non appareret, quod Ordina-
rius ſe ſe unquam ingeſſerit in adminiſtratio-
5 ne, ſeu Gubernio iſtius Eccleſiæ, vel Hoſpita-
lis cum inſtitutione, vel deſtitutione Officia-
lium, in quibus terminis ferme citra difficul-
tatem Confraternitas ipſa, & Hoſpitale pro
Eccleſiaſtico foret reputandum, Teſte *Mar.
Antonin. var. reſol. lib. 1. reſol. 14. ſub n. 4. verſ.
Secundo ſi Epiſcopus, Merlin. Pignatell. contr. for.
cent. 1. cap. 65. n. 12. Ciarlin. dicta contr. 116.
n. 9. Ioſ. de Roſa dicta conſult. 10. n. 30. Pani-
moll. dicta deciſ. 12. annot. 5. num. 18. Rot. dicta
deciſ. 725. num. 1. par. 1. diverſ.*, concurrebant
nihilominus Viſitationes factæ per Superio-
res Eccleſiaſticos pleniſſimo Jure, videlicet
non tantum ea, quę de prędicto Anno 1567.
per Epiſcopum Feretranum inita fuerat, ſed
etiam altera, quæ magis de proximo, nempe
de anno 1689. facta demonſtrabatur, ultra
ſancita per *Sac. Conc. Trident.* in viſitatione
Hoſpitalium, & Confraternitatum laica-
lium, ut in *ſeſſ. 7. de Reform. cap. 15. & ſeſſ. 22.
6 cap. 8.*, unde cum Ordinarius nullo repugnan-
te, aut contradicente viſitaverit Eccleſiam,
Altaria, aliaque omnia ad inſtar cujuſcun-
que alterius loci, & Confraternitatis Eccle-
ſiaſticæ, merito talis prætendebatur, ex tra-
ditis per *Fuſc. de viſit. lib. 2. cap. 14. n. 5., Mer-
lin. Pignatell. dicta contr. 65. num. 10. Donat. in
prax. Regular. dicto tom. 3. tract. 8. quæſt. 21. ſub
n. 3. verſ. Quintum Ioſ. de Roſ. dicta conſult. 10.
nu. 29. & 32. Ciarlin. dicta contr. 116. ſub n. 17.
verſ. quod autem, & n. 18.*

Augeri demum videbatur demonſtratio
Eccleſiaſticitatis ex tribus potius præſuppo-
ſitionibus certis, quam conjecturis, quod lo-
cus eſſet Eccleſiaſticus; primo nempe, quia
quotieſcunque contigit, bona, vel res iſtius
Eccleſiæ, ſeu Confraternitatis alienari, adhi-
bita fuit pro confirmatione licentia, vel be-
nepla-

7 neplacitum Superioris Eccleſiaſtici : ſicuti
namque propria authoritate valent Officia-
les , & Adminiſtratores ſimilium piarum So-
dalitatum res earundem Sodalitatum diſtra-
here , ubi ſint laicales per ſanctam in terris
converſationem unitæ ad opera meritoria ,
& pietatis explenda ſine mixtura Eccleſiaſti-
citatis, ut ait *Bald. in Auth.hoc jus porrectum
num.3.C.de Sacroſ.Eccleſ.Pariſ.conſ.34.n. 19.
& 25 lib.4.Torniol.conſ.70.num.16.,& 17.Sa-
lazar.de uſu , & conſuetud.cap.8.num.24.verſ.
ſecundo infertur , Guttier. quæſt. Canon. lib. 2.
quæſt.35.n.16.Maſtrill.dec.110.n.12.Del bene
de Immunit.Eccleſ.cap.2.dub.2.ſect.7.n. 18. &
cap.4.dub.20.n.5. & 6. Panimoll. deciſ.12.an-
not.5.n.5. & num. 39. Rot.dec.58. ex n. 4. uſ-
que ad fin.poſt Tondut.de penſion.*

Ita e converſo quoties agitur de Confra-
ternitate , vel Hoſpitali Eccleſiaſticæ con-
8 ditionis , abſolutum eſt , vel in parvis aliena-
tionibus ad normam *Text. in Canon. Terrulas
cauſ. 12. quæſt.2.*expoſci conſenſum Ordina-
9 rii , vel ubi tractetur de majoribus alienatio-
nibus , Beneplacitum Apoſtolicum deſidera-
ri , ut habetur apud *Gratian.diſcept.517.n.7.
& 8.Mar.Antonin.var.reſol.lib.1.reſol.14.n.7.
Hermoſill.ad Lopez tom. 2. lib. 15. tit.5.par.5.
gloſ.1.num.80.& ſeqq. Donat. in prax. Regular.
d.tract. 8.quæſt.25.n.1.,Panimoll.dicta dec.12.
annot.5.n.40 Card.de Luc.lib.7.de Alien.diſc.
1. n.11., & ſeqq.Rot.deciſ.502.num.2.& ſeqq.*
10 *coram Bich.* , proindeque cum Superior Ec-
cleſiaſticus auctorizaverit alienationes hujus
loci ad normam ſecundi , non primi caſus
de plano inferebatur , Sodalitatem, & locum
eſſe Eccleſiaſticum, non prophanum, ut præ-
cisè arguit *Ciarlin.contr. 116.n.21.*

Secundo potenter ad eandem qualitatem
11 Eccleſiaſticam inferebatur ex eo,quod ſem-
per lites , & controverſiæ ſpectantes ad hanc
Confraternitatem active , & paſſive fuerint
diſpunctę , & definitæ in Tribunali Eccleſia-
ſtico , ideoque neceſſe erat concludere, quod
12 locus eſſet Eccleſiaſticus ; licet enim Judex
Eccleſiaſticus tanquam indifferenter habi-
tualiter competens poſſit , mediante proro-
gatione litigantium , laicale , etiam Cauſas
judicare,per *Text.in l.ſiquis ex conſenſu,& leg.
Epiſcopale Iudicium,C.de Epiſc. Audient.& in
cap. ſignificaſti , de for. compet.* ubi præ cæteris
*Butr. n.7.& 8.& Fagnan.n.13.Carleval.de Iu-
dic.tom.1.diſp.2.quæſt.8.ſect.3.n.1119.& ſeqq.
Bellett.diſp.Cleric. par. 1. tit. de favor. Cleric.
perſon. §.2. n.30.Frances de compet. inter Cu-
rias quæ . 9.n 10.& ſeqq.Card.de Luc. de Iu-
dic. diſc.40.ſub n. 8. Rot. dec. 1859. n. 75. &*
13 *ſeqq.coram Coccin.* , & maxime , ubi vigeat
conſuetudo , ex prædicto principio, & funda-
mento , quod ſemper Tribunal Eccleſiaſti-
cum habitu competens eſt , ut affirmant *Spe-
rel.deciſ.98.n.33.& ſeqq.Panimoll.dec.12. an-
not.2.n.42.Rot.dec.793.ſub n.1.par. 1. diverſ.*

Attamen cum de hujuſmodi prorogatio-
14 ne , aut particulari conſuetudine in hodier-
na Audientia non daretur aliqua juſtificatio,
iſta inconcuſſa obſervantia maximum pro
qualitate Eccleſiaſtica præſeferebat indicium,
ex adductis per *Io.Franc.de Pont.conſ.18.n.1.,
& ſeqq.lib.1.Mar.Antonin.dicta reſol.14.n. 6.
Guttier.dicta quæſt.35.n.9.& num.24. & ſeqq.
Fuſc.de Viſit.lib.2.cap.14.n. 4.& 7. Panimoll.
dicta dec.12.annot.5.nu.8.Rot.in dicta Floren-
tina Parochialis 20.Decembris 1628.§.Nec fa-
cit in fin.* , & *§.ſequen. coram bo: mem. Card.
Virili.*

Tertio tandem intercedebat alia nuperri-
ma obſ(r vantia , quod cum ſanctæ memoriæ
Innocentius XI. ad profligandos Turcarum
impetus nimium de proximo Auſtriæ Regi-
nam Urbem , totamque Chriſtianitatem in-
vadentes , ſubſidium , ſeu Decimas Eccleſia-
ſticas imponere coactus fuerit ſuper bonis, &
15 Beneficiis Eccleſiaſticis,etiam Sodalitas hæc
pro bonis ſuis Decimam exſoluit ; qua ſane
ſolutione concurrente , locum , & bona Ec-
cleſiaſtica exiſtimanda eſſe dixerunt *Camill.
Borell.conſ.81.n.6. Pignatell. conſult. Canon.
tom.8.conſult.32.ſub n.10.verſ. quando enim ,
Amoſtaz.de Cauſ.piis lib.4.cap.11.n.11.,& 12.*

At hiſce , ſimilibuſque , minus tamen per-
ſtringentibus argumentis , ut ſunt peculiare
Saccum , ſeu indumentum Confratrum , ag-
gregatio Sodalitatis ad S. Spiritum in Saxia
de urbe , acceſſus ad Proceſſiones , nuncupa-
tio Confraternitatis S.Spiritus , Indulgentiæ ,
& Eleæmoſynæ,ſolita maturitate per DD.di-
ſcuſſis, & examinatis viſum eſt , longe robu-
ſtiora extare fundamenta, quæ ex altera par-
te Valentini promovebantur in conflictu .

Siquidem in primis occurrebat clarum fa-
ctum , & confeſſio eorundem Confratrum
de anno 1626.; occaſione etenim, quod qui-
dam Clericus per ſortem remanſerat præle-
ctus inter Officiales , inſurgente , & concla-
mante præ cæteris uno , quod extractus non
foret capax , ex quo Sodalitas eſſet Laicalis ,
de facto fuit excluſus citra ullam contentio-
16 nem:unde cum hujuſmodi enunciativa,jun-
cta cum facto poſitivo excluſionis,& acquie-
ſcientiæ emanaverit tempore non ſuſpecto ,
videlicet priuſquam erigeretur Canonica-
tus , ſeu Archipresbyteratus , de quo agitur ,
vehementiſſimum gradum probationis circa
ipſam laicalitatem conſtituit , ut dixit *Rot.
deciſ.386. n.5. coram Coccin. & deciſ.16.n.22.
par.5.& dec. 354. num. 15. verſ. quoniam ,&
n.16.& 17.par.19. rec. & in Urbanien. Cano-
nicatus 9.Junii 1694.§.A'ſque eo,quod,coram
R.P.D. meo Muto .*

Validius autem ( procedendo gradatim )
ſtringebat altera enunciativa,factum, & con-
17 feſſio emiſſa per ordinarium,qui cum regu-
lariter non ſoleat eſſe facilis in canonizandis
Juribus horum Patronatuum Laicalium , ut
inquit

Digitized by Google

inquit *Rot. dec. 70. n. 4. & dec. 211. n. 12. coram Dunozett. Jun. & dec. 193. n. 8. coram Card. Celſ. & coram Priolo dec. 318. n. 10. & 11. & dec. 576. n. 14. par. 18. rec.*, de anno tamen 1651. expreſſe inſtituit præſentatum ad hujuſmodi Archipresbyteratum per Confraternitatem ſub enunciativa, & confeſſione, quod Confraternitas eſſet Laicalis; ac
18 propterea cum ſua nimis intereſſe non approbare talem qualitatem prophanam etiam ad quoſcunque alios effectus juriſdictionales ſuper ipſa Confraternitate, & foret Ordinarius primus Sponſus, ſive Epiſcopus hujus Cathedralis noviter erectæ, alioquin re, & nomine *Honoratus*, & honorandus, aliaſque vigilantiſſimus aſſertor Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, nulli dubium eſſe poterat, quod ex hoc facto, & confeſſione tolleretur quælibet difficultas in hac materia, ut in fortioribus *Rot. dec. 405. n. 3. par. 1. rec. & dec. 24. n. 29. par. 10. & in Salisburgen. Juris Metropolitici 26. Novemb. 1691. §. Et demum, coram R. P. D. meo Priolo, & in Urbanien. Canonicatus 9. Junii 1694. §. fin. & 14. Januarii 1695. §. Clarius, coram R. P. D. meo Muto.*

Denique præſuppoſitioni, & confeſſioni Confratrum, ac Ordinarii ſuperaccedebat præſuppoſitio, & enunciativa etiam Papalis in ipſo limine erectionis Cathedralis; Cum enim pro conflandis (ut moris eſt in conſimilibus erectionibus novarum Cathedralium) Canonicatibus, & Dignitatibus opportunis, & neceſſariis, plures Cives in particulari, pluresque Sodalitates dotem de proprio contribuerint, & inter iſtas illa S. Spiritus, omnes iſtas Confraternitates ſa: me: Urbanus VIII., qui Caſtrum Durantis in Cathedralem ſuo nomine donatam erexit, nuncupavit Laicales, ut patet ex Bulla per elaboratum Collectorem *Ughell.* regiſtrata *in ſua*
19 *Italia Sacra tom. 2. fol. 929.* proindeque ſuperaddita etiam præſuppoſitione, & enunciativa Papæ, res, quatenus fuiſſet ambigua, redderetur manifeſta, ut in ſpecie dixit *Rot. deciſ. 192. n. 11. §. Quod autem, & n. 12. & 13. par. 18. rec.* & generaliter reſponſum fuit *in dicta Salisburgen. Juris Metropolitici 26. Novemb. 1691. §. 1. enim & §. Secundo dantur, coram R. P. D. meo Priolo*; præcipue, quia eadem Bulla, & in ea contenta ſedulo fuere diſpuncta
20 per Organum Sacræ Congregationis Conſiſtorialis hiſce materiis præpoſitæ, quæve idcirco alias non admiſiſſet talem enunciativam, ſeu confeſſionem Ordinario, & Dataria præjudicialem, ut habetur apud *Modern. Epiſ. S. Severi in tract. de Cauſ. Conſiſt. ſect. 3. n. 14. & ſect. 10. n. 12. prope fin. Card. de Luc. lib. 14. in annot. ad Concil. Trid. diſc. 8. n. 4.* & melius *n. 10.*

Excluſa igitur ex his ſuperlativis demonſtrationibus Eccleſiaſtica qualitate, ſuperfluum videbatur DD. vel ſupradictas conjecturas, & ſigna per Leonardum allata diluere, vel contraria ſigna, oppoſitaſque a Valentino conjecturas expendere: Et nihilominus motivo antiquitatis, & ignorantiæ ere-
21 ctionis huius Confraternitatis contraponebant DD. regulam magis receptam, quod in dubio præſumptio ſtet pro Laicalitate, ut pleniſſime conſtat ex *Gonzal. ad Regul. Cancell. gloſſ. 5. §. 4. n. 24. Ricciull. Lucubr. Eccleſ. lib. 4. cap. 13. n. 5. & ſeqq. Corrad. in prax. Benef. lib. 4. cap. 2. ſub n. 54. verſ. Et in dubio, Urceol. de tranſact. quæſt. 24. n. 62. & ſeqq. & ſignanter n. 64. & 65. Card. de Luc. lib. 7. de alien. diſc. 8. n. 4. Rot. dec. 58. ſub n. 4. poſt Tondut. de Penſion. & in Mantuana Bonorum 25. Junii 1683. §. Quod etiam procedit coram bo. me. Albergato.*

Eccleſiæ, Campanili, ac Hoſpitali ſatisfaciebat reſponſio, quod cum non appareret, an iſta eſſent acceſſoria Confraternitati, vel
22 e converſo, nimis idcirco æquivoca reddebantur; in tantum quippe vim faciunt ſigna præmiſſa, ubi liqueat, Eccleſiam eſſe quid principale, Sodalitatem vero acceſſoriam, Teſte *Cyriac. contr. 530. n. 7. Lotter. de re Benef. lib. 2. quæſt. 10. ex n. 45. uſque ad 59. Frances de Eccleſ. Cathedr. cap. 25. n. 185. & ſeqq. Rot. dec. 106. ſub n. 1. par. 2. diverſ. & dec. 130. ſub n. 3. coram Duran.*

Solutio Decimarum non ſolum tanquam
23 nuperrime facta parvi erat attendenda, ſed longe ſuffocabatur a ſolutionibus onerum Communitatis, quæ Confraternitas tanquam pure laica ſupportabat, cum non unicum actum, ſed plures, ac plura tempora involverent, ſcilicet a principio uſque ad annum 1671. in quo bona extiterunt in alios tranſlata, & ſic eo magis arceri qualitatem Eccleſiaſticam palam erat; ut in hac præciſa materia tradiderunt *Roman. conſ. 477. n. 9. Eugen. conſ. 88. n. 61. lib. 2. Del Bene de Immunit. cap. 2. dub. 2. ſect. 7. n. 43. Ciarlin. contr. 116.*
24 *n. 2.* maxime juncto Decreto tempore non ſuſpecto edito ab ipſis Confratribus, ut Adminiſtrator, quem appellant *Maſſartum*, ſatisdare teneretur ad formam Decreti Ducalis, cui ſe ſubiicere non potuiſſent, ubi Corpus eſſet Eccleſiaſticum, reſiſtente celebri ſanctione *Text. in cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſtit.* cum concordantibus per *Oliv. de for. Eccleſ. par. 3. quæſt. 11. n. 36. & ſeqq. Rot. coram Merlin. dec. 902. n. 76. cum duobus ſeqq. & deciſ. 279. n. 16. par. 16. rec.*

Actitatio demum Cauſarum in Foro Eccleſiaſtico, conſenſus ab Ordinario præſtitus modicæ cuidam alienationi, necnon Viſitationes bis expletæ per Ordinarium, ut ſupra pariformiter dignoſcebantur æquivoca; Ultra enim, quod reſpecto actitationum in Foro prædicto, illæ ſolum probabantur ex fide Cancellarii Eccleſiaſtici veriſimiliter ad ſui
25 favorem teſtificantis abſque deſignatione, & expreſſione Cauſarum particularium, quo

caſu nulla fides eidem haberi poterit juxta
doctrinam *Innoc. in cap. 1. n. 6. de fid. Inſtrum. Afflict. dec. 48. n. 2. Sard. dec. 231. n. 2. & 3. Rot. dec. 535. ſub n. 3. par. 1. rec. & coram Merlin. dec. 137. ſub n. 4. verſ. Et hæc tanto magis, & n. 6. verſ. quoniam, & dec. 206. n. 8. par. 17.*
Adhuc tamen ex poſſibili voluntaria Partium prorogatione talis conjectura remanebat ambigua; prout etiam non erat ab æquivoco immunis præfatus conſenſus ab Ordinario adhibitus, dum forte valuit ab emptoribus pro majori eorum ſecuritate obtineri,
26 & tamen cum ageretur de unico actu recenti, & ſuper re minimi momenti, intrat vulgare adagium, ut de minimis curandum non ſit per *Text in l. ſcio, ff. de integr. reſtit. & in l. 4. in fin. ff. de ædil. ædict. Leo dec. Valent. 113. n. 10.* cum aliis vulgatis.

Minus poſtremo ab æquivoco præſervari poterant Viſitationes, dum valuerunt expleri jure delegato, quemadmodum certum erat reſpectu primæ Viſitationis de Anno 1567.; & nihilominus in contrarium ſtabat Decretum per Judicem Sæcularem ex cauſa cujuſdam diſſidii inter Confratres interpoſi-
27 tum de Anno 1628.; conjecturę namque, quæ vel ab aliis ſuffocantur, vel non concludunt per neceſſe, nullius momenti ſunt apud Jura, & Tribunalia ut paſſim videre eſt, & ſignanter *in dec. 138. n. 16. coram Ubald. deciſ. 738. n. 5. & dec. 2342. num. 41. & 42. coram Coccin. & dec. 54. n. 20. coram Carill., & dec. 490. n. 6. par. 14. rec.*

Cęterum, quando hæc omnia defuiſſent, & adhuc legitime dubitari poſſet de qualitate Laicali, vel Eccleſiaſtica, collabeſcere viſum fuit omnem difficultatem ex alio de per ſe exuberanti, ac diſcreto fundamento, ni-
28 mirum quia in fundatione hujus Canonicatus, ſeu Archipresbyteratus, cui pro medietate contribuit perſona prophana, & pro altera Confraternitas, cautum fuit, ut nunquam ex capite reſervationum Sedes Apoſtolica ſe ingereret, ſed ſemper, & in quocumque caſu vacationis, præſentatio ſpectaret ad fundatores, & Patronos, exprimendo quoque vacationem per ceſſum etiam in manibus Papæ, ac deceſſum ex quibuſcumque perſonis tam S. R. E. Cardinalium, quam Summi Pontificis familiarium, & continuorum Commenſalium, ac quorumcumque Curię Romanæ Officialium; ideoque, etiam quando tractaretur de Patronatu pertinente ad Perſonas Eccleſiaſticas, ceſſaſſet reſervatio prædictæ Regulæ octavæ, hodie nonæ ratione menſium, ut conjungendo efficaciam ſimilium verborum adhibitorum in fundatione Beneficiorum reſponſum fuit *in dec. 274. ex n. 8. uſque ad 17. coram Royas, & in rec. dec. 327. n. 3. 4. & 5. par. 15. & dec. 242. n. 6. par. 19., & in Florentina Cappellaniæ 7. Maii 1677. per tot. coram Reverendiſſimo Burdegalenſi & in Civitatis Caſtelli Canonicatus Pœnitentiarii 1. Decemb. 1684. §. Excluſionem autem confirmata 4. Maii 1685. coram clar. mem. Cardinali Matthæio.*

Fortius autem, quia, ut diximus, pro medietate contribuerat fundationi perſona indubitanter laica, & prophana: licet enim
29 ubi exercitium Juriſpatronatus alias mixti dividitur per vices, ſeu per Turnum, minime impediatur Sedes Apoſtolica in ſuis menſibus conferre, quando vacatio contingat in Turno debito Patrono Eccleſiaſtico, ut cenſuit *Rot. coram Priol. dec. 362. n. 11. & 12. & dec. 383. n. 15. & ſeqq. & dec. 442. n. 18. cum duobus ſeqq.*

Attamen cum hujuſmodi partitio Turni ſuperventa non foret poſt ipſam fundationem, ſed eadem facta fuerit in ipſa erectione cum ſpecifica approbatione Papæ illa
30 mixtura, quæ alias ſine diviſione exercitii impedimento eſſet Regulæ prædictæ, juxta firmata per *Covarr. pract. quæſt. cap. 36. ſub n. 5. §. Tertio opportune, verſ. Et ideo Garz. de Benef. par. 5. cap. 1. n. 582. Gonzal. ad Reg. Cancell. gloſſ. 18. n. 8. & ſeq. Adden. ad Buratt. dec. 769. n. 17. Card. de Luca de Jurepatronatus diſc. 59. n. 20. cum ſeqq. Rot. dec. 574. n. 10. par. 1. diverſ. & dec. 541. n. 4. & 5. par. 2. rec. & deciſ. 655. n. 2. & 3. par. 4. tom. 3. & coram Cavaler. dec. 640. n. 4. & coram Martin. Andrea dec. 22. n. 9. & coram Coccin. dec. 1571. n. 4. & coram Peutinger. dec. 171. n. 12., & in rec. dec. 323. ex n. 9. cum plur. ſeqq. & dec. 376. n. 6. & ſeq. par. 13. & dec. 290. n. 22. & 23. par. 18.* videtur ſatis ſuperque præſervata, dum, non obſtante eadem diviſione, Pontifex mandavit, ut ſemper præſentatio perti-
31 nere deberet ad Patronos, alias namque abſque tali declaratione, & pacto fundatores propria bona non fuiſſent elargiti, ne tractu temporis, occaſione perſonæ Eccleſiaſticę, laicorum etiam jus evaneſceret, ut bene admonuit *Amayden. de ſtyl. Datar. cap. 15. §. 15. n. 109. & ſeqq. & ſignanter n. 115. Adden. ad Pamphil. dec. 189. ſub n. 19. Card. de Luc. de Jurepatronatus diſc. 65. n. 34. verſ. negativum vero.*

Allegare autem, quod Papa confirmando adjiciendoque verba præſervativa, & exemptiva a reſervationibus Apoſtolicis, erronee præſuppoſuerit laicalem qualitatem in iſtis Confraternitatibus, erat petere principium, cum jam ex deductis vel nullatenus univoca forent ſigna Eccleſiaſticitatis, vel urgentiora, aut ſaltem æqualia militantia pro Laicalitate, proindeque inallegabilis erat error in
32 Papa, & in tota Sac. Congregatione Conſiſtoriali, dum ad erroris etiam privati excluſionem ſolum poſſibile in contrarium exuberat ad not. per *Modern. Argentan. colluct. 36. n. 62. lib. 1. Rot. dec. 242. n. 36. coram ſan. me. Alex. VIII. & coram Ninot. dec. 36. n. 13. & de-*

*& dec. 256. num. 4. & 6. coram Priolo*.
Præcipue animadverſis pro Coronide ſta-
tibus erectionem ſubſecutis, & ſignanter ul-
timo; nam cum ſemel in Turno Confrater-
33 nitatis acciderit vacatio Archipresbytera-
tus, nimirum de Anno 1651., præſentatus a
Confraternitate, etſi eadem vacatio contige-
rit in Menſe Octobris reſervato, pacificam
obtinuit inſtitutionem: quanti vero roboris
exiſtat ultimus ſtatus in materia Beneficiali
ad ſubmovendam omnem amaritudinem,
notorium eſt, & præciſe, ſeu individualiter
in propoſito noſtræ quæſtionis animadvertit
*Lotter. de re beneſ. lib. 2. quæſt. 10. n. 18. Corrad.
in prax. beneſ. lib. 4. cap. 2. n. 48. verſ. aliter vero,
& n. 49. Rot. coram Creſcent. dec. 9. num. 1. &
per tot. de Iurepatronatus, & coram Seraphin.
dec. 1334. n. 7. verſ. Et etiam, & dec. 273. nu. 3.
par. 3. rec.*
Gratiſque per Leonardum allegabatur al-
ter ſtatus practicatus de Anno 1660.; ultra
enim, quod tunc non erat in Turno Confra-
ternitas, adhuc potius idem ſtatus manife-
ſtam patiebatur retorſionem: quantumvis
enim memoratus primus Epiſcopus vigilan-
tiſſimus, ex quo perſona, in cujus Turno ac-
cidentaliter obvenerat vacatio de Menſe pa-
riter Apoſtolico, foret Eccleſiaſtica, remiſe-
rit negocium ad Datariam Apoſtolicam, iſta
tamen, examinata (ut credibile eſt) lege
fundationis, noluit conferre Archipresbyte-
ratum tanquam S. Sedi reſervatum ex ſcri-
34 pta Regula octava, ſeu nona Cancellariæ,
ſed ex capite devolutionis, quæ ſicuti fun-
datur in negligentia, ita præſupponit, jus
præſentandi ad alterum ſpectare, non autem
ex propriis Regulis ad ipſam Datariam, ex
bene perpenſis per *Gonzal. ad Regul. Cancell.
gloſſ. 11. n. 60. & 61. & gloſſ. 15. §. 2. num. 21. &
ſeqq. Lotter. de re beneſ. lib. 2. 2. quæſt. 24. n. 34.
& lib. 3. quæſt. 8. n. 143. & 147. Rot. coram Caſ-
ſador. deciſ. 8. de Præben. & coram Creſcent. dec.
15. eodem tit. utrobique n. 3. Card. de Luc. de
Beneſ. diſc. 13. n. 4.*
Et ita utraque Parte acriter informante
&c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

EDita ſupradicta Deciſione, quæ etiam ha-
betur impreſſa inter recollectas per *Palm.
Nep. dec. 196.*, Partes probabiliter acquie-
verunt reſolutis, quia amplius actum de
Cauſa non audivi.
Ad materiam vero, quando non obſtante
Jurepatronatus Eccleſiaſtico, adhuc non in-
trent Regulæ Cancellariæ, de qua loquitur
*præſens Deciſio ex num.* 28. habebitur altera
inferius magis copioſa, ſcilicet in *Parmenſ.
Beneficii 16. Januarii 1702. coram Me*, quæ po-
terit deſervire loco additionis.
In ſubjecta autem qualitate perſonarum
laicalium, quæ ſe ingerant in exercitio pio-
rum operum, ſive ſacrarum rerum cuſtodia,
& adminiſtratione, non longe aptatur Re-
ſponſum a me ſub Anno 1685. extraditum
etiam in ſenſu veritatis occaſione non levis
controverſiæ commotæ in Civitate Centum
Cellarum inter Religioſos Ordinis S. Domi-
nici detinentes in eorum Eccleſia, quæ inibi
eſt etiam Parochialis, ac Divæ Catharinæ di-
cata, altare S. Firmæ illius Loci Protectricis
ex una, ac Magiſtratum, ſive Officiales ejuſ-
dem Communitatis ex altera, prætendenti-
bus præfatis Religioſis, quod Vaſa, Cande-
labra, aliæque pretioſæ ſupellectiles ad or-
natum ſupradicti Altaris inſtructę non poſ-
ſent ſub cuſtodia ipſius Magiſtratus tam-
quam ſęcularis perſiſtere, ſeu retineri; ſed
Ego contrarium ſubſtinui, atque huic opi-
nioni deinceps adhæſit Superioris Eccleſia-
ſtici determinatio non minus in poſſeſſorio,
quam in petitorio; Dicebam igitur.
Cogor in hac controverſia cum *Card. de
Luc. in diſc. 35. Miſcell. Eccleſ. lib. 14. num. 14.*
35 reſpondere, quod non percipio probabile
motivum dubitandi, quare non debeat Com-
munitas Centum Cellarum manuteneri, &
conſervari in quaſi poſſeſſione cuſtodiendi
argentea Vaſa, ſeu Candelabra, aliaſque ſup-
pellectiles pro ornamento Altaris S. Firmæ
a piis largitoribus relictas, ſeu conſecratas.
Et quidem reſpectu manutentionis, ultra
vulgare interdictum uti poſſidetis, ex notiſ-
ſimo §. *Retinendæ, Inſtit. de Interd.* individua-
les habentur *Authoritates*, quod quidquid ſit
circa dominium, & proprietatem earundem
ſuppellectilium, de quo non eſt quæſtio, cir-
36 ca tamen nudam, & ſimplicem adminiſtra-
tionem, ſeu cuſtodiam, nullam ſubeſſe Juris
reſiſtentiam, propter quam Laici etiam non
debeant in prædicta quaſi poſſeſſione manu-
teneri, firmat in ſpecie *Frances de Eccleſ. Ca-
thedr. cap. 25. n. 329., & 330., & n. 341.,
& 342. Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 1.
num. 317.*, & conſonant tradita per *Tondut.
quæſt. Benefic. 63. n. 3. Rot. dec. 360. n. 1. par. 1.
recent.*, & melius *cor. Merlin. dec. 632. n. 3. & 4.*
ubi in idem recenſet celebrem doctrinam
*Caſtrenſ. in l. ſancimus nemini n. 3. verſ. item no-
ta, C. de Sacroſ. Eccleſ.*
Quod autem poſſeſſio retinendi, ac cuſto-
diendi memoratas ſuppellectiles nequeat in
dubium revocari, liquet ex eademmet peti-
37 tione Partis, in qua fatendo poſſeſſionem
Communitatis inſtat ſibi jus miniſtrari ſu-
per avocatione earundem ſuppellectilium,
ut ad effectum concedendi Mandatum de
manutenendo Reo convento dixit *Rot. dec.
46. n. 3. coram Gregor. deciſ. 548. n. 1. & 3.
penes Poſt de Manutent. & dec. 339. par. 15. &
dec. 219. n. 1. & 2. coram Eminentiſſ. Ottobo-
bon.*, & alibi millies.
Juncta præſertim ad exuberantiam teſtifi-

catione publici Archiviſtæ, ubi refert, quod
in omnibus poſſeſſibus adeptis per Officiales
pro tempore fuerunt per iſtos inter cætera
receptæ Claves argentearum Lampadum
ac Reliquiarum, & aliarum ſuppellectilium
Sanctæ Firmæ, de quibus agitur, ut emicat
38 ex libris ejuſdem Communitatis, quos ſu-
perlativam facere probationem, in terminis
conſimilis quæſtionis cum Communitate
Eugubina tradunt poſt *Roman. conſ.* 165. *Andreol. controv.* 381. *n.* 2. *Torr. de pact. fut. ſucceſſ. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 259.

Verum non minus tribuenda videtur ſu-
per meritis ſententia abſolutoria ab impeti-
tis: non enim diſceptatur in præſenti, utrum
Dominium rerum oblatarum præcipue ex
votoSacris Imaginibus, vel Altaribus tranſeat
immediate in ipſum Deum, quemadmodum
inutiliter in oppoſitum exageratur, ſed pun-
ctus ſtat circa meram adminiſtrationem, &
cuſtodiam, ſcilicet an hæc reſidere debeat pe-
nes Religioſos S. Dominici, ſeu potius apud
præfatos Officiales, ipſamque Communita-
39 tem: & quamvis regula ſit, quod hujuſmo-
di adminiſtratio competat Sacriſtæ illius lo-
ci, in quo manet Altare, ſeu Cappella, cui
dicata ſunt Sacra ornamenta ad *Text. in cap. ut ſciant, de Offic. Sacriſt. Fuſc. de Viſitat. lib.* 13. *cap.* 1. *n.* 1. *Barboſ. de Jur. Eccleſiaſt. cap.* 28. *n.* 10. *& de Canon. cap.* 8. *n.* 8. *& ſeqq. Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.* 20. *n.* 17. *&* 18.

Duplex nihilominus occurrit inconcuſſa
40 limitatio; prima nimirum, quoties ex veri-
ſimili mente oblatorum, ſeu largitorum di-
verſimode cautum eſt, talis quippe Offeren-
tis intentio apprime ſervanda eſt, ut ex *Aufrer., ad Tholoſ. & Rebuff. de Decim.* firmavit *Mareſcott. variar. Reſolut. lib.* 2. *cap.* 42. *n.* 4. *Rot. coram Merlin. dec.* 257. *n.* 8. alias *dec.* 37. *par.* 5. *Torr. de pact. fut. ſucceſſ. d. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 390. *Ricc. dec.* 170. *n.* 1. *par.* 4.

Et altera, quando conſuetudine receptum
apparet, quod adminiſtratio Sacrarum Sup-
pellectilium ſteterit penes alium, excepto
Parocho, vel Rectore Eccleſiæ, tali namque
41 conſuetudo, veluti nullibi in facto, vel in
Jure damnata, pariformiter obſervanda ve-
nit, ut proſequitur *Ricc. dicta dec.* 170. *n.* 2. *par.* 4. *Mareſcott. dicto lib.* 2. *var. cap.* 42. *n.* 2., & in puncto Magiſtratus Laici *Paz Jordan. var. Elucubrat. lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 129. *verſ. ſed in his, Frances de Eccleſ. Cathedr. dicto cap.* 25. *n.* 387. *Andreol. dicta contr.* 381. *n.* 1. plene *Torr. de pact. fut. ſucceſſ. dicto lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 258. *& n.* 309. *&* 318., in quibus tam de cuſtodia Sup-
pellectilium, ornamentorumque Eccleſiæ,
ſive Altaris, quam etiam Reliquiarum opti-
me fundat hanc propoſitionem, latiſſime
quoque *Card. de Luc. de præeminentiis diſc* 40. *ex n.* 7. *verſ. quod primum, & in Miſcellan. Eccleſ. dicto diſc.* 35. *ex n.* 7. *cum ſeqq. lib.* 14. ubi
etiam quamplurima, ut infra, refert exem-
pla, quod magis eſt, Declarationes Sacræ
Congregationis etiam ſuper retentione Cla-
vium alicujus Tabernaculi, ſeu Reliquia-
rum

Applicando autem ad rem, utraque con-
gruit limitatio favore Communitatis; ſiqui-
dem ex lectura legatorum, ac donationum
præfulget, quod & legata perſolvenda erant
in manibus Officialium ad hoc, ut ipſi coe-
merent ornamenta ſibi bene viſa, quodque
præciſe Candelabra conſignarentur eiſdem
Officialibus ſub explicita remiſſione ad
uſum, ſeu conſuetudinem ſervari ſolitam
ab ipſa Communitate, prout legitur ſignan-
ter in Donatione exarata de anno 1676. per
Capitaneum Luſardum, in qua, prævia nar-
rativa ejus intentionis, quod Candelabra
conſignarentur -- *a i Signori Offiziali di queſta Communità, acciò aſſieme con gl'altri, che da eſſa Communità ſi conſervino, ſe ne poteſſe nelle feſte principali, & ad ogni lor' arbitrio ornare eſſo Altare &c.*, deinceps in diſpoſitiva fit conſigna-
tio prænominatis Officialibus, qui e conver-
ſo promiſerunt eadem Candelabra aſſervare
juxta ſolitum cum cæteris ſuppellectilibus;
42 Unde dum habemus adeo litteralem expreſ-
ſionem, fruſtraneum eſt deſuper mendicare
conjecturas, & argumenta, ut monuit I. C.
*in leg. ille, aut ille*, §. *Cum verbis, ff. de legat.* 3. cum concordantibus per *Rot. dec.* 44. *n.* 14. *par.* 11. & in ſpecie *Andreol. dicta controv.* 381. *n.* 18

Congruit quoque altera limitatio fundata
in conſuetudine; tum quia prænominati
Religioſi docere nequeunt de contraria ob-
ſervantia, imo, ut præmiſimus, deſuper con-
querentes illam poſitive fatentur: tum etiam
quia ex libris præfatæ Communitatis ſatis,
ſuperque remanet illa comprobata ex *An-*
43 *dreol. & Torr. ubi ſupra*; & generaliter, quod
ex libris publicis ſufficienter juſtificetur ob-
ſervantia *Ciarlin. controv. lib.* 3. *cap.* 223. *ex n.* 6. *Cardinal. de Luc. de Regal. diſc.* 82. *n.* 4. *Bonden. collect.* 14. *n.* 137. *lib.* 1. cum aliis late *in Tractat. de Commerc. & Mercat. diſc.* 89. *ex n.* 9. §. *Verum uſque ad n.* 12.

Neque turbat, quod ex *Can.* 13. 14. & 15. *cauſ.* 10. *quæſt.* 1. noſcatur Laici interdicta oc-
cupatio, ſeu uſurpatio oblationum, & ſub
pœna anathematis quælibet infringatur con-
ſuetudo vigens in oppoſitum: Quia præter-
quam *Canones iſti* loquuntur de oblationibus
provenientibus ab eleemoſynis in pecunia,
ſeu comeſtibilibus, ut patet ex lectura, nos
44 autem verſamur in ſimplici cuſtodia ſuppel-
lectilium, quam Laicis proculdubio com-
petere poſſe tradit in individuo *Card. de Luc. dicto diſc.* 35. *in Miſcellan. ex n.* 9. ubi quod
inconveniens, de quo loquuntur *Sacri Canones*; conſiſtit in ipſo formali regimine, vel
45 Rectoria Eccleſiæ, ſeu Cappellæ cum admi-
niſtratione Divinorum, illorumque actuum
ſpiri-

ſpiritualium explicatione, qui nonniſi Eccleſiaſticis perſonis conceduntur, ſecus autem de adminiſtratione temporali, prout facti eſt, qualis cenſetur, & exiſtit cuſtodia ſuppelleċtilis *& num.*10., ubi cum *Andreol. dicta controv.* 381. *n.* 1. *& per tot.* animadvertit, quod in fortioribus etiam retentio Cla-
46 vium, atque cuſtodia Sacrarum Reliquiarum, aliarumque Imaginum valet ex conſuetudine Laicis competere, *& num.*11. ubi cum *Archidiacon. & Gennenſ.* tres diſtinguendo ſpecies adminiſtrationis, poſtremam hanc Cuſtodię, ſeu adminiſtrationis providentialis Laicorum eſſe poſſe animadvertit, *& n.*12. inquit, quod tunc intraret prohibitio, quando Laicus vellet benedicere, ſeu conſecrare Veſtimenta, & vaſa Sacra, vel alias in eorum ſpirituali uſu, ac adminiſtratione ſe in-
47 gerere, non vero quoties tractatur de temporali adminiſtratione providentiali, ut Veſtimenta, & Vaſa Sacra bene coſtodiantur, & ſequitur *Torr. de pact. fut. ſucceſſ. dicto lib.*3. *cap.* 1. *n.*257. *& ſeqq. & n.*317. *& ſeqq.*

Nihilominus oblationes quoque, ſeu Eleemoſynæ ex mente piorum Largitorum, aut
48 ex capite conſuetudinis pertinere valent ad Laicos, non quidem Jure Dominii, & proprietatis, adeout ipſi queant eaſdem oblationes in proprios uſus convertere, & hoc eſt, quod *Canones* præcitati vetare intellexerunt, ſed ratione ſimplicis adminiſtrationis ad uſum deſtinatum, ut inſequendo *Dec. in conſ.*148. *n.*3. cenſuit *Rot. coram Merlin. dicta deciſ.*275. *num.*14. *&* 15., ubi quod contraria opinio *Rebuffi* per *Rotam* extitit reprobata, quoties Laicus non convertit in proprios uſus oblationes prædictas, idemque adducto *Andreol. dicta controv.* 381. *num.*17. cum aliis comprobavit *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. dicto lib.*3. *cap.*1. *n.*249. *& n.*261. *Card. de Luc. dicto diſc.* 35. *in Miſcellan. ex n.*7. *cum ſeqq.*

Atque hæc adeo videntur eſſe perſpicua, ut ulterius profecto progredi non aporteat; ſed tamen omnem dirimit difficoltatem
49 quotidiana praxis, & obſervantia, quæve non ſolum practicatur in hoc loco præciſo Civitatis Vetulæ iuxta Teſtium depoſitionem mihi tranſmiſſam quoad Altaria S. Roſæ, S. Dominici, cum aliis in eadem depoſitione contentis: verum etiam, quod illa vigeat in Thuſcia, & Venetiis, & in Civitate Neapolitana, & Lucana, & in ipſa Urbe Roma, ſcientibus, & permittentibus ipſis Pontificibus, videre eſt ab inſigni exemplorum ſerie recenſita per *Card. de Luc. dicto diſc.*35. *n.*10. *Torr. de pact. fut. ſucceſſ. dicto lib.*3. *cap.*1. *ex n.*249. *cum ſeqq.* cum cæteris antiquioribus penes iſtos. *Hactenus Reſponſum.*

Carioſam pariter diſputationem ſuppeditavit diſſidium exortum inter Archiepiſcopum Hiſpalenſem, & Capitulum eiuſdem Metropolitanæ, præ cœteris namque capitibus articulorum Sacri Auditorii Oraculo, ac definitioni remiſſis per ſpecialem Papæ Commiſſionem, diſputatum fuit coram R.P.D. Priolo, utrum ſuppelleċtilia, aliaque
50 ſpectantia ad Confraternitates Laicorum prius exiſtentes in eadem Eccleſia, poſteaque diſgregatas, donec alio transferrentur, potuiſſent licite recipi per Capitulum, ac intermedie retineri, vel potius tradenda forent Archiepiſcopo ad effectum prædictas Confraternitates reſtabiliendi, vel de novo erigendi, ſecundum ea, quæ in ſimili tangebantur apud *Tondut. quæſt. beneficial. cap.*43., fuitque ad limites primæ partis alternantis definitum ſub die 28. Novembris 1701. coram eodem R.P.D. Priolo -- *licuiſſe, ac licere juxta modum*, videlicet prævia deſcriptione, ſive Inventario celebrato cum aſſiſtentia Archiepiſcopi, vel ejus Officialis, ut in *Deciſione* deſuper edita coram prælaudato R. P. D. Priolo uberius continetur.

## *NOVA ADDITIO.*

JUxta abuſum, qui hodie nimis irrepſit imprimendi, & reimprimendi eamdemmet Deciſionem, unde ſæpius contingat ſtudioſis Viris noſtræ facultatis unam Deciſionem in diverſis Voluminibus tranſcriptam per quatuor, & quinque vices coemere pro mero lucro Bibliopolarum, vel pro vano ornamento demandantium Typis eorum Opera, quæ ſi noda, prout ſunt, eorum Auctorum reſtitutis tot indumentis in publico comparerent, nimis redderentur exigua, ad inſtar Corvi pennis aliorum Volucrum ſuperinduti: ultra *Palm. Nepot. in ſuperiori annotat.* indicatum, præſentem Deciſionem impreſſere quoque *Monacell. in formular. for. Eccleſ. tom.*2. *dec.*35. & Collector *Mantiſſ. ad orna*. *Car. de Luc. tom.*4. *ſub titul. de Jurepatronat. dec.* 33.

Circa autem materiam *præſentis Deciſionis* annotare libet. quod hane Deciſionem ſequendo *Rot. in Tuden. Cappellæ* 1. *Maii* 1706. §. *cum enim agatur*, *coram R.P. D. meo Priolo* firmavit (ad alium tamen effectum celebra-
51 tionis Miſſarum) quod Cappella erecta Epiſcopi auctoritate, & de ipſius ordine benedicta effectus fuit locus Religioſus, & Eccleſiaſticus, adeout dubitari non poſſet, quin ibi Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium peragi liceret; & ejuſdem Deciſionis *coram R.P.D. meo Priolo* juvit meminiſſe, quia occaſione contentionis habitæ ſoper poteſtate, nec ne celebrandi Miſſam in illa peculiari Cappella
52 tractatur cum diſtinctione inter Oratoria privata, & publica, ac plene de requiſitis ad hujuſmodi effectum neceſſariis, prout diſcuſſum qooque in eadem Cauſa plene fuerat precedenter in *dec. diei* 25. *Aprilis* 1704. *cor. R.P.D. meo Caffarello*, *&* 23. *Januarii* 1705. *cor. R.P.D. meo Scotto*.

La-

Latius hac *Deciſionem* refert, & proſequitur
*Rot. in una Ortonen. Beneſi. ii* 10. *Junii* 1709.
*ex* §. *quoad primum*, *uſque ad* §. *præterea cor.*
*R.P.D. meo Polignac*; quin etiam *a dicto* §.
*præterea uſque ad finem* oſtenditur quod quando
53 etiam Confraternitas, quæ fuit relicta admi-
niſtratrix cuiuſdam Cappellæ, extitiſſet lay-
ca, adhuc quia non intuitu eorumdem Con-
fratrum, ſed Cappellæ Beatiſſimæ Virginis
fuerat erectum Beneficium, illud cenſendum
foret Eccleſiaſticum ad effectum, ut intrare
poſſent reſervationes Apoſtolicæ, & Regulæ
54 Cancellarie, quæ e converſo non habent
locum in Beneficiis, quæ ſunt naturę, ſeu
Juriſpatronatus laicalis, ex paſſim traditis
per *Rot.* & præcipue *cor. Priolo dec.* 100.*n.*17.
*& inter impreſſ. ad ornatum Card. de Luca in*
*Montiſſ. tom.*4. *ſub dicto tit. de Iurepatr. dec.*37.
*n.*14. *& in ſupracitata Parmen. Beneficii* 28.
*Ianuarii* 1701. §. *Reſervatio autem in fin. cor.*
*R.P.D. meo Scotto impreſſ. apud modern. Rom.*
*diſcept. Eccleſ.*25. *n.*41. *in fin.* confirmata 16.
*Januarii* 1702. *cor. M.* & 27. *Iunii* 1703. *cor.*
*Reverendiſſ. D. meo Molines Decano.*

## ROMANA CENSUS.

*Lunæ* 3. *Junii* 1697.

## ARGUMENTUM.

Pro evitanda executione in bonis propriis allegabat hæres beneficium Inventarii, prætendendo ulterius ſe eximere a redditione rationis ob quamdam dationem in ſolutum factam cum decreto Judicis de univerſis bonis hæreditariis ad favorem Creditoris ejuſdem hæreditatis, ac denique ſe promptum exhibendo deveniendi ad formalem redditionem rationis. Verum his non obſtantibus reſolutum fuit pro confirmatione Mandati in prima inſtantia relaxati adverſus bona propria ipſius hæredis ex rationibus in Deciſione recenſitis

## SUMMARIUM.

1 *Hæres cum beneficio legis, & Inventarii nequit moleſtari in bonis propriis pro obligationibus Defuncti.*

*Dummodo tamen Inventarium ſit legitime confectum, & in Actis exhibeatur n.*2. *&* 3.

*Et ulterius reddatur ratio de bonis inventariatis, ibidem n.*4. *& n.*43.

*Alias namque non exhibitio Inventaria, vel non reddita ratione, hæres tenetur de proprio erga Creditores defuncti, ibidem.*

*E converſo autem hæres beneficiatus nequit in bonis propriis condemnari, ſi legitimam reddat rationem bonorum hæreditariorum n.*5.

6 *Datio in ſolutum bonorum hæreditariorum voluntarie facta per hæredem ad favorem perſonæ ſibi conjunctę præſumitur colluſiva.*

*Præſertim, ſi facta fuerit abſque citatione Creditorum Defuncti, ibidem & n.*7.

7 *Redditio rationis non ſuffragatur hæredi beneficiato, ſi ad eam deventum fuerit abſque citatione Creditoris certi, qui præcedenter Mandata obtinuerat adverſus bona hæreditaria.*

8 *Datio in ſolutum ut ſubſtineatur, requirit præcedentem certitudinem, & liquidationem crediti, ac æſtimationem bonorum.*

9 *Hæres beneficiatus ſciens adeſſe creditores anteriores, ſi ſolvat poſteriori, tenetur illis de proprio ſatisfacere & n.*45.

10 *Decretum Iudicis adhibitum pro una cauſa, vel ad unum effectum, nequit ſuffragari pro diverſa cauſa, vel effectu.*

11 *Sententia colluſiva non præjudicat tertio ad eam non citato.*

12 *Obligatio ſerotine facta per hæredem beneficiatum de reddendo rationem non attenditur, quoties ſæpius ad illam pulſatus devenire neglexit.*

13 *Inventarium eſt Caput, & baſis redditionis rationis, adeout iſta ſine illo reddi non valeat.*

14 *Clauſula* quam, & quas *operatur, ut Index ad quem, tanquam in prima, novum valeat mandatum relaxare pro fructibus, ſeu ratis pendente lite decurſis & n.*44.

15 *Hæres beneficiatus debet, priuſquam conveniatur in propriis bonis, citari ad docendum de Inventario, & de legitima redditione rationis; & n.*16. *&* 17.

18 *Hæres beneficiatus ſine citatione non poteſt privari legis beneficio.*

19 *Hæres beneficiatus, quando agit, debet prius reddere rationem de bonis Inventariatis.*

20 *Collatio nunquam fit, quando conferens effectus depauperaretur.*

21 *Donatio cauſa Matrimonii cum certa perſona contrahendi, an ſubiaceat collationi.*

22 *Donatio facta per Patrem uni ex filiis non ſubiacet collationi, quoties donans expreſſe præcepit, illam non eſſe conferendam.*

23 *Frater, ſi vult abſtinere a paterna hæreditate, cogi non poteſt ad conferendum.*

24 *Donans donationi jam perfectæ non poteſt onus adiicere.*

25 *Hęres tenetur ſervare factum Defuncti.*

*Limita, quando eſt nullum, & contra legis diſpoſitionem n.*26.

27 *Pater non poteſt ordinare, ut filii primi gradus imputent fructus in Trebellianicam, ſeu legitimam.*

28 *Collatio, quæ alias de Iure haberet locum, non procedit, quando ex ea ſequeretur fraus, & deceptio.*

29 *Teſtator intantum poteſt gravare hæredem in bonis propriis, inquantum ei tantundem de ſuo conferat.*

30 *Hæres de Iure antiquo non tenebatur legatariis, niſi juxtà vires hæreditarias, etiam abſque beneficio Inventarii, & num.*31.

32 *Collatio donationis non habet locum in præjudicium juris quæſiti filiis donatarii.*

33 *Donatio contemplatione Matrimonii nequit per donatarium tacitè, vel expreſsè retrocedi favore*

*vore donantis in prejudicium ſuorum filiorum.*

34 *Pater, qui renunciavit donationi ad ſui favorem facta contemplatione Matrimonii, non tenetur de facto filiorum, quoties de facto alieno non promiſerit.*

35 *Statutum probibens aditionem hæreditatis cum beneficio legis, & Inventarii, in qua ratione fundetur.*

*Et plura remiſſive de hujuſmodi Statutis n.37.*

36 *Reſtitutio in integrum datur adverſus hæreditatis aditionem concurrente læſione, & n.46.*

38 *Scientia certa ſtatus hæreditatis quando habetur, tunc hæres etiam ſine Inventario non tenetur ultra vires.*

39 *Inſtitutus ſub aliqua conditione, ſub contraria cenſetur exhæredatus.*

40 *Legitima debetur libera ab omni onere, & illud ipſo jure ab ea reſecatur.*

41 *Alienationes voluntariæ computantur ad effectum calculandi legitimam.*

42 *Legitima detrahitur ante legata tam prophana, quam pia.*

## DECISIO X.

ADverſus mandatum, quod ab A. C. Thomato pro fructibus cujuſdam Cenſus prima vice reportaverat Sacriſtia S. Silveſtri ad Montem Quirinalem contra bona hæreditaria clar. mem. Camilli Cardinalis de Maximis cum ſucceſſivo exequatur etiam contra bona propria Marchioniſſæ Juliæ, veluti mediatæ hæredis ejuſdem Cardinalis, ſuſpenſivam Commiſſionem circa hanc poſtremam partem obtinuit Marchioniſſa, illaque mihi directa, quia interim novi fructus memorati Cenſus defluxerant, dubium idcirco propoſui complicatum, videlicet--*An mandatum A.C. foret exequendum contra bona propria Marchioniſſæ, aliudque eſſet relaxandum* & in omnibus reſponſum prodiit affirmativum.

Non controvertebatur abſtractive qualitas hæreditaria pro parte Marchioniſſæ, ſed allegabatur beneficium Inventarii, cujus ipſa munimine ſuffulta dicebat, injuſtum eſſe *exequatur* A.C. quoad ejuſdem bona propria, & conſequenter, quod eo minus locus eſſet relaxationi novi mandati pro fructibus me-
1 dio tempore decurſis, cum ille ſit potiſſimus effectus hæreditatis aditæ ſub præſidio legis, & Inventarii, ut nullo modo bona propria adeuntis commiſceantur cum obligationibus defuncti, ideoque præſerventur, ut prius, immunia ab omni executione alias competente contra patrimonium ejuſdem defuncti, ex ea reduplicatione, & reſpective ſeparatione perſonarum, quam *nova Lex Juſtinianea* ad effugiendum illam antiquitatis notam, ut quis ſine hærede decederet, introduxit per *Auth. de hæred. & Falcid. §. Sancimus igitur*, cum aliis per *Aden. ad Pamphil. dec.75. n.8. Card. de Luc. de hæred. diſc.17. n.7. & diſc. 21. n.2. Modern. Melphiten. de plural. homin. legal. cap.6. n.2. Rot. dec. 61. n. 3. apud Poſth. de Sabbaſt. & dec.407. num.1. & ſeqq. par. 12. rec. & dec.521. n.3. & ſeqq. par.18.*

Verum reſponſum fuit, & bene ex parte
2 Actricis, quod ad fruendum prædicto beneficio ſatis non eſt allegare aditionem cum Inventario, niſi & illud exhibeatur oculis Judicis, & Partis, & copulative ad normam ejuſdem Inventarii, cœteroquin fidelis, & rite confecti, hæres, veluti effectus legalis adminiſtrator ejuſdem hæreditatis, rationem opportune reddat bonorum hæreditariorum, nam vel Inventario per hæredem non confecto legitime, vel non reddita ratione effectuum hæreditatis, ceſſat cauſativa ſeparatio perſonarum, & bonorum, idemque hæres ad terminos Juris antiqui remanet una, eademque perſona cum defuncto, & non poteſt (ac ſi ſimpliciter hæreditatem adiviſſet) ſuper bonis propriis effugere executionem pro ære alieno defuncti, ut in pro-
3 poſito neceſſitatis exhibendi Inventarium *Poſth. reſol.111. n.11. & ſeq. Rot. dec.582. n.10. & 11. apud eumdem Poſth. de manut.*, *& dec. 103. num.15. & 16. coram Sa: me: Alexandro VIII.*, *& deciſ.31. n.12. par.11. & dec. 42. n.7. & ſeqq. par.17. recen.*, & in propoſito redden-
4 di rationem, *eadem Rota coram Merlin. dec. 721. n.3. & coram Priol. dec. 374. n.5. cum 2. ſeqq. & coram Ubag. dec.26. n.8. & 9. & in Romana Primogeniturarum de Maximis 17. Februarii 1690. §. Quia cum juſtificatam fuerit, coram bo. mem: Benincaſa*, confirmata 4. *Decembris einſdem Anni §. Simili modo, & 24. Martii 1692. §. Et licet coram Reverendiſſimo Zimoren.*

Et de facto ſcribentes pro Marchioniſſa, neceſſitatem hanc agnoſcentes, totum conatum in eo conſtituebant, quod nihil eſſet in hæreditate, de quo ratio reddi oporteret: In duas namque claſſes dividendo bona Fabii Patris Marchioniſſæ, quamplura ex eiſdem tamquam ſubjecta primogenituræ ordinatæ per Luciam, & Camillum Seniorem de Maximis dicebant, occupata fuiſſe ſtatim ſecuto obitu Fabii per Marchionem Fabritium, uti vocatum ad eamdem Primogenituram, cœtera vero, quæ poterant cenſeri libera, ſubiungebant, fuiſſe per ipſam Marchioniſſam prævio Judicis decreto tradita in ſolutum prælaudato Marchioni Fabritio dupliciter Creditori anteriori in bonis Fabii, primo nempe ex cauſa reintegrationis Primogenituræ propter alienationes, quas Fabius conſummaverat in detrimentum ejuſdem Primogenituræ; & ſecundo ad finem extinguendi cenſum, quem Fabritius impoſuerat pro reſtituenda Dote Marchioniſſæ Thereſiæ Lanciæ ſecundę Uxori ipſius Fabii: Ac propterea cum bona fide Marchioniſſa Rea (Judice deſuper interponente Decretum)

tum) vel remanentia bona diſtraxerit in Cre-
ditorem anteriorem Sacriſtiæ, vel non po-
tuerit pro reliquis bonis impedire, quomi-
nus Fabritius, ad Primogenituram vocatus
illa occuparet, ſatis ſuperque redditam fuiſ-
5 ſe rationem contendebant, & ſic non intrare
pœnam condemnationis in bonis propriis,
quæ nunquam locum ſibi vindicat reddita
ratione per hæredem beneficiatum, juxta
ſæpius firmata, & ſignanter *dec.117.num.15.
& 16.cor.Pamphil.& dec.39.ex num.10. uſque
ad fin.par.6.rec.& dec.87.n.11.par.12.dec.90.
n.17.& ſeqq.par.19.*

At DD. prætermiſſa diſcuſſione reſtitutio-
nis bonorum fideicommiſſariorum ſive ſub-
jectorum Primogenituræ, tanquam hodie
non neceſſaria, cenſuerunt, Inſtrumentum
dationis in ſolutum ſuffragari nequaquam
poſſe pro exuenda obligatione ex ipſo actu
aditionis hæreditatis paternæ infixa Mar-
chioniſſæ; illam namque etiam de per ſe
ſuſpectam habuere ex nimis arcto affinitatis
gradu, quo Marchioniſſa, veluti Murus,
6 iniungebatur cum D.Marchione Fabritio So-
cero, hujuſmodi namque actus, nullo mo-
vente, & voluntarie facti Creditoribus in-
ſcii, & incitatis inter tam ſtricte coniunctos,
vel affines, non levi regulariter ſuſpicione
colluſionis laborant, Teſte *Decian. conſ.11.
num.116.lib.1. Fab. de Anna conſ. 104.n.11.
Menoch.de præſumpt.lib.5.præſ.26.n.11. Rot.
coram Merlin.dec.13. num.7.& dec.70. n.18.
cum.2.ſeqq.poſt Salgad. in Labyr. Credit.*

Clarius autem perſpiciendo, quod ad eam-
dem dationem in ſolutum nedum deventum
fuerat, ut diximus, voluntarie, & quod-
ammodo clandeſtine, & abſque citatione
Creditorum, ſed poſtquam poſitive Sacriſtia
S.Silveſtri comparuerat contra Marchioniſ-
ſam in Judicio formali, tamquam mediata
Creditrix Fabii Patris ob aditionem ab iſto
factam de hæreditate Cardinalis Camilli de-
bitoris, & quod plus eſt, reportaverat effe-
ctiva Decreta pro relaxatione Mandati con-
tra bona hæreditaria ejuſdem Fabii, quo ſa-
7 ne caſu tantum abeſt, ut datio in ſolutum
valeat ſupplere vicem redditionis rationis,
ut quando ipſa ratio reddita fuiſſet eo modo
cum aliis Creditoribus, nocere nequiviſſet
Creditori certo, qui jam obtinuerat Judicia-
lia Decreta, ut late dictum fuit *in Romana an-
nuæ præſtationis cor. bo.mc. Rondinino*, quæ le-
gitur *impreſs.dec.365.n.32.& ſeqq.par.19.rec.*

Ac denique evidentius, quia eadem da-
tio in ſolutum celebrata fuit abſque eo, quod
doceretur de prætenſis alienationibus bono-
rum Primogenituræ factis a Fabio Patre Mar-
chioniſſæ, & abſque eo, quod appareret, de
quo tempore illæ eſſent ſecutæ, & an con-
curreret ſcientia Primogenituræ ad hoc, ut
inquiri valeret de ſuperinductione tacitæ hy-
pothecæ, quæ antecederet Creditum Sacri-
ſtiæ, originem indubitanter deſumens ab
Anno 1637. ac denique abſque eo, quod
8 proinde facta noſceretur illa liquidatio cre-
diti favore ejus, cui intendebatur fieri tra-
ditio in ſolutum, ad finem ſimultanee deve-
niendi ad æſtimationem bonorum, quem-
admodum deſiderari, in ſpecie præcedentis
liquidationis tradiderunt *Surd.conſ.225.n.9.
in fin. Ancharan. Iun. quæſt.famil. lib.1. q.28.
num.2. Milanen.dec.14.num.43.lib.1. Rota cor.
Burrat.dec.124. num.5.& 6.& coram.Bich.de-
ciſ.637.num.12.& 13.& dec.62.num.4.par.16.
rec.*& reſpectu æſtimationis *Rot. coram Coccin.
dec. 109. num. 14. & dec. 248. num. 2. & 5.
part.9. rec.*

Addebant ulterius, quod nec etiam titu-
lus reimburſandi Marchionem Fabritium
pro dote reſtituta Marchioniſſæ Lanciæ vi-
debatur idoneus ad officiendum Sacriſtiæ,
cum dos præfatæ Marchioniſſæ Lanciæ ſor-
tiretur hypothecam poſteriorem prædicto
Anno 1637., atque ideo Marchioniſſa, quæ
9 ſponte ſolvit debitum poſterius (non ob-
ſtante innegabili ſcientia Creditoris anterio-
ris, ut erat Sacriſtia, quæ etiam, ut ſupra
formalia Decreta reportaverat) non poterat
in hac parte tueri ſe clypeo dationis in ſolu-
tum ſed proculdubio de proprio tenebatur,
ad ea, quæ paſſim de hærede beneficiato po-
ſteriori ſolvente cum indubitata ſcientia
crediti anterioris, firmarunt *Bald. in l. final.
§ Et ſi præfatam n.1. ibique etiam Caſtren.n.4.
C. de Iur. delib. Theſaur. quæſt.foren.lib.2.quæſt
16.n.17. Gait. de Credit. cap.4.quæſt 11.n.1357
& ſeq. Salgad. in Labyr. Credit. par. 3.cap. 8.n.
20.& ſeqq. Conciol. de hæred. artic.3. n. 103.
cum ſeqq. Rot. coram Bich.dec.469.n.10.& ſeq.
& coram Celſ. deciſ.185. n. 5.& cor. Cerr. de-
ciſ.167.num. 2. et ſeqq. & dec.521. n.12. cum
ſeq. par. 14. rec.*

Hiſque præhabitis, de plano corruebat
quæcumque generica præſumptio, quæ cæ-
teroquin exoriri potuiſſet per aſſiſtentiam,
& interpoſitionem Decreti factam a Judice
adhibito in contractu dationis inſolutum;
Vltra enim, quod illius interventus longe
diverſum finem, & effectum percutiebat vi-
delicet pro implemento formæ *Statuti Vrbis*
demandatis *in cap.*151. contractum Mulieris
non valere, niſi Judice deſuper cauſa cognita
interponente Decretum, ac per conſequens
ipſum Decretum, veluti interpoſitum ad
10 proſpiciendum indemnitati Mulieris, non
poterat extendi ad proſpiciendum indemni-
tati Creditorum, ut in ſimili, ſive in fortio-
ribus dictum fuit apud *Merlin. deciſ. 888.n.7.
& cor. Celſ.dec.129.n.6.& deciſ.21.n.6.cum 2.
ſeqq. cor. Cerro.*

Nihilominus generica iſta præſumptio
apta non erat ad excludendam colluſionem,
quæ alias ex validioribus præſumptionibus
vel ex ipſo facto palpabatur, dum etiam ipſæ

11 Sen-

11 Sententiæ, quæ nonniſi Chriſti nomine invocato proferuntur, minime redduntur immunes a colluſione, quando aliunde illa eluceſcat, Judex namque pronunciat, ſuamque authoritatem interponit ſecundum ea, quæ ſibi proponuntur a Partibus; ſed non poteſt, nec tenetur divinare circa ea, quæ Partibus invicem colludentibus Tertio præjudicium inferrent, quemadmodum ad rem monuit *Scacc. de ſent. & re judic. gloſſ. 14. qu. 12. n. 123. Gait. de credit. cap. 2. tit. 3. n. 677. Vargas dec. Arag. 40. ex n. 179. cum plur. ſeqq. Cenſal. dec. Lucen. 22. n. 40. Rot. dec. 41. num. 6. & dec. 525. num. 5. par. 13. & dec. 264. n. 18. par. 14. rec. & in Romana Fideicom. de Gallis 18. Junii 1685. §. Tertia Sententia, cor. bo. me. Paulucclo.*

Poſtremo ejuſdem inefficaciæ pro retardanda executione Mandati viſa eſt oblatio in ipſo limine propoſitionis facta per Marchioniſſam de reddendo nunc rationem bonorum hæreditariorum tam Cardinalis Camilli debitoris Cenſus, de quo agitur, quam Fabii Patris, & reſpective hæredis ipſius Cardinalis, acriter inſtando ad hunc effectum
12 pro electione Periti: Non ſolum, quia cum Marchioniſſa per ſpatium annorum novem, etiam uſque ab initio pulſata coram A. C. pro redditione rationis, diſtulerit ad illam devenire, moderna petitio electionis Periti non carebat vehementi ſuſpicione diffugii, ſive animi protrahendi ſatisfactionem, per ea, quæ alias exiſtimavit *Rot. in dec. 159. n. 9. & 10. juncto num. 15. part. 16. rec.* ſed etiam quia cum nullum exhibitum fuiſſet Inventa-
13 rium oculis DD., inutilis reddebatur qualibet oblatio; abſolutum quippe eſt, quod quemadmodum ſine fundamento moles in altum non excitantur, ita ſine Inventario, veluti capite (ut dicunt) ſeu baſe redditionis rationis, ratio ipſa reddi non valet, adnot. per *Torniol. conſ. 78. num. 24. Guttier. de Tutel. part. 3. cap. 1. n. 50. Oſaſcb. dec. Pedemont. 147. n. 22. Carpzov. dec. Saxon. 69. num. 19. & dec. 74. num 2. & 3. Rot. coram Bich. dec. 158. n. 38. & in Romana. ſeu Albanen. Vineæ 11. Martii proxime præteriti §. Tum quia, cor. R. P. D. meo dell' Olmo.*

Circa demum aliam Dubii partem relaxationis novi Mandati pro fructibus decurſis ab Anno 1688. conſecutive ad præmiſſa non fuit apud DD. habita difficultas, ſtante enim Commiſſione præſeferente de more clauſu-
14 lam, *quam, & quas*, ex eiſdem rationibus, quibus permoti exiſtimarunt, exequendum eſſe Mandatum jam relaxatum ab A. C., ita cenſuerunt, poſſe, & debere relaxari novum, ſeu alterum Mandatum pro fructibus ab inde citra maturatis, tamquam in prima, ſequendo familiaria exempla noſtri Tribunalis, & ſignanter *dec. 339. ſub num. 1. verſ. Reſpectu vero, & num. 2. & ſeqq. par. 18. rec.* cum reliquis notiſs.

Et ita utraque &c.

## ANNOTATIO, ET ADDITIO.

PEtita ex parte Sacriſtiæ victricis ſub die 31. Julii ejuſdem anni 1697. expeditione Cauſæ ad formam hujus Deciſionis, Tribunal ita mandavit, & ſucceſſive provocante Marchioniſſa aliiſque de Maximis coram R. P. D. Lancetta ſub die 20. Januarii 1700. canonizata fuit hujuſmodi expeditio, ſive Sententia mediante reſcripto, *conſtare de re judicata* uſque ad denegandam ſub eadem die electionem Periti, quam ad effectum reddendæ rationis efflagitabant iidem de Maximis, uti videri poterit in utraque Deciſione ſub præfata die edita coram R. P. D. Lancetta cum conſecutiva perſiſtentia in deciſis ſub die 17. Junii ejuſdem Anni coram eodem.

Quo vero ad hanc practicabilem materiam Inventarii plures in dies emergunt diſputationes; & ſignanter formiter fuit controverſum *in una Romana ſeu Albanen. Vineæ* inter Marchionem Raynaldum de Bubalo ex una, & Principem Julium Sabellum ex altera, utrum Mandatum executivum, quod idem Marchio reportaverat pro conſiderabili credito contra hæreditatem Cardinalis Sabelli, poſſet executioni demandari ſuper quadam Vinea poſſeſſa prius ab eodem Cardinali Sabello debitore, & deinceps poſt ejus obitum retenta per Principem jure, uti dicebat, fideicommiſſi in eo purificati; prætendebat etenim Marchio, quod etſi Princeps allegaret ad ſui favorem Inventarium quoad hæreditatem Cardinalis illius fratris; nihilominus cum illud non exhiberet, nec adhuc reddidiſſet rationem, poſſet recta via executive procedi contra præfatam Vineam, ac ſi Princeps ſimpliciter ejuſdem Cardinalis hæreditatem adiviſſet: atque in hunc ſenſum prima vice reſedit *Rot. in d. Romana ſeu Albanen. Vineæ 11. Martii 1697. cor. R. P. D. dell' Olmo.* Dicebatur quippe, quod licet re-
15 gulariter exigat praxis, ut qui ſatagit convenire, vel ſibi habere obligatum hæredem in bonis propriis pro diſſolvendo ære alieno Defuncti, teneatur præmittere citationem ad docendum de legitimo Inventario, & reddendum legitimam rationem, ex deductis per *Rot. dec. 39. n. 8. & ſeqq. par. 6. recent. & dec. 611. n. 13. & ſeqq. cor. Bichio*, ſolumque
16 in caſu negligentiæ, ac moræ culpoſæ hæres beneficiatus amittat præfatum beneficium, ne poſſit executive in bonis propriis conveniri, ſecundum plene deducta *in Bonon. Prædii ſeu fideicom. de Victoriis 5. Decemb. 1681. §. Eſt etiam Victorius, cor. bo. mem. Rondinino, Saluſt. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 44. n. 17. Ridolphin. pariter in prax. par. 1. cap. 8. n. 253. & ſeqq.* aliique, qui per eos referuntur.

Hoc tamen intelligeretur, quotieſcumque Creditores urgere prætenderent hæredem beneficiatum ſuper bonis effective propriis,

ſive ante aditionem poſſeſſis, vel aliunde in eum obventis, quam una cum hæreditate debitoris, ex quo in hoc ſecundo caſu nullatenus exuant naturam bonorum hæreditariorum ipſius debitoris, quapropter in his poſtremis terminis tantummodo hæres eximatur ab executione, inquantum non ſolum alleget, ſed exhibeat Inventarium ſeque promptum exhibeat ad reddendum rationem, ex iiſdem *Authoritatibus* fermè ſupra in hac Deciſione laudatis *ſub n. 2. & ſeqq.*, & plene *in d. Bonon. Prædii, ſeu Fideicommiſſi de Victoriis ſuperius allegata cor. Rondinino.*

Verum repropoſita Cauſa *ſub die 26. Junii ejuſd. Anni* 1697 receſſum fuit a deciſis, quia ſupralaudatæ *Doctrinæ* ſupponebant, jam prodiiſſe citationem, de qua ſupra, *ad docen-*
17 *dum* ſcilicet *de legitimo Inventario &c.* & tunc per hæredem illo non exhibitio, & non demonſtrata promptitudine reddendi rationem, proceditur contra ipſum hæredem, quantumvis prætenſum beneficiatum, executive non ſolum ſuper bonis in eum obventis una cum reliqua hęreditate debitoris, ſed etiam in bonis quomodolibet propriis, idque, & non aliud affirmatur in præfata *Bonon. Prædii, ſeu Fideicommiſſi de Victoriis.*

Quatenus vero pertinet ad memoratam diſtinctionem, illa penitus apparuit inſubſiſtens, nullumque in rei veritate diſcrimen intercedebat inter bona alio jure propria, atque ea, quæ prætendantur retineri circa hęreditatem Defuncti debitoris jure proprio
18 per ipſum hæredem beneficiatum, alias quippe ſine præmiſſa citatione hæres nimis iniuſte ſpoliaretur legis beneficio, prout punctualiter firmavit *Card. de Luc. de Iud. diſc. 40. n. 12. per tot. & n. 13. cum ſeqq.* & prius *lib. 7. de donat. diſc. 45. n.* 19. in quibus locis ſolum
19 limitat, quando hæres agendo vellet impugnare factum Defuncti, eo etenim caſu a ſemetipſo ſine alia interpellatione debet exuere perſonam hæredis per exhibitionem Inventarii, perfectamque redditionem rationis de bonis hæreditariis, & hi proprie ſunt termini toties memoratæ deciſionis *in Bonon. Prædii, ſeu Fideicommiſſi de Victoriis.*

Atque huic ſecundæ reſolutioni Marchio de facto acquievit, cum ſolum ſeſe converterit ad negandum in hypotheſi fideicommiſſum ſuper ipſa Vinea, & quatenus opus eſſet inſiſtendo ſuper Bulla Baronum omnium fideicommiſſorum (ad finem ſatiſfaciendi Creditoribus) derogatoria, ac deſtructiva, quemadmodum aſſumpta deſuper acriori diſputatione, omnibuſque Auditoribus ſuffragantibus, tandem ex hoc ſecundo fundamento extitit reſolutum pro Marchione *ſub die 5. Decembris* 1698. *& 23. Martii* 1699. *cor. eodem R. P. D. dell'Olmo.*

At quia in nonnullis quandoque locis, & Provinciis per leges Municipales beneficium Inventarii *ab Imperatore Juſtiniano*, ut ſupra, introductum aufertur, ſicuti præſertim, ſeu plerumque contigit in tota Provincia Etruriæ, adeout vel hæres omnino teneatur adire ſimpliciter hæreditatem, vel illam repudiare, ſub formis tamen quamdam redolentibus infamiam; evenit idcirco, quod de modo effugiendi duritiem hujuſmodi legum pro veritate conſultus in caſu valde prejudiciali filio, qui ad normam eorumdem Statutorum coactus extiterat paternam adire hæreditatem, reſpondi, ut ſequitur, exiſtimans interea, quod raritas ejuſdem caſus forſan non immerito valeat ad ornatum præinſertæ Deciſionis inſervire.

Ad hoc, ut Donatus de Tortellis ducere poſſet in Vxorem Mariam de Pecoris, donavit illi Joannes Pater ſcut. bis mille ſub expreſſa declaratione, quod in caſu obitus Donatoris eadem quantitas deberet eſſe præcipua ipſius filii Donatarii abſque ullo prorſus computationis, vel collationis onere cum cœteris filiis, ac reſpective fratribus cohæredibus: Verum ob hinc ſecuto prædicto Matrimonio, & ex eo nonnullis liberis ſuſceptis, devenit Pater ad ultimum ſuæ voluntatis elogium, in quo ſpecifice ſupponitur demandaſſe, quod idem Donatus conferre teneretur bona, & quantitatem, ut ſupra donatam, cumque is non poſſet ob reſiſtentiam Statuti Aretini uti conſueto beneficio legis, & Inventarii, hinc adita per ipſum ſimpliciter hæreditate Patris, eaque adeo tenui adinventa, ut quoties obſtringeretur conferre præfatam quantitatem ſibi donatam, non ſolum aliquid ultra ex paterno aſſe conſequi nequiviſſet, ſed etiam manifeſtam pateretur jacturam, & diminutionem in ipſis bonis, & quantitate donata, dubitari idcirco contingit, an adhuc urgeri valeat ad collationem faciendam, & quatenus affirmative, quo remedio magis proficuo ad illam effugiendam poſſit adiuvari.

Caſus iſte ex ſui circumſtantiis reddi videtur ſummopere ſingularis, ac difficile pro mea notitia fas erit per punctuales omnino *Doctrinas* illum pro, vel contra diſpungere, cum regulariter collationis controverſia cadat ad effectum quidem, ut ſervetur æqualitas inter Cohæredes ſed nunquam, ut ex capite collationis faciendæ bona jam quæſita, & effecta propria diminuantur, & idcirco unanimiter inferunt *Doctores*, quod collatio practicatur ab eo, qui conferre tenetur, vel tanto minus recipiendo, vel ponendo in maſſa omnia, quæ habuit in vita, deindeq; illa coæqualiter cum cœteris dividendo; ſi r-
20 mo tamen manente ſuppoſito, quod nunquam facta collatione conferens effective depauperetur, ad mentem *Text. in l. Dotis 5. C. de collat. Ricciard. in tit. de collat. num. 5. verſ. tanto minus fol. 186. Thomat. deciſ. 50. num. 13.*

Rot.

*Rot.in Faventina ſucceſſionis* 13. *Junii* 1674.§.
*nde ſi baberet*, *coram Matthæjo*.

At nihilominus procedendo cum iis pro-
poſitionibus, quas in hac materia receptas
habemus, quæve rectius ad rem noſtram ada-
ptantur, omnis æquitas, & ratio militare vi-
detur pro excluſione collationis; Siquidem
prætermiſſa ea ſatis apud *Scribentes* involuta
quæſtione, utrum hujuſmodi donationes fa-
ctæ ex cauſa præcipua matrimonii cum certa
21 perſona contrahendi ſubjaceant oneri colla-
tionis, circa quam licet unuſquiſque trahere
procuret regulam ad ſui favorem, nihilomi-
nus in rei veritate deciſio pendet ex veriſi-
mili, vel inveriſimili voluntate Patris Dona-
toris, ut egregie plures ad hunc effectum ex-
pendendo *Authoritates* obſervat *Card.de Luc.*
*lib.9.tit.de hæred.diſc.* 31.*n.* 2. *& ſeq.* & vide-
re eſt *in Auximana Donationis ſub die* 28. *Jun.*
1658.*&* 18. *Junii* 1668. *coram Bevilacqua* qua-
rum prima habetur impreſſa *par.*12.*dec.*389.
& altera apud *Torr. de pact.fut.ſuc.ld* 31. nec
non *ſub die* 19.*Iun.* 1679.*coram Emerix juniore*
*inter ſuas dec.* 417. cum aliis ſucceſſive editis,
*ut in dec.*842. *&* 880. *inter eaſd. Emerix ju-*
*nioris*, & Me ſcribente ſimile practicatum
fuit in una *Romana liberationis a moleſtiis* 1.
*Jun.* 1680. *coram Paulucci*o.

Certum eſt, quod in preſenti caſu tota al-
tercatio reſtringitur ad Teſtamentariam Pa-
tris diſpoſitionem, & aditionem illius hære-
ditatis ſimpliciter ſecutam ex parte Donati,
cum de cætero abſonum foret diſputare de-
collatione, dum ea Inſtrumento donatio-
nis litteris adapertis excluditur, ibi -- *Si che*
*l'effetto ſia, che il prefato Signor Donato deva più*
*degl'altri fratelli conſeguire della robba di ſuo Pa-*
*dre, e di ſuo Zio ſcudi* 2000. Ideoque dum habe-
22 mus voluntatem adeo claram, & litteralem
fruſtra quærimus de conjecturis, & argumen-
tis, ut inquit *Imperator in Authen.ex Teſtamen-*
*to C. de collat.Mangil.de imput. quæſt.*14.*n.*52.
*Cyriac. contr.* 288. *n.* 5. *Torr. de pact. fut. ſuc.*
*lib.* 3.*cap.* 13.*n.* 289. *& ſeqq.*, & alibi millies.

Quinimo, etiam quando alias de Jure, vel
ex Patris voluntate ab initio præfata quanti-
tas eſſet conferenda, adhuc in præſenti exu-
beraret pro arcenda prætenſione ejuſdem
collationis, quod Donatus a ſucceſſione, ſeu
diviſione cum fratribus vellet abſtinere, tunc
23 enim per alios cogi non poſſe ad conferen-
dum, ac diminuendum illud, quod jam ob-
tinuerat, *Text.* eſt expreſſus *in l.fin.ff.de collat.*
*Dot.Barboſ.in l.2.par.* 1.*n.fin.ff.ſol.matr.Rot.*
*apud Dunoz.dec.* 134. *nu.* 4. *&* 151. *n.* 2., *&*
*ſeqq.*, *& dec.* 267. *n.* 7. *Card. de Luc. d.lib.*9.
*tit.de hæred. diſc.*31. *n.* 18. ubi quod aliis filiis
prætendentibus nimiam inæqualitatem a Pa-
rente ſervatam aliud non competit reme-
dium, niſi illud inofficioſitatis.

Quamobrem, perſtringendo prædictam
difficultatem Teſtamentariæ diſpoſitionis,
obſtare poſſe non videtur, quod Joannes Pa-
ter juſſerit fieri hanc collationem; quoniam
dum a principio, & in ipſo Inſtrumento do-
nationi expromiſit bona donata remanſura
præcipua ejus filio, & immunia a qualibet
collatione, hujuſmodi præceptum undique
24 redditur invalidum, ac poteſt impune ſper-
ni, iſtud enim onus ſolum de tempore dona-
tionis, & non poſt jus alteri quæſitum valet
imponi, ut in terminis præciſis paterni præ-
cepti facti de conferendo per ultimam vo-
luntatem per *Text.in l.illud in fin. C. de collat.*
ibi -- *de tempore donationis* -- firmavit *Surd.*
*conſ.* 143. *n.* 55. quem individualiter ſecutus
eſt *Adden. ad Gregor.dec.* 568.*n.* 13. *ver. ſed*
*hæc declaratio, Rot.in illa Ravennaten. ſucceſſio-*
*nis* 31. *Maii* 1658. *coram bo.mem. Priolo impreſſa*
*inter ſuas dec.* 86. *n.* 13. deindeque confir-
mata 22. *Januarii* 1663. *cor. eod. in ordine la*
221. *n.* 9. quarum ultima repetita eſt *dec.* 3.
*n.* 10. *par.* 14. *rec.*

Nec dicatur, iſta forſan procedere, niſi
Donatus ſimpliciter adiviſſet hæreditatem
Patris, illum ſub hac expreſſa declaratione,
& conditione inſtituentis, ideoque per illum
25 quaſi contractum, qui celebrari dicitur inter
hæredem adeuntem, & legatarios, cæteroſque
habentes intereſſe in Teſtamento, adſtringa-
tur ad obſervantiam diſpoſitorum in ipſo
Teſtamento, ex vulgata *l. eam a Matre* C. *de*
*rei vindicat.* cum concordan. per *Buratt. dec.*
265. *n.* 12. *& dec.* 326. *n.* 3.

Multipliciter enim, & uſque ad eviden-
tiam objectum iſtud enervatur: Et primo ex
communiſſima limitatione, quæ huic regulę
26 tribuitur, nimirum, quod quando præce-
ptum Teſtatoris eſt nullum, & contra legis
diſpoſitionem tendit, & ſignanter quoties
non relinquitur hæredi id, quod ei Teſtator
de neceſſe relinquere tenebatur, eo ſane caſu
aditio ſimpliciter facta impedire non valet
impugnationem, & ſpretum ejuſdem præce-
pti, ut poſt *Bart.in l.poſt mortem in princ.ibique*
*Alex.ff. de adoption. Soccin. ſen. conſ.* 29.*n.*7.
*vol.* 1. *& conſ.* 79. *n.* 34. *&* 47. *vol.*4. *Soccin.*
*Iun. conſ.* 77. *n.* 134. *Grammat. dec.* 93. *n.* 7.
*& ſeq. Oſaſcb. dec.*180.*n.*1.*Surd.conſ.*196.*n.*53.
*& dec.* 99. *n.* 6. latiſſime *Adden. ad Buratt.*
*dec.* 154. *n.* 10. *& ſeqq.* ubi *ſub n.* 14. refe-
rendo *Grammat.d.dec.* 93. *n.*11. *&* 13. *& Pi-*
*nell. in repet. leg.* 1. *par.* 3. *num.* 83. *limit.*13.
*C.de bon.quæ liber.* ſpecifice tradit, licitam eſ-
ſe inobſervantiam præcepti non obſtante
aditione, quoties ei non reliquit, quod Te-
ſtator tenebatur relinquere.

Ac propterea cum Joannes non poſſet, re-
ſiſtente *dict. l.illud C.de Collat.* ut ſupra jubere
poſt donationem jam perfectam, & immu-
nem a collatione ut illa ſucceſſive conferre-
tur, quodque magis eſt, tantundem non re-
liquerit Donato, præfata aditio nil operatur,
ne ita in poteſtate donantis reſideat antece-

27 dentem donationem deſtruere, eodem mo-
do, quo contemnitur paterna ordinatio de-
mandans, ut filii primi gradus imputent fru-
ctus in legitimam, vel Trebellianicam ad ea
quæ individualiter ſub hac ponderatione
tradidit *Surd, dicto conſ.* 143. *n.* 55. *verſ. conclu-
dunt Doctores*, & revocando contrarias ante-
cedentes reſolutiones reſpondit *Rot. in d. Au-
ximana Donationis* 19. *Jun.* 1679. §. *Nec quie-
quam facit, coram Emerix Iun.* & generaliter de
prædicta conditione imputandi fructus in le-
gitimam *Duran. de condit. & mod. cap.* 3. *n.* 25.
*& ſeqq. Cyriac. contr.* 438. *n.* 31. *Fuſar. conſ.* 23.
*n.* 8. *Spad. conſ.* 358. *n.* 4. *lib.* 2. *& conſ.* 301.
*n.* 4. *lib.* 3. *Seraphin.*, *dec.* 1365. *n.* 8. *& ſeqq.*

Secundo clarius attenta manifeſta dece-
ptione, & dolo, qui exinde nimium adaper-
te reſultaret; ſiquidem, ut præmiſimus, Joan-
nes donavit filio ſcuta 2000. ſub præciſa cau-
ſa matrimonii cum certa preſona contrahen-
di, & ad individuum effectum, ut illud ſe-
queretur, ſicque ſi fidendo benevolæ, ratio-
nabili, ac juratæ Patris promiſſioni ſubivit
onos, & jugum matrimonii, atque ex eo li-
beros procreavit, aſperum foret, & inhuma-
num, quod poſtmodum ejus Pater in ultima
voluntate eundem filium privare valeat me-
morata quantitate ex cauſa correſpectiva, &
oneroſa acquiſita: unde egregie, & rationa-
28 biliter recepta eſt concluſio, quod ubi locus
eſſet deceptioni, & fraudi alicujus ex Parti-
bus, ea collatio, quæ alias de Jure poſſet in-
trare, rejiciatur ex collectis per *Surd conſ.*
143. *n.* 34. *& Rot. in Faventina ſucceſſionis* 5.
*Aprilis* 1666. §. *Adſtipulatur coram R.P.D.
O.* [illegible] *&* 13. *Ian.* 1674. §. *Quibus aſſiſtit. co-
ram Matthaio*, quarum prima impreſſa eſt
*dec.* 129. *n.* 15. *post Torr. de pactis fut. ſucceſſ.*

Tertio magis, quia ſi alias vellemus, ut ip-
ſe Donatus retinere non poſſet præfata bona,
ſeu quantitatem donatam, & irrevocabili-
ter adeptam, ſequeretur, quod in ſubſtantia
idem Donatus gravaretur in bonis propriis,
abſque eo, quod conſimile, vel æquipollens
emolumentum accepiſſet, proindeque lo-
cum ſibi vindicat alia non minus canoniza-
29 ta propoſitio, quod intantum Teſtator gra-
vare poteſt hæredem in bonis propriis, in-
quantum tantundem conferat lucri, & emo-
lumentis ad *Text. in l. Imperator* 72. §. *Si cen-
tum & § Cum quidam. ff. de leg.* 2. *l. cum Pater* 79.
§. *Titio ff. eodem, Bart. in dicta leg. Imperat., di-
cto §. Cum quidam n.* 3. *verſ. In inſtituto Soccin.
Jun. conſ.* 57. *n.* 19. *vol.* 3. *Gabr. conſ.* 202. *n.* 20.
*vol.* 2. optime *Card. de Luc. lib.* 10. *de Fideic.
diſc.* 34. ubi poſtquam *n.* 14. *&* 15. tradit,
quod Teſtator poteſt gravare hæredem in
boni propriis, *ſub n.* 16. *ad med.* declarat,
quod ubi gravamen excedit emolumentum,
dicta poteſtas reducitur ad limites emolu-
menti.

Quarto denique ad evidentiam, quia ſi
Donatus adiviſſet hæreditatem cum conſue-
to beneficio legis, & Inventarii, res eſſet ex-
tra difficultatem cum Inventarium, ex no-
toriis, relinquat adeuntem in eo ſtatu, in quo
erat ante aditionem; unde dum vigore ſupe-
rius enunciati Statuti minime permittitur
aditio cum præfato beneficio, neceſſe eſt fa-
teri, quod ſublato de medio per Statutum
eodem beneficio adinvento per *Juſtin. in leg.
unic. §. Sancimus igitur, & §. Si vero non fecerit
C. de Jur. deliber.* reconvaleſcant antiqua Jura
*ff. & Cod.* juxta quæ hæres tenebatur qui-
30 dem Creditoribus inſolidum, ſed ceteris
legatariis, aut foventibus cauſam lucrati-
vam, prout ſunt pretendentes fieri collatio-
nem ex nudo mandato Patris, nonniſi intra
vires hæreditarias obſtringebatur, ut truti-
nando *Text. in l.* 1 §. *Si quis quadraginta & l. ſi
hæres ab eo* 68. *ff. ad Trebell.* cum *Text. in l. ſi te
bonis ff. C. de Iur. deliber.* magiſtraliter notavit
*Bellon. Jun. in ejus famigerato conſ.* 99. *n.* 23. *verſ.
Minus eſt cum pluribus ſeqq.*; & quod ſolum-
modo reſpectu Creditorum prodierint hæc
Statuta, in ſpecie conſimilis Statuti Senen.
perbelle obſervavit *Card. de Luc. in ſupplement.
par.* 3. *tit. de hæred. diſc.* 33. *n.* 12.

Et quidem intantum conquaſſatur æqui-
tas, cum qua antiquæ leges *ff. & Cod.* proce-
debant reiicientes tanquam abſurdum, quod
in plus aliquis teneretur quam ad eum ex
defuncti bonis perveniſſet, juxta ponderata
per *Bellon. dicta conſ.* 90. *n.* 25. *verſ. abſurdum
enim*, inquantum *Juſtinianus* præbuerat opti-
mum remedium Inventarii, unde ſibi debe-
bant imputare hæredes, ſi idem beneficium
31 ab *Imperatore* diſpenſatum negligebant, num-
quam autem intento fuit rectiſſimi illius
*Imperatoris*, quod hæredes abſolute de pro-
prio damnificarentur, ut ſatis lucide colligi-
tur in *Authen. de hæred. & falcid. cap.* 2. §. *Si ve-
ro non fecerit* ibi-*Si vero non fecerit Inventarium
ſecundum hanc figuram ſicut prædiximus, non re-
tinebit falcidiam, ſed complebit legatarios, & fi-
deicommiſſarios, licet pars ſubſtantiæ morientis
tranſcendat menſuram legatorum datio, & hoc
dicimus non noſtram minuentes legem, quam po-
ſuimus, ut nihil de proprio damnificentur hæredes
Creditoribus, ſed dabit ei pœnam exactio ſuæ ma-
lignitatis, cur tranſcenderit leges, ex quibus cau-
te omnia agens nihil poterat damnificari*, & ad
rem conferunt deciſa *in una Florent. reſtit. in
integrum coram Panzirolo* impreſſa *dec.* 72. *n.*
13. *& ſeq. par.* 9. *rec.* alias nempe daretur, quod
Statutum acciperet authenticam Sanctionem
*Juſtiniani* in parte odioſa, & reiiceret in al-
tera parte indiſpenſabiliter æqua, & favora-
bili.

Iſta igitur proculdubio videntur exubera-
re pro omnimoda excluſione prætenſæ colla-
tionis, ideoque ſuperfluum videtur opus ad
aliud auxilium, ſive remedium recurrendi:
Verum nihilominus in omnem caſum duo
ſup-

ſuppetunt remedia, & unum quodque illorum pro meo judicio ſufficiens, unum nempe, quoties vel ipſi filii ex prædicto matrimonio procreati, vel eorum Pater reduplicative, tanquam legitimus ipſorum Adminiſtrator, inſurgat excipiendo, quod dum prætenditur a præfata aditione reſultare neceſſita-
32 tem conferendi, iſta locum habere non poteſt in præjudicium Juris eiſdem filiis quæſiti, ſecundum ea, quæ in noſtris, vel ſaltem in valde proximis terminis dixit *Rot. in allegata deciſ.* 134.*nu.*4. *et dec.*151. *num.* 5.*coram Dunoz. Jun.*

Potiſſime autem, attento, quod prætendendo, Donatum obnoxium eſſe collationi, emergeret in ſubſtantia quædam virtualis, ne dicamus expreſſa retrodonatio, quæ in
33 præjudicium tam Uxoris, quam Filiorum ex matrimonio contemplato ſuſceptorum nullatenus fieri valet, adeout ſicuti voluntarie, non poſſet Donatus per expreſſum conſenſum remittere, & retrodonare bona donata, multo minus eidem licuit per tacitum derivantem in vim aditionis donationi renunciare, ex late congeſtis per *Maſtrill. deciſ.*211.*n.*4.*Gratian.diſcept.*924.*n.*33. *et ſeqq. Merlin.Pignatell.tom.*2.*contr.* 34. *nu.* 8. *Bottiglier.de ſucceſſ.ab inteſt. theorem* 7.*Prat.tom.*3. *diſcept.*40.*n.*11.*& per tot.* late *Venturin conſ.* 14. *Vincent. de Franc. dec.* 205., & reſpectu jurium Uxoris, quæ in eadem ratione fundantur, *Merlin.dec.*515.*repetit.dec.*44.*par.*6. *rec.*, & concordat *Rot. dec.*13.*n.* 13. *& ſeqq. par.*10. ubi quod licet filiis, quibus non apparet ſtipulatum, non veniant uti filii ad effectum neceſſariæ ſucceſſionis poſt Patrem, attamen illis dicitur jus quæſitum ad impediendam retrodonationem, & alienationem.

Neque in hoc caſu poſſunt Cohæredes ullum habere regreſſum per impugnationem Donati ex perſona filiorum contra ipſum Donatum; cum enim ad ſummum ex prædicta aditione ſequeretur, quod idem Donatus renunciaſſet donationi, non exinde ex
34 quo filii, vel ipſe tanquam eorum legitimus Adminiſtrator, eandem renunciationem impugnant, valet oriri actio contra Patrem, qui adivit, quive de facto alieno non promiſit, ut in ſpecie articulo plene diſcuſſo videre eſt penes *Card. de Luc. lib.*7.*de donat. diſc.*4.*n.*14.*& ſeqq.*

Cæterum quando hæc omnia in ſe validiſſima deficerent, denegari ſaltem non poſſet Donato reſtitutio in integrum, cum læſio ſit
35 evidens,nullaque poſſit allegari fraus adverſus Creditores, quæ ſola fuit ratio inductiva denegationis Inventarii, ne quis enim lucrum capiat ex aliena jactura, hujuſmodi
36 beneficium ſub clauſula *ſi qua mihi juſta*, omnino impartiri debet, alias prædicti Statuentes fuiſſent nimium irrationales,ut exclamat *Card.de Luc.dicto diſc.*33.*n.*12. *& ſeq. par.* 3. *in ſupplem. tit.de hæred.*, & agnoſcendo hanc duritiem conſonat in terminis *Rot.* poſt *Caſtren.in conſ.*322.*num.*3.*lib.*1.*& Fanucc.de Invent.par.*6.*n.*138.*in dicta Florentina reſtitutionis in integrum coram Panzirol.dec.*82.*n.*23., *& ſeqq. par.* 9. ſæpius deinde canonizata, præſertim in illa *Sancti Severini Inventarii* 30. *Martii* 1661.*cor.Veroſpio,et* 23.*Ianuarii* 1662. *coram Emerix ſeniore*,quarum ultima hodie legitur *in par.*13.*rec.dec.*381.

Quodque revera intentio Statuentium
37 alia eſſe nequiverit,quam ne bona ſub ſpecie Inventarii occultarentur, Creditoreſque fraudarentur, bene deſumi valet ex propoſitionibus receptis in omnibus aliis Mundi Tribunalibus, in quibus viget, ac permittitur Inventarii uſus, & beneficium; quamvis enim juxta verba *Iuſtiniani* ſuperius regiſtrata juremerito contra omittentes conficere Inventarium invehi poſſet, quod ſibi imputent, ſi noluerunt hujuſmodi remedium illis elargitum amplecti, nihilominus, quia Jura noſtra non ſunt ſine ratione, & æquitate
38 compilata, ſat eſt, quod aliunde habeatur certa ſcientia aſſis hæreditatarii, & per conſequens ceſſet occultationis præſumptio, ad hoc; ne Inventarium omittens ultra vires arctetur,ad tradita per *Adden. ad Gizzarell. dec.*56.*num.*3.*& ſeqq. Hodiern. contr. cap.* 15. *Rot. coram Royas dec.* 389. *n.* 12.*& dec.* 428. *n.*6., *& in Melevitana Fideicommiſſorum poſt Torr.de pact.fut.ſucceſſ. dec.* 179. *n.*8.*Card.de Luc.lib.*9.*de hæred.diſc.*23.*n.*9.

Quomodolibet igitur ex præmiſſis ſublata collatione, ſolummodo præfatum conferendi præceptum poterit importare, quod Donatus de cæteris bonis hæreditariis communis Parentis conſequi non valeat,niſi meram legitimam, ſicuti enim conferendo donationem legebatur conditionaliter inſtitutus, ita
39 non conferendo ſub contraria conditione cenſebitur exhæredatus, Teſte*Caſtren.in conſ.* 292. *n.*2. *lib.*2.*Peregrin. de Fideicom. art.* 11. *num.*92.*Rot.coram Seraphin. dec.* 749.*num.* 7. *verſ.Nec obſtat*, *& n.*9.*& dec.* 225.*num.*1., *&* 2.*par.*2.*diver.*

At quod legitima adhuc Donato debeatur, non obſtante prædicta exhæredatione, ſatis eluceſcit, cum ea nullo modo valeat *Juribus vulgatis* per Patrem auferri,quinimo ipſamet aditio ſimpliciter facta legitimam
40 non tollit, & onus quodcumque ſuper ipſa legitima impoſitum gladio, ſeu miniſterio Juris reſecatur, ex iis, quæ in ſpecie aditionis ſimplicis plene deducuntur apud *Cyriac. contr.*148.*n.*8. *Mart.Medic.dec.*6.*n.*19.,*&* 20. *Redenaſc.conſ.*77.*n.*2.*De Marin.reſol.cap.*252. *nn.*1.*&* 2.*tom.*1. *Adden. ad Buratt. dec.*922. *num.*11. *Rot.dec.* 342. *num.* 9. *par.* 5.*Dunoz. deciſ.* 141. *num.* 9.*& dec.* 235.*num.* 18., *&* 19. *coram Ottbob.*, & de reſecatione cujuſcumque oneris ipſo Jure habetur *in dec.*206. *num.*2.

*n.2.par.1.rec.& dec.208.n.14.par.8.dec.157.n.8.poſt Torr.* cum cæteris late cumulatis *in Narnien.Societatis Officii 27. Januarii 1677. §.Non obſtat, coram Rondinino.*

Et ſane intolerabile prorſus redderetur,
quod Genitores innixi ſuperius memorato
Statuto, alias reſpectu Creditorum rationa-
biliſſimo, poſſent per voluntarias diſpoſitio-
nes gravando proprios filios, legitimam eis
debitam de Jure naturæ ſubmovere, quod
impoſſibile videtur ſomniare, nedum crede-
re, dum ad hunc præciſum effectum coercen-
di Patrum poteſtatem ſine contradictore re-
41 ceptum eſt, & quod alienationes volunta-
riæ, & lucrativæ ex titulo inofficioſarum re-
vocentur, vel ſaltem in calculo hæreditatis
apponantur, quatenus ipſa n legitimam fi-
liorum lædant, ut in *Authen.ſi Parens, C. de
inoff.Teſtam.& tot.tit.ff.& Cod.de inoff.donat.
Merlin.de legit.lib.2.tit.1. quæſt. 18. & quæſt.
21.Rot. poſt eundem dec.86. & dec.57. & dec.
136.par.11.rec.*, & quod legitima detrahatur
42 non ſolum ante legata, & onera (ut ad præ-
ſens) prophana, ſed etiam ad pias Cauſas jux-
ta celebrem ſententiam Divi Auguſtini *in
cap.ultimo 17.quæſt.5.Peregr conſ.51.n.18.lib.
4.Cyriac.contr.304.n.16.& ſeqq. Merlin.de le-
git.lib.2.tit.1.quæſt.10.n.2.Rot.coram Gregor.
dec.539.n.5. & coram Priolo deciſ.96.n.3.*

Atque ita vel omnino reſpondendum eſt contra prætenſam collationem, vel exhibendo locum alterutri ex remediis ſupra inſinuatis tribui poſſe non videtur Donato minor portio, quam legitima una cum ſcutis 2000. ex cauſa jam correſpectiva, & oneroſa irrevocabiliter acquiſitis.

## *NOVA ADDITIO.*

UT diximus in ſuperiori nova Additione; hæc etiam Deciſio apparet impreſſa *inter collect.ad ornat.Card. de Luc.tom.3.in Mantiſſa ſub tit.de Teſtam. dec.20.*

Nominatim quoque extitit approbata
tam in corpore *Deciſionis num.4.*, quam in
43 *Addit.num. 19.*, ubi dicitur, quod hæres,
etiamſi fuerit beneficiatus, non poteſt con-
trovertere neceſſitatem ſervandi factum, ſeu
præceptum defuncti, dum de bonis in eodem
Inventario deſcriptis rationem non reddit,
*in una Forolivien.Fideicommiſſi de Torrellis ſu-
per reſervatis 20.Martii 1705.§.Secundus titu-
lus, cor.bo:me:Muto*, quę hodie pariter eſt im-
preſſa apud *Pauluce.dec.4.poſt diſſert.27.*

Non inopportunum quoque videtur re-
cenſere etiam alias *deciſiones*, quæ hanc eam-
dem *Deciſionem* ſequutæ ſunt in particulari-
44 bus propoſitionibus; nam circa praxim,
quod ſi fuerit relaxatum Mandatum pro fru-
ctibus in præcedenti inſtantia ab A.C., Rota
vero approbaverit juſtitiam ejuſdem Man-
dati, quod ipſa Rota queat pro novis fructi-
bus relaxare novum mandatum vigore aſſue-
tæ clauſulæ *quam, & quas* in commiſſione
Cauſæ ſemper adjectæ, idipſum firmatum fuit
*in una Romana, ſeu Ariminen.fideicommiſſi 24.
Martii 1710.ſub §.nullumque obiecm circa med.
cor.R.P.D.meo Kaunitz.*

Et quoad propoſitionem, quod hęres be-
45 neficiatus ſciens adeſſe Creditores anterio-
res, ac ſolvens Creditoribus poſterioribus
teneatur ad iteratam ſolutionem favore an-
terioris, ſequitur *Rota in Bononien.fideicommiſſi
Caroli de Ghiſlerlis ſuper reintegratione 7.De-
cembris 1705.§.omiſſo namq; in fin.cor.Reveren-
diſſimo D.meo Molines Decano*: Prout in ordine
46 ad propoſitionem, quod ubi lęſio reſultans
ex aditione evincatur evidens, concedenda
veniat adeunti in integrum reſtitutio, in ſpe-
cie Mulieris, ac referendo *præinſertas Addi-
tiones ſub n.34.verſ.cæterum*, confirmavit *Rot.
in Romana Donationis 14. Decembris 1705.
§.fin.coram prælaudato Reverendiſſ.D.Decano.*

Generaliter autem, licet copioſe, de vali-
ditate, vel invaliditate Inventarii, & de Sta-
47 tutis prohibentibus conficere Inventarium,
ſeu illius beneficium adimentibus, materia
fuſe habetur explicata *in Romana, ſeu Floren-
tina Cenſus 18.Iunii 1708.ex §.Verum hujuſmo-
di cum plur.ſeqq.coram Me.*

## ROMANA GRANI.

*Lunæ 17. Junii 1697.*

## ARGUMENTUM.

De potioritate, ſeu prælatione competente locatori Prædii ſuper frumento inibi ſato, & collecto, & quomodo probetur identitas ejuſdem frumenti, ſeu quod frumentum ſit illud idem. quod ſatum, & recollectum fuit in prædio locato: Et quid, ſi tale frumentum commixtum fuerit cum frumento alterius, an locatori competat rei vindicatio, vel exercitium ſpecialis hypothecæ, quam ſibi fore reſervaſſet ſuper fructibus ex ejus Solo colligendis.

## *SUMMARIUM.*

1 *Prælatio competit locatori.& Domino Fundi ſuper fructibus in ejus Solo recollectis adverſus cæteros Creditores Conductoris.*

*Fortius, quando ſibi cavit de reſervatione Dominii, & ſpecialis hypothecæ ſuper eiſdem fructibus in Inſtrumento locationis, n.2.*

3 *Prælatio regulariter competit Creditori anteriori.*

4 *Regulam habens pro ſe ſufficit, ut dubiam reddat objectam limitutionem.*

5 *Identitas frumenti, aliarumque ſpecierum, & mobilium probatur ex indiciis, conjecturis, & præſumptionibus.*

*Idemque procedit circa probationem identitatis pecuniæ, n.6., & n.18.*

7 *Scien-*

7 *Scientia præſumpta differt a ſcientia; quæ probatur ex præſumptionibus, & conjecturis, adeout iſta admittatur, etiam ubi illa non admittitur.*

8 *Liber Gabellæ probat affirmativam, quod nempe tot res fuerint introductæ.*

9 *Teſtis uniens contra inducentem plene probat.*

10 *Teſtes Bajuli de delatione, & aſportatione deponentes probant, præſertim in materia, in qua alii Teſtes difficile haberi poſſint.*

11 *Confeſſio decocti probat, ſi emanaverit longe ante decoctionem.*

*Præſertim ſi ejus veritas aliunde adminiculetur, num. 12.*

13 *Partis ad partem eadem eſt proportio, & jus quod totius ad totum.*

14 *Quantitas probatur levioribus probationibus, quoties de ſubſtantia, vel credito in genere non dubitatur.*

15 *Prædia contigua preſumuntur eſſe ejuſdem bonitatis reſpectu productionis fructuum.*

16 *Commixtio transfert Dominium in commiſcentem, itaut primo Domino non competat rei vindicatio, vel alia actio hypothecaria.*

*Idque procedit non ſolum in nummis commixtis, ſed etiam in commixtione aliarum ſpecierum, n. 17.*

*Limita, quando commixtio ſecuta fuit culpabiliter, vel mala fide, tunc enim non amittitur rei vindicatio, num. 19.*

*Et limitatio procedit, etiamſi ſeparatio, & diſcretio rei commixtæ fieri nequeat, nam Judex quantitatem per viam quotæ ſeparatam arbitrabitur, n. 20.*

21 *Auditor Rotæ tenetur exquirere votum Coauditorum, etiam in Cauſis extra Rotam eidem commiſſis.*

22 *Locator an in fructibus fundi locati preferatur Creditori ex cauſa ſeminis.*

23 *Identitas pecuniæ, frumenti, & mobilium ex quibus juſtificetur, & n. 24.*

25 *Fœmina prius nupta an, & quando pro ſuis dotibus ſit præferenda Sororibus innuptis, vel potius inter eas intret contributum, & n. 26.*

## DECISIO XI.

REvocata his ad trutinam Deciſione bo: me: Emerix edita die 27. Januarii Anni præteriti, in qua firmabatur, Dominum Principem Burgheſium, concurrere poſſe cum Dominis de Aſtallis ſuper pretio retracto ex venditione rubror. 700. frumenti prius exiſtentium in Horreo nuncupato Sanctæ Anaſtaſiæ, ex quo idem frumentum pro parte ſatum eſſet in bonis D. Principis, pro parte vero ſuper Tenuta Dominorum de Aſtallis, & inſimul remanſiſſet in Area commixtum, reſervata ulteriori diſcuſſione circa quantitatem ad utrumque ex contendentibus de prælatione pertinentem, viſum eſt DD., non minus iterum enodato Juris articulo, quam præſumptionibus, ac probationibus in facto mature collibratis, juxta modum perſiſtere in deciſis.

Licet enim DD. Fratres de Aſtallis æquo animo admitterent, quod ubi frumentum recollectum in Tenuta D. Principis extaret in eadem Tenuta, vel etiam alibi ſine mixtura, competeret eidem Domino Principi
1 illa prælatio, quam etiam adverſus Concreditorem ſuffultum hypotheca anteriori tribuunt *Jura*, & *Doctores* locatori, ac Domino Soli, ad celebre *conſ. Decian. 50. lib. 2. Peregrin. conſ. 80. per tot.* & ſignanter *n. 2. verſ. augetur lib. 3. Gratian. diſcept. 25. num. 9. Collant. in Pragm. rei frument. lib. 3. cap. 1, n. 2. & ſeqq. Paitell. exped. Civil. 86. per tot. Sabell. var. reſ. cap. 66. n. 33. Rot. in alia Romana Grani coram Buratt. dec. 503. num. 3.* ibique *Adden. num. 4. & dec. 64. n. 9. par. 14. recen.*

Eoque magis, cum D. Princeps locator
2 ſpecialiter ſibi caviſſet cum Dominico communi Debitore, & reſpective Conductore de reſervatione dominii, in quibus ſane terminis indubitanter Domino, ac locatori prælationem deberi, profitetur *Card. de Luc. de Credit. diſc. 17. num. 5. Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. dicta diſcept. 25. ex n. 5. Rot. dec. 351. per tot. par. 11. recen.*

Dicebant tamen prædictiDD. Fratres, tria, ad effectum excludendæ hujuſce prælationis, urgere fundamenta, primum nempe, quia non conſtabat de identitate ipſius frumenti, de cujus pretio agebatur, ſecundo de quantitate, tertio demum, ex quo ſubſecuta mixtura non poterant diſcerni illa Grana, pro quibus & privilegium Soli, & reſervatio dominii conſequi poſſet effectum, ideoque, altero ex his fundamentis ſubſiſtente, revi-
3 viſcere favore eorumdem illam prælationem, quam ſecluſa potioritate ſecum trahit nuda prioritas in tempore, *vulg. Text. in leg. qui balneum in princ. ff. qui pot. in pign. haben. & in l. ſi fundum, C. eodem, & in cap. qui prior, de reg. jur. in 6.*, adeout iiſdem Fratribus, veluti habentibus regulam pro ſe in anterioritate fundatam, exuberaret pro victoria mera poſſibilitas, vel quod frumentum non eſſet idem, vel quod remaneret incomprobata quantitas, vel quod ratione intermixtionis nequiret amplius fieri diſcretio illius præciſi Grani, cui inhærere poſſet potioritas ſegregativa a prælatione prioritatis; habenti namque
4 regulam pro ſe ſat eſt dubiam reddere limitationem, ad tradita per *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſſ. 1. par. 2. n. 21. & ſeqq. Card. de Luc. de Regal. diſc. 60. n. 7. Rot. coram Mantic. dec. 251. n. 4. & 5.*

At DD. regulæ præmiſſæ aliam contraponebant, nimirum quod cum non ſint anguſtiandæ, ſed ad poſſibile reducendæ probationes, quatenus pertinet ad identitatem,
5 illa ad ſui probationem admittit præſumptiones, indicia, conjecturas, aliaque argumen-

menta veriſimilitudinis, per quæ rationabiliter ſibi Judex ſuadeat, juridice, & moraliter ita fuiſſe, ſi non phyſice, & mathematice ita demonſtretur, ut in ſpecie identitatis frumenti *Surd. dec. 55. num. 12.* & generaliter de identitate aliarum ſpecierum, ac mobilium, *Cyriac. contr. 299. n. 4. & ſeqq. Modern. Palm. alleg. 13. num. 5. & 6. Rot. dec. 17. num. 5. 6. & 7. cor. Card. Cerro.*

Hinc videmus, quod nil forte difficilius eſt, quam juſtificare pecuniæ identitatem, cum ea, ſive aurea, ſive argentea, ſoleat ſub eodem Numiſmate, ſeu effigie in magna quantitate recudi, & nihilominus ex eadem ratione, quia ſufficit ex legitimis præſum-
6 ptionibus argui veritatem, pecuniæ identitas probatur ex indiciis, & conjecturis, ut plene notat *Gratian. diſcept. 955. n. 2. & ſeqq.* ibique *modern. Melphiten. in annot. n. 5. Card. de Luc. de Credit. diſc. 26. num. 3. Rot. cor. Celſ. dec. 340. num. 3. & ſeqq.* aliud quippe eſt probare præſumptionibus, & aliud ſimpliciter
7 præſumere, ut dicimus de ſcientia, quæ ubi non juvat præſumpta, juvat tamen probata præſumptionibus, teſte *Card. de Luc. de Uſur. diſc. 34. num. 10. & 11. & Rot. cor. Celſ. dec. 152. num. 5. & 6. & dec. 390. num. 23. par. 16. recen. & dec. 132. num. 8. coram* Card. *Cerro.*

Quapropter, ad rem applicando, de identitate frumenti moraliter dubitari poſſe non videbatur: Siquidem liquido apparebat ex ipſiſmet Teſtibus inductis, & examinatis pro parte Dominorum de Aſtallis, quod frumentum ſatum a Dominico in tenuta D. Principis fuerat in Area di *Cecafame* commixtum cum frumento recollecto ex eadem Tenuta di *Cecafume* ad Dominos Fratres de Aſtallis ſpectante, quodque idem Dominicus ſub eo Anno nullam aliam Tenutam præter duas mox enunciatas ſeruerat; unde poſito hoc extremo, quod *Logici* appellant *a quo*, difficultas reducebatur circa terminum *ad quem*, nimirum, utrum idem frumentum tranſportatum ſucceſſive fuerit ad Horreum S. Anaſtaſiæ: & in hoc placuerunt DD. probationes, ſeu argumenta ex parte D. Principis adducta, nam reſpectu traductionis ad Urbem res pariter erat manifeſta, cum tam ex Teſtibus ad inſtantiam D. Principis, quam DD. de Aſtallis formiter examinatis, de hac tranſlatione ad Urbem frumenti commixti in Area di *Cecafume* conſtaret, juncta ulterius
8 ſolutione Gabellæ, ac notula introductionis, quæ ſemper comprobat affirmativam, ut in his terminis dixit *Rot. dec. 223. num. 6. cum 2. ſeqq. par. 11. recen.* & generaliter *Capyc. Latr. conſult. 66. num. 37. & ſeqq. Card. de Luc. de Regal. diſc. 151. num. 13.*

Reſtabat itaque iuſtificanda ſucceſſiva traductio ad Horreum S. Anaſtaſiæ, circa quam in unum plures conſpirabant probationes, & coniecturæ, inter quas aderat primordiale dictum (quamvis de auditu) unius Teſtis allati pro DD. Fratribus, is namque profitetur, audiviſſe, frumentum mixtum in toties memorata Area di *Cecafume* fuiſſe repoſitum in Horreo S. Anaſtaſiæ, ideoque licet non
9 deponat de cauſa ſcientiæ, & ſit unicus, nihilominus contra inducentem magnam vim facere plena ſunt Volumina, ut apud *Dunozett. Iun. dec. 812. num. 12. & in rec. dec. 201. num. 10. par. 5. & dec. 110. num. 1. par. 14. & dec. 409. num. 7. par. 19. & in Aſculana Fideicommiſſi, ſeu Domus 4. Iulii 1696. §. 1. cor. R. P. D. meo Pio.*

In idem incidebat ſpecifica depoſitio plurium Baiulorum, qui eodem tempore, quo profitentur expurgaſſe, ſeu everriſſe prædictum Horreum S. Anaſtaſiæ, nihil in eo præcedenter extitiſſe etiam proſequebantur, affirmando, quod Granum ab eiſdem repoſitum in eodem Horreo ex communi ſuppoſi-
10 tione, & vociferatione proveniebat ab Area di *Cecafume*, quibus ſane in hac materia difficillimæ probationis deferendum eſſe, alias ad rem cenſuit *Rot. dicta dec. 223. num. 4. & 5.* confirmata *in dec. 239. par. 11. rec. & dec. 580. num. 6. & ſeqq. cor. Bichio.*

Præcipue accedente clara confeſſione Dominici communis debitoris aſſerentis in traditione, quam fecerat in inſolutum favore D. Principis, quod huiuſmodi Granum erat recollectum in eiuſdem Principis Tenuta: quamvis enim replicaretur, iſtius confeſſionem ſuſpectiſſimam eſſe, ex quo Dominicus proximus foret decoctioni; adhuc tamen viſa eſt relevare reſponſio data pro D. Principe non minus in facto, quam in Iure: Et
11 quidem in facto, dum poſt annum, & ultra decoctio Dominici ſupervenit per efformationem concurſus Creditorum in Tribunali Agricolturæ; proindeque cum de tempore confeſſionis potuiſſet libere contrahere, potuit etiam libere, & valide confiteri, ex deductis per *Grat. diſcept. 391. n. 12. & ſeq. Noguerol. alleg. 16. n. 68. & 69. Rot. dec. 24. n. 18. & ſeqq. par. 7. & dec. 652. num. 6. cum 2. ſeqq. par. 18. rec. & dec. 169. num. 11. & 12. coram Sa. mem. Alex. VIII.*

Denique in Jure, quia cum quælibet con-
12 feſſio promanans a quacumque perſona quomodolibet ſuſpecta attendatur, quotieſcumque fulciatur adminiculis, & præſumptionibus, adnotata per *Grat. diſcept. 955. n. 5. Surd. deciſ. 55. num. 3. & ſeqq. Maſſin. de confiſc. quæſt. 31. n. 19. de Angel. de Confeſſ. lib. 1. qu. 8. limit. 6. n. 46. Franc. Palm. conſult. 48. num. 62. & ſeqq.* & ſignanter *num. 68. Rot. coram Royas dec. 212. num. 5. & dec. 215. n. 13. & dec. 242. num. 9. par. 9. recen. & dec 3. num. 5. et ſeqq. poſt Salgad. in labyr. Credit.*

Confeſſionem Dominici roborabant præmiſſæ circumſtantiæ, & probationes, necnon etiam Decretum Conſulum Agricultu-

ræ

ræ in conceſſione licentiæ traductionis Grani ad Urbem; quod Horreum S. Anaſtaſiæ ſtaret loco Areæ di *Ceeaſume*; unde, ut bene reſponſum fuit *in Decisione præcedenti §. Idque adminiculatur*, præſumendum erat, in executionem mandati juſſam tranſportationem fuiſſe ſubſecutam.

Nihil obſtante quod cum Dominicus non demandaverit executioni arreſtum præcedenter editum ab iiſdem Conſulibus Agriculturæ ſuper non amotione frumenti a Tenuta D. Principis, prout nec etiam traduxerit omnem quantitatem frumenti ad Horreum S. Anaſtaſiæ, præſumptio ipſa executionis Decreti remaneat eliſa, ſeu conflictata per oppoſitam tranſgreſſionem; Compertum namque fuit; quod (quidquid ſit, an Dominicus perfecte ſervaverit arreſtum) tranſgreſſionem tamen, ſive animum tranſgrediendi excludebat petita, & reportata licentia ab eiſdem Conſulibus Agriculturę; Et nihilominus Granum a Tenuta D. Principis extitit, ut ſupra firmatum fuit, translatum & commixtum in Area di *Ceeaſume*: Quamobrem ſive reliquum frumentum eſſet ibidem relictum prò ſemine, quemadmodum contendebant Defenſores D. Principis, ſive non; utique ſemper incaleſcebat præſumptio deſcendens a veriſimili executione Decreti præcedentis in ea parte, in qua fuit ob-
13 ſervatum, cum eadem ſit ratio, & proportio partis ad partem, quæ totius ad totum, ad *Text. in l. quæ de tota, ff. de rei vindic.* cum concord. apud *Gratian. diſcept. 792. num. 4. & diſcept. 796. n. 14. Joſ. Vela diſſert. 4. n. 20.* & alibi paſſim.

Super quantitate vero minor fuit controverſia, nam ſuppoſita identitate, etſi etiam circa quantitatem exigatur opportuna pro-
14 batio, attamen, admiſſa ſubſtantia rei in genere, leviores proculdubio admittuntur, & ſufficiunt prabationes, ut ait *Surd. conſ. 94. n. 28. Rot. coram Gregor. deciſ. 324. num. 4. & dec. 87. num. 13. par. 6. rec. & coram Arguell. dec. 44. num. 21. & in Neapolitana Mercedis 5. Aprilis* 1680. *§. Firmata, cor. clar. mem. Card. Matthaio*.

Hęc autem probatio palam emerſit ex ipſa oppoſitione mixturæ, quæ cum efficiat, ut non valeant ſingula Grana extricari, & diſcerni, efficit e converſo, ut quando ſcimus, quod totum Granum fuit commixtum, inquirere ſolum debeamus, quantum in unaquaque Tenuta fuerit ſatum; Et quia ſatum (non data aliqua differentia, & ratione) veriſimiliter promanat a ſeminis quantitate, hic cum ageretur de bonis, ſeu Tenutis nullo intermediante finitimis, haberetur autem præcedenter ex Teſtibus, quota pars Terreni D. Principis ſemen receperit, & reſpective ex Peritis, quantum ſemen immitti conſueverit in hujuſmodi quota terreni, bene ex judicio Agrimenſorum inventum eſt, quod Dominicus conductor, ſive Affictuarius effuderit pro ſemine ſupra Tenutam D. Principis rubra 282. Quamobrem, dum ex oppoſito conſtabat, de eodem ſemine in bonis Dominorum de Aſtallis fuiſſe conſparſa rubra Centum circiter, hinc ex præmiſſa arithmetica, & legali illatione proportionabili partis ad partem, per regulam, quam nuncupant *auream*, conſtitit, tres fere ex quatuor partibus frumenti in Horreo repoſiti pertinere ad D. Principem, deducta tamen quantitate rubrorum 18. veluti deficiente ad tertiam partem, ſeu centenarium implendum, juxta facilem calculationem in executione, ſive reſtitutione faciendam: Et eo magis, quia uſque ad ſcrupoloſitatem DD. adverterunt, nil eſſe de medio ratione extrinſeci infortunii, unde ſemen, quod cecidit ſuper Terreno D. Principis, minus protulerit, quam illud ſuper Tenuta DD. de Aſtallis, quinimo Teſtes Agrimenſores, ac Mercatores retulerant, majoris bonitatis
15 pótius eſſe terrena D. Principis, quam DD. de Aſtallis, & conſequenter non poterat in his ullo modo pręſumi minor fructus, ut in proximis terminis ponderat *modern. Piſtorien. de locat. cap. 19. n. 187. & ſeqq. Rot. cor. Merlin. dec. 483. n. 7. & dec. 672. n. 11. cor. Dunozett. Jun.*

Et ob id circa tertiam inſpectionem reſpectu mixturæ, & ob quam controvertebant DD. de Aſtallis exercitium reſervationis dominii, ſeu potioritatis ſuper frumento amplius numerice non diſcernibili, DD. de plano tranſierunt cum fundamentis prætericæ Deciſionis: Quamvis enim ſcribentes pro DD. de Aſtallis iterum inſtaurarent ob-
16 jectum fundatum in Cenſura *Text. in l. ſi alieni nummi, ff. de ſolut.*, prætendendo, quod ipſa mixtura effeciſſet, ut per illam quodammodo contrectationem tranſiverit dominium in commiſcentem, & reſpective in commodum illius Creditorum, adeout non foret deinceps aptabile remedium rei vindicationis, vel ſpecialis hypothecę, juxta *Authoritates* recenſitas in Deciſione præcedenti *§. Minus ſubſiſtente*; & adiungerent, id ipſum pro-
17 cedere extra caſum, in quo loquitur *Text. in dicta l. ſi alieni*, nimirum etiam in cœteris ſpeciebus, rebuſque venalibus ex identitate rationis, quaſi quod quemadmodum in nummis ſimul immixtis intrat translatio dominii in commiſcentem, & reſpective impoſſibilis efficitur identitas omnino juſtificanda in rei vindicatione, vel exercitio ſpecialis hypothecæ, hoc ipſum ſane contingat in reliquis ſpeciebus, ad id adducendo *Surd. conſ. 135. n. 173. & conſ. 528. n. 3. Menoch. conſ. 515. n. 5. Ger. Spin conſ. 60. per tot. Facebin. lib. 11. contr. cap. 51. Carol. Ant. de Luc. ad Grat. diſcept. 897. n. 1. in fin.*

Placuit nihilominus reſponſio data, quod
quatenus pertinet ad rationem identitatis,
18 etiam in pecuniis ſæpius ex illa æquitate,
quam magna Tribunalia amplectuntur, ad-
mittitur probatio conjecturalis, ex adductis
ſuperius §. *Hinc videmus*. Quovero ad alte-
ram rationem translationis dominii, quotieſ-
19 cunque citra conſenſum ipſius Domini res
fuit contrectata, & commixta, factum
Tertii, & maxime probabiliter culpoſum,
non eſt aptum ad impediendam rei ſuæ vin-
dicationem, per *Text.* individualem *in l. idem
Pomponius 5. ff. de rei vindic. & in §. Quod ſi
frumentum, Inſtit. de rer. diviſ. ibique Conrad.
Rittherſuſ. verſ. cum ergo conſtet, & Gaſpar.
Manz. n. 5. & ſeqq. Greg. Struv. in Pandect.
exerc. 33. theſ. 22. Greg. Bicc. rer. quotid. ſect. 3.
n. 31.* Io: *Coppen. pract. obſer. lib. 1. obſ. 74. ſub
n. 7. Leotard. de Uſur. quæſt. 95. n. 9.*, itaut
nec idem factum Tertii, vel culpa noceat Do-
mino, etiam data impoſſibilitate ſeparatio-
20 nis Judex induendo prædictam æquitatem,
illam facere teneatur per oculos intellectus
(ut ſupra factum fuit) pro eo veriſimili quan-
titate, quæ rationabili ejus arbitrio magis
congrua videatur, ut proſequitur *Gaſp. Manz.
in d. §. Quod ſi frumentum n. 11. & ſeqq. Menoch.
de Arbitr. caſ. 252. per tot Cyriac. contr. 89.
n. 8. & 9.* & præter hos cæteri plene relati in De-
ciſione, quæ revidetur, *ſub §. Non ſuffragante.*

Et ita concluſum fuit utraque Parte acer-
rime informante.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

DEciſio, quæ præceſſit in hac Cauſa *coram
Eemerix Jun.*, hodie habetur impreſſa in-
ter ſuas *la* 1303.; cum autem poſt illius mor-
tem neceſſe foret alium ſubrogare, Partes
concordarunt, quod Tribunal Agricultu-
ræ, in quo Cauſa hæc originaliter pendebat,
Me in Conſultorem ſufficeret: hinc Ego pa-
riter obtemperando Conſtitutionibus Rota-
21 libus præcipientibus, ne ullus Auditor Cau-
ſam per ſe examinet, vel reſolvat abſque
voto ſuorum Coauditorum, quantumvis illi
noſcatur commiſſa tanquam Judici privato,
ſive extra Rotam, uti etiam teſtatur *Card.
de Luc. in relat. Rom. Cur. diſc. 32. n. 35.* re-
quiſivi Collegas; cum hac ſola differentia,
quod in his terminis Auditor ſic deputatus,
ſeu delegatus emittit quoque proprium ſuf-
fragium, & primus eſt in ordine exponendi
Cauſæ ſeriem, necnon Votum edendi. De-
ciſio autem præſens, quæve impreſſa etiam
legitur *poſt Card. Albit. de Inconſtant. in Iudic.
dec. 63. & inter recollect. per Palm. Nep. de-
ciſ. 197.* ad novam reviſionem iterum appen-
ſa, extitit confirmata, ut habebitur infe-
rius ſuo loco, ubi annotabitur finis hujuſce
diſſidii, & ſi quid conferet ad materiam.

Pro nunc ſolummodo loco alterius addi-
tionis circa prælationem, quæ competit Do-
mino ſublocatori ſuper fructibus in illius
22 fundo collectis etiam in concurſu Credito-
ris ex cauſa ſeminis, late actum videre eſt *in
meo Tractat. de commerc. & Mercatur. diſc. 83.
n. 14. & ſeqq.*, ubi pleræque ex eiſdem *Au-
thoritatibus* in Deciſione allegatis adducun-
tur, & ſub eodem *diſc. 83.* pertractatur de
prælatione concedenda Domino herbarum
ſuper Animalibus depaſtis, uti conſtat *ex n. 30.
& 31.*

Pariter etiam circa ea, quæ in hac Deci-
ſione dicuntur de identitate juſtificanda in
23 propoſito frumenti, mobilium, ac moneta-
rum cum ſimilibus, videri poterunt allata *in
d. diſc. 83. n. 32. & 33.* ubi agitur de identi-
tate Animalium, quomodo probetur; & de
24 identitate pecuniæ commixtæ probanda ex
conjecturis habetur etiam actum *in eod. tract.
diſc. 39. n. 32.* ubi plures allegantur *Rotæ de-
ciſiones*, aliæque *Authoritates* circa juſtifica-
tionem identitatis pecuniæ derobatæ, ſive
exactæ in vim mandati, ac ordinis falſi.

## *NOVA ADDITIO.*

ITerum impreſſa habetur hæc Deciſio apud
*Ioſ. Bertacchin. vot. dec. 98.* Sed ſingulariter
de ea actum fuit in una *Romana, ſeu Januen.
Dotium ſuper reſervatis 6. Maii 1709. §. ita &
taliter, cor. R. P. D. meo Aldrovando*: cum
enim ſuper quibuſdam locis Montium pro-
venientibus ab admodum divite Marchione
Dominico del Grillo concurrerent pro ob-
25 tinenda ſatisfactione ſuarum dotium tres ex
Fratre Proneptes, nempe una nupta Duci
de Turſis, altera Principi Valliſmontanæ, &
tandem Junipera innupta, pertinuve retra-
hendum ex eiſdem locis Montium ſat non
eſſet pro ſatisfaciendis dotibus non ſolum
Sororum nuptarum, ſed multo minus pro
conſtituenda illa Juniperæ innuptę, ideoq;
quærerctur, quę nam earum prior eſſet ſatiſ-
facienda, vel ea, quæ prius erat nupta, & ha-
buerat majorem partem ſuæ dotis, vel ſe-
cundo nupta, quæ minimam partem rece-
perat, vel denique innupta, quę nullam do-
tem fuerat adhuc aſſequuta, reſolutum fuit,
practicandum eſſe contributum, ex quo Do-
minicus Propatruus genericum exaraverat
legatum, ad quod de cœtero non tenebatur,
pro fœminis dotandis, ideoque tacitam hy-
pothecam deſumebant a die obitus Teſtato-
26 ris ita mandantis: quamvis urgente non pa-
rum doctrina *Card. de Luc. in diſc. 6. n. 2. &
diſc. 148. n. 101. de dot.* qui tuetur jura ante-
rius nuptæ, *Rota* dixerit pro nunc ita decer-
nere; Sed in ſubſtantia, ſive in effectu fuit
finalis determinatio, quia ſic Cauſa fuit ex-
pedita *ſub die 5. Iunii 1709.* & modus propor-
tionabiliter efformandi hoc contributum
fuit deſumptus a præſenti Deciſione.

CÆSE-

## CÆSENATEN. PRÆTENSÆ SUCCESSIONIS.

*Veneris 21. Junii 1697.*

## ARGUMENTUM.

De Statuto excluſivo fœminarum propter maſculos ab hæreditate Parentum; an ſcilicet reſtringi debeat ad hæreditatem Patris, vel potius comprehendat etiam maternam ſucceſſionem, non obſtante, quod excludat fœminas propter Dotem, ad quam de cætero Mater non tenetur, niſi in ſubſidium. Reliqua acceſſorie tacta videri poſſunt in *Summario*.

## SUMMARIUM.

1 *Fœminæ de Jure communi ſuccedunt Matri ab inteſtato defunctæ, æqualiter cum maſculis.*

2 *Renunciatio, tamquam ſtricti* Iuris, *non trahitur de perſona ad perſonam, nec de ſucceſſione ad ſucceſſionem.*

3 *Statutum excluſivum fœminarum propter Maſculos non habet locum, niſi in illis duntaxat caſibus, qui oculis corporeis reperiuntur expreſſi.*

4 *Diſcretivus modus loquendi præmaxime attenditur ad arguendam contrariam voluntatem in caſu non expreſſo.*

*Limita, quoties concurrit ratio diſparitatis, propter quam non oportuit, diſponentem ita ſe explicaſſe in uno caſu, ſicut in alio, n* 8.

5 *Statutum excluſivum fœminarum ab hæreditate Parentum, tanquam odioſum, & Iuris communis correctorium, non comprahendit hæreditatem Matris.*

*Maxime, quando verbum*, Parentum, *qualificatur ab aliis adiectis, quæ maſculinum duntaxat genus præſeferant, n.* 6.

*Et fortius, quando Statutum excludit fœminas propter dotem, quia tunc eo minus comprehenditur hæreditas Matris, ad quam non pertinet onus dotandi, n.* 7.

*Limita, quando Statutum expreſſe fœminas excludit ob conſervationem agnationis tunc enim ſub nomine Parentum tam Pater, quam Mater compræhenduntur, n.* 16.

9 *Teſtator non præſumitur plus voluiſſe gravare quempiam in caſu, quo minus relinquebat, quam in altero, in quo plus relinquebat.*

10 *Renunciationes, quæ fiunt per fœminas occaſione dotis receptæ, regulariter amplectuntur tam paternam, quam maternam ſucceſſionẽ.*

11 *Renunciatio non operatur, quominus renuncians poſſit aliquid recipere ab eo, cujus bonis renunciat.*

12 Parentum *appellatione regulariter, & ex propria ſignificatione vocabuli, comprahenditur tam Pater, quam Mater.*

*Præſertim, quando tale vocabulum prolatum noſcitur in numero plurali, n.* 13.

14 *Maſculinum in materia indiffidanti ſucceſſionis comprehendit etiam fœmininum.*

15 *Statutum* Cæſenaten. *excludit fœminas propter maſculos ob expreſſum favorem agnationis.*

17 *Statutum excludens fœminas dotatas a ſucceſſione plurium perſonarum nominatim expreſſarum cenſetur illas excludere non ſolum ab hæreditate dotantis, ſed etiam a ſucceſſione omnium nominatorum.*

*Præſertim, quando Statutum nulla adhibet verba alternativa tam in parte dotationis, quam in parte excluſionis, n.* 18.

19 *Statuta excluſiva fœminarum, tanquam juris communis correctoria, cenſentur odioſa, ideoque ſtrictiſſime debent interpretari.*

*Declara, ut ibidem, & n.* 20.

21 *Statuta intelligi debent juxta declarationem factam a Principe ſupremo, poſthabita qualibet contraria interpretatione* Doctorum.

22 *Statutum excluſivum fœminarum propter* Maſculos *non eſt operativum, niſi quatenus maſculi illo uti velint.*

23 Conſuetudo, *vel obſervantia obligatoria non reſultat ex actibus mere voluntariis, & facultativis.*

24 Deciſiones, *ſeu* Motiva *Tribunalium Etruriæ in quo differant a Deciſionibus Sacræ Rotæ Romanæ.*

25 Mutanda *non ſunt, quæ certam habuerunt interpretationem.*

26 Cauſatum *non poteſt eſſe melioris conditionis ſua cauſa.*

27 *Statutum excludens fœminas propter maſculos, cenſetur id facere cauſa agnationis conſervandæ.*

28 *Qui habet regulam pro ſe, ſufficit, ut reddat dubiam exceptionem alterius Partis.*

29 *Stylus judicandi requirit ſaltem duo judicata, in quibus articulus fuerit diſcuſſus.*

30 *Statuta fœminarum excluſiva; uti correctoria, debent ſtricte intelligi, & ad litteram.*

31 *Statutum excluſivum, ut ſupra, debet verificari in utroque capite, ſcilicet tam incluſivo, quam excluſivo, & n.* 51. & 54.

32 *Soror uterina dicitur vere Soror.*

33 *Repetitio maſculinitatis non datur in diverſa, & ſeparata oratione.*

34 *Argumentum a locutione negativa ad affirmativam non ſemper valet.*

35 *Diſcretiva locutio Statuentium plurimum attenditur, & operatur ad arguendam illorum contrariam voluntatem in caſu non expreſſo, & n.* 36.

37 *Statutum excluſivum fœminarum non poteſt extendi etiam ex majoritate rationis.*

38 *Caſus formaliter expreſſus in ſtatuto attendi debet, nec divinare debemus de ratione.*

39 *Statutum vocans Patruum ad ſucceſſionem, excluſa* Matre, *non excludit Sororem.*

40 *Statutum excludens* Matrem *propter agnatos a ſucceſſione filii non tamen excludit Amitam vel materteram, licet ipſa* Matre *remotiores.*

41 Caſtrenſ. in leg. illam Cod. de Collat. *declaratur.*

42 *Statutum excluſivum fæminarum non procedit in caſu mixto, ſed recurritur ad diſpoſitionem Juris communis.*

43 *Deſcendens a perſona excluſa, quando poteſt ſuccedere ex perſona propria, nihil ei obſtat Matris excluſio. & n. 59.*

44 *Sorores ex* lege 12 Tabularum *Matri præferebantur.*

45 *Sororum filii an aliquo modo conſiderari valeant pro agnatis, & n. 49.*

46 *Agnatio non cenſetur contemplata per Teſtatorem, aut per Statutum, ubicumque vocantur fœminę, vel earum deſcendentes & n. 47.*

48 *Teſtator, quando exiſtentibus agnatis veris, fœminas vocavit, rationem agnationis non cenſetur habuiſſe.*

50 *Statutum excludens fœminas propter maſculos in ſucceſſione aſcendentium, non excludit ſororem propter fratrem in ſucceſſione tranſverſalium.*

52 *Statutum excluſivum fœminarum propter maſculos extendi non poteſt ex majoritate, ſeu identitate rationis, quando maxime Statuentes non declaraverunt ediſſe Statutum favore agnationis.*

*Amplia, id eo fortius procedere, quando Statuentes mandant, Statuta ad litteram intelligi. n. 53.*

55 *Qualitas maſculinitatis non cenſetur repetita in ea parte Statuti, in qua non eſt expreſſa.*

56 *Rubrica Statuti attenditur, quando habet orationem perfectam.*

57 *Caſus omiſſus a Statuto remanet ſub diſpoſitione Juris communis, & n. 58.*

60 *Excluſi non cenſentur illi, in quibus ceſſat ratio excluſionis.*

61 *Statutum non debet continere ſuperfluitatem, neque contradictionem.*

## DECISIO XII.

POſtquam in Judicio manutentionis ter ſuccubuerat Jacoba, rurſus exſurgens, prætenſionem ſucceſſionis ad bona Corneliæ Matris contra Joannem Franciſcum germanum fratrem in petitorio inſtauravit coram Me; Sed DD. etiam in hoc de illius bono jure non conſtare cenſuerunt, & proinde repellendam quoque ab altero remedio petitæ immiſſionis.

Quamvis enim Jacoba, novæ legi *Juſti-*
1 *nianeę* differentiam ſexus in ſucceſſionibus amoventi acriter innixa, ſimultaneum jus cum fratre utrinque conjuncto ſibi competere ad bona Matris exageraret, juxta cenſuram *Text. in l. maximum vitium Cod. de liber. præter.*, quem pluries exornavit *Rot.* & ſignanter *cor. Dunozett. Jun. dec. 557. n. 1. & coram Bich. dec. 137. n. 22., & dec. 770. n. 3. cor. Card. Cerr. & in Firmana ſucceſſionis 4. Julii 1696. §. Habet quidem, cor. R. P. D. meo Urſino Decano.*

Abſque eo, quod obnitere ſibi poſſe putaret Teſtamentum Patris, in quo relinquens Jacobæ ſcuta mille pro Dote, demandaverat, eamdem tacitam eſſe debere, & contentam prędicta quantitate, præcipiens idcirco, quod hujuſmodi Dote recepta, renunciationem inire teneretur favore fratris: Quia cum in paterna diſpoſitione nullum legeretur verbum indicativum compræhenſionis bonorum Matris, præceptum renunciandi conſequenter erat arctandum ad bona ipſius Patris diſponentis, non autem ſubextendendum, & ampliandum ad bona, ſeu maternam hæreditatem; tum quia id eſt re-
2 gulare in quacunque renunciatione, quæ non porrigitur, veluti ſtrictiſſimi Iuris, de perſona ad perſonam, de ſucceſſione ad ſucceſſionem; Tum, & quia ſublata, ut ſupra, differentia ſexus in materia ſuccedendi neceſſe eſt ad excluſionem fœminæ favore
3 maſculorum, ut eadem excluſio ſit clara, legaturque oculis corporeis, quemadmodum circa primam propoſitionem plena ſunt Volumina ut patet ex *dec. 268. num. 7. & n. 10. cum 2. ſeqq. cor. Duran., & dec. 346. n. 10., & ſeqq. cor. Donozett. Jun., & in rec. dec. 232. n. 3., & 4., & n. 12. part. 6., & dec. 253. n. 11. part. 14., & dec. 23. n. 22. & ſeqq. part. 15., & in Cæſenaten. Hæreditatis 4. Maii 1682. §. Neque ab hac cum ſeqq. coram bo: me: Emerix Jun.* Et circa ſecundam *Altograd conſ. 64. n. 3. verſ. Hodie enim, & ſeqq. lib. 1. Cyriac. contr. 400. n. 27., & 28. Epiſc. Roc. ſelect. diſput. Jur. cap. 37. n. 18., & ſeqq. Rot. dec. 321. n. 9. & 10. part. 5. recen., & dec. 175. n. 26. part. 7., & dec. 46. n. 7. & 8. part. 14.*

Nil refragante, quod Pater in caſu contrario, nimirum recuſatæ renunciationis, ordinaſſet minorem Dotem in ſcut. 500. ſub illis verbis - *compræhenſa portione ex bonis maternis debita*, quaſi quod etiam in caſu directo (in quo verſabamur) factæ renunciationis, a fortiori eamdem portionem maternam includi voluerit: Quia potius in hoc ipſo directo caſu contendebat Jacoba, urgere pro ſe litteram Teſtamenti, ubi per verba augumentativa, *inſuper* adiecerat Teſtator -- *Inſuperque Mater non deficiat Dotem de proprio augere in obſervantiam legum prohibentium exhæredationem* -- ideoque multo magis ad ſui
4 commodum militare vim, & efficaciam diſcretivæ locutionis; ſicuti namque Pater quodammodo indignatus, quod filia nollet renunciando mandatis ſuis obtemperare, præciſe expreſſerat, quod in dote compræhenderetur quoque portio eidem debita bonorum maternorum, ita id ipſum explicaſſet facta per eam renunciatione, quoties contrarium supponere non intendiſſet *vulg. arg. Text. in l. unic. §. Sin autem ad deficientis C. de Caduc toll.*

Minuſ-

Minuſque ſibi nocere ſubiungebat Jacoba Patriam legem, ſive Statutum relatum a *cl: mem:Card.de.Luc.de. Statut.ſucceſſ.partic.53. fol. 241.*; licet enim extantibus maſculis ſive ex directa, ſive ex tranſverſali linea deſcendentibus arceat fœminas a ſucceſſione Parentum per illa verba – *Nulla Mulier &c. Parentibus, Avo, Proavo, ſeu alteri eorum decedenti ab inteſtato, ſeu decedentibus ſuccedere poſ-*
5 *ſit*: Nihilominus retento themate, quod agatur de materia Juris communis correctoria, & undique odioſa, verbum illud indifferens, *Parentes*, nequit in dubio ſtare ad compræhenſionem Matris, aliorumque aſcendentium materni generis, & fœminini, per ea, quæ in propoſito notavit *Caball. conſ. 128. n.173.lib.2.Epiſc.Rocc.dicto cap.37.num.15.., & ſeqq.*, & ſignanter *n 17. Rot. coram Cerr. d.dec. 776. n. 4., & 5.& deciſ.241.n. 6. et 7. part.18.rec.*

Fortius autem, quia idem verbum *Parentibus* immediate veſtitur, ſeu qualificatur ab aliis verbis non amplius communibus, & indifferentibus, ſed maſculinum ſexum poſitive importantibus, nempe *Avo*, & *Proa-*
6 *vo*: Unde nulla ſupereminet ratio, propter quam vocabulum præcedens, præcipue in materia exorbitante, diverſificetur ab adjunctis, prout in ſpecie ſimilium verborum reſpondit *Cephal.conſ. 343.num.27.., & ſeqq. Pigant.ad Statut. Ferrar. lib.2.rub.141.n.17. Rot.d.deciſ.776.n.6., & 7.& deciſ.842.nu.5., & ſeqq.cor.Card.Cerr.*

Addito ulterius, quod idem Statutum non ſimpliciter, & abſolute videtur fœminas abhorruiſſe, illas indefinite, ſeu abſtractive excludendo, ſed tantummodo ex certa cauſa, & qualitate dotationis; ac propterea neglecta etiam diſputatione, utrum Statutum alia non accedente expreſſione cenſeatur duntaxat excludere voluiſſe fœminam ab hæreditate Dotantis, vel aliarum quoque perſonarum, negari tamen non poſſe ſubdebat Jacoba, quin idem Statutum
7 onus dotandi favore fœminarum infigens, intellexerit appellatione, *Parentum*, de Patre, vel aliis aſcendentibus maſculis, non vero de Matre, aliiſque aſcendentibus lineæ maternæ, cum ad Matrem, & ad iſtos nonniſi in ſubſidium, ad Patrem autem, alioſque aſcendentes maſculinæ lineæ proprie, & directe onus dotandi ſuperincumbat, adnot in ſpecie per *Cephal.dicto conſ.343.num.6. Vaſquez contr.illuſtr.cap.32.num.4.Epiſc.Rocc ſelect.diſput.dicto cap.37.num.5. cum 2.ſeqq., & num.11.Epiſc.Verulan.in modern.Comment. ad Statut.Favent.lib.3.rub.27.num.7. Rot.d.dec. 776.n.8., & ſeqq., & dec.842.n.8.cor.Cerr.*

At hæc quamvis non parvi momenti, ac ponderis apud DD. appræhenderentur, robuſtiora tamen viſa ſunt fundamenta Ioannis Franciſci fratris: Et quidem non recedendo a Patris Iacobæ voto, & præcepto, eo ipſo, quod ejus Genitor renunciandi vinculum adiecit, Jacobæ quando eidem ſtabiliverat Dotem ſcut.1000., durum reddebatur, quod ſub eiſdem ſcutis mille, & renunciatione reſpective compræhenſa eſſe non deberent bona materna, quando conſtituta in caſu oppoſito medietate in ſc. 500. ad litteram declaravit, & juſſit, eadem bona materna compræhendi; ſi enim vis di-
8 ſcretivæ, ſuper qua inſiſtebat Iacoba, remanet inutilis, & collabeſcit, ubi aſſignabilis exiſtat ratio diſparitatis, teſte *Rot.in Camerinen.bonorum 13. Maii 1689. § fin.cor.bo: mem:*
9 *Rondinino*, quanto certius enervatur ob inveriſimilitudinem, quod Pater minus relinquendo filiæ voluerit plus illam gravare, quam in caſu, quo plus relinquebat, quemadmodum ex ſe patet per *Auth.multo magis, C.de Sacroſ.Eccleſ.*,& ex trad.per *Rot.in Bononien.fideicomm.de Sala 27.Martii 1686.§,Minus refert.cor.bo:me:Emerix.*

Neque efficaciam ullam augebant verba ſuperius recenſita – *Inſuperque Mater non deficiat Dotem de proprio augere*; quoniam apparuerunt DD. potius excitatoria maternæ liberalitatis, quam excluſiva comprhenſionis ejus bonorum, quoties ipſa Mater ab inteſtato deceſſiſſet: verebatur namque, ne teſtaretur, vel inter vivos legitime diſponeret extra ſpheram filiorum, & idcirco illam hortando alliciebat, ut aliquid augeret, ac ſuperadderet pro honorificientiori matrimonio filiæ, prout indicant poſtrema illa verba - *adeout dos conſtituatur digna honorabili coniugio*; de reliquo enim ordinavit Teſtator, quod fœminæ conſuetos fines, & renuncias facerent favore fratrum, cumque raræ
10 ſint illæ renunciationes, quæ fiunt per fœminas occaſione Matrimonii carnalis, vel ſpiritualis, quæ non amplectantur ſucceſſiones materni generis, ideo dum demandavit Pater filiabus inire conſuetos fines, & renuncias, intellexit quoque (ſicuti moris eſt) includi etiam hæreditatem, & bona Matris compatibiliter ad incitamentum, ut Mater
11 ipſa ſuperadderet aliquid de proprio; quia non idcirco, quod aliqua perſona renunciat, non poteſt aliquid recipere ab eo cujus bonis renunciat, ex deductis per *Lyſ.in.leg.fin. n.23.Cod.de pact. Borell. conſ. 4.num. 48. Tell. Fernand.ad leg.6.Tauri n.40.Robles de repræſent.lib.2.cap.16. num. 16. Bottilier. de ſucceſſ. Theor.45.n.2. & 6.Surd.dec.14.num.4.& ſeq. Adden.ad.dec.523.n.56.cum ſeqq.par.4.tom3. Rot.dec.160.n.6 par.3.rec.*

Fulgidius autem enituit fundamentum
12 Statuti; quia cum non diffiteretur Jacoba, vocabulum illud, *Parentum* eſſe penitus commune, & æque complexivum Patris, ac Matris, juxta aperta Jura in *l. 5. ff. de Verb.ſignif.*, & *in l.4. ff. de in jus vocan.*, & *in l.6.*

*ibique*

ibique gloſſ. verb. parentes. Cod. de Teſtib. cum
concord. per Peregrin. de fideic. artic. 22. n. 31.
Fuſar. de ſubſtit. qu. 365. n. 5. Michalor. de fratr.
part. 3. cap. 11. n. 79., & ſeqq. Carol. Anton. de
Luc. ad Grat. diſcep. 428. nu. 3. Modern. Lucen.
conſult. 313. n. 2. & ſeqq. Amat. dec. March. 16.
n. 8. Capic. Latr dec. 135. num., 7. & ſeqq., præ-
13 cipue, quando (prout hic) prolatum no-
ſcitur in numero plurali, ut proſequuntur
relati per Rot. dec. 361. nu. 6. part. 15., & dec.
388. num. 7., & 8. part. 16. rec.; Hinc non
videbatur recedendum a regula, quod idem
14 vocabulum, etſi maſculinum, tanquam ad-
hibitum in materia indifferenti ſucceſſionis
conciperet, & includeret fœmininum, ut
per Menoch. conſ. 496. n. 49. Peregrin. de fideic.
dicto artic. 22. n. 34. in fin. Modern. Argentan.
collect. 34. n. 19. cum 2. ſeqq. Rot. coram Gregor.
dec. 293. n. 8., & ſeqq., & coram Coccin. dec.
277. n. 2., & in Cæſanaten. Immiſſionis 27. Ja-
nuarii 1694. §. 3. cor. R. P. D. meo. Caprara.
Et licet adiuncta apparerent verba Avus,
& Proavus, quæ tanquam pariformiter ma-
ſculinum intellectum præſeferentia poſſent
(ut in obiecto) interpretari in eundem ſen-
ſum maſculinum citra compræhenſionem
15 Matris; attamen cum Statutum Cœſena-
ten. tum ex lectura, tum ex iis, quæ alias re-
ſoluta fuerunt in noſtro Auditorio, condi-
tum eluceſcat favore Agnationis, ad plene,
diſcuſſa in d. Cæſenaten. Immiſſionis 25. Februa-
rii 1695. §. 3., & §. fin., & 27. Iunii eiuſdem An-
ni §. Verum, & ſeqq. coram R. P. D. meo Muto;
16 ceſſabat propterea occaſio rigidioris inter-
pretationis, ſed tanquam in his terminis fa-
vorabile non erat opus illud reſtringere ad
unam tantummodo partem ſignificationis
vocabuli, Parentum, quoties de ſui natura
illud non minus Patrem, quam matrem
compræhendit, ex animadverſis per Gratian.
diſcept. 449. n. 20. & ſeqq. Mart. Medic. deciſ.
Senen. exam. 49. n. 7., & ſeqq. Modern. Lucen.
conſult. 398. n. 38. Rot. dec. 438. num. 47. &
ſeqq. part. 4. tom. 2. rec., & dec. 342. n. 7.. & 8.
part. 12., & in Nepeſina legitima 26. Aprilis
proxime præteriti §. Abſque eo, quod, cor. R. P.
D. meo. Muto.
Qualitas vero iniunctæ dotationis, quæ
regulariter non attinet ad Matrem, niſi exi-
gente ſubſidio, non erat apta vim impedire
contemplatæ agnationis per Statutum; po-
ſito namque, quod in his terminis verbum
commune reſtringi non debeat, ſatis fuerat
17 eidem Statuto enumerare Perſonas, a qua-
rum ſucceſſione fœminas excludere inten-
debat, nulla habita reflexione, a qua ex eiſ-
dem perſonis dos deberetur, vel veniret,
iuxta ſępius firmata per Rot. ut in deciſ. 115.
n. 7., & ſeqq. part. 8., & dicta dec. 342. num. 20.
cum duob. ſeqq. part. 12. dec. 335. nu. 17. par. 17.
& deciſ. 165. num. 18. part. 19., præcipue, dum
idem Statutum imperſonaliter, & ſub ſola
18 conditione, ſi dotatæ ſint, fœminas a ſucceſ-
ſione eliminavit, non adhibendo ulla verba
alternativa, ſicuti proſequendo tradunt
Adden. ad Pamphil. dec. 35. ſub num. 7. Sabell.
var. reſol. cap. 40. n. 4. Card. de Luc. de ſucceſſ. ab
inteſt. diſc. 3. n. 12. Alter. de Luc. ad Gratian. di-
ſcept. 651. n. 8. Rot. dec. 329. num. 15., & ſeqq.
part. 6. rec. & dec. 303. n. 8. cum ſeqq. cor. Card.
Cerr. & in Nepeſina ſucceſſionis 17. Maii 1669.
§. Et hoc, cor. bo: me: Calataju.
Atque ex his ſaltem videbatur innegabi-
le, quod littera Statuti foret in omnem ca-
ſum dubia, diſputabilis, & intricata, pro-
indeque quidquid antiquitus Doctores reſpi-
ciendo leges Iuſtiniani in Græcia efformatas
19 exiſtimaverint, & ipſa Sacra Rota juſte ſæ-
pius cenſuerit, hujuſmodi Statuta, veluti
auferentia ſucceſſionem fœminis ab inteſta-
to debitam de Jure communi, reputanda
eſſe correctoria, & ſtricte interpretanda;
ſuperventa tamen Conſtitutione Sanctiſſi-
20 mi, & Glorioſiſſimi Principis Innocentii XI.
pro regulandis ſucceſſionibus Statutariis,
quæ incipit -- Paſtoralis officii, & ſuper qua
Commentarium edidit inſignis noſtri Ævi
I. C. Cardinalis de Luca Præceptor meus cum
in ea ſub §. 13. ad litteram decernatur - quod-
que in quolibet caſu dubio, & quomodolibet di-
ſputabili favore Maſculorum de Agnatione in
excluſionem fœminarum, & cognatorum, tam aſ-
cendentium, etiam Matris, quam deſcendentium,
& Collateralium hujuſmodi legum & Statutorum
interpretatio facienda ſit: Nulla (poſita ut dixi-
mus dubietate, & diſputabilitate caſus) re-
manere poterat amplius anſa ambigendi,
quominus favore fratris maſculi capienda
eſſet interpretatio, ut etiam ſubdit idem Card.
de Luc. ad dict. §. 13. n. 7., & 8., & pro abſolu-
to admiſit Rot. in Romana hæredit. 27. Ianua-
rii 1696. §. Adeout, cor. R. P. D. meo Pio; poſt-
21 quam enim Princeps Supremus ita ſanxit,
ceſſat contraria opinio, quantumvis validis
cœteroquin innixa fundamentis, ad Text. in
Clem. unic. de probat. Dec. conſ. 114. n. 15. Rot.
cor. Cavaler. dec. 612. n. 52. cor. Dunozett. Iun.
dec. 830. n. 11., & 12., & dec. 117. num. 2., &
ſeqq. cor. Royas, & dec. 386. ſub n. 16. verſ. Nihi-
lominus, & n. 17., & ſeq. part. 18. rec.
Circa obſervantiam, quam poſtremo ad-
ducebat Jacoba de fœminis quandoque ad-
miſſis ad ſucceſſionem una cum maſculis,
parum viſum fuit DD. immorandum; Cum
enim caſus allati non oſtenderentur obtenti
22 in Judicio contradictorio, & e converſo
quæcumque Statuta fœminarum excluſiva
non operentur niſi maſculo volente, ut ait
Bald. in l. maximum vitium n. 21. Cod. de liber.
præterit. Mart. de ſucceſſion. legal. part. 1 quæſt. 5.
artic. 4. n. 7. Michalor. de fratrib. part. 3. cap. 11.
n. 173. cum duob. ſeqq. Card. de Luca de ſucceſſ.
ab inteſt. diſc. 15. n. 15. Rot. cor. Merlin. dec. 778.
n. 25. & cor. Sa: me: Alex. VIII. dec. 173. n. 24.,
& in

*& in rec. dec.146. n.6.& 7.par.10. & dec.35. n.2 par.16.*, nullatenus refragabatur, quod in prędictis caſibus maſculi cenſueverint fœ-
23 minas admittendas, obſervantia namque non cadit in actibus voluntariis, & mere facultativis, ut inquit *Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina n.44.& ſeqq.de cauſ.poſſeſſ.& propriet. Dec. conſ.175.ſub n.6. verſ. Praeterea, Cyriac. contr.460.n.27.cum duob.ſeqq.Rot. dec.778.n. 5.par.1. diverſ. & cor. Coccin. dec.104.n.8.,& dec.336.n. 10. coram Card. Cerro*, & paſſim alibi.

Et ita utraque &c.

## ANNOTATIO, ET ADDITIO.

HÆC Deciſio,quæ etiam impreſſa reperitur *poſt Modern.Aſculan. ad Statut.Vrb.tom.3. dec.134.*, fuit poſtmodum, ut infra, confirmata ſub *die 3. Martii* 1698. unde ſuo loco annotabitur ulterior exitus ejuſdem Cauſæ.

Interea vero, quia DD. de Rota non fuerunt concordes ſuper motivo Statuti excluſivi fœminarum, vel ſaltem exiſtimarunt, ſuſpenſo eodem Statuto, poſſe Cauſam ex alio fundamento hujus Deciſionis, ſive ex nudo facto reſolvi, ut magis plene apparebit inferius, inferendum cenſui Reſponſum a me editum pro veritate occaſione non levis controverſiæ ſubortę ſuper interpretatione Statuti Senen. ſub geminis rubricis 56. & 57.; in eo vero, deficiente præſidio particularis Pontificiæ Conſtitutionis promulgatæ pro univerſo Statu Eccleſiaſtico a San: mem: Innocentio XI., potiora jura reputavi militare pro cognatis in gradu proximioribus, non obſtante quadam antiqua Deciſione Auditorii Senen., quæ ſuper alio non diſſimili caſu emanaverat, & circumferebatur manuſcripta, utpote extracta a particulari Archivio Reformationis Civitatis Senarum *ſub fol.* 345., ſecundum illam neceſſitatem edendi ſimiles Deciſiones, ſeu Motiva
24 ad Partium requiſitionem, poſtquam tamen Cauſa fuerit per ſententiam expedita, ad differentiam Sacræ Rotæ, quę per ſpeciem potius dubiorum ante ullam expeditionem Cauſæ ſuas, univerſo Orbi publicat Deciſiones, teſte *Card. de Luc. in relat.Rom. Cur.diſc.32.n.50.*

Incipit ergo Reſponſum, ut mox exponetur, & quia communicatis ſubinde per Judicem novis, & valde accuratis dubitationibus, iterum, retento eodem ſenſu veritatis, replicavi ſecundum ea, quæ in calce ipſius primi Reſponſi recenſebuntur: Dicebam itaque.

Obitus ab inteſtato Marcelli Abbatis Spennazzii ſuperſtitibus Canonico Io: Franciſco, & Joſepho Maria de Vgurgeriis eiuſdem Abbatis Marcelli ex uterina Sorore Nepotibus, & reſpective Octavio, ac Delphæbo de Spennazziis fratribus Patruelibus, non iniucundam excitavit controverſiam, utrum ſcilicet illius ſucceſſio ad præfatos Nepotes juxta cenſuram Juris communis proximiores in gradu, ſive potius ad Patrueles in vim Statuti, de quo infra, fuerit adaperta.

Et primo quidem intuitu reſpondendum videbatur pro Patruelibus, dum vertente uſque de Anno 1604., conſimili controverſia deciſum legitur in Almo Rotæ Senenſis Auditorio, quod vigore Municipalis Sanctionis *ſub rubr: de ſucceſſ.Aſcendent:* Patruus excluderet Sororem uterinam; unde cum eadem cadat proportio inter Patruum, & Sororem, ac inter Patrueles, & Nepotes ex eadem Sorore uterina, urgere poteſt legale
25 illud adagium, quod ea, quę certum jam habuerunt intellectum, & interpretationem, immutanda non ſunt, ut ait *l. C. in l. minime,ff. de legib.* cum concord. apud *Maſtrill.de eiſ.69.n.9.Moles dec.Neapol.tit. de Iur.Dohan. §.6. quæſt.14. n.10.Cenſal. dec. Lucen. 21.n.5.* & paſſim alibi.

Fortius vero, quia pro excluſione Sororis uterinæ, ſive Nepotum ab ea deſcendentium militare videntur graviſſimorum Patrum Authoritates, ſolidæque rationes in prædicta Deciſione ponderatæ, & adductæ, & ſignanter, quod cum præfatum Statutum *ſub rubr.de ſucceſſ.Aſcendent.ex latere Matris*, alias *cap.* 156., litteraliter Matrem arceat a ſucceſſione ſuperſtitibus Fratribus Patruelibus,ut ibi — *Etſi ſuperfuerint tali perſonæ defunctæ frater, vel ſoror, ſive filius. vel filia fratris, vel ſororis, vel Patruus, ſeu frater Patruelis, ideſt Patrui filius,ſeu filia, tunc Mater, vel Avus vel Avia ex parte Matris in nullo ſuccedat*;Hinc proinde idipſum a fortiori concludendum veniat adverſus ſorores uterinas,& ab ea deſcendentes, utpote conjunctas perſonæ de-
26 functæ mediante Matre, vel Avia, ne plus exiſtat in producto, quam in producente, & plus in cauſato, quam in cauſa, juxta doctrinam *Pauli de Caſtro in leg. illam, ante n.9. Cod. de collat.* quam per extenſum regiſtravit memorata Deciſio cum *Alex.Iaſ. Ruin.* cæteriſque *ibidem* prænotatis.

Addito, quod ne Statutum de irrationabilitate obiurgari valeat, non alia idcirco ratione Matrem a luctuoſa filii hæreditate ob exiſtentiam Patruelium, aliorumque ſupra expreſſorum excludere voluiſſe cenſen-
27 dum eſt, niſi ex cauſa agnationis, ut ponderat *Caſtren. in conſ.421. lib.1.*, unde multo magis exiſtimari debet, excludere Intendiſſe Sororem uterinam, & deſcendentes ab ea, qui eodem agnationis defectu validius laborant, ex *Surd. conſ.85. ex num.11.cum ſequen.* coeteriſque in memorata Deciſione cumulatis.

Verum,

Verum, his parum retragantibus, potiora
Jura fovere videntur fratres de Vgurgeriis
tanquam proximiores in gradu, & habentes
incontrovertibiliter intentionem fundatam
in diſpoſitione legis *ſub §. His autem non exi-
ſtentibus, Auth. de hæred. ab inteſt. venien. cum*
28 *ſuis notiſſ. concord.* ac propterea ſat eſt illis of-
fuſcare, ac dubiam reddere Partis exceptio-
nem, ex vulgata propoſitione, de qua, omiſ-
ſis generalibus, in ſpecie poſt *Randenſ. conſ. 56.
n. 20. lib. 1., & Barz. dec. Bonon. 98. n. 22. &
ſeqq. Rot. dec. 329. n. 12. par. 6. recent.* & con-
cordat *eadem Rot. dec. 167. n. 39. & 40. poſt.
Torr. de pact. fut. ſucceſſ.*

Nec ex eo, quod adſit enunciata Deciſio
Tribunalis Almæ Rotæ, poteſt exinde repu-
tari inducta aliqua judicandi conſuetudo, ſi-
ve interpretatio ejuſdem Statuti firma, & in-
variabilis, quamve immutare, ſive a qua re-
cedere ex urgentioribus motivis non liceat,
Ultra enim quod quotidiana nos edocent
exempla omnium Tribunalium, & Romanę
Rotæ ſignanter, quæ nedum ab unica (pro-
ut hic) Deciſione, ſed etiam ab opinione
pluries tenta, & canonizata quotidie diſſen-
tit: Adhuc tunc forſan reputari poſſet in-
29 ductus ſtylus judicandi, firmataque inter-
pretatio Statuti, quoties ad minus concur-
rerent duo Judicata, in quibus idem articu-
lus principaliter fuiſſet diſcuſſus, & deciſus,
ut ait *Menoch. conſ. 501. n. 38. Apont. conſ. 54.
num. 14. lib. 1. Maſtrill. dec. 66. num. 16. Manſ.
conſult. 395. n. 47. Card. de Luc. de Judic. diſ. 35.
n. 71.*

Semoto igitur hujuſmodi exemplo, ſive
enervata illius efficacia, priuſquam ad con-
futandas præmiſſas rationes, & *Authoritates*
deveniamus, opportunum videtur antepo-
30 nere, quod cum hujuſmodi Statuta fœmi-
narum excluſiva, ac Juris communis ordi-
nem, gradumque ſucceſſionis juxta proxi-
mioritatem ibi præſcriptam deturbantia re-
putentur odioſa, ideoque debeant ſtricte,
mordicus, & ad litteram, rejecto quolibet
extrinſeco intellectu, interpretari, ut uno
ore monuerunt, ſub ea ratione, quod taci-
tam continent exhæredationem, *Alex in
l. venia Edicti n. 6. C. de in Jus voc., & conſ. 7.
n. 11. lib. 2. Alciat. conſ. 12. n. 12. lib. 2. Pariſ.
conſ. 110. n. 31. lib. 3. Rot. dec. 463. n. 4 & 12.
par. 1. rec. & dec. 360. n. 22. & 23. par. 17. Mart.
Medic. dec. 78. n. 10. Palm. Nep. alleg. 150. ex
n. 7. cum plur. ſeqq. lib. 2. Gob. conſ. 84. ex n. 22.*

Hinc ad effectum, ne fœminæ, aut cœteri
ex materno, & cognatitio latere per remo-
tiores excludantur, neceſſe eſt, quod Sta-
31 tutum adamuſſim congruat, & verificetur
in utroque capite, ſcilicet tam incluſivo per-
ſonarum, nempe excludere ſatagentium,
quam excluſivo, ſeu perſonarum, quæ præ-
tenduntur excluſæ, ex cumulatis per *Hon-
ded. conſ. 1. ex num. 13. cum ſeqq. & conſ. 8. ex
n. 11. cum ſeqq. lib. 1. Rot. dec. 329. n. 14. par. 6.*
cum cœteris abunde per *Palm. Nep. alleg. 150.
n. 13. & ſeqq. lib. 2.* & ſubſequens in eo caſu *de-
ciſ.* penes ipſum *alleg. 153. n. 7. & 8.*

Applicando autem ad rem, non modica
in primis intercedit difficultas, an Soror ute-
rina, eiuſque filii potius ſub capite conti-
neantur incluſivo, quam oporteat examina-
re, utrum comprehendantur ſub altero ex-
cluſivo, inquit enim Statutum -- *& ſi ſuper-
fuerint alię perſonæ defunctæ, frater, vel ſoror, ſi-
ve filius, vel filia fratris, vel ſororis &c.* ac pro-
pterea cum idem Statutum latus maternum,
vel paternum non deſignaverit, ſed generice,
& indiſtincte locutum fuerit: ſequitur proin-
de, Sororem uterinam, & filium Sororis ute-
rinæ proprie, & vere venire, & includi, cum
32 Soror uterina exiſtat ſicut alia Soror, prout
in individuo conſimilis Statuti Aretini fir-
mavit *viden. Socc. Iun. conſ. 5. ex n. 2. lib. 1.* qui
in idem adducit *Text. in l. Juriſconſultus §. ſe-
cundo gradu, ff. de gradib.* & inquit, hoc ipſum
conſuluiſſe *Franciſcum Pepi* Florentinum, &
*Vincentium de Herculanis* Peruſinum, ibique
etiam agebatur de capite incluſivo ad effe-
ctum excludendi Matrem, ut in præſenti, &
reſpondendo omnibus argumentis, quæ in
contrarium poſſent excogitari, tandem *ſub
n. 10., ex verſ. ſtantibus uſque ad fin.* concludit
*caſum hunc* (ſunt verba præciſa) *nullam habere
dubitationem nam qua ratione voluerunt Statuen-
tes, quod filii ſororis conſanguineæ excludant Ma-
trem defuncti, qui non ſervant familiam, nec
etiam ſunt agnati, eadem, vel fortiori voluerunt,
ſororem quamlibet, & uterinam admitti ad ex-
cluſionem Matris, cum illa ſit proximior in gradu
& c. Et iſtud Judicio meo videtur argumentum
inconvincibile pro concluſione ſupra firmata, ſcili-
cet, quod dicta Antonia, licet Soror uterina, ta-
men admittatur ad hæreditatem dictę ſuę Sororis
Bartholomeæ excluſa Matre, cum in dicto Statuto
appellatione Sororis contineatur etiam uterina
per prædicta*, & ante eum hoc idem pleniſſime
firmavit alter *Soccin. ſen. in conſ. 304. lib. 2.*
quod eſt repetitum *conſ. 24. lib. 3.*

Nec hiſce rationibus per utrumque *Soccin.*
perpenſis adverſari poſſe videtur ponderatio,
quod Statutum in ſuperiori parte, ubi in ca-
ſu non exiſtentiæ perſonarum ibi nominata-
rum Matrem admittit ad ſucceſſionem pro
quarta parte, adiiciat illa verba -- *ex eodem
Patre*, quamobrem, ut arguit contraria De-
ciſio ſub §. *Denique contextus* claudicaret hy-
potheſis, & diſtinctio exiſtentiæ, & inexiſten-
tiæ ſuper eodem themate remaneret inepta,
& imperfecta, niſi repetita intelligerentur ea-
dem verba -- *ex eodem Patre*, quemadmodum
dicimus, ubi mentio maſculorum facta fue-
rit in una teſtamenti parte, quod & pariter
intelligatur in altera. Siquidem argumen-
tum hujuſmodi congrueret, quando verſare-
mur in eadem oratione, ſecus autem dum
ſumus

ſumus in diverſa, & adeo ſeparata, nec adeſt
33 ulla dictio repetitiva, quia tunc in eiſdem
ſimilibus terminis repetendæ maſculinitatis
in teſtamento, quos contraria adhibuit De-
ciſio, nullam intrare repetitionem commu-
niter firmarunt *Altograd.conſ.83.n.81.& 82.
lib.2.Caren.reſol.137.n.8. Fuſar. de ſubſtitut.
quæſt.403.n.162.Rot.dec.237.n.5.& 6.par.5.
recen., & cor.Dunoz.Jun.dec.630.n.5.,& de-
ciſ.381.ex n.7.cum ſeqq.part.18.*

Potiſſimè, quia Statutum peragit primo
loco de excluſione partiali,& deinceps de ex-
cluſione totali,& in primo pariformiter caſu
procedit per modum negativum, & in ſe-
cundo per modum affirmativum, ideoque
recta deſumi nequit interpretatio ab una ad
alteram partem, ſatius etenim erat Statuto
providere per verba generalia, & Sororem
etiam uterinam, ejuſque deſcendentes am-
plectentia, quando tractabatur de nominan-
do perſonas, quæ ſuccedere deberent ad ex-
cluſionem Matris, quam curare de formula
loquendi magis ampla, vel reſtricta in ea
parte, in qua non tractabatur de perſonis,
quibus exiſtentibus Mater in tribus partibus
34 non ſuccederet; non enim ſemper valet ar-
gui a locutione negativa ad affirmativam, ut
in terminis *Caſtren.in l.illam ſub n.8.C.de col-
lat. verſ.Statutum enim*, ibi - *Statutum enim
licet dicat,& ſtante Patruo non ſuccedat* Mater,
*non tamen hic admittit Patruum*.

Ac denique ad evidentiam, quia alias ma-
ximum eveniret abſurdum, nam ſi Statutum
non intendiſſet occurrere huic inconvenien-
ti per ſecundam latiorem partem capitis in-
cluſivi, & affirmativi, ſequeretur. quod So-
ror uterina ultra Domos, & Caſtella exclu-
deretur a reliquis tribus partibus bonorum
defuncti per maſculos ex parte Patris, & Avi
paterni uſque ad quartum gradum ſecun-
dum computum Decretorum, & ſic non ſo-
lum, prout hic, a Patruelibus, ſed a filiis fi-
liorum eorumdem Patruelium, nam in præ-
dicta priori parte Statutum non exiſtentibus
perſonis ibi deſcriptis, ac provenientibus ex
eodem Patre, vel Patruo, nulla facta men-
tione Sororis uterinę, jubet - *reliqua bona de-
venire, ut ſupra, ad Parentes maſculos ex parte
Patris, & Avi Paterni uſque ad quartum gra-
dum ſecundum computum Decretorum*:& tamen
ubi præciſe, & proprie locutum eſt de ſuc-
ceſſione collateralium, vel tranſverſalium
ſub altera *rubr.*vel *cap.*158.ſucceſſionem, &
reſpective excluſionem intra gradum Nepo-
tum coarctavit, ſicque dum perſpecto hoc
Statuto magis proprio, Sorores uterinæ nec
etiam ab ipſis Patruelibus excluderentur,
multo minus inferri poteſt, quod peragens
dumtaxat de excluſione aſcendentium ma-
ternorum voluerit adeo fimbrias excluſionis
inter collaterales dilatare, ut Soror uterina
excluderetur per filias filiorum eorumdem
Patruelium: quod ſane dicendum non vide-
35 tur, imo ſubintrat ratio diſcretivæ, videli-
cet, quod ubi voluit, expreſſit, quæ in om-
nibus diſpoſitionibus, & præſertim in Statu-
tariis cæteroquin exorbitantibus, & odioſis
apprime potens eſt, & conſiderabilis, teſte in
terminis Statuti excluſivi fœminarum *Hon-
ded.d.conſ.1.ſub n.37.verſ.Quod eo magis lib.1.*
ubi in idem adducit *Laur. de Palat.Brun. Soc-
cin.& alios*.

Cum igitur in ipſo capite incluſivo Soro-
res uterinæ, ejuſque filii contineantur, idque
cum prælatione in ordine ad Patrueles, pro-
36 fecto nequit excogitari, quod eaſdem Soro-
res, earumque filios voluerit compræhende-
re in parte, ſeu capite excluſivo, quando de
ipſis nullam facit mentionem, nec deſignat
ibi modum adhibendum in ſucceſſionibus
tranſverſalium, ut ita egrege arguens reſ-
pondit *Rot.d.dec.463.n.5.par.1.rec.*

Cæterum tranſeundo etiam ad caput ex-
cluſivum; totum fundamentum, quod in ad-
verſa Deciſione fit, (ut præmiſimus) conſi-
ſtit ſuper eo, quod dum Statutum Matrem
excluſit, & ſic radicem, & principium ipſius
Sororis uterinę, ita reputetur excludere vo-
luiſſe principiatum, & productum, & in ſub-
ſtantia totum argumenti pondus verſatur
in majoritate rationis: Sed quidquid tunc
37 temporis placeret aliquibus *Scribentibus*, ho-
die citra difficultatem receptum eſt, quod in
hac præciſa quæſtione, & materia argui non
poſſit etiam a majoritate rationis, ex late
congeſtis per *Giovagn.conſ.66.nu.22.& ſeqq.
lib.1.Conciol.allegat. civil.71.n.25.26., & 28.
Modern. Gob.conſult.84.num.22. cum pluribus
ſeqq.* ubi innumeri cumulantur, *Mart.Med.
dec.Senen.78 ex n.17.Rot.dec.357.ex n.4.cum
ſeqq.par.14.& dec.112.n.12.& 13.par.17.&
dec.68.ex n.5.& ex n.11.cum ſeq.par.* 19.cum
cæteris fruſtra tranſcribendis.

Et ſane militat in hac materia communi-
ter receptum dictum *Baldi* relatum a *Tira-
quell.in l.ſi unquam in verb.liberis ſub n.4.verſ.
Et quod voluit ipſ: Bald., Cod. de revoc. donat.
Rovit.conſ.49.nu.6.lib.1.Rot.d.dec.357.n.10.*
38 *par.*14.nimirum, quod divinare non debe-
mus de ratione Statuti, ſed attendi debet ca-
ſus formaliter diſpoſitus, & non ultra; Ideo-
que etiamſi Soror a Matre deſcendat, & in
ea concurrat ſexus fœmineus, propter quem
Patruus eandem Matrem excludat, non ta-
39 men hujuſmodi Statutum vocans Patruum
ad ſucceſſionem excluſi Matre, Sororem ex-
cludit, ut judicavit Collegium Peruſinum
apud *Angel.conſil.210.per tot.Ladere.conſ.37.
n.* 10. cum reliquis abunde per *Andreol.con-
trov.138.ex n.4.cum ſeqq.*quos ſecuta eſt *Rota
dict.dec.357.nu.7., & 8.par.* 14. & in eiſdem
40 fere terminis, quod etſi Statutum excludat
Matrem propter agnatos a ſucceſſione filii,
non tamen excluditur Amita, vel Materte-

ra licet ſint Matre remotiores, ac etiam per medium ejuſdem Matris defunctæ perſonæ conjungantur, ut graviſſimis antiquioribus *Patribus* relatis conſtat penes *Mart. de ſucceſſ. legal. par. 3. quæſt. 10. art. 2. per tot. Palm. Nep. d. alleg. 150. ante num. 17. lib. 2.*

Et ex his refragari poſſe non videtur do-
41 ctrina *Caſtren. in præcitata l. illam, Cod. de collat.* ſuper qua principaliter fundata eſt contraria Deciſio; quoniam *ſub num.* 8. proponens quæſtionem, utrum extante Statuto Matrem excludente propter Patruum cenſeri poſſit excluſus ab eodem Patruo etiam frater ex latere Patris, quem Mater ipſa de Jure communi excluſiſſet, ſecundum regulam *ſi vinco vincentem te &c.* adducit ſententiam *Bartoli Baldo* contrariam, prætenditque illas fædere diſtinctionis conciliare, videlicet, quod tunc intret præmiſſa regula, *ſi vinco &c.* quoties ille frater conjungeretur perſonæ defunctæ per Matrem tantum, ex quo excluſa radice excluduntur omnes, qui ab ea dependent, ſecus autem, quando frater ex alio vinculo, quam materno, eidem perſonæ defunctæ attineret, in qua ſecunda parte diſtinctionis iterum ad alias ſub diſtinctiones deſcendit: eVrum tantum abeſt, quod hujuſmodi diſtinctio ſubſiſtat, ut potius in figuratione caſus facta per *Caſtren.*, nempe quando adeſt in medio inter perſonam excludentem, & excluſam, altera perſona non excluſa, nec nominata per Statutum, quæve de cœtero ad limites Juris communis excluderet exclu-
42 dentem in vim Statuti, ob mixturam caſus ceſſet ſtatutum, deturque reverſio ad diſpoſitionem Juris communis, ut late videre eſt apud *Honded. d. conſ. 1. n. 29. & ſeqq. lib. 1. Giovagn. conſ. 1. n. 37. & ſeqq. lib. 1.* ubi exempla valde fortiora recenſentur, prout etiam *in conſ. 3. ex nu. 4. cum ſeqq. eodem lib. 1.* ubi firmat per plura exempla, quod ubi perſona non nominata per Statutum proximior eſt agnato illam excludere volente in vim Statuti, ſemper habet locum mixtura, ſeu non compræhenſio ſub ſtatuto, *Caren. reſol. 196. n. 4. & n. 6. cum ſeqq.*

Tuncque aliqualiter urget excluſio radicis, & cauſæ producentis, quando opus eſt, ut cauſatus, & productus pro obtinenda ſucceſſione aſſumat gradum, & locum perſonæ ex-
43 cluſæ, ſecus vero, quando deſcendens a perſona excluſa habet gradum proprium, & ſuccedere vult, ac poteſt ex propria perſona, ut (quidquid probare pertentet *Surd. in dicto conſ. 85.*) in oppoſitum reſponderunt *Mandell. Alb. conſ. 761. ex n. 38., Menoch. conſ. 234. ſub n. 20. verſ. Nam reſpondetur cum ſeqq. Mart. de ſucceſ. d. par. 3. quæſt. 10. art. 2. ex n. 3.* & conſulens ſuper Statuto Fulginei excludente Matrem propter Patruum, quod non idcirco mortua Matre excludat Avunculum, licet iſte ſit in remotiori gradu, quam Mater, & non niſi per medium ejuſdem Matris attineat perſonæ defunctę, *Ciroc. diſcept. 38. & num. 1. uſque ad 12.* ubi *ſub nu. 5.* in individuo explicat præfatam Doctrinam *Caſtren. in l. illam n. 8. & 9. C. de collat., & Ruin. conſ. 15. vol. 1.*, cum quibus principaliter proceſſit contraria Deciſio, & arguit de contradictione ipſum *Caſtrenſem*; & magis in puncto idem *Ciroc. diſcept. 30. a princ. uſque ad nu. 7.*, ubi perpendens memoratum Statutum Fulginei Matrem excludens propter Patruum, comprobat, quod non idcirco excludit fratrem uterinum, quamvis ipſe per Matrem tantum attingat defunctum, & pariformiter explicat doctrinam *Caſtren. in prædicta l. illam, Cod. de collat.*, & ad propoſitum adducit litteram *Text. in leg. ſi quis, vel ſi qua in princip. juncto §. Sin autem, Cod. ad Tertullian.* ad evertendum illud argumentum, quod excluſa Matre reputentur etiam excluſi Uterini.

At corruit omnis hæſitatio, quia contraria Deciſio ad evertendum utrumque fundamentum, ſcilicet quod & Soror uterina potius includatur, quam excludatur, & quod non detur extenſio contra perſonas non nominatas in Statuto, quoties non emicat habita per idem Statutum contemplatio agnationis, unde ab eadem contemplatione agnationis principaliter dependeat iſtius articuli reſolutio, totum ponit conatum ad oſtendendum, quod dici nequeat, præſens Statutum non habuiſſe reſpectum ad agnationem, ut patet *ſub §. Advertimus cum plur. ſeqq.*

Sed pace ejuſdem Deciſionis, ac Extenſoris impoſſibile eſt, quod præſens Statutum habuerit reſpectum aliquem ad agnationem; Nam licet ſubtiliter contendatur, quod non obſtante admiſſione, & vocatione Sororis, ac filiorum fratris, vel Sororis potuerit agnationis ratio ſubſiſtere, dum Sorores agnatæ
44 eſſe non deſinunt, & ex lege *duodecim Tabularum* Matri præferebantur, ad tradita per *Ruin. conſ. 22. n. 7. lib. 1.* quodque filii Sororum,
45 veluti agnatarum ſpecimen repræſentantes, valeant aliquo modo conſiderari pro agnatis, ut voluit *Bald. conſ. 78. n. 2. lib. 1.*

Nihilominus contrarium ſemper tam in diſpoſitionibus Statutariis, quam in illis ultimarum voluntatum firmarunt uno ore
46 *Scribentes*, videlicet, quod ubi per Statutum, vel ex Teſtamento vocatæ, & immixtæ reperiuntur fœminę, multoque magis illarum deſcendentes, nullo modo poſſit cenſeri agnatio per idem Statutum contemplata, ut relato *Cravet conſ. 250. n. 2. Menoch. conſ. 532. n. 10. Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. nu. 50. Mart. de ſucceſ. legal. par. 2. quæſt. 6. art. 2. n. 5. Mantic. de Conject. lib. 6. tit. 15. n. 9. & Gregor. dec. 433. n. 15.* dixit *Rot. in d. dec. 68. n. 13. & 14. par. 19.* & in puncto iſtiuſmet Statuti poſt *Soccin. Iun. Mart. Medic. dec. Senen. 78. ex n. 31. cum plur.*
47 *ſeqq.*, & in propoſito ultimarum voluntatum con-

concordat *Rot.dec.6.n.1.ver.Nec obſtat par.1. diverſ.& cor.Peuting. dec. 258.n.7. ,& ſeqq.& dec.78.n.2.par.11.rec.* cum aliis pluribus relatis per *Bonden.collect.34.n.109.lib.2.*

Quin etiam, ut ex eodem *Soccin.*ſubdit ibidem *Mart.Medic.*adeo repugnat, quod Statutum intentionem habuerit contemplandi agnationem, ut quando vocavit ad excluſionem Matris agnatos uſque ad quartum gradum,a tribus dumtaxat partibus Matrem excluſit, quando vero vocavit Sororem, & nedum filios ejuſdem Sororis, ſed etiam filias fœminas ,eandam Matrem ab univerſali ſucceſſione rejecit, quod ſane eſt imperceptibile,
48 dum in longe durioribus habemus, quod ſi Teſtator, vel Statutum exiſtentibus agnatis veris aliqualiter fœminarum mixturam admiſit, ex hoc ipſo cenſeatur agnationem deſpexiſſe, ex traditis per *Burſat.conſ. 300.ſub n.67.verſ.9.colligitur, Rot. Genuen. apud Armenzan.dec.56.n.27., & Romana in dec. 125. n.12.par.16.rec.*& nuper *in Romana fideicommiſſi de Alborghettis 25. Iunii 1685.§.fin. cor. Cardin.Matthæjo.*

De reliquo autem, nec idem *Bald.in d.conſil.58.n. 2.*ſolide id attentare auſus eſt; peragens namque de caſu, in quo duplex extabat Statutum, unum nempe vocans expreſſe Sorores,eorumque filios,& nullam de Matre faciendo mentionem, & alterum excludens Matrem extantibus agnatis, examinat, an filius Sororis, ſeu potius agnati remotiores ſuccedere deberent,& tenet pro filio Sororis, ex quo in concurſu unius Statuti ſpecialis cum altero generali ſpecies eximitur a genere, eique derogat, ſolumque deinceps ſub dicto *n.2.*per verbum, *praeterea*, indicans, mo-
49 tivum deduci ad ornatum, cum ſolito ejus acumine procurat inſinuare, quod filius Sororis, tanquam genitus ex agnatitia radice, dici poſſit redactus in Jus agnatorum, ſed quod iſta ſit mera ſubtilitas, confitetur idem *Bald.*figens pedes in clara diſpoſitione Statuti, ut conſtat ſub dicto *nu. 2.* ibi -- *tamen in iſtis ſubtilitatibus Iuris civilis non eſt perſiſtendum,ubi ſunt Statuta contraria Iuri communi &c.*

Rurſus cum ex eodem *Soccin.*&*Mar. Medic.d.dec. 78.ſub n.23. verſ.nec ulla*, non debeamus inveſtigare,quare Statutum voluerit Matrem excludere,vel plus unos,quam alios includere ad excluſionem Matris, ſtat enim pro ratione voluntas, neſcitur, quomodo a *Rubrica* loquente de ſucceſſione aſcendentium ex latere Matris,idemque in Nigro determinante quoad Matrem, alioſque maternos aſcendentes abſque ulla mentione lineæ inferioris, velimus in hac exorbitanti, & ſtrictiſſime interpretanda materia, procedere per inductiones, ratiocinia, & argumenta, quando e converſo habemus propriam *Rubricam* de ſucceſſione collateralium,vel tranſverſalium (qualis eſt caſus præciſus, de quo eſt quæſtio) non continentem ullam excluſionem Sororis uterinæ, nec egredientem in capite incluſivo perſonas fratrum, eorumque filiorum; aliud quippe eſt, quod ad excluſionem Matris Statutum voluerit latius habenas relaxare, adeout incluſerit ad ejuſdem Matris excluſionem eas quoque perſonas, quæ in præfata altera *Rubrica*,ſub qua de agnatione ad certos gradus reſtricta peragebatur, excludebantur; aliud vero, & longe diverſum, quod ubi Statutum tractat de Matre, & aſcendentibus,debeat fieri extenſio ad lineam converſam, vel inferiorem, ſeu ad
50 collaterales, & deſcendentes, nam, ut poſt *Brun.in tract.quod ſtantibus maſculis &c.*tradit *Gabriel commun.concluſ.tit.de Statut.concluſ.7. n. 36.* receptum eſt, quod Statutum excludens fœminas propter maſculos in ſucceſſione aſcendentium non excludit ſororem propter fratrem in ſucceſſionem tranſverſalium.

A primo itaque ad ultimum, ſive perſpecta parte, ſeu capite incluſivo, ſive altero excluſivo, potius incluſi, quam excluſi dubio procul videntur fratres de Vgurgeriis; & nihilominus, ut ab initio præmiſimus, ſat eſſet quod hucuſque deducta dubiam redderent exceptionem, ad hoc, ut regula, & intenti, eorumdem de Vgurgeriis in clara diſpoſitione Juris fundata inſurgeret, & prævaleret.

*Sequitur ſecundum Reſponſum.*

Solide quidem, & ingenioſe ab obſervationibus per Me factis in præcedenti Reſponſo vindicantur fundamenta veteris Deciſionis *coram Lucio;* Verum quatenus attinet ad ſubſtantiam hujus controverſię, crederem, quod etiam poſthabitis pluribus replicationibus, quæ de facili poſſent promoveri adverſus nuper excitatas dubitationes, paucioribus verbis in tuto poſſint reponi Iura fratrum de Vgurgeriis.

Siquidem iterum repetita proteſtatione, quod ad effectum, vt fœminæ, & ab illis deſcendentes excludantur a ſucceſſione illis
51 debita ſecundum Jus commune, neceſſe eſt, quod Statuti verba ad litteram verificentur tam in capite incluſivo, ſive reſpectu eorum, qui ſatagunt ſuccedere, quam reſpectu alterius capitis excluſivi, nempe quoad eas perſonas, quæ prætenduntur excluſæ, ita namque, præter jam allegatos in prædicto antecedenti Reſponſo §.*Hinc ad effectum*, ad ſatietatem reaſſumit *Modern.Torr.de Primog. & Majorat.part. 2.quæſt.46. ex n.9. cum plur. ſeqq.*

Itaut quidquid per allegatos in præfatis dubitationibus opponatur, receptius omnino ſit quod nullo pacto fieri poſſit extenſio de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam, etiam ſub prætextu compræhenſionis, ſeu majoritatis rationis, & maxime, quando
52 Statuentes expreſſe,vel ſaltem tacite,ſeu per

I 2 ne-

neceſſarium ſubauditum intellectum minime declararunt Statutum condidiſſe favore agnationis, prout citra occaſionem divagandi fuit jam definitum in iſto Almo Auditorio apud *Mart. Medic. d. dec.* 78. quod & confirmat *in addit. ad eamdem dec.* & referendo eumdem *Mart. Med. in prædicta dec.* 78. & alibi, copioſe pariter firmat *Torr. de Primog. d. par.* 2. *q.* 45. *n.* 37. *&* 38. *Caball. conſ.* 7. *n.* 7. *& ſeqq. lib.* 1. *Andreol. contr.* 138 *n.* 6. *Conciol. alleg.* 71. *n.* 26. *Manſ. conſult.* 397. *n.* 46. *&* 47. *Rot. Lucen. apud Cenſal. dec.* 15. *n.* 13. & reprobando *Adden. ad Pamphil.* in Dubitationibus allegatum cum aliis, *Modern. Saminiat. contr.* 59. *n.* 15.

Potiſſime, ex quo Statutum Senis adeſt
53 quamcumque vetans interpretationem, & mandans, quod verba intelligantur ad litteram, & prout jacent, ut proſequendo tenuit *Rot. Senen. penes Mart. Medic. d. dec.* 78. *n.* 14., *&* 15. & generaliter, quod tunc non admittatur aſſerta compræhenſio in vim majoritatis rationis, *Altograd. lun. contr.* 48. *n.* 70. *Bonden. collect.* 25 *num.* 62. *cum duob. ſeqq. lib.* 2. *Manſ. d. conſult.* 397. *ex n.* 39. *cum ſeqq.* & plures adſtipulantur *Sac. Rotæ deciſiones*, quę ab eiſdem referuntur, fruſtraque proinde tranſcriberentur.

Jacta igitur hac baſe. quæ non videtur concuti poſſe, vel alias hodie poni in controverſiam, & præſertim, dum moderniori tempore, & non obſtante, quod edita foret *Deciſio coram Lucio*, ita determinavit ſuper his propoſitionibus iſtud Almum Auditorium *cor. Mart. Medic.*, poſſet profecto evitari cenſura Statuti in hac *Rubr.* 156. rurſus inſiſtendo ſu-
54 per non verificatione capitis incluſivi, quod ad effectum, de quo agitur, ſuperabundaret, ut, reliquis cumulatis, inquit *Torr. de Primog. par.* 2. *quæſt.* 46. *num.* 9. *&* 10. Nam etſi Statutum *ſub rubr.* 156. negando Matris concurſum ultra quartam partem legitimæ ſucceſſionis ab inteſtato hoc determinet expreſſe, quando reſpettu decedentis ſine filiis, & ſine deſcendentibus, filius, vel filia fratris exiſtat ex eodem Patre, vel Patruo per illa verba negativa, - *& non ſuperſtite fratre, vel ſorore, ſive filio, vel filia fratris, vel ſororis ipſius defunctæ perſonæ ex eodem Patre, vel Patruo*, vocans in hoc caſu Patrueles, ſeu Parentes maſculos uſque ad quartum gradum; Nihilominus arctius poſtea perſtringendo, quemadmodum ſub eadem *Rubrica* deinceps excludit matrem indefinite, & ultra tres alias partes, ita dum dicit, - *& ſi ſuperfuerint tali defunctæ perſonæ frater, vel ſoror, ſive filius, vel filia fratris &c.* poſſet inquam ſubſtineri, quod ſororis uterinæ filius potius ſub hoc capite includatur, quam excludatur, licet enim, ut dicitur in doctiſſimis dubitationibus, contra *Soccin.* conſuluerit *Angel.*, attamen ultra litteram *Text. in l. Iuriſconſultus* §. 2. *gradu, ff. de gradib. affin.* idipſum conſuluit *Roman. conſ.* 411. *n.* 6., *&* *Socinum* ſequitur *Aututus de verb. ſignific. lib.* 1. *ſub n.* 7. *verſ. idem quoque dicendum eſt*, *& conſ.* 37. *lib.* 2. *tom.* 1. & latius *Caball. conſ.* 10. *ex n.* 4. *cum ſeqq. lib.* 2.

Abſque eo, quod intrare valeat repetitio illorum verborum, - *ex eodem Patre*; quia præter reſponſiones datas in præcedenti Reſponſo §. *Nec hiſce*, hoc eſt, quod ſummopere id repugnat Statutorum odioſorum interpretationi, in qua non toleratur repetitio
55 omiſſæ qualitatis, ut in propoſito maſculinitatis non expreſſæ in Statuto reſpondit *Rot. dec.* 342. *n.* 5. 6. *&* 7. *par.* 13. quam refert, & ſequitur *Saminiat. d. contr.* 59. *n.* 15.

Verum hæc omnia quodammodo poſſunt omnino negligi, & prætermitti, cum his nullo modo indigere videamur; quantumvis enim agnita conſideratione diſcriminis inter *Rubricam* 156. *&* 157. ingenioſe motivetur in Dubitationibus, parum officere, quod *Rubr.* 156. loquatur ſimpliciter de ſucceſſione aſcendentium ex latere Matris, altera vero 157. de ſucceſſione collateralium, ſeu tranſverſalium, qui proprie noſter eſt caſus, nimirum, quia ubi nigrum eſt generalius Rubro, non liceat ab eadem Rubrica argumentari, proindeque cum generaliter ſub *eadem rubrica* 156. præſcribatur ordo ſuccedendi in linea Paterna cum prælatione maſculorum, nulla prorſus habita conſideratione Matris, & attinentium ex ejus latere, hinc proinde ſufficiat, attinentes etiam per tranſverſum ex latere Matris fuiſſe jam excluſos.

Adhuc poſthabita replicatione, quæ deſuper tribui poſſet in concurſu Rubricæ cum nigro, cum non deſint volentes, Rubricam
56 prævalere, quoties habet orationem perfectam, & claram, & quod plus eſt, contradiſtinctam (prout hic) ab altera Rubrica percutiente caſum præciſum, ad tradita in fortioribus per *Rot. coram Eminentiſſ. Ottbobon. dec.* 269. *n.* 17., *& cor. Royas dec.* 359. *num.* 15. *& dec.* 342. *n.* 16. *&* 17. *part.* 12. *& dec.* 157. *n.* 11. *&* 12. *par.* 14. *& dec.* 727. *num.* 5. *par.* 18. itaut difficile ſit, data contra diſtinctione Rubricarum, adinvenire, qui dicat, nigrum præferendum eſſe Rubricæ.

At ceſſat pro meo judicio omnis difficultas, etiam quando vellemus utramque Rubricam inſimul conjungere, quia, ſi benigne reflectatur, motivum mox attingendum eſt tantæ ſoliditatis, ut reddere videatur Cauſam manifeſtam: Reflectendum quippe eſt. quod Rubrica 156. loquitur cum ſuppoſito Matris ſuperſtitis, ſive in medio exiſtentis, quapropter licet in tali caſu literis cubitalibus ſanciret Statutum, quod Soror uterina, ejuſque filius, vel filia non ſuccederet, ſed excluderetur per Patrueles agnatos, non tamen hæc Rubrica, ejuſque diſpoſitio tam expreſſa, & tam clara foret ad noſtrum caſum allegabilis, quia cum Mater defuncti non ſit in medio,

57 dio, & per conſequens non evenerit caſus a Statuto ſuppoſitus, & diſpoſitus, corruit efficacia ejuſdem Statuti correctorii, & redeundum eſt ad Jus commune, ut ex notiſſima cenſura *Text. in l. commodiſſime ff. de liber. & poſthum.* celebre eſt reſponſum *Collegii Peruſin.* apud *Angel. conſ.* 110. *Mart. de ſucceſſ. part.* 2. *quæſt.* 3. *art.* 2. *per tot.* & ſignanter *num.* 5. ubi inquit. -- *Item cum dictum Statutum conditum fuerit in caſu particulari, quando ſola Mater excluditur, non autem univerſaliter, idea in illo caſu militat ratio, quod caſus omiſſus remanet ſub diſpoſitione Iuris communis*, Giovagnon. *lib.* 1. *reſponſ.* 1. *n.* 17. *& per tot.* ubi quod hoc procedit, etiam ſi vigeret eadem ratio, & concordant congeſti per *Torr. de primog. part.* 2. *cap.* 46. *n.* 14. *cum plur. ſeqq.* ubi multipliciter exemplificat, *Rot. dec.* 323. *n. fin. par.* 15. & alibi quotidie.

Dum igitur caſus a præfata *Rubr.* 156. ſuppoſitus, & definitus hodie non evenit, & ſic cum illius deciſione tranſiri non poteſt, neceſſario ſequitur, quod præſens controverſia ſit diſpungenda ad limites magis præciſos alterius Rubricæ loquentis de ſucceſſione collateralium, qua ſane perſpecta, impoſſibile eſt, quod fratres de Ugurgeriis remaneant a ſucceſſione de Jure communi eis debita excluſi; nam pariter ponderando caput incluſivum, non video, quod aliæ perſonæ ad fæminarum excluſionem recenſeantur, quam ſoli fratres carnales, vel conſaguinei, vel conſimilium fratrum filii, ſed de patruelibus
58 nulla mentio, nullum verbum factum eſſe dignoſcitur, quapropter non poſſe per imaginationem fieri talem extenſionem, habetur ex præcitato *Torr. de primog. cap.* 46. *n.* 16. *& ſeqq.* & prius *cap.* 45. *n.* 45. *& ſeqq. Manſ. d. conſ.* 397. *ex n.* 33. *& ex n.* 46. & in propoſito Patruelium, etiamſi concurrat ratio agnationis *Rot. dec.* 360. *n.* 22. *&* 23. *par.* 17. cum aliis optime per *Palm. Nep. alleg.* 150. *n.* 13. *& ſeqq.*

Eademque Statuti inapplicabilitas viget reſpectu capitis excluſivi: quamvis enim explicite legantur excluſę Sorores, & excluſæ filiæ fratris carnalis, non tamen ſunt excluſæ filiæ, vel filii Sororum, cumque ad effectum ſuccedenti prædicti filii Sororum, quales ſunt fratres de Ugurgeriis, non indi-
59 geant repræſentatione, ſive aſſumptione gradus materni, nec intrat regula, *ſi vinco vincentem te &c.* nec conſideratio, an perſonæ, quæ prætenduntur excludi, deſcendant a perſona, ſeu radice excluſa, ut demonſtravi in præcedenti Reſponſo ex §. *Et ſane cum ſeqq.* Addo nunc *Torr. de primog. d. par.* 2. *cap.* 45. *ex n.* 20. *cum plur. ſeqq. & cap.* 46. *ex n.* 12. *cum plur. ſeqq Manſ. d. conſ.* 397. *n.* 54. *& ſeqq.* penes quos tot alii cumulantur, ut ſuperfluum exiſtat alios deſuper inutiliter recenſere.

Rurſus etiamſi Statutum filias Sororis, ſivę conſanguineæ, ſive uterinæ litteraliter arceret, manifeſte tamen deficeret qualitas, cum qua aſſociata legitur huiuſmodi excluſio, nempe nuptiarum, & dotationis: cum hæc
60 non ſit verificabilis in maſculis, qui ideirco dici nequeunt excluſi, ut monet idem *Torr. de primog. d. par.* 2. *cap.* 45. *n.* 30. *& ſeqq. & cap.* 46. *n.* 14 *& ſeqq.*

Nec pro maiori præmiſſorum dilucidatione prætereunda videtur alia palpabilis demonſtratio, quæve proſternit totum fortaſſe robur Dubitationum, quæ vim præcipuam conſtituere videntur ſuper præfata antecedenti *Rubrica* 156.; quoniam ſi ad ſenſum earundem Dubitationum per *Rubricam* 156. Statuentes intellexiſſent ultra caſum exiſtentiæ Matris de medio generaliter excludere tranſverſales ibidem nominatas, vel includere perſonas ibidem deſcriptas, ad quid quæſo aliam immediate *Rubricam*, & Sanctionem apponere, & ad quid in capite incluſivo ſub ſequenti *Rubrica* 157. non loqui amplius de parentibus maſculis uſque ad quartum gradum ſecundum computum Decretorum, ſed coarctare cenſuram ad fratres, filioſque
61 fratrum? Statuta enim non cenſentur edita ſuperflue, imo & quodammodo contradictoriæ, ut per hæc verba reſpondit *Rot. cor. Priol. dec.* 69. *n.* 14. *& ſeqq.*

Concludendo itaque, ſi vellemus inſiſtere ſuper *Rubrica* 156., vel adhuc ſubſtentari poſſet incluſio potius, quam excluſio filiorum Sororis uterinę, vel ſaltem in omnem caſum nullam haberemus excluſionem, niſi aſcendentium ex parte Matris, & obiectum radicis infectæ non obſiſteret, quando ſuccedere prætendens non indiget repræſentatione radicis; vel quoties (ut rectius videtur, & neceſſarium) procedendo cum determinatione alterius *Rubricæ* 157. caſus eſt planus, ut nullatenus adſit hujuſmodi excluſio, niſi intendamus perperam extorquere Statuta hæc judicata pro exorbitantibus, & odioſiſſimis de caſu ad caſum, & de perſonis ad perſonas contra omnia recepta, & prorſus hodie pacifica Juris principia.

## ROMANA CAMBII.

*Merc. 26. Junii 1697.*

## ARGUMENTUM.

Quæſtio erat, an onus cambiandi per debitorem ſuſceptum durantibus tribus Feriis, intra quas Creditor cambia limitaverat, & debitor promiſerat ſortem reſtituere, cenſeretur, nec ne incumbere ipſi Debitori etiam tranſactis dictis tribus Feriis, de quo tempore conventa fuerant cambia currentia uſque ad integram ſortis reſtitutionem quandocumque faciendam; & reſolvitur, onus hujuſmodi durare ad commodum Creditoris etiam poſt primas tres ferias, & uſque ad effectivam reſtitutionem ſortis.

SUM-

*SVMMARIVM.*

1 *Cambia non debentur, niſi creditor doceat de tranſmiſſione ſpacciorum ad Nundinas ſaltem per literas, quæ nuncupantur* del ritorno.

*Limita, quando debitor ſuſcepit in ſe onus cambiandi, ſeu girandi pecunias a creditore receptas, vel tantundem per Nundinas, & Plateas, n.2.*

3 *Cambiandi onus per debitorem ſuſceptum relative ad reſtitutionem ſortis principalis, durat quouſque eadem ſors reſtituatur.*

4 *Cambiandi onus per debitorem ſuſceptum uſq; ad ſortis reſtitutionem pro tempore, quo teneri voluit ad cambia limitata, durat etiam pro tempore, quo ſe obligavit ad cambia currentia, quatenus ſortem intra primum terminum non reſtitueret & n.10.*

5 *Correctio inſtantanea contrahentium non præſumitur, immo ad eam evitandam capienda eſt qualibet interpretatio & n.9.*

*Fortius, quando militat peculiaris ratio perſiſtendi in ipſo contractu, n.7.*

6 *Novatio, ſeu animus novandi excluditur ex declaratione Partium, quod novus actus fiebat ad maiorem firmitatem contractus.*

8 *Retorqueri non debet in odium unius ex contrahentibus id, quod ejus favore fuit in contractu adiectum.*

11 *Cambiorum realitas non reſultat ex obſervantia debitoris circa illorum ſolutionem, cum non poſſint Partes reddere licitum, quod eſt de Jure illicitum.*

*Limita, quando non dubitatur de legitimitate cambiorum, ſed ſolum quæritur, cui incumbat onus cambiandi, tunc enim obſervantia ſolutionis inſervit pro declaratione animi contrahentium, n.12.*

## DECISIO XIII.

HOc ſibi fortaſſe præcipuum vindicat Sacræ Romanæ Rotæ Tribunal, quod quemadmodum in aliis Curiis citra admirationem facile, paſſimque contingit, ut quod fuerit ab uno Judice, diverſo tamen, definitum, ab alio revocetur, idipſum frequentiſſime accidat in noſtro Auditorio, nedum occaſione receſſus a deciſis, qui ab eiſdem perſonis, ſeu Judicibus practicatur ante prolationem ſententiæ ex ea animi docilitate, quam ſibi a Summo Deo deprecabatur Salomon, verum etiam infirmando ſententias latas quidem in eodem Conſiſtorio, ſed per diverſas perſonas in præcedenti Sede, ſive Turno conſtitutas, juxta illam ingeniorum; quamvis undequaque ſapientum, integrorumque varietatem, de qua poſt Vatem in illo Carmine

*Velle ſuum cuique eſt, nec Voto vivitur uno.*

erudite in propoſito iudicandi meminit *Joannes A Sande in præfat. ad dec. Friſiæ circa princip.*

Siquidem cum una, eademque Apoca Mutui, ſive Cambii exarata de Anno 1656. ad favorem Nicolai per Horatium ſub fideiuſſione, ſive obligatione ſolidali clar. mem. Julii Cardinalis Sacchetti pro illa obſcuritate verborum, quam in ſui littera præſeferebat, fuerit ex cauſa fructuum ipſius Cambii ſub Judice coram R. P. D. Gomez, & ab eo (prævia Commiſſione manu Sanctiſſimi ſignata) Rota conſulta pro Voto cenſuerit, proponente, ut moris eſt, Rev. D. meo Urſino Decano, fructus non deberi poſt novem Menſes a die confectæ Apocæ, ex rationibus inſinuatis *in deciſione edita* 8. *Februarii currentis Anni cor. eodem Rev. Decano* cum ſucceſſiva expeditione Voti, ſive ſententiæ; appellante nihilominus Barone Angelo Nicolai hærede, ac propoſito per Me ſub hodierna die dubio = *An ſententia per R.P.D. Gomez de Voto Rot. lata eſſet confirmanda, vel infirmanda* exiſtimarunt DD. ex fundamentis, quę ſibi potiora viſa ſunt, reſpondere pro infirmatione.

Quamvis enim regulariter cambia; & recambia, ſive quicumque fructus Cambiorum
1 ex cenſura *Conſtitutionis San. mem. Pii V. la.* 118. reddantur prorſus damnabiles, & illiciti abſque realitate, quam nuncupant, Spacciorum, quæ de ſtylo per Mercatores tranſmittuntur ad Nundinas, vel Plateas, itaut ſaltem eadem Spaccia debeant pro parte Creditoris iuſtificari per litteras reditus, ſicuti millies proteſtata eſt Rota (ut decet Tribunal Eccleſiaſticum) inimica etiam nominis Uſuræ, & ſignanter apud *Vbald. Jun. dec.* 147. *n.1. par.3. & cor. Duran. dec.32. n.20. & 21. Peutinger. dec.95. n.1. Bich. dec. 191. n.9. & cor. Carill. dec.282. n.3. & cor. Card. Celſ. dec.142. n. 6. & in Mediolanen. Cambii* 18. *Martii* 1654. *cor. bo. mem. Veroſpio & dec.775. n.9. par.18. rec. & præter has reliquæ in Deciſione Rev. D. mei Vrſini Decani ſub initio.*

Attamen quotieſcumque debitor, qui pecunias ad Cambium recepit, egrediendo terminos mutuatarii, aſſumit figuram quoque
2 Procuratoris; ſeu Mandatarii, ſuſcipiendo in ſe onus tranſmittendi pecunias a ſe receptas, vel tantundem ad Nundinas, & Plateas, & deficit in implendo huiuſmodi munus, tunc iure merito ratione damnorum, & intereſſe, quæ pateretur Creditor fraudatus a ſuo Mandatario, poteſt is ab eodem Mutuatario legitime conſequi (niſi fructus limitaverit ad beneficium debitoris) cambia, & recambia, quia nimirum iſta fuiſſet conſecutus, niſi debitor in ſuo munere defeciſſet, ſicuti limitando regulam præmiſſam habetur ex *Caſtal. conſult.*88. *n. 4., & 5. Card. de Luc. de Camb. diſc.9. ſub n.1. §. Et quamvis Rot. dec.500. n.6. cor. Dunozet. Jun. & d. dec.191. num.7.*

*n. 7. & ſeqq. cor. Bieb. & dec. 706. n. 1. cor. Card. Cerr. & dec. 392. n. 1. par. 16. & dec. 231. n. 13. & 14. part. 17. rec. & in Romana, ſeu Tudertina Cambiorum 19. Januarii 1680. §. fin. confirmata 5. Maii 1681. cor. clar. memor. Card. Vicecomite.*

Applicando igitur ad rem noſtram, ſive ad Apocam controverſam, tota quæſtio erat utrum in caſu regulæ, vel limitationis verſaremur, videlicet, an Horatius, qui pecunias receperat a Nicolao, illas ſuſcepiſſet cum onere illarum tranſmiſſionis ad Nundinas non ſolum per ſpatium novem menſium, ſuper quo nulla cadebat diſputatio, ſed etiam uſque ad integram reſtitutionem ſortis per tempus ſucceſſivum, & illimitatum: Opinati vero ſunt DD., quod contractus Mandati contentus in Apoca nullatenus ad novem Menſes reſtringeretur, ſub eo præcipuo fundamento, quod etſi promiſſio reſtituendi ſummam receptam legeretur conventa ad terminum novem menſium, itaut eodem termino durante nequiret Horatius cogi ad reſtitutionem per illa verba Apocæ -- *prometto reſtituire la detta ſomma al detto Signore Niccolò fra mesi nove proſſimi a venire, e poi ad ogni ſuo piacere*. Nihilominus ſuſceptio oneris girandi per Nundinas, & Plateas, ſive per cambia, & recambia eſſet illimitata, & indefinita, donec ſcilicet, & quouſque Horatius quantitatem receptam reſtitueret, ut ibi -- *prometto, e mi obligo di trarre, e mandare l'equivalente delli ſcudi 5000. per le Fiere, e Piazze d'Italia, cambiarli, e ricambiarli per le medeſime Fiere, e Piazze fino a tanto, che sarò detta reſtituzione*; proindeque cum obligatio aſſumpta
3 per Horatium foret relativa ad reſtitutionem, de plano videbatur ſequi, quod non facta eadem reſtitutione duraret pariter obligatio, & conſecutiva neceſſitas correſpondendi de fructibus Cambiorum ratione damnorum, & intereſſe, per ea, quæ in terminis valde proximis habentur *in dec 315. n. 1. & ſeqq. cor. Peutinger. & dec. 264. n. 13. & 14. par. 5. rec. dec. 71. n. 7. dec. 119. n. 2. & dec. 229. n. 3. & 4. par. 18. rec.* cum aliis, quæ annotantur *in modern. tractat. de Commerc. & Mercatur. diſc. 65. n. 45.*

Nec refragari cenſuerunt DD., quod ſucceſſive in eadem Apoca ſtabilitum fuerit inter Partes de novo, & independente contractu tranſactis novem Menſibus, ſive Feriis abſque repetitione ejuſdem oneris ſuſcepti a Mutuatario de cambiando propriis ſumptibus, & incommodo, ut ibi -- *e paſſate le ſudette trè Fiere, e non gli havendo reſtituiti li ſudetti ſcudi 5000. nel termine ſudetto, voglio eſſer tenuto a pagarli li cambj e recambj a Cambio corrente fino all'intiera, & effettuale reſtituzione delli ſcudi 5000. e delli cambj decorſi, e non pagati perchè così &c.* Exiſtimarunt etenim, ſubintelligi, vel durare eandem obligationem, quam ſubire voluerat Horatius juxta verba in præcedenti Paragrapho regiſtrata uſque ad integram ſortis reſtitutionem, & intantum fuiſſe factam differentiam unius temporis reſtricti ad tres Ferias, ac illimitati, & indefiniti, inquantum placuit Creditori in gratiam debitoris in primo termino trium Feriarum limitare cambium ad ſcuta quatuor cum di-
4 midio, ſed non impleta tunc promiſſione reſtituendi fructus in quandam pœnam contumaciæ, ſeu moræ in reſtituendo, deflectere deberent ad ordinarium eorum decurſum cambiorum, & recambiorum, firma tamen remanente ſemper aſſumptione oneris cambiandi facta per debitorem, ex his; quæ proſequendo eoſdem terminos motivantur, & reſpective reſpondentur *in d. diſc. 65. n. 45. de Commer. & Mercat.* alias namque Partes, quæ toties profeſſæ ſunt, Cambium duraturum uſque ad totalem ſortis reſtitutionem, in-
5 continenti ſe correxiſſent, quod utique non eſt præſumendum, immo ſemper ad evitandam correctionem capienda eſt quælibet interpretatio, ut poſt *Text. in l. non ad ea, ff. de condit. & demonſtr.* bene firmatur in *Romana Cambii 14. Jan. 1689. ex §. Quoniam lectura*, & ſignanter §. *Ultra quod, coram R.P.D. meo Molines*, ubi ulterius referuntur præfatæ *dec. 119. & 229. par. 18.* in quibus apparet receſſum *a decisionibus Cardinalis Cerri, & Ninot.* ſæpius allegatis *in Deciſione Rever. Urſini Decani.*

Fortius vero, quia tantum abfuit, ut cogitari potuerit, Partes voluiſſe ſe ſe incontinenti corrigere, quinimo liquet ex verbis ſubſequentibus ejuſdem Apocę, mordicus inhærere ſategiſſe oneri cambiandi per Mutuatarium ſuſcepto, ibi -- *reſtando per ſempre fermo l'obligo da me fatto di far andare, e tenere nelle Fiere, e Piazze d'Italia li ſcudi 5000. di maniera che per la facoltà ſeguente non s'intenda mai receduto dalla ſudetta convenzione, & obligo ne io liberato dal peſo, & obligo di trarre, e far trarre li ſudetti ſcudi 5000. nelle Fiere, e Piazze, ſenza che detto Signor Niccolò ſia tenuto di ciò a fare diligenza alcuna*; Nil autem magis repugnat animo novandi conventionem, quam expreſſa proteſtatio retinendi, conſervandique eamdem conventionem, ut ait *Surd. conſ. 345. n. 11. verſ. Multo minus, Rot. dec. 30. ſub n. 2. verſ. Tum quia aperte conſtat, part. 2. diverſ. & dec. 316. n. 22. cor. Bieb. & dec. 131. n. 10. & ſeq. cor. San. mem. Alex. VIII. & in altera Romana* Cambii *1. Julii 1695. & 27 Januarii 1696. utrobique §. 2. cor. Emerix Jun.*

Parumque relevare crediderunt DD. quod hujuſmodi proteſtatio, ſeu præſervatio (juxta intellectum attributum in *Deciſione Rev. Decani*, & hodierna die per Informantes pro hæredibus D. Cardinalis) percuteret dumtaxat primum caſum, ſeu terminum novem Menſium, quorum reſpectu conſenſerat Creditor

ditor, cambium non excedere ſcuta quatuor
cum dimidio ibi -- *perebè per queſto, & a
queſto effetto ſiè contentato di limitare ilCambio
alla ſomma di ſcudi quattro, e mezzo*: Ultra
enim, quod ſuperflua extitiſſet hujuſmodi
repetitio, ex quo ſatis abunde, & litteraliter
conventum fuerat, durante ſpatio novem
Menſium onus cambiandi incumbere Mu-
tuatario ſeu debitori; Nihilominus potius
eadem præſervatio videbatur opportune
adjecta addenotandum, quod ex quo Cre-
ditor indulſerat pro primis novem menſi-
bus cambia limitare, idcirco jure merito in
correſpectivitatem beneficii debitor expri-
mebat, quod non obſtante variatione cam-
biorum a limitatis ad illimitata, relevare in-
tendebat benevolum Creditorem a ſollicitu-
7 dine cambiandi, ideoque eo minus præſumi
poteſt correctio, quando etiam adeſt pecu-
liaris ratio perſiſtendi in ipſa conventione,
ut proſequitur *Gratian.diſcept.648.num.8.&
ſeqq.* & ſignanter *ſub nu.11.verſ. cum præſer-
tim*, cum aliis ſuperius allegatis *in §. Nec re-
fragari*.

Idque manifeſtius effici apparebat, quia
antequam apponerentur illa verba præſerva-
tiva aſſumptæ ab initio obligationis cam-
biandi, leguntur illa -- *e per maggior cautela
di detto Signor Niccolò ſe li do anco facoltà di
poter cambiare, e ricambiare li ſcudi5000., e far-
li cambiare, e ricambiare da altri Mercanti &c.
ſenza altra citatione, o intimatione &c. promet-
tendo ſtare alle partite de i loro libri &c.* quam-
obrem cum evidenter eluceat, Partes intelle-
xiſſe ad maiorem cauthelam addere jura Cre-
8 ditori, credibile non erat, eaſdem Partes cogi-
taſſe minuere, vel tollere obligationem præ-
cedentem, quæ enim ſunt addita ad augen-
dum favorem, nequeunt ullo modo in
odium, & diminutionem retorqueri, reſi-
ſtente ratione *Text.in l.quod favore, Cod.de le-
gib.* ut punctualiter obſervat *Rot.dec.706.n.8.
& dec.737.n.4.cor.Card.Cerr.& d. dec. 229.
n.5.& ſeq.par.18.rec.*

Comperto itaque, quod cambiandi mu-
nus volitum, & aſſumptum a debitore ne-
quaquam fuerit reſtrictum ad terminum no-
vem Menſium, ſed potius uſque ad totalem
ſortis reſtitutionem ſępius repetitam in Apo-
ca, ſubiungebat unus ex Dominis, quod il-
la (ſi quæ aderat) Apocæ obſcuritas, vel
contradictio, ſive potius nimis ſtudioſa ver-
borum replicatio, in hunc tamen ſenſum
conſpirare poſſet, & reſpective valerent con-
ciliari gemini illi contractus, ſeu conventio-
nes ponderatæ in *Deciſione Reu. Decani*, nimi-
rum in prima parte circa terminum novem
Menſium, quod ſi debitor beneficio limita-
tionis ad rationem ſcutorum quatuor cum
dimidio perfrui intendebat, adſtringeretur
ipſe pecunias per Nundinas, ac Plateas gira-
re, eodem vero termino præterlapſo, & ſic
in ſecundo caſu quoties Creditor exigere
optaſſet pro fructibus ultra rationem con-
ventam ad quatuor cum dimidio, obligare-
tur ipſe pecunias hujuſmodi tranſmittere,
ſeu girare, & ob hanc rationem tranſactis
novem Menſibus pro tribus Feriis cambium
limitatum vertebatur in currens, dabatur-
que Creditori facultas, etiam abſque citatio-
ne, cambiandi ad cambia rigoroſa: iſtoque
9 intellectu, ſive conciliatione retenta, pacta,
ac verba, quæ prius videri poterant pugnan-
tia, egregie ad invicem compatiebantur,
commodamque recipere videbantur conci-
liationem, & concordiam, prout ſemper fa-
ciendum eſſe monuit *I.C.in l.ubi repugnantia,
ff. de reg. Jur.* & communiter *Canoniſtæ in cap.
cum expediat, de elect.in 6.Menoch.conſ.455.n.
5.& 6.Altograd.conſ.87.n.23.lib.1.Rot.in Ra-
vennaten. ſeu Faventina* Cambii *coram Card.
Cerr.dec.762.n.6.* & alibi paſſim.

Adſtipulantibus poſtremo etiam veriſimi-
litudinibus magnam præcordiis Judicum
vim inferentibus, altera ſcilicet ſuperius ta-
10 cta, ac etiam *in d.diſc.65.n.45.de Commerc.
& Mercatur.*. nimirum, quod ſi Horatius
debitor honeſtum putavit ſubire onus cam-
biandi, quando interim præfato termino
durante non poterat cenſeri moroſus in re-
ſtitutione ſortis, quare non ad idem teneri
debebat incurſa mora, ac ſorte non reſtituta
poſt novem Menſes? Et altera derivante ab
obſervantia, ex quo debitor etiam effluxo
tempore novem Menſium abſque hæſitatio-
ne perſolvit hujuſmodi fructus cambiorum,
11 licet enim, ut fuerat reſponſum in *Deciſione
Reu.Decani*, ſola obſervantia deſervire non
valeat pro legitimitate cambiorum, ex quo
nequeunt Partes licitum reddere, quod de
Jure eſt illicitum, quando tamen dubitari
12 rationabiliter contingit, an quid fuerit lici-
tum, vel illicitum, obſervantia ipſa admo-
dum inſervit pro declaratione animi contra-
hentium, ut in his ſpecialibus terminis ha-
betur *in deciſ.829.n.9.coram Dunozett. Jun. &
in recent.dec. 199.& 256.* utrobique *num. 12.
par.10.dec.71.n.6.& dec.229.num.11.& ſeqq.
par.18. & dec.706.n.9.& ſeqq.cor.Card.Cerr.
& in d.Romana Cambii 14.Januarii1689.§.fin.
cor.R.P.D.meo Molines*.

Et ita utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

PRæceſſerat hanc Deciſionem (quæ habetur
etiam impreſſa *ad ornatum Card. de Luc.ta.
1.ſub tit.de Credit.dec.1.& inter Dec.diverſ.col-
lect.per Palm.Nep.tom.2.dec. 200.*) contraria
Deciſio *coram Urſino Decano ſub die 8.Febrna-
rii ejuſdem anni* 1697. cum ſubſequenti Cauſæ
expeditione *ſub die 27.Martii*, quando varia-
to Turno, & devoluta appellatione ad Me
ultimum in præcedenti diſputatione Vo-
tan-

tantem, quatuor in ordine ſuccedentes Auditores fuerunt in ſenſu contrario; unde ad tollendam eam admirationem, quæ forſan apud ignaros ſuboritur ex cauſa hujuſce contrarietatis, & conflictus adverſantium reſolutionum in eodem Tribunali, oportuit quodammodo in proœmio hujus Deciſionis tangere motivum undique juſtum, & rationabile ſimilium contrarietatum, quod & uberius exponetur, & explanabitur inferius in altera Deciſione *Romana Communantiarum, & Fontanilis*.

Et quoniam hæc eadem Deciſio fuit ſucceſſive confirmata pariter ſub *die* 9. *Decembris ipſius anni* 1697. *coram Me*, idcirco exitum totalem ejuſdem Cauſæ cum ſuis notabilibus recenſebo infra ſuo loco, abſque eo, quod præſenti Deciſioni operæ pretium exiſtat aliquid ſuperaddere, cum materia Cambiorum, de qua tractatur, ultra loca in Deciſione allegata, fuſe examinetur *in Tract. de Commerc. & Mercat.*

## FAVENTINA JURIUM PAROCHIALIUM.

*Veneris* 17. *Iunii* 1697.

### ARGUMENTUM.

Expenduntur plurima ſigna, & argumenta, ex quibus probatur, aliquam Eccleſiam eſſe Matricem ſupra cœteras Parochias. & refelluntur ea, quæ pro excludenda Matricitate in oppoſitum afferebantur ex parte Rectoris Eccleſiæ filialis; Et plene examinatur materia *Text. in cap. non ignores* 15. *de Preben.* utrum nempe repugnet dari in eadem Eccleſia Parochiali plures Rectores, apud quos equæ principaliter reſideat Cura Animarum.

### SUMMARIUM.

1 *Enunciativa ſerio emiſſa per Ordinarium in actu Viſitationis præmaxime attenditur, & de ratione.*

2 *Matricitas alicujus Eccleſiæ probatur ex declaratione ſerio emiſſa per Ordinarium in actu proportionato Viſitationis ejuſdem Eccleſiæ, & n.* 14.

*Item ex confeſſione Rectoris Eccleſiæ Filialis, n.* 6.

*Amplia, ut hujuſmodi confeſſio, quando eſt adminiculata, præjudicet etiam futuris Rectoribus, n.* 8. *&* 9.

*Rurſus probatur ex promiſcua adminiſtratione Sacramentorum facta habitantibus in alienis Parochiis, n.* 16.

*Item arguitur ex aliis conjecturis, & demonſtrationibus, de quibus n.* 18. *& ſeqq. & præſertim, n.* 26.

3 *Referens abſque relato non probat.*

*Fallit, quando in referente habetur tota ſubſtantia, vel tenor relati, tunc enim non eſt neceſſe de relato aliter docere, n.* 5.

4 *Enunciativa magnum fomentum recipit ab antiquitate Inſtrumenti, vel actus, in quo fuit emiſſa.*

7 *Confeſſio ſuperat quodcumque aliud genus probationis.*

8 *Confeſſio anteceſſoris, quando eſt adminiculata, præjudicat etiam ſucceſſoribus in Dignitate.*

10 *Inſtrumentum ad hoc, ut probet, quæ requirantur.*

11 *Inſtrumentum a Notario confectum in antiquis probat, etiamſi non conſtet de Notariatu ejus, qui de illo rogatus fuit.*

12 *Notariatus qualitas an excludatur ex eo, quod non appareat de aliis rogitibus confectis ab illo, qui Inſtrumentum, de quo agitur, exaravit.*

13 *Negativa, ejuſque probatio non concludit, niſi etiam coarctetur per excluſionem cujuſcumque contrariæ poſſibilitatis.*

15 *Viſitatoris Apoſtolici aſſertioni, ſeu declarationi plurimum defertur.*

17 *Relationes Ordinariorum tranſmiſſæ Sacris Congregationibus Urbis, quæ eos conſuluerunt pro informatione, valde attenduntur.*

19 *Uxor non poteſt eodem tempore habere plures Viros.*

*Exemplifica in uno, eodemque corpore, quod non poteſt habere plura capita, ibidem.*

20 *Duo Parochi in eadem Parochia eſſe non poſſunt. Contra n.* 21.

*Declara, ut n.* 22. 23. *&* 25.

24 *Duæ Parochiæ non poſſunt ab uno, eodemque Paroco retineri abſque diſpenſatione Apoſtolica.*

27 *Unio Beneficii excluditur eo ipſo, quod conſtat, fuiſſe collatum in titulum.*

28 *Matricis Eccleſiæ Rector regulariter deputat Rectores ſubalternos in Eccleſiis Filialibus.*

*Declara, id procedere, dummodo Eccleſiæ filiales fuerint constructæ ſumptibus ejuſdem Rectoris Eccleſiæ Matricis, alias ſecus, n.* 30.

29 *Unio Eccleſiæ Parochialis concludenter probata non excluditur ex eo, quod aliquando fuerit collata per Concurſum, & de ratione.*

31 *Ordinarius habet Juris aſſiſtentiam in collatione Beneficiorum, quorum fundator non eſt certus, vel ſi eſt certus, non tamen ſibi expreſſe, vel tacite reſervavit jus præſentandi.*

32 *Matricis Eccleſiæ Rector quas præeminentias obtineat in, & ſuper Eccleſiis Filialibus, remiſſive.*

33 *Exemplar, ſeu copia Teſtamenti, an ſufficiat pro obtinenda immiſſione in vim* l. fin. Cod. de Edict. D. Hadr. toll. *remiſſive.*

*Et quid, ſi concurrat illius obſervantia, n.* 35.

34 *Vitium ſcripturæ, vel Inſtrumenti ceſſat, quando defectus non eſt in parte ſubſtantiali, & caracter eſt eiuſdem Notarii.*

35 *Obſervantia per tempus longiſſimum dat robur ſcripturæ, etiam alias informi.*

36 *Teſtamentum, quod ob temporis antiquitatem reperitur aliqualiter corroſum, an ſuffragetur pro obtinenda immiſſione.*

37 *Sumptum adminiculatum ab obſervantia probat, ac ſi eſſet originale, & n. 38.*
39 *Sumptum alicuius publicæ ſcripturę regiſtratum in aliqua cauſa de Partibus, an habeat executionem in Curia.*
40 *Immiſſio competit etiam vigore Codicillorum.*
41 *Codicilli dicuntur pars Teſtamenti.*

## DECISIO XIV.

APpellantibus a ſententia Vicarii Faventini Rectoribus Eccleſiæ S. Michaelis ſitæ in Terra Bagnacaballi ſub aſſ. gravamine, quod idem Vicarius perperam definiviſſet, competere Archipresbytero alterius Eccleſiæ S. Petri *in Sylvis* nuncupatæ prope Mænia ejuſdem Terræ exiſtentis quamplura jura honorifica, & præeminentialia non minus extra, quam intra præfatam Eccleſiam S. Michaelis in vim unionis, & ex titulo Matricitatis una cum ſimultanea Curæ Animarum adminiſtratione mediante miniſterio unius Cappellani viciſſim, ſive per Turnum in Hebdomadas tripartitum deputari conſueti ab eodem Archipresbytero in Eccleſia prædicta, DD. reputarunt, injuſtam fuiſſe conqueſtionem Rectorum, & idcirco dubio a Me propoſito reſpondentes dixerunt, conſtare de bono Jure Archipresbyteri tam ad prædictum effectum Curæ, quam præeminentiarum.

Prætermiſſo namque uti minus neceſſario
examine Unionis Eccleſiæ S. Michaelis reſpectu Eccleſiæ Archipresbyteralis Sancti Petri,
quantumvis eandem unionem DD. exiſtimarent, abunde fuiſſe comprobatam pro parte
Archipresbyteri, citra dubium amplexi fuerunt titulum Matricitatis ſatis effulgentem
nedum ex antiquiſſima origine per Hyſtorias, & ſignanter per *Rubeum*, qui Faſta Ravennatenſia compilavit *lib. 5. fol.* 240., ſed
etiam ex Viſitatione duobus ante ſæculis, &
ultra expleta per Epiſcopum Faventinum,
videlicet uſque de Anno 1486., in qua præciſe habetur -- *Archipresbyteros Eccleſię S. Petri in Sylvis Matricis ſemper fuiſſe, & eſſe Parocos veros, & principales Bagnacaballi, & Curatos S. Michaelis eſſe illius ſubſidiarios*; quapropter conſtito de hoc antiquitatis primordio,
1 & de hujuſmodi declaratione in actu proportionabili emiſſa per Ordinarium, qui ad
normam officii paſtoralis, quo pollet, rite,
recteque præſumitur non ſine matura animi, ac rei perquiſitione, & deliberatione
conſimiles inire declarationes, ut ſæpius dixit
*Rota*, & præſertim *in dec. 125. num. 4. poſt Vivian. de Iurepatr. & dec. 168. n. 13. par. 10. & dec. 456. num. 4. & 5. par. 18. rec.* cum cæteris *in Urbanien. Archipresbyteratus 17. Maii proxime præteriti* §. *Validius, coram Me*; ſuf-
2 ficiens emergere ejuſdem Matricitatis documentum habetur in propoſito ex *deciſ. 724. ſub num. 3. verſ. Et demum. part. 3. recent. & dec. 397. num. 5. & ſeqq. par. 13., & dec. 284. num. 4. par. 14. dec. 39. num. 7. & dec. 281. n. 20. par. 15.*

Nilque ad enervandam probationis hujuſmodi efficaciam officere viſa eſt objectio
Rectorum, quod de hac Viſitatione non
conſtaret per Codices, & Monumenta ipſius
particularis Viſitationis, ſed tantummodo
per ſimplicem enunciativam editam ſub anno ſubſequenti 1487. per Curatos, ſive Presbyteros Eccleſiæ S. Michaelis juxta Inſtrumentum publicum exhibitum in hodierna
3 Audientia per Archipresbyterum, obſiſtente regula, ſive adagio, quod referens ſine relato non probat, ad *Text. in l. ſi ita ſcripſero, ff. de condit., & demonſtr., & in Auth. ſi quis in aliquo, ubi DD. communiter, Cod. de eden.*: Quo-
4 niam; ultra quod antiquitas ipſa magnum
de per ſe robur adiicere poſſe videbatur
enunciativę, ex recepta Theorica *Aretin. in cap. cum cauſa n. 9., & 10. de probat.*, de qua *Rot. cor. Cavaler. dec. 599. n. 6. & cor. Buratt. dec. 636. n. 4., & dec. 240. n. 6. cor. Card. Cerr. & in Amparien. ſeu Civitaten. Unionis 19. Iunii 1682.* §. *Firmato itaque in fine, cor. Reverendiſſ. D. meo Decano.*

Nihilominus tunc ſine relato referens non
probat, quando dubitari contingit, vel de te-
5 nore, vel de circumſtantiis actus relati; Sed
quando, ſecundum verba ſuperius recenſita, tota emergit ſubſtantia ejuſdem actus
per orationem undequaque perfectam, &
determinatam, non eſt neceſſe in medium
exhiberi relatum, ex doctrina *Bart. in Extrav. ad reprimendum in verb. prout n. 2. Surd. conſ. 540. n. 7. De Angel. de Confeſſ. lib. 2. qu. 5. n. 1. Rot. cor. Merlin. dec. 652. n. 6., & 7., & cor. Dunozett. Jun. dec. 375. n. 10. & dec. 729. n. 9., & cor. Bich. dec. 55. n. 15. & in rec. dec. 182. n. 10. par. 9., & dec. 213. n. 7. par. 10.*

Et ob id robuſtius urgebat hujuſmodi
enunciativa, quia legebatur appoſita, ut
præmiſimus, in publico antiquiſſimo Inſtrumento ſucceſſive confecto per Curatos
S. Michaelis, qui præfatæ Viſitationi, ſive
declarationi proprii Ordinarii (ut par erat)
inhærentes, verbo Sacerdotis confeſſi ſunt,
Eccleſiam S. Petri extitiſſe ſemper Matricem
etiam ex ipſa obſervantia ab antiquiſſimo
tempore, & de quo non aderat memoria in
contrarium ſubſequta; unde retenta ſemper
6 illa religione, quam ſecum fert ipſa vetuſtas,
magnum ex prædicta confeſſione pro Matricitate fulcimentum reſultare, alias in ſpecie reſpondit *Rot. dicta dec. 397. n. 2., & ſeqq. par. 13., & dec. 284. ſub n. 4. verſ. Cui adſtipulatur, part. 14. dec. 39. ſub num. 6. verſ. Quod ipſum, & dec. 281. ſub num. 19. par. 15.* & concordat *Pignatell. conſult. Canon. t. 9. conſult. 109. ſub num. 2.*

Præcipue vero, quando eadem confeſſio,
quæ

7 quæ regulariter ſuperat omne genus proba-
tionis, per *Text.in l. generaliter*, *Cod.de non*
*numerat.pecun.*, communitur ex aliis proba-
tionibus, & adminiculis, in quibus ſane ter-
8 minis, licet agatur de Rectoribus ſucceſſo-
ribus in Dignitate dumtaxat, non autem in
obligatione ſervandi, implendique confeſ-
ſionem defunctorum, veluti jure proprio
venientibus, adhuc tamen confeſſionem ple-
ne probare palam eſt, ex deductis per *Add.*
*ad Buratt. dec. 453.n.11.Rec.dec.29.n.7.apud*
*Poſſh.de Manut.,& dec.15.n.16.,& 17.part.6.*
*rec.,& dec.161.n.9.cor.Card.Cerr.,& dec.213.*
9 *n.41.,& 42.part.17.* & in puncto Matricita-
tis *eadem Rot.d.dec.397.nu.3. verſ. Quinimo*,
*par.13.rec.*

Sentientes itaque vim hujus antiquiſſimæ
enunciativæ, & reſpective confeſſionis, a
qua validiorem impulſum recipiebant cœ-
teræ probationes, & argumenta inferius ad-
nectenda, magnum conatum ponebant ſcri-
bentes pro Eccleſia S.Michaelis in negando,
quod prædictum Inſtrumentum fidem ali-
quam mereri poſſet, ex quo noſcebatur ex-
tractum, ſeu levatum a ſuo Originali, immo
& ipſum Originale confectum per perſonas,
quas neutiquam apparebat eſſe ſuffultas pu-
blica qualitate Notariatus, prout erant An-
nibal, & Sigiſmundus fratres a Curru. quo-
rum primus Originale ipſum exaraverat, &
ſecundus exemplaverat, idque convinci ſub-
jungebant ex rimatione utriuſque Archivii
Sæcularis, & Eccleſiaſtici, in quibus nullum
veſtigium, nulla ſcriptura, quæ fuiſſet exa-
rata per hos fratres, aſſervabatur: Verum
objectionem hanc non ſubſiſtere, ſeu rele-
10 vare compertum fuit; cum enim prædictum
Inſtrumentum a Sigiſmundo exemplatum
in ſui facie omnia teneret requiſita publici
Inſtrumenti, nimirum diem, Menſem, An-
num, indictionem, locum, & reliquas alias
ſolemnitates ex præſcripto Jurium, & SS.
Canonum requiſitas, ut in *cap.1.& in cap.cum*
*P.Tabbellio,de fid.Inſtrum.*, fueritque in filtia
Inſtrumentorum repertum, & quod plus eſt
11 obſervatum, DD. non dubitarunt, quo mi-
nus eidem Inſtrumento fides ampliſſima ha-
benda ſit, maxime, in adeo antiquis, ſecun-
dum firmata ſæpius per *Rot.*, & præciſe in
*dec.21.§.Ad ſecundum,cor.Martin,Andr. &*
*coram Buratt, deciſ.611.n.2.,& coram Coccin.*
*dec.2358.n.13.,& ſeqq.,& dec.17. n. 4.,& 5.*
*cor.Arguell.*

Siquidem illa negativa, videlicet quod
prædicti duo fratres Annibal, & Sigiſmun-
dus non forent Notarii, ex quo nullum
aliud Inſtrumentum appareret ab eis confe-
12 ctum, utique per plures poſſibiles, & ſimul
juridicas reſponſiones valebat elidi, inter
quas ſuperabundabat illa, quod forte, vel
iidem fratres neglexerint redigere in Volu-
mina, ſeu Protocolla eorum Inſtrumenta,
vel ex oppoſito eorum rogitus in unum, vel
plures Codices colligando idcirco anſam
præbuerint, quod vel ſingularia Inſtrumen-
ta, vel Protocolla ipſa fuerint ſubtracta,
combuſta, vel alio caſu, aut malitia per ſpa-
tium unius, vel alterius ſæculi deperdita,
13 quando de natura negativæ eſt, ut niſi illa
coarctetur per excluſionem poſſibilis in op-
poſitum, nihilo attendatur, teſte *Card. de*
*Luc.de Paroch.diſc.2.n.10. Rot. coram Ubald.*
*dec.884.n.5.,& cor. Dunozett. Iun. dec. 855.*
*n.9,& dec. 29.n.70. par. 7. rec., & dec. 400.*
*n.15.,& 18 cor.Bich.*

Firma igitur remanente baſe Viſitationis,
& confeſſionis, non defecerunt ulterius ma-
nifeſtiores etiam demonſtrationes ab actibus
ab inde citra ex parte Archipresbyteri de-
ductis, & juſtificatis: Primo etenim inter-
cedebat alia forte efficacior Viſitatio man-
dante Sa:Me:Gregorio XIII. de Anno 1573.
expleta per Epiſcopum Majoricen.qui ſuam
Apoſtolicam delegationem exercendo ex-
preſſe pariter declaravit, Eccleſiam S.Petri
principalem eſſe,ac Matricem Terræ Bagna-
14 caballi: quamobrem,& ex hac circa legali-
tatem incontroverſa Viſitatione, quę ada-
muſſim in ſui medulla conjungitur cum al-
tera, de qua ſupra,ſæculi præcedentis,magis
corroborari eamdem Viſitationem præce-
dentem, ſed etiam de per ſe ſummopere
prodeſſe ad oſtendendam Matricitatem, ul-
tra ſuperius allatos videre eſt penes *Rot. de-*
*ciſ.90.ſub n.15.verſ. Quæ omnia, & num. 16.*
*part.16.rec.*

Abſque eo, quod audiri mereretur im-
pugnatio facta per Rectores ad hanc poſtre-
mam Viſitationem ſub pretextu, quod ver-
ba præfatæ poſterioris Viſitationis proceſſe-
rint de ore, ſive ad dictamen Archipresby-
teri: Quia, quatenus pertinet ad Matricita-
tem, contrarium enituit ex ipſa lectura, di-
ſcretive ad nonnulla alia, quæ Viſitator fi-
deliter expreſſerat uti aſſerta per Archipre-
sbyterum; & ſane nec etiam præſumi pote-
15 rat diverſimode ſe geſſiſſe Viſitatorem,
quem Pontificia providentia ſelegerat, ut
in ſpecie de Viſitatore Apoſtolico liquet ex
congeſtis per *Rot.cor.Duran.dec.23.n.4.& 5.,*
*& dec.144.ſub n.5.verſ.Præterea,& cor.Card.*
*Cerr. dec.240.n.6.,& 7., & dec.234.num. 15.*
*part.16.rec.*

Secundo probationem reſultantem ex hi-
ſce Viſitationibus concomitabantur Teſtes
allati per eumdem Archipresbyterum, qui
ſupra hominum memoriam profitentur, Ec-
cleſiam S.Petri agnitam extitiſſe ſemper pro
Matrice, adeout ad noviſſima etiam ho-
dierna tempora conſueverint habitatores,
16 & incolæ memoratæ Terræ Bagnacaballi
Paſcalia Sacramenta recipere veluti in pro-
pria Parochia in eadem Eccleſia S. Petri:
quam utique probationem eſſe de urgentio-

ribus ad concludendam Matricitatem; uno
ore affirmarunt relati per *Pignattell.conſult.*
*Canon.*109.*n.*4.*tom.*9.*Panimoll.dec.*5.*n.*12.,*&*
13.,& ibidem *in annot.*1.*nu.*10.*Rot.cor. Pamphil.dec.*578.*n.*7.ibique *Add.n.*10.*Pentinger.*
*dec.*17.*n.*3.,*&* 4.,*& cor. Bich.dec.*97.*nu.*23.,
*& dec.*169.*n.*26.,*et in rec.dicta dec.*397.*nu.*8.
*cum ſeqq.par.*13.;*et dec.*7.*ſub n.*2.*par.*18.

Tertiò in idem conſpirabat moderna relatio Vicarii Faventini; quam ante ſententiam a ſucceſſore ſuo prolatam exhibuerat S.R.E. Cardinalibus Sac. Concilii Tridentini interpretibus; Ea namque relatio non ſolum adhæret ſuper hoc puncto Matricitatis Viſitationi mox laudatæ, ſed etiam teſtificatur, ad præſens idcirco Archipresbyterum S.Petri detinere ad exercendam Curam Animarum in ipſa Eccleſia Bagnacaballi Cappellanum a ſe deputatum cum turnaria partitione per Hebdomadas: admodum au-
17 tem attendendas eſſe conſimiles Relationes, quę per Ordinarios ad Sacras Congregationes tranſmittuntur, reſpondit *Rot.dicta dec.*234.*n.*16.,*&* 17.*part.*16.*dec.*305.*n.*12.*&*
*dec.*460.*n.*9.,*et* 10.*part.*18.,*et dec.*685.*n.*9.
*cor.Card.Cerro*.

Quarto magnum fomentum hiſce omnibus adjicere viſa eſt ordinatio cla:mem:Cardinalis Cennini, quam de Anno 1634. veluti tunc munus implens Epiſcopale idem Cardinalis edidit ad obtruncandas controverſias non ſolum eo tempore ſubortas, ſed etiam in futurum occurendas, dum in ea plura ſanciuntur, quæ non poſſunt congruere, niſi Eccleſię Matrici, & Superiori, nimirum, ut Archipresbyter præcedat Rectoribus tam in Eccleſia, quam extra, ſolemniter benedicat Fonti Baptiſmatis, & Auguſtiſſimum deferat Sacramentum in Proceſ-
18 ſione SS. Corporis Domini: hæc namque ſigna, juncta cum detentione Cappellani ad exercendam curam Animarum in ipſa Eccleſia S. Michaelis, undequaque ſapere, ac præſeferre Matricitatem, frequenter patet, & præcipue apud *Vitalin. inClem.*1.*nu.*13.*de ſentent.excom.Pignattell.dicta conſult.*109.*n.*3.
*& ſeqq. & conſult.*107.*n.*2.,*&*5.*tom.*9.*Rot.cor.*
*Seraphin.dec.*105.*per tot.*,*et in Romana Præbeminentiarum* 16. *Iunii* 1679.*ex* § *Cæterum cum plur.ſeqq.confirmata* 13. *Junii* 1681.*cor.*
*bo:me:Rondinino*.

Quinto tandem palpare quodammodo faciebat Matricitatis prærogativam raritas fortaſſe caſus, cum quo procedebatur in regimine Eccleſiæ S. Michaelis, & reſpective in adminiſtratione Curæ, cum ex præmiſſa relatione Sacræ Congregationi Concilii exhibita per Ordinarium, & ex unanimi Teſtium depoſitione conſtet, quod Eccleſia S. Michaelis nullis certis diſtinctis limitibus reſpectu Curæ ſeparatur, ſed adhæſive ad Confinia Eccleſiæ Archipresbyteralis exercet Animarum Curam per ſuos Curatos, inter quos numeratur etiam Cappel-
19 lanus deputari aſſuetus per Archipresbyterum; cum enim abſonum, & monſtruoſum foret, ſi vel una Sponſa plures Viros, vel unum corpus plura capita teneret, ut de primo caſu *Text.* eſt *cap.*1.*de ſponſ. duor.*, & de ſecundo *in cap.quia pleriſque*, *de offic. Ordin.*,
20 ita ad tollendam hanc monſtruoſitatem neceſſe erat inferre, quod hi omnes in Eccleſia S.Michaelis figuram Parochi exercentes reputandi potius venirent (ut bene declarabatur in prædictis confeſſionibus, & Viſitationibus) tamquam ſubſidiarii Miniſtri ſubalternantes in exercitio Curæ alteri, qui ſit habitu verus Parochus, verus Sponſus, & verum Caput ejuſdem Eccleſiæ tamquam Pręlatus, ſive Archipresbyter Eccleſiæ Matricis, quemadmodum tradiderunt *Gratian.diſcept.*865.*n.*23.*cum ſeqq.Gonzal.ad Reg. Cancell.gloſſ.*6.*n.*42.,*& ſeqq.*late *Lotter.de re beneſ.*
*lib.*1.*qu.*20.*ex n.*110.*cum plur.ſeqq Murg. de Beneſ.quæſt.*2.*n.*351.,*& ſeqq.Rot.dec.*52.*n.*17.
*cum* 2.*ſeqq.part.*2.*diverſ.*,*& deciſ.*377.*n.*9.*&*
*ſeqq.coram Bich.*.*& dictu dec.* 397.*n.* 8. 9. 10.
*part.*13.,*& dec.*284.*n.*5.*part.* 14.,*& dec.* 39.
*n.*2.*&*3.,*& n.*12.*par.*15.,*& dec.*90.*n.*3.4.*&*5.
*part.*16.,*& dec.*516.*n.*2.*cum ſeqq.part.* 18.,*&*
*in Novarien. Portionum Parochialium* 4. *Julii*
1696.§. *Præterea*, *coram R. P. D. meo Molines*.

Non adverſante, quod juxta firmata per
21 DD.*in cap.non ignores* 15.*de præbend.*nempe per Io:*Andr.Hoſtien.Innocent.Butr.*, & alios, quos refert *Rot.dec.*90.*n.*10.*part.*16.,*& dec.*
225.*num.*2.*part.*19., contingant caſus, quod Juri non repugnet, dari in eadem Eccleſia plures Curatos, apud quos in ſolidum Cura ipſa reſideat. Siquidem, quidquid ſit, an
22 ad effectum, ut plures exercere valeant Curam in ſolidum, de rigore exigatur, quod adſit tertius, penes quem radicetur, & ſubſiſtat jus formale Parochialitatis, ex quo tunc certo certius actuales perſonæ adminiſtrantes animarum Curam repræſentent figuram ſimplicium Adiutorum, ut cenſuit antiquioribus relatis *Rot.dicta dec.*90.*nu.*11.
*par.*16., ſive potius ſubſtineri etiam valeat,
23 quod illa unicitas, quæ neceſſaria eſt in hoc ſponſalitio ſpirituali inter Eccleſiam, & Rectorem, conſervari poſſit in pluribus, qui ſe habeant ad modum unius, ut in ſuo caſu exiſtimavit *Rot.dicta dec.*225.*n.*3.,*&*4.*par.*19.
hoc tamen congruere poſſe non videbatur præſenti hypotheſi, ex quo inter iſtos Curatos adſcribebatur, & actu exercebat eamdem Curam Cappellanus ab Archipresbytero deputatus, ſignum evidens, quod Cura habitualis ſaltem in ea parte, quæ per hujuſmodi Cappellanum adminiſtrabatur, reſidet penes Archipresbyterum; ideoque cum inter ipſum Archipresbyterum, & alios Curatos

ratos non poſſet dari perfecta ſocietas colle-
giativa, tum quia inter inferiorem, & ſupe-
riorem non cadit iſti ſocietas, ſed unio tan-
tum Corporis moralis, ſive intellectualis,
ſicut eſt illa ſocietas, quæ datur inter caput,
24 & reliqua membra, tum ex eo, quia alias da-
retur; quod Archipresbyter S. Petri foret Cu-
ratus duarum diſtinctarum Parochiarum,
quod ſine diſpenſatione fieri nequit, ex ſan-
citis *in cap. de multa, de præbend. & in Concil.
Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. Murga de Benef.
queſt. 3. n. 442. Card. de Luc. de Iurepatr. diſ. 13.
n. 9. Rot. dec. 357. n. 6. part. 15.* cogimur id-
circo concludere, præſertim junctis aliis de-
25 monſtrationibus, ut ſupra, quod revera
unica ſit Parochia, ſed pro majori commo-
ditate Oppidi, ſive Terræ non exiguæ Ba-
gnacaballi, adaucti fuerint alii Operarii ad
Curam adminiſtrandam, ut eſt regulare in
omnibus Eccleſiis filialibus, & dependenti-
bus a ſua Matrice; & quod revera una ſit
Parochia, & unus Parochus ſaltem habitu,
optime in ſimili animadvertit *Tondut. quæſt.
benef. par. 1. cap. 56. n. 9. Panimoll. dec. 5. annot.
1. n. 47. cum 2. ſeqq. Pignatell. d. conſ. 109. n. 1.
tom. 9. Card. de Luc. de Juriſd. diſc. 30. n. 5.
Rot. dec. 7. n. 7. & 8. & n. 10. par. 18.*

Ac demum ſexto præmiſſa omnia valida-
bantur firmiori vi, perpendendo, quod Ar-
chipresbyter in actu capeſſendæ poſſeſſionis
ſuæ Dignitatis, non tantum eamdem poſſeſ-
ſionem appræhendit quoad Eccleſiam S. Pe-
tri, verum etiam idipſum facit quoad Ec-
cleſiam S. Michaëlis, ut ſignanter practica-
vit Archipresbyter Actor in hac Cauſa, niſi
26 enim Eccleſia S. Michaelis ad ſe tamquam
unita pertineret, vel eſſet dependens, ac filia-
lis, utique non poſſet intromittere ſe circa
poſſeſſionem Eccleſiæ non ſuę, vel a ſe non
dependentis, ſicuti ad hanc circumſtantiam
reflectendo ponderavit *Rot. in Geranden. Heb-
domadariæ 5. Maii* 1690. *§. Tertio valde con-
ferunt, cor. Rev: D. meo Urſino Decano.*

Adverſus hæc ſolidiſſima fundamenta al-
lata per Archipresbyterum, nullum aliud ex
parte Rectorum promovebatur, quod pecu-
liari reflexione dignum videretur, niſi quod
illæ aliæ geminæ Rectoriæ, quæ per Turna-
riam diviſionem, ut diximus, una cum Cap-
pellano deputato ab Archipresbytero Sacra-
menta adminiſtrant, veluti Beneficia Cura-
ta penitus independentia, ac libera prævio
27 concurſu conferuntur ab Ordinario, quan-
do tamen regulariter nil magis repugnat
unioni, quam ſtatus collativus in titulum,
ad ſæpe firmata per *Rotam* ut in *Gerunden. Sa-
criſtiæ 28. Junii 1694. §. Quinimo & 11. Martii
proxime præteriti §. Quibus præſuppoſitis. coram
R. P. D. meo Pio & in Gerunden. Parochialis 4.
Iulii 1696. §. Non obſtat cor. Emerix Iun. & in
ejus confirmatoria edita ſub die 23. Ianuarii mox
28 elapſi §. Tum etiam quia cor. R. P. D. meo Muto*
niſque etiam magis adverſatur Matricitati,
quam quod Rector Eccleſię Matricis non
præſentet, aut deputet ſubalternum Recto-
rem, ut conſtat ex *cap. ad audientiam*, in quo
Sedes eſt hujus materiæ, *de Eccleſ. edific.* Ale-
xander enim III. ibidem reſcribens Archie-
piſcopo Eboracen. eidem expreſſe manda-
vit, ut in Eccleſia noviter ędificata, ac filiali
intra circumdarium alterius prǽexiſtentis
ædificata, *Sacerdotem ad preſentationem Recto-
ris Eccleſię Maioris inſtitueret*, ibique *gloſſ. verb.
præſentationem* rationem reddens ſubiungit --
*quia talis Sacerdos eſt eidem Rectori ſubiectus.*

Sed hujuſmodi difficultas, cœteroquin
valde perurgens, minime fuit reputata ſuf-
ficiens ad proſternendam molem tot in
unum conſpirantium argumentorum, ac de-
monſtrationum Matricitatis; poſthabita
etiam namque huic eidem obiecto reſponſio-
29 ne attributa per *Rot. in d. Novarien. Portio-
num Paroch. 4. Julii 1696. §. Nec obſtant duo*,
poſtmodum confirmata *ſub die 26. labentis
Menſis cor. R. P. D. meo Molines*, ſcilicet, quod
hujuſcemodi modiernores concurſus (prout
quoque recentes ſunt in caſu noſtro) potius
ad majorem cauthelam, vel errorem refe-
rendi forent, quam quod præjudicium vale-
rent inferre Archipresbytero: Attamen
quia, ex hucuſque ſingulariter obſervatis, in
hac Eccleſia S. Michaelis ipſemet Archi-
presbyter retinebat ex deputatione Cap-
pellani figuram procul dubio ſimultaneam
Curati, hinc proinde cum amaritudo re-
ſtringeretur ad duos alios eamdem Curam
inſimul exercentes, tantum abeſt, ut hoc in-
dicium poſſet evellere jus radicatum circa
præeminentias, & Curam in perſona Archi-
30 presbyteri, ut potius queat optime conci-
liari cum eo, quod paſſim ad mentem Juris,
& interprætationem ejuſdem *cap. ad audien-
tiam* notant *Scribentes*, nempe, quod intan-
tum jus pręſentandi non ſpectet ad Recto-
rem Eccleſiæ Maioris, inquantum hæ duæ
Cappellaniæ, ſeu Rectoriæ fuerint alienis
ſumptibus, & ære conſtructæ, & fundatæ,
ſecundum ea, quæ ad limitationem præfati
*cap. ad audientiam* ſpecifice tradit *Gonzal. ad
Reg. Cancell. gloſſ. 10. n. 7. & 8.* & conveniunt
uno ore *Card. Pariſ. in cap. cum Venerabilis ſub
n. 80. verſ. Circa illud, de except. inter Repet.
Canon. vol. 4. fol. 171. Garz. de Beneſ. par. 5.
cap 9. n. 56. Barboſ. ad Concil. Trident. ſeſſ. 21. de
reform. cap. 4. n. 13. Vivian. de Jurepatr. lib. 2.
cap. 7. n. 1. Zypæ: conſ. Canon. lib. 3. de Eccleſ.
ædific. conſult. unic. prope fin. verſ. Et vero* plene
*Fagnan. in d. cap. ad audientiam nu. 39. eodem
tit.*

Cumque (ut probabile eſt) piorum elee-
moſynis, ac Populi largitionibus abſque de-
terminatione particularis perſonæ inita fue-
rit fundatio, nil mirum, quod Ordinarius
liberam haberet poteſtatem conferendi præ-
vio,

vio, ut decebat, Concurſu eaſdem Rectorias citra ullam illationem, quę foret apta nocere Eccleſiæ Matrici, eiuſque Archipresbytero; nam ubi fundator non eſt certus,
31 vel noluit ſibi expreſſe, vel tacite reſervare Jus præſentandi ad Beneficium ſive ſimplex, ſive Curatum, hoc ſpectat ad Ordinarium, ex plene deductis per *Corrad. in prax. beneſ. lib.4.cap.7.num.25. Card. de Luc. de Jurepatr. diſc.55.num.20. Rot. dec.564. n.7. ad fin. verſ. Et hoc eo magis, par.4. diverſ.*

Diximus, quod nullum aliud fundamentum ex parte Rectorum admodum conſiderabile aſſerebatur; quia litteræ Cardinalis Aldobrandini tunc ſuperintendentis Statui Eccleſiaſtico permiſſivæ, ut homines Bagnacaballi repararent Eccleſiam S. Michaelis, confovere viſæ ſunt enunciatam veriſimilitudinem, quod ab initio ſumptibus aliorum, non autem Archipresbyteri fundatæ extiterint Rectoriæ: Confeſſio anteceſſoris Archipresbyteri emiſſa in quadam tranſactione de Anno 1635. ſuper præeminentiis ſibi magis ex benignitate, quam de Jure conceſſis in eadem Eccleſia S. Michaelis, nullo ex jam firmatis communiebatur adminiculo, unde poſſent pręjudicare ſucceſſori, quinimo deſtruebatur per ſupra enunciatum Decretum Cardinalis Cennini prolatum de Anno immediate pręcedenti 1634. Ac denique dimiſſio Rectoriæ, quam junctim in Eccleſia S. Michaelis adminiſtrabat quidam Anichinus Archipresbyter S. Petri, ad ſummum poterat importare, quod Anichinus detinendo hanc particularem Rectoriam per neceſſarium antecedens fateretur, illam eſſe titulum diſtinctum ab ejus dignitate, ſive Cura habituali, quod jam agnovimus non implicare, ex conſideratis in §. *Sed hujuſmodi.*

Subſiſtente itaque non ſolum unione, quæ ferme ex eiſdem actibus, & documentis emergit, ſed præciſius Matricitate Eccleſiæ S. Petri, reſponſum conſequenter, & illative fuit, conſtare de bono Jure Archipresbyteri non tantum reſpectu Curæ nulla data Territorii ſeparatione penes eum de Jure exiſtentis, & de facto exercitæ ex perſona Cappellani, verum etiam præeminentiarum: Cum-
32 que circa ſpecies, vel genera earumdem præeminentiarum nulla præfulgeat determinata norma per Jura *SS. Canonum*, excepta ſuperioritate, præcedentia, & in ſuis caſibus juriſdictione, ſicuti ad intellectum Conſtitutionis *Honorii III.* editæ pro Eccleſia S. Laurentii in Damaſo de Urbe *in cap. his, quæ de major. & obedien.* luculenter dictum fuit *in allegata Romana Præeminent. 16. Junii 1670. & 13. Junii 1681. cor. bo. mem. Rondinino*, & ad præſcriptum *Alexandri III.* nil aliud inſinuetur, niſi quod in Eccleſia filiali competens honor pro facultate loci Matrici Eccleſiæ ſervetur, potuit idcirco remanere ad favorem Archipresbyteri (interpretante id conſuetudine, ac obſervantia) totum illud, quod jam fuit in Decreto Cardinalis Cennini præfinitum, & nuper declaratum per ſententiam Vicarii Faventini, contra quam injuſta idcirco apud DD. apparuit reclamatio.

Et ita utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

Extitit adverſus hanc Deciſionem, quæ habetur etiam regiſtrata *in dec. additis ad Card. de Luc. de Beneſic. dec. 31.* conceſſa nova audientia ſub die 31. Julii ejuſdem Anni 1697. Sed repropoſita Cauſa, denuo remanſit confirmata ſub die 23. Julii 1698. quemadmodum ſuo loco inferius advertetur cum exitu ejuſdem litis.

Ad materiam hujuſce Deciſionis ſuper principaliori capite deducto ad fundandam Matricitatem a pervetuſto Inſtrumento exarato de Anno 1486. in corroborationem concluſionum in Deciſione firmatarum ſuper probatione Inſtrumenti exemplati abſque eo, quod exhiberetur originale, videri poterunt pleniſſime diſputata, & deciſa in una *Hydruntina Fideicommiſſi 4. Junii 1700. coram*
33 *R.P.D. Caprara*, in ea etenim attributa fuit immiſſio Fideicommiſſario in vim *leg. final. Cod. de Edict. D. Hadr. toll.* vigore antiqui ſumpti exemplati, ſive publicæ copiæ Teſtamenti, ob alias factam ejuſdem copiæ in alio Tribunali productionem, illiuſque obſervantiam.

Ego autem ipſe ſcribeus de Anno 1680. in quadam *Romana Fideicommiſſi de Gallis* inter Franciſcum huius cognominis, & quoſdam de Surrexis, & Capaciis ſuper expetita a primo immiſſione ad normam *eiuſd. leg. final.* ad duas domos hic in Urbe, cum pariter opponeretur, quod tam Teſtamentum, a quo reſultabat probatio identitatis, quam Codicilli, a quibus deſumebatur Fideicommiſſum, non forent in forma juridica, & probaute, quodque in omnem caſum vigore Codicillorum non forent concedenda immiſſio per *d. leg. final.*, contrarium ſubſtiuui, & obtinui tam coram Prælato Judice prioris inſtantiæ, quam in Rota. Dicebam etenim, (omiſſis aliis inſpectionibus in Cauſa cadentibus circa detractiones, propter quas illius terminatio remanſit in ſuſpenſo) reſpectu utriuſque inſinuati articuli, ut ſequitur.

Quatenus concernit primam oppoſitionem, quæ contra Teſtamentum excitatur, ex quo illud dignoſcatur corroſum, ex oculari inſpectione lucide patet, quod ſi quæ adſunt verba mortificata, & minus vivida, id ex temporis edacitate provenit, & in ea parte, in qua apparent veſtigia alicuius raſuræ, nulla continetur ſubſtantia diſpoſitionis, qui-

quinimo ad evidentiam conſtat, verba ſuperimpoſita fuiſſe efformata de manu ejuſdem Notarii, proindeque jungendo utram-
34 que circumſtantiam, & quod defectus non ſit in parte ſubſtantiali, & quod character adauctum emiſſum ſit a Notario, ceſſare omne vitium ſcripturæ, & Inſtrumenti, reſpondit in terminis primæ propoſitionis *viden. Rot. in Monopolitana Beneficii, ſeu Cappellæ 6. Junii 1622. & 14. Novembris ejuſdem Anni cor. Merlin. inter ſuas dec. 40. & dec. 53. per tot.* & in ſpecie ſecundæ *cor. Bich. dec. 220. n. 16.*

Verum corruit omnis amaritudo, ponderando, quod impoſſibile eſt hodie controvertere hujuſmodi legalitatem, cum idem
35 Teſtamentum fuerit in tot deciſionibus Sacræ Rotæ approbatum, & uſque per tres conformes cononizatum, quando etenim ſcriptura aliquo modo informis (qualis revera dici nequit Teſtamentum, de quo agitur) fuit executioni demandata, concurritque obſervantia cum longiſſimo temporis intervallo, abunde ſemper probat, ex ſæpius firmatis in ſpecie Teſtamenti per *Rot. in Lucana Beneficii 19. Junii 1671. §. Neque hodie, cor. Card. Vice Comite*, & in individuo *l. fin.* profeſſa eſt eadem *Rot. dec. 291. n. 18. verſ. Præcipue quia, par. 16.* & concordat *Menoch. de adipiſc. remed. 4. n. 741.* & in puncto corro-
36 ſionis *Ruin. conſ. 217. n. 14. verſ. Ex omnibus igitur*, quem ſequitur *Menoch. conſ. 422. n. 36. Rot. cor. Merlin. d. dec. n. 10.*

Atque ex hoc inconcuſſo fundamento evertitur quoque exceptio oppoſita contra Codicillos, quod ſcilicet non conſtet de eorum originali; quia quoties ſumptum rema-
37 net adminiculatum ex obſervantia, præſertim, ut hic, judiciali, nemo dubitat, quod illud fidem mereatur, ac ſi eſſet ipſummet publicum, & originale Inſtrumentum, juxta plene cumulata per *Rot.* & præſertim *coram Seraph. dec. 1092. num. 2. deciſ. 191. n. 7. & 8. par. 8. & dec. 58. num. 23. par. 10.* cum cœteris in *Faventina ſucceſſionis coram Ottalora impreſſ. dec. 457. n. 12. par. 14. confirmata 13. Junii 1674. cor. Matthæio §. Minus etiam*, & in terminis Codicillorum dixit *Rot. d. deciſ. 40. in princ. cum ſeqq. cor. Merlin. & coram Priolo dec. 425. num. 10. & ſeq.*

Sed ne videamur per genericas concluſiones immorari, caſum habemus deciſum in individuo per *Rot. cor. Verallio dec. 351. par. 2.*
38 *per tot.* ubi peculiariter diſpungendo, utrum exemplum (ut ad præſens) extractum a ſucceſſore Notarii habeat viam executivam, adeout competat hoc ipſum remedium *l. fin. C. de edict. D. Hadr. tollen.* articulo ad partes diſcuſſo Rota reſolvit affirmative, ac *ſub num. 5. & 6.* in fortioribus concludit, quod ſumptum in alia Cauſa, & inter alias perſonas probat etiam contra eum, qui non intervenit in eodem Judicio, ac denique dicit,
39 adeſſe in Curia Bullam Innocentianam, cuius vigore in longe durioribus terminis mandatur, quod exemplum regiſtratum in alia Cauſa etiam de Partibus, executionem habere debeat in ipſa Curia, iſtamque deciſionem in puncto pariter *l. fin.* ſecuta eſt eadem Rot. *in Romana Domus 27. Iunii 1670. coram Albergato impreſſ. dec. 291. n. 18. par. 16. recent.*

Cœterum poterat omitti, quod immiſ-
40 ſio non competat vigore Codicillorum, ex quo huiuſmodi privilegium immiſſionis conceſſum ſit ſoli Teſtamento ob numerum ſeptem Teſtium, ad id allegando *Fulgoſ. Salicet. & Curt. Iun. in eadem l. fin. num. 87.* quoniam iſtamet ratione, & hiſce præciſis *Authoritatibus* reiectis contrarium firmavit aliis antiquioribus relatis in puncto *Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 4. num. 192. & ſeqq.* & ſignanter *num. 196. verſ. 4, ac ultimo, Peregrin. de fideic. art. 48. num. 13. Burſatt. conſ. 89. n. 13. verſ. Attamen quoad primum*, pleniſſime *Argel. de acquir. poſſ. quæſt. 8. art. 7. ex num. 155. uſque ad 176.*

Et ratio eſt manifeſta, cum nulla ſomniari poſſit differentia inter Teſtamentum, & Co-
41 dicillos, dum ipſimet Codicilli ex communi Iuris *Conſultorum* ſententia dicuntur pars eiuſdem Teſtamenti, ut proſequitur *idem Menoch. ubi ſupra d. num. 192. verſ. Quæ quidem ſententia, Argel. de acquir. poſſ. d. quæſt. 8. art. 7. num. 164. Bald. in d. l. fin. num. 36. verſ. Et hæc vera ſunt*, & generaliter tradunt per *Text. in l. 2. §. Codicillorum ff. de Iur. Codicill. Altograd. contr. 31. n. 28. & ſeqq. Andreol. contr. 44. n. 8. & ſeq. Bich. dec. 80. n. 20. Peuting. dec. 175. n. 6.*

## ROMANA HÆREDITATIS DE LANVIIS.

*Ven. 28. Iunii 1697.*

### ARGUMENTUM.

Fructus in Iudicio petitionis hæreditatis a quo tempore reſtitui debeant: Et quid, ſi agatur de fructibus locorum Montium; Et an Reo convento bonificari debeat ſalarium Exactoris deputati ad exigendos fructus eorundem locorum Montium, nec non ſtrenæ ſolutæ Depoſitariis ipſorum Montium; ac denique Decimæ, quas ſolvere coactus eſt pro rata bonorum hæreditariorum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Fructus in Iudicio petitionis hæreditatis reſtitui debent ad rationem locorum Montium, quamvis in hæreditate adſint etiam ſtabilia, quoties Reus conventus nonniſi loca Montium hæreditaria occupavit.*

2 *Immiſſio petita per cohæredem ſuper bonis hæreditariis competit etiam ſuper bonis per alterum cohæredem acquiſitis favore ipſius hæreditatis.*

3 *Fructus in Judicio Immiſſionis reſtitui debent non a die litis conteſtatæ, ſed dumtaxat a die productionis Jurium.*

4 Fru-

4 *Fructus extantes, & non conſumpti veniunt in Interdicto* quorum bonorum, *ac etiam in Judicio petitionis hæreditatis.*

5 *Fructus locorum Montium dicuntur fructus civiles.*

6 *Fructus civiles, veluti dietim maturantes, regulariter dividantur pro rata temporis.*

7 *Expenſæ factæ in re communi per ſocium, vel cohæredem non repetuntur, quando ſocius, vel cohæres tantum expendit pro tuitione rei communis, quantam alias expendiſſet ratione propriæ portionis.*

8 *Expenſæ, & onera ſemper ſubducuntur a fructibus.*

*Strenæ, quæ dantur Depoſitariis locorum Montium, bonificari debent Reo convento ad reſtitutionem fructuum perceptorum ex eiſdem locis Montium, ibidem.*

9 *Decimæ ſolutę pro bonis hęreditariis bonificari debent Reo convento ad reſtitutionem ipſius hæreditatis.*

10 *Alimenta præterita jure ſanguinis, vel officio Judicis petita non debentur, niſi alimentarius pro ſe alendo debita contraxerit.*

11 *Iudicium quando proſequi valeat non obſtante tranſactione.*

12 *Tertius, donec doceat de ſuo intereſſe, non poteſt adjuvari beneficio præcedentis pendentiæ litis.*

13 *Tranſactio, licet non præcludat viam agendi, aufert tamen de medio omnem inſtantiam, & ſententias præcedentes.*

14 *Tertius veniens ad Cauſam, poteſt petere ſe admitti tanquam in prima.*

15 *Sententia non nocet tertio non citato.*

16 *Æqualitas in Iudiciis ſervanda eſt.*

17 *Injuſtitia patens conformitatem ſententiarum excludit.*

18 *Renunciatio facta occaſione ingreſſus in Monaſterium, non ſemper dicitur realis.*

*Sed aliquando poteſt eſſe perſonalis, & quando, num. 19. & 20.*

21 *Diſpoſitiva in omni materia regulariter magis attenditur, quam pars præmialis.*

22 *Dictio*, ob, *cauſam finalem deſignat.*

23 *Renunciatio perſonalis, deficientibus perſonis contemplatis, evaneſcit, & num. 30.*

24 *Renunciatio eſt perſonalis, quando fit expreſſio perſonarum, & ob amorem erga illas.*

25 *Renunciatio ob ingreſſum in Religionem, ſi habeat annexam cauſam conſervationis bonorum in familia, ſubſtinetur etiam dato egreſſu e Religione.*

26 *Hęreditas renunciatarii non continetur regulariter in renunciatione, & num. 27.*

28 *Renunciatio, etiam munita Clauſulis ampliſſimis intelligitur, quatenus renunciatarius decedat cum deſcendentibus, & cum teſtamento.*

29 *Ius futurum ex cauſa de futuro, quando continuatur in renunciatione.*

31 *Declaratio donatoris attenditur, quando donatio eſt dubia.*

*Et maxime, quando donans eſt perſona Religioſa, num. 32.*

*Res quando dicatur dubia ad dictum effectum, num. 33.*

34 *Linea ſubducta in ſpatio albo Inſtrumenti denotat, quod inibi Partes nil ſuperaddere voluerunt.*

35 *Clauſula*, Pręſentibus, *ceterata, quid ſignificet.*

36 *Strenę, & munera, alięque annuę largitiones fieri ſolitę Advocatis, Procuratoribus &c. an bonificari debeant Adminiſtratori.*

## DECISIO XV.

Signatura Juſtitię committente mihi Cauſam liquidationis fructuum ſecutæ cor. R. P. D. meo Scotto in ſumma ſc.9957. cum clauſula præſervativa executionis in quantitate ſcut. 8000.& ſuſpenſiva pro reliquo, dedi dubium ſuper Mandati, ſeu Decreti Rotalis confirmatione, & executione reſpective, omneſque DD. in hac Cauſa ſuffragantes affirmative, juxta modum tamen inferius exprimendum, reſponderunt.

Non enim ambigerunt, iuſtam fuiſſe condemnationem pro eiſdem fructibus ad rationem locorum Montium; quia licet Moniales S. Annæ de Vrbe opponerent adverſus Moniales S. Scholaſticę Civitatis Reatis Actrices, quod in hæreditate, ſeu bonis R. P. D. Lanuvii, ad quæ eædem Actrices pro rata diſcuſſa in antecedentibus inſtantiis immiſſionem obtinuerant, aderant quamplura ſtabilia, ac Domus, minorem (ut dicebant) annuum fructum conſtituentes: nihilominus, quia in Tranſactione inita per ipſas Moniales S. Annæ cum Theodonario, & Evan-
1 geliſta collitigantibus pro earum parte aſſignari ſibi curarunt tot loca Montium, conſequens erat, quod ad eorumdem locorum Montium rationem fructus ſibi non debitos Monialibus Victricibus reſtituerent, ad trad. per *Rot. in Bononien. ſeu Imolen. Bonor.* 18. *Aprilis* 1692. §. *fin. cor. Eminentiſſ. Mediolanen.* & 13. *Iunii* 1693. § *Neque bonorum, cor. Reverendiſſimo D. meo Decano,* & 28. *Ianuarii* 1695. §. *Quo vero ad bona, in fin. cor. Emerix. jun.*

Minuſque fuit difficultas, quominus excomputari deberet ad commodum Monialium S. Annæ pretium, quod ipſe ſuppleverant pro emptione novorum locorum Montium; cum enim ſubſecuta extractione nonnullorum Montium hæreditariorum coactæ fuerint eædem Moniales pro aſſequendo pari numero aliorum locorum, quæ de novo Princeps erexerat, adiungere de proprio ſcut. 166., congruum omnibus viſum eſt huiuſmodi additamentum, ſive ſummam defalcari, & in hoc Moniales Actrices conveniebant; Sed cum circa fructus proportio-

tionatos ad dictam ſummam a die paſſæ im-
miſſionis Moniales S. Annæ conquererentur, placuit Dominis, illos non eſſe bonificandos, ſeu deducendos, ex quo eædem Moniales S. Annæ, quæ nactæ fuerant poſſeſſionem univerſæ hæreditatis amplectentis etiam mobilia, argenta, & pecunias, de quibus rationem hucuſque non reddidere, profeſſæ fuerunt acquirere nova loca Montium favore ipſius hæreditatis, ideoque
2 tanquam ſubrogata, vel acquiſita hæreditati ſpectabant ad Actrices ex natura immiſſionis, ſeu petitionis hæreditatis, quæ non minus amplectitur bona radicitus hæreditaria, quam ſubrogata, vel acquiſita pro hæreditate, ad *Text. in l. Imperator 72. §. fin. ff. de legat. 2. ibique Bart. n. 2. verſ. Oppono, Mant. de conject. lib. 7. tit. 8. n. 26. Caſtill. contr. jur. lib. 6. cap. 4. n. 16. Peregrin. de fideic. art. 40. n. 44. in fin. Mieres de Majorat. part. 1. quæ. 11. n. 40., & ſeqq. Ioſ. de Roſa conſ. 32. per tot., & ſignanter n. 13. Rot. cor. Seraphin. dec 477. num. 11., in Romana ſeu Neapolitana pecuniaria 11. Decembris 1690. §. Ex actibus autem & 5 Maii 1692. §. Ex quibus, coram Reverendiſſimo D. meo Urſino Decano.*

Confirmatione pariter dignum exiſtimarunt Mandatum, ſeu Decretum Rotale prolatum a bo: mem: Emerix in locum R. P. D. mei Scotti circa fructus eorundem locorum Montium a die 1. Martii 1675. ſive a toto menſe Februarii excluſive; Quamvis enim in Deciſione ejuſdem R. P. D. mei Scotti præcedenter edita, ſequendo ea, quæ ſæpius firmata fuerant in noſtro Tribunali, nimi
3 rum, quod a die dumtaxat productionis Jurium intraret mora, ſeu mala fides, & conſecutiva obligatio reſtituendi fructus, ideoque nonniſi a die 27. Martii, in qua per Actrices extitit legitimatum illarum intereſſe, reſolutum fuerit fructus eſſe reſtituendos, ex *Authoritatibus* adductis *in dicta Dec. 6. Junii 1695. §. Cum enim*, quibus addi poſſunt relati per *Card. de Luc. de ludic. diſc. 39. ſub n. 14. verſ. Probabilius. Modern.* Mantuan. *conſult. 97. n. 4.* nec non *Modern. Forolivien. in obſerv. ad Ramon. conſ. 50. n. 66., & ſeqq.*

Nihilominus, quia quæſtio erat de fructibus locorum Montium nonniſi per Bimeſtralia intervalla ſolvi conſuetis, & de facto nihil extabat ſolutum a Montium Depoſitariis pro Bimeſtre Martii, & Aprilis, non poterat idcirco reſpectus haberi ad illos dies 27. qui præfluxerant ante præfatam Jurium productionem, dum fructus, tanquam non conſumpti, dici poterant, & de facto erant
4 extantes, proindeque ceſſante conſumptione, itaut non ageretur hodie de aliqua perceptorum reſtitutione facienda, nulla ſupererat ratio, propter quam in immiſſione proveniente ab Interdicto *quorum bonorum*, ſeu titulo petitionis hæreditatis non venirent etiam fructus extantes, & non conſumpti, quemadmodum non negavit ipſamet *dec. 409. n. 5. cor. Cavaler.*, quæ unice in hac ſpecie Immiſſionis laudatur in prædicta Deciſione R. P. D. mei Scotti, & concilian o Jura, quæ videntur inter ſe pugnantia, ut *in leg. item veniunt. §. Fructus, ff. de petit. hæred. & in l. pro hærede ff. eodem, cum concord.*, egregie diſtinguit *Card. de Luc. lib. 9. de Hær. diſc. 9. ex n. 4. uſque ad fin. Add. ad Buratt. decis. 543. n. 7. juncta ipſa Deciſione Buratt. ſub n. 2. & 3.*

Præciſive autem ab hac conſideratione, ſeu diſtinctione inter fructus extantes, & conſumptos, quæ facit, ut illi debeantur juxta primum membrum, ſecus autem in ſecundo, non dubitaſſent DD., quin hujuſ-
5 modi fructus locorum Montium, veluti mere Civiles, ut habetur apud *Modern. Lucen. conſult. 661. n. 1.*, pro rata temporis inter
6 utrumque Monaſterium dividendi forent, per celebrem diſtinctionem, de qua *Rot. apud Cavaler. decis. 104. n. 1., & ſeq. cor. Duran. dec. 20. n. 3., & ſeqq., poſt Cenc. de Cenſ. dec. 177. n. 13., & ſeqq. & in rec. dec. 178. num. 4., & 5. part. 19.*

Deductionem itidem non mereri prædicta liquidatione cenſuerunt DD. mercedem, quam Moniales S. Annæ ſolutam aſſerebant Exactori prædictorum locorum Montium, ex eo ſatis rationabili fundamento, quod cum eædem Moniales certo ſtipendio conductum retinerent Exactorem pro earum redditibus colligendis, & ſignanter fructibus aliorum locorum Montium, hinc proinde dum non apparebat, prout apparere non poterat, quod aliquid plus impendiſſent pro exactione locorum ad controverſam hæreditatem ſpectantium, quam expediſſent, & expenderent ex cauſa propriorum, non erat per conſequens expenſarum titulo defalcanda hujuſmodi partita alioquin ſolita,
7 & conſueta, dum in durioribus, nec etiam expenſæ inſolitæ repeti valent, quando quis impendit ratione rei communis, quantum adamuſſim expendiſſet ratione rei propriæ, ut per *Text. in l. ex parte ff. famil. hercisc.* tradit *Add. ad Buratt. dec. 921. n. 23., & 24.*, & dixit *Rot. cor. Dunozett. Iun. dec. 23. per tot., & dec. 583. n. 6., & 7. cor. Bich. & dec. 66. n. 19., & 20. par. 1 a. rec.*

Inclinarunt e converſo DD. pro ſubductione partitæ reſpicientis ſtrenas de generica conſuetodine præſtari ſolitas in quamdam recompenſationem laboris Officialibus ipſorum Montium: cum enim in vim prædictæ genericæ conſuetudinis (Principe tolerante, ſeu approbante) relinqui ſoleat hujuſmodi minuta pars fructuum in manibus prædictorum Officialium, juſtum omnino efficiebatur, quod a prædictis fructibus, eorumque calculatione demerentur, tamquam per conſuetudinem vel effectæ expenſæ ne-

8 ceſſariæ, vel effecta onera intrinſeca, ad inſtar quorumcumque onerum, & expenſarum, quæ ſemper ſubducuntur a fructibus, ut ait I.C. *l.ſi a Domino, §.fin.ff.de pet.hæred.& in l.fundus, ff.famil.erciſc. & in l.fructibus, ff. ſolut.matr. Rot.coram Gregor.dec.273.n.3.& in rec.dec.611.n.1.part.18.*, & in individuo hujuſmodi ſtrenarum dixit *Rot.d.dec.178.n.8. par.19.*

Decimas pariter, quas proportionabiliter
ad ratam controverſæ hæreditatis prædictæ
Moniales Sanctæ Annæ ex Apoſtolico præ-
ſcripto ſubſidii pro Bello contra Traces ex-
9 ſolverant, viſum fuit jure merito fore boni-
ficandas, cum & hæ pariter ſint onera per
quotam percutientia ipſos redditus, ut per
*Movet. de Decimis cap.6.n.19.& ſeq. Pacific. de Salv.interd.inſp.3.cap.4.n.573.&ſeq.Capyc. dec.20.n.27.Viv.dec.4.n.4.& 5.Rot. dec.895. n.4.cor.Coccin.*

Abſque eo, quod refragaretur ſuppoſita,
ſed non probata paupertas Monialium Sanctæ
Scholaſticæ Actricium, cujus vigore opi-
nabantur, quod ſi Moniales Reæ ab ipſa die
productionis Jurium conſtitutæ in mala fide
ratam hanc reſtituiſſent, potuiſſent ſe eximere
ab hac ſolutione Decimarum; Quia, ut
præmiſimus, nulla fuit adducta congrua ju-
ſtificatio paupertatis, quæ adeo clare efficere
valeret eas exemptas, ut Moniales S. Annæ
tenerentur lugere jacturam ſolutionis effe-
ctivæ factæ ex præſcripto Pontificis ſuper
univerſis bonis Eccleſiaſticis, immo eo ipſo,
quod eędem Moniales S. Scholaſticę, etiam ſi-
ne additamento ſupervente hujus hæredita-
tis, laudabiliter duxerunt in Religione earū
10 vitam, ſignum erat, quod opportuna non
forent alimonia deſtitutæ, ut in ſimili de eo,
qui ex capite paupertatis refundi ſibi præ-
tendat alimenta pro tempore præterito ſibi
debita jure ſanguinis, vel officio Iudicis
*Petr.Barb.in l.2.par.1.n.32.ff ſolut.Matr.Gratian.diſc.60.n.19.& ſeq. Amat. Panorm. reſol. 49.n.63.& ſeqq. Sperell. dec.138.ſub num.40. verſ.At ſecus eſt, & n.41.& ſeq.Mart. Medic. dec.Senen.89.n.19.verſ.Ex eo enim.*

Et ita in hunc ſenſum convenerunt omnes DD. ſuffragantes, utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

SUpradicta Deciſio extitit de ſequela Cauſæ celeberrimæ, quæ magis inſigniom Juris conſultorum noſtri ævi ingenia contorſit, ut infra exponetur occaſione inſerendi Diſcurſum, quem & Ego deſuper in gradu Advocationis ad inſtantiam Monaſterii S. Annæ de Urbe efformavi, uti reputabam, etiam in ſenſu veritatis, & de facto eadem Caoſa ob ingeniorom diverſitatem, & gravem in ſemetipſa dubietatem, ad inſtar fluctuum Maris, varie fuit reſoluta, ſicuti liquet *ex dec. 356.par.13.rec. post Torr. de pact. futur. ſucceſſ.dec.61.&dec.200.& poſt Tamburin.de Iur. Abbat.dec.56.*, & penes *Manſ. conſult.256.& dec.269.part.17.dec.213.part.18., dec.15.45. & 73.coram Ubago,* alias *dec.661.& dec.715. ead. par.18.* ultra cœteras pro mea notitia non impreſſas, & ſignanter illam noviſſime publicatam ad favorem Monaſterii S. Scholaſticæ Reatis coram Urſino Decano, de quo Monaſterio adamuſſim agitur in præſenti Deciſione.

Quæſtio itaque, quæ in prædicta principali Cauſa differebatur, couſiſtebat in valde qootidiana, & practica materia renunciationum, quæ fieri ſolent per Puellas ſæculum abnuentes, ac Religioſam Vitam profeſſuras, utrum ſcilicet hæ veniant reputandæ omnino reales, & abdicativæ, ac pœnitus extinctivæ Jurium ipſarum Puellarum renunciantium, itaut nullo unquam caſu, nulloque tempore eædem renunciantes defectis etiam perſonis, quæ ejoſmodi renuuciationes fuerant ſtipulatæ, regrediantur ad Iura, & bona renunciata, ac ſi numquam fuiſſent in rerum natura de tempore adapertæ novę ſucceſſionis ſuper bonis jam renunciatis, vel potius e converſo tales renunciationes cenſendæ ſint meræ tranſlativæ, ac perſonales, ſcilicet dumtaxat favore illarum perſonarum, quibus factæ fuerunt renunciationes, unde defectis renunciatariis non impediantur renunciantes redire ad bona renunciata caſu quo per obitum ultimi renunciatarii nemo illas antecedat in gradu ſucceſſionis ab inteſtato: Super hac autem ipſa materia aderit infra Deciſio in *Romana Legitimæ de Mutis*, ſed hic non omnino abſonum exiſtimavi recenſere præfatom Reſponſum a Me editum, quando velut Advocatus Cauſas in Foro patrocinabar, cum illic habeantur reaſſumptæ firmiores concluſiones in hypotheſi cadentes, licet ex hoc ipſo nimium fallax dignoſcatur Privatorum Iudicium, reputans etenim, ut præmiſi, etiam in ſenſu veritatis, renunciationem, de qua tractabatur, fuiſſe perſonalem, & tranſlativam, non immerito dedici, quod potentiora lumina Divini Spiritus aſſiſtunt Iudicibus, & Tribunalibus, quibus proinde tamquam a Deo conſtitutis proprium ingenium captivare neceſſarium, & rationabile eſt. Eo modo igitur, quo tunc jura Monaſterii S. Annæ tuebar, ſic inchoabam, pendente Cauſa cum reſcripto Signaturæ *conſtito de tribus* coram R.P.D. Urſino,

Reſpondendum omnino videtur, non conſtare de tribus, qoia Monaſteriom Reatis
poſtquam docuit de ſuo intereſſe, fuitque ad
Caoſam admiſſum, non obtinuit, niſi uni-
cam ſententiam; Unde quidquid ſit, an non
obſtante præcedenti tranſactione potuerit
11 Iudicium inchoatum proſequi, ut eſt caſus

de

de quo loquuntur *deciſiones in hac Cauſa cor. Vbag. la 15. & 32.* attamen quatenus attinet
ad faciendum numerum, ſeu rem judicatam
propter conjunctionem præcedentium ſen-
tentiarum, impoſſibile eſt eamdem conjun-
12 ctionem fieri poſſe, non ſolum quia donec
doctum fuerit de eodem intereſſe non poteſt
Tertius adjuvari beneficio præcedentis pen-
dentiæ litis, ut reſpondit poſt *Cavaler. de-
ciſ. 305. n. 4. & dec. 48. num. 6. part. 7. & de-
ciſ. 425. n. 6. & ſeqq. par. 12. rec. eamdem Rot.
coram Vbag. dicta deciſ. 32. n. 4. & 5.* Ipſaque
13 tranſactio, ſi apta non erat præcludere viam
eidem Monaſterio, adhuc certum eſt, quod
ſubſtulerat omnem Proceſſum, inſtantiam,
& ſententias, ut per *Text. in cap. 1. de tranſact.
cum concord.* late *Vrccol. de tranſact. qa. 8. n. 42.*

Verum etiam, quia ſi æqualitas ſervanda
eſt inter Actorem, & Reum in Judiciis,
quemadmodum Monaſterium Reatis, caſu
quo ad favorem Monaſterii S. Annæ latæ
fuiſſent præcedentes ſententiæ, utique po-
14 tuiſſet ob ejus coæquale intereſſe petere ad-
miſſionem tamquam in prima, ad trad. per
*Rot. dec. 133. n. 2. & deciſ. 160. ſub num. 2. &
ſeqq.*, & plenius poſt *Seraph. dec. 906. ſub n. 1.
verſ. Quod ſi quis*, & poſt *Add. ad Gregor. de-
ciſ. 259. nu. 3. & 4. in dec. 425. num. 4. & ſeqq.
coram Eminentiſſ. Cerro*, ubi *ſub n. 7.* ampliat
juxta *conſ. Federici de Senis* 242. etiam invito
altero ex collitigantibus, qui Judicium in-
15 choavit; idque ex ea ratione, quod ſenten-
tiæ non fuiſſent aptæ nocere eidem Monaſte-
rio minime citato, ut late reſpondit *Rot. in
deciſ. 253. ex n. 7. cum ſeqq. par. 12. & dec. 219.
num. 9. & ſeqq. par. 13.*, & in terminis ejus,
qui fuerat ad Cauſam admiſſus, *Adden. ad
Gregor. dec. 259. ſub nu. 6. verſ. Item adver-
tendam, & ad Buratt. dec 833. n. 7.*

16 Ita e converſo omnis ratio æqualitatis ex-
poſtulat, quod ad ejus commodum nequeat
unire numerum earumdem ſententiarum,
ad regulam *Text. in cap. non licet Actori, de
reg. Jur. in 6. & in l. non debet. ff. eodem*, de qua
*Gratian. dec. Marcb. 220. n. 1. & 2. Rot. dec. 95.
n. 4.* apud *Zecch. de oblig. Camer. & dec. 78. n. 2.
6. & ſeqq coram Coccin. & dec. 152. n. 18. & 19.
par. 8. rec. & dec. 86. n. 26. & ſeqq. par. 17.* adeo-
ut difficile ſit exhibere *Doctrinas* in contrariũ
quæve percutiant terminos Tertii habentis
coæquale, non acceſſorium intereſſe.

Et in omnem caſum obſiſtere videtur pa-
17 tens injuſtitia, quę ſententiarum numerũ, &
conformitatem excludit, ex collectis per *Rot.
cor. Mer. dec. 60. n. 7. & dec. 859. n. 1. & 2. & cor.
Bicb. dec. 466. n. 1. & in rec. dec. 233. n. 1. p. 13.*

Siquidem præſciendendo ab authoritate
& ſenſu, quem in hac præciſa Cauſa habue-
ront poſitive ſcribentes *Aloyſius Manſius con-
ſult. 257. & conſult. 258. Paſſerin. in cap. quam-
vis pactam n. 41. & ſeqq. de pact. in 6. Torr. de
pact. fut. ſucceſſ. lib. 2. cap. 10. ex n. 33. cum plur.
ſeqq. Card. de Luc.* contrariæ olim Partis Advo-
catus *lib. 11. de renunc. diſc. 2. per tot.* præmit-
tenda eſt regula indubitata, quod niſi velimus
indiſtincte reddere indiſputabiles omnes re-
nunciationes, quæ fiant a Puellis Monaſterium
18 ingreſſuris, ſola circumſtantia renunciatio-
nis factæ ob ingreſſum in Monaſterium cœ-
teroquin capax ſuccedendi, apta non eſt ad
fundandam realitatem renunciationis, non
ſolum, quia in hac materia, & in hoc præ-
ciſo caſu nulla poteſt certa regula decerni,
ſed debent pręciſe ponderari verba, & cir-
cumſtantię cujuſcumque renunciationis, ut
egregie diſtinguendo advertit *Rot. in Romana
Hæreditatis de Boncompagnis 23. Martii 2685.
§. Et tamen, coram Rondinino*; ſed etiam, quia
alias eſſet damnare, & ſubvertere tot Deci-
ſiones hujus Sacri Tribunalis, quæ etſi pera-
19 gerent de renunciatione emiſſa per Puel-
lam ingredi volentem in Monaſterium, ad-
huc cenſuerunt, renunciationem eſſe perſo-
nalem, itaut deficientibus perſonis contem-
platis, ſeu diſponere nolentibus, & ab inte-
ſtato decedentibus renunciatariis, ſuccede-
ret Monialis, quæ renunciaverat, ut cœte-
ris omiſſis prænotavit *Altograd. Iun. contr. 27.
n. 31. circa fin. lib. 1. Rovit. conſ. 23. n. 23. lib. 1.
Prat. diſcept. foren. cap. 39. n. 48. lib. 2.* & patet
ex *dec. 62. ſub num. 25. cor. Merlin. & dec. 586.
per tot. coram Bicb. & dec. 330. par. 14. & deciſ.
23. par. 15.* pariter *per tot.*

His itaque præmiſſis, rurſus antequam de-
veniamos ad examen verborum, & circum-
ſtantiarum concurrentium in præciſo caſu
renunciationis, de qua eſt quæſtio, neceſſe eſt
reflectere, quod Deciſiones editæ in prædi-
cta Cauſa *Romana Hæreditatis de Boncompagnis,
ſeu de Scarinciis* nihil commune habent cum
caſu noſtro ob ſex palpabiles differentias op-
portune in facto prænotatas, adeout, citra
repetitionem earumdem differentiarum, uti-
que vera, juxta, & rationabilis dijudicari va-
leat reſolutio capta in eadem Cauſa, ſed non
exinde ulla fieri valet illatio ab uno ad alterũ
caſum, *vulg. l. Papinianus exali. ff. de minor.*

Et ſane, quatenus attinet ad noſtram hy-
potheſim, parum turbat, quod in parte pro-
hæmiali fuerit pro cauſa renunciandi expreſ-
ſa rerum humanarum repudiatio propter in-
greſſum in Religionem; non tantum quia
20 jam ſuperius animadvertimus, quod cauſa in-
greſſus in Religionem de per ſe idonea non
eſt ad efficiendam renunciationem realem,
& extinctivam, quinimo repugnat cogitare,
quod renuncians adeo abdicare ſe voluerit a
bonis renonciatis, ut potius voluerit bona
deferri nedum ad extraneos, & plerumque
ignotos, & inviſos, ſeu, prout hic, ad aliud
Monaſterium, ſed etiam ad fiſcum, excluden-
do proprium Monaſterium, quod eſt loco fi-
lii, ut omnium anteſignanus conclamavit
*Bald. in conſ. 437. n. 2. lib. 1. De Mar. lib. 2. contr.*

*Jur.c.90.n.8.& 9. Torr. de pact. fut. ſ. ceſ. lib. 2. cap. 10. n. 37. & ſeqq. Manſ. conſult. 156. n. 20. & ſeqq. Cyr. de Luc. d. diſc. 2. n. 7. & ſeqq. de renun.*

Verum etiam, quia deſcendendo ad par-
21 tem diſpoſitivam, quæ ex notoriis plus operatur, & attendi debet, quam prohæmialis, expreſſe ibidem dicitur -- *ob amorem, & dilectionem paternam*, nulla amplius facta mentione ingreſſus in Religionem: Unde quis dicat, quod renunciatio principaliter non prodierit intuitu, & contemplatione ipſius Patris,
22 & fratrum inſpecta dictione, *ob*, quæ ſemper finalem, & finaliſſimam cauſam deſignat, ut cœteris abunde congeſtis habetur penes *Manſ.* ſeu *in deciſione* apud eum regiſtrata *conſult. 295. n. 13. 14. & ſeqq.* & in fortioribus dixit *Rot. in Peruſina Cenſus* 21. *Aprilis* 1679. §. *Siſtit namque, cor. Bourlemont.*

Quodque propterea defectis eodem Patre,
23 & fratribus defecerit etiam renunciatio, & hæreditas devoluta fuerit ad renunciantem tamquam habentem proximiorem cauſam ſuccedendi, ultra cumulatos *in noſtra Deciſione cor. Guaxardo ex* §. *Non obſtante cum plur. ſeqq.* plene probat *Artman. Piſtor. quæſt. Jur. lib. 4. quæſt. 6. Vaſquez de ſucceſſ. lib. 2. §. 18. n. 118. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 5. n. 12. Seraphin. de privil. Juram. privil. 21. n. 24. Bottellier. de ſucceſſ. cap. 2. theor. 49. per tot. Prat. diſcept. 39 per tot. lib. 2.* ubi pluries ita fuiſſe deciſum a Conſilio Neapolitano teſtatur, *Thor. in vot. dec. lib. 1. vot. 82. n. 18. & in compend. deciſ. verb. renunciatio facta per Monialem par. 1. & in verb. renunciatio ſi ſit facta par. 2.* quodque
24 perſonarum expreſſio, & declaratio, quod ob amorem erga illas facta fuerit renunciatio, operetur, ut non obſtantibus quibuſcumque verbis ſemper renunciatio ſit perſonalis, plene firmat *Scipio Theodor. alleg. 36. n. 9. 35. & per tot. Altograd. d. contr. 37. n. 1. & ſeqq.* & ſignanter *n. 7. lib. 1.*

Advertendo quod profecto captivari nequit intellectus, quare majorem vim, & efficaciam ſortiri debeat pars prohæmialis indicans ingreſſum Religionis, quam diſpoſitiva manifeſtans dilectionem paternam, & fraternam, juncta exageratione, ut tanta non poſſit eſſe virtus dilectionis, amoriſque erga renunciatarios, ut illorum, cæca vi quiſpiam ductus bona omnia ſit renunciaturus, & exinde plura ſequerentur abſurda, ut renuncians dura neceſſitate intra ſepta Monaſterii invitus remanere, vel turpi egeſtate bonis, omnibus gratia renunciatarii denudatus ſine ulla ſpe premii miſere vitam traducere cogeretur; Quia, præterquam ſemper reincidere oporteret in illud inconveniens, quod ſemper ubi renunciatio facta ſit per ingredi volentem Monaſterium abſque alio diſcurſu habenda foret pro reali, extinctiva, & abdicativa: adhuc utique concedimus, quod cauſa ingreſſus in Religionem ad ſummum ut admodum impulſiva ad movendum renunciantem, ſed non quod ſit ſola, vel adeo principalis, ut magis non fuerit contemplata dilectio, alias quippe reſultaret, quod ex legitima cauſa diſcedente renunciante a Religione ſemper bona recuperaret, & tamen
25 non obſtante, quod in prohemio renuncians expreſſerit, quod intendebat Mundo, & pompis renunciare, adhuc ſi pariter dixerit, *pro manutentione bonorum in familia*, cum ſimilibus, renunciationem perſiſtere ad favorem agnatorum, dato etiam legitimo egreſſu e Religione, millies firmavit *Rot.* & præſertim *dec. 40. & dec. 143. par. 12. rec.* ubi egregie confutatur ratio prohæmialis magis effrænata, quam concurrat in caſu noſtro.

Et quidem admittere poſſumus, quod renuncians Puella, ſi fuiſſet interrogata, utrum ad eamdem renunciationem deveniſſet, quoties non fuiſſet ingreſſura Monaſterium, reſpondiſſet, quod non; ſed debemus etiam protrahere interogationem, utrum ſi defeciſſent Pater & frater, quibus renunciaverat, nec iſti teſtamentum, aut aliam diſpoſitionem condidiſſent, voluiſſet potius ex eo, quia Religionem ingrediebatur, quod bona vaderent ad ignotos, vel inviſos, vel, ut diximus, etiam ad Fiſcum, quam ad proprium Monaſterium, & difficile eſt cogitare, quod affirmative reſpondiſſet, nam renunciatio, ſeu donatio ſemper præſupponit, ut renunciatarius ſaltem per poſſibile valeat rem renunciatam adipiſci, ſed quod ſub renuncia-
26 tione cadere valeat propria hæreditas ipſius renunciatarii, qui poterat de illa ad ſui libitum diſponere, eſt contra omnem veriſimilitudinem, & naturalem diſcurſum, ut egregie ponderavit *Menoch. conſ. 84. ſub n. 14. Altog. conſ. 43. ſub n. 53. lib. 2.* & late *Rot. in Romana Donationis* 26. *Iunii* 1680. §. *Maxime autem cum ſeqq. coram Cardin. Vicecomite.*

Nec ex eo, quod in §. *Inſuper* expreſſe fuerit renunciatum hæreditatibus fraternis, irtrat conſequentia, quod renuncians intellexerit ſe totaliter abdicare: Id etenim procederet, quoties renunciando tranſtuliſſet aliquid in renunciatarium, quia tunc perpetuo, & in quoslibet ejuſdem renunciatarii hæredes cenſeri poſſet transferre voluiſſe hæ-
27 reditatem renunciatam; ſed quatenus ſpectat ad hæreditatem propriam ipſius renunciatarii, quia iſta regulariter ex rationibus, & abſurdis ſuperius annotatis compræhendi non ſolet in generali renunciatione bonorum, hinc ad eamdem inveriſimilitudinem, & abſurditatem tollendam *Scribentes* fere
28 omnes tradiderunt, quod hujuſmodi renunciatio, quibuſcumque clauſulis ampliſſimis munita, intelligatur ſub hac conditione implicita, dummodo ipſe frater decederet cum deſcendentibus, vel cum Teſtamento, ut in his terminis *Regens de Pont. conſ. 39. num. 1. &*

conſ.

Digitized by Google

*conſ.42.n.8. lib.1.Scipio Theodor.d. allega:.56. n.9. Revit.conſ.23.n.21. lib.1. Rot. dec.143. n.31.32. & 39.part.5.rec.* cum aliis per *Altograd.Iun. d. controv.27.n.4. & ſeqq. & n.16. & 17.* ubi reliquis ſuperadditis inquit, quod non obſtante qualibet verborum conceptione renunciatio prçſumitur facta ex duabus cauſis, videlicet, vel ut ipſi de eorum bonis diſponere poſſint, vel ut eadem bona in eorum deſcendentibus conſerventur, maxime, quia ſub eodem §. *Inſuper* nulla legitur facta
29 mentio hæredum, & ſucceſſorum, nec fuit expreſſe renunciatum ſucceſſionibus fratrum ab inteſtato, quod neceſſarium exiſtit ad includendum etiam hoc Jus futurum ex cauſa omnino nova ſuperveniens, ad tradita per *Ciriac.controv.294.n.8. & 9. Surd.conſ.15. n.28. & conſ.267.n.5. & conſ.418.n.24. Rot. cor.Caval. dec.240.n.6.* cum reliquis abunde *in d. Dec.cor. Guaxardo §. Nec obſtat cum ſeqq.*

Atque hinc reflectere opus eſt ad dilemma quod videtur eſſe perſtringens, & indubitabile, vel etenim iſta ſecunda pars, quæ incipit *Inſuper*, & ſuper qua potiſſimum ſit fundamentum in ultima contraria Deciſione, eſt intelligenda tanquam per caput ſeparatum, eoque caſu, quia non fuit facta mentio hæredum, & ſucceſſorum, & fraternarum ſucceſſionum ab inteſtato, planum redditur ex mox ponderatis, quod hçreditas renunciatarii non includitur; Aut vero intelligenda eſt retento eodem themate cum prima parte, cumque renunciatio in ea legatur facta Matthæo Patri, Petro Paulo, & Hieronymo fra-
30 tribus, & clarum pariter eſt, quod ipſis defectis defecit quoque renunciatio, ut ponderarunt *Paſſerin. Torr. Manſ. & Card. de Luc.* quorum dicta, & Authoritates ſuperfluum eſt in propoſito tranſcribere.

Cœterum, niſi hucuſque deducta rem ponant in claris, ſaltem negari nequit, quod caſus ſit valde dubius, & declarationis undique capax, ad hunc enim effectum ſatis eſſet, quod nedum prædicti clari nominis Juriſconſulti ſentiſſent pro perſonalitate renunciationis, verum etiam, quod ipſamet Sacra Rota variaverit, ut conſtat ex *deciſ. 200. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ.* & præmonet *Dec. cor. Guaxardo in princ.* Unde poſito, quod caſus ſit dubius, & declarationis capax, & quam majorem declarationem exoptamus, quam illam, quæ fuit emiſſa ab ipſis renunciantibus, juncta depoſitione aliarum quinque nobiliſſimarum Monialium: quoniam
31 ſi regulariter, data dubietate donationis, ſeu renunciationis, ſtatur declarationi ipſius Donatoris, ut late per *Molfeſ. ad conſuet. Neapol. tit. de renunc. in addit. quæſt.17.n.10. Manſ. d. conſ.258. n.50. Fontanell. dec.172. ex n.16. & n.21. & 22. Rot. deciſ. 402. n. 32. & ſeqq. par 9. & dec.462. n.26. & 27.par.17. Card. de Luc. de ſucc. ab inteſt. diſc.1.n.16. & diſc.31.n.5.*

Quanto facilius, & præter hæſitationem idipſum fateri neceſſe eſt in caſu noſtro, in
33 quo tractatur de Monialibus, quæ per 60. Annos vitam duxerant Religioſam, adeout credibile non ſit, quod abſque particulari proprio intereſſe ad ſolum commodum Monaſterii voluerint earum conſcientias pergravare, ut appoſite exclamat *Card. de Luc. in hac Cauſa d. diſc.2.n.10. de renunc.* & generaliter, ſed tamen bene, in ſpecie Monialium *Mandell. Alb. conſ. 10. n. 25. & 26.* & conſonat *Farinac. de Teſtib. quæſt. 60. n.463. Rot. cor. dec. 805. n.4. par 4. Rot. cor. Baratt. dec. 604. n.5.*

Parumque relevat reſponſio attributa in ultima contraria Deciſione, nempe quod curandum non ſit de hiſce atteſtationibus ob aperta verba Inſtrumenti, quę aliter ſonant, ſeu quod dicta Piarum, & Nobilium Monialium referri debeant ad tractatus, ſermoneſque, qui forſan inter Partes haberi potuerunt antequam celebraretur Inſtrumentum. Siquidem reſpectu hujus poſtremæ replicationis ſtat diametraliter in oppoſitum lectura earundem depoſitionum dicentium uſque = *che all'ora il Notaro formò, e tirò una linea*; & nihilominus circa juratam depoſitionem ipſarum renunciantium vis non ſtat in tempore, ſed in explicatione mentis & intentionis, ut admittunt omnes ſupra relati: quo vero ad ſuppoſitam claritatem, jam diximus, quod improbabile eſt, hujuſmodi claritatem concurrere, dum tot eximii Viri, & ipſa Sacra Rota pluries in propoſito articulo, omnibuſque DD. ſuffragantibus, & poſt quinque propoſitiones contrarium cenſuit, quando ta-
33 men ſufficeret, ſemel eamdem Rotam dubitaſſe ſine preciſa reſolutione, ut dictum fuit *in Romana Penſionis 6. Martii 1684. §. fin. cor. Florez.*

Et ex his non eſt opus ulterius inſiſtere ſuper linea in ſpatio albo relicto ſuperinducta poſt illud verbum, *præſentibus &c.* Quia ſuperabundarent præfatæ declarationes in actu capaci recipiendi declarationem ut ſupra; Sed adhuc eo magis ex evidentia facti corroborantur depoſitiones aliarum quinque Monialium, abſque eo, quod refragetur, quod in aliis etiam Inſtrumenti partibus ſimiles intercederent lineæ: Quoniam, ſi recte advertatur, ubicumque lineæ fuerunt ſuperinductæ, patet, quod ſenſus capax erat recipiendi maiorem verborum extenſionem, nam ubi adeſt verbum *S. Benedicti*, poterat apponi, *S. Annæ Ordinis S. Benedicti*, & poſt verbum *ſcamno ligneo*, poterat adiici, *Coraminibus ornato*, cum ſimilibus; ideoque intantum Notarius lineam hanc in cœteris quoque locis ſuperinduxit, ad denotandum, quod jam repleverat, quæ erant exprimenda, & conſe-
34 quenter etiam poſt verbum, *præſentibus*, apponendo lineam manifeſtavit, quod ſpatium relictum pro extenſione clauſulæ ſuum recepe-

ceperat complementum, ex quo Partes noicebant, quod iſta fieret extenſio, ad celebre *conſ. Socein. Jun. 144. n. 19 verſic. Ex qua immiſſione, & ſeqq. lib. 3.* & latius comprobat noſtra Deciſio *cor. Guaxardo ex §. Nec clauſula cum ſeqq.*

Deniquc nil facit, quod ſi renunciantes ita fuiſſent conteſtatæ, R.P.D. Viceſgerens, aliæque conſpicuę perſonæ, quæ eidem actui intervenerunt, loco replendi album cum linea, apponi juſſiſſent clauſulam *præſentibus & ſtipulantibus pro ſe, filiis, & deſcendentibus*, ſecundum ca, quæ ratiocinatur *Deciſ. apud Palm. Nep. alleg. 153. ſub n. 126.* Id enim recte militarct, quando, ut loquitur *Palma*, cer-
35 tum eſſet, quod clauſula *præſentibus &c.* etiam ſine alia extenſione compræhenderet extraneos, ſed cum contrarium pluries, ac pluries firmaverit *Sacra Rota*, ut late demonſtrat *Manſ d. conſ. 258. n. 9. & ſeqq.* multo magis potuerunt crederc Viceſgerens, Notarius, aliæque perſonæ, ſatis fuiſſe proviſum per memoratæ lineæ ſuperinductionem, & impedimentum extcuſionis, ac propterea licet melius feciſſent adiiciendo præmiſſa verba, non tamen forſan ita opinando vim probationis ex hac circumſtantia reſultantem abſtulerunt, maxime in concurſu juratarum atteſtationum, & reſpective depoſitionum.

Firmo itaque remanente, quod caſus iſte longe differat a prædicta *Romana Hæreditatis de Scarinciis*, quodque etiam in terminis renunciationum, quę fiant ab ingredientibus Monaſterium, nulla certa regula ſtatui poſſit, credimus a primo ad ultimum, quod vel perpenſis tam verbis, quam veriſimilitudine intentionis, aliiſque circumſtantiis evidens ſit perſonalitas renunciationis, aut ſaltem, quod non ſit adeo clara realitas, ut locus, ſeu fides adhiberi non valeat atteſtationibus, depoſitionibus, & declarationibus antedictis.

## *NOVA ADDITIO.*

SÆpius meminit Rota de præſenti Deciſione, cum tangat inſpectiones quotidie contingentes, ſed non ita facile reperibiles, ſed cęteris omiſſis ſufficiat annotaſſe, quod cum in diminutionem portionis reſtituendæ alteri cohæredi poſtmodum detecto prætenderet hæres defalcare quaſdam expenſas, ſignanter *ſub num. 8.* admiſſa fuit defalcatio Strenarum vulgo *Mantice*, quæ de conſuetudine dantur his, vel illis Officialibus, hinc *Rota in Romana Multiplicorum 3. Aprilis 1699. cor. Reverendiſſimo Molines Decano*, examinans quaſ-
36 dam civiles deductiones, quas facere intendebat Marchioniſſa Ruſpula ante confectionem multiplicorum, quibus erat onerata, comprobavit, quod deducerentur Xeniæ, & ſtrenæ, aliæque Natalitiæ largitiones, prout eæ quæ fiunt in Kalendis Auguſti Advocatis, & Procuratoribus, ſimilibuſque perſonis, prout decet Illuſtres, & Nobiles Familias, uſque ad mercedes perſolutas Advocatis cœteroquin, pro ſtipendio annuo conductis pro laboribus extraordinariis, quemadmodum conſtat ex *dicta Deciſ. §. obtinet etiam*.

Iſtaque Deciſio *Romana Multiplicorum* redditur quoque valde ſingularis, quia cum ageretur de magno Patrimonio, & præfata Marchioniſſa criminaretur de pluribus exceſſibus circa magnificentiam, cum qua ſe tractaverat, & aluerat ſupra id, quod ei relictum fuerat pro hujuſmodi alimonia, & tractatu a Marito, & difficile admodum foret perſcrutari ſingula capita, Tribunal tota maſſa negocii perſpecta rationabiliter cæpit arbitrium defalcandi a creditis, quæ habebat Marchioniſſa, certam quantitatem ſcutorum 3000. quod utique videtur ab Judicibus in ſuis caſibus pro litibus in hac materia ſemper faſtidioſis obtruncandis poſſe, & deberi imitari, quemadmodum patet ex *§. admiſſis, cum ſeqq.* in præfata *Deciſione*, quæ fuit poſtea ſemper confirmata, ſcilicet *ſub die 25. Junii 1700. cor. eodem Reverendiſſimo Molines*, quæ junctim prodiit ſub eodem die cum alia ſub eadem nuncupatione — *Romana Multiplicorum*, & quæ concernit reſtitutionem factam Marchioniſſæ illius adminiſtrationis Ruſpulæ Hæreditatis, quæ fuerat ſub Œconomis poſita ob figuratam malam adminiſtrationem.

## ROMANA, SEU VELITERNA MUTUI.

*Ven. 28. Junii 1697.*

### ARGUMENTUM.

Eſt idem, de quo ſupra in *Deciſ.* VIII. & facile colligi poteſt ex brevi Summario.

### *SUMMARIUM.*

1 *Apoca privata continens vitium viſibile nullam meretur executionem.*

2 *Obligatio Cameralis in Apoca privata paucis verbis exprimi ſolet.*

*Ideoque ex inſolita cautbela latius explicandi, & extendendi eamdem obligationem apoca redditur ſuſpecta ibidem & n. 3.*

3 *Cautbela inſolita præfert ſuſpicionem ſimulationis & falſitatis.*

4 *Apoca ingentis mutui exhibita dumtaxat poſt obitum pretenſi Mutuatarii eſt valde ſuſpecta de falſitate.*

5 *Mutuum inveriſimile redditur, quoties concurrit paupertas reſpectu mutuantis, & affluentia divitiarum ex parte Mutuatarii.*

6 *Falſitatis ſola ſuſpicio in civilibus ſuperabundat pro deneganda executione Apocæ privatæ.*

DE-

DECISIO XVI.

AGnete pariter informare renuente DD. perſiſtendum in deciſis exiſtimarunt ex eiſdemmet fundamentis in præterita Deciſione recenſitis *ſub die* 16. *Aprilis proxime præteriti*.

Subſiſtit enim vis, & efficacia ocularis inſpectionis ſecumferentis ſuſpicionem nimis vehementem circa manifeſtam abraſionem, & ſuperimpoſitionem Anni in fine Apocæ arithmetice numerati cum latiori, & ſtrictiori nedum verborum, ſed etiam linearum intervallo ſtudioſe adhibito pro replenda forſan intercapedine ſupra ſubſcriptionem cantantem - *Io Gio: Battiſta Butii mano propria*

1 interiecta; Nil autem magis ad deſtruendam fidem Apocæ privatæ, & conſequenter retardandam illius executionem conferre viſum fuit, quam vitium ſcripturæ, ut ait *Innoc. in cap.* 1. *num.* 8. *de fid. Inſtrum. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed.* 4. *num* 699. *& ſeq. Theſaur. quæſt. for. lib.* 1. *quæſt.* 47. *num.* 7. *Rot. coram Coccin. dec.* 101. *num.* 9. *& in rec. dec.* 170. *num.* 10. *par.* 15. *dec.* 219. *num.* 7. *& ſeqq. & dec.* 310. *num.* 1. 2. *&* 3. *par.* 16. *& in Romana ſeu Collen. hæreditatis* 14. *Junii* 1680. §. *Quamvis enim. &* 27. *Ianuarii* 1681. §. 1. *& ſeqq. cor. cl. mem. Card. Vicecomite*.

Præcipue, quia hujuſmodi vitium manifeſtius arguebant reliquæ conjecturæ conſideratæ in *Deciſione* præcedenti; nam non egrediendo terminos ejuſdem Apocæ, formula obligationis ibidem noſcebatur extenſa præter morem ſimilium Apocarum, nempe - *obligo tutti li miei beni, tanto quelli di Monte, come ſtabili, & altri beni a me ſpettanti, tanto in Roma, come in Velletri*; hæc enim explicatio ſolita contineri ſub unico fere verbo - *mi obligo*

2 *in forma Cameræ*, quod etiam latius patet, confirmabat mentem DD., quod hujuſmodi magis longa, & affectata verba forent inſcripta ad finem dumtaxat replendi, ut præmiſimus, ſubſcriptionem folii in albo penes Agnetem ob arctam ejus familiaritatem cum Joanne Baptiſta exiſtentis, & in omnem ca-

3 ſum vel ex ipſa ſuperſtitione cauthelæ, vel ex actu excedente confinia ſoliti, ſuſpicionis argumenta peraugeri cenſuerunt, ex deductis per *Menoch. de præſ. lib.* 5. *præſ.* 20. *Maſcard. de probat. concl.* 740. *num.* 37. *Barboſ. vot. deciſ.* 68. *num.* 48. *lib.* 2. *Gen. de ſcript. priv. lib.* 1. *quæſt.* 6. *dubit.* 7. *num.* 14. *Pegaſ. reſol. foren. cap.* 19. *n.* 40. *& ſeqq. Rot. dec.* 132. *num.* 11. *poſt. Zacch. de oblig. Camer. & in Romana Mutui* 15. *Martii* 1683. §. *Tum etiam, cor. bo. mem. Rondinino*.

Addito, quod eadem Apoca, ultra tarditatem productionis, conflictabatur ex ea ulteriori conſideratione, quod Agnes illam non exhibuerit, niſi poſt obitum Joannis Baptiſtæ prætenſi debitoris, ſeu Mutuatarii adverſus Nepotem illius hæredem, & conſe-

4 quenter minus informatum; quæ ſane taciturnitas vivo debitore, & urgentia poſt ejus mortem apud Jura non leve ſuſpicionis præbet indicium, ut præciſe in his terminis conſideravit *Rot. dec.* 148. *n.* 14. *&* 15. *par.* 16. *rec.* & ad rem comprobant *Bellon. Jun. conſ.* 21. *ſub num.* 9. *verſ.* 4. *& ultimo, & num.* 10. *Cyriac. contr.* 280. *num.* 9. *Rot. cor. Seraphin. deciſ.* 684. *num.* 5. *&* 6. *& deciſ.* 190. *num.* 5. *part.* 4. *tom.* 2. *rec. & deciſ.* 128. *num.* 8. *&* 9. *par.* 10. *& in Bononien. Cenſus* 11. *Maii* 1682. §. *Arctius hæc omnia, cor. clar. mem. Card. Matthæio*.

Denique in unum repetebant, agi de ſumma ſcut. 1750. quæ utique videbatur excedere vires Agnetis, quæ nonniſi ſcuta mille dederat in dotem, & ex oppoſito oſtenſum fuerat, quod Joannes Baptiſta aſſertus Mutuatarius de tempore ſuppoſiti Mutui nedum in Officia venalia conſiderabiles implicaverat pecunias, ſed & alias actu detinebat demortuas in Sacra Æde Pietatis; concur-

5 rentibus ſiquidem impotentia ex parte Mutuantis, & affluentia pecuniarum ex parte Mutuatarii, mutuum reddi ſatis ſuſpectum, uno ore tradiderunt adducti in *Deciſione*, quæ revidetur *ſub* §. *Augebatur*, quibus addi poſſunt *Bald. conſ.* 249. *ſub num.* 3. *verſ. præterea ſi d. Bernardus vol.* 1. *Decian. conſ.* 62. *n.* 29. *lib.* 3. *Rot. dec* 181. *num.* 23. *poſt Zacch. de oblig. Cameral. & dec.* 11. *n.* 11. *verſ. quinto concurrit, par.* 7. *rec.* & magis punctualiter *in d. dec.* 148. *num.* 5. *par.* 16. *rec.*

Atque ex his citra inutilem repetitionem aliorum fundamentorum prædictæ *Deciſionis*, quæ Agnes non auſa eſt, vel non valuit labefactare, DD. remiſſive ad eadem fundamenta, & ad reſponſiones reſpective datas in prædicta *Deciſione* argumentis, ac prætenſis probationibus allatis pro parte Agnetis in Curia Eminentiſſimi Decani, concluſerunt,

6 quod cum verſemur in Civilibus, conglomeratio tot ſignorum, indiciorumque falſitatis ſapiebat (ad differentiam Judicii Criminalis) pro deneganda executione Apocæ ſufficientem undique falſitatem, ex quo in Civilibus ſuſpicio ipſa bene fundata habetur pro falſitate, ex trad. per *Noguerol. alleg.* 26. *ex num.* 147. *cum plur. ſeqq. Rot. coram Merlin. dec.* 419. *num.* 12. *& dec.* 23. *num.* 3. *par.* 10. *rec. & dec.* 272. *num.* 18. *&* 19. *par.* 11. *& dec.* 258. *n.* 5. *cor. Card. Cerr. & in d. Romana ſeu Collen. Hæreditatis* 14. *Junii* 1680. §. *Maxime vero, &* 27. *Januarii* 1681. §. *Et denique in fin. cor. clar. mem. Cardinali Vicecomite, & in d. Romana Mutui* 15. *Martii* 1683. §. *De veritate itaque, cor. bo. mem. Rondinino*.

Et ita Cyriaco dumtaxat, ut ſupra, informante, reſponſum fuit &c.

ROMA-

ROMANA, SEU VELITERNA MUTUI SUPER ARTICULIS.

*Ven. 28. Junii 1697.*

ARGUMENTUM.

Probatio exhibita per Actorem de facili admittitur, præſertim, quando examen fieri debet in Curia, non obſtante, quod aliud præceſſerit examen, quando articulatur materia diverſa: Et quare articuli plerumque ſoleant admitti cum retardatione, vel ſine, arbitrio Rotæ.

SUMMARIUM.

1 *Articulorum admiſſio nunquam denegatur, quando is, qui probationes facere intendit, eſt Actor.*

*Præcipue, quando Teſtes examinari debent in Curia, num. 2. ubi de ratione.*

3 *Articuli iterato admittuntur in eadem Cauſa, quoties examen de novo faciendum percutit materiam a primo examine diverſam.*

4 *Articuli qua ratione plerumque admitti ſoleant cum retardatione, vel ſine arbitrio Rotæ.*

5 *Probatio per remiſſoriam non admittitur, quando jam alias fuerunt examinati Teſtes.*

6 *Examen novum non admittitur poſt didicita teſtificata.*

*Maxime, quando novi articuli idem continent in ſubſtantia cum primis, licet in cortice differant, num. 7.*

8 *Nova remiſſoria non conceditur ſuper eadem materia, quando Proceſſus pervenit ad manus Partis, propter periculum ſubornationis.*

9 *Remiſſoria denegatur, quando articuli tendant ad evertenda Deciſionum editarum fundamenta.*

10 *Remiſſoria denegatur, quando adeſt ſuſpicio calumniæ.*

11 *Solutio dotis ex quibus conjecturis probetur.*

12 *Frater pro Sorore non eſt Teſtis legitimus.*

13 *Fumus ſemiplenæ ſaltem probationis requiritur ad obtinendam remiſſoriam in materia objectiva.*

14 *Remiſſoria non debet concedi, quando probatio materiæ articulatæ redderetur inutilis.*

15 *Exceptio non numeratæ Dotis, ex quibus excluſa remaneat, & n. 16. uſque ad 19. ubi in hoc propoſito declarantur* Mant. de tacit. lib. 11. tit. 20. num. 11., & Boſſ. de dote cap. 10. n. 139.

20 *Uxor pro exigenda dote a dotante an indigeat ceſſione Viri, & ejus hæredum.*

21 *Uxor conſtante matrimonio non valet impugnare dilationem promiſſori dotis factam per Virum.*

*Secus autem eo diſſoluto, num. 22.*

23 *Uxor ſoluto Matrimonio, vel Viro vergente ad inopiam poteſt in ſubſidium agere pro nova dotatione adverſus obligatos, non obſtante pacto de non petendo facto ab ejus Viro.*

24 *Exceptio non numeratæ dotis, vel pecuniæ efficitur perpetua, ſtante reclamatione intra biennium.*

DECISIO XVII.

Propoſito hodie dubio ſuper admiſſione articulorum, cujus reſolutio, Agnete tunc non informante, ex benignitate hujus S. Tribunalis dilata fuerat ſub die 26. Aprilis proxime præteriti, cenſuerunt DD. affirmative reſpondere, cum retardatione tamen, vel ſine, arbitrio Rotæ.

Fundamentum principale admiſſionis adverſus ea, quæ contra articulorum relevantiam obiiciebantur ex parte Cyriaci, in eo potiſſime verſabatur, quod cum alias in hac Cauſa ſub die 15. Junii 1693. proponente bo. mem. Benincaſa demandatum extitiſſet, probationes hinc inde coadjuvari, poterat ſucceſſive ad finem retardandi, vel non proceſſum Cauſæ maturius inquiri de relevantia, ſed ſtante memorato præſcripto Rotæ eædem qualeſcumq; probationes exhibitæ per Agnetem videbantur quodammodo neceſſariæ, & conſecutivæ ad juſſionem præcedentem; ad-
1 ſtipulantibus præcipue Agneti duabus regulis, altera, quod ipſa foret Actrix, quo caſu vel numquam, vel raro examen denegari conſuevit, quemadmodum nuperrime reſponſum fuit *in Aſculana Aquæductus ſuper Remiſſoria 13. Maii mox elapſi §. Facilius, cor. R. P. D. meo Muto.*

Et altera, quod agebatur de Cauſa mere
2 prophana, & Agnes contendebat iniri examen in Curia, in quibus utique terminis, & quia magis ceſſat ſuſpicio ſubornationis, & calumniæ, & quia citius expediri poteſt examen, de facili ſolet indulgeri articulantis inſtantiæ, ut paſſim dixit *Rota*, & ſignanter *cor. Bich. dec. 269. & cor. Priol. dec. 435.* utrobique *n. 1. & 2. & dec. 63. n. 1. cor. Ubag. & dec. 649. n. 9. par. 18. rec. & dec. 323. n. 2. par. 19.*

Non adverſante altero objecto deducto per Cyriacum, nimirum, quod alias ſuper eadem materia inducti fuerint per Agnetem, & examinati gemini Teſtes, quos non probare compertum fuit in Deciſionibus æditis
3 ſuper meritis: Animadverſum quippe fuit, probationem hodie ab Agnete propoſitam percutere novam, ac independentem confeſſionem Joannis Baptiſtæ emiſſam diverſo tempore ab illa, ſuper qua præteritum examen expletum fuerat, proindeque attenta diverſitate confeſſionis ceſſat quæcumque ſuſpicio ſubornationis, quæ alias ex identitate materiæ articulatæ potuiſſet emergere, ad *Rot. deciſ. 303. num. 16. 17 & 19. part. 9. rec. & dec. 252. num. 8. cum. 2. ſeqq. par. 15. & deciſ. 88. num. 11. & ſeqq. part. 16. & coram Ubag. dec. 19. n. 8. & in Calaritana Penſionis 24. Aprilis 1693. §. Non obſtat, cor. bon. mem. Emerix.*

Cœterum, quia non parum ſerotina apparuit petitio Agnetis, dum per quadriennium neglexerat ex parte ſua coadjuvare pro-

probationes, quando Cyriacus contra regulare votum Reorum prævenerat Actricem tam in uberius ſtruendis ſuis probationibus, quam in procurando iteratam Cauſę propoſitionem, conſultius (ut diximus) exiſti-
4 marunt DD. in ipſa articulorum admiſſione reſervare ſibi facultatem proſequendi, vel ſuſpendendi proceſſum ad ulteriora, juxta laudabilem oculatam praxim noſtri Tribunalis, de qua videre eſt *coram Bich. deciſ.* 45. *num.*6. *&* 8. *Priol. deciſ.*45. *num.* 13. *& in rec. deciſ.* 101. *n.* 43. *in fin. par.* 10. *& dec.*391. *n.*8. *&* 9. *part.*16. *& deciſ.* 145. *num.*10. *part.* 19. & alibi millies.

Et ita utraque &c.

## ANNOTATIO, ET ADDITIO.

CAuſa hæc terminavit cum ipſa conceſſione Remiſſoriæ, ſive examinis Teſtium, quos Agnes, quæ prætendebat eſſe creditrix Apocæ Mutui, ad corroborandam eamdem Apocam induxerat, nam forte deſperata ſufficentia probationis adverſus definita in præcedentibus duabus Deciſionibus abſtinuit ab ulteriori proſecutione, unde actum amplius non audivi quicquam inter Partes.

Materia vero hujus ſecundę Deciſionis ſuper articulis frequens eſt, quia modo juxta varias caſuum contingentias, ſeu circumſtantias conceditur, & modo denegatur illorum admiſſio, ut infra ſuo loco apparebit in Deciſionibus affirmative, vel negative emanatis; ſignanter autem circa ſtylum ſervari ſolitum in Auditorio Sacræ Rotæ ſuper admiſſione articulorum, ſeu conceſſione Remiſſoriæ ſimpliciter, vel ſine retardatione proceſſus Cauſæ, aut cum clauſula *arbitrio Rotæ*, plura explicata ſunt inferius *in Romana Dotis ſuper articulis* 2. *Iulii* 1700.

Et quoniam quandoque petitur novum Teſtium examen, ſive nova Remiſſoria poſtquam primi Teſtes fuerunt detecti inſufficientes ad probandum id, quod ex alterutra Partium deſiderabatur; hujuſmodi autem petitio non eſt regulariter immunis a ſuſpicione ſubornationis, idcirco ſubnectendum exiſtimavi Reſponſum a Me exaratum in quadam Cauſa *Avenionenſi*, in qua Maritus poſt confeſſionem dotis receptæ in pecunia numerata emiſſam in publico Inſtrumento, ſubvertere eam ſatagebat, non contentus primæ inutilis probationis, ſive obtentæ Remiſſoriæ in Curia Legationis, rurſus inſtando pro nova articulorum admiſſione, quapropter Ego, in ſenſu etiam veritatis, adſcitus ad oppugnandam hujuſmodi inſtantiam, reſpondi.

Si unquam ſecunda Remiſſoria, ſive novæ articulorum admiſſio ex prudenti Iudicis arbitrio recuſari debet, id proculdubio practicandum venit in caſu, de quo agimus.

Primo etenim, attenta receptiſſima propoſitione, atque in omnibus Tribunalibus paſſim canonizata, quod regulariter primo
5 examine confecto, non debent iterum admitti Teſtium depoſitiones, ob eam nimis ſtringentem rationem, quod Pars aliquid intendens per Teſtes comprobare ſemper eas perſonas, & articulos producit, qui melius ſciant, & valeant producentis intentionem juſtificare, ideoque præſumitur ad ſolum finem longioris defatigationis novos articulos ſecundo loco produci, prout ſub hac ratione animadvertunt de ſtylo Sac. Palatii *Veſtr. in prax. lib.*6. *cap. fin. n.*3. *Farinacc. q.*77. *n.* 30. *de Teſtib. Ludoviſ. deciſ.* 23. *n.* 2. *&* 3. *Duran. dec.*160. *n.* 2. *&* 3. *Bich. dec.* 335. *n.*16. *& dec.*334 *num.*2. *par.* 11. *rec. dec.*88. *num.*10. *& dec.*289. *n.*7. *par.* 16.

Secundo magis, quia concurrit primi examinis publicatio; Unde ad evitandum ſubornationis periculum, & ne Pars agnoſcendo, in qua parte defecerint Teſtes prima vice inducti, ipſum defectum cum læſione veritatis reſtaurare procuret, regula pariter
6 eſt, quod poſt didicita teſtificata novi examinis denegetur admiſſio, juxta communiter notata per *Text. in cap. fraternitatis, de Teſtib., & Clem.* 2. *eod. tit. Add. ad Buratt. dec* 180 *litt A. Rot. d. dec.* 334. *in princ. part.* 11. *Bich. dec.*335. *n.* 9. *R.P.D. meus de Luc. lib.*15. *de Judic. diſc.*31. *n.*34.

Et quamvis plures reperiantur Sac. Romanæ Rotæ *Deciſiones* de facili concedentes novam remiſſoriam, quando articuli iterum producti in aliqua parte diverſificant a primis, adhuc tamen ceſſat ex ipſo facto hujuſ-
7 modi limitatio, dum nulla diverſitas inter primos, & ſecundos articulos dignoſcitur in ſubſtantia materiæ articulatæ, quidquid ſit in cortice verborum nullatenus attendendo, ad ea, quæ diſtinguendo firmavit *eadem Rot. cor. Ludoviſ. dec.*191. *n.*3. *Buratt. dec.*392. *n.*2. *Mantica dec.*374. *num.* 5. *& dec.* 183. *n.*2. *part.*4. *rec. Adden. ad dec.* 606. *num.*32. *par.*5. *& deciſ.*303. *num.*17. *par.*9. *deciſ.*252. *n.*7. *& ſeqq. part.* 15. & melius *dec.* 181. *n.* 9. *par.* 16. *rec. Bich. d. dec.*335. *num.*8. ubi plures in propoſito refert concordantes fruſtra tranſcribendos.

Atque ulterius corruit applicatio quarumlibet *Deciſionum* ad caſum, in quo verſamur; illæ etenim ſeſe declarant, quod in Curia tantum locum ſibi vindicet hujuſmodi ſtylus, ex quo in Urbis Tribunalibus Parti ſolum communicatur Summarium abſque integra dimiſſione Proceſſus; ſed is in præſen-
8 ti pervenit ad manus Partis, ideoque nunquam ob præfatum periculum ſubornationis novam Remiſſoriam, ſive novos articulos admittendos eſſe, perpetuo firmavit diſtinguendo *Rota*, & præſertim *in Faventina Beneficii* 24. *Iunii* 1644. *cor. Card. Cerro, & dec.* 181.

*n.7.par.16.rec.*, *& in Avenionen.dilapidationis bonorum* 7.Maii 1646.§. *Parum etiam, cor.Dunozet.Iun.& dec.211.n.8.d.par.16.rec.Bich.d.dec.335.n.12.&* 13. ſequitur *Card.de Luc.dicto lib.15.de Iud.diſcur.31.n.30.verſ.Quæſtione cadente.*

Tertio fortius, & abſque difficultate, quia
non ſolum didicita fuere teſtificata, ſed
etiam judicialiter diſcuſſa, in quibus termi-
nis etiam *Rota*, quæ placidius, ut ſupra, in
hac materia ſolet procedere, denegavit præ-
9 fatam admiſſionem, quando (ut ait *ipſa Ro-
ta*) nova Remiſſoria tendit ad deſtruenda
editarum *Deciſ.* Fundamenta, ut poſt *Caſ-
ſador. Seraphin.& Pæn.*, *Rot. dec.* 195. *n.* 11.
*par.*15.*rec.*& prius *dec.212.n.1.par.1.rec.Ad-
den.ad Ludoviſ. dec.*211. *lit.*C. *& lit.*D. cum
aliis late per *Rot. dec.*606. *n.*6. *par.*5. *& ibi
Rub. ex n.*24.*cum pluribus ſeqq.*

Quarto præcipue, quia non ſolum articu-
li noviter deducti tendunt ad infringendam
propriam Confeſſionem ſolemniter, ut in-
fra, ratificatam, ſed etiam ad arguendum
publicum Inſtrumentum de falſo, quando
de cætero plures pro illius veritate militant
conjecturæ, quæ ſicuti magis corroborant
Inſtrumentum, ita e converſo maximum
10 perhibent motivum ſuſpicandi de calum-
nia, propter quam denegandam eſſe Remiſſo-
riam, indubitanter dixerunt in ſimili *Bich.
dec.*412.*n* 7.*&* 12.*dec.*293.*n.*7.*& dec.*535. *n.*
76.*par.*14 *recent.*

Agitur enim de Confeſſione ſolemniter
emiſſa poſt præambulum promiſſionis Inſtru-
mentum: quo caſu, conſtito de primordio
obligationis, de facili præſumi ſolet ſatisfa-
11 ctio, juncto præſertim duplici Iuramento
tam aſſertorio, quam promiſſorio, atque
prolato a Viro maiore, ac Doctorali laurea
inſignito una cum verificatione Dotis pro
parte librarum 3000. ſolutæ: Unde iſtis cir-
cumſtantiis inſimul concurrentibus etiam
ſine Inſtrumento, & aſſertione Notarii de
ſufficienti probatione ſolutionis conſtaret, ut
habetur plene deductum per *Duran.dec.*409.
*n.*21.*Rot.dec.*160.*n.*2.*& ſeq.par.*7.*& dec.*124.
*& dec.* 148.*par.* 10.ubi cæteræ allegantur.

Hinc fruſtra prætenditur, quod ex depoſi-
tione P.de Montal aliqualis fumus aſſerti de-
fectus numerationis pecuniæ valeat deſumi;
quia licet ille Religionis Caractere præful-
12 geat, nihilominus tanquam deponens pro
Sorore contra fratrem in Cauſa adeo gravi
nullam probationem facit, ut præter *Fari-
nacc.de Teſtib.quæſt.*54.*n.*25.firmavit *Rot.dec.*
229.*n.*6.*par.* 11., & alibi frequenter.

Et tamen in hac materia, quæ quamvis ci-
viliter pertractetur, nihilominus admixtam
habet ſpeciem criminalitatis, & materiam
objectivam concernit, ad effectum exhiben-
13 di fumum probatio ſaltem ſemiplena requi-
ritur, ut præciſe reſpondendo advertit *Rota
dec.*302.*n.*15.*par* 5. *Baratt.dec.* 357.*n.*6.*Bich.
dec.*14.*n.*2., & paſſim in aliis.

Quinto tandem, & ſine ſcrupulo, quia
admiſſa etiam ex abundanti, & ſine veri præ-
judicio veritate materiæ articulatæ, illa mi-
nime ad evertendam vim, & ſubſtantiam fa-
14 ctæ quietationis ſuffragaretur; Ideoque ad-
mittendam non eſſe inutilem Remiſſoriam
uno ore conſtantiſſime firmarunt adducti
per *Rot coram Bich. dec.* 66. *n.* 15.*&* 16.apud
quem cæteræ.

Quod autem probatio materiæ articulatæ
non relevaret, apertiſſime demonſtratur,
dum etiam dato, quod Teſtes optime con-
cluderent, pecuniam de tempore primæ
quietantiæ non fuiſſe numeratam, adhuc ſub-
15 ſequens ratificationis Inſtrumentum factum
ex intervallo in caſu alterius ſolutionis au-
fert omnem prorſus facultatem opponendi
exceptionem non numeratæ pecuniæ, dici-
turque obtinere robur pacti de non petendo,
& in omnem eventum implicitam donatio-
nem ad favorem promiſſoris includit, juxta
individualiter notata per *Valaſc. conſ.*5.*n.*10.
*Coſt.in l.ſi ex cautione*14.*a n.*2.C.*de non numer.
pecun.Covarr.var. lib.*1. *c.*7. *n.*5.*verſ.Tamen ſi
ſecundum*, *Molin.de Iuſt.& Iur.tom.*2.*diſp.*439.
*n.*6.*Barboſ.in l.cum fidem n.*4.*&* 5.C.*de non nu-
mer.pecun.Antonell.de tempor.legal. lib.*2.*cap.*
95.*n.*11.*Trentacinq.var.reſol.lib.*3.*ſub tit.de
ſolut.reſolut.*20.*verſ.Primus eſt.*

Nullatenus adverſante *Mantica de tacit.lib*
11.*tit.*20.*num.*11.*Boſſ.de Dote cap.*10.*n.*139.,
16 quia præterquam eorum authoritas procul-
dubio comparari nequit tot inſignibus *Do-
ctoribus* ſupra in contrarium allegatis, atque
abſolute firmantibus, iſtum defectum nume-
rationis pecuniæ opponi non poſſe per Mari-
tum uti confitentem, adhuc tamen ex gemi-
na circumſtantia omnis ceſſat amaritudo.

Una nempe, quod iidem *Mantica*, *& Boſ-
ſius* loquuntur in terminis binæ quidem, ſed
17 ſimplicis confeſſionis de recepto, & in his
forte recte procedit animadverſio, quod du-
plex confeſſio de recepto auferat dumtaxat
præſumptionem defectus numerationis, ſed
non modum probandi contrarium: nos au-
tem verſamur in caſu, quo coram Notario,
& Teſtibus jam apparet de effectiva numera-
tione pecuniæ per Inſtrumentum; Ideoque
ad evidentiam remanent extra terminos pre-
fati *Doctores*, imo cum ex intervallo appoſita
legatur renunciatio exceptioni non numera-
tæ pecuniæ una cum promiſſione de non
contraveniendo, corruit omnino, & in ra-
18 dice facultas probandi contrarium, prout
egregie poſt eumdem *Mantic.d.lib.*11.*tit.*20.
*n.*8. *verſ. Tertium eſt*, firmat pariter idem
*Boſſius d.cap.* 10. *n.* 24. ubi plusquam viginti
cumulando *Doctores* anſam præbet reportan-
di victoriam cum armis ab ipſa Parte detectis.

Et altera, quod dum Maritus in caſu no-

ſtro

ſtro major, & I. V. D. per effrænatas claulu-
las, & verba promiſit - *aliquam petitionem de
dicta Dote unquam in Iudicio, vel extra facere,
cunctis exceptionibus renunciando, quam ſum-
mam &c. recognovit, & hypothecavit in favorem
D. Mariæ &c. cum promiſſione de reddendo tu-
tam &c.* Et inſuper ſubjunxit *præſentem quie-
tantiam, recognitionem Dotis, & omnia in illa
contenta grata habere, & non contravenire di-
recte, aut indirecte, & ad hoc faciendam ſubmiſit,*
19 *& obligavit &c.* perneceſſe dicere oportet,
quod animum habuerit agnoſcendi debitum,
non autem confitendi ſimpliciter ſub ſpe fu-
turæ numerationis, vel in omnem caſum pa-
ctum fecerit de non petendo; Ideoque opponi
in hoc caſu non poſſe defectum numerationis
proſequendo docet poſt *Petr. Barboſ. in l. 1. par.
6. n. 58. verſ. Ad agnoſcendum, ff. ſolut. matrim.
Boſſ. d. cap. 10. n. 36. in fin.*

Haud relevante, quod iſta procedant con-
tra D. de Garzin, non autem contra illius
Uxorem, quæ pro ſuo Iure, & intereſſe de
hujuſmodi numerationis defectu valeat obii-
cere; Quoniam, quidquid ſit, quando ipſa
20 ſoluto matrimonio, aut Viro ad inopiam
vergente dotem vellet a dotante recuperare,
in quo caſu ſolent diſputare *Scribentes*, an ad-
huc indigeat ceſſione Viri, ac ejus hæredum,
ex iis, quæ habentur diſceptata penes *Vincent.
de Franch. dec. 33.*, ubi late *veteres Adden.*, &
*modern. Carol. Ant. de Luc.*, *Surd. dec.* 229.
*n. 16. Barboſ. ad l. 1. par. 3. n. 11. & 15. verſ. Qui-
bus, ff. ſolut. matrim. Faber in* C. *lib. 5. tit. 6. defi-
nit 5. Boſſ. de Dote cap. 9. num. 47. Card. de Luc.
eod. tractat. diſc. 163. num. 1.*

Utique certum eſt, quod extra prædictos
caſus Uxor nullam, conſtante matrimonio,
habet actionem, ex quo dominium in Virum
pertranſit, eiuſque commodo, & incommo-
do reſidet ipſam dotem, & fructus dotales
21 exigere, dataque per eumdem Virum dila-
tione ad ſolvendum, ſive facta donatione,
aut pacto de non petendo, Uxor non habet,
de quo conqueratur, teneturque, durante
matrimonio, tacere, prout in individuo de-
finivit Senatus Pedemontanus, teſte *Fabro in
ſuo C. ſub tit. de pact. convent.* alias *lib. 5. tit. 9.
d finit. 2.*, & tradit *R. P. D. meus de Luc. diſc.*
22 *62. n. 3. & 4. lib. 6. de dote*, & diſtinguendo,
ſeu loquendo poſt diſſolutum matrimonium,
*Faber in C. dicto lib. 5. tit. 5. definit. 6.* ex gratia
viden.

Facilius vero, & uſque ad evidentiam, quia
nihil per hujuſmodi ſilentium deperit Uxo-
ri, poteſt enim indubitanter recuperare
eamdem dotem ſoluto matrimonio, tum
quia Maritus ipſam Uxorem in prima quie-
tantia, & in ſecundo Inſtrumento aſſecura-
vit, propriaque ad illius commodum bona
obligavit; tum demum, quia ſemper, &
23 quandocumque caſus diſſolutionis matri-
monii, vel vergentiæ Viri ad inopiam eve-
nerit, valebit in ſubſidium petere, vel no-
vam dotationem ab obligatis, ut late ani-
madvertit *Boſſ. de dote cap. 9. n. 47. & 48.*, & in
individuo idem *Faber* exadverſo allegatus *in
lib. 5. tit. 10. definit. 5. circa medium*, ibi - *non
etiam, ut debitores, qui non ſolverunt, liberati
intelligantur, ſi propter* Mariti *inopiam inanis
adverſus eum futura ſit de dote actio*; vel agere
ex primævo dotationis inſtrumento, tunc tem-
poris per viam replicationis opponendo ex-
ceptionem non numeratę pecuniæ, quia
24 dum intra biennium apparet conquæſta, iſta-
met conquæſtio opportune facta perpetuat
ſupradictam exceptionem, per *Text. in l. ſi in-
tra*, C. *de non numer. pecun. Antonell. de temp.
legal. lib. 2. cap. 45. num. 3.*

Cum igitur a primo ad ultimum omnes in
præſenti caſu concurrant limitationes, ſeu
regulæ ad excluſionem novæ admiſſionis ar-
ticulorum militantes, reſecanda venit per
Judicis rectiſſimi religionem, & Juſtitiam
diuturna vexationis via, ipſaque Pars, vel
acquieſcat, vel per organum Juris, ac legi-
timæ appellationis a prima ſententia in Par-
tibus prolata reclamet.

## CORTONEN. BENEFICII.

*Lunę 1. Iulii 1697.*

### ARGUMENTUM.

Pro impedienda executione litterarum gratioſæ
ſubrogationis obtentæ per collitigantem ſu-
perſtitem in Juribus defuncti obiiciebatur,
quod præcedens lis principaliter penderet in-
ter Patronos, & ſolum acceſſorie inter præ-
ſentatos, & conſequenter, quod eadem lis
non percuteret titulum Beneficii: Verum
cum ageretur de ſubrogatione jam conceſſa,
& quidem collitiganti, non autem tertio,
reſolutum fuit, ſuperabundare, quod lis iu-
ſtificaretur eo modo, quo fuit narrata, præ-
ſertim, quia conſtitit ex facto, quod lis ſal-
tem æque principaliter vertebatur tam inter
Patronos, quam inter eorum præſentatos. Cœ-
tera habes ex *Summario*.

### *SUMMARIUM.*

1 *Beneficium non efficitur litigioſum ob litem
principaliter vertentem inter Patronos ſu-
per pertinentia Iuriſpatronatus.*
*Amplia, id procedere, quamvis eadem lis ac-
ceſſorie etiam vertatur inter præſentatos
ab ipſis Patronis, num. 2.*
*Limita, quoties Patroni poſt latam ſenten-
tiam acquieverunt, & eorum pręſentati pro-
ſecuti ſunt Cauſam appellationis; tunc enim
Beneficium efficitur litigioſum, num. 9.*
*Prout etiam efficitur litigioſum, quoties lis
æque principaliter vertitur inter Patronos,
& eorum prçſentatos, num. 10.*
3 *Lis quando vere, & proprie dicatur pendere
ſuper titulo Beneficii, itaut Beneficium
efficiatur litigioſum, necne; remiſſive.*
4 *Lis ad effectum ſubrogationis gratioſæ ſufficit,
ut juſtificetur eo modo, quo fuit narrata.*

*Neceſſitas namque juſtificandi, quod lis pendeat ſuper titulo Beneficii, non militat in ſubrogatione jam conceſſa, ſed ſolum quando queritur, an ſit concedenda, num. 5.*

*Prout etiam non militat in ſubrogatione conceſſa collitiganti ſuperſtiti, ſed ſolum reſpectu tertii ſubrogati in juribus collitigantis præmortui, num. 8.*

6 *Dataria paſſim conſulit Rotam pro voto, an concedenda ſit, necne ſubrogatio gratioſa in juribus collitigantis præmortui.*

7 *Subrogatio gratioſa quare fuerit adinventa, & ad quem effectum de facili concedatur.*

11 *Appellatio non dicitur deſerta, niſi ex parte Victoris ſerventur ſoliti termini ad docendum de appellatione, ejuſque legitima proſecutione.*

*Et ulterius conſtare debet de non jure ejus, qui appellationem proſequi non curavit, n. 12.*

13 *Sacra Rota non cogit Partes ad expediendam Sententiam, quoties ſuccumbens in Cauſa acceptando Deciſiones ſibi contrarias liti legitime renunciavit.*

14 *Patroni diſcordantes in præſentando an cogi valeant ad incundam inter ſe alternativam, & ex num. 15. uſque ad 19.*

16 *Parochi duo ſi inter ſe contendant ſuper exercitio Iurium Parochialium reſpectu alicujus Domus ſitæ in Confinio utriuſque Parochiæ, quid agendum?*

17 *Eccleſia ſita in confinio duorum Epiſcopatuum ſi ab utroque Epiſcopo conferri prætendatur, quomodo controverſia hæc veniat dirimenda, & num. 18.*

19 *Diviſioni non eſt locus altero invito inter plures communiter, & pro indiviſo poſſidentes.*

*Fallit, quando communio parit intollerabile præjudicium alteri ex Sociis, num. 20.*

*Et declarat etiam, ut num. 29.*

21 *Dataria paſſim concedit in Iurepatronatu laicali derogationem pro medietate.*

*Eamque indiſtincte impartitur illi præſentato, qui prævenit in petitione Gratiæ, n. 22.*

23 *Univerſitas, cui competit Iuſpatronatus, debet collegialiter uniri ad præſentandum.*

24 *Univerſitas non poteſt congregari abſque licentia Principis.*

25 *Arbitrium Epiſcopi in gratificatione debet eſſe regulatum a Jure.*

26 *Collator, quantum poteſt, curare debet, ut ponatur Rector gratus Populo.*

27 *Major pars abſorbet minorem in materia Iurispatronatus.*

28 *Alternativæ pactum non procedit in diviſione Iuris præſentandi, ſi unus tantum diſſentiat.*

*Intellige, quando tale jus ſpectat ad plures uti ſingulos, non autem, quando ad plures uti Collegium, tunc enim, & hic terminis major pars abſorbet minorem, n. 29. 31. & 32.*

30 *Tranſactio facta inter Compatronos bona fide ſuper Iurepatronatus ſubſtinetur, etiam in præjudicium ſucceſſorum ex propria perſona ad illud vocatorum.*

33 *Major pars Univerſitatis ſufficit ad deliberandum, quando agitur de actu utili, & proficuo.*

34 *Conſenſus alicujus, quando requiritur ratione tantum præjudicii, ſufficit ut interveniat ex poſt.*

35 *Conſenſus ſimultaneus Partium requiritur in contractibus.*

*Intellige, & declara, ut num. 36.*

37 *Reſcriptum ſemel acceptatum non poteſt amplius impugnari.*

38 *Acceptari debent in totum, aut in totum reprobari ea, quæ ſunt inter ſe connexa, & unita.*

39 *Actio naſcitur ex pacto nudo, quando agitur cum Principe.*

40 *Pænitentiæ locus non eſt, quando fuit petita a Principe licentia, & obtenta.*

*Exemplifica in eo, qui petiit a Superiore Eccleſiaſtico licentiam reſignandi Beneficium, nam ea obtenta pænitere non poteſt, ibid.*

41 *Princeps debet habere unum Calamum, & unam linguam,*

## DECISIO XVIII.

AUdito rurſus Petro Paulo, veluti mordicus de novo contendente, non extitiſſe locum Regulæ *de ſubrogandis collitigantibus* exigenti plenam verificationem litis ſuper ipſo titulo Beneficii, eiuſdemque litis durationem, ad effectum, ut ligatæ remanerent manus Patronorum, quominus ipſum, defuncto Giberto, præſentare valuiſſent, ex cenſura *Text. in cap. 2. ut lit. pend. in 6.* DD. nihilominus iterum ex ſolita benignitate, & iuſtitia introſpectis fundamentis pręteritę Deciſionis, perſtitere in deciſis.

Gratis enim circumferri viſa eſt propoſitio, quod ubi controverſia reſideat inter Patronos de pertinentia invicem colluctantes,
2 lis nullatenus cenſeatur eſſe ſuper titulo Beneficii, quodque per conſequens nec etiam ipſum Beneficium efficiatur litigioſum, cum tunc nemo ex Patronis prætendat, Beneficium ſibi adiudicari, unde illud evadere queat litigioſum, ſed ſolum uterque reſpective expoſtulet declarari, ſibi ius competere ad præſentandum, quod ſane nihil operatur ad imprimendum aliquem litigioſi caracterem circa idem Beneficium, iuxta communiter receptam Theoricam *Innocent. in cap. cum M. Ferrarien. ſub n. 9. verſ. Sed oppono, de Conſtit.* cum reliquis abunde deductis per *Lotter. de re Benef. lib. 2. qu. 20. n. 5. & ſeq. Add. ad Pamphil. dec. 128. n. 34. Epiſc. de Roſa de exec. litt. Apoſt. par. 1. cap. 16. n. 115. in fin. & n. 158. & ſeqq. Rot. dec. 199. num. 17. par. 4. tom. 3. rec. & dec. 3. n. 2. & ſeqq. cor. Bich. & dec. 263. n. 15. cor. ſa. mem. Alex. VIII. & in Bononien. Iurispatronatus, ſeu Attentat. 4. Julii 1681. §. Domi-*

*ni*

Digitized by Google

*ni autem, cor. bon. mem. Rondinino & 13. Martii* 1684. §. *Earumdem vero, cor. Rmo Turonen.*

Ac propterea non ſubſiſtere reſolute in
Deciſione præcedenti, ex quo lis principaliter ab initio, & ſemper vertiſſet tam in Curia Epiſcopali Cortonen., quam in Tribunali Nunciaturæ Florentinę inter Æneam, qui præſentaverat Gibertum prædefunctum, & Religioſos S. Auguſtini, a quibus præſentationem ſuam deſumebat Nicolaus modernus impetrator Gratiæ ſubrogatoriæ, uti liquebat ex ipſo tenore primi Decreti de manutenendo relaxati ad favorem præfati Æneæ cum omnibus actibus ſucceſſive geſtis in Cauſa, quamvis enim & eidem Cauſæ inter-
2 fuerint Gibertus, & Nicolaus ab una, & altera Partium præſentati, nihilominus cum hi ſolum acceſſoriæ, & pro eorum jure, & intereſſe aſſiſterent litigio, Judicium, & ipſa lis dici non poterat principaliter conteſtata inter ipſos præſentatos, quorum quilibet prætenderet Beneficium uti ſuum, ſed conſecutive dumtaxat, & ſecundario, quod non attenditur ad finem ſubſtantiandi Judicium, & ad effectum, ut ex eorum dependente comparitione lis (ut requiritur) titulum Beneficii percutere cenſeatur, ut proſequuntur in eiſdem terminis uno ore *Lotter. d. quæſt. 20. n. 7. & ſeqq. Add. ad Pamphil. d. dec. 128. n. 35. Card. de Luc. de Benef. diſc. 92. n. 29. & 42. Rot. cor. Buratt. dec. 59. n. 12. & 13. & d. dec. 263. n. 16. cor. ſa. mem. Alex. VIII. & in d. Bononien. Iuriſpatr. ſeu Attentatorum 4. Junii* 1681. §. *Quæ regula, cor. bo. me. Rondinino.*

Quoniam DD. prætermiſſa altiori indagine quæſtionis, & materiæ in abſtracto, ni-
3 mirum an, & qoando lis, ſive in Beneficio collativo, ſive electivo, vel ad nominationem, ſeu præſentationem certarum perſonarum dici vere, & proprie mereatur eſſe ſuper titulo, quod unice tendit ad finem inquirendi, an actio intentata realiter feriat ipſum Beneficium, vel potius dirigatur in perſonam, aut ſit ſolummodo implorativa Officii Judicis, ad hoc, ut vitio litigioſi, a quo promanat ſuſpenſio, & impedimentum novæ præſentationis, Beneficium, de quo ſit quæſtio, inficiatur; ſuper qua ſane diſceptatione non parum ad invicem ſe ſe impugnantes materiam ipſam involuiſſe videntur *Add. ad Ludoviſ. dec. 305. n. 8. & per tot. Anayd. n. de ſtyl. Datar. cap. 24. §. 2. ex n. 33. Lotter. de re Benef. d. lib. 2. quæſt. 20. per tot. Add. ad Pamphil. d. dec. 128. ex n. 15. uſque ad fin. de Roſa de Exec. lit. Apoſtol. d. cap. 16. ex n. 71. cum plur. ſeqq.*

Jure merito exiſtimarunt, diſputandi anſam ceſſare in ipſa radice ex his, quæ inſinuata fuerunt in præcedenti Deciſione *ſub* §. *Altera*, videlicet, quod cum Papæ extitiſſet narrata lis eo modo, quo vere, & realiter fuerat introducta, nempe, quod eadem lis non minus penderet inter præſentatos, quamque quilibet ex præſentantibus, ſeu Patronis ſe unicum & verum Patronum privative quoad alios prætendebat, non erat amplius perquirendum, quis eorumdem præſentantium, vel præſentatorum principaliter, vel acceſſorie
4 foret in Cauſa, cum (ut dixit *Rot. cor. Seraphin. dec. 990. n. 7.*) in hac ſubrogatione, quæ nuncupatur gratioſa, utpote favorabili, & ad reſecandas inextricabiles, & duriſſimos litium anfractus adinventa, ſufficiat, verificari litem eo modo, quod fuit narrata, ſequitur *de Roſa*
5 *de Exec. lit. Apoſt. d. cap. 16. n. 109.* ſubiungens, quod hujuſmodi rigidiores perquiſitiones, ac diſputationes admitti nequeunt in ſubrogatione de facto jam conceſſa, ſed ſolum poſſunt, ac referri debent circa quæſtionem,
6 utrum ſubrogatio veniat concedenda, quemadmodum paſſim contingit occaſione Voti, quod Dataria de more exquirat a noſtro Tribunali, ut habetur *in dec. 15. poſt diſcept. Contrii, dec. 180. par. 16. rec. & dec. 427. par 18. & in Paderbonen. Canonicatus 29. Novembris* 1683. *cor. bo. mem. Albergato*, & alibi ſæpius.

Et revera abſonum non eſt, quod Pontifex non ſolum utendo ea libera poteſtate, qua pollet, ſed etiam intra cancellos rationis, & æquitatis ſubroget, ſi velit, collitigantem (quemadmodum fecerat in præſenti) ad ſtatum litis, in quo reperiebatur defunctus, abſque eo, quod exinde cenſeri valeat præjudicium aliquod illatum Patrono, ne ad novam deveniat præſentationem. qui factam etiam nova præſentatione, adhuc lis (quoties non concurrat deſertio) inter ſuum de novo præſentatum, & veterem collitigantem perſeveraſſet ſub illa incertitudine victoriæ, quam ſecum ferunt litium eventus; ideoque cum ſubrogatio tendat
7 ad finem, ne novus detur collitigans, ſed lites ipſæ extri entur, reſecenturque, ut exagerant *Doctores* omnes in hac materia, hinc proinde quidquid foret, ubi præjudicaretur juri Tertio competenti, veluti ſi eidem Tertio competeret regreſſus per obitum poſſeſſoris, aut ubi ipſa ſubrogatio concederetur alicui Tertio ad jus, & poſſeſſionem defuncti,
8 quando tamen benignitas Apoſtolica ex prædicto motivo amputandi jurgia in materia Eccleſiaſtica, & Beneficiaria ſubrogationem impartitur collitiganti ſuperſtiti, eo magis litem quoquo modo narratam verificari ſuperabundat, ut proſequendo videre eſt apud *Rot. cor. Seraphin. d. dec. 990. n. 8.* & diſtinguendo admiſit *eadem Rot. dec. 217. n. 9. par. 16. & dec. 91. n. 9. & 10. par. 17.* quam cum aliis laudat. & ſequitur *idem de Roſa de exec. litt. Apoſt. to. 2. in addit. ad par. 1. cap. 16. n. 42. & 45 fol. 250. & ſeq. & ſub n. 65. fol.* 258.

Cœterum accedit etiam in facto, quod neque abſolute dici valeat, (ut fuerat in obiecto ſuppoſitum) litem ab initio, & ſemper ver-

vertiſſe principaliter in Patronos: Quoniam Nicolaus præſentatus, acquieſcentibus ipſis prȩſentantibus, inhærendo appellationi præcedenter ab eo interpoſitæ rurſus appellavit, & ſolus a quadam ſententia Vicarii Aretini ex capite novæ proviſionis, quam Gibertus alter collitigans præſentatus obtinuerat de Beneficio tamquam devoluto, unde quid-
9 quid ſit, an lis primordialiter, ac principaliter fuerit intentata inter Patronos ſuper jure præſentandi, & acceſſorie, ac dependenter exiſterent in Cauſa præſentati, attamen ſucceſſiva appellatio poſt acquieſcentiam præſentantium emiſſa per Nicolaum ſolum ſatis operatur, ut de acceſſorio effectus fuerit principalis, ut ad rem *Scacc. de appell. quæſt. 12. n. 74. Rot. dec. 163. n. 6. cor. Bich.*

Potiſſime introſpiciendo ulterius pariter in facto, quod neque certum erat, litem ab initio conteſtatam fuiſſe inter Compatronos principaliter ſuper pertinentia, quin potius ipſi vel in ſubſtantia repræſentabant figuram acceſſoriam, vel ſaltem inſimul immixtam, & unitam cum ſuis præſentatis, dum a principio Patroni in ipſa præſentatione non petierunt declarari eorum pertinentiam, ſed inſtitui ſuos præſentatos, & in ſubſequentibus inſtantiis, & ſignanter in illa coram Vicario Aretino ſub die 14. Septembris 1695. comparuit nedum Æneas Patronus, ſed etiam ipſe Petrus Paulus hodiernæ Gratiæ impugnator, ſub ea ſpecifica expreſſione, quod ambo comparerent tam conjunctim, quam diviſim, ſubnectendo etiam, quod nulla aderat pendentia litis ſuper Jurepatronatus, ideoq; expetebant, præſentatum pro Recto-
10 re conſtitui; quapropter eo magis ex hoc facto ruere compertum eſt, quod non adeſſet ſufficiens lis, & æque ſaltem principalis inter eoſdem præſentatos, dum non ſolum conjunctim, ſed etiam diviſum præſentati ipſi erant in Cauſa, ut ex ſe patere videtur ad ſenſum, & in durioribus diſtinguit *Amayden. de ſtil. Datar. d. cap. 24. § 2. ſub n. 31. verſ. Sed ut interpretemur.*

His itaque non ſolum de Iure, ſed etiam de facto animadverſis, & firmatis, parum inſiſtendum eſſe DD. reputarunt ſuper altero obiecto deſertionis (de tertio namque circa calumniam in hac repropoſitione Petrus Paulus nihil addidit:) quamvis etenim hujuſmodi prætenſio deſertionis iterum a Petro Paulo inſtauraretur ob prætenſam rem judicatam promanantem non jam ex numero ſententiarum, ſed ob renunciationem appellationi cum ſucceſſiva negligentia in proſequendo eamdem appellationem, attamen pariformiter in facto conſtitit, tantum abfuiſſe, ut per quamdam comparitionem enunciatam in præterita Deciſione ſub §. *Et ob id*, renunciatum fuerit ipſi appellationi, ut haberemus etiam in facto poſitivam appellationem a ſententia, quam, non obſtante prædicto actu, tribuerat Judex, bene dignoſcens, eumdem actum deſervire non poſſe pro vera renunciatione. Quo vero ad omiſſam proſecutionem ipſius appellationis,
11 cum Gibertus primus prȩſentatus, qui eamdem ſententiam reportaverat, ex parte ſua defecerit in præfinitione termini ad docendum de appellatione, ejuſque legitima proſecutione, juxta praxim, de qua *Saluſt. Tiber. lib. 2. cap. 24. n. 15. & cap. 25. num. 2. Ridolphin. part. 1. cap. 13. ex n. 69. & n. 599. & ſeq. Ubert. de mod. citan. par. 5. formul. 1. cum ibi not.* nulluſque Judex, vel Superior declaraverit, appellationem fuiſſe deſertam,
12 quodq; plus eſt, poſitive non conſtet de non jure Nicolai, qui litem proſequi debuiſſet, non intrare idcirco deſertionem ullam impeditivam gratiæ ſubrogatoriæ DD. cenſuerunt, ex jam deductis in præcedenti Deciſione §. *Cum enim, & ſeq.* quibus adiungi poſſunt *Add. ad Pamphil. dicta dec. 128. n. 43. cum. 2. ſeqq. De Roſa de exec. litter. Apoſtolic. tom. 2. in addit. ad par. 1. cap. 16. n. 64. fol. 258 Rot. coram Dunozett. Jun. dec. 467. n. 5. & 6. & in rec. dec. 167. n. 13. & 14. par. 10. & deciſ. 255. ex n. 5. uſque ad fin. par. 11. deciſ. 90. num. 33. & ſeqq. & dec. 104. num. 1. & ſeqq. par. 12. & dec. 389. ex n. 8. uſque ad fin. cor. Card. Cerro.*

Et ita utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

EDita hac ſeconda Deciſione confirmatoria præcedentis, & pariter impreſſ. ad ornatum *Card. de Luc. in Mantiſſ. tom. 4. ſub tit. de Iurepatr. dec. 40.* Petrus Paulus, qui in utraque propoſitione ſuccubuerat, perterritus ab illarum fundamentis liti poenitus renunciavit: Unde non fuit ultra deventum ad
13 ullam pronunciationem ſententiæ, modeſtiſſime enim Tribunal abſtinet contra Votum Camerale *cor. Card. Caſtald. impreſſ. par. 14. recentior. dec. 522.* ab ulla coactione inducendi Partes, quæ legitime renunciaverint, ad recipiendum ſententias, & conſequenter Sportulas exſolvendas, uti etiam inhærendo huic ſtylo ſancitum fuit *in Conſtitutione glo. mem. Innocentii XII. in ſuo parvo Bull. regiſtrat. in ordine la 34. fol. 147.*

In ſubiecta autem Theſi, quæ ob intuitum extinguendi lites fraternizat cum derogatione, quæ in paritate vocum Patronalium conceditur alterutri præſentato illam præventive expoſtulanti, caſum habui valde peculiarem, ac de coetero facile contingibilem, ac nuſquam poſitive definitum, vixque tactum a *Scribentibus*; in Florentina namque Dioeceſi, atque Ditioni plura extant Beneficia, præſertim Parochialia, quæ pro medietate pertinent ad Juſpatronatus alicuius Com-

Digitized by Google

Communitatis, Villæ, vel hominum ejuſ-
dem Parochiæ, pro alia vero ad particulares
Laicas perſonas, ſeu Familias, ideoque cum
ſignanter contigerit, quamdam Parochialem
Eccleſiam nuncupatam *S. Nicolai di Calenſa-
no*, cujus Patronatus pro medietate attinebat
ad Familiam de Ginoris, & pro conſimili ra-
ta ad Parochianos ejuſdem Rectoriæ, ſeu
Prioratus, plures in dies exardebant ob ſuf-
fragiorum diſcrepantiam lites, & diſcordiæ:
quapropter, cum ex præſcripto legitimi, ac
competentis Superioris demandata fuiſſet
diviſio exercitii præſentationis per Turnum
viciſſitudiuarium inter Populum, eamdem-
que Familiam, Senator Ginorus majorem
partem ejuſdem Familiæ repræſentans (dum-
taxat reclamante Philippo) adhæſerat injun-
ctæ alternativæ; ſed poſt hæc occurrente de
Anno 1687. uova vacatione iſtius Parochia-
lis, illa major pars, quę iniverat alternati-
vam, & ad quam de cœtero non pertinuiſſet
pro illa vice facultas præſentandi, adhuc
præſentavit quemdam Sacerdotem, qui il-
lico memoratam gratiam derogatoriam
medietatis vocum impetravit: Hinc recla-
mante Populo, ſeu Communitate una cum
illo uno, qui a principio noluerat aſſentiri
alternativæ, modoque ſe paratum exhibe-
bat illius acceptationi, inquiri propterea
contigit de pluribus, primo ſiquidem ab-
ſtractive, utrum Patroni diſcordantes revera
potuiſſent, ac poſſent a legitimo Superiore
compelli ad ineundam alternativam; ſecun-
do, utrum ex acceptatione præcedenter facta
de Anno 1670. a majori parte Patronorum
eiuſdem Familiæ firmata dici valuiſſet de
conſenſu ſufficiens alternativa: & tertio, an
in omnem caſum ſuffragaretur modernus
aſſenſus illius, qui ab initio conſentire re-
ſtiterat.

Quatenus itaque ad primam attinebat in-
ſpectionem, utique in abſtracto articulus
pati poterat (uti dicebam) ambiguitatem,
cum nulla haberetur practica *Authoritas*,
14 per quam appareret unquam definitum, ſi
diſcordantes Patroni compelli poſſint ad
ineundam alternativam; affirmativam nam-
que ſententiam ſubſtiuere videbatur * Cened.
in collect. Decretal. collect. 7. ad Clem. plures 2.
de Jurepatr.*, quem per eadem verba ſequeba-
tur *Azeved. novar. recopil. lib. 1. tit. 6. leg. 9.
num. 2.* negativam vero ſubſtentare appare-
bat *Roccus de Curt. de Jurep. verb. Jus poſt n. 13.
verſ. Quid autem ſi duo ſint Patroni, Lambertin.
eod. Tract. lib. 1. par. 2. quæſt. 2. princip. art. 36.
num. 9.*

Rationes pariformiter utrinque milita-
15 bant; pro affirmativa namque urgebat *gloſſ.
in can. obeuntibus diſt. 63. verſ. Nunc ergo quæ-
ritur, & Text. in cap. eum ab eo, de ſepult. in 6.*,
per quę ſane Jura in valde proximis defini-
tur, quod exiſtente contentione inter duos
16 Parocos circa ſimultaneam adminiſtratio-
nem Jurium Parochialium ſuper domo po-
ſita in confinio utriuſque Parochiæ, veniat
quoad exercitium dirimenda contentio per
viam alternativæ, uti notant *Scriben. in d. cap.
cum ab eo*, & ſignanter *Franc. num. 4. Anchara-
ran. num. 3. Gemin. num. 7. circa fin. Pignattell.
conſult. Canonic. 12. n. 63. verſ. Et huc quidem
vergit tom. 5. Card. de Luc. de Paroch. diſc. 33.
num. 4.*, & in proximioribus terminis, quod
ad eumdem finem evitandi diſcordiam ſem-
per in hac materia præiudicialem eiſdem
17 Eccleſiis, quod ſi in confinio duarum Diœ-
ceſuum diſcrepent duo Epiſcopi ſuper col-
latione alicuius Eccleſiæ, quod Superioris
officium in hac parte ſit præcipiendi, ut al-
ternis vicibus Eccleſiam conferant, docuit
altera *gloſſ. in can. licet cauſ. 16. quæſt. 3. verb.
convenit, Innoc. in cap. ſuper eo de Paroch. n. 4.
Hoſtien. n. 7. Vivian. de Jurepatr. lib. 8. cap. 7.
num. 10. & 11.*, & extendens authoritatem Su-
18 perioris ad coactionem *Lambertin. eod. tract.
lib. 2. par. 2. quæſt. 4. art. 6. num. 2. Ventrigl. de
Juriſd. Archiep. cap. 149. n. 6. Gonzal. ad reg.
Cancell. gloſſ. 45. §. 1. num. 57. & ſeqq.* (cum
cœteris *Authoritatibus*, & exemplis ad rem,
poſt hæc ſcripta, egregie deductis *in Hiſpalen.
diviſionis ſimultaneę 11. Februarii 1697. coram
R. P. D.* Muto, & *4. Junii 1700. cor. R. P. D.
Priolo.*)

E converſo autem negativam roborabant
ſententiam definita *in d. Clem. plures, de Jure-
patr.*, per quam in nulla coactione, ſed in li-
bera poteſtate relinquebantur Patroni circa
huiuſmodi diviſionem alternativi exercitii;
ideoque non erat huiuſmodi libertas vio-
landa, & redigenda ad coactionem, præci-
19 pue, quia cum in hiſce Juribus ad plures Pa-
tronos attinentibus quædam enaſcatur ſo-
cietas, ſine omnium libero conſenſu de Jure
non licet ad diviſionem devenire altero in-
vito, melior namque eſt in re communi
conditio prohibentis, ut appoſite poſt *Text.
in cap. 56. de regul. Jur. in 6.* præciſe conſide-
rant *Vitalin. in d. Clem. plures num. 4. & ſeqq.
Zabarell. num. 1. verſ. Et ut facilius*, & conſo-
nant *Marant. reſponſ. 14. num. 53. tom. 3.* &
prius *reſp. 29. n. 24. & ſeqq. lib. 2.* (& poſt hæc
*Rot. in d. Hiſpalen. diviſionis ſimultaneæ 4. Ju-
nii 1700. in princip. coram R. P. D. Priolo.*)

Verum (ut ſubdebam) in concreto omnis
ratio, omnis æquitas neceſſariam quodam-
modo reddebat hanc diviſionem; quia non
erat diviſum hujus Jurispatronatus exerci-
tium inter duas æque privatas Familias, vel
inter duo ſimilia Collegia, ſed, ut præmiſi-
mus, medietas ſpectabat ad Familiam de Gi-
noris, & medietas ad homines, ſeu Parochia-
nos Rectoriæ, ideoque non accedente in
hoc conflictu opinionum impulſu Superio-
ris competentis, nimium remanſiſſent miſe-
rabiles hi Parochiani defraudati in ſempiter-
num

20 num illorum medietate; quando autem communio parit intolerabile præjudicium alteri ex Sociis, nemo eſt, qui dubitet, Socium renitentem cogi poſſe ad ineundam diviſionem, ex *Mut. ad conſuet. Panorm. cap. 56. n. 7. Molpheſ. ad conſuet. Neap. par. 17. quæſt. 1. n. 17. Bim. conſ. 56. n. 7. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 9. par. 2. n. 103.*

Quod vero nimirum enormiter læſi reſtarent ex hac diviſione non facta per viam alternativæ, liquido elucebat, ex quo, ut fere ſemper eveniebat, diſcordantibus ab illis de Familia Ginora iiſdem hominibus in præſentando, ſeu præeligendo Rectorem, de plano ſequebatur, quod cum in hujuſmodi diſcor-
21 dia paſſim conſueverit, (& raro ſequatur contrarium,) quod unus, vel alter ex præſentatis a medietate recurſum habeat ad S. Sedem pro reportanda derogatione alterius medietatis, juxta *conſil. Mandoſ. 7. n. 16. Pariſ. de reſignat. lib. 2. quæſt. 4. num. 55. & 56. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 585. Franciſc. Palm. conſult. 95. n. 17. & 18. Rot. dec. 667. ferme per tot. par. 18.*

Utique etiam ſemper gratiam hanc derogatoriam reportaſſent Presbyteri præſentati
22 per Ginoros; cum etenim hæc derogatio de Jure, & de ſtylo concedatur his, qui prævenerunt in petitione gratiæ, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 15. §. 15. n. 38. Card. de Luc. de Jurepatr. diſc. 42. n. 2. & diſc. 71. num. 13.*, nuſquam daretur caſus, quod Populus, & Parochiani poſſent prævenire præſentatum ab illis de Familia Ginoria: Quoniam, ſubſecuta vacatione, Patroni de eadem Familia ſtatim præſentare poſſunt, ſecus autem pro-
23 cedit in Populo, & Parochianis, qui antequam ad actum præſentationis deveniant, debent collegialiter uniri, ſed id explere nequeunt, niſi prævia licentia Principis, ut in terminis primæ propoſitionis eſt *Text. in l. ult. C. de legation. Loſæus de Jure Univ. par. 1. cap. 3. n. 71. Creſp. de Valdaur. obſer. 112. nu. 4.*
24 Et in ſpecie ſecundæ partis eſt *Text. in l. 1. ff. Quod cujuſque Univ. nom. & in l. 1. & toto tit. ff. de Colleg. & Corpor. illic. Loſæus de Jure Univ. d. par. 1. cap. 3. n. 66. Amaya in l. 2. n. 46. C. de Decurion. lib. 10.* & poſt eos de praxi teſtatur *Creſp. de Valdaur. d. obſerv. 112. n. 9.*

Quinimo mediante hac præventione Populus remanſiſſet ſpoliatus eo rationabili arbitrio, quod Ordinarius in paritate, ſeu diſcordia præſentatorum regulariter interponeret favore præſentati ab eodem Populo: Nam cum gratificatio, in hiſce terminis
25 ſpectans ad Epiſcopum, poſita non ſit in libera, & affrænata voluntate ejuſdem Ordinarii, ſed illius arbitrium in hac ipſa materia regulari debeat a Jure, ſive Juri, & æquitati conſonum eſſe, ut patet ex late traditis per *Barboſ. de Epiſcop. Alleg. 72. ex num. 200. cum ſeqq.*, ubi plures caſus recenſet, in quibus, non obſtante vocum Patronalium æquilibrio, Epiſcopus magis unum, quam alium attenta præponderantia meriti, & circumſtantiarum præeligere tenetur, prout etiam demonſtrat *Antunez de donation. Reg. par. 3. cap. 28. n. 160.*, aliiſque *Doctores* apud iſtos, & in individuo notavit *Panimoll. deciſ. 137. n. 2.*

Profecto arbitrium iſtud, nec in præſenti, nec unquam poſſet ab Ordinario interponi ad favorem præſentati per Familiam Ginoriam, quia cum in contrarium ſtaret, & ſtet præſentatus ab ipſo Populo, & Parochianis, non eſt dubium, quod ille foret ab Ordinario præeligendus in ſubjecta materia adminiſtrandi Sacramenta ipſimet Populo, & Pa-
26 rochianis; omnia enim Iura clamant, quod præ cœteris ſit providenda perſona de Beneficio, quæ ſit grata Eccleſiæ, cui præficitur, ejuſque Parochianis, quodque propterea Collator curare debeat, quantum poſſit, ponere Rectorem ad beneplacitum Populi, ad normam *Text. in cap. quod Dei timorem, de Stat. Monac., & in Can. Nullus 13. diſt. 61.*, & utrobique communiter *Scribentes*, & ſignanter *in d. cap. quod Dei Abbas n. 1. Barboſ. n. 8.* egregie *Gonzal. ad Reg. Cancell. gloſſ. 4. n. 164. & 165. Bellett. diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. de Cleric. debit. §. 10. n. 6. Jo: Selva de Benefic. par. 2. quæſt. fin. num. 35. & 36. Fraſſ. de Patronat. Reg. cap. 33. n. 5.* & concordat *Rot. coram Buratto deciſ. 551. n. 6.*

Cœterum, tranſeundo ad ſecundam Inſpectionem, fruſtra diſquiritur de poteſtate Principis in hoc caſu, & fruſtra denegatur in facto, quod alternativa non fuerit in eſſe perducta, & ſtipulata: cum enim ſit innegabile, quod Communitas, prævia Principis authoritate, præbuerit aſſenſum huic alternativæ, & ex altera parte Senator non minus conſenſerit; de plano ſequitur, quod idem Senator, cum clauderet in ſe majorem partem vocum Patronalium de Familia Ginoria, ipſe ſolus conſentiendo perficiebat alternativam, non obſtante tunc temporis
27 diſſenſu Philippi, cum in hac materia Patronali major pars abſorbeat minorem, ad *Text. in cap. 3. de Jurepatron. & in Clement. plures, eod. tit. Gonzal. ad Reg. Cancell. gloſſ. 45. n. 6. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 11. n. 36. Creſp. de Valdaura d. obſervat. 112. n. 13. Vivian. de Jurepatr. cap. 8. lib. 12. num. 4. & ſeqq. Rot. poſt eumd. dec. 57. num. 5. Card. de Luc. de Jurepatron. diſcurſ. 61. num. 14. & 20.*

Nihil adverſante, quod hujuſmodi *Authoritates* locum ſibi vindicent dumtaxat in præſentatione facienda, non autem in alternativa ineunda, quoniam in primo caſu major ſane pars abſorbet minorem, non ſic
28 in ſecundo, in quo neceſſe eſt, omnes actualiter conſentire, adeout ſi unus tantum deficiat, pactum alternativæ non procedat, ut pun-

punctualiter probare videtur *Lambertin. de*
*Iurepatr. lib.1. par.2. qu.2. princip. art.36. poſt*
*num.12. verſ. Vnum tamen non omittam*.

Siquidem, ut bene adamuſſim referendo
in præcitato loco doctrinam *Lambertini* ad-
vertit *Spada conſil.* 8. *num.* 8. *lib.* 3. obiectum
utique militaret, quoties ageretur de pluri-
bus hæredibus, ut eſt caſus, de quo tractat
*Lambertin.*; tunc enim ſi prædicti hęredes di-
videre vellent exercitium Juris præſentandi
per Turnum, omnes conſentire deberent,
29 cum ageretur de diviſione rei communis
ad ſingulos, uti ſingulos ſpectantis, & in his
terminis proculdubio ſingulorum exigitur
conſenſus, ad *Text. in cap. quod omnis 29. & in*
*cap. in re communi 56. de Reg. Iuris in 6. & in l.*
*per fundum ff. de ſervit. Ruſt. Prædior.* cum con-
cordantibus per *Creſp. de Valdaura d. obſervat.*
*112. num.11. Vincent. de Franch. dec.2. num.3.*
*& ſeqq.* & alii paſſim.

At in præſenti Juſpatronatus, & facultas
30 de eo diſponendi, (ſtante bona fide, etiam
in præjudicium ſucceſſorum, ut poſt *Card. de*
*Luc.* inquit *Vrceol. de Transact. quæſt.27. n.12.*)
pertinebat ad Familiam univerſam de Gino-
ris, ideoque quemadmodum ad differentiam
Juriſpatronatus hæreditarii, ut diximus eſſe
caſum *Lambertini*, præſentatio non fit in ſtir-
pes, ſed in capita, & proceditur ad inſtar
actuum Collegialium, ſeu Capitularium,
31 nulla ſubeſt ratio differentiæ. propter quam
ſicuti in Collegio, vel Capitulo major pars
potuiſſe compellere minorem ad ineondam
alternativam, ita non valuerit in Familia,
eidem Collegio, vel Capitulo aſſimilata, Se-
nator maiorem illius partem repræſentans,
ſecum attrabere minorem, dum, ut advertit
*Card. de Luc. de Iurepatron. d. diſcurſ.61. n.14.*
*&* 20. Juſpatronatus ad Familiam univer-
ſam pertinens regulatur ad inſtar Collegii, &
Capituli, & maior pars abſorbet minorem,
ad terminos *Text. in l. quod major ff. ad municip.*
& prædictæ celebris *dec. de Franchis la* 2. cum
cœteris *per eum* cumulatis: Et quod de facto
32 nulla ſit differentia inter pręſentationem, &
aliud pactum alternativæ, videre eſt pœnes
*Ricc. in Praxi Reſol.491. n.4. circa finem par.2.*
licet enim *ibi* firmet, non potuiſſe Patronos
pro maiori parte præiudicium afferre minori
in conſimili caſu alternativæ; Attamen fun-
datur in eo, quod agatur de actu ad ſingulos
uti ſingulos, non vero ad formam Collegii,
vel Capituli pertinente, & ſub hac diſtinctio-
ne procedit *Rot. in Beneventana Iuris conferen-*
*di 4. Iulii 1670. §. Et licet, coram Bourlemont*, &
concordat *Gratian. dec. Marcb. 183. n.1. &*
*ſeqq.* ubi *ſub n.7.* ampliat, etiamſi ſi alias cave-
retur. quod omnes conſentire deberent, quia
intelligitur iuxta ſubiectam materiam, ne
detur occaſio difficilius, & raro expediendi
negocia, prout fieret, cum ſemper homines
diſſentiant; ſequitur in terminis verbi, *uni-*
*tamente*, *Rota coram Bichio deciſ.* 165. *n.* 25.
*&* 26.

Eoque certius, & præter hæſitationem,
33 quia controverſia hæc pœnitus evaneſcit,
quando tractatur de actu utili, vel neceſſa-
rio, ut cum *Lap. Cravett. aliiſque* probat *Gra-*
*tian. dicta dec. Marcb. 183. ſub n.22., & 27.*
*cum ſeqq.* ſub ea ratione, quod non debet mi-
nor pars ex proprio libito præiudicare ſa-
niori, & maiori parti actum utilem, & ne-
ceſſarium expetenti; Quamobrem cum (ex
deductis in prima inſpectione) clara ſit ne-
ceſſitas, & utilitas deveniendi proculdubio
ad alternativam, clarum quoque eſt potuiſ-
ſe Senatorem perficere Turnariam conven-
tionem.

Deinqoe, quando etiam hæc aliqoalem
pati poſſent difficultatem, illa penitus cor-
roit, ex qoo, iuxta tertiam inſpectionem,
Philippus ſucceſſive conſentiit: nam ſi fas
eſt interrogare Partem adverſam, an, & qua
de cauſa iuxta eius aſſumptum, & præten-
ſionem ſufficeret pro impedienda alterna-
tiva ſolus diſſenſus Philippi, profecto dice-
re non poterit, quod hoc proveniret ratione
alicuius formæ ſubſtantialis, qoæ unitatem,
ſeu contextualitatem conſenſuum expoſtu-
laret, ſed ratione dumtaxat præjudicii, ut
præ cœteris advertit *Ricc. dicta reſol.491. par.*
2. verum, & quis non ſcit, quod ubi alicujus
34 conſenſus requiritur ratione præjudicii,
poſſit intervenire etiam ex poſt, ad tradita
per *Coſt. in Tract. aut ſciebat, aut ignorabat reg.*
*18. n.7. Card. de Luc. de Iurepatr. diſc. 55. n.8.*
com ibi allegatis, latiſſime *Torre de Pact. fu-*
*tur. ſucceſſ. lib.1. cap.29. num.27., &* 28. & poſt
*Surd. dec.99. n.13. verſ. Et non refert, & n.14.*
*Lotter. de re benef. lib.1. quæſt.28 n.13.* & in ſpe-
cie conſenſus Patronorum in reſignatione,
vel unione Beneficii requiſiti, *Pariſ. de reſi-*
*gnat. lib.2. quæſt.42. num.25. Tondut. qq. benefic.*
*cap.37. n.2. Frances de Eccleſia Cathed. cap.8.*
*num.10.* & alibi millies.

Abſque eo, quod in minimo turbet limi-
tatio in oppoſitum allata, videlicet, propo-
ſitionem hanc non applicari in conventio-
35 nibus, & contractibus, in quibus neceſſe eſt
conſenſum exiſtere ſimultaneum, adeout
non ſufficiat, quod conſenſus ille ſubſequa-
tur, ſecundum *Aretin. & Thuſc.*, & ſignan-
ter *Mantic. de Tacit. lib.4. tit.4. num.2. & 3.* cu-
jus verba fuerunt exadverſo litteraliter re-
giſtrata.

Quoniam, quicquid ſit de veritate limi-
tationis, illa noſtræ non congruit hypo-
theſi: Quia non eſt quæſtio, an illi de Fami-
lia Ginoria inter ſe paciſci, & convenire vel-
lent de dividendo alternative exercitium
Juriſpatronatus, unde modo unus, modo
alter de eadem familia præſentare potuiſſet
in poſterum, & hic eſt caſus *Mantic.* qui lo-
quitur de vendente ex una, & emente ex al-

tera parte, ſed contentio manet inter Communitatem, quæ facit figuram unius partis, & Familiam de Ginoris, quæ repræſentat
36 alteram, & per conſequens tunc adaptaretur doctrina *Mantic.* quando (ex. gr.) Communitas noluiſſet, conſentientibus, & volentibus illis de Familia Ginora, conſentire ab initio, hodie autem hoc efflagitaret, hoc enim caſu poſſent pœnitere illi de Familia Ginoria; ſed cum, ex ſupra deductis, nullitas, vel inſufficientia conſenſus tunc præſtiti a Senatore proveniat a repugnantia habita per Philippum, ratione hujus præjudicii ſuperabundat, quod ſucceſſive, & quandocumque in omnem caſum aſſentiatur.

Clarius autem, & citra principium dubitandi ex gemina alia reflexione, quæ occaſionem pœnitendi, vel inobſervandi promiſſa totaliter abdicat a Senatore; Prima videlicet, quod cum in præcedenti vacatione non poſſet præſentatus ab ipſo Senatore poſſeſſionem Eccleſiæ rite adipiſci, niſi prævia licentia Principis, illam vero obtinuerit ſub expreſſa conditione, *facciaſil' alternativa*, hinc proinde dum idem reſcriptum fuit ac-
37 ceptatum, ejuſque vigore capta poſſeſſio, nequit alternativa conditionaliter, & in ſequelam gratiæ demandata, hactenus improbari, ut ad effectum inducendi reſervationem Beneficii per acceptationem gratiæ ex illius uſu derivatam, dixit *Rot. dec. 14. num. 4.*
38 *& ſeqq. par. 16. recent.* & eſt regula notiſſima, quod acceptari debent ſimul, aut in totum reprobari, quæ unitam rationem, aut connexionem habent, ut proſequitur *eadem Rot. dec. 99. n. 4. par. 19. recen.* & prius *in dec. 541. num. 17. par. 18.*

Et ſecunda, quia, cum (ut premiſimus,) clarus ſit conſenſus tunc præſtitus a Senatore, quive non exigebat ſcripturam, licet requireretur decretum Superioris, ut ait *Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 28. num. 14.* profecto abſonum eſt, quod conſenſu preſtito per Senatorem intuitu, & contemplatione præfati reſcripti, hodie detur ulla pœnitentia; ac propterea idem eſt, ac ſi ad præſens ille perduraret, ne enim illudatur Superior, & quia ex ſimplici promiſſione, & ex pacto nu-
39 do naſcitur actio cum Principe, receptum eſt in his terminis, pœnitendi facultatem abeſſe, ad litteram *Text. in cap. quidam, de renunc.* ubi decernitur, quod qui petiit a Supe-
40 riore licentiam cedendi, aut reſignandi Beneficium, ea reportata, pœnitere non poteſt, ſequitur *Rot. cor. Caſſador. dec. 1. n. 3. & dec. 2. num. 7. de renunc. Barboſ. in dicto cap. quidam num. 2.* & omnium latiſſime, & præcipue videndus *Pariſ. de reſignat. lib. 3. quæſt. 18. n. 48. uſque ad 67.* ubi *ſub num. 64.* ampliat, etiamſi non fuerit alteris jus quæſitum, quia vis non ſtat in his, quæ fiunt coram Principe, vel cum ejus ſcientia in iure quæſito, ſed in eo, quod prohibita eſt illuſio, & variatio.

Accedente tandem pro coronide altera æquitate ſervanda inter privatos contrahentes, multoque magis inter Principem, & inferiorem; quia ſi mediante præfato reſcripto non poterat Communitas reſilire ab
41 alternativa, imo nec ipſe Princeps, (alia iuſta cauſa non ſuadente) poterat ab iniuncto Turno diſcedere, cum in eo verificari debeant ea, quæ dixit *Dominus - quod ſcripſi, ſcripſi, & quæ proceſſerunt de labiis meis non faciam irrita*, ut ſcripſerunt *Dec. conſ. 558. num. 19. Altolin. reſol. 1. n. 65. & ſeq. Urceol. de Tranſactione quæſt. 53. n. 10. cum ſeqq.* turpe eſſet, & nimis ad imparia tractaretur idem Princeps, & reſpective Communitas, ſi poſſet ex poſt Senator, conſentiente nunc D. Philippo, conſenſum ſemel præſtitum revocare.

## ROMANA QUARTI DOTALIS.

*Lunæ 1. Iulii 1697.*

### ARGUMENTUM.

Prætendente Vidua conſequi lucrum dotale ab hæreditate Viri iuxta quantitatem ab eodem Viro confeſſatam in ſupplicatione porrecta pro habenda derogatione Conſtitutionis Sixtinæ, plura per hæredes ipſius Viri obiiciebantur ad infringendam vim præfatæ confeſſionis; quibus tamen non obſtantibus reſolvitur ad favorem Mulieris pro competentia quarti ad ratam per A. C. in prima Inſtantia decretam: Et hac occaſione agitur de vi, & efficacia confeſſionis emiſſæ in precibus Principi porrectis, & aliqua de donatione inter Virum, & Uxorem, ac demum de calculatione lucri dotalis ad normam *l. hac edictali C. de ſecund. nupt.*

### *SUMMARIUM.*

1 *Confeſſio emiſſa in precibus Principi porrectis impugnari nequit ab habentibus cauſam a confitente.*

2 *Confeſſio emiſſa coram Principe, ſive in precibus eidem porrectis, habet vim confeſſionis judicialis.*

3 *Confeſſio geminata præſumitur vera, & probat non ſolum adverſus confitentem, ſed etiam contra ejus hæredes.*

4 *Confeſſio dotis receptæ emiſſa per Virum conſtante matrimonio præſumitur facta in fraudem prohibitæ donationis, ideoque non tenet, niſi aliunde juſtificetur.*

5 *Donatio inter Virum, & Uxorem licet non teneat, remanet tamen confirmata per mortem ejuſdem Viri, ſi abſque illius revocatione deceſſerit.*

6 *Maritus conſtante Matrimonio poteſt paciſci cum Uxore circa lucrum dotale in certa quantitate acquirendum poſt obitum alterutrius.*

7 *Donatio inter Virum, & Uxorem ſubſtinetur, quando eſt viciſſitudinaria, & reciproca.*

8 *Error*

8 *Error confeſſionis non præſumitur, niſi concludentiſſime probetur.*

*Alioquin ad ejus excluſſionem ſufficiat mera poſſibilitas in contrarium ibidem & n.21.*

9 *Excipiens dicitur Actor in ſua exceptione, quam idcirco concludenter juſtificare debet.*

10 *Fideicommiſſum, ſive ius in eo ſuccedendi, difficillime præſcribitur.*

11 *Negligentia Mariti in exigendo dotem nequit Uxori præjudicare, quominus huic debeatur lucrum etiam pro rata promiſſa, licet non exacta.*

12 *Lucrum dotis conſtitutę in locis Montium vinculatis non debetur Uxori iuxta eorum verum, & intrinſecum valorem, ſed dumtaxat dempto pretio vinculi.*

13 *Loca Montium vincalata minus profecto valent quam libera.*

14 *Æqualitas ſemper ſervari debet inter contrahentes.*

15 *Dos conſtitui poteſt in ſimplici uſufructu.*

16 *Lucrum dotale debetur etiam pro rata dotis aſſignatæ in fructibus, ſeu uſufructu.*

17 *Lucrum dotale quomodo deferatur Uxori ſuperſtiti ad ſecunda vota tranſeunti, quando exiſtunt filii ex primo thalamo ſuſcepti, & n.18. & 24.*

*Et quid, ſi filii primi Matrimonii tacite, vel expreſſe conſenſum præſtiterunt, ut Mater ad ſecundas nuptias tranſiret, num.19., & 20.*

22 *Confeſſio erronea non prejudicat confitenti.*

*Amplia, licet agatur de confeſſione emiſſa in precibus Principi porrectis., ibid.*

23 *Diſpoſitio* l. Hæreditatum, ff. ad l. Falcidiam *attenditur etiam in diſpoſitione inter vivos.*

25 *Solvens ſummam indebitam vigore rei iudicatę quæ deinde fuerit revocata in Judicio devolutivo, non tenetur retroaccipere loca Montium, in quibus ab eius Adverſaria prædicta quantitas extitit inveſtita.*

## DECISIO XIX.

MAndatum, quod ad favorem Olimpiæ pro ſumma ſcut. 2450., relaxaverat A. C. Thomatus, & Rota cenſuerat eſſe exequendum coram R. P. D. meo Muto ex titulo quarti Dotalis ipſi debiti in bonis Chriſtophori Viri prædefuncti, rurſus hodie DD. exiſtimarunt eſſe juſtum, & proinde ad normam reſcripti Signaturæ Juſtitiæ ad legitimam illius executionem fore procedendum.

Tota namque quæſtio, quæ iterum promovebatur per heredes Chriſtophori, unice reducebatur ad quantitatem Dotis traditæ per Olimpiam, ſatagentes idcirco ex calculo per eos efformato demonſtrare, quod dos ad tanti non aſcenderet, quantum oporteret ad hoc, ut vigore *Statuti Urbis lib. 1. cap. 131.* illa quarta pars, quę conceditur conjugi ſuperſtiti, præfatam ſummam ſcut. 2450: valeret attingere. Verum & in genere, & in ſpecie compertum fuit, quod potius debito minor extiterit memorata quantitas ſcot. 2450. In genere ſiquidem magnam apud Dominos vim faciebat explicita confeſſio Chriſtophori, qui ad finem conſequendi derogationem adverſus Conſtitutionem ſa. mem. Sixti V. dotium in dies ad menſuram luxus excreſcentium moderatoriam, expoſuit Pontifici, dotem ſibi aſſignatam aſcendere ad ſcut. 18000., ideoque, quando etiam omnis alia extrinſeca proba-
1 tio deficeret, nullo modo videbantur audiri poſſe hęredes ejuſdem Chriſtophori impugnare volentes confeſſionem Authoris proprii, contra vulgata principia, de quibus *Text.* eſt *in l. ſi creditoribus* C. *de ſerv. pign. dat.*, & *in l. cum a Matre C. de rei vindic.* cum concord. in ſpecie apud *Spad. conſ. 9. ex n. 27. uſque ad 32. lib. 1. Grat. diſc. 586. n. 41. & 42. Epiſc. Rocc. ſelect. diſput. Jur. cap. 169. ex n. 17.* & ſignanter *n. 20.*

Eoque magis inſpecta ipſius confeſſionis potiſſima, ac mox inſinuata circumſtantia, nimirum, quod noſcebatur emiſſa coram
2 Papa, ſive in precibus eidem porrectis, in qoibus ſane terminis non defuere opinantes, illam æquipollere confeſſioni æditę in Judicio, ob illam reverentiam, quæ Supremo Principi debetur, ut advertit *Magon. dec. Florent. 77. n. 13. cum 2. ſeqq. Modern. Angel. de confeſſ. lib. 2. quæſt. 1. ſub n. 17.*

Conſpirante ulterius altera non minori ponderatione, nempe, quod eadem adamuſſim expoſitio quantitatis dotis facta apparebat per Vivaldum, qui primus nuptias cum Olimpia contraxerat, in ſupplicatione per eumdem præſentata Sa. mem. Alexandro VII. occaſione impetrandi ſimilem derogationem Pragmaticæ Sixtinæ, cumque potius ex cauſa ſimilis lucri dotalis, quod per pręmorientiam Vivaldi fuerat pari modo Olimpia aſſecuta (abſque eo, quod doceretur de ſuperveniencia ullius infortunii) veriſimiliter dos eadem conſtituta in primo matrimonio incrementum receperit in ſecunda traditione ad manus Chriſtophori,
3 multo minus controverti poterat ab hæredibus prædicti Chriſtophori illius confeſſio, quæ, ſtante prima emiſſa per Vivaldum, effecta fuerat geminata, ad notata per *Rot. deciſ. 155. n. 5. par. 2. diverſ. & cor. Pamphil. deciſ. 651. n. 8. & cor. Merlin. dec. 718. n. 16. & dec. 306. n. 7. cor. Card. Celſ. & deciſ. 27. n. 4. par. 17. rec. & in Romana Bonorum 20. Februarii 1679. §. Comprobatur in fin. cor. bo. mem. Albergato.*

Atque hinc, non diſcedendo ab eadem generica juſtificatione, merito ſubnectebant DD., quod etiam quando utraque confeſſio a

rei veritate aberraret, nihilominus niſi inſi-
mul oſtenderetur, quod hujuſmodi expreſ-
ſio facta extitiſſet ad pompam, & ad meram
honorificam oſtentationem (circa quod
nullum ab hæredibus afferebatur indicium)
vel quod uterque Maritus aliqua ſpecia-
li deceptione inductus fuerit ad ita con-
fitendum, nulla valebat ſubeſſe ratio, pro-
pter quam eadem confeſſio non deberet at-
tendi ad finem præciſum quarti Dotalis;
quidquid enim foret, ubi ageretur de præ-
judicio tertii, vel de confeſſione emiſſa ante,
vel in actu Matrimonii, utique hæres Viri
venire nequit contra confeſſionem ſui Au-
thoris, niſi quatenus talis confeſſio infrin-
gatur ab alia prohibitione, quemadmodum
præciſe contingit in materia dotis, quam
4 ſine alia probatione conſtante matrimonio
Vir recepiſſe fatetur, intantum quippe ſimi-
lis confeſſio non valet, inquantum in eo,
quod excedit veritatem, deflectit, ſeu re-
ſolvitur in donationem prohibitam de Jure
communi inter Virum, & Uxorem eodem
matrimonio vigente, ut de receptiori, & ho-
die in foro tenenda ſententia taſtatur *Card.
de Luc. de dot. diſc. 159. n. 10. verſ. Contrarium*
& concordat *de Angel de confeſſ. lib. 1. quæſt. 8.
limit. 6. n. 50. & ſeqq. Mart. Medic. dec. Senen.
exam. 51. ſub. n. 40. verſ. Crebriorem autem Cen-
ſal. dec. Lucen. 51. n. 1. & ſeqq. Modern. Man-
tuan. conſ. 17. n. 6. & 7. Rot. dec. 55. n. 10. &
ſeqq. par. 6. recen. & dec. 644. n. 1. & ſeq. cor.
Card. Cerr. & in Fanen. Dotis 12. Decem. 1681.
§. Nec ad probandam, & in §. Porro, cor. Rev.
D. meo Decano.*

Poſitó autem, quod Chriſtophori con-
feſſio ſupra veritatem edita ad omnes peius
præſeferret Donationem inter Virum, &
Uxorem, de plano ſequebatur, quod ad fi-
nem metiendi quartum dotale eadem con-
feſſio ſubverti amplius nequiret ab hæredi-
5 bus, ex quo hujuſmodi donatio remanet
morte Viri confirmata, ut præter deductos
*in deciſione R.P.D. Muti* edita in antecedenti
inſtantia *ſub §. Tum etiam quia*, per *Text. in l. ſi
Maritus* C. *de donat. inter Vir. & Uxor.* com-
probant *Clar. in §. Donatio quæſt. 9. n. 6. Ant.
Gomez. ad l. 50. Tauri n. 65. Rittershus. ſuper
Novell. Juſtin. par. 15. cap. 12. n. 2. & 3. Io: Franc.
Balthaſar. pract. reſol. tit. 1. reſol. 1. n. 110. Ur-
ceol. conſult. for. cap. 39. n. 1. & 2. Torr. de pact.
fut. ſucceſſ. lib. 3. cap. 13. n. 56. & ſeqq. Rot. poſt
eundem dec. 182. n. 3.* & prius *dec. 602. n. 3. in
fin. par. 3. rec.*

Reflectendo ulterius, quod conſequentia
emergens ex prædicta confeſſione reſpectu
quarti Dotalis ſortiebatur in ipſa hypotheſi
quarti Dotalis ſpecificam rationem valida-
6 tivam; quia cum non ſit prohibitum inter
Conjuges conſtante matrimonio paciſci de
certa quota, vel quantitate ipſius lucri, ut
fuit dictum *in Romana quarti Dotalis cor. Be-
vilaqua impreſſ. deciſ. 225. n. 1. & 2. ac num. 9.
& 10. par. 15. rec.* & ſequitur *Urceol. de tranſ.
act. quæſt. 29. ſub n. 5.* hinc ceſſare videbatur
occaſio inquirendi ad effectum lucri de prohi-
bita, vel non donatione inter Virum, &
Uxorem, cum ſtante reciprocatione confeſ-
ſionis junctim factæ per Chriſtophorum, &
7 Olimpiam in precibus San. mem. Innocen-
tio XI., & per conſequens viciſſitudinaria,
& habente ſe ad æquale commodum, & in-
commodum acquiſitione lucri, non amplius
intrant termini donationis, ſed mutui pacti
nullo Jure adverſante validi, & ſubſtentabi-
lis, uti reſpondit *Ulpian. in l. quod autem 8.
§. Si Maritus, ff. de donat. inter Vir. & Uxor.
Cephal. conſ. 272. n. 137. Cyriac. contr. 181. n.
49. & 50. & contr. 599. n. 114. Merlin. de legi-
tim. lib. 2. tit. 1. qu. 19. n. 7. & 8. Hodiern. in l.
hac edictali quæſt. 36. n. 1. & ſeqq. Conciol. ad
Statut. Eugub. lib. 2. rub. 44. n. 11. Urceol. de
tranſact. dicta quæſt. 29. n. 1. cum ſeqq.*

Cæterum etiam ex abundanti deſcenden-
do ad Cauſam præciſive a quacumque con-
feſſione, ſive admittendo, quod hujuſmodi
confeſſio proſterni valuiſſet ex capite erro-
ris, viſum eſt Dominis, nullibi pro parte hæ-
redum aſſignatum errorem fuiſſe juſtifica-
8 tum; præmiſſo enim, quod error nedum ha-
bet præſumptionem contra ſe, itaut conclu-
dentes exigantur probationes ad docendum
de errore, ſed etiam ad illius excluſionem
ſufficiat merum poſſibile in contrarium, ad
trad. per *Angel. de confeſſ. lib. 3. quæſt. 20. ſub
n. 35. Rot. cor. Royas dec 287. n. 20. & dec. 312.
n. 13. & cor. Bich. dec. 649. n. 12. & cor. San.
mem. Alex. VIII. dec. 242. n. 36. & dec. 36. n.
12. cor. Ninot.*

Concurrebat in primis, quod Olimpia
tam in primo matrimonio, quam in ſecun-
do conſtituerat in Dotem univerſum Patri-
monium ad ipſam pertinens, complexivum
ſignanter nonnullorum bonorum, quæ con-
quiſiverat Thaddeus ejus Pater, & ſucceſſi-
ve acquirendorum in vim cujuſdam Fidei-
commiſſi a Ludovico ejuſdem Olimpiæ Avo
præordinati, ideoque ſi quid deeſſet vel ad
muniendam confeſſionem emiſſam a Chri-
ſtophoro, vel ad ſubſtinendum Mandatum
in ſumma ſcut. 2450. in partitis infra recen-
ſendis, poterat cenſeri comprænhenſum in
prædictis bonis promanantibus a Thaddeo
Patre, & Ludovico Avo: Non obſtante re-
plicatione, quod non appareret, unquam
extitiſſe hujuſmodi bona recuperata, quini-
mo, veluti penes tertios poſſeſſores exiſten-
tia, cenſeri poſſent effecta, mediante præ-
ſcriptione, de dominio poſſidentium; quia
(quidquid ſit de hujuſmodi præſcriptione)
quod nil Chriſtophorus recuperaverit de-
monſtrari debebat ab ejus hæredibus magis
concludenter, cum prædicti hæredes in eo-
9 rum exceptione, ſive oppoſitione erroris
eſſent

Digitized by Google

eſſent Actores, iuxta *Text. in l. 1. ff. de except.
& in l. in exceptionibus, ff. de probat. Cravett.
conſ. 201. n. 29. Rot. coram Gregor. dec. 228.
n. 2. & dec. 67. n. 39. & 40. cor. Arguell. cum
reliquis vulg.*

Clarius autem, quia jura ſuccedendi in
10 Fideicommiſſo non ſunt adeo facile præ-
ſcriptibilia, uti videre eſt ex collectis per
*Peregrin. de Fideic. artic. 41. n. 16. & ſeqq. Fu-
ſar. de ſubſtit. quæſt. 528. n. 4. & ſeqq. Rot. deciſ.
28. n. 38. par. 8. rec. dec. 143. num. 8. & 19. &
dec. 348. n. 6. cum ſeqq. par. 15. & dec. 291. n.
12. & 13. par. 16.*; ideoque vehemens urgebat
dilemma, quod vel Chriſtophorus fuerat
conſecutus bona Thaddei Patris, & bona fi-
deicommiſſi ſibi aſſignata, tuncque erant
proculdubio in calculum referenda, ſi non
pro illa quantitate, quam exagerabat Olim-
pia ſcut 40000. ſaltem pro illa vera, & pro-
portionata: Vel e converſo neglexerat ea-
dem bona recuperare, eoque caſu illius ne-
11 gligentia officere non debet Olimpiæ, quæ
conſequi poteſt lucrum in vim Statuti etiam
ex dote promiſſa, ad pluries firmata per *Rot.*
ut in *dec. 43. num. 7. & 8. par. 10. & dec. 25. n.
1. par. 11. & dec. 357. n. 12. & ſeqq. par. 13. rec.
& dec. 67. num. 1. cor. Card. Carr. & in Romana
Donationis 5. Iunii 1648. §. Alterum creditum,
cor. bo. me. Veroſpio Iun.*

At rurſus præſcindendo ab hoc peculiari
Patrimonio Thaddei, & Ludovici, & per-
pendendo partitas de facto hinc inde non
negatas, conſtabat de quantitate dotis in
prima partita crediti conſequendi ab hære-
ditate primi Viri pro reſiduo dotis eidem
traditæ in ſumma ſcut. 1500. prout etiam
de pretio medietatis cujuſdam Tenutæ nun-
cupatæ *la Pedica* ſcut. 1785., has enim am-
plius non impugnabant hæredes, iſtæque
duæ conſtituebant ſummam ſcut. 3285., qui-
bus adiungebat Olimpia loca 18. Montis Fi-
dei, & loca 15. S. Petri ſecundæ Erectionis,
remanente ſolum horum reſpectu diſputa-
tione, an ad effectum detrahendi lucrum,
12 ſive quartum dotale demendum foret pre-
tium vinculi de evictione, cui eadem loca
Montium obnoxia erant, in qua licet DD.
non eſſent concordes, adhuc tamen proce-
dendo etiam cum opinione, quam punctua-
liter indicaſſe, ſeu tenuiſſe videtur *Card. de
Luc. de Dot. diſc. 61. n. 6.*, nimirum, quod ve-
rior videretur opinio de valore diminuens
pretium vinculi, ex ea præcipua ratione,
quod ſicuti Chriſtophorus ſupervivendo
non poterat acquirere pro quota, ſeu rata
proportionabili, niſi ipſa loca Montium,
13 quibus cum foret infixum prædictum vin-
culum, minus proculdubio valebant, ex
praxi, de qua teſtantur *Altogr. conſ. 62. n. 21.
lib. 1. Card. de Luc. de Regal. diſc. 30. ſub n. 11.
& 12. & diſc. 31. n. 16. Rot. in Romana Cambio-
rum 4. Decem. 1662. §. fin. cor. Veroſpio, confir-
mata in dec. 126. ſub num. 41. & 42. par. 14. rec.*
Ita idipſum concludere oporteat in caſu op-
14 poſito præmorientiæ Viri, cum in hiſce mu-
tuis conventionibus omnis æquitas, & Ius
expoſtulet, inter Partes æqualitatem ſerva-
ri, ad *Text. in l. Julianus, §. Si a pupillo. ff. de
act. empt. Burſatt. conſ. 237. n. 6. Cyriac. contr.
592. n. 40. & ſeq. Fontanell. dec. 261. num. 8. &
9. Rot. cor. Buratt. dec. 295. nu. 12. & dec. 58. n.
5. par. 13. rec.*

Nihilominus valor iſtorum locorum
Montium, dempto etiam pretio vinculi,
aſcendebat ad ſcut. 2145., & ſic patet jam,
quod, jungendo præcedentes partitas, dos
uſquedum attingebat ſcut. 5430. Verum ad-
denda erat ulterius medietas cenſus debiti
per Franciſcum Ducem Sanneſium, hodie
oſtenſa exigibilis, in ſumma ſcut. 1250., quæ
efficerent in totum ſcut. 6680; Sed non hic
terminabant credita, ſeu Dos Olimpiæ,
nam duæ adiungendæ erant aliæ partitæ fru-
ctuum, altera conſecutiva ad prædictum
Cenſum Ducis Sanneſii, qui juxta calcula-
tionem excederent ſcut 2000. & altera circa
uſumfructum alterius quarti dotalis, quod
Olimpia ad normam memorati Statuti con-
quiſiverat ſuper bonis primi Viri, quos
etiam arbitrarie liquidando in ſcut. 1000.
convincebatur, Dotem effective conſtitu-
tam, & in Chriſtophori fruitionem tranſla-
tam prope eſſe ad ſummam ſcut. 10000., nec
enim ambigi valebat, quin hujuſmodi fru-
ctus forent ad computum cenſendi, quia
15 cum dos ipſa valeat in ſolis fructibus, vel
uſufructu conſtitui, per *Text. in l. dotis fructum,
§. 2. ff. de Iur. dot. l. intereſt 6. C. de uſufr. Boſſ. de
Dot. cap. 15. n. 2. Modern. Lucen. conſ. 230. num.
12. uſque ad fin. Card. de Luc. de Dot. diſc. 146.
n. 26. in fin. & Rot. in celebr. dec. 843. cor. Merl.*
conſequens eſt, ut etiam quartum reſpective
16 ad importantiam fructuum debeatur, ut ſi-
gnanter in terminis fructuum tamquam
ſors in dotem datorum, ut in præſenti, ibi:
*& per ipſum uſufructuum ſua vita durante* (pro-
prietas enim ſpectabat ad filios primi ma-
trimonii) *Card. de Luc. de Dot. diſc. 137. n. 5.*

Atque hinc neceſſe non fuit deſcendere
ad examen alterius partitæ conſiſtentis in
ſumma ſcut. 3000. ex titulo Dotalis augu-
menti debiti Olimpiæ in bonis Chriſtopho-
ri, utrum ſcilicet pariter hæc foret cumu-
landa in calculo Dotis pro detractione quar-
ti, cum etiam hujuſmodi partita neglecta,
cœteræ partitæ ſuperabundarent ad juſti-
tiam Mandati, in quo etiam fructus ipſius
quarti omni Iure compræhendebantur; pro-
ut nec etiam neceſſarium viſum eſt aſſume-
re a fundamentis quæſtionem excitatam ab
hæredibus Viri ſuper eo, quod ad terminos
17 *l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.* demenda eſſet
ab ipſa dote medietas, vel Triens pro legiti-
ma filiorum Olimpiæ, reſpective portio-
nes

nes æqualiter debitæ filiis ab Olimpia ſuſce-
ptis ex primo Thoro, quaſi quod quemad-
modum, ubi Olimpia prædeceſſiſſet, nequi-
viſſet Chriſtophorus conſequi lucrum, niſi
&dempta prius prędicta medietate, vel Trien-
te, & in reſiduo computata ejus perſona, ſeu
lucro æqualiter cum portionibus obvenire
debentibus ipſis filiis primi matrimonii, per
ea, quæ diſcurrendo ſuper noſtro Statuto
*lib.1.cap.* 131. pluries firmavit *Rota* ut in *dec.*
406.*par.*9.*rec.*& *dec.* 366. *par.* 15. *dec.* 47.&
*dec.*384.*par.* 17. ita ad obſervandam æquali-
tatem definiendum foret in oppoſito caſu
prædeceſſus Chriſtophori.

Siquidem DD. in primis animadvertebant,
non eſſe adeo clarum, quod cenſura *Text. in*
18 *l.hac edictali* præſenti congrueret hypotheſi,
dum de facto nullus *Doctor* adducebatur, qui
eamdem *l.hac edictali* detorqueret ad dimi-
nuendum lucrum ipſi mulieri ad ſecunda
Vota tranſeunti, ex quo in hoc oppoſito ca-
ſu lex in gratjam liberorum abhorrens ſe-
cundas Nuptias, & prohibens, ne Vir plus
accipiat de bonis primæ Uxoris, quam ac-
cepturi ſint filii dempta per antipartem eo-
rumdem legitima, in ipſorum odium redun-
daret; dum alias non poſſent, non lucrante
Matre quartum dotale, conſequi uberiorem
legitimam, & veriſimilem majorem ſucceſ-
ſionem ſuper eo pluri quod maternæ hæredi-
tati importat additamentum ejuſdem quar-
19 ti: eoque prę ſertim, quia iidem filii, Ca-
pitulis matrimonialibus adiiciendo conſen-
ſum, vel renunciare viſi ſunt cuicumque ap-
plicationi *l.hac edictali*, vel prælegiſſe, quod
eorum Mater dotem, de qua ſupra, & ex ra-
tione mox annotata libere conſtituiſſet, quia
forte illis utilius erat ſubire commodum, &
incommodum lucri, de quo ſpecificam in
20 Capitulis mentionem fecerant, alias nam-
que, & inutile fuiſſet eorumdem filiorum
conſenſum adhiberé, & apponere ad normam
Statuti pactum de lucrando quarto, ſi ipſum
defalcari debuiſſet a Sanctione Juſtiniani *in*
*d.l.hac edictali* ut in propoſito conſiderat
*Hodiern.in d.l.hac edictali quæſt.*49. *num.*6.&
*ſeq.Rot.coram Bich.dec.* 175. *num.* 5.& *in rec.*
*dec.* 556. *num.* 9. & *dec.* 658. *num.* 13. & 14.
*par.*18.

In omnem vero caſum diſpoſitio *d. l. hac*
*edictali* apta non videbatur offuſcare præſen-
tis Mandati juſtitiam, cum ad ſummum mo-
tivum iſtud debilitaret poſterius fundamen-
tum, cui etiam DD. (diſiunctive tamen)
innixi ſunt circa ſpeciales partitas ſuperius
examinatas, ſed neutiquam idoneum cenſe-
ri poterat ad ſubvertendam efficaciam ge-
minatæ confeſſionis emiſſæ coram Principe
ſub prætextu erroris, quando patet, ultra po-
ſteriores partitas extare bona Thaddei, & Lu-
dovici in dotem aſſignata, quæve ſicuti ſunt
21 apta implere, & roborare confeſſionem, ita
excludunt probationem erroris, qui conten-
tatur, ut diximus, nudo poſſibili in contra-
rium, ubi ipſum poſſibile per manifeſtas pro-
bationes non elidatur, ut præter ſupra alle-
gatos uno ore dixerunt *Urceol. de tranſact.*
*qu.*96.*n.*6.*Modern.Palm.Alleg.*357.*n.*7. & 8.
*Cenſal.dec.Lucen.*60.*n.*24.*cum* 2.*ſeqq.Rot.dec.*
1.*num.* 14. *par.* 8. & *dec.* 373.*n.* 2. *par.* 15.&
*dec.*194.*n.*11.*par.*18.*rec.*

Et ita poſt ſecundam Cauſæ propoſitio-
nem reſolutum fuit, utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

IN hac Cauſa, in qua ad limites præſentis De-
ciſionis, quæ etiam habetur impreſſa *inter*
*collect.ad ornatum Card.de Luca tom.*1.*ſub tit.*
*de dot.dec.*12; expedita per Me ſine alia revi-
ſione de voto Coauditorum extitit ſenten-
tia, ſive Mandatum pro ſumma ſcutorum
2450., accidit illud idem, quod pro huma-
na imbecillitate annotavit *Card.de Luc.in Bo-*
*nonien.Fideic.de Pepulis* (in qua & Ego ſcripſi
noviſſimo loco) *diſcurſ.* 179. *num.*2.& 3.*de*
*Fideic.* videlicet, quod poſt tria uniformia ju-
dicata canonizata tamquam valida, & juſta
per Signaturam Juſtitiæ cum aſſueta clauſu-
la, *ſine præjudicio*, poſtque penitus conſuma-
tam executionem, rurſus appellantibus ſuc-
cumbentibus extitit per aliam rem judica-
tam ex eiſdem fundamentis, ſive juribus pro-
nunciatum, & definitum omnino contra-
rium. niſi quod in præſenti Cauſa ab initio
agebatur de non impediendo proceſſu exe-
cutivo, quod non poteſt per diſputabiles
exceptiones retardari, ut etiam inſinuavi ſu-
perius in ipſa Deciſione, unde non mirum,
quod reaſſumpta Cauſa ad finem omnino di-
verſum, videlicet in puro devolutivo, di-
verſum, &, ut par erat, profundius judi-
cium promanaverit, juxta notoriam diffe-
rentiam inter utramque ſpeciem Judicii.

Et quoniam proficuum cenſui ad magis
eruendam, ſtabiliendamque veritatem indi-
care ea, quæ ſucceſſive per Tribunal fuerunt
reformata, ex quo præfata ſumma redacta
remanſit, ſive reducta ad ſcut.757.50., ut
liquet ſignanter ex poſtrema *Dec.*20 *Ianua-*
*rii* 1702.*in princip.cor.R. P. D. dell'Olmo*: id-
circo quoad ſupra cœteroquin bene affirma-
ta circa vim, & efficaciam confeſſionis, prę-
ſertim emiſſæ in precibus ſupremo Principi
22 porrectis, reſponſum deinceps, & recte fuit,
quod hę confeſſiones, præcipue ad trutinam
appenſæ in Judicio devolutivo, non erant
tanti æſtimandæ, ut apparente in contrarium
veritate, & conſequenter errore, non fo-
rent parvi faciendæ, imo, & elidi, prout
late *in Dec.edita* 16.*Jan.*1698.§.*Nec ſuff. aga-*
*tur Olimpiæ*, *cor.R.P.D.Caprara*, & 14.*De-*
*cembris* 1699.§.*Ac proinde*, *cor.R.P.D.de la*
*Tremoille*.

Dimi-

Diminutio vero intrinſeci, & veri valoris locorum montium propter vincula inhærentia iiſdem locis montium ſupra enunciata, poſitive fuit in ſubſequentibus, & reſpective adverſantibus Deciſionibus approbata, facta valutatione ad proportionem, ſive importantiam eorumdem vinculorum in ſcut. 75. loco prædicti intrinſeci valoris ſcut. 100. ad id allegando plures alias reſolutiones Tribunalis, ut in *d. Dec.16. Junii* 1698. §. *Primo igitur cor. R. P. D. Caprara*.

Uſusfructus relictus Olimpiæ a primo Marito, & ab ea traditus in dotem ſecundo, quive fuerat, ut ſupra, calculatus in ſc.1000. pro quodam capitali Dotis ad ſubducendum exinde lucrum Statutarium correſpondens, ramanſit quidem pariformiter approbatus circa ſubſtantiam, nimirum, quod idem uſusfructus eſſet ponendus in calculo veræ Dotis, ſed poſtea in devolutivo ſobrie examinando ætatem Olimpię, & procedendo

23 ad normam famigeratæ *l. hæreditatum, ff. ad leg. Falcidiam* redactus fuit ad ſcut 300. ut in *d. dec. 16. Jun. 1698. §. Accedit cor. R. P. D. Caprara & 14. Decembris* 1699. §. *Prætermiſſa coram R. P. D. dela Tremoille*, quod, & laudando *dec.* 843. *n.* 5. *coram Merlino* affirmatum noviſſime etiam fuit *ſub die 6. Mart.* 1702. §. *præſuppoſita, cor. Reverendiſ. Molines Decano.*

Denique circa articulum, an ad diminu-

24 tionem quarti Dotalis, ſive lucri Statutarii aptaretur cenſura *Text. in l. hac edictali, Cod. de ſecund. Nupt.*, ſuper quo præciſe nihil fuerat determinatum *in ſupradicta mea Deciſione*, fuit (non obſtante opinione *Gabriel. conſ.* 13. *lib.* 1. *& Hodiern. ad d. leg. hac edictali*) ſtabilitum, intrare diminutionem juxta menſuram, ac moderationem *prædictæ l. hac edictali*, ex quo Statutum Urbis non derogat cenſuræ ejuſdem legis, ut in *Deciſ. 16. Jun.* 1698. §. *Ex hac autem cor. R. P. D. Caprara, & 7. Junii* 1699. §. *Hæc autem & §. final. cor. eodem*, ubi dicitur, quod *Gabr.* fuerat alias rejectus *in deciſ.* 368. *n.* 21. *& ſeqq. par.* 11. *rec.*, & plenius allatis aliis *Authoritatibus*, & ſignanter *Card. de Luc. de Dot. diſc.* 130. *n.* 11. 12. *&* 20. repetitum habetur in alia *Dec. 6. Martii* 1702. §. *Firmo autem, cor. Reverendiſſ. Molines Decano*.

Quia vero memorata Olimpia fuerat aſſecuta vigore primi Judicati approbati per Signaturam Iuſtitiæ prædicta ſcut. 2450., illorumque pars, videlicet ſcut. 1440. loco cautionis in Judicio concurſus bonorum ſui Viri de Jure, & de ſtylo exhibendæ remanſerant ab ea implicata, ſeu reinveſtita in tot locis Montium, hinc ſuborta poſtmodum contraria re judicata, oportebat ſummam ultra ſc. 757. 50. exactam reſtituere hæredibus pri-

25 mi Viri, ideoque nata eſt alia diſputatio, an foret pecunia ſupra debitum exacta reſtituenda in vera pecunia numerata, vel potius poſſent præfati hæredes compelli ad retroaccipiendum eadem loca montium vinculata, ſive in quæ pecunia per Olimpiam exacta fuerat inveſtita, & Rota cenſuit, non poſſe compelli hæredes ad retroaccipiendam pecuniam ſic inveſtitam, cum inveſtimentum proceſſerit ex impotentia, vel culpa Olimpiæ non dantis cautionem, quodque proinde iiſdem hæredibus libere foret pecunia reſtituenda, ſicuti plene habetur *in ultima Dec. 20. Ianuar.* 1702. §. *Quo vero, cor. R. P. D. dell' Olmo*, ubi laudatur *altera deciſio* 32. *num.* 18. *& ſeqq. par.* 15. *recent.*

Et ſic Cauſa hæc terminavit.

## CALARITANA CANONICATUS.

*Merc. 4. Decembris* 1697.

## ARGUMENTUM.

De Coadiutoria cum futura ſucceſſione, ejuſque importantia juxta modernam formulam Datariæ, & an requirat, quod præſentetur, ac executioni demandetur vivente Coadiuto, itaut deficiente huiuſmodi pręſentatione, & executione poſſit, nec nè Ordinarius poſt obitum Coadiuti Beneficium conferre. Et quid teneatur Coadiutor iuſtificare pro reportanda executione huiuſmodi Gratiæ.

## SUMMARIUM.

1 *Litteræ Apoſtolicæ expeditæ in forma gratioſa non indigent ulla iuſtificatione narratorum, & de ratione.*

*Exemplifica in gratia Coadiutorię cum futura ſucceſſione, num.* 2.

3 *Coadiutoria reſpectu ætatis, & infirmitatis Coadiuti juſtificatur ex literis teſtimonialibus Ordinarii.*

*Nec non etiam ex obitu Coadiuti paulo poſt expeditam Gratiam Coadiutoriæ, n.* 4.

5 *Coadiutoria cum futura ſucceſſione an ceſſet ex eo, quod litteræ Apoſtolicæ deſuper expeditæ, non fuerint executioni demandatæ ante obitum Coadiuti, & n.* 6. *& ſeqq.*

8 *Coadiutoria cum futura ſucceſſione per Papam conceſſa impedit, ne ordinarius valeat Beneficium conferre poſt obitum Coadiuti.*

9 *Coadiutoria cum futura ſucceſſione non aliam requirit juſtificationem, quam ætatis, ac infirmitatis Coadiuti, & reſpective neceſſitatis, vel utilitatis Eccleſiæ.*

10 *Congregatio Conſiſtorialis, quas materias pertractet.*

11 *Literę Coadiutoriæ non ſubiacent Conſtitutioni Gregorii XIII. de publicandis reſignationibus, & n.* 15.

*Licet id pro majori ſecuritate quandoque practicetur, num.* 12. *&* 18.

13 *Poſtulatio ſola Epiſcopi, & Capituli non conſtituit in ſuo eſſe gratiam Coadiutoriæ, niſi accedat approbatio Pontificis.*

Pu-

14 *Puoncatio Coadiutoriæ qua de cauſa fuerit introducta.*

16 *Coadiutor, vivente Coadjuto, non dicitur habere jus in re, ſed tantum ad rem, & interim dicitur fictus Beneficiatus, ſeu Epiſcopus.*

17 *Prærogativæ, quæ aliquo modo competunt Coadiutori in vita Coadjuti, eidem non competunt jure proprio, ſed ex perſona Coadjuti.*

19 *Coadjutor cum futura ſucceſſione, mortuo Coadjuto, tenetur novam poſſeſſionem ex integro accipere.*

20 *Exemplis non eſt judicandum.*

21 *Quod fieri debebat, debet attendi, non quod factum fuit.*

22 *Coadjutor, vivente Coadjuto, a quibus ſe debeat abſtinere.*

23 *Coadiutoriæ aliæ expediuntur per Datariam, & aliæ per organum Sacræ Congregationis Conſiſtorialis.*

*Exemplifica, ut ibidem.*

24 *Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione poſſunt per Papam concedi irrequiſito Capitulo, quinimo etiam eo reluctante, & invito.*

25 *Epiſcopus ſuffraganeus ex quibus cauſis deputari ſoleat, & quid in hoc propoſito inquirat Sacra Congregatio Conſiſtorialis.*

26 *Coadjutor ſine futura ſucceſſione cenſetur potius datus perſonæ, quam Eccleſiæ, vel Beneficio.*

27 *Ætas Annorum 63. non eſt ſufficiens cauſa petendi Coadjutorem ex motivo ingraveſcentis ætatis.*

28 *Cæcitas, ſeu etiam non modica privatio viſus cenſetur juſta cauſa petendi, & obtinendi Coadjutorem.*

29 *Electio proprie cadit in Eccleſia, aut Beneficio vacante, non vero in ſimplici deputatione Coadiutoris.*

30 *Forma præſcripta in Brevi Pontificio non poteſt excedi, alias omnia contra, vel præter illam geſta vitio nullitatis laborant.*

31 *Electio, nominatio, præſentatio, ſupplicatio, cum ſimilibus, ſunt ſynonima, & interpretantur iuxta ſubiectam materiam.*

32 *Conſenſus Capituli a Papa requiſitus in conceſſione Coadiutoriæ ſufficit, ut quoquo modo interveniat, ſive fuerit, ſive non Capitulariter præſtitus, & n. 33.*

34 *Retentio plurium Canonicatuum, ac Dignitatum quare a Sede Apoſtolica haud difficulter ut plurimum concedi ſoleat Epiſc. Germaniæ.*

35 *Coadiutoria an cauſet incompatibilitatem cum cæteris Beneficiis, quæ per antea Coadiutor obtinebat, remiſſive.*

## DECISIO XX.

Ex quo Joannes Maria gratiam Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione a S. Sede reportatam nec intimari, nec exequi ſategit vivente adhuc Hieronymo Coadiuto, contulit fortaſſe Archiepiſcopus Calaritanus Canonicatum ab eodem Hieronymo poſſeſſum Antonio; ſed adverſus huiuſmodi proviſum ab Ordinario propoſiti curante Joanne Maria Dubium executionis ſuarum litterarum, non dubitarunt DD. reſpondere pro earumdem litterarum Apoſtolicarum executione.

Non enim ullum potuit rimari vitium in viſceribus ipſarum litterarum; quoniam eædem apparuerunt expeditæ ſimpliciter in
1 forma gratioſa, quæ cum regulariter nullam expectent iuſtificationem, quia Papa præſumitur informatus de omnibus circumſtantiis ad gratiam neceſſariis, ſicuti paſſim dictum fuit per *Rot.*, & ſignanter *in deciſ. 236. n. 6. coram Priol. & deciſ.* 160. *num. 4. par. 15.*
2 *rec.*, & in terminis Coadiutoriæ *ead. Rot. cor. Merlin. dec. 141. num. 10. & 11. & dec. 110. n. 2. par. 19.*

Nihilominus ſuperabunde præfulſerunt veritati inniti narrata per Joannem Mariam; Ætas ſiquidem annorum 63. Hieronymi Coadiuti, quodque ob eam, aliaſque conſecutivas infirmantes premeretur Hieronymus, adeout Eccleſiæ inſervire non poſſet, con-
3 vincebatur ex iiſdem Teſtimonialibus Archiepiſcopi, a quo cauſam habebat Antonius, & quibus de cœtero teſtimonialibus in hac materia deferendum eſſe planum erat, ex deductis apud *Merlin. dec.* 768. *num. 7. & 8. & in rec. dec. 112. num. 9. & ſeqq. par. 16. & in Novarien. Præbendæ 15. Junii 1693. §. Nec adverſari, verſ. Placuit enim, coram Reverendiſs. Zamoren.*

Quinimo ſucceſſiva demonſtravit experientia etiã de per ſe veritatem narratorum, dum paulo poſt vita conceſſit Hieronymus, & Ordinarius providit Canonicatum veluti per obitum eiuſdem Hieronymi vacantem in
4 perſonam Antonii; Stante enim obitu Coadiuti paulo deinceps gratiam Coadiutoriæ ſecuto, eo evidentius fulciri probationem ætatis, ac malæ valetudinis in gratia Coadiutoriæ præſuppoſitæ, ac narratæ, opportune conſideravit *Rot. in dec. 483. n. 2. cor. Peutinger. & dec. 45. num. 30. par. 6. rec. & dec. 313. n. 10. par. 7. & d. dec. 112. num. 14. & 24. par. 16. & dec. 157. n. 11. par. 17.*

Fundamentum vero ſuæ proviſionis, quod Antonius in hodierna Audientia non informans opponere valuiſſet, nimirum, quod Joannes Maria vivente ut ſupra Coadiuto,
5 nec intimari, nec exequi procuraverit gratiam obtentam, viſum incontinenti fuit irrelevans; nam quidquid antiquior formula litterarum Coadiutoriæ præſeferre poſſet ambaginis, iuxta ea, quæ promovebantur in gratiam diſputationis per *Quintil. Mandoſ. de Signat. Grat. verb. Coadiutoria, verſ. Coadiu-*
6 *toria habebat*, in quibus ſane terminis neceſſe erat recurrere ad examen, utrum Gratia Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione foret unica, vel duplex, itaut corruente prima Coadiutori ob non exercitum Officium in vita Coadiuti duraret adhuc altera futuræ ſucceſſio-

ſiouis, quæ per obitum Coadiuti, & non ipſo vivo aperitur, & intrat, ſicuti magis communiter affirmarunt *Scribentes*, & tenuit conſtantiſſime *Rota*, ut liquet ex eodem *Mandoſ. in loc. ſuperius alleg. Spad. conſ. 54. n. 4. lib. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 9. n. 53. & ſeqq. Tondut. reſol. Beneſ. par. 2. cap. 1. §. 13. n. 40. & ſeqq. Lotter. de re beneſ. lib. 2. quæſt. 25. n. 29. Modern. Epiſc. S. Severi in tract. de Cauſ. Conſiſtor. ſect. 22. n. 34. & 35. Rot. cor. Peuting. dec. 303. n. 7. cum 2. ſeqq. & cor. Card. Cerr. dec. 684. n. 8. & in rec. d. dec. 313. n. 28. & 29. par. 7. & d. dec. 112. n. 27. & 28. & dec. 333. n. 7. & ſeq. par. 16.*

Hodie per formulam clarioribus verbis, & prægnantioribus Clauſulis ſucceſſive introductam ceſſant omnes hæ diſputationes,
7 cum, ut habetur apud eamdem *Gonzal.* ubi ſupra *n. 56.* in litteris Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione præciſe exprimatur -- *etiamſi de tempore vacationis hujuſmodi dictam Coadiutoris Officium exercere non inceperis, aut per te ſteterit, quominus illud exerceneris, aut præſentes Epiſcopo, Capitulo, & Coadiuto non intimaveris*; ideoque cum hanc ad unguem Clauſulam continerent litteræ Joannis Mariæ, ceſſabat in radice omnis anſa dubitandi, & citra hæſitationem ob expreſſionem litteræ tam claræ Canonicatus ita remanebat affectus ex
8 gratia futuræ ſucceſſionis, ut ſecuto obitu Coadiuti, Beneficium dici mereretur plenum ad effectum, ne Epiſcopus ſtante appoſitione manus Papæ illud conferre amplius poſſet uti vacans per obitum, juxta ea, quæ proſequuntur, & firmant *Giovagnon. conſ. 88. n. 10. & ſeqq. l. 1. Rot. in Tallen. Coadiutoriæ cor. Motmanno impreſſ. apud Leon. de Offic. Cappellan. quæſt. 4. ſect. 6. fol. 534. §. Denique in fin. & in Cæſaraugust. Coadiutoriæ cor. Card. Panzirolo apud Frances var. reſol. c. 16. n. 203. cum 2. ſeqq. & in Lucana Cappellan. 28. Apr. 1656. §. Quod autem cor. bo. me. Bevilaqua & in d. Novarien. Præben. 15. Jun. 1693. §. Præterea cor. Manuel.*

Cœtera demum, quæ ſolent in executione aliarum litterarum Apoſtolicarum perpendi, & recognoſci, nimirum obitus antiqui poſſeſſoris, idoneitas Proviſi, valor narratus, & ſimilia, non ſolum ad exuberantiam comprobata extitere ex parte Joannis Mariç, ſed adhuc efficiebantur ſuperflua in ſpecie litterarum, de quibus erat quæſtio,
9 cum gratia Coadiutoriæ in præjudicium proviſi ab Ordinario ſubſtantietur in verificatione deficientis ſervitii Eccleſiæ, quæ, ut præmiſimus, remanſit juſtificata per ætatem, & adverſam valetudinem, qua detinebatur Hieronymus: Pontifex namque in hac materia adhærens Sacroſanctæ Cenſuræ Concilii Tridentini *ſeſſ. 25. de reform. cap. 7.* non inquirit commodum, & utilitatem Coadiutoris, ſed meram neceſſitatem, ac utilitatem Eccleſiæ, quæ in eo dumtaxat verſatur, ut illius ſervitium ab infirmitate, vel ævo Coadiuti impeditum, per junioris Coadiutoris aptitudinem ſuppleatur, ex his, quæ latius diſſeruntur per *Gonzal. ad reg. Cancell. d. gloſ. 5. §. 9. n. 43. & n. 82. & ſeqq. Rot. dec. 255. n. 9. & ſeqq. par. 7. rec. & cor. Merlin. dec. 768. n. 10. & ſeqq. & dec. 483. n. 6. 7. & 8. cor. Peutinger.*

Et ita, Joanne Maria ſolum informante reſolutum fuit.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

POſt editam præſentem Deciſionem, quæ etiam habetur impreſſa *poſt Remocamp. de Coadiutoriis*, & eſt in ordine *la 21*. Cauſa hæc ulteriorem non habuit progreſſum, quia Antonius, qui informare neglexerat, probabiliter agnoſcens firmitatem reſolutionis, uſquedum pro mea notitia acquievit.

Ad materiam vero Coadiutoriæ, & præcipue circa intimationem, ſive executionem litterarum ejuſdem Coadiutoriæ, de qua generaliter agitur in preſenti Deciſione, caſus fuit (fortaſſe ſingularis) Partibus hinc inde jura ſua deducentibus, ſerio examinatus in Sacra Congregatione Conſiſtoriali, in qua & Ego, tanquam Papæ Auditor adſcriptus, Suffragium dedi; diſpunguntur etenim
10 in eadem Sacra Congregatione ultra cœteras materias, de quibus videre eſt apud *Mattam Epiſcopum Sancti Severi in ſuo Tractat. de cauſ. Conſiſtorial. & Card. de Luc. in relat. Cur. Roman. diſc. 5. n. 25.* etiam hæc Coadiutoriarum, quæ ad ſupplicationem Principum, Epiſcoporum, vel Capitulorum Metropolitanarum, Cathedralium Eccleſiarum prævio voto ipſius Congregationis a Summo Pontifice conceduntur, ut præciſe conſtat ex eodem *Matta & Card. de Luc. ubi ſupra dict. n. 25. verſ. Ac etiam.*

Cum etenim Alexander VIII. ad preces Epiſcopi Olomucenſis, ac de unanimi conſenſu illius Capituli dediſſet in Coadiutorem cum futura ſucceſſione Paſtori huius Eccleſiæ nimio ſenio confecto Franciſcum Antonium Comitem de Loſeſtein, hic poſt notificatas litteras Coadiutoriæ tam eidem Capitulo, quam Clero; & Populo, Epiſcopo Coadiuto conſentiente, ſatagebat ſolemniorem ejuſdem Coadiutoriæ inire publicationem mediante Equitatu, & Proceſſione facienda in primis Veſperis Sanctiſſimæ Trinitatis cum exploſione Tormentorum bellicorum, pulſatione Campanarum, & deinceps in ſubſequenti die functiones explere Pontificales; ſed huic deſiderio, & prætenſioni ſeſe oppoſuit Capitulum, veluti inſueta novitate perculſum; Coadiutor itaque pro ſua prætenſione tuenda Sacræ Congre-
11 gationi exponebat, quod quantumvis gratia Coadiutoriæ de Juris rigore non ſubiaceat cenſuræ Conſtitutionis Gregorii XIII. *de publicandis reſignationibus*, uti communius

tradiderunt Garz.de Benef. par.11.c.3.n.375.
Gonzal.ad regul. Canc. gloſſ.5.§.11. n.72.Bar-
boſ. de Canonic. & Dignit. c.21.ſub n.8. Murg.
de Benef.quæſt.3.n.261. Caſtropal. oper. moral.
par.2. tract.13. diſp.6. punct.2.§.6. n.11.adeo-
ut hujuſmodi publicantes de quadam inſimu-
let timidirate Tondut.quæſt.benef par.2. cap.1.
§.13. n.20. & 22.

Attamen nullibi prohibetur, (ſi Coadiu-
tor voluerit) ad hanc publicationem deve-
12 niri poſſe, imo id exiſtere ſecurius, affirmat
Vener.in examin.Epiſcop. lib. 4. q.58. n.6.Bar.
boſ. de Jur.Eccl. lib.3. cap.10. ſub n.55.Novar.
in ſumm.Bullar. par.1. comment.31. n.18.in fin.

Nec deerat ratio, (uti ſubdebant Infor-
mantes pro Coadiutore,) quoniam cum ſo-
13 la poſtulatio Coadiutoris facta per Capitu-
lum, & Epiſcopum non efficiat, gratiam eſ-
ſe completam, ſed exquiratur admiſſio, &
approbatio Pontificis, ut in durioribus cer-
tum eſt in terminis quoque electionis, ad
Text.in c. qualiter de Elect. Rot. dec.530. n.15.
par.4. tom.3. rec.expediebat, quod Populus, &
Clerus mediante ſolemni publicatione ſcirent
quis fuerit a Sancta Sede deſtinatus nedum
Coadiutor, ſed ſucceſſor. & ad hunc effectum
14 adamuſſim fit de Jure Eccleſiaſtico publica-
tio, teſte Achil.deGraſſ. dec.389.alias 1.ſuper
regul. de publican. n.5. in fin.

Quibus omnibus accedebat exemplum
practicatum in conſimili Coadiutoria Epi-
ſcopatus Eccleſiæ Monaſterienſis, proinde-
que eo magis permittendam eſſe publicatio-
nem exoptatam a præſenti Coadiutore pro-
ſequebantur cum Pignatell.conſult.136.ſub n.7.
tom.4.

Ex oppoſito autem adducebantur non ſo-
15 lum Authoritates exiſtimantes, ut ſupra, nul-
lam faciendam eſſe de Jure publicationem
litterarum Coadiutoriæ, ad id præter allega-
tos adiungendo eumdem Barboſ.de Jur. Eccleſiaſt.
Univerſ. lib.3. c.10. n.55. Leon.in Theſaur. For.
Eccl. par.2. c.4. n.40. & plurib. ſeqq. Ventrigl.
in Prax. rer. notabil. tom.2. annotat.13. §.unica
n. 57.

Verum, quod & incongruum reddebatur
præventive ad hanc deſcendere publicatio-
nem cum ſolemni exercitio functionum
Pontificalium, quia vivente Coadiuto nul-
lum Jus in re collatum cenſetur in Coadiu-
torem cum ſpe futuræ ſucceſſionis, ſed tan-
16 tummodo Jus aliquod ad rem purificabile
poſt obitum Coadiuti, itaut interim Coa-
diutor dicatur, & ſit fictus Beneficiatus, ſeu
Epiſcopus, teſt: Pagnan. in cap. nulla n.54.&
66. de conceſſ.Præben., & in cap.ex par.n.16.de
Cleric.ægrot.Piring. in JusCanonic. lib.3.tit.6.
n.21.Barboſ. vot.dec. lib.2. vot.46. n.4.& ſeqq.
Card.de.Luc. deCanonic. diſc.6. n.10. Rot.cor.
Martin.Andr. dec.102. n.7. & ſeqq.cor.Cava.
ler. dec.116. n.5. cor.Peuting. dec.303. n.3.&
rec.dec.456. n.8.& 12.par.1. & dec.602.n.11.
par.5. & in Olomucen. Canonic. 29. Martii
1694. §.In propoſito & 25. Jan. ciuſdem anni §.
In hypotheſi,cor.R.P.D.Muto la 16.& 17.in or-
dine poſt Joannem a Cokier.de permutat.Benefic.
17 prærogative vero, quę aliquo modo compe-
tunt Coadiutori in vita Coadiuti, tantummo-
do debentur ex perſona ipſius Coadiuti, non
vero Jure proprio, ad Rot. dict. dec. 456. num.
14. par. 1. rec. Add. ad Pamphil.dec.413. n.5.
verſ. vivente Coadiuto.

In omnem vero caſum illa facultas publi-
candi gratiam Coadiutoriæ, quæ Coadiuto-
ri conceditur, & ſecundum aliquos ſecurius
18 exercetur, ſatis implebatur, & ad præſens
fuerat impleta mediante affixione littera-
rum Coadiutorię in Valvis Eccleſię, aliiſque
publicis locis, citra aliam neceſſitatem an-
guſtioris publicationis, & exercitii Pontifi-
calium functionum, quemadmodum ſentire
videbatur Nicolaus Remocampſ. de Coadiutor.
cap. 12. n. 5. Imo quod ante editionem Gre-
gorianæ Conſtitutionis ſufficeret apprehen-
ſio poſſeſſionis ex nunc, prout ex tunc, oſten-
ſis litteris Apoſtolicis, annotaverat antiquus
Gloſſ.Alphonſ.apud Chokier.ad reg.34.Cancell.
n.4. & ſeqq.& ſignanter verſ.Quia hic.

Maxime, quia & hæ tam ſolemnes publi-
cationes ad nihilum in ſubſtantia deſerviunt
19 reſpectu futuræ ſucceſſionis, nam Coadiu-
tor ſequuta morte Coadiuti tenetur, vel intel-
ligitur ex integro capere novam poſſeſſio-
nem, Juxta communem ſententiam, de qua
Pagnan.in c.de Rectoribus n.35. deCleric.ægro-
tan.Barboſ.adConcil. Trident.ſeſſ.25. de reform.
c.7. n.16. & in collect. dec. Apoſt. collect. 586.
n.4. & 5. & lib.2. d. vot. dec. 46. n. 6. & ſeqq.
Rot. cor. Martin. Andr. d.dec.102 n.5. & ſeqq.
cor.Vbald.dec.231. n.4. & ſeqq.cor. Manzaned.
dec.617. n.6. & 7. cor. Peuting.d.dec.303. n.2.
3. & 4. & in rec dec.162. n.57. par.12. & dec.
112. n.3. par.16.

Ad exemplum denique Coadiutoriæ Mo-
20 naſterienſis replicabatur cum regula l. ſed
licet ff. de offic.Præſid. & cap.1. de poſtul.Prælat.
nempe quod exemplis non ſit judicandum,
21 quodque non quod alibi factum fuerat, ſed
quod fuerat faciendum, eſſet habendum præ
oculis, ad Text. in l. quod vero, & in l. quod
non ratione, ff. de legibus & in l.2. quæ ſit long.
conſuet.& in cap. cum cauſam 27. de Elect. Ca-
valcan.dec.11. n.52. par.1.

Potiſſime, quia diverſa poterat eſſe ratio,
nam in caſu hodierno unus, ac pacifice fue-
rat ab Epiſcopo, & Capitulo poſtulatus
Coadiutor, in caſu vero Epiſcopatus Mo-
naſterienſis diſcrepaverant vota Canonico-
rum, quorum aliqua abierant in Archiepiſ-
copum, & Electorem Coloniæ & alia in
Epiſcopum Paterbonenſem, ſicuti appare-
bat apud Card.de Luc. deCanonic.& Cap. diſc.
27. ideoque prudens fortaſſe conſilium erat,
quod Clerus, & Populus reſcirent, quiſnam
a San-

Digitized by Google

a Sancta Sede admiſſionem, ſive approbatio-
nem promeruiſſet.

His itaque ponderatis, Sacra Congregatio
fuit in ſenſu *ſub die 2. Octobris* 1691. quod, vel
nulla facienda eſſet publicatio, vel illa uſque
tunc facta ſufficeret per ſimplicem notifica-
22 tionem litterarum Coadiutoriæ, prohiben-
do, ne illa pompa ſolemnis ingrediendi Ci-
vitatem Pontificaliter cum ſimilibus adhi-
beretur a Comite Coadiutore, ex ea etiam
ratione, quod poterat contingere, (uti de
facto contigit,) quod ipſe non ſuccederet
in Epiſcopatu, ſed prius moreretur, ut ſunt
verba antiquioris, ac punctualis reſolutionis
Sac. Congregationis Rituum relatæ per *Bar-
boſ. de Epiſ. part. 3. alleg. 118. n. 8. & in ſumm.
Apoſt. dec. collect. 173. n. 2.* plene *Tondut. quæſt.
benef. par. 3. cap. 194. ex n. 1. uſque ad* 5.

## *NOVA ADDITIO.*

PRoſequendo autem hujuſmodi ſubiectum
Coadiutoriæ, de qua dupliciter fit provi-
23 ſio, videlicet per organum Datariæ, ubi
agatur de Dignitatibus, Canonicatibus, Pa-
rochialibus, cum ſimilibus extra ſphæram
Abbatiarum, vel Epiſcopatuum, aut vero
per conſultationem, & examen Congrega-
tionis Conſiſtorialis, quod contingit, quo-
ties de Epiſcopatibus, vel Abbatiis, aut aliis
Dignitatibus, quæ ſint regiſtratæ in libris
Cameræ, vel inter Beneficia Conſiſtorialia
cum inibi inſcripta taxatione expenſarum
circa expeditionem Bullarum, & Brevium
Apoſtolicorum deſuper expediendorum, cum
propoſitione deſuper facienda in ipſo Sacro
Conſiſtorio, ut advertunt noſtri Practici, &
præſertim *Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 26. a
n. 53. ad fin. & lib. 3. quæſt. 4. n. 11. Matta de
Cauſ. Conſiſtorial. ſect. 20. n. 38. Card. de Luc. in
relat. Rom. Cur. diſc. 5. a n. 15.*

Occaſio nuperrime præbuit, quod expe-
tente Archiepiſcopo Salisburgenſi ſibi pro-
videri de Coadiutore, ſuaſque preces effun-
dente apud Sanctiſſimum Pontificem Cle-
mentem XI. pro huius gratię impetratione,
cum hæc exiſteret materia ſoli S. Sedi & Pon-
tifici reſervata, juxta jus reaſſumptum in
*Sacro Concilio Trid. ſeſſ. 25. cap. 7. de reform.*
idem vero Sanctiſſimus Pontifex, præcogni-
ta juſtitia cauſæ, & petitionis, non minus
laudavit, ſed communivit ſupplicationem
cum reſponſione attributa eidem Archiepi-
ſcopo, tum etiam per iterata Brevia hortan-
do Capitulum ad deſtinationem perſonæ,
quæ poſſet adſciri in Coadiutorem Eccleſię
tam inſignis, quantumvis de eſſentiali Juris
cenſura non foret neceſſarius conſenſus Ca-
pitularium, licet de cœtero habentium jus
eligendi ſucceſſorem in caſu Eccleſiæ vidua-
24 tæ per obitum Paſtoris; Papa enim tamquam
Dominus, & Cuſtos univerſi Gregis Domi-
nici agnita neceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ,
valet etiam non requiſito aſſenſu Capituli,
quinimo etiam eo invito providere de Coa-
diutore etiam cum futura ſucceſſione, prout
exiſtimaverit opportunum ut eſt de praxi in-
dubitata, & tradunt *Rebuff. in tract. de nomin.
n. 26. poſt med. Gonzal. ad regul. 8. Cancel. gloſſ.
5. §. 9. n. 34. Wagnareck. in comment. ad tit. de
Cler. ægrot. c. unic. notab. 4. Nicolart. ad con-
cord. German. tit. 1. de reſerv. dubit. 8. §. 4. pag.
116. Card. de Luc. ad. Conc. Trid. diſc. 45. n. 10.
& de Regul. diſc. 53. n. 14. & ſeqq. Rot. in Co-
lonien. Coadiutoriæ 4. Julii 1698. §. Cæterum
minoris, cor. Emin. D. Card. de la Tremoille im-
preſſ. dec. 22. n. 11. poſt Remocamp. de* Coadiut.

Idque, quod dicitur de Coadiutoriis cum
ſpe futuræ ſucceſſionis, de Jure pariter pro-
cedit in Coadiutoria ad tempus, vel per mo-
dum Suffraganeatus, Epiſcopo impedito to-
tam gubernare Diœceſim, aut ex alia conſi-
25 mili ratione, in quibus terminis, quando
motivum deputandi Suffraganeum accidit
ratione vaſtitatis Diœceſis, in Sacra Conſi-
ſtoriali Congregatione (niſi ſupervenerint
aliæ circumſtantiæ) ſolum in hac parte in-
quiritur, an illa talis Eccleſia conſueverit
habere Suffraganeum, ex not. per *Fagnan. in
cap. Epiſcopalia n. 49. de Privileg. Ricc. in prax.
for. Eccl. par. 4. reſol. 129. Barboſ. de Offic. & po-
teſt. Epiſc. par. 2 alleg. 6. n. 2. Frances de Eccleſ.
Catedr. cap 32. n. 84. Modern. Monacell. in For-
mular. for. Eccl. par. 2. tit. 13. formul. 2. ſubn. 16.
verſic. Ideo hodie.*

Aut per modum proviſionis, (quamvis in
meo tempore nunquam contigit) ſi ali-
26 quod habeatur impedimentum, propter
quod non valeat Epiſcopus ſibi demanda-
tum miniſterium implere, & tam in ſupe-
riori caſu, quam in hoc. Coadiutor dari di-
citur Perſonæ, & non Eccleſiæ, ut ait *Mat-
ta ad Concordat. German. n.* 137. circa quas pro-
viſiones formulæ variantur juxta opportuni-
tatem.

Redeundo itaque ad theſim, de qua ſupra,
non modica ſuborta fuit contentio ſub die
12. Novembris 1705. non jam reſpectu cauſæ
concedendi Coadiutorem; nam etſi ætas
27 Erneſti ex Comitibus de Thun forte non
ſufficeret, tamquam non excedens annos
ſexaginta tres, ſecundum ea, quæ haben-
tur apud *Gonzal. ad regul. Cancellar. gloſſ. 5. §. 9.
n. 85. & 86. Narbon. de ætat. ann. 60. q. 5. n. 2.
& ſeq. Matt. ad Concord. German. n.* 141. cæcitas
tamen, ſeu non modica privatio viſus con-
corditer diiudicata fuit ſufficiens ad petitio-
nem Coadiutoris cum futura ſucceſſione in
perſonam R. P. D. de Harrach Epiſcopi Vien-
28 nenſis; concernebat etenim utilitatem, &
quodammodo neceſſitatem Eccleſiæ, ut Ar-
chiepiſcopus tam illuſtris Diœceſis, obno-
xius ſubſcriptioni, ac expeditioni ingentium
negociorum eiuſdem Diœceſis, lumen habe-

ret ne fortaſſe ab ejus Officialibus, & Miniſtris
deciperetur, atque ita de facto pro legitima
cauſa conſiderarunt *Text. in cap. ex parte, de
Cleric. ægrot. & in c. unic. eodem tit. in 6. Bar-
boſ. de Offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 118. ſub n. 4.
Fagnan. in cap. conſult. n. 14. & 41. de Cleric.
ægrot. Pariſ. de reſignat. lib. 7. quæſt. 20. n. 7. in
fin. Matt. ad Concord. German. n. 139.*

Verum hæſitatio ſtetit in duobus punctis,
& Ego interveniens in eadem Sacra Congre-
gatione credidi, nullum obſtare, quomi-
nus Sanctiſſimus deputaret Epiſcopum
Viennenſem in Coadiutorem Archiepiſco-
pi, cujus de reliquo erant notæ probitates,
Non equidem primum, quod Capitulares,
quibus replicata fuerant Brevia hortatoria.
tranſcenſi fuiſſent formulam Juris, & verbo-
rum in iiſdem Brevibus expreſſorum. dum
per verba ſaltem æquivoca, loco præbendi
ſimplicem conſenſum ex quadam ſola ho-
neſtate, & benignitate Pontificis deſidera-
29 tum, uſi videbantur illo termino -- *eligo* --
qui ſane terminus proprie, & vere congruit
hypotheſi Eccleſiæ viduatæ, atque vacanti,
teſte *Paſſerin. de Elect. Canon. cap. 1. n. 31.* ma-
xime, quia Papa in prædictis Brevibus hor-
tatoriis adhibuerat magis juridica, & conve-
nientia vocabula, ut iidem Capitulares *indi-*
30 *carent*, vel *explicarent*; unde quidquid actum
fuerat extra hanc formam a Summo Sacer-
dote, & Pontifice præſcriptam, de ſtricta Ju-
ris cenſura eſſet abolendum, & annullandum
ad *Text. in cap. cum dilecta*, ibique *Abb. n. 5.
de reſcript. Caveler. dec. 288. n. 2. Priol. dec. 322.
n. 1. 2. & 8. & dec. 624. n. 1. par. 2. & dec. 208.
n. 12. par. 10. recen.* & de facto non defuere Suf-
fragia, quæ hujuſmodi modum abhorrentia
reſcripſiſſent. *caſſata electione deputandum eſ-
ſe in Coadiutorem Epiſcopum Viennen.*

Sed Sacra Congregatio, (& pro mea te-
nuitate etiam Ego) reputavit, quod cum
in ſubſtantia, & ſecundum ſubiectam ma-
teriam, Capitulares nuſquam intellexiſſent
devenire ad veram electionem, idque etiam
appareret ex diverſa phraſi, quam adhibue-
runt in eorum tranſmiſſo Inſtrumento. cum
promiſcue loquerentur in ſubſcriptione,
hinc illud verbum -- *eligo* -- flecteretur in pu-
rum aſſenſum a Papa ex benignitate requiſi-
31 tum, non ſolum, quia hujuſmodi verba -
*eligere, nominare, præſentare, ſupplicare*,
cum ſimilibus, in radice ſunt ſynonima, &
interpretantur ad limites ſubiectæ materiæ,
ex adductis poſt *Text. in cap. querelam 24. de
elect.* per *Panormit. in Clem. 8. eod. tit. de elect.
n. 1. Felin. in c. in noſtras de reſcript. n. 29. Ge-
min. in c. ſtatuimus 1. de elect. in 6. & in c. cu-
pientes §. 1. n. 4. eod. tit.* ibique *Franc. n. 4. Paſ-
ſerin. de elect. c. 1. n. 26. & ſeq. Card. de Luc. de
Jurepatr. diſc. 34. ſub n. 6.* Sed etiam, quia in
terminis præciſis ad celebre Votum *Marald.
impreſſ. poſt Matt. ad Concordat. German. n. 163.
& ſeqq.* & doctrinam ejuſdem *Matt. ad d. concor-
dat. German. ſub n. 175. & 180.* etſi ad hunc
actum aſſenſus Capitulares devenerint per
32 viam Scrutinii, minime intereſt, quomodo
iidem Capitulares præbeant aſſenſum, juxta
theoricam *Innoc. in cap. in Geneſi de elect. num.
final. ibiq. Abb. n. 71. de Luc. de Canon. diſc. 38.
n. 4. cum ſeqq. & in adnot. ad Conc. Trid. diſc. 45.
n. 10. Rot. in Atrien. Canonic. 3. Aprilis 1699.
§. altera cor. R. P. D. Lancetta.*

Diximus, quod non interſit, unum, vel
alterum modum adhibitum fuiſſe per Capi-
tulares: quia Sancta Sedes non inquirit ex
ejus benignitate, niſi de hujuſmodi conſen-
ſu ad finem, ut detur grata Perſona in coa-
diuvando, ac obtinendo futuram ſucceſſio-
nem, quæ illis præjudicare poſſet in avellen-
do ab eis jura ſucceſſivæ electionis, qua-
propter neque conſideratum fuit obiectum,
quod D. Cardinalis de Lambergh eundem
conſenſum præſtiterit extra Aulam Capitu-
33 li, quia cum idem aſſenſus exquiratur ad fi-
nem explorandæ voluntatis, ſat eſt, quomo-
dolibet conſtare de eadem voluntate etiam
per Vota ſingulariter capta, & extra Aulam
Capitularem, alias non daretur differentia
inter formalem electionem, ad normam *cap.
quia propter de elect.* & ſimplicem aſſenſum,
ſicuti concludit *Marald.* apud *Matt. ad concord.
German. dicto n. 180.*

Neque pariter Sacra Congregatio difficul-
tatem habuit in ſecundo puncto circa reten-
tionem expoſtulatam ab Epiſcopo Viennen.
in ordine ad Canonicatus, quos obtinebat in
Eccleſia Salisburgenſi, & reſpective in altera
34 Paſſavienſi; Quia, ultra quod hujuſmodi
retentiones ex rationabilibus cauſis, & ex
largitione S. Sedis non ita difficile conce-
duntur in Germania, ut inquit *Amayden. de
ſtyl. Datar. cap. 17. ſub n. 26. Chokier. Fagnan.
& alii* quos citat *Rot. in Moguntina Canonic.
1. Julii 1697. §. quandoquidem, cor. R. P. D.
dell'Olmo Epiſc. Giennen.* impreſſ. apud *Modern.
Roman. diſcept. Eccleſ. 8. num. 31.* eo libentius
concedenda videbatur, quia idem Epiſcopus
Viennenſis hanc eandem retentionem obti-
nuerat, quando promotus fuit ad præfatum
Epiſcopatum Viennenſem, & ulterius offe-
rebat (& Sacra Congregatio præcepit) eoſ-
dem Canonicatus dimittere, quoties per
mortem Coadiuti factus eſſet locus ſucceſ-
ſioni ipſius in Archiepiſcopatu Salisbur-
35 genſi, derelicta quæſtione, utrum per Coa-
diutoriam vacent obtenta Beneficia, ac in-
tret incompatibilitas, de qua apud *Gonzal. ad
reg. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 9. n. 64. & 122. Cho-
kier. ſuper ead. Regul. gloſſ. 1. n. 22. Remocamp.
de Coadiutor. cap. 12. n. 36. & 37. & cap. 16.
n. 3. Rot. in Olomucen. Canonicatus 4. Decem-
bris 1693. §. Non obſtat, & ſeq. coram Manuel.*
& latius 29. *Martii 1694. coram Muto impreſſ.
poſt Chokier. de permut. Benefic. dec. 15. & 16.*

ma-

maxime, dum Epiſcopus Viennenſis dimittebat eumdem Epiſcopatum Viennenſem per ſimplicem conceſſionem Gratiæ hujus Coadjutoriæ, & annuebat, quod tunc S. Sedes provideret de hujuſmodi Canonicatibus, ut alias eſt certum ratione appoſitionis manus factæ per Papam, ſive (ut dicitur in Curia) vigore Decreti, de cujus importantia, licet ad alios effectus, actum fuit per *Sacram Rotam in Segobien. Canonicatus* 11. *Aprilis* 1704. *coram R. P. D. meo Scotto*.

## ROMANA PRÆLATURÆ DE VECCHIARELLIS.

*Lunæ* 9. *Decembris* 1697.

### ARGUMENTUM.

Sententię quando dicantur conformes ad effectum, ut intret Statutum Vrbis mandans, quod duæ Sententiæ habeant vim trium. Civilitas quomodo probetur ad hoc, ut quis frui valeat diſpoſitione ejuſdem Statuti. Fideicommiſſum ordinatum in eo, quod ſupererit, vel de quo hæres gravatus non diſpoſuerit, an dicatur univerſale, vel particulare: Et aliqua de fideicommiſſo cum facultate alienandi; necnon plura circa defectum Inventarii, nimirum, an ſuppleri valeat ex libris familiaribus hæredis gravati, & an hæres abſque Inventario deducere valeat ſua credita adverſus Fideicommiſſarium univerſalem, vel potius de illis præſumatur ſatisfactus, junctis præſertim alienationibus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Sententiæ dicuntur conformes quoad immiſſionem in genere, licet altera ex eis concedat immiſſionem ſpecialem ad hæc, vel illa corpora hæreditaria.*

2 *Immiſſio perſæpe conceditur ſolet in genere ad bona hæreditaria, relicta earum liquidatione, vel ſpecificatione ad aliam Inſtantiam, vel ad tempus executionis, & num.* 22. *&* 25.

3 *Civis, & Incola alterius loci is proprie dicitur, qui in eo ultra decennium habitavit, Vxorem duxit, & liberos ſuſcepit.*

4 *Civilitas, & Incolatus Patris ſuffragatur etiam ejus filiis.*

5 *Incolatus acquiritur per habitationem decennalem etiam abſque poſitiva animi declaratione.*

6 *Civilitas duplex, eſt compatibilis in una, eademque perſona.*

7 *Fideicommiſſarius particularis quęnam remedia intentare valeat pro aſſequenda imiſſione.*

8 *Fideicommiſſum univerſale quando dicatur, & quando particulare.*

9 *Fideicommiſſum ordinatum in eo, quod ſupererit, vel de quo hęres gravatus non diſpoſuerit, dicitur univerſale, & de ratione.*

*Idemque eſt, quoties Teſtator in aliquo caſu gravavit hæredem ad reſtituendam totam hęreditatem, num.* 11.

*E converſo autem particulare dicitur Fideicommiſſum ordinatum in eo, quod ſupererit deductis debitis, & legatis, num.* 10.

12 *Immiſſio nequit concedi Fideicommiſſario ad bona, quæ diſtracta. vel alias hypothecata fuerunt per hæredem gravatum cum facultate alienandi.*

13 *Fideicommiſſum ordinatum cum facultate alienandi firmum remanet ſuper illis bonis, quę ab hærede gravato cum hujuſmodi facultate non fuerint diſtracta.*

14 *Solutio facta per hæredem gravatum an, & quando pręſumatur de proprio, vel cum pecuniis, ac effectibus hęreditariis.*

15 *Detractiones, & credita hęredis gravati præſumantur conſumptæ, & reſpective ſatisfacta, quoties ultra defectum Inventarii concurrunt aliquæ alienationes.*

16 *Hæres gravatus non obſtante omiſſione Inventarii poteſt deducere ſua credita adverſus Fideicommiſſarium univerſalem.*

*Intellige, id procedere, quoties idem hæres, vel ab eo cauſam habentes aliunde docere valent de ſtatu hæreditario, alias ſecus, n.* 17.

18 *Inventarii defectus ſuppleri poteſt ex libris ſtatus hæreditarii confectis per hęredem gravatum.*

*Declara, id procedere, dummodo in eiſdem libris appareant fideliter deſcripta univerſa bona, & jura hęreditaria, alias ſecus, n.* 19.

20 *Inventarium, in quo non fuerunt integre deſcripta omnia bona hęreditaria, perinde habetur, ac ſi non fuiſſet confectum.*

21 *Exceptio,* tua non intereſt, *ſuffragatur Actori ad repellendam Rei exceptionem.*

23 *Sacra Rota pro breviori expeditione litium modo abſtinet a dividendo Cauſas in plura Dubia, prout antiquitus practicabat.*

*Iſtaque eſt ratio, ob quam hodie Informationes, ac Deciſiones ſunt regulariter prolixiores, num* 24.

26 *Immiſſio datur Fideicommiſſario in re ſubrogata loco fideicommiſſorię rei alienatę.*

*Etiamſi quis gravatus ſit reſtituere, quod ſupererit, num.* 27.

28 *Res cenſetur empta ex pretio rei fideicommiſſarię, quando emens non habebat propria bona.*

29 *Actio duplex oritur ad favorem ſucceſſorum in fideicommiſſo, ſcilicet vel contra bona alienata, vel contra hęredem alienantis pro reintegratione.*

30 *Gravatus reſtituere quod ſupererit, non poteſt diſſipare, ſed debet uti arbitrio boni Viri.*

31 *Animus intervertendi Fideicommiſſum non pręſumitur.*

32 *Gravatus reſtituere quod ſupereſt, non poteſt in morte diſponere, & n.* 33.

DE-

## DECISIO XXI.

POſtqnam in Curia A.C. prodiit ſententia favorabilis Vincentio ſuper petita per eum immiſſione ad bona particulariter in eadem ſententia dinumerata, & prius poſſeſſa, & relicta in hæreditate Mariani, qui diu munere Prælaturæ laudabiliter exercito, mediante perpetua ordinatione Fideicommiſſi, ſimile munus per ſpeciem Phœnicis in ſua agnatione renovari concupiverat, altera contigit pronunciari ſententia in noſtro Auditorio per R. P. D. meum Mutum confirmatoria præcedentis circa immiſſionem in genere; Verum denuo provocantibus DD. Cinthia, ac Theodora filiabus, & hæredibus Mariani Jun. ultimi detentoris bonorum Fideicommiſſo Prælaturæ ſubjectorum, DD. non minus ad normam reſcripti Signaturæ, quam conſecutive ad effectum obtruncandi per breviora diſſidium, eodem modo, quo cenſuerunt, conſtare de validitate, ac conformitate duarum ſententiarum reſpectu immiſſionis in genere, concedendam quoq; reputarunt ſpecialem immiſſionem Vincentio ſuper bonis in præcedenti memorata ſententia A. C. obſignatis.

Et ſane quoad conformitatem utriuſque ſententiæ circa immiſſionem in genere, nulla erat, aut eſſe poterat quæſtio inter Partes; licet enim prima ſententia prolata ab A. C. deſcenderet ulterius ad enumerationem bonorum, ſuper quibus Vincentio
1 impartiebatur immiſſionem; attamen reſpectu ejuſdem immiſſionis in abſtracto. & quatenus eadem immiſſio præſupponit exiſtentiam, ac durationem Fideicommiſſi, in unum, & idem ſeſe proculdubio ad invicem conformare videbantur, tametſi Tribunal noſtrum, debita circumſpectione, ac maturitate procedens, tunc non cenſuerit, ex Peritia interim ordinata liquido apparere de certis bonis, ad quæ concedi poſſet immiſſio, ſed ad effectum conformitatis, ac numeri ſententiarum in aliqua parte, ſat eſt, quod in illa concordent, ad tradita per *Rot. coram* Coccin. *dec.427.num.3.Merlin.dec.550. num.4. Priol. dec. 39.num.2. cum duobus ſeqq. & dec. 229. num. 6. 7. & 8.par. 17.rec. & in Romana Pecuniaria 8.Iunii 1696.§.in perſcrutanda,confirmata 29.Aprilis labentis Anni cor.*
2 *R. P. D.meo de la Tremoille*: quodque de cœtero immiſſio valeat in genere decerni per Judicem, ſuſpenſa ſpecifica determinatione corporum ad alteram Inſtantiam, vel ad tempus executionis, paſſim habetur, & practicatur, ex deductis per *Alex. conſ.101.ſub num.9.verſ.Nec etiam eſt neceſſe lib.5.Rot. cor. Peutinger.dec.41.num.9.in fin. & dec.55. n.2. & in rec.dec.216. num.16. par. 18. & in Nullius, ſeu Converſanen. Immiſſionis 2. Martii 1689. §. fin. cor. Rondinino.*

Sola igitur oppoſitio in hac prima parte conformitatis verſabatur ſuper operatione Statuti Urbis ſancientis *in cap.* 180. *lib.* 1. ad moderationem Juris communis *in l. properandum*, C.*de Iudic.*, quod geminæ ſententiæ ſortiantur efficaciam trium, utrum nempe intrare poſſet cenſura Statutaria, ex quo Vincentius non eſſet Civis, & Incola: Verum manifeſte enituit, non tam diſiunctive, quam copulative Vincentium pollere qualitate Civilitatis, & Incolatus; conſtitit namque ex atteſtatione Scribæ S. P. Q. R., Bartholomęum Vincentii Patrem haberi, ac reputari tam reſpectu ſui, quam ſuorum filiorum,& deſcendentium Civem, ac Patritium Romanum, cum in Vrbe diutiſſime habita-
3 verit, & in ea Vxorem duxerit, liberoſque ſuſceperit, quod utique veram, ac perfectam Civilitatem infigit, teſte *Altograd. conſ. 28. n.39.& ſeq.lib.2.Rot. coram Ubald. deciſ.608. num.1.& dec.137.num.5.cum ſeqq.par.5. rec. & in Ariminen.* Cappellaniæ *20.Martii 1676. §.Certius,cor. bon.mem.Bourlemont, & in Romana ſeu Iannen.Trebellianicæ 2.Martii 1693. §.Hujuſmodi,coram R.P.D.meo Pio, & in Romana ſeu Iannen. quarti dotalis 28.Iunii 1694. §. His poſitis,coram R.P.D. meo Priolo.*

Quapropter, poſita Civilitate Patris, de plano promanabat, quod eadem qualitas, ac conditio deflueret in Vincentium filium,
4 cum in his terminis non minus amor, quam Civilitas, & conditio Parentis deſcendat in filios. hique citra ſcrupulum nanciſcantur Patris Civilitatem, ſicuti proſequuntur *Antunez.de donat. Reg. lib.2.c.15.n.13.Carpzov. dec.Saxon.1.ex num.18.uſque ad fin. Ganaver. dec.6.ex num.8.fere uſque ad fin. Cenſal. deciſ. Lucen.25 num.27.cum ſeqq. Rot.deciſ.63.n.16. coram Merlin.& in rec.dec.66.num.21.par.16. & dec.188.num.4. & 5. par.17.,& in d.Ariminen.*Cappellaniæ *§.Eſt namque.*

Sed & propriam Civilitatem, ſive Incolatum, præciſive ab illo Genitoris, edocuit Vincentius per Incolatum in Vrbe ultra de-
5 cennium, quo ſtante, etiam non facta alia animi declaratione, Incolatus acquiritur, ut paſſim dictum fuit, & ſignanter *in Romana Societatis Aromatariæ coram* Comitul.*impreſſ. apud* Marchiſan.*de* Commiſſ.*par.2 §.3.fol.226. num.1.& coram* Merlin.*dec.331.num.5.& coram Reyas dec.104.num.8. & dicta deciſ. 137. num.5.par.5.rec. & in Romana* Cambii *7. Februarii 1681.§.Clarior autem, coram clar. me.* Card. Matthęio.

Quin obeſſet, tam Bartholomęum, quam Vincentium in pluribus actibus denominationem Civis, & Patritii Reatini uſurpaſſe; quoniam, ultra quod hujuſmodi expreſſio conquaſſabatur ab aliis, in quibus præcipue Vincentius ſeſe Romanum Civem enunciaverat, & poſitive in precibus Sanctiſſimo porrectis pro admiſſione ad Prælaturam:

Adhuc

Digitized by Google

6 Adhuc tamen nil magis familiare eſt, quam
quod quis eſſe queat Civis duorum loco-
rum, & gaudere commodo plurium Civili-
tatum, & præſertim una in loco originis, &
altera (pruut hic) in illo domicilii, juxta
notata *in modern. tract. de Commerc. & Merc.
diſc. 10. n. 24. ubi concord.* quibus addi poteſt
*Rot. coram Bich. dec. 572. n. 11. & 12. & coram
Ruyas dicta dec. 104. n. 10. & in dicta Romana
Cambii 7. Februarii* 1681. §. *Nullatenus urgen-
te, coram Cardinali Matthæjo.*

Neque minus validæ emicarunt ſententiæ
nam quamvis prætenderetur ex parte Rea-
rum conventarum, petitionem Vincentii
vertiari circa legatum, ſeu Fideicommiſſum
particulare, ex quo illud legeretur injun-
ctum ſuper eo, quod remanſiſſet deducta im-
plicatione effectuum hæreditariorum Teſta-
7 toris in emptionem Officii magni, proindeq.
conclamarent non intrare poſſe remedium
attributum *in l. fin. C. de edict. D. Hadr. tollen.*,
ſed vel interdictum *quorum legatorum*, aut me-
rum Salvianum vigore hypothecæ ex legato
naſcentis, ad communiter receptam doctri-
nam *Bald. in eadem l. fin. ante n. 39. Peregrin. de
Fideic. artic. 48. n. 4. Guidopap. dec.* 483., qui
ſolum advertit, dumtaxat a ſupernis Præto-
riis concedi litteras executivas miſſionis in
poſſeſſionem, *Ridolphin. in prax. par. 2. cap. 11.
n. 96. Add. ad Pamphil. dec. 482. n. 6.* cum ibi
*allegat.*

Attamen inanis viſa eſt hujuſmodi impu-
gnatio remedii *l. fin.* praticati per A. C., ac
in noſtra ſententia Rotali, deguſtantibus
Dominis palpabilem fallaciam præſuppoſiti,
quod eſſemus in caſu legati, vel Fideicom-
8 miſſi particularis; nam etſi Fideicommiſſum
univerſale exigat de ſui natura, quod illud
conſtituatur in tota, vel in quota hæredita-
tis, non autem in quantitate, vel certa parte
bonorum, ut tradunt *Mantic. de conject. lib. 7.
tit. 2. n. 7. & ſeqq. Gratian. diſcept. 404. per tot.
Card. de Luc. de fideicomm. diſc. 128. n. 5. Rot.
dec. 421. n. 6. cum ſeqq. par. 5. recent. & dec. 12.
num. 35. par. 10. & in Cæſenaten. fideicomm. 29.
Aprilis* 1686. §. 1. *cor. Reverendiſſ. Turonen., &
in Tarentina Salviati 27. Ianii 1696. §. Penult.
cor. R. P. D. meo Muto*; ita ut reſcriptum Impe-
ratoris *in d. l. fin.* concedens beneficium immiſ-
ſionis in poſſeſſorio, & utens illis verbis --
*ex aſſe, vel ex parte* -- forte non bene in vim
particulæ illius -- *ex parte*, protrahatur ad ſimi-
lem diſponendi ſpeciem, ex his, quæ fuſe ha-
bentur apud *modern. Saminiat. contr. 75. n. 4. &
ſeqq. Rot. Lucen. apud Adden. ad Ramon. dec. 43.
n. 8. & ſeqq. tom. 2.*

Nihilominus Fideicommiſſum, de quo
agitur, apparuit pluſquam univerſale ad
commodum Prælaturæ; Teſtator enim hæ-
redem ſibi ſcripſit univerſalem Odoardum
Nepotem, quatenus nomen daret Militiæ
Eccleſiæ, ſive Prælaturæ, ſin minus alterum
ex Nepotibus, concedendo illi dumtaxat fa-
cultatem implicandi inveſtimenta in em-
ptione Officii magni, nunquam tamen rece-
dendo ab hac univerſalitate, quinimo ſub-
jungendo -- *il reſto*, (nempe quod ſupereſſet
deductis effectibus arbitrio hæredis impli-
candis in emptionem prædictam) *e ſe non ſi
compra l'Offizio, il tutto voglio, che quando Odo-
ardo morirà, rivada all'altro &c.* & deinceps;
*perche la mia mente è, che queſta entrata, & ere-
dità ſempre abbia da ſtare, e da ſervire per quello
ſi farà Prelato nella Corte di Roma*; quomodo
9 namque poterat dici, ſeu reputari Fideicom-
miſſum particulare illud, quod, non facta
emptione Officii, poterat totam hæredita-
tem amplecti? ut in ſpecie poſt *Bart. in l. Ti-
tius, ff. ad Trebell. & Imol. in l. 1. §. Si ex fundo,
ff. de hæred. inſtit.* alioſque, firmat, & advertit
*Peregrin. de fideicomm. artic. 5. n. 30.* & concor-
dat *Io: Brunneman. in comment. ad Auth. contra
eum rogatus in fin. C. ad Trebellian. Craſſ. recept.
ſenten. §. Fideicommiſſum quæſt. 54. n. 2. Barry. de
ſucceſſ. lib. 8. tit. 3. ſub n. 73. verſ. Item ubi nihil
alienatum eſſet*, & clarius *in §. fin. ejuſdem tit.
Carpzov. de Juriſprud. foren. par. 3. Conſtit. 8. de-
fin. 37. n. 3. Rot. dec. 259. n. 4. par. 13. rec.* quid-
10 quid dicendum eſſet, ubi Teſtator mandaſ-
ſet reſtitui reſiduum ſimpliciter, vel reſi-
duum bonorum deductis debitis, & legatis,
juxta ſucceſſive diſputata per eumdem *Pere-
grin. dicto art. 5. num. 31. & ſeqq.* cum cœteris
apud *Mantic. de conject. dicto lib. 7. tit. 2. n. 10.
Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 286. n. 6. Modern. A gen-
tan. collect. 41. n. 50. lib. 1.* & quomodo pari-
11 ter cenſeri poterat Fideicommiſſum parti-
culare illud, in cujus ordinatione Teſtator
per verba ſuperius ſecundo loco tranſcripta,
ſub explicito vocabulo, *hæreditatis*, hæredi-
tatem ipſam ſuppoſuit commodo Prælati
ſemper, & in perpetuum, per ea, quæ in lon-
ge fortioribus habentur apud *Magon. dec. Flo-
rent. 35. n. 1. & 2. Rot. in Romana fideicommiſſi
de Ruſpolis 13. Iunii 1687. ex §. Tandem uſque
ad fin. cor. R. P. D. meo Molines impreſſ. apud Ad-
den. ad Ramon. tom. 4. dec. 9. ex n. 31.*

Atque ex his deſcendendo ad alteram
partem hodiernæ reſolutionis ſuper immiſ-
ſione ſpecifice conceſſa Vincentio quoad
bona deſcripta in ſententia A. C., objicie-
bant DD. Sorores, quod poſita etiam voca-
tione Vincentii ad Fideicommiſſum Præla-
turæ, adhuc tamen nihil extaret pro eodem
Fideicommiſſo, ex quo cum clar. me. Car-
12 dinalis Odoardus primus hæres liberam ha-
beret facultatem implicandi pecunias, & in-
veſtimenta hæreditatis in emptionem Officii
magni pro ſemetipſo, quotieſcumque idcir-
co apparebat, eumdem Odoardum expendiſ-
ſe in emptione Auditoratus Cameræ ſcut.
50000. auri, & in præſenti juxta relationem
Periti non oſtendebatur, quod tantumdem
remaneret in hæreditate ejuſdem Odoardi,
ſatis

ſatis proinde convincebatur, quod prædi-
ctum Fideicommiſſum demandatum ſuper
*il reſto*, reddebatur inane, & penitus evacua-
tum, quapropter non poterat ulla immiſſio
concedi ad bona, quæ non extant amplius
ſuppoſita Fideicommiſſo, ex his, quæ ha-
bentur apud *Menoch.conſ.356.num.12.Capye.*
*Latr.conſult.60.n.2. Altograd.* Iun. *contr.48.*
*num.50.Rot.dec.459.num.3.cum 2.ſeqq.coram*
M*erlino*.

Verum placuit DD. reſponſio data pro
parte Vincentii, quod retento themate ejuſ-
dem Peritiæ conſtabat oculariter, ex bonis
provenientibus a R. P. D. Mariano Teſtato-
re liquido ſupereſſe quamplura corpora,
quæve ſunt illamet in ſententia A. C., ut ſu-
pra, deſignata: ideoque quidquid dicendum
eſſet, ubi ſimilis quantitas, ſive bona ad hanc
quantitatem redacta non exiſterent, dato ni-
hilominus, quod extarent, difficultas cadere
poterat in prætenſis retentionibus, utrum
ſcilicet abſorberent enunciatam quantita-
tem: at de reliquo ad bona, quæ apparebant
proveniſſe a R. P.D.Mariano, & remanſiſſe in
hæreditate Cardinalis Odoardi, dubio pro-
13 cul concedenda erat immiſſio, vulgati nam-
que Iuris eſt, quod quidquid non reperitur
diſtractum ab habente facultatem alienandi
ſubiaceat Fideicommiſſo, & veniat reſtituen-
dum, ex recepta doctrina *Bart.in l.qui Romæ*
*122.§. Duo fratres n.21.ff. de verbor. oblig.*
*Giovagnon.conſ.38.n.22.lib.1. Buccaferr.conſ.*
*46.ex n.19.uſque ad fin.Bottillier.de ſucceſſ.cap.*
*1.theor.6.n.25. & ſeq. Gob. de permiſſ.ſæud.&*
*emphit.alien.q.5.n.52. Palm. Sen. conſult.61.*
*n.37. Magnon. dec. Florent.149.n.8. Modern.*
*Forolivien.in addit.ad Ramon.conſ.78.num.38.*
*Epiſc. Rocc. Select.diſp.cap.107.n.64. Rot.dec.*
*155.n.20.par.4.tom.2. rec.& dec.283.n.7.in*
*fin.cor.Carillo*.

Reducendo itaque Cauſam ad prætenſas
retentiones fundatas in eo, quod Cardinalis
Odoardus habens facultatem alienandi pro
emptione Officii magni pecunias, & inveſti-
menta hæreditatis R. P. D. Mariani, etſi ea-
dem actu non alienaverit, attamen ſtatim
ac declaravit ſolviſſe de propriis pecuniis
animo ſe relevandi contra hæreditatem
R. P. D. Mariani, idem idcirco ſit effective
alienaſſe, ac ſe obligaſſe animo, & intentio-
ne relevationis ſui ipſius adverſus hæredita-
tem, minus ponderis habere viſa eſt hujuſ-
modi retentio; Neglecta ſiquidem iterum
inſtaurata per DD. Sorores prætenſione,
quod emptio Officii magni deberet intelligi
de ſublimiori Officio Auditoratus Cameræ,
tamquam abunde, & ſuperlative ſublata *in*
*poſtrema Deciſ. præcedentis Inſtantiæ cor.R.P.*
*D.meo Muto ex §. Quo vero uſq; ad fin.*animad-
verſum fuit, quod regulariter ſolutio facta
14 per hæredem in implementum voluntatis
Teſtatoris, vel æris alieni per eumdem reli-
cti ſupponitur ſemper ſecuta de pecuniis, ſi-
ve effectibus in hæreditate repertis, præſer-
tim concurrente (prout infra) omiſſione
Inventarii, abſque eo, quod hæres poſſit ex
hoc capite opponere retentionem, ſicuti una-
nimiter tradunt adducti per *Surd. dec.15.ſub*
*n.11.verſ.Præterea, & num.12.cum ſeqq. Rot.*
*dec.77.num.14.par.5.recen.& cor. Vbald. dec.*
*178. num.1.& ſeqq.*& ſignanter *n.3.& coram*
*Dunozzett.Iun.dec.351.n.16.& 18.& coram*
*Peutinger.dec.438.n.11.& dec.501.n.16.cor.*
*Card.Cerro.*

Eoque magis, dum in ſubſtantia Cardina-
lis Odoardus animum ſeſe relevandi (de quo
ſuperius in obiecto) tantummodo explica-
vit in quibuſdam exiguis partitis in totum
conflantibus ſcuta circiter 3000., & ſic inca-
leſcente præſumptione, quod ſolutio ſaltem
de cœteris effectibus implicatis in emptio-
nem Officii magni, nempe Clericatus, pro-
ceſſerit ex pecuniis, ſive effectibus R.P.D.
Mariani, multo vehementius locum ſibi vin-
15 dicavit præſumptio, quod ſibi plene ſatiſ-
fecerit Cardinalis Odoardus, quatenus fuiſ-
ſet creditor, etiam pro hac modica quanti-
tate ſcutorum 3000., vel effective, ut veri-
ſimilius erat, implicaverit effectus ipſos hæ-
reditarios præfati Mariani, dum conſtitit,
quod idem Cardinalis Odoardus nullum
confecit Inventarium, & poſitive diſtraxit
quamplures effectus hæreditatis ipſius Ma-
riani, quemadmodum paſſim in his termi-
nis reſpondit *Rot.apud Merlin. dec.707.n.3.*
*& cor. Dunozett.Iun.dec.645.& cor. Arguell.*
*dec.48.utrobique num.1.cum ſeqq. & dec.420.*
*n.11.cor. Priol.& in recent.dec.93.n.7.& ſeqq.*
*& n.14.par.8.& dec.307.n.5.& 6.par.19.&*
*in Bononien. Fideicommiſſi de Gulinellis 27.Ju-*
*nii 1685.§.fin.cor.Pauluccio, & 15.Februarii*
*1686.§.Sed Dominis, coram Heruault, & in Bo-*
*nonien. Fideicommiſſi de Burzanis 16. Januar.*
*proxime præteriti §. Nec ad retardandam, &*
*§.Itaque, cor.R.P.D.meo Molines.*

Agnoverunt Informantes pro Sororibus
efficaciam reſponſionis, ac propterea cona-
ti ſunt replicare, vel quod hæres gravatus
16 non obſtante omiſſione Inventarii poteſt
deducere ſua credita adverſus Fideicommiſ-
ſarium univerſalem, vel quod per æquipol-
lens appareret de ſtatu hæreditario ex libris
familiaribus Cardinalis Odoardi, ſuper qui-
bus in firmando eodem ſtatu fundata noſce-
batur Peritia: At ultra quod prima pars obje-
cti, ſive replicationis ex diametro pugnare
videbatur cum ſuppoſitione, ſuper qua acri-
ter a principio inſiſtebant iidem Informan-
tes circa ordinem, nimirum, quod agere-
tur de Fideicommiſſo particulari; in unum
tamen diſſoluta remanebat machina ejuſ-
17 dem replicationis, nam ubi conſtitiſſet li-
quido, & certe de ſtatu hæreditario aliunde,
quam ex formali, & ſolemni Inventario, uti-
que

que intraſſet propoſitio, quod gravatus Fideicommiſſo univerſali ſubducere valuiſſet propria credita contra ſubſtitutum univerſalem, ſecus vero non aliunde per Judicem liquido, & certe indagato, ac comperto tali ſtatu, prout annotavit *Rota in Romana Fideicommiſſi* 19. *Januar*. 1689. §. *Nec obſtant tria prope fin. coram bon. mem. Emerix*, & 12. *Junii* 1690. §. *Multoque minus, coram Reverendiſſ. D. meo Vrſino Decano*.

Quamobrem ad rem applicando, de hujuſmodi ſtatu ſufficienter eluceſcere non conſtitit ex prædictis libris, ad quos relative (ut poterat) fundamentum ſubiit Peritia;
18 quamvis enim hujuſmodi Codices familiares legaliter detenti, & fideliter enumerantes omnia ſtabilia, omneſque effectus hæreditatis valeant fortaſſe in terminis Fideicommiſſi univerſalis hęredi ſuffragari, ut habetur apud *Vrceol. in append. ad conſult.* 19. *num*. 2. & *ſeqq. fol. mihi* 294. *Modern. Lucen. conſult*. 330. *n*. 15. & dictum fuit per *Rot. dec*. 1886. *ex n*. 9. *cum ſeqq. coram* Coccin. & *in Romana hæreditatis* 10. *Decembris* 1681. §. *Neutrum*, & *ſeqq*. & 1. *Junii* 1682 §. *In hic autem cum ſeqq. cor. Reverendiſſ. D. Vrſino Decano*: Agniti tamen fuerunt præcitati libri Cardinalis Odoardi pro defectuoſis, & nullibi ſupplere valentibus etiam ex æquitate illud Inventarium, quo mediante in ſuis terminis præſervatur hæres gravatus Fideicommiſſo univerſali, cum minime continerent univerſa ſtabilia, cœteroſque effectus memoratæ hereditatis præ cœteris namque effulſit, quod poſthabita fuit deſcriptio cujuſdam Domus certo certius procedentis ab hæreditate Mariani, pluriumque argentorum, ac mobilium, de quibus meminit idem Teſtator in Teſtamento, & agnovit, ſeu confeſſus eſt Marianus Jun. ultimus gravatus: apparente autem
19 omiſſione deſcriptionis nedum in libris domeſticis (prout hic) ſed etiam in ſolemni Inventario, collabeſcit illa qualitas excluſiva præſumptionis occultationis, in qua fundatur *Textus Authenticorum de hæred*. & *falcid*., ut præciſe in terminis ſimilium librorum conſiderat *Modern. Palm. alleg*. 170. *n*. 7. & *ſeqq*. & reſpondit *Rota in Romana legati de Caraſis* 17. *Junii* 1695. §. *Prout fruſtra. cor. R. P.* D. *meo Pio*, & admiſſum fuit *in dicta Romana hæreditatis* 1. *Junii* 1682. §. *Siquidem coram Re-*
29 *verendiſſ*. Decano, & in fortioribus de ipſo Inventario ſolemni pluries dixit *Rota*, & ſignanter *in dec*. 76. *n*. 20. & *ſeqq. par*. 17. *recen*. & *cor. Priol. dec*. 430. *n*. 7. & *cor*. Card. Cerr. *dec*. 779. *n*. 4. & *dec*. 16. *n*. 27. *cor. Vbago*.

Corollarie tandem fuit habita præ oculis circa particularia bona, (ad quæ ſub hodierna die data fuit immiſſio,) ſententia A. C., in qua peculiariter enumerata leguntur; non obſtante duplici oppoſitione, & quod per aliam ſententiam latam in eodem Tribunali reperiretur conceſſa ſimilis immiſſio Bartholomeo Patri in vim Fideicommiſſi demandati per Vincentium Sen., & quod nonnulla ex eiſdem bonis commodo Vincentii Informantis conceſſa in ſententia A. C. forent legata Hippolito, aliiſque fratribus Cardinalis Odoardi: Quatenus enim pertinuit ad hanc poſtremam oppoſitionem, lectura ipſa Teſtamenti Mariani conditoris præſentis Fideicommiſſi ad favorem Prælaturæ ſubmovebat amaritudinem, dum legata hujuſmodi erant indubitanter recaſura de mandato ejuſdem Teſtantis in hæreditatem ſuam: Quo vero ad duplicatam immiſſionem reſpectu Bartholomei, ſubverſa pariter remanſit difficultas, non tam ex eo, quod idem Bartholomeus citatus in præſenti Judicio nullam circa hoc impugnationem promovebat adverſus Vincentium filium, verum etiam, quia noſtrum Tribunal jam DD. Sorores declaravit excluſas a ſucceſſione in prædicto Fideicommiſſo Vincentii Sen., ideoque Actor bene de cœtero fundans ſuam intentionem ſuper hujuſmodi bonis, nemine exiſtente le-
21 gitimo impugnatore, quamvis citato, poterat jure merito reſpondere cum vulgari, legalique adagio - *tua non intereſt* - de quo *in l. ille* 13. §. *Si de Teſtamento ff. ad Trebell*. *Cephal. conſ*. 133. *n*. 29. *Rot. cor*. *Carill. dec*. 63. *n*. 6. *et in rec. dec*. 303. *n*. 13. *par*. 8. *et dec*. 378. *n*. 9. *par*. 17. cum reliquis notiſſimis.

Et ita, omnibus DD. ſuffragantibus, reſolutum fuit, utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

TRes aliæ prodierunt coram Me in hac Cauſa Deciſiones non tantum confirmatoriæ præſentis, verum etiam declarativæ, ac definitivæ aliarum dubitationum, quæ in hac intricata Cauſa ſæpius emerſerunt; in illarum vero poſtrema enunciabitur exitus ipſius litis.

Circa ea vero, quæ ſuperius in Deciſione
22 affirmantur ſuper immiſſione in genere ab initio conceſſa, præter *Authoritates* in propoſito allegatas notari etiam promeretur ſtylus, quod quotidie, ac laudabiliter practicatur in Auditorio Rotæ; cum enim, ut
23 inquit *Card. de Luc. in relat. Roman. Cur. diſc*. 32. *n*. 38. non amplius hodiernis temporibus *Rota* ad finem citius judicandi dividat Cauſas in plura dubia, prout accidebat de tempore *Cottæ, Mohedani, Putei, Cæſaris*, & *Achillis de Graſſis, Veralli*, & aliorum, ſed ſub unica dubitatione (ex. gr.) ut ad præſens - *an danda ſit immiſſio?* plures involvantur articuli, videlicet Fideicommiſſi, identitatis, cum ſimilibus: hinc non ſolum neceſſario receſ-
24 ſit ab Aula brevitas Informationum, ac Deciſionum, aſt quoque ſubingredi cœpit memoratus ſtylus decidendi, & ſententiandi ſu-

per immiſſione in genere, expedit ſiquidem
Actori, ut loco differendi reſolutionem ex
capite aliorum articulorum, ſuper quibus
vel DD. non ſint concordes, vel materia in-
digeſta ita compellat, ſeparetur triticum a
palea, & judicialiter firmetur, quod jam
præcognitum fuit eſſe clarum, ad hoc, ut
rurſus non oporteat deſuper reaſſumere diſ-
25 putationem, ideoque, uti diximus, hoc ip-
ſum fuit practicatum in illa *Hidruntina Fidei-
commiſſi 4. Iunii 1700. coram R. P. D. Caprara*, &
nuper *in Forolivien. Fideicommiſſi de Torellis
ſub die 28. Iunii 1702. cor. R. P. D. Muto*, inte-
rerat enim firmare interim exiſtentiam, &
purificationem Fideicommiſſi, ac nodum
ſucceſſivæ diſputationis poſtea ſenſim reſtrin-
gere ad alia extrema Judicii immiſſivi, licet
quandoque Tribunal aliud etiam juxta ca-
ſuum circumſtantias prudens adhibeat tem-
peramentum, præcipue occaſione novæ Au-
dientiæ, reſcribendo ex. gr. - *Audiatur ſuper
detractionibus vel identitate tantum*, cum ſimi-
libus, per quod ſane reſcriptum in illo ſal-
tem Turno non dubitatur de præſuppoſi-
tione exiſtentiæ Fideicommiſſi, illiuſque pu-
rificationis.

In ordine vero ad concluſiones ſupra con-
ſparſas, quod facultas alienandi conceſſa
gravato compatibilis exiſtat cum vinculo
Fideicommiſſi, ſolumque idem Fideicom-
miſſum remaneat purificabile in eo, quod
ſupererit. pulchram ſub initio Advocatio-
nis habui facti ſpeciem in una *Florentina Fi-
deicommiſſi*; Quidam etenim Petrus Fanciul-
laccius, tres filios pupillariter ad invicem
ſubſtituens, in totis eorum portionibus,
quatenus egrederentur pupillarem ætatem,
ordinaverat, quod adhuc reciproce forent
ſubſtituti in eo, quod quiſque de tempore
ſuæ mortis reliquiſſet; quapropter, cum eo-
rum unus plures diſtraxiſſet effectus, poſtea-
que coemiſſet proprio nomine quamdam
Domum, illamque teſtando tranſtuliſſet in
extraneum hæredem, fratres idcirco, ut ſu-
pra, reciproce ſubſtituti conſilium a Me pe-
tierunt, utrum ſaltem eadem Domus, quæ
ſola erat remanſa in hæreditate demortui,
foret aliquo modo per eos contra extraneos
hæredes vindicabilis, ſive expetibilis, & Ego
in completu circumſtantiarum, reputavi,
quod ſic.

Motivum ita cenſendi radicabatur in ſatis
pro meo judicio claro dilemmate, vel quod
filius, qui alienaverat plures effectus, ſive
res ſuppoſitas modo, quo ſupra, per ejus Pa-
trem Fideicommiſſo reciproco, id egit ani-
mo inveſtiendi pretium loco rerum aliena-
tarum ſuper Domo, de qua agebatur, eoque
26 caſu palam intrabat illa ſubrogatio, per
quam conceditur immiſſio Fideicommiſſa-
riis in re ſubrogata, ad litteram *Text. in l.
Imperator, §. Cum autem, cum duab. legibus ſeqq,
ff. de legat. 2.* ibi - *ſed quod inde comparatum eſt,
vice permutati dominii reſtituetur*. quem refert
27 in ſpecie gravati reſtituere quidquid ſupere-
rit *Peregrin. de Fideicomm. art. 40. n. 44. in fin.
Fuſar. conſ 8. n. 2. & 6. & de ſubſtit. quæſt. 545.
n. 44. idem Peregrin. dec. 2. n. 9. Ioſ. de Roſ. con-
ſult. 32. n. 5. & conſult. 33. num. 18. & 19.*, qui
omnes loquuntur etiam in caſu emptionis fa-
ctæ pro ſe, & hæredibus, *Rot. coram Card. Se-
raph. dec. 477. n. 11.*

Eoque præciſius, quia ultra excluſionem
doli alias, ut infra, emergentis, accedebat
altera præſumptio, quod nullibi apparebat,
28 hujuſmodi filium gravatum vendentem, &
ementem umquam habuiſſe proprium pecu-
lium, induſtriam, aut ſubſtantiam, ex qua
comparare eamdem Domum potuerit, ideo-
que multo magis cenſendum erat, voluiſſe
Domum ſubrogare loco rerum Fideicom-
miſſi alienatarum, ſive ex pretio rerum Fi-
deicommiſſariarum emiſſe, ad tradita per
*Surd. dec. 15. n. 26. & 27. Rot. dec. 4(9. n. 8. poſt
Cenc. de cenſibus.*

Si vero prætendebat hæres, quod hic ani-
mus inveſtiendi, & ſubrogandi ceſſaret, ex
quo moriens illius auctor diſpoſuerat in
contrarium de Domo controverſa, & tunc,
quia credebam, dolum ineſſe præcedentibus
alienationibus, idcirco adhuc eadem Domus
obnoxia erat recuperationi, ſeu vindicatio-
ni favore Fideicommiſſariorum; quando
etenim hęres gravatus malitioſe intervertit
29 Fideicommiſſum, ac diſtrahit illius bona,
duplex arbitrio vocati ſubingreditur actio,
altera contra res alienatas, & altera pro rein-
tegratione contra bona ipſius alienantis, ad
*Text. in l. quidam, §. final. ff. ad Trebellian.*, &
*l. plane, §. Qui rogatus, de legat. 1.* cum con-
cordantibus per *Pariſ. conſ. 5. n. 26. lib. 2. Cy-
riac. controv. 5. n. 24. cum ſeqq. Card. de Luc. de
Fideic. diſc. 84. n. 12. & diſc. 173. n. 2. Rot. dec.
402. n. 2 & ſeqq. par. 9. & dec. 141. n. 4. & 5. cor.
Celſo. & dec. 831. n. 1. & 2. & dec. 844. n. 1. cor.
Merlino.*

Quod autem dolus ineſſet præcedentibus
alienationibus. & de quo dolo ſuſpicatus quo-
que fuerat *IurisConſultus* in puntuali hypothe-
ſi *Text. in leg. Titius 54. ff. ad Trebell.* ibi: *Titius
rogatus eſt, quod ex hæreditate ſuperfuiſſet Me-
vio reſtitueret, quod medio tempore alienatum,
vel diminutum eſt, id quandoque peti non poterit,
ſi non intervertendi Fideicommiſſi gratia tale
aliquid factum probetur* = ſatis in præſentibus
circumſtantiis apparere videbatur, ex quo
prædictus gravatus ferme totam ſuam portio-
nem alienaverat, nulla imaginabili cauſa
30 præexiſtente, ſicque evidenter exceſſerat
illud boni Viri arbitrium, quod ineſſe vale-
bat ſub gravamine reſtituendi, quod ſuper-
eſſet, ex late firmatis per *Fuſar. de ſubſtit.
quæſt. 545. n. 4. & ſeqq. Rot. in Bononien. fidei-
commiſſi de Formagliariis coram Pamphil. ſeu
impreſſ.*

*impreſſ.apud Giovagnon.conſ.*23.*n.*16.*lib.* 2.*&* *coram Mantic.dec.*329.*n.*4.*&* 5.*&* *inSabinen. Prædii* 13.*Aprilis* 1674. *§.vel quando, coram bo.mem. Rondinino nunc impreſſ. ad ornatum Card.de Luca tom.*3.*inMansiſſ.ad tit.de fideic. dec.* 29. *n.* 6. quamvis de reliquo animus in-
31 tervertendi Fideicommiſſum non præſumatur, ex *Peregrin.de Fideic.art.*40.*n.* 43.*in fin.&* *num.*51.*Card.de Luc. eod.tract.diſc.*182.*n.*8.*Rot.dec.*182.*n.*22. *coram Buratto*, *&* *dec.* 216.*n.*3.*coram Merlin.&* *coram Priolo dec.* 35.*n.*15.

Præcipue reflectendo, quod Teſtator in hoc caſu non ſolum nullam expreſſerat licentiam alienandi, unde præſumere fas erat, quod filius ultro diſtraxerit res Fideicommiſſarias animo intervertendi Fideicommiſ-
32 ſum, quia niſi diſtraxiſſet in vita, utique nequiviſſet in morte, ut ad terminos *Auth.contra cum rogatas*, *C.ad Trebellian.*plene diſtinguit *Gabr.conſ.*99.*lib.*2.*Peregrin.conſ.*45.*lib.*4.*&* *de Fideicommiſ. d.art.*40.*n.*43.*&* *ſeqq. Fuſar.de ſubſtit.quæſt.*545.*n.*42.*Barz.dec. Bonon.* 121.*per tot.Mart.Medic.examinat.*31.

Et citra difficultatem, quia gravamen reſtituendi præciſe feriebat quidquid tempore mortis ſupereſſet, unde non amplius erat
33 ambigendum, quod niſi in vita alienaſſet, & poſtea per circulum Domum coemiſſet, utique ſibi non valuiſſet ſuper bonis Fideicommiſſariis facere hæredem extraneum, juxta ea, quę declarando *Text.in d.leg.Titias, ad Trebell.*annotavit *Peregrin.d. conſ.* 45.*per tot.*& ſignanter *n.*6.*lib.*4.*Gabr.d.conſ.*99.*n.*21.*&* 22.*lib.*2.*Ruin.conſ.*76.*n.*4.*lib.*2. *Fuſar. de ſubſtit.quæſt.*545.*n.*42.*&* *ſeqq.Barz.d.dec.*121.*n.*45.*verſ.&* *bis*.

## *NOVA ADDITIO.*

INcipit hęc Deciſio a canonizatione conformitatis plurium Sententiarum, quando illa adeſt in hac, vel illa parte; verum cum occaſio præbuerit ſub Anno 1707.de hac re uberrime tractare ad finem interprætandi,& exequendi reſcriptum, ſeu Commiſſionem Signaturæ Mihi directam cum clauſula -*ſine præjudicio trium conformiam in ea parte, in qua forent conformes*- in una *Melevitana Decretorum* 21.*Martii ipſius Anni* 1707.*coram Me*, in qua diſcutiebantur plurima capita Decretorum, ſeu Sententiarum, unde opus fuit ſuper unoquoque capite attente rimari hanc contrarietatem, diverſitatem, vel diſſormitatem, & circa hoc tota Deciſio ſeſe diffundit, idcirco exiſtimavimus eam indicaſſe, ut in opportunitatem valeat ad illam haberi recurſus, dum etiam eidem ſuperacceſſit expeditio ſub die 3. Auguſti 1708. cum ſucceſſiva Partium acquieſcentia.

## FOROSEMPRONIEN. TESTAMENTI.

*Merc.* 11. *Decembris* 1697.

### ARGUMENTUM.

Reſolvitur pro validitate,& legalitate Teſtamenti nuncupativi nuncupatione implicita, quod multifariam impugnabatur, & præcipue ex eo, quod non conſtaret de identitate Schedulæ, quodque manus Teſtatoris eſſet ſuſpecta de falſitate: Cumque ex hoc capite prætenderetur, eſſe locum recognitioni ejuſdem manus per comparationem, rejecta fuit inſtantia, ex quo aliunde veritas Schedulæ adminiculabatur, & reſpective ceſſabat ſuſpicio ſuppoſitionis alterius Schedulæ.

### *SUMMARIUM.*

1 *Teſtamenta raro ſuam ſortiuntur executionem abſque aliqao litigio.*

2 *Teſtamentum nuncupativum nuncupatione implicita, ſeu relativum ad Schedulam per Teſtatorem Notario conſignatam ſuſtinetur, & frequentiſſime practicatur.*

3 *Teſtamentum nuncupativum nuncupatione implicita non labefactatur, licet unus, vel duo* Teſtes T*eſtamentarii non audiverint, quod* T*eſtator in conſignatione Schedulæ dixerit, in ea contineri ſuam ultimam voluntatem.*

*Præſertim, quando dubitative deponant, vel alias contrariam poſſibilitatem non excludunt, ibidem.*

4 I*dentitas Schedulæ* T*eſtamentariæ nequit in dubium revocari, quoties conſtat de certitudine manus* T*eſtatoris.*

*Et e converſo, quoties ſubſcriptio eſt falſa, fruſtra inquiritur de identitate Schedulæ, ibidem.*

5 I*dentitas Schedulæ* T*eſtamentariæ juſtificari, & reſpective ejus ſuppoſitio excludi poteſt etiã per pręſumptiones, & conjecturas.*

6 I*dentitas Schedulæ* T*eſtamentarię valde coadiuvatur ex minuta præparatoria ad teſtandum per* T*eſtatorem confecta, in qua eadem diſpoſitio contineatur.*

*Et de ratione, n.*8.

I*dque fortius procedit, quoties in Schedula* T*eſtamentaria minus continetur favore hæredis, quam adeſſet in minuta* T*eſtamenti, n.* 9. *&* 11.

7 *Mutatio voluntatis non præſumitur tam in contractibus, quam in ultimis voluntatibus.*

8 *Specialia non ſunt multiplicanda, præſertim in materia objectiva, & involvente delictum.*

10 *Falſitatis pręſumptio ceſſat, quando ex illa potius damnum, quam lucrum emergeret favore ejus, contra quem talis præſumptio allegatur.*

12 *Confeſſario* T*eſtatoris plurimum defertur in materia* T*eſtamentorum, quamvis non ſit formiter examinatus.*

*Præſertim, quoties poſt factam aliquam extrajudicialem depoſitionem deceſſit abſque illius revocatione, n.*13.

14 *Subtrahens, vel alias exhibere recuſans aliquã*

*ſcripturam, habet contra ſe præſumptionem, quod talis ſcriptura faciat contra ipſum.*

15 *Teſtamentum, cujus veritas aliunde adminiculatur, non debet exponi fallaci experimento comparationis litterarum ſub prætextu recognoſcendi manum Teſtatoris, & n.18.*

16 *Teſtamentum nuncupativum per relationem ad Schedulam non indiget ſubſcriptione Teſtatoris.*

17 *Recognitio manus* Teſtatoris *in* Teſtamento *nuncupativo implicito non eſt neceſſaria, quando* Teſtator *illud clauſum conſignavit Notario coram ſeptem* Teſtibus.

18 *Copiſtæ extrajudicialiter atteſtantes circa identitatem, vel diverſitatem manus per comparationem, nullam fidem merentur, & de ratione.*

19 Immiſſio *debetur hæredi inſtituto in* Teſtamento *non abolito, nec cancellato.*

20 *Clauſula* appellatione remota, & appoſito ſequeſtro, *quid importet.*

21 Teſtamentum *ad Pias cauſas, ex quibus ſufficienter probetur.*

22 *Subſcriptio* Teſtatoris *non requiritur in Teſtamento clauſo per eum conſignato Notario.*

23 *Pro Notario præſumitur aſſerente, Schedulam ſibi a* Teſtatore *conſignatum eſſe eamdem.*

24 Identitas *ſcedulæ ex quibus probetur, & n.25. 27.28. & 29.*

*Ea præcipue probatur ex præcedenti voluntate, per* Teſtatorem *declarata, n.26.*

*Et ex eo, quod diſpoſitio eſt ad favorem cauſæ Piæ, ex qua nemo privatus commodum recipit, n.30.*

31 *Suggeſtio debet eſſe doloſa, & fraudolenta, ad hoc, ut vitiet* Teſtamentum.

32 *Recognitio manus per comparationem eſt remedium fallax, itaut caute in hac materia veniat procedendum.*

*Et adducitur in hoc propoſito practicum exemplum hujuſmodi fallaciæ, n.33.*

*Et datur cauthela per* Iudices *in hiſce caſibus ſervanda, n.34. & 35.*

## DECISIO XXII.

AMplectentes DD. fundamenta Deciſionum, quæ præceſſerunt Sententiam R. P. D. mei Capraræ declarantis, validum, ac legitimum fuiſſe Teſtamentum ab Innocentio exaratum, cenſuerunt rurſus, non obſtante petita dilatione per hæredes D. Virginiæ Sororis prædicti Innocentii, reſpondere pro confirmatione ejuſdem Sententiæ.

Quamvis enim juxta monitum *Iuſtiniani in l. hac conſultiſſima, §. At cum humana fragilitas,* C. *qui* Teſtam. *facer. poſſ.* late exornatum per *Carol. Morant. reſp. 78. a princip. cum plur. num.*
1 *ſeq. par. 4.* rara ſint morientium Elogia, quæ ſucceſſivis hæredum diſſidiis obnoxia non extent; agnitum tamen fuit in præſenti Teſtamento, nihil eſſe, quod poſſet validitatem Tabularum memorati Innocentii concutere: Siquidem cum Innocentius extra rigorem prædictæ *l. hac conſultiſſima*, aſſuetum prælegerit modum teſtandi per illam Teſtamenti factionem, quæ nuncupatur
2 nuncupatione implicita, mediante conſignatione Schedulæ per decumbentem facta in manibus Notarii coram ſeptem Teſtibus, quemve modum tamquam magis practicabilem, minuſque ſuppoſitum forenſibus altercationibus approbavit uſus, & collaudat *Card. de Luc. de* Teſtam. *diſc. 3. ſub n. 4. & in conflict. leg. & ration. obſer. 70. per tot.* & ante eum *Caball. conſ. 106. n. 19. & ſeqq. lib. 2. Burgos de Paz ad l. 3.* Tauri *n. 252. cum ſeqq. Calvin. de æquit. lib. 2. cap. 200. ex n. 8. cum plur. ſeqq. Reuſner. de* Teſtam. *par. 3. cap. 25. per tot. Carol. de Mean. ad conſuetud. Leodien. par. 3. obſer. 313. n. 15. & obſer. 353. n. 3. Modern. Lucen. conſult. 506. n. 25. & ſeqq. Rot. dec. 570. n. 6. & ſeqq. & dec. 581. n. 3 cum ſeqq. par. 4. tom. 3. rec. & cor. Peutinger. dec. 133. n. 4. & coram Priol. dec. 300. n. 1. & 2. & in Romana Reintegrationis Fideicommiſſi 29. Februarii 1692. §. Neque ed retardandum, cor. Emerix Jun.*

Conſtitit, quod Innocentius in præſentia ſeptem Teſtium Schedulam Teſtamentariam effective conſignavit Notario: licet namque duo ex eiſdem Teſtibus ſub examine revocatis præciſe non depoſuerint, Schedulam ab Innocentio conſignatam extitiſſe ſub expreſſione formali, quod in ea Charta continebatur ipſius Teſtamentum, & ultima voluntas, attamen alii tres, juncto quarto, qui interim occubuit, ipſeque Notarius de hac etiam formali expreſſione teſtificantur; ideoque cum iidem duo contrarium non aſſerant, immo admittant, id exprimi potuiſſe per Teſtatorem per illa verba - *puol'eſſer, che l'abbia*
3 *detto, ma non lo ſentii* - ex hac duorum Teſtium ambiguitate, ſeu indifferentia non tollitur validitas Teſtamenti fundata in conſignatione indubitanter (ex depoſitione eorumdem duorum Teſtium) facta Notario, cum ſubſequenti etiam probatione elicita ex aliis Teſtibus, & Notario, ut ſupra, nimirum quod in eadem Charta contineretur ejus extrema voluntas, quemadmodum ſufficere, præter adductos *in prima Deciſione R. P. D. mei Capraræ 25. Junii 1696. §. Præterea,* annotarunt *Cyriac. contr. 407. ex n. 231. uſque ad 243. Rub. de* Teſtam. *cap. 40. ex n. 229. cum plur. ſeqq. Card. de Luc. de* Teſtam. *diſc. 78. ſub n. 10. verſ. ideoque, Modern. Peruſin. de Contract. Minor. gloſſ. 15. §. 10. n. 69. & ſeqq. Rot. in Romana* Teſtamenti *15. Februarii 1604. §. Neque controverti, cor. R. P.* D. *meo Muto. & in alia Romana* Teſtamenti *4. Maii 1696. §. penult. cor. R. P. D. meo Priolo.*

Probata itaque ex præmiſſis ſufficienti conſignatione ad normam Teſtamenti nuncupativi nuncupatione implicita, adverſari denuo viſæ non ſunt oppoſitæ objectiones ſuper

Digitized by Google

per identitate Schedulæ, & falſitate ſubſcri-
ptionis Teſtatoris in calce ejuſdem Teſta-
menti: Vltra enim, quod hujuſmodi obje-
ctiones non ita de facili inſimul compati poſ-
ſe videbantur, quoties enim ſubſcriptio fuiſ-
4 ſet falſa, inanis remanet quæſtio de identita-
te, prout è converſo data ſubſcriptione ve-
ra, fatuum eſt ambigere amplius de identi-
tate, cum ſubſcriptio Teſtatoris per modum
ſuperlativum Schedulam identificet, quan-
do præſertim (prout hic) ejuſdem Schedu-
læ identitas impugnatur ex ſolo capite, quod
in folio involvente eamdem Schedulam po-
tuerit poſtmodum alia diverſa per Tabellio-
nem ſupponi, & immitti, quidquid ſit, ubi
de ſuppoſitione tractaretur ſub occaſione
apponendi Chartam ſubſcribendam ipſi Te-
ſtatori. ſicuti videre eſt apud *Roccam Epiſc. Iſclan. ſelect. diſput. Jur. cap. 36. ſub n. 28. & 29. & cap. 30. num.* 18 juncto *num.* 16. *Rot. dec. 3. §. Nec obſtat Pariſ. poſt Fenzon. ad Statut. Urb. & dec. 581. num. 12. & ſeqq.* & ſignanter *n. 13. par. 4. tom. 3. rec. & dec. 393. num. 3. cum. 2. ſeqq. par. 13. & dec. 181. n. 16. & ſeqq. cor. Sa. mem. Alexandro* VIII. *& dec. 39. n. 31. poſt Torr. de Primog. & Major. & dec. 16. n. 19. poſt Modern. Alden. ad conſil. Ramon tom. 4. & in Romana Teſtamenti 12. Februarii 1672. §. Identitas ſub princip. cor. Bourlemont.*

Nihilominus reſpectu identitatis poſitæ
prius in controverſiam per D. Virginiam So-
rorem Teſtatoris ex eo, quod tota ſcriptura
Teſtamentaria includeretur in folio invol-
vente albo, itaut ſpatio novem, ſeu decem
dierum, quo Notarius hujuſmodi ſcriptu-
ram penes ſe retinuit, de facili valuerit illam
mutare, & alio folio albo circumcingere,
& involvere ipſam ſcripturam diverſam ab
illa vere, & effective conſignata: placuerunt
iterum DD. demonſtrationes, & circumſtan-
tiæ recenſitæ *in præcedentibus Deciſionibus R. P. D. mei Capraræ*, & ſignanter *in prima diei 25. Junii 1696. ex §. Non obſtat uſque ad fin. & in ſecunda diei 4. Martii labentis Anni ex §. Neque hujuſmodi cum plur. ſeqq.* ex conjecturis
5 namque in iiſdem *Deciſionibus* abunde recen-
ſitis firmari identitatem, & excludi ſuppoſi-
tionem, paſſim habetur, & conſtat ex dedu-
ctis per *Fuſar. conſ. 41. n. 28. Carol. de Mean. ad Conſuetud. Leod. par 4. obſer. 409. n. 19. Card. de Luc. de Teſtam. diſc. 1. n. 9. & diſc. 2. num. 4. Modern. Peruſin. de Contract. Minor. d. gloſſ. 15. §. 10. num. 108. Rot. dec. 359. par. 11. rec. & deciſ. 8. poſt lib. 1. collect. Modern. Argentan.* utro-
bique *num. 11. & deciſ. 513. num. 15. & ſeqq. & num. 23. cor. Bich.*

Potiſſimum autem apud DD. urgere viſa
eſt illa non conjectura, ſed demonſtratio
præambulę voluntatis Innocentii, qui paulo
ante minutam de ipſius manu incontrover-
tibiliter efformatam ſuper ipſius voluntate
exaraverat, & in ea non ſolum totum id,
quod continetur in Schedula controverſa,
ſed multo plus favore Vxoris continebatur;
ex hac etenim demonſtratione duo inſur-
6 gunt eliminantia omnem ſuſpicionem, ac
ſuppoſitionem; alterum nimirum, quod ubi
liquet de præambula, & indubitata volun-
tate, nequit attendi poſſibilis ſuppoſitio,
cum, niſi de contrario doceatur, omnis
pręſumptio ſtet pro duratione ejuſdem vo-
luntatis, quæ poſtea noſcitur expoſita in
Schedula ſolemni, per ea, quæ optime per-
penſa fuerunt *in priori Deciſione R. P. D. mei Capraræ 25. Junii 1696. §. Quarta elicitur, & in poſtrema diei 4. Martii proxime pręteriti §. Secunda circumſtantia*, quibus addi poteſt *Epiſc. Roccæ ſelect. diſput. Jur. cap. 40. n. 30.*, & eſt
7 regulare in omnibus materiis, quod mutatio
voluntatis non pręſumitur, adnot. per *Mant. de Coniect. lib. 12. tit. 1. num. 2. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 622. n. 14. & ſeqq. Intrigliol. dec. 34. n. 6. 7. Rot. dec. 150. n. 16. & 17. poſt Pacif. de Salvian.* cum cœteris vulg.

Animadvertendo ulterius, quod ſicuti in
hac materia a ſola fide Notarii totum pen-
dere non debet, ita nec etiam ea adeo venit
ſpernenda, ut per metaphyſicas poſſibilitates
ſuppoſitionis Schedulæ, quis ab Albo Nota-
riorum ſit delendus; ideoque, data præordi-
natione certæ voluntatis, nimium detrahe-
8 retur fidei Notariorum, nimiumque multi-
plicarentur ſpecialia, nempe & quod falſitas,
ſive ſuppoſitio fuerit commiſſa ſuper Char-
ta, de qua tractatur, & quod Teſtator ab an-
tecedenti certa voluntate receſſerit, contra
vulgata principia, de quibus *Text.* eſt *in l. cum poſt 70. §. Gener., ibique gloſſ. verb. placuit, ff. de Iur. dot. Decian. conſ. 74. num. 51 lib. 3. Gratian. diſcept. 520. n. 10. Rot. dec. 857. n. 11. cor.* Cocc., & alibi paſſim.

Et alterum, quod dum in hodierna Sche-
dula ſolemni minus continetur favore Uxo-
ris, quam legeretur in præcedenti minuta
conſcripta de manu Teſtatoris, difficile eſt,
ut ſuppoſitio, & falſitas ad inſtantiam ejuſ-
dem Uxoris ſecuta eſſe præſupponatur; Si
9 etenim Uxor ſubdole conſpiraſſet in aliquam
ſuppoſitionem, utique ſuppoſuiſſet Schedu-
lam ſaltem uniformem antecedenti præpara-
tioni, tum ad veſtiendam veriſimilitudinem,
& combinationem unius ſcripturæ cum alte-
ra, tum ne amitteret illam largitatem, quam
a neceſſitudine, & beneficientia Mariti repor-
10 taverat, majus namque argumentum exclu-
ſivum falſitatis excogitabile non eſt, quam
illud, per quod falſum committens damnum,
& non lucrum conſequeretur, ut generaliter
*Bald. in l. 2. n. 4. C. de falſ. Cravett. conſ. 75. n. 13. Menoch. de præſumpt. lib. 5. pręſumpt. 20. n 48. Capyc. Latr. conſult. 4. n. 32. Cenſ. dec. Lucen. 29. n. 56. & 57. Rot. dec. 636. n. 7. coram Merlin.*
11 & in his terminis *Io: Baptiſta Antonell. conſ. 25. n. 26. Card. de Luc. de Teſtam. diſc. 5. & diſc. 39.*
utro-

Digitized by Google

utrobique *n.12. Rot.dec.263.n.30.* & *31.par.4.tom.2.rec.* & *dec.513.n.18.cor.Bich.*

Agnoſcens prius D. Virginia Soror ineluctabilem efficaciam hujus demonſtrationis opponebat; quod minuta exhibita, & præparata per Teſtatorem non eſſet integra, ſed inferior pars penultimæ paginæ appareret reciſa, itaut in eadem parte deficiente contineri valuiſſet vel conditio viduitatis, vel ſubſtitutio ad favorem Sororis: Sed hujuſmodi obiectio nullius ponderis eſſe, manifeſtum fuit, non ſolum, quia ſpatium, & intercapedo reciſionis, juncta præcedentium, & ſubſequentium verborum formula, minime poterant ſuadere, ut vel una, vel altera conditio poſſet in tam brevi intervallo extra propoſitum apponi, ſed etiam, quia de hujuſmodi reciſione de cœtero ſubſtantialiſſima juxta præſuppoſitum præfatæ D. Virginiæ, tamquam nota, & in nulla habita conſideratione ab ipſo Innocentio Teſtatore, depoſuit, quantumvis extrajudicialiter,
12 P. Guerra adhibitus in toto hoc negocio pro Conſiliario, & Directore (prout erat illius Animæ) per Innocentium, & Vir de reliquo Præpoſitus in adeo inſigni, & honorabili Congregatione S. Philippi Neri, cui idcirco addito, ut diximus, munere Confeſſarii Teſtatoris, multum deferendum eſſe inquit *Modern. Mantuan. conſult.1. n.67. Epiſc. Rocc. ſelect. diſput.cap.45.n.17.* & *ſeq. Rot. in Amerina hæreditatis 16. Junii 1662. §. Augebatur, cor.bo.me.Bourlemont. confirmata in dec.525. n.8.par.14.*, & in eadem Cauſa *Priol. dec.144. ſub n.10. §. Urgentiſſima*, & dictum fuit *in poſtrema Deciſione diei 4. Martii præteriti §. Nec*
13 *facit*, ubi ulterius fuit conſideratum, quod idem P. Guerra paulo poſt ſub eadem declaratione; ſeu depoſitione ad partes data, & non revocata, deceſſit.

Movit etiam DD. vehementer illa conſideratio inſinuata in *prima Deciſ diei 25. Iunii 1696. §. Sexta demum*, & in ſecunda *§. Quod vero Amianus,* & *ſeq. cor. eodem R. P. D. Caprara*, quod cum ex pluribus atteſtationibus convinceretur, ad normam Teſtamenti controverſi aliam ſub antecedenti die 3. Novembris confectam extitiſſe Schedulam ab eodem Innocentio Teſtatore ſubſcriptam, quæ adamuſſim continebat eadem lagata favore Uxoris, non tantum ex hoc roborabatur perſeverantia voluntatis reſpectu Teſtamenti, de quo agitur, exarati ſub die 4. ejuſdem Menſis, & id ipſum ad unguem præſeferentis, ſed etiam, ex quo ex eiſdem atteſtationibus probabatur, hujuſmodi Teſtamentum, præcedenter a Teſtatore ſubſcriptum, extitiſſe tranſportatum, & amplius non exhibitum a D. Virginia Sorore, magna exinde
14 oriebatur ſuſpicio, quod ad effectum, ne appareret, in antecedenti Teſtamento contineri illud idem, de quo in ſubſequenti conquerebatur D. Virginia, hujuſmodi ſcriptura ſummopere conferens ad evertendam omnem ſuſpicionem ſuppoſitionis Schedulæ ſtudioſe occultaretur, ex illa urgentiſſima præſumptione, de qua poſt allegatos *in dicta ſecunda Dec. R.P.D. mei Caprara §. Quæ ſane Schedula Menoch.lib.2. præſump.91. n.4. Adden. ad Paitell.expedit. Civil.61. n.9. Rot.cor. Gregor. dec.521. n.6. Dunozett. Jun. dec.742. n.11. Penting. dec.25. n.6.* & *ſeq.* & *cor.Card. Cerr. dec.439. n.4.* & *dec.644. n.9.*

Et ex his tranſeundo ad alteram obiectionem falſitatis, quæ in ſubſcriptione ſuppoſita de manu Teſtatoris prætendebatur commiſſa per Uxorem, præcipue ex eo, quia dicebatur, eamdem Uxorem aſſuetam fuiſſe in pluribus Epiſtolis familiaribus nomine Innocentii Viri ſubſcribere, & ad quem ſane effectum mordicus inſiſtebat prius D. Virginia Soror, & hodie ejus hæredes, ut fieret recognitio, & comparatio characteris; pla-
15 cuit DD. anſam non dare tam facile everſioni Tabularum, quæ ex tot circumſtantiis, ex legali ſolemnitate ad normam Teſtamenti nuncupativi nuncupatione implicita, & pluſquam indubitata Teſtatoris voluntate fulciebantur: animadvertendo ſignanter, quod contra hujuſmodi poſſibilitatem erat in promptu recognitio; & depoſitio memorati P. Guerræ in prædicta atteſtatione diei 13. Julii 1690. circa fin., ubi affirmat, Teſtamentum, de quo eſt quæſtio, fuiſſe ſubſcriptum de manu Innocentii Teſtatoris ſibi cognita, & ulterius erat ſuperfluum inquirere de ſub-
16 ſcriptione, quando nulla ſubſcriptio in Teſtamento hujuſce naturæ erat neceſſaria, ſufficit namque, quod Notarius coram ſufficienti numero Teſtium Schedulam ultimæ voluntatis recipiat a manu Teſtantis, licet in eadem Charta nulla ejus adſit ſubſcriptio prout ex recepta *Theorica Caſtren. in l. hac conſultiſſima §. Per nuncupationem n.3. verſ. mihi non videtur neceſſarium C. de Teſtam.* communiter tradunt *Ludovic. Lan. in tract. de form. Teſtam. nuncup.* & *clauſ. n.17. Fuſar. conſ.41. n.27.* & *28.* & *ſub n. 41. verſ. Pręterea* late *Barthol. Sertor. in conſult. impreſſ. apud Calvin. de æquitat. lib.2. cap.200. ex n.95. cum plur. ſeqq. Adden. ad Buratt. dec.475. n.24. Rot.cor. Coccin. dec.2177. n.23.* & *in rec. dec.226. n.10. par.11.*, & *dec.467. n.4. par.14.* & *in Spoletana Teſtamenti 14. Aprilis 1679. §. Identitas cor.bo.me.*
17 *Rondinino*, & ob id minime exigi in hac ſpecie Teſtamentorum recognitionem ſubſcriptionis ſuper qua contendebant hęredes D. Virginiæ Sororis, proſequuntur *Card. de Luc. de Teſtam. diſc.3. n.6. Modern. Peruſin. de contract. Minor. d. gloſſ.15. §.10. n.61.* & *63. Panimoll. dec.90. annot.2. n.37.* & *ſeq. Rot. dec.3. §. Non obſtat ſecunda oppoſitio, poſt Fenzon. ad Stat. Urb. cor. Duran. dec.178. n.6.* & *cor. Peutinger. dec.133. n.5.*

Quod

Quod ſi reſpectu ſubſcriptionis non neceſſariæ in Teſtamentis huius ſpeciei communitis etiam ( ut ad præſens ) tot circumſtantiis , & certitudine voluntatis Teſtatoris, porrigerentur aures nonnullis aſſertionibus,
18 ſeu Peritiis quorumdam Copiſtarum oſtendere ſatagentium,characterem ſubſcriptionis Teſtamenti correſpondere characteri D Virginiæ Vxoris , facile , & citra neceſſitatem,ut præmiſimus , fuiſſet offuſcare , vel evertere omnes Tabulas Teſtamentarias , dum , ut in his terminis dixit *Rot.cor.Sa:mem:Alex.VIII. dec.251.ex num.56.*allegat in *modern.Tract.de Commerc.*, *&* *Mercat.diſc.* 35.*ex n.* 23. hujuſmodi Periti publice ſcripturas , dato pretio , reſcribunt.

Et ita, hærede Vxoris legatariæ dumtaxat informante, reſolutum fuit.

## ANNOTATIO, ET ADDITIO.

ULtra Deciſiones , quæ præceſſerunt , aderit etiam inferius loco ſuo altera confirmatoria , poſtquam enunciabitur ſeries ulterioris diſputationis uſque ad totalem exitum litis.

Nonnullæ etiam infra reperientur Deciſiones in materia impugnati Teſtamenti ex capite ſolemnitatum , vel voluntatis , & Ego plura in dies edidi in ſtatu Advocationis Reſponſa , modo pro ſubſtentatione , modo pro infirmatione Teſtamenti , prout diverſæ ſuggerebant caſuum circumſtantiæ : Quia vero fortaſſe rectæ expedit adminiſtrationi Juſtitiæ roborare exemplo aliarum diſputationum , & rerum judicatarum caſus quotidie facile fraternizantes , uti pariter annotavi *in tract.de Commerc.*, *&* *Mercat.diſc. general.ſub num.*6.; idcirco ſubnectam in præſenti Reſponſum editum in quadam Cauſa *Firmana*, in qua Angelus de Auguſtinis condendo ſuum Teſtamentum ſcripſerat hęredem eamdem Congregationem S.Philippi Nerii , quæ incidenter , ſed merito , laudatur in hac Deciſione ; hæredes autem ejuſdem Angeli ab inteſtato ferme ex iiſdem fundamentis Teſtamentariam hanc impugnavere diſpoſitionem in Tribunali A.C., ſed parum fœliciter , nam commiſſa Cauſa eidem A.C. qui procederet *de voto ſuorum Locumtenentium, appellatione remota*, nil reportarunt, ſed ignoro, an eadem diſpoſitio poſtea habuerit effectum volitę fundationis a Teſtatore ejuſdem Congregationis in ſua Patria ; quare in ſupradicto caſu , etiam cum ſenu veritatis , reſpondebam.

Debetur Immiſſio Congregationi S.Philippi Nerii erigendæ , quia pro illa ſtat Te-
19 ſtamentum non abolitum , nec cancellatum , neque alio vitio laborans , juxta notoriam diſpoſitionem *Text.in l.fin.Cod.de Edict. D.Adr.tollen.*, & in ſpecie noſtra *Decian.conſult.74.n.* 11. *&* *ſeqq. lib.*5. *Rot.dec.*149.*n.*5. *par.*17.*rec.*& paſſim in aliis.

Idque adeo verum , ut iſta Cauſa pro reiectione attentatorum ad Signaturam Sanctiſſimi delata , non ſolum porrectæ ad hoc Commiſſioni fuerit indultum , ſed etiam directa Commiſſione toti huic Tribunali , ſu-
20 peraddita fuit clauſula = *appellatione remota*, *&* *appoſito ſequeſtro*, quæ cum nonniſi ex palpabili bono Jure ſupplicantis ſoleant provenire , indubitanter proinde oſtendunt Partis iniuſtitiam , & reſpective validitatem Teſtamenti , de quo agitur , ut adnotavit *Card.de Luc.in relat.Cur.Roman.diſc.*30.*n.*12.*&* 16., & prius *eod.lib.*15.*de Iudic.diſc.*18. *n.*19.*&* 21.

Quodque revera validitas Teſtamenti undique præfulgeat , evidenter apparet ex eodem publico , & litterali Teſtamento coram Notario , ſeptemque Teſtibus publice conſignato , & ad exuberantiam ex aliorum extrinſeca depoſitione roborato , quando tamen , ſtante Pia cauſa in eo inſtituta , pro-
21 culdubio ſufficeret , quod per geminos Teſtes , vel aliunde quoquo modo per ſolam veritatem naturalem de inſtitutione eiuſdem Piæ cauſæ conſtaret , juxta pleniſſime adducta per *Altograd.Iun.contr.*15.*ex n.*18.*eam ſeq. Card.de Luc. diſc.*6.*n.* 4.*&* *ſ. q.de Teſtam.Rot. dec.*713.*par.*1.*&* *dec.*411.*par.* 4.*rec. dec.*96.*p.* 8.*&* *dec.*713.*poſt.*1.*vol.conſil.Farinacc.*

Nilque facit , quod idem Teſtamentum non fuerit a Teſtatore ſubſcriptum, vel quod hæredem proprio ore non nominaverit in actu conſignationis : Quia cum agatur de
22 Teſtamento noncupativo , ſub ea nuncupatione , quæ dicitur implicita , ſat eſt , Teſtatorem ( prout hic ) conſignaſſe Notario folium , ſeu volumen clauſum , aſſerendo , in eo conſiſtere ſuam diſpoſitionem , & Taſtamentum , quodque Teſtes ſub rogitu ejuſdem Notarii de conſignatione ſtipulantis ſubſcripſerint , imo quod ſub eodem rogitu reperiantur conſcripti , & nominati , ex recepta *Theorica Bartol. in l.ſi ita ſcripſero num.*30. *ff.de condit.*, *&* *demon.Caſtr.in l.hac conſultiſſima* , *§.Per nuncupationem n.*3.*verſ.Mihi non videtur.C.de Teſtam.ordinan.Fuſar.conſ.*41.*n.* 27 *&*28.*Giroecb.diſc.*27.*n.*27.*Thomat.dec.*82. *n.*19.*&* *dec.*88.*n.*16.*&* 33.*Adden.ad Buratt. dec.*475.*n.*24 *Rot.cor.Ottbob.deciſ.*181.*nu.*3. *dec.*233.*n.* 8.*par.*5. *dec.*236. *n.*10.*&* *dec.*359. *num.* 12.*par.* 11., *&* *dec.* 156. *num.*2.*&* 8.*poſt diſcept.Contrii.*

Minuſque adverſatur obiectum circa identitatem ejuſdem Schedulæ probandam; Quia niſi in contrarium urgentiſſimæ adducantur coniecturæ ſuper ſuppoſitione alterius Schedulę , exuberat ad juſtificandam identitatem ipſa conſignatio facta per Teſtatorem , Notario de ea ſe rogante , in præſentia ſeptem Teſtium ſub propriis nominibus adhibitorum , ac deſcriptorum ; Notarius enim ex pro-

23 proprio officio habere dicitur in hac mate-
ria fidem approbatam a Jure, quamcum jue
alterationis, ac mutationis præſumptionem
excludente, ſecundum *Bartol. in leg. 2. num. 1.
ff. quemadm. Teſtam. aper. Dec. d. conſ. 74. n. 17.
& ſeqq. lib. 5. Caſtren. conſ. 93. n. 3. & 4. Orb. b.
d. dec. 181. n. 11. Duran. dec. 180. n. 13. Adden.
ad Barratt. dec. 475. n. 21. dec. 263. n. 30. par. 4.
tom. 2. & dec. 581. num. 15. eadem par. tom. 5.
dec 271. num. 8. & dec. 359. n. 12. par. 11.* cum
aliis *in d. dec. 156. n. 2. verſ. Ubi præterea, poſt
Contrium.*

Tantum vero abeſt, quod ullæ coniecturæ
alterationis, & mutationis valeant in con-
trarium afferri, quinimo ad evidentiam
concurrunt explicitæ depoſitiones trium Te-
ſtium ex illiſmet, qui conſignationi ejuſdem
Teſtamenti interfuerunt, una cum recogni-
tione ipſius identitatis facta per alios tres Te-
ſtes Sacerdotes, & per ipſum Maritum, &
filium Adverſariæ; proindeque juncta atte-
24 ſtatione Iudicis ſuper integritate, & ſanitate
ſcripturæ de tempore aperitionis, prout de
tempore ſecutæ conſignationis reperiebatur
nulli locum exiſtere dubitationi, in longe
fortioribus dixit *Rot. in d. dec. 359. n. 23. par 11.
& coram* Coccin. *dec. 2177. num. 26.*

Magis vero, accedentibus pluribus aliis
25 adminiculis veritatem iſtam undique com-
probantibus; Primo nimirum legalitate Phi-
lippi Bartoli ſcribentis Teſtamentum de or-
dine ipſius Teſtatoris per depoſitionem alio-
rum Teſtium ſpecifice comprobata, ad no-
tata per *Soccin. Sen. in l. ſi ita ſcripſero n. 3. poſt
med. ff. de condit. & demonſtr.* cum aliis per *Rot.
poſt. Contrium d. dec. 156. num. 4.*

Secundo adſtipulatur voluntas ejuſdem
Teſtatoris ſæpius ab eo publicata, inſtituen-
di videlicet hæredem S Philippum Nerium,
& illius piiſſimum Inſtitutum erigendi in ſua
26 Patria; qua præordinatione intercedente
omnem penitus excludi præſumptionem va-
riationis Schedulæ, uno ore tradiderunt
*Ruin. conſ. 192. n. 5., & 9. lib. 2. Soccin. Jun.
conſ. 132. num. 11. & 12. lib. 4. Surd. conſ. 414.
n. 55. & 63. & ſeq.* Rot. *dec. 588. n. 28. par. 4.
tom. 3. & dec. 271. num. 14. par. 11. rec.*

Tertio, quia idem Joannes Baptiſta filius
Adverſariæ, quando Teſtamentum, de quo
agitur, ordinabatur, in eadem domo Teſta-
toris reperiebatur, cumque ibidem non adeſ-
27 ſet opportunitas Ceræ pro ſigillando Teſta-
mento, ipſemet illam extra domum quæſi-
vit, & adduxit, deindeque perſtitit in eadem
domo, quouſque ſequuta fuit actualis conſi-
gnatio, totaliſque ſtipulatio Inſtrumenti con-
ſignationis completa, unde non eſt unquam
credibile, ſub ejus oculis potuiſſe ſomniari,
nedum committi, & expleri alterationem,
& faſitatem, ad tradita per *Spad. conſ. 18. n. 2.
lib. 2. &* Rot. *dec. 93. n. 14. par. 17. rec.*

Quarto, quoniam cum Pars adverſa ſæpius
reiteratis miſſionibus procuraverit iſtam ſan-
ctam, ac laudabilem intentionem divertere,
28 & infringere, Teſtator conſtantiſſime renuit
eiſdem complacere, voluitque in primæva
prædilectione erga S. Philippum, ejuſque Con-
gregationem erigendam perdurare; ideoque
ex hoc ipſo quodlibet fundamentum exco-
gitabilis alterationis, & falſitatis evertitur,
ad ea quæ in propoſito habentur apud *Ho-
diern. contr. 25. ſub n. 21.* Rot. *dec. 263. num. 29.
par. 4. tom. 2. rec.*

Quinto clarius, & abſque ulla hæſitatio-
29 ne, ob modicitatem temporis, quod a die
præfatæ conſignationis uſque ad illum aperi-
tionis interceſſit; cum enim ſolummodo bi-
ni dies effluxerint, impoſſibile eſt quod in-
tra iſtud breve tempus fuerit excogitata hu-
juſmodi falſitas, exequutionique demanda-
ta, corrumpendo primo Notarium, ſecundo
Scriptorem Cedulæ, tertio tot Teſtes omni
exceptione majores, quive de omnimoda
identitate deponunt, prout in puncto, & in
fortiori termino ponderavit R*ota in celebri
Romana hæreditatis 7. Aprilis 1636. cor. Coccin*
inter ſuas *dec 2177. num. 24.* repetit *dec. 362.
num. 20 par. 11. rec.*

Sexto denique perſpecto, quod totus fer-
me Aſſis hæreditarius tam reſpectu legato-
rum, quam ipſius hæredis inſtituti dignoſci-
tur applicatus in favorem Animæ, & cauſæ
30 Piæ; unde cum nullum commodum, & in-
tereſſe exinde reſultaret ad favorem Patricu-
larium, quando etiam cœtera ſuperius inſi-
nuata argumenta iſtam patefacientia verita-
tem deficerent, ex hac ſola animadverſione
ceſſaret quælibet amaritudo, & ſuſpicio fal-
ſitatis, ut in durioribus ponderavit *Rot. cor.
Merlin. dec. 805. per. tot.* de qua *Card. de Luc.
diſc. 8. n. 10.*, & prius *diſc. 2. num. 11. & diſc. 6.
n. 11. verſ. idemque procedit lib. 9. de Teſtam.
Hodiern. ad l. hac edictali quæſt. 37. num. 1. & 2.
Coccin. dec. 2242. n 23.*

Poſtremo non meretur audiri altera op-
poſitio ſuper prætenſa importunitate, &
ſuggeſtione ad teſtandum; Quia præterquam
obiectum ex diametro pugnat cum cœteris
ſupra excitatis, ſimul enim ſtare non valet,
quod Teſtator non exaraverit Teſtamentum,
vel de illius indentitate non conſtet, quodque
e converſo motus fuerit ad ita præciſe te-
ſtandum ex importunis aliorum ſuggeſtioni-
bus; Nihilominus ex abundanti corruit pe-
nitus occaſio ipſa dubitandi, dum congruæ
deſuper non adducuntur (ut oporteret) pro-
bationes, imo ex candidiſſima ſerie hujus
facti prorſus repelluntur, quando tamen,
ad effectum irritandi Teſtamentum ſub hoc
prætextu, oporteret edocere de doloſa,
31 ac fraudolenta ſuggeſtione ſtricte, ac dire-
cte proveniente ex falſitate cauſæ inſinuatæ
Teſtatori, qui ſi rem in contrarium ſe ha-
bentem agnoviſſet, eo modo teſtatus non
fuiſſet,

Digitized by Google

fuiſſet; prout hiſce verbis poſt *Pariſ. conſ. 67. n. 31. 35. 37. & 49. Altograd. conſ. 50. n. 209. alioſque* lato calamo firmavit *Rot. in notiſſima Romana Teſtamenti* 10. *Decemb.* 1670. *cor. Albergato impreſſ. dec.* 130. *n.* 14. *& ſeqq. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ.* repetit *dec.* 375. *num.* 30. *par.* 16. deindeque confirmata *ſub die* 12. *Decembris* 1672. quæ pariter habetur *impreſſ. deciſ.* 395. *par.* 17. *rec.*

### *NOVA ADDITIO*

SVper eo, quod tangit præſens Deciſio de non facile admittendo judicio Peritorum, vel nimis deſuper delicate procedendo ad re-
32 cognitionem manus, ſeu characteris, quia fallax eſt hujuſmodi judicium totaliter conſiſtens in diſcernendo ſimilitudine characteris recognoſcendi cum comparatione ad certam manum Scribentis in alia incontrovertibili Charta; & reſpective occaſione, quod dictum fuit *hic ſub n.* 18., & latius in *ſequenti dec.* 29. *num.* 3., *& ſeqq.* Sacrum Tribunal concluſionem præciſam, illiuſque reflexiones explicite approbavit *in Sutrina Immiſſionis* 24. *Aprilis* 1705. §. *His Teſtium, coram R. P. D. meo Priolo.*

Et recordor Ego audiviſſe *a clar. me: Card. Tayo* Præceptore, & prædeceſſore meo quod
33 adeo faciles ſunt fallaciæ in hac materia, ut ipſe teſtaretur, quod pro exigenda recognitione Schedulæ teſtamentariæ, quæ controvertebatur, an eſſet exarata de manu, & charactere Card. Cevæ, ſuper qua cadit *diſcurſus* 16. *Card. de Luc. de Teſtam.* fuit eadem Charta Teſtamentaria data Perito Scriptori, ut eam imitaretur conficiens ſimilem Schedulam, quo facto fuit per ipſum Cardinalem Tayam, alioſque Dominos de Rota a tergore Schedulæ veræ ſignum quoddam quodammodo inviſibile oppoſitum, poſteaque utramque ſchedulam ſubiiciendo oculis ipſiuſmet Periti imitatoris, is voluens, & revoluens, nec ſignum animadvertens, canonizavit pro vera Chartam imitatam, & pro imitata Chartam veram; unde melior
34 regula carpi non poteſt in hac materia recognitionum, quando opponatur, vel ſuſpicio ſit, non eſſe illam receputam, illam Schedulam, aut Inſtrumentum ſcriptum, aut ſubſcriptum de manu alicuius, quam ea, per quam unuſquiſque Judex, quantum fieri poteſt, ocularíter ſibi ſatisfiat, quia iuſtus Deus impartiri dignatur Judicibus illam lucem, quam non facile impartitur Copiſtis, & Peritis, & ita Ego practicavi in Cauſis non ſolum civilibus, ſed etiam criminalibus, quando ſignanter eram Auditor Sanctiſſimi, & glorioſiſſimi Pontificis Innocentii XII.; Et
35 deinde opus eſt reflectere ad facti circumſtantias, utrum ſuadeant veritatem, vel falſitatem Scripturæ, & ſubſcriptionis, ut bene in diſcordia Peritorum, quibus parum ſiderem ex præmiſſis, obſervavit *Rota in Romana Pecuniaria* 14. *Decembris* 1708. *ex* §. *Q in amplius audiri cum pluribus ſeqq. coram R. P. D. meo Aldrovando*, ubi hujuſmodi reflexiones in eo caſu accurate expenduntur.

## ROMANA CAMBII.

*Merc.* 11. *Decembris* 1697.

## ARGUMENTUM.

Eſt idem, de quo ſupra *Deciſ.* 13.

### *SUMMARIUM.*

1 *Onus cambiandi per debitorem ſuſceptum non poteſt reſtringi, & limitari ad certum tempus, quoties litteraliter conventum apparet uſque ad reſtitutionem* Cambii.

*Et de ratione, n.* 4.

2 *Verba, ubi ſunt clara, non eſt aliunde indaganda Partium voluntas per conjecturas, & ratiocinia.*

3 *Verba*, ad ogni ſuo piacere, *præſeferunt in materia Cambii tempus indefinitum & duraturum ad beneplacitum Creditoris.*

4 *Oratio indefinita, & indeterminata includit omne tempus, neque admittit aliquam limitationem ad tempus finitum.*

5 *Dictio*, ſudetto, *eſt relativa, & repetitiva præcedentis conventionis cum omnibus ſuis qualitatibus.*

6 *Onus cambiandi per Debitorem ſuſceptum non ceſſat, quamvis Creditor ſimili cumulativa facultate non utatur.*

7 *Limitatio Cambii ad certum tempus nil aliud operatur, niſi quod Debitor, eodem tempore durante, urgeri nequit ad reſtitutionem ſortis.*

8 *Onus cambiandi per Debitorem ſuſceptum pro tempore, quo urgeri non poterat ad reſtitutionem ſortis, eo magis durare debet etiam pro tempore, quo ipſe eſt in mora reſtituendi ſortem.*

9 *Cambium, ejuſque fructus catenus redduntur liciti, quatenus Creditor verſatur in periculo amiſſionis pecuniæ ad Cambium traditæ.*

10 *Creditor an teneatur denunciare Debitori tranſmiſſionem pecuniarum per Nundinas, quamvis Debitor tali notificationi, ſeu intimationi renunciaverit, remiſſive.*

11 *Facultas Cambiandi cumulative tributa Creditori ad majorem ejus cautbelam, non debet in illius odium retorqueri.*

12 *Onus cambiandi a debitore ſuſceptum, eſt compatibile cum ſimili facultate cumulative conceſſa Creditori.*

13 *Cambium, ejuſque realitas, & juſtitia non juſtificatur ex eo dumtaxat, quod Debitor illius fructus pacifice perſolvit, & de ratione.*

14 *Onus cambiandi an fuerit limitate, vel potius indefinite per Debitorem ſuſceptum, decla-*

*ratur ex facto, & obſervantia ipſius Debitoris.*

15 *Cambii fructus an ceſſent poſt decoctionem Debitoris ipſius Cambii, & n.23.& ſeqq.*

*Et quid ſi Debitor aſſumpſiſſet in ſe onus cambiandi, n.35.*

16 R.P.D. Fattinellus *Votans Signaturæ Iuſtitiæ (nunc R.C.A.Clericus) laudatur, & n.40.*

17 *Decoctus quando quis dicatur, & n.19.& 22.*

18 *Concurſus ſive efformetur a Creditoribus, ſive ab ipſo Debitore, ſemper ille habetur pro decocto.*

20 *Decoctio æquiparatur morti Civili, & ſupra n.17.*

21 *Mandatum expirat per mortem civilem Mandantis.*

23 *Intereſſe ceſſat ſtatim ſecuta decoctione.*

*Amplia, etiam in intereſſe convento, n.33.*

24 Rot.coram Seraphin. deciſ. 1434. n. fin. *declaratur.*

25 Cardinalis de Luc. de Credito diſc. 143. *explicatur, & n.38.*

26 Cardinalis de Luca de Cambiis in ſupplem. diſc. 35. *declaratur, & n.39.*

27 Gobius conſult.deciſ.34.*explicatur.*

28 Rota Januen.diverſ.dec.99.n.3. *declaratur.*

29 *Nemo tenetur ad impoſſibile.*

30 *Recambium conſideratur pro novo capitali, & ſorte prorſus independente, & n.34.*

31 *Intereſſe damni emergentis, quas conditiones requirat, & n.32.*

36 *Accomandigiæ ſeu Accomanditę natura, quæ ſit.*

37 *Creditor, qui potuit recuperare ſuum Capitale, & id non fecit, ſibi imputare debet.*

## DECISIO XXIII.

ITerum ea maturitate, qua decet, perpen-
dentes DD. Apocam Horatii, non obſtante
illa ambiguitate per pacta, & verba, quæ
videbantur in ſe diſcordantia, exiſtimarunt
(tota medulla deguſtata) tam ex nuda litte-
ra, quam introſpecto ſpiritu rationis, in de-
ciſis eſſe perſiſtendum.

Littera ſiquidem occidebat; cum enim to-
ta impugnatio præteritæ Deciſionis ex parte
D.Marchionis Sacchetti verſaretur in ſuppo-
nendo, onus cambiandi ſuſceptum ab Ho-
ratio principali debitore arctatum remanſiſ-
ſe intra Cancellos novem Menſium, ob illa
verba inchoativa Mutui, & Cambii reſpe-
ctive- *Prometto reſtituire la detta ſomma a detto
S.g. Nicolò fr à meſi nove proſſimi a venire, e poi
ad ogni ſuo piacere*: evidens apparuit per ſuc-
ceſſivam expreſſionem ejuſdem litteræ repli-
catio ex verbis immediate ſubſequentibus,
nempe -- *Prometto, e mi obliga di trarre, e man-
dare l'equivalente delli ſcudi 5000. per le Fiere,
e Piazze d'Italia, e cambiarli, e ricambiarli per
le medeme Fiere, e Piazze ſino a tanto, che farò
la detta reſtituzione*: quoties namque tam cla-
1 re (non obſtante præcedenti ſuſceptione in
Mutuum, ſive Cambium ad novem Menſes)
gravamen cambiandi ſibi ex pacto ſuperim-
poſitum ab Horatio non amplius continebat
limitationem illius temporis, ſed ſpatium in-
definitum -- *Sino a tanto che farò detta reſtitu-
zione*, quod ſucceſſive replicabatur in Apo-
ca - *Mi obligo di prender ſopra di me li Cambi
ſuddetti, & il peſo di continuare a tener ſopra
Cambi, e recambi ſudetti l'equivalente valore ſi-
no all'intiero rimborſo della ſorte, e frutti*, conſe-
quens erat, quod amplius idem cambiandi
onus reſtringi non poſſet ad novem Menſes in
ſuſceptione pecuniæ ab initio expreſſos, ſed
2 realiter, & effective perduraret uſque ad inte-
gram reſtitutionem ſortis, & fructuum,
adeout ex littera tam aperta procedi poſſe
videretur cum *I.C. in l. ille, aut ille, §. Cum in
verbis, ff. de legat.*3. de qua *Rot. in celebri Ro-
mana, ſeu Florentina Cambiorum cor. clar. mem.
Card. Corrado*, alias *dec.44. n.14. par.11. rec.
& in Romana* Cambiorum 4. *Decemb. 1662. §.
Quoniam præſumptiones, coram Vereſpio*, nem-
pe quod ubi verba ſunt clara, fruſtra deſuda-
mus ſuper diſcurſibus, & conjecturis.

Eoque magis, quia illa limitatio temporis
a principio relativa ad novem Menſes non
erat revera in littera coarctata, ſed addeba-
3 tur - *E poi ad ogni ſuo piacere*, quæ ſicuti præ-
ſeferunt intervallum indefinitum ad com-
modum Creditoris, ut ipſe, defluxis novem
Menſibus poſſet ſemper, & quandocumque
pecunias repetere, ut diſpungendo, ſimilia
verba tradunt *Dec. conſ.108. n.5. Surd. conſ.
524. n.4. Caſtracan. de Societ. Offic. cap. 55. ex
n.9.* & ſignanter *num.19. cum ſeqq. Franciſc.
Rocc. de offic. Rubric.13. §.8. n.34. Rot. deciſ.
471. ſub n.12. coram Buratt.* ita naturalis di-
ſcurſus exigebat, ut ex parte Debitoris cor-
reſponderet obligatio cambiandi, donec,
non utente Creditore facultate expetendi
proprias pecunias - *a ſuo piacere*, ex corre-
ſpectiva quoque, ut diximus, parte Debito-
ris non exerceretur altera reimburſandi Cre-
ditorem, ſeque eximendi a debito contracto,
quodve durabat -- *ſino all'intiero rimborſo del-
4 la ſorte, e frutti*; hæc enim regularis eſt effi-
cacia cuinſcumque orationis indefinitæ, ut
excludat omnem limitationem, & coarcta-
tionem ad tempus finitum, ſicuti poſt *Me-
noch. conſ.97. n.35. & ſeqq. & conſ.220. n.66.
cum ſeqq.* in his terminis præciſis ponderavit
*Card. de Luc. de Camb. diſc.9. ſub n. 3. verſ. in
reliquo vero* & in eadem Cauſa *Rot. dec 706. n.
3. & dec.737. n.1. & 2. cor. Card. Cerr.*

Tamque mordicus contrahentes inhærere
viſi ſunt prædictæ indefinitæ obligationi aſ-
ſumptæ per Horatium debitorem cambian-
di, & recambiandi ad favorem Nicolai cre-
ditoris, quod quando per ſubſequentia
verba ejuſdem Apocæ multiplicata, ſeu
ampliata fuit commodo ipſius Nicolai cre-
ditoris facultas, ut is etiam valeret per ſe,
vel per alios cambiare, & recambiare abſque
alia

alia citatione, aut intimatione, incontinenti
emiſerint præſervativam circa præcedentem
paſſivam obligationem ſuſceptam ab Hora-
tio, ibi -- *reſtando per ſempre fermo l'obligo ſud-
detto*, & rurſus- *Di maniera, che per la facultà ſe-
guente non s'intenda mai receduto dalla ſuddet-
ta convenzione*: Ac propterea cum tam obliga-
tio, quam conventio, a qua adeo litteraliter
Partes recedere noluiſſe proteſtatæ ſunt, ap-
pareret, ut diximus, indefinita, & illimitata,
utique per ſucceſſivam facultatem girandi
pecunias per Nundinas, & Plateas non pote-
rat unquam cogitari ulla correctio, illæ
5 namque dictiones -- *ſuddetto*, *e ſuddetta*, exi-
ſtunt penitus relativæ, & repetitivæ ejuſdem
obligationis, & conventionis indefinitæ, ac
illimitatæ, ad tradita per *Barboſ. dict. 87. n. 1.
& ſeqq. Rot. dec. 153. num. 30. & dec. 374. n. 23.
6 par. 17. rec. cum reliquis vulgat*: & in ſpecie,
quod ſi Creditor cumulativa facultate cam-
biandi non utatur, non per hoc eximatur
Debitor a propria paſſiva obligatione cam-
biandi ad commodum Creditoris, *Card. de
Luc de Fideic. diſc. 135. n. 20. verſ. Dando in
hoc practicum exemplum.*

Abſque eo, quod eamdem litteram obli-
gationis offuſcare valeret illa quodammodo
adverſativa pactio -- *E paſſate le ſuddette tre
fiere &c. voglio eſſer tenuto a pagarli li cambi,
e recambi a cambio corrente*, quaſi quod ob id
Cambium ab initio limitatum reſpectu tem-
poris novem Menſium, & ſummæ ad ratio-
nem ſcut. 4. cum dimidio expiraverit, ac
tranſiverit in diverſum contractum Cambii
currentis ad onus Creditoris circa tranſmiſ-
ſionem pecuniæ ad Nundinas, vel Plateas:
Non ſolum, quia pariter hujuſmodi verba
interſecantur ab aliis importantibus eam-
dem perſeverantiam indefinitæ obligationis
in Debitore, ut ibi -- *E non gli havendo reſti-
tuiti li ſuddetti ſc. 5000. nel termine ſuddetto* --
& deinceps -- *Sin' all' intiera, & effettual reſti-
tuzione delli ſc. 5000. e delli cambi, e recambi
decorſi, e non pagati*; Sed etiam, quia ad ſum-
mum per hæc verba poſſet ambigi, an Cam-
bium reſpectu dumtaxat ſecundæ limitationis
circa quantitatem ſc. 4. cum dimidio deflu-
xerit in currens ad rationem (ut plurimum)
longe majorem, ſuper quo DD. nihil poſiti-
ve firmarunt, licet magis inclinarent pro
continuatione Cambii limitati: Verum,
reſpectu alterius limitationis circa tempus,
præmiſſa verba quantumvis adverſativa --
*E paſſate le ſuddette tre fiere*, nihil concludere
viſa ſunt ob voluntatem contrahentium
pluſquam abunde explicatam, ut ſcilicet
fructus Cambiorum decurrerent, ſive ad
unam, ſive ad alteram rationem uſque ad
7 totalem ſortis reſtitutionem, ſimilis enim
limitatio temporis numquam concernit du-
rationem Cambii, cœteroquin ex pacto ſæ-
pius repetito indefinitam, ſed ſolum reſpicit
commodum Debitoris, ne interim intra ter-
minum ab initio præfinitum valeat moleſta-
ri, ad ea, quæ poſt *Card. de Luc. de Camb. dec.
23. n. 2.* ſignanter animadvertit *Modern. Ad-
den. ad Ramon. conſ. 40. n. 43. & 44.* ubi quod ſub
hac diſtinctione conciliantur *Authoritates*
allegari ſolitæ per Debitores, & ſignanter
*dec. 72. coram Ninot, & dec. 563. & 583. coram
Card. Cerro.*

Et ex his, licet ſola littera exuberare vi-
deretur, accedebat etiam illa vivificatio,
quæ a ſpiritu rationis emergit; imperceptì-
bile namque erat, quomodo non a fortiori
perſeverare deberet Cambiorum decurſus
poſt novem Menſes, ſicuti incontrovertibi-
liter defluebat intra eumdem terminum,
nam ſi, non obſtante deficentia moræ in
Debitore, qui per intervallum novem Men-
ſium non poterat arctari ad reſtitutionem
pecuniæ a ſe ſuſceptæ, Cambia decurrebant
ad rationem limitatam ſcut. 4. cum dimidio,
8 quare ſaltem tranſactis novem Menſibus, &
citra dubium mora per eumdem Debitorem
incurſa, continuare non debebat prædicto-
rum Cambiorum decurſus, nemo enim non
vidit, quod ita mora, quæ nunquam pro-
deſſe debet moroſo, contra omnem æquita-
tem, & rationem ſuffragium ipſi præſtaret,
ut alias conſideratum fuerat *in præcedenti De-
ciſ. diei 26. Iunii proxime præteriti ſub §. fin.*
& obſervat *Card. de Luc. de Camb. dicto diſc. 9.
n. 4. Adden. ad Ramon. dicto conſ. 40. num. 44.
Rot. dicta dec. 706. num. 4. & 5. & d. dec. 737.
n. 6. coram* Cerr.

Exageratum vero inconveniens, quod
poſita duratione oneris cambiandi in Debi-
tore, tam ipſe debitor quam Creditor tranſ-
mittere potuiſſent pecunias per Nundinas,
& Plateas, ideoque Debitor damnum nimis
intolerabile ſenſiſſet, ex quo ſubiiſſet onus
ſolvendi proviſiones pluribus Mercatori-
bus, ac duplici pariter remaſiſſet ſubiectus
periculo amiſſionis pecuniarum, facillime
ſubvertebatur: quidquid enim ſit, utrum
ubi Creditor vigore pacti, etiam citra aliam
citationem, aut intimationem, giraſſet pe-
cunias per Nundinas, & Plateas, Debitor in
rei veritate extitiſſet in hoc caſu obnoxius
geminato periculo deperditionis pecunia-
rum, & gravamini duplicatarum proviſio-
num, ex quo una proviſio potuiſſet forſan,
ac debuiſſet in calculatione fructuum ſub al-
tera per Judicem includi, deperditio vero pe-
9 cuniæ potius redundaſſet in damnum Credi-
toris, cum ſemper periculum amiſſionis pe-
cuniæ pertineat ad eumdem Creditorem, ita
ut in hoc ipſo periculo jacturæ pecuniarum
ſubſtantietur Cambium, ejuſque fructus le-
gitimi reddantur, ut habetur ex *Ramon. conſ.
238. num. 6. & 8. Gait. de Credit. cap. 2. tit. 7.
num. 1306. Noguerol. alleg. 10. num. 85. P. Ber-
nard. Biſſ. tract. moral. tract. 9. ſub n. 173. De*

*Angel. de Confeſſ. lib. 1. quæſt. 7. effect. 12. ſub n. 6. verſ. Itaut, P. Roſignol. de contract. tit. de Camb. prænot. 1. n. 9. & ſeq. Card. de Luc. de Camb. diſc. 17. n. 7. Rot. coram Mantic. dec. 283. num. 1. & dec. 74. n. 22. coram Bich.*

Nihilominus tale damnum in facto non evenit, nec tam de facili poterat evenire, cum nimium veriſimiliter vel Creditor abſtinuiſſet a munere cambiandi, quando tale onus ſibi Debitor impoſuerat: vel renunciando facultati ſibi conceſſæ de non intimando, aut citando Debitore, adhuc proba-
10 biliter intimaſſet eidem Debitori, quod ipſe intendebat tranſmittere pecunias ad Cambium decurrens per Plateas, ac Nundinas, ex quo ſimiles conventiones præſervativæ, ſive exemptivæ ab onere intimandi, ac citandi, non ita de plano, ac pacifice ſubſiſtunt, ut videre eſt *in modern. Tract. de Commerc. & Merc. diſc. 66. n. 28. & diſc. 100. ex n. 59. uſque ad fin.* ubi concordantes.

Et in omnem caſum ſuaderi non poterat intellectui, quod illa facultas attributa Creditori ad majorem ſecuritatem, ut ibi - *E*
11 *per maggior cautella* - inique deflecteret in odium, & præjudicium ipſius Creditoris, contra ea, quæ obſervata fuerunt *in præterita Deciſione ſub §. Idque manifeſtius* & concordat *Rot. in Romana Cambiorum 13. Iunii 1629 §. penult. coram Motmanno*; & in puncto, quod
12 non extinguat obligationem ſuſceptam a Debitore facultas cambiandi conceſſa Creditori. *Card. de Luc. de Fideic. dicto diſc. 135. ſub n. 20. verſ. Dando in hoc.*

Denique, ſi qua adfuiſſet contra litteram, vel rationem continuationis oneris cambiandi in Debitorem ſubtilior anſa inquirendi, penitus evaneſcere viſa eſt ex obſervantia pacifice poſtmodum inter Partes ſubſequuta; quamvis enim ſolutio fructuum a
13 Debitore facta referri valeat (ubi uſura ſit clara) ad ſuffocationem ipſius Debitoris, pro evitanda ſolutione ſortis fructus continuare, ac perſolvere coacti, itaut eadem ſolutio in his terminis nihil efficiat, ad notata per *Card. de Luc. de Camb. diſc. 35. n. 10. Rot. dec. 16. n. 21. & dec. 74. num. 16. & ſeqq. coram Bich. & dec. 63. n. 10. & n. 18. & 19. par. 18. rec. & dec. 427. n. 5. cum ſeqq. coram Priol.* & alibi quotidie.

Quando tamen, vel manifeſtum exiſtit, vel ſaltem ambiguum redditur, quid Partes intelligere voluerint circa onus cambiandi limitate, vel indefinite ſuſceptum, obſer-
14 vantia ipſa, tamquam Regina interpretationum animi contrahentium, voluntatem Partium fuiſſe ſemper ab initio talem, qualem ſucceſſive practicarunt, explanat, ſicuti in præciſo caſu durationis Cambii ultra tempus, quod prætendebatur fuiſſe limitatum, firmant *dec. adducta in præcedenti dicto §. fin.* & bene proſequitur *Card. de Luc. de Uſuris diſc. 19. & ſub tit. de Camb. dicto diſc. 9. utrobique n. 7.* & conferunt tradita in altera *Romana Cambii 24. Martii 1664. §. fin. coram bon. mem. Ottalora, & in dec. 353. n. 21. & 22. par. 19. recent.*

Et ita pro ſecunda vice reſolutum fuit utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

PRæſens Deciſio eſt confirmatoria præcedentis editæ in eadem Cauſa, & ad utriuſque normam demandata fuit poſtmodum expeditio Sententiæ: Sed quia eadem expeditio proceſſit prævia alia quadam Deciſione inferius regiſtranda, ideo quoad ulteriorem progreſſum, & terminationem ejuſdem Cauſæ remiſſive Me habebo ad præfatam, quæ ſequetur, Deciſionem. Interea vero, quia in contermino propoſito durationis Cambii in ſuo eſſe productivo fructuum, & acceſſionum uſque ad integram reſtitutionem ſortis, contigit, atque contingit in dies
15 articulum ventilari, utrum poſt decoctionem debitoris Cambia ſiſtant, ac ceſſent, & ſuper hoc puncto Tribunal Rotæ, non ſolum antiquitus, ſed etiam modernis temporibus abſtinuit a deciſiva reſolutione, utpote non neceſſaria in caſibus, qui tunc in ipſo Tribunali diſceptabantur, prout explicite proteſtata eſt *in Romana Cambiorum 4. Iulii 1692. coram Emerix Iun.*, recentius in altera *Romana Cambiorum 9. Decembris 1697. §. In nihilum obſtante, coram R.P.D. Muto*, ubi colluctantes *Authoritates*, & Ego ipſe *in Tract. de Commerc. & Mercat.* extiti allegatus: Idcirco quantumvis ſuffeciſſet habere penitus ſe remiſſive ad eadem loca *enunciati Tract. de Commerc. & Mercat.*, ut indicaveram in ſuperiori prima Deciſione hujus Cauſæ; Nihilominus, quia pro meo privato Judicio fui ſemper in ſenſu ceſſationis Cambiorum,
16 ſicut etiam audio extitiſſe Doctum Juris Conſultum *R. P. D. Fatinellum*, qui poſt plura munia in Aula, & Curia commendabiliter expleta, hactenus unam ex duodecim Votantium Signaturæ Juſtitiæ Sedem implet, ut liquet ex illius impreſſo Voto edito in Cauſa deinceps, ut ſupra, diſcuſſa *coram R. P. D. Muto*; Hinc cenſui inſerendum Reſponſum, quod deſuper edidi ad inſtantiam intereſſe habentium in Ratione Fundacaria ſub denominatione *Lupæ* olim in Urbe cantante. Reſpondebam itaque in eadem controverſia, ſucceſſive amicabiliter conſopita, ut ſequitur.

Duæ cadere videntur inſpectiones in hac Cauſa, altera nimirum, utrum Societas Serici, & Lanæ, ſive Fundacalis in Urbe ſub Lupæ inſigniis erecta defecerit, ſeu decoxerit de Anno 1681., & quatenus affirmative veniat in hac prima parte reſolvendum,

utrum

utrum abinde citra Cambia, de quibus agi-
tur, amplius adverſus ipſam Rationem de-
currere potuerint, ſive potius ab ipſo inſtan-
ti ſecutæ decoctionis ceſſaverint.

Quatenus igitur primam percutit inſpe-
ctionem, res vacat omni difficultate, & ma-
xime ad præciſum effectum quæſtionis, de
qua in articulo ſubſequenti; ſiquidem eo
ipſo, quod prævia judiciali authoritate clau-
ſa fuit Apotheca, ſequeſtratique remanſe-
runt effectus, & impedita ulterius proſecu-
tio Negocii, quis dicat, quod idem Nego-
cium, eadem Societas non remanſerit deco-
17 cta, paſſaque fuerit illam mortem Civilem,
in quam decoctio facit incurrere, itaut ſuper
hoc ſufficiat ſeſe referre ad ea, quæ in pro-
poſito probandæ decoctionis per *Text. in l.
Fulciniūs, verſ. Prætor ait, & in §.1. per tot. ff.
quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat.* punctualiter firman-
tur per *Stracc. de decoct. par. 7. n. 14. Rovit. in
Pragm. 3. de ceſſ. bon. ſub n. 12. verſ.* Inolevit.
*cum ſeqq. Franciſ. Rocc. de decoct. Mercat. not. 6.
n. 19. & 20.*

Parumque relevat, quod hujuſmodi clau-
ſura Negocii, ſeu Tabernæ provenerit ex fa-
cto, ſeu voluntate habentium deſuper inte-
18 tereſſe; a quocumque enim, ſive Creditore,
ſive ipſomet debitore principali concurſus
efformetur, idem eſt, idemque ſequitur effe-
ctus ut late docet *Salgad. in labyr. Credit. par. 1.
cap. 1. n. 6. & ſeqq.* adeout pro conſideranda
19 vera decoctione exuberet etiam, quod illa
Ratio, illa Societas ultra non progrediatur,
ſed (ut dicunt Mercatores) punctum fece-
rit, juxta plene firmata per *Rot. Florent. apud
Urceol. de Tranſact. quæſt. 34. ſub n. 19. cum plu-
rib. ſeqq.*

Fortius autem, quia ad dignoſcendum, an
aliqua Ratio, vel Societas decoxerit, nulla
major deſiderari poteſt juſtiſicatio, quam
conſideratio, & probatio, utrum ſubſecuta
20 fuerit in veritate illa mors Civilis, cui ea-
dem decoctio, ut diximus, æquiparatur, ad
*Rot. cor. Seraphin. dec. 974. n. 17. & poſt Cenc. de
Cenſib. dec. 678. n. 9., & 10., & dec. 345. ex
n. 4.* & ſignanter *n. 6. par. 5. rec.* cum aliis *in
dec. 219. n. 3. par. 15.* Ponamus enim, quod
hujuſmodi Ratio Fundacalis, ſeu Artis Seri-
ci, & Lanæ feciſſet tractas alicui extero Mer-
catori Correſponſali, vel ordinaſſet, quod ad
eamdem Rationem, & Societatem deferren-
tur, ſive tranſmitterentur Merces, non
(per eamdem clauſuram Negocii) manda-
tum contentum in tractis, ſeu litteris Cam-
bii, aliiſque ordinibus expiraſſet, non ex alia
ſane ratione, niſi quia per clauſuram Nego-
21 cii diceretur ſecuta illa mors Civilis, quæ
hujuſmodi mandatum facit expirare, ut per
*Stracc. de Decoct. par. 3. n. 50. Rot. Januen. dec.
2. n. 51. Carol. Ant. de Luc. ad Franch. dec. 302.
n. 6. Saminiat. contr. 27. ex n. 7. uſque ad 15. Rot.
cor. Coccin. deciſ. 2326. ex num. 2. uſque ad 6.
& dec. 940. n. 2. cum ſeqq. cor. Dunoz tr. Jun. &
d. dec. 345. ex n. 5. cum ſeqq. par. 5. rec.* repetit.
apud *de Marin. reſol. 258. ex n. 3. lib. 1.*

Certiſſime vero, reflectendo, ut ab initio
præmonuimus, ad finem præciſſum, de quo
ad terminos ſecundæ ſuperius expoſitæ in-
ſpectionis inquiritur; agitur namque ad effe-
ctum dignoſcendi, utrum Cambia contro-
verſa decurrere amplius potuerint poſt clau-
ſuram Negocii, quoties quippe apparebit,
quod fundamenta, propter quæ Cambiorum
decurſus ulteriorem progreſſum habere non
potuerit, caſui noſtro applicentur, evidenter
quoque conſtabit, quod eadem clauſura ju-
dicialis ſuperabundabit in concreto pro ju-
ſtificanda decoctione: de cœtero namque ſi
volumus *Doctrinas* individuales, quod per ceſ-
22 ſationem Tabernæ in omnibus, & per om-
nia, & per deſcriptionem, ſive Inventarium
bonorum, eorumque ſequeſtrationem judi-
cialiter factam concludentiſſime probata di-
catur decoctio, videatur *Rot. cor. Coccin. d. de-
ciſ. 2326. n. 8. & 9.* quæ apertiſſime hoc fir-
mat, unde vanum videtur deſuper amplius
immorari.

Aggrediendo itaque ſecundam inſpectio-
nem, & ſic fundamenta, propter quæ *Docto-
res* ceſſare dicunt Cambia poſt ſecutam de-
coctionem Debitoris, illa videntur eſſe ine-
vitabilia: Siquidem ſtatim ac deficit, & am-
plius non currit Societas, reputatur evanuiſ-
ſe illa Societas, & annihilato Negocio, peni-
tuſque extincto Debitore non reperitur am-
plius, qui poſſit implere mandatum ſuſce-
ptum pro girandis pecuniis per Nundinas, &
Plateas, unde ſimilitudinarie, ſi non omnino
proprie verificatur id, quod communiter fir-
23 mant *Doctores*, nempe in terminis Uſura-
rum, ut ſcilicet ſecuta decoctione, & per
conſequens Civili morte ſuperventa, ceſſet
Uſurarum decurſus, ad trad. per *Marott. di-
ſcept. 34. n. 26. Rocc. reſponſ. 41. per tot. lib. 1.
Scacc. de Camb. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampl. 8.
n. 100. Capyc. Latr. dec. 133. per tot. Cenſal. dec.
Lucen. 16. num. 27.*, & in ſpecie Cambiorum
*idem Rocc. d. reſp. 41. n. 3. & 4. lib. 1. & ſub tit.
de decoct. Mercat. poſt lib. 2. not. 95. ſub n. 272.*
ſignanter *n. 273.*, & deciſum fuiſſe per *Rocc.
Senen.* inter Bandinellos, & Brancadorium
teſtatur *Modern. de Commerc. & Mercat. diſc.
87. n. 24.*

Neque contrarium etiam ex particulari-
bus facti noſtri circumſtantiis videntur ullo
modo firmare in contrarium relati: Siqui-
24 dem quoad *Rot. cor. Seraph. dec. 1434. n. fin.*
nihil aliud inibi dicitur, niſi - *numquam enim
hoc habitum fuit pro certo, quod Cambia contra
decoctum non currant*, ſed non inde ſequitur,
quod ſi pro certo noluit habere *Rota* negati-
vam ſententiam, ergo certam habuit contra-
riam affirmativam, quinimo *Rocc.* utrobique
*ubi ſupra* allegatus cenſuit, hunc modum lo-
quen-

quendi præferre, quod citra ſcrupulum
ſaltem *Rota* inclinaret pro negativa: vel in
25 omnem caſum audiamus *Card. de Luc.* qui
*ſub n.2. diſc.143. de Credit.* dicit, quod *Rot.
cor. Seraphin. in d. dec.1434.* noluit hunc arti-
culum decidere, quodque pulchrius eſt, idem
*Card. de Luc. in loco mox. alleg.* referens quod
in ſui perſonam fuerit ab utraque Parte ini-
tum Compromiſſum ſuper hujuſmodi articu-
lo, an Cambia decurrere valeant poſt Funda-
ci adamuſſim (prout hic) clauſuram ſub ſe-
queſtro, & mandato Judicis, teſtificatur,
quod, adhibitis deſuper diligentiis, fas non
fuit adinvenire caſum formiter diſputatum,
atque deciſum, quodque Partes reduxit ad
concordem relaxationem prætenſionis fru-
ctuum in parte: & ſic retorquetur, vel nil
facit ad noſtrum propoſitum authoritas
ejuſdem *Card. de Luc.* in præcitato *diſc.143.
de Credit.*

Sed nec etiam in aliquo turbat *in diſc.35. de*
26 *Camb. in ſupplem. par.2.* immo ſi illius autho-
ritati ſtandum foret, Cauſa hęc dici poſſet
finita; etenim dum in caſu noſtro liquet,
quod Creditor non ſolum integrum Capita-
le una cum fructibus durante Societate de-
curſis receperit, ſed etiam poſt factum caſum
decoctionis, ſeu clauſuræ Tabernæ ſuper-
exegerit ſcuta 300. & ultra, parum ſibi vide-
ri non debet, ſi non refundat exactum, quia
*Card. de Luc. d. diſc.35. n.8. & ſeqq.* apertiſſime
fatetur, quod ratione bonæ fidei, vel alia de
cauſa non ſit utique locus repetitioni fru-
ctuum jam exactorum, & forte conſumpto-
rum, ſed bene competat Abſolutoria pro
Cambiis, ſeu fructibus non ſolutis

27 *Gob. conſult.34.* nihil concludit, immo lapi-
dem in concluſione principali adinveniens, &
cum *Cenſal. dec. Lucen.* animadvertens pariter
quod *Rot. Roman.* dubitavit pro hoc articulo,
tandem *ſub num.13. & ſeqq.* totam ſuam fun-
dat *Conſultationem*, quia in ſuo caſu agebatur
contra Fideiuſſores principaliter, & inſoli-
dum obligatos, proindeque exceptio deco-
ctionis non poterat ſuffragari Fideiuſſori-
bus, quia cum bona Fideiuſſorum ad effe-
ctum ſatisfaciendi Creditori per ſpeciem ag-
gregationis cenſeantur unita, vel eſſe ejuſ-
dem principalis Debitoris, ad hoc, ut idem
principalis dici valeat ſolvendo, quemad-
modum pariter advertit *d. Modern. de commer:
& Mercat. diſc.29. n.7.* ubi adducit eumdem
*Gob. in loc. mox relato*, ceſſat per conſequens
omne ſubiectum, vel ſuppoſitio decoctio-
nis, quæ Cambiorum decurſum ceſſare
faciat.

28 *Rot.* denique *Genuen. dec.99. n.3.* non lo-
quitur de Cambiis, ſed de intereſſe damni
emergentis rigide probati ex eo, quod Cre-
ditor ejuſdem damni emergentis coactus
fuerat ad Cambium paſſivum recipere pecu-
nias, quod cum in præſenti non congruat,
ſeu factum fuerit, nec etiam talis *Doctrina*
merebatur adduci.

Oſtenſo igitur, quod Cambia poſt clauſu-
ram Negocii currere non potuerint, ex quo
annihilata fuit intellectualis perſona Ratio-
nis, ſeu Fundaci Debitoris, idque adeo ve-
rum, ut ſi Auguſtinus ejuſdem Rationis Ad-
miniſtrator, ſeu Complementarius voluiſſet
exercere mandatum ſuſceptum, & conven-
tum girandi pecunias per Nundinas, & Pla-
teas, uti mortuus civiliter non potuiſſet hoc
adimplere, quodque ita a fortiori militent
rationes, quæ cadunt in terminis ſimplicium
Uſurarum, certe in omnem caſum intrat
29 vulgata (ſi opus eſſet) regula, quod nemo
ad impoſſibile teneatur, ut tradunt *Rovit. ſu-
per Pragm. de ceſſ. bonor. ex n.23. cum ſeqq.*, &
egregie conſiderat *Rocc. de decoct. Mercat. d.
not.95. n.274. & 275.*

Abſque eo: quod in minimo adverſentur
rationes in contrarium excogitatæ, quia
quidquid dicatur de natura Cambii, ut ejus
acceſſiones, & recambia non ſint proprie
fructus, ſed appendix, & continuatio ſortis
principalis pugnat ex diametro cum ſubalter-
no motivo, nimirum quod mora legitime ſe-
mel contracta duret adhuc poſt mortem etiã
naturalem Debitoris, ſi enim verum eſt, quod
30 recambium conſideratur pro novo capitale
& ſorte prorſus independente per ſpeciem
crediti ex mora de novo renaſcentis, ut etiam
ſolide fuit demonſtratum per *Modern. de Com-
merc. & Mercat. diſc.69. ex n.2. cum ſeqq.* & rur-
ſus *ſub n.15. cum ſeqq.* ubi allegati fuerunt
*Turr. de Camb. diſput.3. qu.8. n.5. Scaccia eo-
dem Tract. §.2. gloſſ.5. n.408. & ſeqq. idem Card.
de Luc. de camb. diſc.3. n.10. & diſc.19. n.3.
& diſc.31. n.18. & de Fideic. diſc.191. ſub. n.8.*
& quomodo potuit vera mora continuare,
ſeu perſeverare, quando fuit interim per de-
coctionem penitus annihilata perſona Socie-
tatis, quæve, ad differantiam Privati, non
poteſt repræſentari per hæredem, qui, ex vul-
gatis, fingitur eſſe eadem perſona cum de-
functo; itaut illud, quod ſubiungitur, quod
intret ratio damni emergentis, nequeat ap-
plicari ex mox adducta ponderatione, quod
31 tunc damnum emergens eſſet proprie dedu-
cibile, & conſiderabile, quoties Creditor re-
vera coactus fuiſſet ex cauſa retardatæ ſolu-
tionis ſortis principalis ſumere pecunias ad
Cambium paſſivum, ut erat caſus *d. dec. Ja-
nuen.99. num.3.*, & de jure omnino requiri
notorium eſt, ad communiter notata per
*Merend. de Camb. Nundin. cap.3. n.23. Ciarlin.
contr.173. n.20. Sabell. var. reſol. cap.100. n.22.
Gob. conſult.14. n.87.* & eſt celebris *dec. Mobe-
dan.3. n.1. de Uſur.* de qua *Rot. cor. Coccin. de-
ciſ.498. n.2. & 3. & cor. Merlin. dec.409. n.17.
& in recent. dec.86. n.17. & 18. par.11. & dec.
210. n.3. part.14.*, quin etiam expoſcitur,
32 quod Creditor aliunde damnum, quod paſ-

ſus

ſus eſt in ſuſpiciendo pecunias ad Cambiu n
paſſivum, evitare non potuerit, ut poſt alios
firmat *Grat. diſcept.* 987. *n.*8. & 9. ubi quod
hæc concluſio non habet contradictorem,
*Antonell. de temp. leg. lib.*1. *cap.*58. *n.*3. *Rot.
cor. Bich. dec.*125. *n.*9. & *dec.*304. *n.*33. *par.*9.
*recent.*

Minuſque quidquam operatur diſtinctio
33 inter intereſſe conventum, ac debitum ra-
tione ſolius moræ; Ultra enim, quod *Rocc.
in d. reſp.*41. *ex n.*4. & *per tot.*, & ſignanter
*n.*15. *l.*1. & *de decoct. Mercat. d. not.*95. *n.*274.
& *ſeqq. Marott. d. diſcept.* 34. *n.*7. & *per tot.*,
ſolide impugnant hanc diſtinctionem, ut
etiam monet *Gob. d. conſult.*34. *num.*2. Adhuc
in propoſito Cambii nullius eſt relevantiæ,
quia vis extinctiva cauſæ fructuum producti-
væ, ſi non poteſt provenire ex defectu moræ,
provenit ſaltem ex defectu mandati, quod
(ut ſupra diximus) per mortem Civilem ha-
betur pro revocato, quin etiam ad effectum
creandi recambium; ſive perſeverandi ſuper
Cambiis, præcedens conventio abſque nova
mora nullam facere poteſt operationem,
quid enim eſt recambium, niſi quod eo me-
diante fingitur, quod Creditor, exiſtente De-
bitore in mora ſolvendi advenientibus Nun-
dinis, ſibi prius mutuet, & ficte ſolvat, dein-
deque ſcribendo litteras, ut dicitur, *della ri-
corſa*, creet novum Cambium, adeout pri-
34 mum Cambium cenſeatur penitus extin-
ctum, & novum ex mora rurſus effermo-
tum, ut bene *Turr. de Camb. diſp.*3. *quæſt.* 8.
*n.*5. *Scacc. de Commerc.* §. 2. *gloſſ.*5. *n.*408. &
*ſeqq.* & latius per *Modern. ubi ſupra d. diſc.*69.
*n.*2. & *ſeqq.*

Quod ſi reſpondeatur, hæc omnia non mi-
litare, quando Debitor aſſumpſit in ſe onus
35 cambiandi, incidimus in Scyllam cupien-
tes vitare Charybdim; nam iſtud mandatum
a Debitore ſuſceptum, ſed etiam ab alio
Campſore idoneo adimplendum, per deco-
ctionem expiravit, ut ſupra nec potuit tran-
ſire in hæredem, cum Societas non habeat
hæredem, damnum emergens expoſcat da n-
ni veri, & effectivi poſſibilitatem per ſuſcep-
tionem pecuniarum ad Cambium.

Denique non refragatur, quod intereſſe
habentes non decoxerint, immo ſatagant re-
cuperare Capitale, quod de Jure nequit re-
cuperari, niſi ſoluto ære alieno, prout eſt
Cambium contractum quoque de illorum
licentia: Modo enim non quærimus, nec du-
bitamus, quominus veniat ex Capitale per
quemcumque deſuper habentem intereſſe
immiſſo in hoc Negocio ſolvendum æs alie-
num ipſius Negocii, ut eſſet caſus, quando
prætenderemus retrahere idem Capitale, &
non ſolvere ſortem principalem; ſed cum
Creditor illam jam recuperaverit, & quæ-
ſtio ſit de uſuris, ſeu fructibus Cambiorum,
an illi licite prætendantur poſt defectam So-
cietatem, nemo non videt, quam caſus iſte
ſit diverſus: Advertendo, quod Societas
tunc dicitur decoquere, ſeu deficere, quando
ille, cui pecuniæ fuerunt accomandatæ, lati-
tavit, & defecit, quemadmodum contigit
reſpectu Auguſtini, non conſiderando per-
ſonas intereſſe habentium, ſed ipſius Acco-
36 mandatarii, ut exemplificando naturam Ac-
comandigiæ late dictum fuit *in illa celebri Ro-
mana Cambii inter DD. de Stecchet. & Falcone-
riis* 15. *Mart.* 1686. §. *Verum* & §. *Sextum de-
nique* & §. *Aut eſt quoque, cor. R.P.D. Caccia.*

Cœterum hæc omnia a fortiori procedunt
in caſu noſtro, in quo (ut non contrnverti-
tur) in actu clauſuræ ipſius Negocii Creditor
fuit interpellatus ad recipiendam ſatisfactio-
nem, ſive ad interveniendum Concurſui; un-
de non ſolum exinde, quatenus oporteret,
argueretur ſpecies cujuſdam diſdictæ, ſed in-
37 trat dilemma, quod aut Creditor potuit in-
continenti recuperare ſuum Capitale, & ab-
ſtinuit ab exactione, ſibique hoc debet impu-
tare, ad ea, quæ habemus in proximis per
*Text. in l. Paulus* 12. *ff. quib. mod. pign. vel hy-
poth. ſolv. verſ. Et ideo Salicet. in leg. fin. n.*3. *C.
de remiſſ. pign. Merlin. de pign. lib.*4. *qu.*110. *n.*
19. *Cyriac. contr.*344. *n.*6. *Gratian. diſcept.*
281. *n.*15. *Rot. dec.*373. *n.*79. *par.*4. *rec.*

Aut vero difficultas, & tarditas exactio-
nis provenit ex ipſa natura ſimilium Con-
curſuum, eoque caſu, cum nulla nec mora,
nec culpa poſſit imputari Fundaco, ſeu Mer-
cibus (ſi fas eſt dicere) debitricibus, qui jam
Accomandatarius, & Societas decoxerant,
38 ceſſat potiſſima ratio, in qua fundatur *Card.
de Luc. d. diſc.*143. *n.*5. & 6. *de Credit.* ubi con-
ſiderat, quod intantum durare debet Cam-
bium, inquantum Debitor, qui ſuſceperat
onus cambiandi, hujuſmodi onus non adim-
pleverat in ſtatu valido, unde ſuperveniens
impedimentum, quod ex decoctione reſul-
tavit, ipſum excuſare non debebat; Sed cum
in caſu noſtro, donec fuit Fundacus in ſtatu
valido, ſoluti punctualiter fuerint fructus
hujus Cambii, ecce, quod a primo ad ulti-
mum nulla æquitas, nulla ratio pati poteſt,
quod poſt ſecutam decoctionem, & legalem
expirationem ſuſcepti mandati non debeant
39 abinde ceſſare etiam fructus, aut ſaltem
adhiberi temperamentum indulgendi reten-
tionem fructuum, quos ex poſt Creditor exe-
git, & contextualiter abſolvendi pro non
exactis ipſam Rationem ab impetitis, ut apud
*Card. de Luc. d. diſc.*35. *n.*8. & *ſeqq. de Camb.
in ſupplem. par.*2.

## *NOVA ADDITIO.*

VOtum (de quo memineram in principio
ſuperioris Additionis) R.P.D. Fattinelli,
40 poſtmodum ad Clericatum Rev. Cam. Apo-
ſtolicæ aſſumpti, legitur hodie regiſtratum
in

in Volumine tanti Authoris typis mandato, & cui titulus - *De translat. Penſion. & reſponſ. Iur.* in ordine *reſponſ.* 26. in quo benigne etiam de prædicta mea ſuperiori Additione, & approbatione mentionem facit.

De præſenti Deciſione, ejuſque veteri Additione ſermonem habet *Rota in Romana Cambiorum 4. Decembris 1705. §. Non obſiſtente, & §. Cæterum cor. R.P.D. meo Prielo*, ſignanter in eo, quod dixi, probationem decoctionis ad effectum ceſſationis Cambiorum debere eſſe clariſſimam, quodque ubi adſint fidejuſſores, quidquam non faciat decoctio, ut *in prędictis Additionibus ad hanc Dec. n. 17. & ſeqq. juncto n. 27.*

## ROMANA ASSOCIATIONIS.

*Lunæ 13. Ianuarii 1698.*

### ARGUMENTUM.

Enucleatur materia *Text. in l. Scripturas C. qui pot. in pign. hab.*, & an ejus diſpoſitio, ſeu requiſita ſuppleri valeant per æquipollens, & quid, ſi conſtet de præexiſtentia veri crediti, ſuper quo Apoca fuit confecta, & an adſit aliqua differentia inter Apocas liberatorias, & obligatorias.

### *SUMMARIUM.*

1 *Auditores Rotæ, quibus committuntur Caſus tamquam Prælatis, exquirunt (prout in aliis Cauſis) ſuffragium ſuorum Correſponſalium.*

2 *Aſſociatio conceditur Creditori Cenſus ad fundum cenſitum etiam contra tertium poſſeſſorem quando in Inſtrumento Cenſus adeſt clauſula* conſtituti præcarii, *nec non facultas capiendi poſſeſſionē propria authoritate.*

3 *Aſſociatio apud nos idem eſt, ac Judicium Aſſiſtentiæ apud Regnicolas.*

4 *Mutuans pro acquiſitione, conſtructione, vel reparatione rei communis Debitoris præfertur ſuper eadem re quibuſcumque aliis Creditoribus.*

5 *Apoca privata non poteſt concurrere cum publico Inſtrumento, niſi ſit trino Teſte munita, ob ſuſpicionem antidatæ.*

*Vel niſi defectus trium Teſtium ſuppleatur talibus adminiculis, & circumſtantiis, quæ manifeſte excludant præſumptionem antidatæ, n. 6.*

7 *Teſtes examinati in uno Judicio non probant in alio Judicio, præſertim inter diverſas perſonas.*

*Et maxime, quando eorum depoſitio non fuit habita in conſideratione in illo primo Judicio, in quo fuerant examinati, n. 8.*

9 *Teſtis conſanguineus* Partis, *quæ illum induxit nullum facit gradum probationis.*

10 *Teſtis deponens dubitative per verbum,* videtur *nullam facit probationem.*

11 *Teſtis deponens per verbum,* neſcio. *ſuper re de qua interogatur, nullatenus attenditur.*

12 *Teſtes examinati extra terminum probatorium non attenduntur.*

13 *Teſtis aſſerens, ſe nunquam pro aliis ſe examinaſſe nullam fidem meretur in tota ejus depoſitione, ſi conſtet, quod revera teſtimonium dixerit in alia* Cauſa *& n. 15.*

14 T*eſtis periurus nullum facit gradum probationis.*

16 *Antidatæ ſuſpicio in Apoca privata levioribus tollitur probationibus, quoties aliunde conſtat de præexiſtentia* Crediti, *in vim cujus Apoca fuit exarata.*

*Adeout in his terminis ſuſpicio antidatæ purgari valeat per Juramentum ſuppletorium* Creditoris *n. 17.*

*Dummodo tamen de præexiſtentia crediti conſtet ex indubitatis probationibus, alias ſecus, n. 20.*

18 *Capitula Matrimonialia regulariter inſeri ſolent in Inſtrumento dotali.*

19 *Capitula Matrimonialia ex quibus reddentur ſuſpecta de antidata.*

21 *Juramentum ſuppletorium non defertur, niſi concurrat ſaltem ſemiplena probatio ejus ſuper quo jurari prætenditur.*

22 *Juramentum Suppletoriam non defertur, niſi ſuper facto proprio, non autem ſuper facto alieno.*

23 *Apoca liberatoria non requirit ſubſcriptionem trium Teſtium ad finem concurrendi cum publico Inſtrumento ſicut requirunt Apocæ obligatoriæ.*

*Declaratur ex n. 24. uſque ad 27.*

26 *Confeſſio de recepto non probat in pręjudicium Tertii.*

28 *Judex poteſt proferre ſententiam in eum modum in quem Partes litigantes inter ſe concordant.*

## DECISIO XXIV.

AD preces Nicolai appellantis a Mandato A. C. ſuper Aſſociatione ad duas ex tribus partibus cujuſdam Domus deinceps in ſecunda inſtantia redacto ad quinque ex novem partibus per R.P.D. Portam, propoſui DD. meis ſub hodierna die dubium circa legitima alterutrius, ſive utriuſque Mandati executionem, non jam tamquam Sac.
1 Rotæ Auditor, ſed veluti Referendarius, ac Prælatus Romanæ Curiæ; licet enim raro (ut dicebat *Rot. deciſ. 583. n. 7. par. 18.*) ſimiles Commiſſiones particularibus perſonis noſtri Ordinis dirigantur, & non ita de facili acceptentur, nihilominus id efflagitante Nicolao, ſupplicavi de more DD. meis, ut eorum ſuffragium in hujuſmodi controverſia mihi præberent, juxta ea, quæ de laudabili ſtylo, & ex vi Conſtitutiouum pluries practicatum dignoſcitur, & ſignanter *in dec. 564. cor. Bich. in Senogallien. Teſtam. 1. Iunii 1676. cor. bo. me. Bourlemont., & in Romana Præeminent. 16.*

*Junii*

*Iun.* 1679.*cor.bo.me.Rondinin.*, *& in Mutalen. laſtanis* 19.*Iun.*1680.*cor.eodem* & alibi paſſim.

Cenſuerunt itaque DD. ad normam poſterioris Iudicati per R. P. D. Purtam affirmative reſpondere: Fratres namque de Manchellis, qui illud obtinuerunt, intentionem undique pro legitima ejuſdem executione fundatam demonſtrabant in publico Inſtrumento Cenſus ad eorum favorem impoſiti uſque de Anno 1669. per Io: Baptiſtam, ſer-
2 vatis omnibus ſolemnitatibus, & concurrentibus de cœtera clauſulis opportunis *præcarii, & conſtituti*, facultateque accipiendi poſſeſſionem propria authoritate, quibus ſane intercedentibus intentari, & admitti poſſe,
3 ac debere remedium Aſſociationis, quod in Regno Neapolitano vocant Aſſiſtentiæ, nempe Familiæ Judicis, & Principis pre exercenda illa poteſtate, quam alias jure proprio ſibi Creditor pepigerat, etiam contra Tertium rei ſubiugatæ poſſeſſorem, quotidiana eſt praxis, uti videre eſt apud *Gait. de credit.c.4. quæſt.7. n.924. & ſeq. Hodiern. contr.31. n.2. Card. de Luc. de Judic.diſc.44. n.28. & ſeqq. iuncto n.57. Rot. dec.75. & d. c.86. cor. Arguell. & dec.310. cor. Biel & dec.187 par.10.rec.*in omnibus *n.1. cum ſeqq. & in Romana Aſſociationis 3. Martii 1687. §. Juſtitia autem cor. bo. me. Emerix & in Romana Aſſociationis ſ. u Lomus 14. Jun. 1694. §. Juſtitia vero cor. R. P. D. meo Caprara.*

Neque obſtare viſa eſt unica exceptio Nicolai, ad quam totum Cauſe momentum reſtringebatur, nimirum, quod idem Nicolaus Domum, de qua ſupra, detineret titulo potiori, ſive anteriori propter ceſſionem ſibi factam a Julio Sinibaldo de tempore, quo ipſe Nicolaus de proprio redemit eamdem Domum a prædicto Julio, qui cum ſolviſſet ſcut. 716. communi debitori, nempe Io: Baptiſte, poterat idcirco, ut prætendebat, Nicolaus ex utraque radice crediti repellere fratres Actores: Nam etſi circa ſummam, quæ noſcebatur erogata in dimiſſionem Artificum, qui communem debitoris Domum aliius extulerant, ac reſpective reaptaverant, DD. forent concordes, & ipſi Fratres faterentur, radicem in hac parte pretenſionis ſubſiſtere, ex quo (præciſive etiam ab
4 anterioritate) pecuniam miniſtrans pro conſervatione, vel acquiſitione fundi communis Debitoris meretur omni Iure prælationem, quia vel ſalvam, vel uberiorem fecit pignoris cauſam, ut fecerat Julius, a quo jura retentionis metiebatur Nicolaus, juxta cenſuram *Text. in l. interdum & l. ſeqq. qui pot. in pign. hab & in l. licet C. eod. & in §. His conſequent Auth. de æqual. Dot. collat.7.* cum concord. apud *Rodriquez. de concurſ. Credit. part.1. artic.7. n.1. & ſeq. Amat. Panorm. reſol.3. n.1. cum ſeq. Salgad. in labyr. Credit. par.1. cap.11. n.64. Capon. diſcept.207. n.10. Mart. Medic. dec. Senen, exam 11. n.1. & ſeqq. Modern. Argentan. colluct.20. n.22. cum ſeqq. lib.1. Rot. cor. Ubald. dec.73. n.7. & cor. Caru. Celſ. dec.398. n.2. & 5. & in rec. dec.328. n.22. par.5. dec. 327. par.14. & dec.104. par.19.* utrobique *n.1.*

Non ita tamen placuit altera radix retentionis deprompta ex ſimplici ſuppoſitione, quod Julius ante Annum 1669., in quo Cenſus Fratrum de Manchellis fuerat per Inſtrumentum publicum creatus, brevi manu perſolviſſet Joanni Baptiſtæ in duabus vicibus quantitatem ſc. 400., & hoc de Anno 1668.; Quoniam quemadmodum anterioritas ratione temporis fuiſſet clara, ita apparuit turbidiſſima, & minime admittenda talis ſuppoſitio, quia Apoca, in qua eadem præſuppoſitio, & reſpective confeſſio Io: Baptiſtæ
5 communis Debitoris unice conſiſtebat, carebat Teſtibus, aut quacumque alia extrinſeca communitione, quando indubitati Juris eſt, quod ad effectum concurrendi cum Inſtrumento publico, Apoca, ſeu chyrographum ſimplex debet eſſe roboratum ſubſcriptione, ſeu præſentia trium Teſtium, *vulg. l. Scripturas, C. qui pot. in pign. hab.*, vel quod
6 eadem ſcriptura fulciatur talibus adminiculis, & circumſtantiis, quæ ad oculum Iudicis appareant ſupplere poſſe trium Teſtium deficientiam (ut dicitur) per æquipollens, ex ea benigniori interpretatione, quam ad moderandum rigorem *prædictæ l. Scripturas* admiſere Tribunalia, ex deductis per *Vincent de Franc. dec.95. n.7. ibique Modern. Melphiten. n.3. Magon. dec. Florent.122. n.10 cum duob. ſeqq. Nicol. Catan. dec.6. ex n.45. uſque ad 52. Vela diſert.21. n.34. Ab Eccl. obſerv. for. par. 2. obſer. 51. n.12. & opp. ad Gratian. dec. March.94. n.32. cum duob. ſeqq. Epiſc. Rocc. ſelect. diſput. Iur. cap. 111. n.2. Modern. Lucen. conſult. 569. num.19. Rot. in Romana de Ghezziis 5. Decembris 1634. §. Neque aliquid, cor. clar. mem. Card. Panzirolo. dec.17. n.4. cum ſeqq. poſt Merlin. de pignor. & dec. 335. n.8. & 9. par.13. rec. dec.97. n. 8. & ſeqq. par. 14. deciſ. 276. par. 17. & deciſ. 255. par.18.* utrobique *n. 2. & cum ſeqq. & cor. Priolo dec.360. num. 2. & 3. & dec. 372. n. 1. & ſeqq.*

Diximus, quod Apoca prædicte exarata per Io: Baptiſtam favore Julii, cujus jura repræſentabat Nicolaus, deſtituebatur extrinſecis probationibus, vel adminiculis: Cum enim ipſæ probationes, & adminicula ad geminam ſpeciem reducerentur, alteram ob Teſtes in hodierna propoſitione reaſſumptos, & reſpective adductos a Nicolao, quaſi quod ab iſtorum depoſitione reſultaret juſtificatio ſubſcriptionis effective ſecutæ de Anno 1668. Et alteram ex præexiſtentia veri crediti in Io: Baptiſta ſuper quodam Officio Lauretano coempto a Julio, qui in Apoca dicebatur exburſaſſe prædicta ſcut.400.; jure me-

R rito

rito viſum fuit, vel nihil concludere, vel nul-
lam fidem haberi poſſe de Teſtibus pro prima
ſpecie ſupplendæ probationis allegatis, quo-
niam reſpectu trium Teſtium hodie reaſſum-
ptorum, planum apparebat, eoſdem in nulla
7 haberi poſſe conſideratione, quia non tan-
tum fuerant inducti, atque examinati inter
diverſas perſonas, & in diverſo Judicio, quo
caſu non attenduntur. ex traditis per *Gabr.
conſ.40.n.42.& ſeqq.lib.2. Farinacc.de Teſtib.
quæſt.66.n.297.Rot.coram Coccin.dec.871.n.1.
& ſeqq. Merlin. dec. 240. num. 2. Dunozett.
Jan. dec.216. num.2.& deciſ. 336.num.22. &
coram Ubag.dec.105. num. 2.& dec. 30. n. 17.
par.18. rec.*

Verum etiam, quia poſitive in eo Judicio,
in quo ſubjuverant examen, ac depoſuerant,
fuerant poſthabiti, & undequaque rejecti;
pendente namque altera diverſa Cauſa in
noſtro Auditorio, non obſtante depoſitione
eorumdem Teſtium, Tribunal definivit,
omnia geſta per Jo:Baptiſtam cum Julio la-
befactari ſuſpicione, & ſimulatione manife-
8 ſtiſſima, proindeque juxta monita per *Alex.
in l.ſæpe n.60.in fin. ff.de re judic. Felin.in cap.
quamvis n.9.in fin. eodem tit.* cum aliis *in de-
ciſ.10. num. 33. coram Zarat.* nimis inconve-
niens extitiſſet ſub hodierno Dubio præfatis
Teſtibus illam præſtare fidem, quam in Judi-
cio, ubi fuerant examinati, non meruerunt,
quod & antea firmarunt per *Gloſſ.in cap. ſub-
orta 21.in fin.verb.reprobaſſe, de ſentent. & re
judic. Valenzuel.conſ.92.ex n.32.cum plur.ſeqq.
Parrex.de Inſtrum.edit.tit.7.reſol.12.n.20. No-
guerol.alleg.27.n.23.& 24. Rot. coram Coccin.
dec.1823.ſub n.38.verſ. quantum vero attinet,
& n.57.& dec.79.n.5.coram Bich.*

Addito ad exuberantiam, quod præciſive
a præmiſſis conſiderationibus, nec etiam præ-
dicti tres Teſtes concludebant intentionem
Nicolai; primus namque, qui ratione dicti
ſolus perſtringere potuiſſet, patiebatur in
9 perſona exceptionem Conſanguinitatis cum
Julio, ac propterea nequibat admitti ad ul-
lum conſtituendum gradum probationis, ut
paſſim habetur, & ſignanter ex *Dec conſ.463.
ſub n.13. Mandell.conſ.231.n.2.in fin. Rot. dec.
327.n.14.par.12. dec.404.n. 8. par. 13. deciſ.
177. num.7.par.14.rec. & in Cavalicen. pecu-
niaria 15.Iunii 1696.§. Ulterius, confirmata 19.
Novembris ejuſdem Anni coram R.P. D. meo
dell'Olmo.*

Tertius cum deponeret per verbum, *mi
10 pare*, non erat, præſertim in hac ſuſpectiſſi-
ma materia antidatæ, contra Inſtrumentum
publicum conſiderandus, ex deductis *in Ro-
mana, ſeu Veliterna, Mutui 26. Aprilis Anni
præteriti §. Alter ex oppoſito, coram* Me. Secun-
dus demum, cœteroquin in perſona (uti mu-
nus Advocationis optime, ac laudabiliter
exercens) nullam patiens exceptionem, pro
ſolita ſua ingenuitate ſolum aſſerebat de au-
ditu a Io:Baptiſta, quod pecunias receperat a
11 Iulio, ſed poſitive neſciebat, an ulla confeſ-
ſionis Apoca fuiſſet confecta, & conſequenter
nec is aliquid ad intentum Nicolai faciebat,
ut in ſimili reſponſum fuit *in Catanien. quartæ
portionis 25. Junii 1604.§. fin. cor. Card. Sacra-
to, & coram Martin. Andr. dec.84. n. 5. & co-
ram ſan:mem: Alex. VIII. dec.71. n. 4. & coram
Priol. dec.156. n.8. & in recent. dec.232. n. 13.
par.17.*

Ejuſdem, quin etiam minoris relevantiæ
apparuerunt depoſitiones aliorum duorum
Teſtium in præſenti Cauſa inductorum per
Nicolaum; Ultra enim, quod examini no-
12 ſcebantur ſubjecti extra terminum probato-
rium, & conſequenter nullam ex hoc ſolo
capite fidem merebantur, ex iis, quæ haben-
tur apud *Farinacc. de Teſtib. quæſt.80.n.61.* Io:
*Anton. ab Eccleſ. obſer. foren. par. 1. obſer.84.
n.15. Rot. coram Ludoviſ. dec. 429. n. 5. Burat.
dec. 726. n. 3. & ſeq. Bich. dec.648. n.18.* & ali-
bi paſſim.

Adhuc, quando etiam rite examinati exti-
tiſſent, plura involvere viſi ſunt contradicto-
ria in ipſamet depoſitione, quam verba, im-
mo & aperte contrarium reluctari veritati,
cum ſignanter primus affirmet, Domum, de
qua agitur, diſtractam fuiſſe a Io:Baptiſta
favore Iulii de Anno 1669., quando vendita
apparebat de Anno 1681., quodque Schedu-
læ concernentes venditionem Officii Laure-
tani ſonabant in perſonam Antonii, quando
legebantur in faciem Io:Baptiſtæ, cum pluri-
bus, atque pluribus contraditionibus, de
quibus *in Summorio Actorum n.11.* Et ſecun-
dus) ultra eaſdem, & majores contradictio-
nes) noſcebatur quoque notatus evidenti
13 exceptione perjurii, veluti profeſſus, num-
quam ſe examinaſſe, niſi in quadam Cauſa
nominatim expreſſa, & tamen in præfato
alio Judicio ſuper diſtractione Officii Laure-
tani in Sac. Rota definito fuerat examinatus,
ac rejectus: quamobrem omiſſis propoſitio-
nibus utrumque Teſtem, ut ſupra, ferienti-
14 bus, ex hac ulteriori exceptione periurii
omnino, videbatur a limine probationis re-
pellendus, ad *Text. in cap. ſuper eo 13. & cap.
Teſtimonium 53. de Teſtib. Rudolph. Volemar. de
Teſtib. cent.5. concl.55. n.47. Cavalcan. eod. tra-
ctat. par.3. n.68. Capyc. Latr. conſult.87. n.3. Rot.
dec.82. n.26. & ſeqq. par.18. rec. & in Viterbien.
Laudi 26. Martii 1688. §. Teſtes demum, co-
15 ram bo:mem: Emerix*, & in individuo alterius
Teſtis, qui mendaciter aſſeruerat, ſe nun-
quam examini ſubieciſſe, reſponſum fuit
*in dicta Romana, ſeu Veliterna Mutui 26. Apri-
lis 1697.§. Verum etiam, cor. Me.*

Excluſa itaque ex præmiſſis prima ſpecie
ſuppletionis circa defectum trini Teſtis ad
normam memoratæ *l. Scripturas*, aufugit Ni-
colaus ad aſylum alterius ſpeciei, ſeu ſupple-
menti, nempe, quod confeſſio emiſſa per Io:
Bapti-

Baptiſtam labem exuere poſſet ſuſpicionis ex
præexiſtentia veri crediti, quod habere præ-
tendebat contra Julium in vim Capitulorum
Matrimonialium; in quibus Io: Baptiſta du-
centi in Uxorem filiam Antonii in partem
dotis aſſignabantur ſcut.400.retracta ex ven-
ditione Officii Lauretani ad Antonium So-
16 cerum ſpectantis; qua ſine veritate crediti
præexiſtente, facile ſubvertitur præſumptio
antidate, ex his, quæ bene firmantur per
*Vincent. de Franch. dec.95. n.7. Card. de Luc.
de Credit. diſ.33. n.12. Carol. Anton. de Luc.
ad Gratian. diſcept.391. n.4. Rot. dec.100. ex
n.2. uſque ad fin. par.4. diverſ.* itaut in omnem
caſum pro abſtergenda quacumque macula
17 ejuſdem præſumptionis antidate ſuperabun-
daret deferre Parti Juramentum, quod dici-
tur ſuppletorium, ad not. per *Iaſ. conſ.129.
ſub. n.10. & n.17. in fin. lib.1. Gratian. dict. di-
ſcept.391. n.9. Mareſcott. var. reſol. lib.1. cap.
79. n.14. & 15. Mell. obſer. forenſ.25. n.47.
Alden. ad Buratt. dec.905. n.10. Rot. cor. Se-
raphin. dec.879. in fin. & dec.1901. n.8. coram
Coccino.*

Sed DD. per Me conſulti conſiderarunt,
non minori ſuſpicione laborare ipſum ad-
miniculum præexiſtentiæ hujus crediti; Poſt-
habita namque exceptione, quod enunciata
Capitula non forent de Actis, quodque non
apparerent ſubſcripta, & firmata per Anto-
nium Patrem Uxoris Joannis Baptiſtæ, ſed
ſimpliciter a Matre, & fratre minore ſine ſo-
lemnitatibus, quodque demum ſuper eadem
Apoca nullum ſucceſſive confectum fuit In-
18 ſtrumentum, quando plerumque ipſamet
Capitula inſeruntur in Inſtrumentis, veluti
quædam præparationes ad Inſtrumentum
dotale: potiſſima tamen, ut diximus, vis ſta-
bat in eo, quod eadem Capitula fortiori qua-
tiebantur ſuſpicione, quam Apoca contro-
19 verſa, nam hujuſmodi Capitula deſtitueban-
tur fulcimento Teſtium, & ex viſceribus
contentorum in eis peiorem præſeferebant
antidatam, cum enim ſupponerentur in data
ſubſcripta de Anno 1667., & in illis dicere-
tur, quod in partem dotis, ut ſupra, promit-
tebantur Joanni Baptiſtæ ſcut. 400. retracta
ex venditione Officii Lauretani, utique de
prædicto Anno 1667. non erat adhuc diſtra
ctum Officium, cum fuerit venditum de An-
no 1668., & conſequenter cum tot ſuſpicio-
nibus, & improbationibus claudicarent Ca-
pitula, non poterant deſervire ad excluſio-
nem legalis præſumptionis, ac ſuſpicionis
20 promanantis a *dicta l. Scripturas*, quia ad
effectum, ut vera & realis crediti præexiſten-
tia valeret effectum a Nicolao prætenſum
operari, opus eſſet, quod de prædicto credito
ſuperlative liqueret ex indubitatis probatio-
nibus, teſte *Io: Ant. ab Eccleſ. obſer. for. par.2.
obſer.51. ſub n.14. verſ. preſertur etiam* & con-
cordant *Cirocch. diſcept.77. ſub n.60. verſ. & in
ſpecie Urceol. conſult. for. cap.1. n.23. & ſeqq.
& n.52.* aliique apud iſtos.

Juramentum vero ſuppletorium nullo mo-
21 do poterat in præſenti caſu adhiberi, quia
jam ex præmiſſis deficiebat pœnitus ſemi-
plena probatio, & ulterius cum Joannes Ba-
ptiſta, cum quo, & a quo geſta apparebant
hujuſmodi acta, jamdiu obiiſſet, perperam
Nicolaus ſatagebat ſibi deferri Juramentum
ſuppletorium de facto alieno, per ea, quæ in
terminis primæ propoſitionis, nempe defi-
cientis ſemiplenæ probationis, communiter
tradunt *Hermoſill. ad Lopez. gloſſ.14. l.10. tit.1.
par.5. n.411. Berlich. pract. concl. par.1. concl.
53. n.4. & ſeq. Ridolphin. in prax. par.2. cap.4.
n.139. Ab Eccleſ. obſer. for. par.2. obſer.31.
n.13. Conciol. ad Stat. Eugub. lib.2. rubr.13.
n.1. Rot. cor. Seraphin. dec.566. n.1. & dec.*
22 *288. n.10. par.18. rec.* & in propoſito ſecundæ
*Text.* eſt *in l. Marcellus 11. prope fin.* ibi - *cum
iniquum ſit de alieno facto alium jurare ff. de act.
rer. amot. & in l. videamus 4. poſt. princip. verſ.
grave enim ff. de in lit. jur. Berlich. ubi ſupra
concl.55. n.1. cum plur. ſeqq. Scopp. ad Gratian.
dec. March.36. n.24. & 25. Modern. Peruſin. de
contract. Minor. gloſſ.19. §. 1. n.72.*

Conſecutive ad prædicta de per ſe corrue-
bat diſtinctio, cui poſtremo nitebatur Nico-
23 laus, videlicet quod rigor præfatæ *l. Scriptu-
ras* minime exigatur, quando tractatur de
Apoca liberatoria, prout erat confeſſio emiſ-
ſa de recepto favore Iulii; Quidquid enim di-
cendum foret in puncto Iuris, ubi formiter
de hujuſmodi articulo agendum fuiſſet, ex
iis, quæ ſolum obiter motivata fuerunt per
*Card. de Luc. de Credit. diſc.22. n.9.*, & innuit
*Rot. cor. Ubag. dec.11. n.23.* alias *deciſ.396.
n.22. par.15. rec.* verſabamur extra neceſſita-
tem examinandi ſimilem quæſtionem, tum
24 quia Apoca confeſſionis confecta per Ioan-
nem Baptiſtam continebat ulterius promiſ-
ſionem, & obligationem, quatenus opus eſ-
ſet, reſtituendi ſummam confeſſatam, ideo-
que non poterat nuncupari, & reputari Apo-
ca ſimpliciter liberatoria; Tum etiam, quia
ubi hujuſmodi Apoca non egrederetur ter-
25 minos liberationis, attamen certum erat,
quod liberatio ſupponit certitudinem credi-
ti, & illud, ex proxime firmatis, vel nullate-
nus aderat, vel erat undequaque ſuſpectum,
alias namque fuiſſet imperfectiones, & ab-
ſurda comulare, immo & intervertere natu-
ram Inſtrumenti publici cum Apoca priva-
ta eo enim ipſo, quod confeſſio de recepto,
tamquam ſonans in liberationem, non expo-
ſceret munimen trium Teſtium in concurſu
publici Inſtrumenti, ipſamet liberatio defle-
cteret in creditum, & actionem, ſaltem ad
finem (ut in caſu noſtro) retinendi, quod
eſt manifeſtiſſime abſurdum, dum de credi-
26 to non apparet ex probationibus certis, im-
mo ſuapte natura confeſſio ſimplex de rece-

pto ſemper eſt ſuſpecta, & non attenditur in præjudicium tertii, ut paſſim conſtat, & ſignanter penes *Cyriac. contr.359. n.7. & ſeqq. Poſtb.reſol.22.n.4.Cenſal.dec.Lucen.83.n.16. cum 2.ſeqq.Rot.coram Martin.Andrea dec.53. n.4.& 5.& dec.547.n.19.poſt Cenc. de Cenſ. & coram Ubag.dec.1.n.14.* repetit *dec.394.*
27 *n.16.por.15.recent.* Et de facto in ipſa *dec. Ubag.* præcedenter ad præfatam concluſionem obiter inſinuatam præſupponitur.& dicitur, quod in illo caſu ex geſtis coram Judice ceſſabat & ſuſpicio, & cauſa ſimulandi, ut videre eſt in antecedenti *num.13. cum 2. ſeqq.*

Remanſiſſet trutinatio quotæ, ad quam differenter A.C., & R.P.D. Porta aſſociationem conceſſerant fratribus de Manchellis; A.C. namque(ut in principio dicebatur)aſſociationem tribuebat ad duas ex tribus partibus domus controverſæ,&R.P.D.Porta Judex ſecundæ Inſtantiæ eamdem aſſociationem fuerat moderatus ad quinq; ex novem partibus quę utique differentia dependebat ab examine, utrum pactum redimendi ad proprium favorem reſervatum ab Io. Baptiſta in diſtractione Domus, de qua agitur, vigeret adhuc, itaut illius valor cenſeri poſſet ad calculum ejus patrimonii, vel potius effluso tempore convento ad redimendum eſſet expiratum, & nullatenus amplius in calculo valoris referibile: Verum, quia fratres de Manchellis ſuper hujuſmodi deciſione, vel examine non
28 admodum inſiſtebant in ſcriptis, & nretenus ultro contentabantur moderatione facta in mandato R.P.D. Portæ, DD. idcirco, qui ad inutilia non reſpondent, cenſuerunt, procedendum eſſe ad legitimam executionem Mandati, ſive *Exequatur* conceſſi, ſeu temperati per eumdem R.P.D. Portam, ad litteram, & rationem *Text. in l. ſi convenerit 27. ff.de re judic.*ubi egregius I.C. *Ulpian.in lib.77. ad edict.*de more ſuo optime reſpondens ait. *Si convenerit inter litigatores, quid pronuncietur, non abs re erit, Judicem hujuſmodi ſententiam proferre.*

Et ita, Partibus utrinque informantibus, reſponſum fuit &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

1 ANtequam Cauſam hanc expedire poſſem ad formam præſentis Deciſionis, alia promota fuerunt objecta pro parte Nicolai ſuccumbentis, quare fuit iterum auditus, ut habetur inferius in Deciſione confirmatoria ſuo loco regiſtranda.

At quoniam hæc Deciſio potiſſime, verſatur in applicatione, & intellectu *l.Scripturas, C.qui pot.&c.* ſuperfluum videtur alias deſuper recenſere annotationes, cum omnia fere Volumina noſtræ facultatis agant de hac materia, & de ea quoque fuerit abunde actum cum ſuis declarationibus, & limitationibus *in Tract. de Commerc. & Mercat. diſc.82.per tot.& in diſc.general.n.96. & ſeqq.*

## TARRACONEN. PRÆCEDENTIÆ.

*Lunæ 13. Januarii 1698.*

## ARGUMENTUM.

Firmatur in hac Deciſione, præcedentiam deberi Confraternitati antiquiori ſupra cæteras poſteriori tempore erectas, non obſtante, quod Confraternitates juniores novuum deferant Vexillum,cum hæc circuſtantia nullam præbere valeat præcedentiam, non attenta quacumque conſuetudine in contrarium, quia potius ſaperet abuſum, & corruptelam, & præberet anſam, invidioſis emulationibus.

## *SUMMARIUM.*

1 *Confraternitas antiquior ſemper præcedit ſupra cæteras moderniores, excepto caſu, quo Confraternitas junior reperiretur in poſſeſſione præcedendi ſupra antiquiorem.*

2 *Confraternitas junior nequit præcedere antiquiori ex eo ſolum,quod novum deferat Vexillum, non obſtante contraria conſuetudine.*

3 *Conſuetudo Juri contraria in materia Præcedentiarum debet plene,& concludenter ab allegante probari.*

4 *Conſuetudo contra Jus in materia præcedentiarum non ſuffragatur, niſi ſit ſaltem quadragenaria.*

5 *Conſuetudo contraria allegari nequit adverſus Conſtitutionem Apoſtolicam munitam Clauſula* ſublata, *& Decreto irritanti.*

6 *Judicium,& determinatio Ordinarii in materia Præcedentiarum ſummopere attenditur.*

7 *Rota Urbana, quæ fit feria ſexta poſt* Cineres, *quare talis nuncupetur.*

8 *Confraternitas SS. Sacramenti, licet poſterior in erectione, præfertur aliis* Confraternita*tibus in proceſſionibus, in quibus defertur Venerabile.*

*Et de ratione, n.9.*

*Intellige, ut n.11.& 12.& n.17.& 19.*

10 *Membra magis vicina, & proportionata, æquum eſt, ut Capiti adhæreant.*

13 *Conſuetudo primum locum ſibi vindicat in materia Præcedentiæ, & n.25.& 26.*

*Etiam ſi eſſet contra Jus commune, n.14.*

15 *Conſuetudo non dicitur contraria Juri communi, quando non adeſt lex, vel Canon. in contrarium.*

16 *Conſuetudo non contraria Juri requirit ſolum ſpatium decem annorum.*

18 *Verbum*, Indulgemus. *ſignificat, Juris rigorem ſtare in contrarium.*

20 *Confraternitas Sanctiſſimi Sacramenti non poteſt deferre Crucem in Funeralibus, aut Proceſſionibus.*

*Et quid, ſi adſit conſuetudo in contrarium, n.21.& 22.*

23 *Vi-*

Digitized by Google

23 *Vicarius Generalis nequit prætendere Præcedentiam ſupra Dignitates, & Canonicos Sacris Paramentis indutos.*

*Fallit, ſtante conſuetudine legitime in contrarium præſcripta, num.24.*

27 *Conſuetudo Vrbis Romæ debet præbere normam aliis Civitatibus.*

28 *Concilium* Tridentinum *non tollit ſententias, & res judicatas, niſi de eis faciat expreſſam mentionem.*

29 *Confraternitates de Præcedentia certantes quando concordari non poſſunt, cauthela eſt, ut eis præcipiatur, ne ſimul exeant, ſed alternatim.*

*Idemque temperamentum aliquando ſervatum fuit inter Regularee, & Clerum ſecularem, num.30.*

31 *Antiquitas Confraternitatis, de cujus erectione non conſtat, aliunde juſtificari poteſt per æquipollentes probationes, & num.33.*

32 *Vnio, de qua non exhibetur Inſtrumentum, poteſt aliunde æquipollenter juſtificari.*

34 *Confraternitas, velCollegium ſemel derelictum, poſteaque tractu temporis reſtauratum, an, & quomodo recuperet primæva Jura, ac prærogativas, & num.35. & 36.*

## DECISIO XXV.

ETiam in iis, quæ ad ſimplicem Dei cultum a Piis fundatoribus excitantur, ille, cujus muneris eſſe videtur ſuperſeminare Zizaniam, modum quandoque adinvenit colorandi ambitum pro juſto honore, itaut Sacroſancta Mater Eccleſia, quæ gloriatur Sponſo comparere circumdata varietate, ad eradicandam tamen hujuſmodi Zizaniam coacta fuerit, Divino Spiritu afflante, per peculiarem determinationem Sacrorum Canonum, & Sanctiſſimorum Pontificum ordinare Hierarchiam etiam in Proceſſionibus, quæ ad majorem Dei gloriam per Sæculares Chriſti fideles in quibuſdam ſolemnioribus Feſtivitatibus practicantur, & ſancte promoventur; Signanter namque glorioſæ, ac piæ me:
1 Gregorius XIII. in ejus Conſtitutione *la* 84. ad hujuſmodi prætenſiones inter Confraternitates occaſione Proceſſionum obtruncandas, præciſe definivit, quod illa Confraternitas, quæ reperitur in poſſeſſione præcedendi, præcederet quodve, ubi non conſtaret de hujuſmodi quaſi poſſeſſione, præcederet antiquior, uti videre eſt in litera ejuſdem Conſtitutionis, quam merito commendant, & obſequuntur *Antonell. de Regim. Eccleſ. lib.3. cap.18. n.6. & 8. Caren. reſol.77. nu.3. Tranchedin. conſult.14. num.9 Novar. deciſ. Regn. Neapol.123. n.6. Rot. coram Cavaler. dec.588. n.4. & 5.* cum aliis *in Deciſione hujus* Cauſæ 28. *Junii Anni mox elapſi §. Fundamentum, & §. Nec adeſt, coram R.P.D. meo Caprara.*

Hac nihilominus Sanctione Pontificia non obſtante, cœpit prætendere Sodalitas S. Elmi præeminentiam, & præcedentiam in Proceſſionibus, quamtumvis aliæ Confraternitates loci Turriſdembarra reperirentur in poſſeſſione præcedendi, & forent citra dubium antiquiores; Quapropter Ordinarius Tarraconen. ex prædictis fundamentis præcedentiam conceſſit, & per Sententiam declaravit favore aliarum Confraternitatum antiquiorum, delataque Cauſa ad noſtrum Tribunal coram R. P. D. Caprara prodiit altera Sententia confirmatoria præcedentis; Mihique rurſus in tertia inſtantia commiſſa Cauſa, non obſtante, quod ex parte Confraternitatis S. Elmi, quæ toties ſuccubuerat, expeteretur dilatio, non dubitarunt DD. reſpondere pro Sententiæ Rotalis confirmatione.

Unicum namque motivum, pro præfata Sodalitas S. Elmi ſupponebat poſſe præcedere aliis Confraternitatibus antiquioribus ejuſdem loci, & ſignanter illi SS. Joſephi, & Iſidori, quæ præciſe in hodierna Audientia comparebat, verſabatur in eo, quod ipſa recentius, & conſequenter nitidius erigens Vexillum præcedentiam mereretur, allegando conſuetudinem, quod Confraternitates fulgidiori, magiſque novo Vexillo inſignitæ præcedere ſolerent in loco, de qua ſupra;
2 Sed ultra ea, quæ pro everſione hujus leviſſimi fundamenti ponderata fuerunt, ac ſolide adducta *in dicta præcedenti Deciſione R.P.D. Capraræ §. fin.*, & vltra quod admiſſa huiuſmodi conſuetudine ſequeretur palpabile adſurdum eradicatiuum SS. Canonum, ac tam laudabilis Conſtitutionis Sa. mem. Gregorii XIII., jubente namque eodem Pontifice, quod ubi non conſtat de quaſi poſſeſſione præcedendi, præcedat antiquior Confraternitas, manifeſtiſſimum reddebatur, quod ſemper Confraternitas de novo fundata probabiliter (juxta prædictum inane motivum) præceſſiſſet, quia ſemper novæ Sodalitates novum explicant Vexillum, itaut contraria conſuetudo, quatenus probata fuiſſet, ſubjaceret illis invidioſis emulationibus, de quibus dictum fuit *in præallegata Deciſione hujus Cauſæ d. §. fin.*

Placuit tamen DD. adhærere defectui probationum ſuper aſſerta conſuetudine, cum Teſtes a Confraternitate S. Elmi a principio inducti eamdem conſuetudinem nullo modo concludant, immo potius ab altera Confraternitate Informante repetiti retorqueantur,
3 quando tamen eadem conſuetudo concludentiſſime venit in omni materia, & maxime contra jus, & determinationem Apoſtolicam ab allegante probanda, ex iis, quæ bene prænotarunt *Moron. reſp.5. nu.25. Marant. reſp.51. num.63. & ſeq. part.3.* & noviſſime *Rota in Hiſpalen. Juris ſedendi in Synodo 21. Junii proxime præteriti §. Quo vero ad ſecundam, coram*
4 *R.P.D. meo Mute*; Immo nec eadem conſuetudo

tudo ſuffragatur, niſi in quadragenaria, ſicuti proſequitur *Panim. dec.1. annor. 2. num. 22. Add. ad Pamph. dec.120. n.6.& ſeq. Rot. cor. Coein. dec.865. n.6. & cor. Buratt. dec.19. n. 7. & dec.108. n.4. poſt Tambur. de Iur. Abb. & dec.278. n.16. & 17. part.12. rec.*

Quin etiam, nec forte vbi eadem conſuetudo per Confraternitatem S Elmi fuiſſet liquido iuſtificata, potuiſſet attendi, ex quo
5 Conſtitutio Gregoriana, continens poſtremo loco Clauſulam *ſublata*, decretumque irritans, inficit, quatenus oporteret, qualemcumque contrariam conſuetudinem, quæ progreſſu temporis probaretur, ut eſt de natura eiuſdem Decreti irritantis, ad ſæpius firmata, & præcipue *in dec.39. num.13. & 14. cor. Sa. me. Alex. VIII. & dec.331. n.25. par.12. rec. & dec.418. n.7. cum 2. ſeqq. part.18. & in Colonien. Iuriſdictionis 17. Aprilis 1679. §. Nec ſuffragari, & 29. Martii 1680. §. Cum enim, cor. bo. mem. Albergato, & in d. Hiſpalen. Iuris ſedendi in Sinodo §. Poſt breve autem, coram R. P. D. meo Muto.*

Accedente tandem ad exuberantiam primo iudicato, ac Iudicio Ordinarij contra Confraternitatem S. IEmi informare recu-
6 ſantem: Ordinarii namque Judicium, & cui magis immediate commiſſa eſt cura proprii Dominici Grecis, in hac potiſſime materia præcedentiarum ſummopere, & ſemper in dubio obſervatur, ut animadvertit *Sperell. dec.179. nu.6.* & alia reſponſum fuit *in Aquen. Proceſſionis 1. Iulii 1676. §. Quod etiam in fin.* confirmata *5. Iulii 1677. §. Quod in ſubſtantia, coram bo. mem Bourlmont, & in Burgen. Præeminentiarum 8. Febr. ejuſdem Anni coram eod.* quarum poſterior habetur *poſt Vrceoll. de Tranſact. dec.86. n.38.*

Et ita, informante tantum Confraternitate SS. Joſephi, & Iſidori, altera vero S. Elmi legitime monita, & congrue expectata, reſponſum fuit &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

IVxta firmata in præſenti Deciſione decreta fuit expeditio ſententiæ in Rota Vrbana 14.
7 Februarii ſubſequentis, hoc eſt in Feria ſexta poſt Cineres, in qua Rotam coadunari, ſeu fieri ſpecialiter iniunxit Sa. mem. Vrbanus VIII., quo fit, ut Rota hujuſmodi appellatur *Vrbana*.

De reliquo, quia ( ut fuit ab initio Deciſionis enunciatum ( continuo, & quandoque ſcandaloſæ quæſtiones inſurgunt inter has Confraternitates ſuper præcedentis, non ſuffecit quodammodo ad illarum extirpationem memorata *Conſtitatio Gregorii* XIII. 84.; nam in Sac. Congregatione Rituum, in qua etiam præter Tribunal Rotæ audiuntur, & ventilantur ſimiles diſputationes, caſuam habui conſimilem in præfata Sac. Congregatione diſpunctum, ſeu exitum ignoro, licet in meo ſenſu putarem, juſtitiam aſſiſtere fundamentis adductis in una *Vercellen. Præcedentiæ* ſub Anno 1680., eo modo, qui ſequitur.

Factum breviter reaſſumendo reminiſci exoramus, quod uſque de Anno 1583. in loco Robij, Vercellen. Diœceſis, erecta fuit Confraternitas ſub invocatione Sanctiſſimę Trinitatis, cum ſucceſſiva impetratione Aggregationis obtenta ab ejuſdem nominis Archiconfraternitate Almæ Urbis, & nonniſi poſt quatuor Annos, nempe de Anno 1587. Societas Sanctiſſimi Sacramenti Adverſaria erigi impetravit.

Abinde citra noſtra Societas in omnibus actibus, & Proceſſionibus indiſtincte juxta prętogativam adeptę antianitatis, ac etiam quaſi poſſeſſionis, in qua manebat, uſque ad pręſentem diem conſuevit precedere pręfatę alteri Societati, quę etiam, toties quoties auſa eſt impugnare hanc pręcedentiam, judicialiter ſuccubit: nam non ſemel, ſed quinquies obtinuit eadem noſtra Societas ad ejus favorem pronunciari, primo per Vicarium Generalem Vercellen. ſub die 11. Maij 1588., Secundo per ſucceſſorem in eodem Vicariatu ſub die 10. Aprilis 1592.; Tertio per alium Vicarium ſucceſſorem ſub die 11. Decembris ejuſdem Anni; Quarto per Vicarium Generalem Curię Mediolanen. ſub die 18. Februar. 1593.; Quinto denique poſt acquieſcentiam unius fere Sęculi, nempe die 27. Junij 1678. a pręnominata Curia, ſeu Vicario Generali Vercellen., ut ex tenore earumdem quinque ſententiarum, quę in forma publica exhibentur.

At non obſtante hujuſmodi pluſquam centenaria, & per rem judicatam canonizata quaſi poſſeſſione præcedendi, rurſus inſurrexit Societas contraria, & tamquam ſuper re integra recurſum habuit ad hanc Sacram Congregationem; Unde propoſita fuit Cauſa ſub die 9. Auguſti 1681. dilataque tunc reſolutione, illa ſiluit, donec defuncto uno ex defenſoribus hujus Partis, citatoque ſolum Procuratore noſtrę Confraternitatis, repropoſita fuit hujuſmodi Cauſa ſub die 20. Septembris proxime præteriti, prodijtque
8 reſcriptum -- *Sacra Congregatio cenſuit, indulgendum eſſe, ut Societas Sanctiſſimi Sacramenti præcedat in Proceſſionibus, in quibus Sanctiſſimum Sacramentum defertur tantum, dummodo eadem accedat ad alias Proceſſiones juxta ordinem antianitatis.*

Intimata nuper noſtrę per Societatem Adverſariam hujuſmodi reſolutione, eadem noſtra Societas, quę fuerat inſcia repropoſitionis Cauſę, incontinenti cenſuit tranſmittere perſonaliter ad Vrbem Primicerium ipſius Sodalitatis una cum alio Officiali ad effectum, ut melius ex ejus parte paratis defen-

fenſionibus, Sacra Congregatio dignaretur
eaſdem defenſiones, & fundamenta, quæ
etiam noviter in facto concurrunt, audire,
ſperans etiam ſucceſſivum receſſum a deci-
ſis, tum ſuper præmiſſo principali articulo,
tum ſuper alijs non diſcuſſis, & quæ omni-
modam connexionem habent cum primo.

Et ſape, quatenus pertinent ad præfatum
Decretum, ſeu reſolutionem, utique fate-
mur, quod illa ſumpta in abſtracto cenſeri
poſſit, & debeat juſtiſſima, itaut quando ge-
neraliter diſputatum fuit, an in Proceſſio-
nibus præcedere debeat Societas Sanctiſſimi
Sacramenti, vel alia ſub diverſa nuncupa-
tione, illa, quantumvis poſterior in antia-
nitate, præferri debeat huic, licet anteriori,
quoties peragatur de Proceſſionibus, in qui-
bus Venerabilis Euchariſtia deferatur; ſecus
autem in alijs actibus, & Proceſſionibus;
9 ſive quia congruum eſt, ut ea Societas, quæ
ad hoc præcipuum munus inſtituta eſt, aſſo-
ciet ipſum Sanctiſſimum, velut in actu ma-
gis ſuo, magiſque ejus nomini, & inſtituto
10 connaturali; ſive quia conveniens pariter
aſt, ut membra magis vicina, & prnportio-
nata magis etiam adhæreant Capiti, juxta
*Corſ. Natt.* 62., & in hunc ſenſum utique, ut
præmiſimus, ſunt commendabiles omnes
aliæ reſolutiones, quæ idipſum in contin-
gentia caſuum determinarunt, quemadmo-
dum refert *Barboſ. in Summ. Apoſt. deciſ. col-
lect.* 207. *num.* 33. *&* 34., & per extenſum re-
giſtravit *Pignattell. conſult.* 193. *per tot. tom.* 4.
*Panimoll. deciſ.* 1. *nu.* 17. *&* 18., qui omnes ul-
11 terius advertunt, quod ex hoc ipſo motivo
cujuſdam majoris rationabilitatis, & con-
gruentiæ Sacra Congregatio ſolet (ut fa-
ctum fuit in caſu noſtro) reſcribere per ver-
bum, *poteſt indulgeri*, cum conditione tamen
*- dummodo eadem Sodalitas Sanctiſſ. accedat ad
alias Proceſſiones ſecundum ordinem antianitatis.*

Sed punctus ſtat, an iſtæ tam ſanctæ, &
fundatæ Declinationes locum ſibi vindicare
valeant in concreto noſtri caſus, quando nem-
12 pe per ſpatium centenarium, & ultra con-
ſuevit ſemper præcedere Confraternitas no-
ſtra Principalis, & emanarunt quinque ſen-
tentiæ corroborantes ipſam conſuetudinem,
nec non per Annos circiter 90. ſcilicet ab
Anno 1593. uſque ad Annum 1678. Societas
contraria acquievit eidem rei judicatæ, & e
converſo noſtra permanſit in pacifica quaſi
poſſeſſione præcedendi, in his enim circum-
ſtantijs credere non poſſumus, quod Sacra
Congregatio voluerit non ſolum in hac, ſed
in omnibus præcedentibus reſolutionibus
præjudicare tam inveteratæ conſuetudini,
& rei judicatæ; eſto namque, quod præmiſ-
ſa motiva congruentiæ, quæ militant favore
alterius Societatis, vincant motivum antia-
nitatis, & per conſequens dignoris qualitatis,
quæ viget favore noſtræ Confraternitatis,
non tamen ſuperare poſſe videntur conſue-
tudinem, & rem judicatam, tum ex regula
13 generali, quod in materia præcedentiarum,
& ſignanter in ordine ad Proceſſiones, prin-
cipalem locum ſibi vindicat conſuetudo, ut
tam de Iure, quam ex ſenſu hujus Congrega-
tionis tradunt *Antonell. de regim. Eccleſ. lib.* 3.
*cap.* 18. *§.* 1. *num.* 6. *Frances de Eccleſ. Cathedr.
cap.* 25. *n.* 377. *Tranchedin. conſult.* 14. *n.* 1. *cum
plur. ſeqq.* pleniſſime *idem Panimoll. d. dec.* 1. *n.* 1.
*& ſeqq. Rot. dec.* 229. *n.* 1. *penes Poſth. de manut.
& cor. Merlin. dec.* 779. *n.* 1. *& cor. Bich. dec.*
566. *n.* 8. *& in Voto* 8. *n.* 2. *& ſeqq. poſt Rembald.*,
& alibi millies.

Tum etiam, quia conſuetudo adeo potens
14 eſt, ut debeat obſervari etiam in iis, quæ
ſunt contraria diſpoſitioni Iuris communis
ut inquit *Ricc. collect.* 1069., *& collect.* 1446.
*Tranchedin. d. conſult.* 14. *n.* 6. *& ſeqq. Sperell.
decis* 76. *n.* 4. *& dec.* 179. *n.* 3. *Panimoll. d. dec.* 1.
*n.* 20. *& ſeqq.* & rurſus *ibidem in annot.* 2. *n.* 1.
*Barboſ. ad Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.*
13. *n.* 12. *&* 13. *Rot. d. dec.* 229. *n.* 2. *poſt Poſth.
de manut & dec.* 4. *n.* 35. *cor. Emin. Otthobon.*,
*& in Burgen. Præminentiarum* 1. *Iulii* 1676.
*§. Ceſſat pariter poſt med. cor. Bourlemont.*

Unde multo magis, dum hujuſmodi con-
ſuetudo poteſt quidem dici contraria præ-
15 fatę majori congruentiæ, ſed non jam Iuri
communi, cum nulla Legge, vel Canone
contrarium expreſſe diſponatur, ut ait *Rot.
cor. Put. dec.* 197. *n.* 1. *in fin. par.* 1. & poſt eam
*Pignattell. conſult.* 46. *n.* 4. *verſ. quin etiam to.* 3.,
qui idcirco ſubiungit, in hoc caſu ſufficere
16 pro ipſa conſuetudine ſpatium decem An-
norum, prout notavit etiam *Panimoll. d. de-
ciſ.* 1. *n.* 22. *Nicol. in Floſculis verb. Conſuetudo
n.* 1.

Atque hinc in noſtra pręciſſa quęſtione re-
17 flectere debemus, quod non tantum *Natt.
in d. originali conſ.* 62. *Pignatel. & Panimoll.*
referentes contrarias (ut ſupra) reſolutio-
nes, nituntur conſuetudini, quæ ex oppo-
ſito vigebat pro Societate Sanctiſſimi Sacra-
menti, quodque Sacra Congregatio tam in
præſenti, quam in præteritis Declarationi-
bus uſa eſt illo verbo - *cenſuit indulgendum*,
18 quod ſane ſignificat; Iuris rigorem ſtare in
oppoſitum, ut in terminis obſervat *Caren. re-
ſol.* 77. *ex n.* 21. *cum ſeqq.*. & preſertim *n.* 25.
19 ſed quod ubi eadem Sacra Congregatio pu-
tavit, infrigendam eſſe conſuetudinem,
tamquam abuſivam, & ſapientem potius
corruptelam in hoc propoſito pręcedentia-
rum, vel in alio quolibet conſimili, ſemper
reſcripſit - *quacumque conſuetudine non obſtan-
te*, & quoties eadem conſuetudo fuiſſet imme-
morabilis, vel centenaria, ſuperadiecit - *non
obſtante conſuetudine etiam immemorabili*, ut eſt
notorium, & habetur apud *Barboſ. dicta col-
lect.* 207. *n.* 32., & alibi quotidie.

Ac de facto novum non eſt, quod vel ex
ali-

aliqua majori congruentia, ac etiam de Iure
opurteret pro una Parte reſcribere, & nihilo-
minus, quia eadem conſuetudo dici non
poterat pœnitus abuſiva, & irrationabilis,
Sacra Congregatio cenſuit, abſtinendum fo-
re ab infractione ejuſdem conſuetudinis,
immo reſpondit, eadem conſuetudinem
eſſe ſervandam, quemadmodum de Iure ha-
20 bemus, quod Confraternitas Sanctiſſimi
Sacramenti non poteſt in Funeralibus, vel
Proceſſionibus, ad quas vocatur, deferre
Crucem, ex reſolutione, de qua *Barboſ. dicta*
21 *collect. 207. n. 45.*, & tamen eadem Sac. Con-
gregatio conceſſit literas remiſſoriales Socie-
tati Sanctiſſimi Sacramenti Anconæ ad pro-
bandam contrariam conſuetudinem, ut pe-
nes eumdem *Barboſ. de collect. 207. n. 36.* prout
22 Confraternitatem S. Petri Martini Hiſpalen.
in ſua poſſeſſione incedendi in Funeralibus
cum ſolito Vexillo manutenendam eſſe reſ-
pondit, ut apud *Barboſ. de collect. 207. n. 40.*
23 Item de Jure Vicarius non deberet præce-
dere Dignitates, & Canonicos Paratos, vel
(ubi Præbendæ ſintdiſtinctæ) Canonici poſ-
ſidentes præbendas Presbyterales præcedere
deberent Canonici poſſidentibus Prębendas
Diaconales, vel Subdiaconales, ſed adhuc,
24 ubi contraria viget conſuetudo, illam ſer-
vandam eſſe præcepit Sacra hæc Congrega-
tio, ut per *Barboſ. collect. 228. n. 1. 4. & 8.* cum
aliis caſibus, qui hactenus ſtudio brevitatis
omittuntur.

25 Immo tanta eſt vis iſtius conſuetudinis,
ut non tantum *Sa. mem. Gregorius XIII.* in ejus
Bulla, quæ incipit - *expoſcit* apud *Lacrt. Che-
rubin. tom. 2. fol. 467.* mandaverit, ſupra antia-
nitatem ſervandam eſſe conſuetudinem, li-
cet antianitas efficiat, quod quis dignior al-
tero cenſeatur: Sed cum, approbante etiam
Summo Pontifice, Sac. Congregatio ſtatue-
rit ſub die 30. Auguſti 1593. & ſic poſt editam
dictam Conſtitutionem *Gregorii*, quod in fu-
rurum circa hujuſmodi Præcedentias ſerva-
retur idipſum, quod ſervatur in Vrbe Ro-
26 ma; attamen deinceps eadem Sacra Con-
gregatio decrevit, prævalere debere, ſeu ſer-
vandam eſſe conſuetudinem cuiuſcumque
loci, non obſtante præfata Conſtitutione *Gre-
gorii* XIII., & non obſtante, quod contra-
rium ſervaretur in Vrbe, ut referunt *Lezan.
verb. Praecedentia n. 6. Paſqualig. ad Lauret.
de Franch. de controverſ. inter Epiſc. & Regul. fol.
mihi* 14. § *Quia tamen Novar. in Summ. Bullar.
par. 2. comment. 96. n. 1. 2. & 3.* Ideoque ſi quaſi
poſſeſſio, ſeu conſuetudo prævaluit diſpoſi-
tioni Juris quoad antianitatem, Bullæ Gre-
27 gorianæ, & conſuetudini Vrbis Romæ, quę,
veluti Caput Orbis, præbere normam debe-
ret aliis Civitatibus, ut in ſpecie noſtra poſt
*Vincent. de Franch. dec. 253. n. 6. Panimoll. d. de-
ciſ. 1. annot. 3. n. 19. & 20.* Quid dicendum,
quoties (ut ad præſens) concurrit favore
noſtræ Societatis conſuetudo inconcuſſa, ea-
que juncta cum antianitate?

Furtius vero, quia eadem conſuetudo non
ſiſtit in uno, vel altero actu, aut ſpatio dum-
taxat decem Annorum, quod exuberaret,
ut ſupra; ſed præterquam ea ſuperexcedit
centenariam, ad ſunt quinque ſententiæ, &
ob id res proculdubio judicata cum ſucceſſi-
va alterius Societatis acquieſcentia ab An-
no 1593. uſque ad Annum 1678., reflecten-
do ulterius, quod eædem ſententiæ non poſ-
ſunt redargui de imaginabili injuſtitia, dum
prodierunt circa præfatum tempus 1593.,
in quo *Sacra Congregatio Epiſcoporum*, ut ſupra,
declaraverat, localem conſuetudinem eſſe
præferendam antianitati, Bullæ Gregorianæ,
& obſervantiæ Urbis Romæ, quando de
28 cœtero tanta vis eſt rei judicatæ, ut nec Sa-
cri Concilij Tridentini Decreta illam tan-
gant, quoties de eadem re judicata non fa-
ciant expreſſam mentionem, ut firmat *Rot.
cor. Seraph. dec. 712. nn. 5.* ubi referendo de-
ciſa in Cauſa *Legionen. Iuriſdictionis*, dicit ibi
firmatum, quod Concilium non tollit ſen-
tentias, & res judicatas, *ibique* plene *Adden.
lit. B.*

Cœterum quando in nova propoſitione
Sacra Congregatio (prout nunquam cre-
dimus) perſiſtendum cenſeret in deciſis in
hoc primo articulo, fas eſt ſaltem ſupplica-
re eidem Sacræ Congregationi, quod pari-
formiter, ut inquit *Caren. d. reſol. 77. ex n. 23.
cum ſeqq.* gratiam faceret, & indulgeret no-
ſtræ Societati, ut poſſet abſtinere a ſimulta-
nea Proceſſione in diebus, quibus præcedere
debere Sodalitas contraria, ſupplendo defe-
ctum illius talis qualis diminutionis Cultus
Divini cum obligatione noſtræ Confraterni-
tatis, ut proceſſionaliter accedat eadem die
ad Eccleſiam Parochialem, vel alio modo,
prout melius videbitur arbitrio Ordinarii,
abſque eo, quod id valeat præſeferre aliquam
repugnantiam, alias enim habemus ab hac
29 Sac. Congregatione reſolutum, ut Confra-
ternitatibus, quę concordari non poſſunt
circa pręcedentiam, pręcipiatur, ne ſimul
exeant, ſed alternatim, ut videre eſt penes
*Nicol. in floſcul. verb. Confraternitas n. 22.* Qui-
nimo in longe durioribus proponente clar.
mem. Cardinali Brancaccio Sen. de Anno
30 1644. Menſe Maij *in Oppiden. Præcedentiæ*, ne
conſuetudo everteretur, firmatum fuit pro
PP. Cœleſtinis, ut liceret inter ipſos, &
Clerum ſęcularem alternatim incedere, ut
teſtatur *Pignattell. conſult. 35. n. 30. lib. 4.*

## *NOVA ADDITIO.*

HUjus Deciſionis in ſimili materia memi-
nit nuperrime *Rot. in Andrien. Pręeminen-
tiarum ſuper bono Jure 17. Febr. 1710. §. diſpoſi-
tioni, cor. R.P.D. meo Aldrovando*, ubi cum
con-

controverſia ſtaret inter Confraternitatem
Sanctiſſimi Sacramenti, & alteram Sanctiſſimi Nominis Jeſu, & principaliter inquireretur anterioritas alterutrius, quæ ſecundùm determinata per Conſtitutionem *Gregorii XIII. la* 83. §.3. *Bullar. nov. tom.* 2. debet attendi, ut diximus in præſenti Deciſione, amaritudo reducebatur ſuper eo, quod Confraternitas Sanctiſſimi Sacramenti prætendebat, ſe eſſe anteriorem perpenſo initio ſuæ fundationis; verùm cùm ab indè paulò poſt ex cauſa peſtis ferociter graſſantis deſierit eadem Societas in aſſueta forma coadunari, & per aliquod tempus in tali ſtatu perduraverit, & ſolùm nuperrimè, ſcilicet de Anno 1701. revivificata fuerit ab Epiſcopo, opponebatur per contrariam Confraternitatem, quod ab hoc poſtremo tempore dumtaxat metienda foret fundatio, maximè, quia nec de vero initio Confraternitatis Sanctiſſimi Sacramenti per publicum Inſtrumentum appareret: Sed his non obſtantibus *Rota* ubi ſupra *coram R. P. D. meo Aldrovando* cenſuit, antiquiorem eſſe Confraternitatem Sanctiſſimi Sacramenti, illique in ſequelam deberi præcedentiam; Quatenùs enim pertinebat ad
31 deficientiam Inſtrumenti fundationis; reputarunt Domini, quod ab aliis ſcripturis, & juſtificationibus poſſet deſumi probatio æquipollens, uti liquebat ex facto, & abſtractivè quoad præmiſſam propoſitionem afferebatur
32 exemplum unionis, quæ, tamquam non præſumenda, requirit claram, & inſtrumentalem probationem, ſed adhuc ſi modo, quo ſuprà, eam fuiſſe legitimè ſequutam eruatur per æquipollens, planè ſufficit, ex *Cavaler. dec.* 599. *num.* 6. *Cerr. dec.* 240. *num.* 8. *Priol. dec.* 252. *num.* 3. & in terminis probandæ an-
33 tiquioritatis inter Confraternitates *eadem Rot. coram Pamphil. dec.* 392. *num.* 4.

Quoverò ad prædictam revivificationem,
34 rectè diſtinctum fuit, quod ſi derelictio Confraternitatis proveniſſet ex culpa Confratrum, tunc per reviviſcentiam ejuſdem Confraternitatis ſivè materialem, ſivè formalem priſtina jura, prærogativæ, & privilegia non reviviſcerent, ad tradita in propoſito per *Gaill. practic. obſervat.* 61. *ex n.* 4. *cum ſeqq. lib.* 2. *Ricciull. lucubrat. eccleſiaſt. lib.* 4. *cap.* 20. *n.* 2. & 3.

Sed ſi ex cauſa involuntaria alicujus infortunii, ſeù peſtis ceſſaſſet Confraternitas, in
35 hiſce è converſo terminis eadem Confraternitas, ſeu Collegium, veluti jure poſtliminii reverſum, recuperat omnia Jura honorifica, & prærogativas, quibus anteà fruebatur, juxtà doctrinam *Bart. in l. final. num.* 24. *ff. de Colleg. Ricciull. dict. lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 2. & 4. *Pollizar. manual. regular. tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 6. *ſub*
36 *n.* 279. & declaravit in materia præcedentiæ *Sacra Rituum Congregatio*, ut refert *Pignattell. conſultat.* 183. *n.* 6. & 7. *tom.* 9. *Rot. cor. Emerix Jun. dec.* 1025. *n.* 25. & *ſeqq.*



## ROMANA CAMBII.

*Veneris* 24. *Januarii* 1698.

### ARGUMENTUM.

De præſumpta ſatisfactione Creditoris, tàm ob lapſum temporis Statutarii, & longa acquieſcentia donec vixit, quàm ex adminiſtratione facta de bonis, & effectibus ſui Debitoris, itaut exindè fidejuſſor remaneat liberatus, præſertim, quotiès ex facto ipſius Creditoris alterata fuit natura contractus principalis. Et quomodò probetur, adminiſtrationem à Creditore ſuſceptam habuiſſe effectum, & conſecutivè eumdem Creditorem potuiſſe, vel fuiſſe integrè ſatisfactum de ſuo Credito.

### SUMMARIUM.

1 *Reſtitutio in integrum adversùs rem judicatam non conceditur, niſi doceatur, quod præcedens Judicatum vel in Jure, vel in facto collabeſcat.*

2 *Solutio præſumitur ſecuta, quotiès Creditor, de cætero diligens, & induſtrius, donec vixit nil petiit à prætenſo Debitore.*

3 *Præſcriptio Statutaria Urbis facit præſumere ſolutionem poſt lapſum* 16. *Annorum, quoties nulla præceſſit inſtantia, vel mutatio ſtatus ex parte Creditoris.*

4 *Præſcriptio Statutaria Urbis ligat etiam exteros, & Forenſes Creditores in eadem Urbe litigantes.*

5 *Creditor præſumitur ſatisfactus de ſorte Cambii, quandò ultrà taciturnitatem* 16. *annorum omiſit etiam adimplere onus ſibi injunctum tranſmittendi ſpaccia ad Nundinas, & Pratens.*

6 *Solutio integraliter facta præſumitur per Debitorem, quotiès poſt factam ſolutionem in parte concurrit longa acquieſcentia Creditoris in non petendo reſiduum.*

7 *Creditor adminiſtrans bona ſui Debitoris præſumitur de ſuo Credito integrè ſatisfactus, donec reddiderit rationem de effectibus adminiſtratis.*

*Intellige, id procedere, dummodò probetur, Creditorem effectivè adminiſtraſſe, & ulteriùs adminiſtraſſe tot bona, ex quorum redditibus potuerit plenariè ſatisfieri*, num. 8.

*Subdeclara, ut num.* 15., & 16.

9 *Feudum non poteſt obligari, vel hypothecari abſquè aſſenſu Domini directi.*

10 *Poſſeſſio probatur ex publico Inſtrumento ſuper illius adeptione ſtipulato.*

11 *Poſſeſſio ſemel capta præſumitur continuata, donec contrarium probetur.*

12 *Aſſertio Principis Supremi emiſſa in aliquo ordine, vel mandato, & ſic in actu proportionato, nequit in dubium revocari.*

13 *Poſſeſſio probatur ex locationibus effectum ſortitis mediante exactione penſionum, vel affictuum.*

14 *Poſſeſſio præſumitur ſuper continuata in vim tituli preambuli, donec de contrario titulo doceatur.*

S

16 Præ

16 *Præſumptio nequit allegari, quoties veritas militat in oppoſitum.*

17 *Fidejuſſor remanet liberatus per novationem, vel alterationem naturæ principalis obligationis ſecutam ex facto Creditoris.*

18 *Res inter alios acta tertio non præjudicat.*

19 *Fidejuſſor remanet liberatus ex ſolutione facta Creditori per Principalem debitorem.*

20 *Statutum inducens ex curſu temporis præſumptam ſolutionem, tranſacto dicto tempore tollit fidem Inſtrumento.*

*Statutum præditum eò magis habet locum, quando concurrunt conjecturæ urgentes pro ſolutione, num.21.*

*Conjectura ſolutionis eſt, quando Creditor eſt pauper, num.22. & 24.*

*Item qualitas Debitoris probi, & facultatibus idonei, num.23.*

*Amplia, quod concurrentibus hinc indè conjecturis pro, vel contrà præſumptionem ſolutionis, ſemper in dubio intrat diſpoſitio dicti Statuti, num.32.*

25 *Præſcriptio ſemper longè major requiritur inter abſentes, quàm inter præſentes.*

26 *Statutum Urbis inducit præſumptam ſolutionem non præſcriptionem.*

27 *Teſtis unicus, & ſingularis non probat.*

28 *Præſcriptio non currit non valenti agere.*

*Limita, quando impedimentum potuit removeri, num.29. & 31.*

*Et quando dicatur impedimentum poſſe removeri, num.30.*

33 *Conſenſus Domini directi requiritur in Feudi alienatione.*

*Et etiam Agnatorum in Inveſtitura compræhenſorum, num.34.*

*Aliàs hypotheca non durat, niſi vivente eo, qui obligavit, num.35. & 36.*

37 *Feuda de conſuetudine alienari, & obligari poſſunt, etiam diſſentientibus Agnatis, dummodò accedat Domini conſenſus.*

38 *Conſuetudo vicinæ Regionis inſpicitur, quandò ea deficit in loco.*

39 *Primogenitura in Feudis quid operetur, & n.40.*

41 *Filius, etiam non hæres Patris in Feudalibus, ſaltem ex fructibus tenetur ſatisfacere Creditoribus paternis, & num.42.*

43 *Favore Montiſtarum plura urgent privilegia.*

44 *Succeſſor in Feudo quando teneatur ad debita anteceſſoris.*

45 *Conſenſus non natorum minimè requiritur in obligatione Feudi, & num.47.*

46 *Alienatio bonorum Fideicommiſſi facta per gravatum non præjudicat ſequentibus vocatis, quominus ex propria perſona vindicare valeant bona alienata.*

## DECISIO XXVI.

PUlſati coram A. C. hæredes Aotonii ſub prætextu, ſivè titulo cujuſdam fidejuſſionis, quam ad favorem Pauli Antonii eorum Author iniverat ſuper acceptatione, & ſatisfactione cujuſdam Mandati facienda per Caſtellum, & Nigronos Affictuarios Venæ Ferri Inſulæ *dell' Elba*, ſuccubuerunt ab initio non minùs in eodem Tribunali, in quo relaxatum extitit Mandatum ad intereſſe hujus non ſecutæ acceptationis, & reſpectivè ſatisfactionis in ſubſtantia reducibile, ac reductum ad cambium in ſorte ſc.1800. auri, illiuſque fructus, quod ex conventione celebrata inter Paulum Antonium, & Plumbini Principem debebat exſolvi per eoſdem Affictuarios, quam etiam in Rota coram Emerix jun.; Verùm deinceps ex parte præfatorum hæredum Antonii, lucidiùs facto enucleato, prodiit ad eorum indemnitatem ſub die 14. Junii 1697. coram R. P. D. meo Molines ampliſſima Deciſio firmans, non eſſe procedendum ad legitimam executionem Mandati A. C. nec *Exequatur* conceſſi coram præfato Emerix juniore, itaut poſtrema hæc reſolutio cum ſucceſſiva expeditione Sententiæ abſolutoriæ tranſitum (ex contumacia in appellando pro parte habentis cauſam à Paulo Antonio) fecerit in rem judicatam, de cujus juſtitia cum hodiè conſuluerim Dominos, non fuit ullo modo dubitatum per reſcriptum, *non conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum.*

Cum enim intantum Juſtitia rei judicatæ concuti valeat, aperiendo viam reſtitutioni, inquantum proſequendo Judicium eluceſcat in Jure, vel in facto, rem alitèr ſe habere,
1 quàm fuerit definitum in præcedenti ſententia, proindeque ob læſionem, quæ ſivè ex uno, ſivè ex altero capite emergeret, Judex cogatur eamdem rem judicatam mediante præfata reſtitutione in integrum reſcindere, quemadmodum continuè practicari ſolet, & debet, ex deductis per *Bart. in l.1. n.8. & 9. C. ſi adverſ. rem judic. Ridolphin. in prax. par. 1. cap.13. n.449. & ſeqq. Rot. dec.393. n.2. par.18. recent. in Cavallicen. Pecuniaria 15. Junii 1696. §. Quemadmodùm enim, coram R.P.D. meo dell' Olmo, & in Ferrarien. Feudi 17. Jun. Anni proximè præter. §. in fin. cor. R.P.D. meo Caprara.*

In noſtra hypotheſi ſolidiſſima reperta eſt baſis, ſuper qua neceſſitas abſolvendi hæredes Antonii fundabatur, quia nempè a'ſerta eorum obligatio unicè promanabat a promiſſione, quam ſubiverat Antonius de curando, quod Caſtellus, & Nigroni Affictuarii Venæ Ferri Inſulæ *dell' Elba* nedùm acceptaſſent, ſed etiam ſatisfeciſſent Mandato in eos directo per Principem Plumbini occaſione Cambii, ut ſuprà, contracti cum Paulo Antonio; ſed cum idem Paulus Antonius per ſpatium viginti, & ultrà Annorum ſuperſtes nuſquam inquietaverit eumdem Antonium, vel ejus hæredes, ac de cætero uti inſignis Januenſis Mercator notoriæ quidem foret probitatis, ſed etiam non minoris ſolertiæ, & induſtriæ, nimiùm de facili inſurgebat

gebat præſumptio, quod Antonius ſuſce-
2 ptum onus abundè implevifſet, quodque Paulus Antonius prædictus plenariam Cambii ſatisfactionem reportaſſet, non ſolùm ob regulas generales, quas in propoſito præſumendæ ſatisfactionis per acquieſcentiam ſolliciti Creditoris habemus in Iure, per *Text. in l. ſi quis fortè* §. 1. *ff. de pæn.* cum quo in his terminis procedunt *Rimiuald. jun. conſ.* 407 *n.* 14. *Bertazzol. conſ. civil.* 118. *ex num.* 6. *cum plur. ſeqq. Maſcard. de probat. concl.* 1325. *n.* 27. *Capyc. Galeott. contr. for. lib.* 2. *contr.* 14. *n.* 11. *Epiſc. Rocc. ſelect. diſput. Jur. cap.* 155. *ex n.* 3., & ſignanter *num.* 6. *cum duob. ſeqq. Rot. coram Merlin. dec.* 124. *n.* 19. *& dec.* 175. *num.* 15. *cum duob. ſeqq. par.* 17. *rec.*, *& in Camerinen. Cenſus ſuper puncto accollationis* 25. *Junii* 1696. §. *Conjecturæ autem cor. R. P. D. meo Molines*; ſed etiam vigore Statuti Urbis *cap.* 158. *lib.* 1., quod per
3 ſimplicem defluxum Annorum 16., ubi non appareat de ulla interruptione, vel inſtantia, aut mutatione ſtatus in Creditore, ſolutionem, ac ſatisfactionem præſumit, & cum quo in his materiis paſſim proceſſit *Rota*, & ſignanter *cor. Pamphil. deciſ.* 98. *num.* 1. *& ſeqq. & cor. Merlin. d. dec.* 124. *n.* 1. *cum ſeqq. & in rec. d. dec.* 175. *n.* 1. *&* 2. *& dec.* 379. *n.* 3. *& ſeqq. par.* 17. *& dec.* 285. *n.* 9. *cum ſeqq. par.* 18.

Abſque eo, quod ambigi valeret, quod hujuſmodi Statutaria Cenſura compræhenderet perſonas in lite exiſtentes: Quia ultrà quod Paulus Antonius Creditor à ſua prima juventute uſque ad ultimum ſenium, incolatum firmum retinuit in Urbe; adhuc in no-
4 ſtro Tribunali pluries firmatum fuit, prædictum Statutum Urbis *cap.* 158. compræhendere etiam exteros in Urbe, & Curia litigantes, uti liquet ex *dec.* 158. *per tot. poſt Fenzon. ad Statut. Urb. & dec.* 746. *n.* 3. *& per tot. par.* 4. *diverſ. & cor. Dunozett. Sen. dec.* 321. *n.* 1. *&* 2. *Rembold. dec.* 388. *n.* 12. *Merlin. d. dec.* 124. *n.* 3. *Dunozett. Jun. dec.* 597. *n.* 3. *& cor. Card. Cerr. dec.* 147. *n.* 10. *& d. dec.* 165. *n.* 11. *par.* 17. *rec. & dec.* 391. *n.* 14. *& ſeqq. par.* 18. *& in Fulginaten. Pecuniaria* 3. *Junii* 1689. §. *Neque obſtare cor. Eminentiſs. Caccia Archiepiſc. Mediolanen.*

Fortiùs verò, quia nudam præſumptionem Statutariam de per ſe, veluti non conflictatam, ſivè enervatam a contrariis conjecturis, ſufficientem, concomitabantur favorabiles circumſtantiæ, inter quas vehementer urgebat illa non ſecutæ tranſmiſſionis ſpacciorum ad Nundinas pro hujuſmodi
5 Cambio ex parte Pauli Antonii, quod utiquè nimis adauget ſuperiùs inſinuatam inveriſimilitudinem reſpectu ejuſdem Pauli Antonii, qui tanquam induſtrius, & ſollicitus ità de facili non omiſiſſet augere Capitale (niſi fuiſſet per ſatisfactionem extinctum) cum aſſuetis fructibus, & acceſſionibus ejuſdem Cambii: Verùm, ultra circumſtantias, ac præſumptiones corroborantes Statutariam, ſuperaccedebant quaſi certæ demonſtrationes, ac probationes, nam pro quantitate ſcutorum 3000., & ultra auri fuiſſe ex effectibus, & moneta Principis Plumbini Paulo Antonio ſatisfactum in cauſam prædicti Cambii ſc. 18000. auri, palam fiebat ex publicis Inſtrumentis exhibitis:
6 quando etenim præſumptioni orienti ex longo temporis decurſu, & inveriſimili, diuturnaque Creditoris acquieſcentia adſtipulatur innegabilis ſolutio debiti in parte, planiùs incaleſcit præſumptio ſatisfactionis in totum, teſte *Dond. conſult.* 80. *num.* 14. *Urceol. conſult.* 23. *n.* 13. *Rot. cor. Duran. dec.* 409. *n.* 21. *& dec.* 86. *n.* 9. *part.* 11. *rec. & dec.* 385. *n.* 5. *&* 6. *par.* 13. *& in Eugubina Pecuniaria* 3. *Junii* 1672 §. *Nec urget cor. Albergato.*

Eòque manifeſtiùs, quia, ultra præmiſſa, conſtitit, Paulum Antonium per ſpatium ſeptem Annorum, nempe ab Anno 1678. uſque ad Annum 1685. effectivè adminiſtraſſe nedùm Venam Ferri, illiuſque emolumenta, ſed etiam univerſos redditus Status Plumbini; quapropter, ſuppoſita hujuſmodi adminiſtratione redditLum longe excedentium fructus Cambii jam, ut diximus, indubitanter in parte extincti, locum ſibi vindicabat illa in ſuis terminis certiſſima propoſitio, quod,
7 niſi Adminiſtrator rationem reddat de effectibus per ſe adminiſtratis, & de reliquo ad ejus Debitorem ſpectantibus, credatur ſibi plene ſatisfeciſſe, ut præter allegatos in præcedenti *dec. diei* 14. *Junii* 1697. *cor. R. P. D. meo Molines*, proſequuntur congeſti per *Sard. conſ.* 290. *n.* 33. *Noguerol. alleg.* 40. *n.* 29. *cum ſeqq. Rota cor. Pamphil. dec.* 569. *n.* 4. *& coram Royas dec.* 120. *n.* 7. *&* 8. *& coram Card. Cerro dec.* 86. *n.* 8. *& in rec. dec.* 391. *n.* 8. *p.* 5. *dec.* 165. *num.* 22 *&* 23. *& dec.* 192. *num.* 4. *&* 5. *par.* 10. *& dec.* 345. *n.* 23. *cum duob. ſeqq. par.* 15.

Non negabat etiam in præterita Inſtantia Nepos, & hæres Pauli Antonii Creditoris veritatem propoſitionis, ſed radicitùs evertere ſatagebat ipſam adminiſtrationem, controvertens, quod eadem adminiſtratio fuerit poſitive ſuſcepta per Paulum Antonium, vel quod conſecuta fuerit effectum; & in
8 omnem caſum ſubjungebat, non liquere, quod ex adminiſtratione prædicta tot redditus ad ejuſdem Pauli Antonii manus pervenerint, ex quibus opportune ſatisfieri valuerit, in quibus ſanè terminis evaneſcere abſtractam præſumptionem ex adminiſtratione in genere reſultantem, fatentur adducti per *Joſ. de Roſa conſult.* 37. *n.* 17. *Rot. cor. Bich. deciſ.* 131. *n.* 22. *& ſeqq.*, *& dec.* 465. *n.* 26. *&* 27. cum cæteris *in Romana Pecuniaria* 1. *Julii proximè præteriti* §. *Non ſubſiſtente coram* R. P. D. *meo Muto.*

At neutrum ex capitibus præfatæ exceptionis firmitatem habere viſum eſt; quatenus enim ſpectabat ad adminiſtrationem à Pau-

lo Antonio conventam ; res erat manifeſta mediante publico Inſtrumento ; in quo de recipienda hujuſmodi adminiſtratione apparebat ſtabilitum Matriti ; quoverò ad illius effectum, conſumatamque executionem, tot concurrebant probationes, & circumſtantiæ ; ut præfatam effectuationem redderent manifeſtam: Conſtabat ſiquidem de primordio propter aſſenſum à Majeſtate Regis Catholici benignè attributum, & interventum, ob eam prærogativam, quam leges Fœudales
9 juſtè præcipiunt ; ut nonniſi conſentiente Domino directo (qualis eſt Sereniſſimus Rex Hiſpaniarum) poſſint per Fœudatarium, licèt primi Ordinis, effectus Fœudi ulli Creditori ſubjugari, ſeù hypothecari ; per *Tiet. in cap. Imperialem de probib. Fœud. alien. per Friderk. Staiban. reſol. for. cent. 1. reſol. 12. num. 6. & 7. Marcian. diſput. for. lib. 1. diſp. 27. n. 2. Card. de Luc. de Fœud. diſc. 109. n. 7. & ſeq. Rot. dec. 622. n. 8. & 9. cor. Dunoz. Jun.*

Primordium ſubſequebantur fulgidiſſimæ demonſtrationes, cùm nedum Paulus Antonius iniverit Mandatum Procuræ in perſonam Jacobi ad capeſſendam adminiſtrationem prædictam, ſed etiam cùm in prædicto Regio aſſenſu lex contineretur, ut dimitteretur quidam Pichinottus detentor eorumdem reddituum pro ſumma ſc. 16000. ; adamuſsim in præcitato Mandato Procuræ directo Jacobo imponitur Mandatario, ut ipſum Pichinottum ſolvendo dimittat ; ideòque dum poſt tot actus præambulos ad eumdem finem conſequendæ quaſi poſſeſſionis adminiſtrationis, exhibitum fuit Inſtrumentum adeptæ poſſeſſionis prævio Judicis in loco reſidentis Decreto, ac præcepto . de plano emergebat , quod & Pichinottus fuerit dimiſſus, & Regius aſſenſus debitæ executioni demandatus ; quodque in ſubſtantia foret innegabilis effectuatio adminiſtrationis, ſuper qua nullum ambigendi refugium rema-
10 nebat: nulla namque major probatio valet exoptari, quàm ea, quæ reſultat ex publico Inſtromento in vim Decreti Judicialis celebrato ſuper ipſa adeptione poſſeſſionis, ad tradita per *Poſtb. de manut. obſerv. 21. n. 5. cum ſeqq. Rot. poſt eumdem dec. 44. & dec. 176. & cor. Celſ. dec. 404.* in omnibus *num. 1. & dec. 101. num. 9. cor. Zarat.*, & alibi millies.

Quodque eadem quaſi poſſeſſio, ſive effectuatio non fuerit ephymera , ſed diuturna, nimirùm à prædicto Anno 1678. uſque ad Annum 1685., manifeſtabant ſucceſsivæ locationes etiam cum alteratione ſtatuum præcedentium initæ per Jacobum Mandatarium Pauli Antonii ; Ideoque ubi poſt adeptam
11 poſſeſſionem liquet etiam de actibus poſſeſſoriis, & conſecutivis, quotieſcumque contrarium non oſtenditur per impugnantem, præſumitur ſemper eadem quaſi poſſeſſio continuata, ex doctrina *Abb. in cap. Olim, 12. n. 14. de reſtit. ſpoliat. Noal. conſ. 98. n. 13. Poſtb. de manut. obſerv. 17. n. 24. cum ſeqq. Rot. dec. 706. n. 5. par. 2. rec. & dec. 15. num. 7. par. 10. & deciſ. 290. n. 14. par. 18.*

Evidentiùs autem, quia idem Catholicus Hiſpaniarum Rex, non obſtante præcedenti ordine, ut apponeretur Œconomus in rata tangente Paulum Antonium ; ex quo tunc temporis non docuerat depoſuiſſe ſummam petiarum 75000. pro ſatisfaciendis Creditoribus Principis Plumbini in Villa Matriti commorantibus , deinceps de Anno 1684 per aliud diploma præſupponebat , eumdem Paulum Antonium fructus adminiſtrationis Venæ Ferri, aliorumque effectuum ad Principem Plumbini attinentium exegiſſe, demandans Œconomo noviter apponendo, ut rationem pereunctaretur de exactis a Paulo Antonio ; ibi *amminiſtrandoli la perſona, che ſo nominarò per conto di detto N. e Paolo Antonio, che aggiuſtino li conti per il tempo, che hanno amminiſtrato, e pigliato li frutti, e rendite, e che facendo il contrario à queſto atto ſi revochi &c.*
12 Undè nefas erat dubitare, quod Paulus Antonius pro rata ſibi contingente non adminiſtraverit, ſtante ordine, & præſuppoſitione tanti Principis, & Monarchæ, ad ea, quæ in ſimili tradiderunt *Ramon. conſ. 24. n. 33. & ſeq. & n. 84. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 4. n. 51. cum ſeqq. Larrea alleg. fiſcal. 60. num. 2. & ſeq. lib. 1. de Philipp. differt. fiſcal. 26. ex n. 11. cum plur. ſeqq. Cortiad. dec. Cathal. 3. num. 39. cum duob. ſeqq.*

Maximè quia his omnibus accedebant Libri generalis ratiocinationis Status Plumbini poſitivè præſeferentes , Paulum Antonium adminiſtraſſe, & pluries ; ac pluries in pluribus partitis recepiſſe fructus , & pecunias ejuſdem Venæ Ferri, ac Status Plumbi-
13 ni ; ac propterea ultra locationes concurrentibus exactionibus , eò magis , & citrà ſcrupulum incaleſcit præſumptio quaſi poſſeſsionis , ut in propoſito locationis corroboratæ cum teſtimonio receptionis penſionum, & affictuum, habetur apud *Alex. conſ. 10. n. 3. in fin. lib. 4. Poſtb. de manut. obſer. 24. n. 14. cum ſeqq. Rot. dec. 61. num. 3. cor. Martin. Andrea deciſ. 168. n. 7. coram Celſ. in rec. dec. 107. n. 4. & ſeq. par. 14. dec. 136. n. 2. & ſeq. par. 15. & dec. 278. n. 7. & 8 par. 19.*

Atque hæc uſque ad prædictum Annum 1685., circà quem progrediebantur prædicti Libri ratiocinationis Status Plumbini , nullam pati poſſe apparebant difficultatem : Sed ulteriùs DD. juremerito opinabantur , vel ſaltem legitimè ſuſpicabantur , adminiſtrationem effective perduraſſe ferme uſque ad Annum 1663. quia licet reſpectu hujus temporis poſterioris non darentur ex parte hæredum Antonii Informantium juſtificationes æquipollentes probationibus exhibitis intrà ſphæram ſeptennii , nihilominùs dùm dein-

deinceps Rex Hiſpaniarum de Anno 1658.,
necnon etiam de dicto Anno 1693. novas
litteras expedivit, ex quibus eliciebatur,
ſubrogaſſe ſemper novos Œconomos adhe-
ſivè ad primam deputationem, quæ erat =
*à conto di N., e di Paolo Antonio*, probabile ni-
mis efficiebatur; ut ſicuti adminiſtratio du-
rare debebat per intervallum 15. Annorum
juxtà conventionem initam cum Principe
Plumbini, & formulam Regii aſſenſus, ità de
14 facto perduraverit, quia ubi patet ſuperla-
tivè, prout hic, de primæva effectuatione
per ſeptem Annos, & viget titulus per quin-
decim cum actibus compatibilibus, immò
adhæſivis, & conſecutivis, præſumitur quo-
que in ſequelam ejuſdem tituli perduraſſe
poſſeſſionem, ad not. per *Proſp. Paſchal. conſ.*
135. *num.* 1. *Sard. conſ.* 29. *num.* 38. *Noguerol.*
*alleg.* 28. *num* 47. *cum ſeq. Rot. dec.* 37. *num.* 4.
*poſt Urceol. de Tranſact.*

Remanebat alterum obiectum, quod ſe-
cundum ea, quæ ſuperius inſinuata fuerunt,
non conſtaret (poſita etiam adminiſtratio-
ne Pauli Antonii conjunctim ſuſcepta cum
D. Marchione Cæſare Baldinotto) quod tot
effectus cecidiſſent ſub ipſa adminiſtratione,
ut veriſimilitèr Paulus Antonius ſatisfieri
potuiſſet de toto credito Cambii conſiſtente
in ſcut. 18000. Auri. At paritèr DD. conſide-
rarunt, quod præter ſatisfactionem ſc. 3000.
& ultrà; ſtabat ſub adminiſtratione Venæ
Ferri, cujus emolumenta, ut notorium eſt,
efficiunt unum ex majoribus proventibus
Status Plumbini, ac inſuper alii proventus
adminiſtrationi connexi in ordine ad An-
coragium Maris, Paſcua, Molendina, ſimi-
leſque redditus Baronales recenſitos in *Sum-*
*mario* hæredum Antonii *num.* 3. importa-
bant annuum fructum librar. 62902., & con-
15 ſequenter ex his omnibus dubitari rectè
non poterat, quod, ſuperadditis hujuſmodi
fructibus Principatus redditui Venæ Ferri
indubitanter per ſeptem Annos, & proba-
biliter per quindecim, ſecum non ducerent
caſtigationem, ſeu limitationem ad regu-
lam, ut debeat edoceri, quod tot redditus
fuerint adminiſtrati, ex quibus Creditor po-
tuerit ſibi pluſquam ſolvere, non enim opus
16 eſt immorari ſuper veriſimilitudine, vel præ-
ſumptionibus, quotiès ex facto conſtat de
veritate, cui in caſu, quo non famuletur,
cedit præſumptio, per regulam, de qua *Felin.*
*in cap. per tuas, ante fin. verſ. quinto nota de pro-*
*bat. Dec, conſ.* 400. *n.* 8. cum reliquis apud *Bar-*
*boſ. axiom.* 186. *n.* 1.

Verum creſcere viſa eſt uſque ad abun-
dantiam præſumptio veræ ſatisfactionis, ex
quo idem Paulus Antonius, qui in ſubſtan-
tia ab hæredibus Antonii informantis nihil
prætendere poterat, niſi quod Antonius
juxtà fidejuſſionem initam efficeret, quod
Caſtellus, & Nigroni acceptarent ordinem
Principis Plumbini de ſolvendo ſibi ipſi ſor-
tem, & fructus Cambii ſcut. 18000. Auri, de
Anno 1671. ad requiſitionem ejuſdem Ca-
ſtelli perſolvit eidem Principi ſcut. 3000., &
ultrà; undè vel ex hoc conijciebatur, Pau-
lum Antonium aliundè proprium creditum
aſſecutum fuiſſe, vel eum in eodem actu aſ-
ſenſum præbuerit, quod idem Caſtellus re-
nunciaret prorogationi Affictus; immo &
hoc expleverit præcisè tanquam Procura-
17 tor ejuſdem Caſtelli, utique ſubſequebatur,
quod ex proprio facto ſupervento alterata
fuerit natura primævæ obligationis aſſum-
ptæ per Antonium, non jam pro ſatisfactio-
ne Cambii in abſtracto, ſivè in genere, ſed
ſimpliciter in ſe accollatæ de curando, ut
Caſtellus continuare debens in Affictu acce-
ptaret, & ſolveret de emolumentis Affictus
ſummam debitam pro cambio; ideoque
etiam ex hoc ſolo capite, ac præciſive à re-
liquis fundamentis ſuadentibus plenariam
ſatisfactionem Pauli Antonii, novata re-
manſerit fidejuſſio Antonii, & conſequen-
ter inducta ipſius, ejuſque hæredum libera-
tio, per ea, quæ ſanciuntur *in l. ſtipulatus la* 12.
*§. Si ex duobus, ibique Bart. n.* 5. *ff. de fidejuſſ.*
*Menoch. conſ.* 119. *n.* 7. *& conſ.* 246. *n.* 11. *Burſat.*
*conſ.* 193. *n.* 7. *Salgad. in Labyr. credit. par.* 1.
*cap.* 18. *ſub n.* 9. *verſ. ſic ſane & n.* 10. *Urceol. de*
*Tranſact. qu.* 74. *n.* 6. *cum ſeqq. Manent. dec.* 38.
*n.* 47. *Campanil. dec.* 42. *n.* 1. *& ſeq. Rot. deciſ.*
338. *n.* 10. *& ſeq. coram Merlin.*

Et ob id ſuperfluum erat reſpondere mo-
tivo, quod per Nepotem, & hæredem Pauli
Antonii in præcedenti promovebatur In-
ſtantia, nempè quod poſsibile non foret,
Paulum Antonium extitiſſe ſatisfactum de
ſuo credito Cambii ſcut. 18000. ob admini-
ſtrationem Venæ Ferri, vel Status Plumbini
dum Marchio Cæſar Baldinottus in ſolida-
tione inita cum Principe Plumbini creditor
apparuit, quapropter ſicuti Socius Pauli
Antonii, non obſtante adminiſtratione, cre-
ditor remanſit, ità Paulus Antonius Conſo-
cius creditor reſtare valuerit: Cenſuerunt
etenim DD., quod ex hoc facto, vel nihil
18 concluderetur favore Pauli Antonii, cum
tractaretur de re inter alios acta extrà Judi-
cium, quævè proinde Tertio non intereſſen-
ti minime præjudicat, ut ait *Imperator. in l.* 1.
*& ſeq. C. res inter alios act.*, & dictum fuit *in*
*deciſione R.P.D. mei Molines* 14. *Junii proximè*
*præteriti ſub §. In Jure.*

Vel quod potius retorqueretur objectum,
quia cum idem Marchio, qui junctim cum
Paulo Antonio nanciſci debebat adminiſtra-
tionem, creditor foret de tempore ſuſceptæ
ejuſdem adminiſtrationis ſcut. 49803. Paulus
Antonius verò dumtaxat in ſcut. 32234. mo-
netæ Romanæ, eo ipſo, quod de Anno 1682.
Marchio repertus eſt creditor ſolius quanti-
tatis ſcut. 13000. evidens erat, quod pro ſua
æqua-

æquali rata remanſerit ſatisfactus de ſcutis 30000. circiter, & ſic procedendo cum eadem paritate, quod totidem fuerit aſſecutus Paulus Antonius juncta ſubſequenti ulteriori adminiſtratione, nihil amplius ſubeſſet de credito ipſius Pauli Atonii, itaut etiam
19 ex hoc objecto ad oculum retorquibili intraret illa major demonſtratio ſatisfactionis, de qua *Text.* eſt *in l. nulla C. de ſolut. & in l. ſolvitur ff. quib. mod. pign., vel hypoth. ſolv., Hering. de fidejuſſ. cap.* 20. §.1. *num.*1. *Nicol. Catan. dec.*11. *n.*2. *Rot. coram Buratt. dec.* 534. *num.*4. *& deciſ.*934. *num.*3. *& coram Vbald. deciſ.*248. *num.*13.

Concludendo itaque, prætérea, quæ ampliſſimè, & luculenter firmata extiterunt *in Deciſione R.P.D. mei Molines* edita in præterita Inſtantia, nulla fuit apud Dominos ambiguitas, quod ſivè ex lapſu temporis Statutarii Urbis, ſivè ex non præſumenda oſcitantia in Paulo Antonio ſollicito, & induſtrio Creditore, ſivè ex adminiſtratione redditaum debitoris, ſivè demum ex probationibus palpare facientibus integram ſatisfactionem, minimè conſtaret de cauſis reſtitutionis in integrum, ſed undequaque juſta, & valida in ſuo robore remaneret res judicata promanans ex ſententia ejuſdem *R. P. D. mei Molines*, informantibus dumtaxat hæredibus Antonii fidejuſſoris, & pluriès laceſſito, & congruè expectato Nepote, & hærede Pauli Antonii.

## ANNOTATIO, ET ADDITIO.

NEgligente hærede Pauli Antonii amplius comparere, demandata fuit Cauſæ expeditio per ſententiam ad limites præſentis Deciſionis ſub die 7. Martii 1698.

Cumque materia hujuſce Deciſionis principalitèr conſiſtat in preſumenda ob temporis decurſum ſolutione ad normam Statuti Urbis *cap.*158 *lib.*1., necnon tangatur prohibita obligatio fructuum Fæudi, multoque magis ipſius Fœudi ſinè Supremi Principis, ac Domini directi licentia, juxta *Text. in cap. Imperialem de prohib. Feud. alien. per Frideric.*, non inutile exiſtimavi ſuper utraque re ſubnectere Allegationes, quas efformavi ſemper ſn ſenſu veritatis, primò circa præſhmendam ſolutionem vigore ejuſdem Statuti, incipitque reſponſum mediante favorabili Sententia in Tribunali A. C. approbatum.

Si unquam, pro redimendo ab injuſtis vexationibus probo Viro, lata fuit ſententia abſolutoria vigore noſtri Statuti *in cap.* 158. illa profectò practicari debet in præſenti, ubi non ſolum 16. Anni a Statuto habiti pro ſufficientibus, ſed uſque 25. fuerunt effluxi, quo caſu, niſi contrarium per Creditorem legitimè probetur, ac niſi contraria præſumptio præponderans, & prævalens adducatur,
20 creditum cenſeri ſatisfactum, & quamcumque Apocam, licèt juramento, & obligatione Camerali munitam, nullam fidem, nedum executionem mereri poſſe in Judicio, ad litteram decrevit idem Statutum, cujus verba recenſet in propoſito *Rot. dec.*346. *n.*1. *& ſeq.* *& deciſ.*353. *par.*6. *Merlin. deciſ.*124. *num.*1. *& ſeq.* cum cæteris nuper ad ſatietatem collectis *in dec.* 175. *n.*1. *& dec.* 379. *n.*2. *&* 3. *par.*17. *rec.*

Tantum verò abeſt, quod validiores adducantur conjecturæ, quinimò plures ex hac parte afferuntur, eæque ſunt adeò conſiderabiles, & urgentes, ut etiamſi non haberemus determinationem Statuti, aptæ deberent reputari ad inducendam præſumptio-
21 nem ſatisfactionis, multòque igitur magis, quotiès eidem Statutariæ Cenſuræ inſimul jungantur, prout proſequendo materiam in ſpecie ponderavit Rot. *in d. dec.* 124. *n.* 19. *& ſeq. cor. Merlin. & d. deciſ.*175. *num.* 15. *& deciſ.*379. *num.*13. *par.*17. *rec.*

Siquidem primo loco intercedit, ultrà eumdem lapſum temporis, qualitas ipſius Creditoris, qui non tantùm tanquàm induſtrius, & Mercator proculdubio non diſtuliſſet per tantum ſpatium expetere ſuum
22 creditum, ſed concurrit quoque, quod ille, dimiſſa negociatione, in ſummam cecidit egeſtatem; proindeque ex hac circumſtantia graviſſimam reſultare præſumptionem ſatisfactionis poſt *Alex. in conſ.*183. *n.*14. *verſ. & hanc partem lib.*6. *Afflict. dec.*13. *n.*15. *verſ. quia reſpondetur*, *Surd. deciſ.*104. *n.*3. *Rot. coram Merlin. dicta dec.*124. *num.*19. *&* 20. *Card. de Luc. de Dot. diſc.* 164. *num.* 2. optimè *Royas dec.*326. *num.*14.

Secundò magis, attenta idoneitate, & bona fama noſtri prætenſi Debitoris conjuncta
23 cum qualitate Sacerdotali, in quibus caſibus, etiam inſpecto Jure communi, debiti ſolutionem præſumi punctualiter, & pluribus congeſtis dixit *Rot. in d. dec.*175. *n.*15. 16. *&* 17. *par.*17. *rec.*

Tertiò faciliùs, & extrà hæſitationem, quoniam ipſimet Teſtes in contrarium inducti, & examinati deponunt, quod Creditor tanquam perſona egena -- *andava ſpeſſe volte attorno al Sig. D. Ruggiero à domandarli danari, & anco da me, e mi ricercava danari &c. e ſi attaccava a piccola ſomma, anco di due ſcudi*;
24 ſi etenim in tali neceſſitate reperiebatur conſtitutus, ut ſummam adeò tenuem expeteret, in ſenſum profectò prudentis Viri cadere non poteſt, quod ille conſequi poſſet, tanquam creditor, adeò notabilem ſummam ſcut.400., ut ex *Text. in l. ſi quis* 6. *ff. de pæn.* ibi = *nec enim debebat tàm magnam rem tamdiù reticere* = notavit *Oldrad.*, à quo prædictum *Text.* dedicisse fatetur *Cravett. conſ.*148. *n.*12. *Bertazzol. conſ. Civil.* 118. *n.*10. *&* 11. *Rot. coram*

*ram Mantic. dec.266. n.5.*, *& d. dec.175. n.16. par.17. rec.*

Quartò denique in idem, quoniam non verſamur in Creditore longinquo, quivè per aliquod tempus fuiſſet abſens a ſuo Debitore, ſed ſumus inter perſonas, quæ quotidiè, &, ut dicitur, *à tutte l'ore*, ſeſe revidebant, in quibus terminis facilior ſem-
25 per præſumi ſolet ſatisfactio, ex notiſſima regula, quod ea præſcriptio, ſeù præſumptio, quæ inter abſentes longævum tempus expoſcit, inter præſentes ſolo decennio contentatur, ad *Text. in l. fin. in princ. C. de præſcript. long. temp.* ubi præſertim *Salicet. n.4. verſ. & eſt ratio*, *Rot. coram Peutinger. dec.337. num.29.*

Neque his ullatenùs adverſantur conjecturæ in oppoſitum recenſitæ, nimirùm, quod Ruggerius de facto ſolverit plures quantitates, quodque interrogatus ſuper ſolutione reſponderit ſeſe perſolviſſe, & ex hoc remaneat interrupta præſcriptio; Quia æquivocum in hoc eſt manifeſtiſſimum: cum
26 enim noſtrum Statutum non procedat per viam præſcriptionis rigoroſæ, circà quam fortè militarent adductæ conſiderationes, ſed per viam præſumptæ ſatisfactionis, hinc proindè, quò magis datur fumus alicujus ſolutionis, eò libentiùs intrat, & confovetur præſumptio ſatisfactionis in reſiduo, ut egregiè reſpondendo perpendit *Cephal. conſ. 240. n.7. & ſeq. lib.2. Andreol. contr.57. n. 10.* cum cœteris *in deciſ. 3. n.6. & ſeq. poſt Salgad. & dec.237. n.4. par.14. rec.*

Minuſque facit excuſatio, quod intantum aſſertus Creditor non iſteterit pro ſatisfactione, quia Apocæ obligationis erant deperditæ; quoniam de hujuſmodi amiſſione ac de inveriſimili reperitione earumdem, nimirùm, quod ſubtùs trabem Solarii Domus repertæ fuerint, deponit unicus Teſtis dumtaxat; undè quando etiam iſte non pateretur plurimos defectus benè in facto adnota-
27 tos, adhuc tamen tanquam unicus, & ſingularis minimè ſufficeret, ut in puncto noſtri Statuti dixit videnda *Rota in dec.353. num.26. par.6. rec.*, ubi ulterius progrediendo firmat, hujuſmodi Teſtem non poſſe adminiculis coadiuvari pro comprobanda negativa ſolutionis, dum in contrarium, prout hìc, militabant urgentiora adminicula.

Fortiùs verò, & ſine ſcrupulo, quia data etiam ſufficienti probatione iſtius amiſſionis Apocarum, non exinde reſultare valet ſufficiens comprobatio, quod præſumptio noſtra Statutaria non urgeret, ea etenim
28 propoſitio, quod non valenti agere non currat præſcriptio, ſolummodò procedit favore illius, cui adhuc orta actio non erat, ut paſſim exemplificant *Doctores* in Fideicommiſſario, & Proprietario ante caſum apertæ
29 ſucceſſionis, vel denique procedit, quando impedimentum agendi removibile non ſit, vel alio modo nequeat ſuppleri, & hi ſunt caſus, de quibus pertractant *Scribentes in l. fin. C. de annal. præſcript. Rot. dec.417. n.17. par.5. & dec.270. n.2. par.6. Zarat. dec.100. num.6.* & optimè advertit *Card. de Luc. lib. 15. de Judic. diſc. 21. n.33. & ſeq. & diſc.131. n.8. lib.8. de Credit. Cavaler. dec.213. n.7.*

Noſtra tamen conſideratio valet caſui noſtro applicari; quoniam de actione jam exorta dubium non cadit: de impedimento
30 autem, quod removibile non foret, ceſſat prorsùs hæſitatio, dum, non obſtante amiſſione Apocarum, poterat per Teſtes creditum ſuum comprobare, ut expreſsè fatentur iidem Teſtes in oppoſitum examinati: quandò etenim Inſtrumenta ſunt deperdita, iſtud reputari ſolet unum de conſuetis remediis, abſquè eo, quod poſſit quis ex hoc capite dici legitimè impeditus ad agendum, ut uno ore adnotarunt *Canoniſtæ in cap. cum olim de privil.*, *Bartol. in l.1. §. Sufficit n.1. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. Tabul. Surd. conſ.109. num.8. & conſ.144. n.16.*, *& per tot.* latè *Argel. de acquir. poſſeſſ. quæſt.6. art.4. n.58. & ſeq.*

Sed quod remaneat in omnem caſum inexcuſabile, illud eſt, quod ſaltem tenebatur
31 aſſertus Creditor judicialiter proteſtari de impedimento, & de prætenſa amiſſione ſcripturarum, prout limitando præfatam concluſionem, quod non valenti agere non currat præſcriptio, notarunt *Felin. in cap. ex tranſmiſſa n.6. & 7. de præſcript. Pariſ. conſ.101. n.92. & 93.*, cum quibus, diſtinguendo inter impedimentum notorium, & extrinſecè probandum, proceditur *in Foro ſan. me. Clementis VIII. nuper impreſſ. poſt dec. Rombald. in ord. il 2. n.577.*

A primo igitur ad ultimum, vel conjecturæ adversùs præſumptionem noſtri Statuti in nulla veniunt habendæ conſideratio-
32 nes, vel ſaltem remanent labefactatæ à noſtris extrà ipſum Statutum (ut ſuprà) recenſitis, ideòque poſitis hinc indè præſumptionibus in æquivoco, ſubintrat inconcuſſa cenſura Municipalis, ut in individuo dixit *Rota in d. deciſ. 353. n.28. par.6. rec.* & in proximis animadvertit *Caſtill. contr. libr. 3. cap.19. n.289. & ſeq. Fuſar. de ſubſtit. qu. 485. n.119.*

Secundò verò quoad caſum valdè ſingularem circà, ut præmiſimus, prohibitam Fœudi alienationem, vel hypothecationem, utrùm ſcilicet ſolus aſſenſus, vel licentia Domini directi ſufficiat pro validanda ipſa hypothecatione, etiamſi vocatus ex propria perſona ad idem Fœudum hujuſmodi hypothecationem impugnet: facti ſeries, ſivè argumentum elijcietur ex ſequenti Reſponſo, quod paritèr incipit.

Hippolitus Marchio Bentivolus ſupplices de Anno 1663. præces porrexit clar. mem. Sereniſſ.

Digitized by Google

reniſs. Ferdinando II. Magno Etruriæ Duci, & exponendo, quod ex cauſa Montis Bentivoli indigebat ſumma ſeutorum 20000. ad effectum ea exſolvendi Vincentio ejuſdem Marchionis in Urbe Depoſitario, exoravit ut ipſe Sereniſſimus aſſenſum, & licentiam impartiri dignaretur obligandi, & hypothecandi Fœudum, ſeù redditus Caſtri Malleani, quod ſub directo dominio ejuſdem Sereniſſimi Magni Ducis exiſtebat, adjecta ulteriùs conditione, ſeù promiſſione extinguendi idem Cambium pro rata ſcutor. 1000. quolibet Anno, necnon etiam, quod huic obligationi ſuperacceſſiſſet conſenſus Ferrantis Abbatis Bentivoli ejus Fratris, aliorumque omnium vocatorum; Cùmque benignè prodiiſſet reſcriptum = *concedeſi à i Supplicanti la ſuddetta grazia nella forma, e con le condizioni, che propongono.*

Succeſſivè, & in executionem iſtius gratiæ contractum fuit Cambium cum obligatione ſolidali prædicti D. Abbatis Ferrantis in præmiſſa quantitate ad favorem Caroli Senatoris Torrigiani, quo poſtmodum declarante, ſeù recognoſcente bonam fidem, ad commodum Vincentii, non potuit iſte, nec Thomas ejus filius, & hæres in prædicto 20. Annorum intervallo congruam reportare ſatisfactionem; ſed cum præcedente Sereniſſimi M. Ducis aſſenſu idem Thomas judicialiter coactus fuerit expetere aſſociationem ad memoratum Feudum, ut ex illius redditibus ſibi ſatisfieret, fato interim ceſſit Marchio Hippolitus, undè Marchio Julius illius filius, & hæres (ut opinor) cum aſſerto beneficio legis, & Inventarii ex abrupto cœpit prætendere recuperationem reddituum Prælaudati Caſtri, quos actualiter exigebat Thomas, ſed ex ſolita benignitate, & Juſtitia Sereniſſimi magni Ducis, ejuſque Magiſtratuum, ad normam Juris redactis nonnullis innovationibus de facto ſuſcitatis, cum ad præſens dubitari contingat, an præfatus D. Marchio Julius veluti, ut aſſeritur, vocatus ex tenore Inveſtiturarum ad fœudum hujuſmodi, valeat illius redditus, & emolumenta vindicare, crederem, quod, non obſtantibus objectis, & exceptionibus mox recenſendis, negativè veniat reſolvendum.

Licèt enim tenor Inveſtiturarum, quæ in perſonam Cornelii Senioris factæ leguntur à Sereniſſimo Coſmo Primo Ducatus Senenſis conquiſitore, ac deinceps ab aliis Succeſſoribus, ſapere, & importare videatur conceſſionem hujus Fœudi non ſolùm pacti, & providentiæ, ſed etiam per viam rectæ
33 Primogenituræ, & conſequenter duplex requireretur aſſenſus, alter nimirùm Sereniſſimi Magni Ducis Domini directi, juxtà *Text. in cap.1. de probib. Fœud. alien. & in cap. Imperialem, de probib. Fœud. alien. per Faderic.* cum aliis per *Mant. de tac. lib.23. tit.25. n.2. & ſeqq. Roſentbal. de Fœud. cap.9. concl.4. ex num.1. cum ſeqq. Modern. Gob. de permiſſ. fœud. alien. in præ-*
34 *lud. num.17.*, & alter ipſorummet Agnatorum, ſeù vocatorum in Inveſtitura, quibus, nec etiam intercedente Domini directi licentia, vel aſſenſu, per quamcumque diſpoſitionem prejudicari valet per Vaſſallum, ſeu actualem Fœudatarium, ut pariter ſancitur *in eodem cap.1. de alien. fœud. Larat. Theatr. fœudal. par.8. dilucid. 14. per tot. Mellius alleg.13. n.5. lib. 2. Rot. dec.95. num.65. par.5.*, & de hac duplici inalienabilitatis natura paſſim meminerunt *Surd. in conſ.108. antè n.20. verſ. 4. & conſ.305. n.49. verſ. porrò, Mant. de tacit. dicto lib.23. tit.25. n.5. Mell. alleg.15. n.19. & alleg.75. n.7. lib.2.*

Ac propterea cum præceſſerit quidem licentia Sereniſſimi Magni Ducis, ſed Marchio Aloyſius, certitudinalitèr exiſtens vocatus ex propria perſona in Inveſtituris, nullum unquam præſtiterit aſſenſum huic obligationi, de plano reſultare videtur, quod potuerit ſanè eadem obligatio vigere, ac perdurare, durante Jure, ac vita Marchionis
35 Hippoliti, ſed eo prædefuncto, ejuſque proindè Jure reſoluto, ceſſaverit, ac pœnitùs reſoluta remanſerit, ut in ſpecie poſt *Jo: Andr. in addit. ad Speculat. Merlin. de pign. lib.2. tit.1. quæſt.11. n.49.*, & generaliter, quod Agnati,
36 ſeu vocati, etiamſi ſint hæredes, dummodò hæreditatem adiverint cum beneficio legis, & Inventarii, teneri nequeant erga Creditores nedùm reſpectu corporis, ſed nec etiam de fructibus ipſius Fœudi, vel Emphyteuſis pactionatæ, & antiquæ, *Borcbolt. de fœud. cap.7. par.2. ſub n.94. verſ. ſi Fœudum, Clar. in §. fœudum quæſt.43. n.2. Miſinger. cent.3. obſerv.67. n.3. Mareſcott. var. reſol.96. n.3. & ſeqq. lib.1. Altograd. Jan. contr.6. num. 27. & 28. Larath. in Theatr. fœudal. par.6. dilucid. 63. ex num.1. cum ſeqq.*

Nihilominùs, attentis præcipuè facti circumſtantiis, in quibus verſamur, obligationem fructuum, & emolumentorum iſtius Caſtri ſubſtineri etiam in præjudicium Marchionis Aloyſii ſub ordine Primogenituræ vocati ad idem Fœudum, ſuadet primò, quod quidquid ſit de jure, ac de natura Fœudorum, ut ſuprà, quemadmodùm loquuntur *Authores*, & concluſiones in objecto propoſitæ, de conſuetudine tamen uni-
37 verſaliſſima receptum emicat, quod, ubi præceſſit aſſenſus, ſeù licentia Domini directi, poſſint non ſolùm Fœuda ſimpliciter, ac temporaliter hypothecari, verum etiam indiſtinctè alienari, neglecto pœnitus Agnatorum, ac quorumcumque vocatorum præjudicio, ſicuti de hac conſuetudine non ſolùm in Gallia, ſed ubique ſervata, teſtantur *Guidopap. decis.59. num.2. Cephal. conſ.37. n.40. Tuſcb. litt.F. concl.186. num.76. Surd. conſ.105. num.*

*num.15.*, quos refert, & ſequitur *Gob. in præ-
citatis præludiis de permiſſ. fœud. alien. n.36.*

Quinimò etiamſi conſuetudo hæc non vi-
geret ubique, & ſignanter de ea non lique-
ret, aut edoceretur in hoc Senenſi Ducatu,
attamen cum ex longa ſerie omnium ferè
Regionum Italiæ, quas in ſpecie enumerat
*idem Gob. ubi ſupra ex n.33.*, conſtet, quod
in locis, & Regionibus limotriphis, & vici-
nis illa inconcuſsè practicetur, reſponderi
38 poteſt cum *Surd. in præalleg. conſ.105. n.15.
in fin.*, quod ubi in loco deficit conſuetudo,
tunc inſpicitur conſuetudo vicinæ Regionis,
argumento *Text. in l. de quibus, ibique Scriben.
ff. de leg. Menoch. conſ.9. num.22.*, & concor-
dat in hac ipſa materia fœudali *Card. de Luc.
de fœud. diſc.51. n.7.*, & ante eum *Rot. dec.19.
num.19. & 32. poſt Paitell.*

Atque hinc videmus, quod etiamſi in Re-
gno Siciliæ Fæuda ſint intitulata, & erecta in
Primogenituram, illiuſque legibus cœtero-
quin ſubjaceant, quia tamen videtur eadem
39 Primogenitura potiùs erecta ad favorem, &
utilitatem Domini directi, qui, mediante hac
præordinatione, certos habet Vaſſallos, quos,
ea circumſcripta, non haberet, ut poſt *Imol.
in l. ex facto §. final. ff. ad Trebell. & Silvan. con-
ſil.52. ſub n.8.* advertit *Gob. de permiſſ. fœud.
alien. quæſt.8. num.47.* Adhuc hoc non obſtan-
40 te, receptum habetur, quod ordo Primoge-
nituræ non alterat naturam fœudi, ſed effi-
cit dumtaxat, ut quod tranſire poterat ad
plures, ad unum tantum ex filiis deveniat, ſi
non alienetur, teſte *Peregrin. conſ. 12. n.12.
& 14. lib.1. Manent. dec. Mantuan.1. num.2. &
ſeqq. Giurb. de ſucceſſ. fœud. c.118. §.1. gloſſ.12.
num.1.*, ubi, diſtinguendo inter donationem,
& alienationem ex cauſa factam, obſervat,
quod ubi Primogenitus commodum reporta-
vit, vel ſperat ex pecunia in Patrem alienan-
tem perventa, nulla fit injuria filio, quia, ſi
caret fœudo, æquatur in illo commodo, vel
pretio.

Secundò magis, quia (præſcindendo etiam
à qualibet alienandi conſuetudine) reflecten-
dum eſt, quod hic non verſamur in aliquo
Agnato tranſverſali, ſed in filio ipſiuſmet
Marchionis Hippoliti optima, ut infrà, fide,
& ex cauſa neceſſaria contrahentis; in qui-
41 bus terminis, ob eam reverentiam, qua filius
erga Patrem obſtringitur, communiter ſer-
vari ſolet, ut Inventarii beneficio non ob-
ſtante, teneatur erga Creditores, ſaltem de
fructibus, ad *Text.* expreſſum *in cap. unic. tit. an
agnat. vel fil. defunct. Mſinger. cent.3. obſerv.67.
num.7.*, ubi quod ita ſervatur, *Coſt. de remed.
ſubſid. remed. 52. ſub n.13. Cyriac.* omninò vi-
den. *contr.720. ex. n.18. cum ſeqq. & ſub n.28.
Mell. alleg.22. n.1. lib.2. Hartman. Piſtor. quæſt.
Jur. par.1. lib.2. qu.2. ſub n.28. & per tot. Andr.
Kobl. exercit. legal.1.* pariter *per tot. & in tract.
de ſubfeud. cap. ult. n.9.* ubi ibidem refert *Petr.
Loriot. in tit. de ſucceſſ. Fœud., Sònsbec. de fœud.
p.9. in fin. Gulielm. Hannet. de feud. lib.2. cap.6.
in fin. Vultei. eod. tract. lib.1. cap.9. n. 115. verſ.
Hæc diſtinctio*, & aſſignat illam rationem, quod
Pater æs alienum contrahere non ſoleat, ut
filio præjudicet, ſed ut neceſſitati ſuæ ſub-
veniat.

Atque hinc tertio loco juvat ſubnectere
exemplum, quod aliàs audivi in hac ipſa Fa-
milia DD. de Bentivolis practicatum, nem-
pe, quod quoties præceſſit debiti contractio
cum licentia Sereniſſimi M. Ducis, deinde-
que prætenderetur, quod ſecuta morte, ſeu
reſoluto Iure obligati, Fœudum iſtud tranſi-
re deberet immune in proxime ſucceſſurum,
noluit juremeritò Supremus Princeps, Cre-
ditores remanere deceptos, ſed juſſit illis ſa-
tisfieri: nam cum ad hoc, ut filius reſpuere
valeat ſolutionem debiti paterni, egeat (ex
præcitata litterali cenſura *Text. in cap. unic. an
agnat. vel defunct. &c.* ibi = *Agnatis tamen
conſentientibus poterit eum, ſi voluerit, quaſi de
novo beneficio inveſtire, quo facto licebit ei, repu-
diata hæreditate, fœudum tenere, nullo onere ei
hæreditario imminente.*) quod Dominus, ſi vo-
lerit, ipſum, conſentientibus agnatis, quaſi
de novo beneficio inveſtiat, omnis ratio ex-
42 poſtulare videtur, ut nonniſi Creditoribus
ſatisfactis, præcipue, ut in præſenti, ſuper
fructibus dumtaxat, filius ad ejuſdem fœudi
fruitionem admittatur, maxime, quia po-
tuiſſet idem Dominus eodem modo, quo
permiſit, Thomam aſſociari ad fructus, &
emolumenta iſtius fœudi, illud, conſentien-
te etiam Vaſſallo, ſeù Fœudatario, eidem
Thomæ adjudicare, ut benè tradit *Boſenthal.
de feud. cap.9. concl.16. n.13.* plenè, & lucu-
lenter *Hartman. Piſtor. lib.1. qu.14. n.84. &
ſeqq.* & ſequitur *Borcholt. de feud. part.8. n.48.
Andr. Kobl. de ſervit. fœudal. par.1. n.80. verſ.
Deindè.*

Quartò fortiùs præmiſſa urgent, perſpecta
natura, & qualitate crediti, pro quo creatum
fuit Cambium, nempe ad effectum ſatisfa-
ciendi Vincentio, qui totidem perſolverat
Creditoribus Montis Bentivoli, ac renova-
turus erat Cedulam ſecuritatis ad favorem
eorundem Montiſtarum; unde non ſolum
locum ſibi præciſè vindicat ratio, propter
quam *Authoritates* cumulatæ in ſecundo fun-
damento de veriori ſententia teſtantes cen-
ſuerunt, filium, Inventario non obſtante,
obnoxium eſſe ſatisfacere Creditoribus pa-
ternis ſaltem ſuper fructibus fœudalibus, ni-
mirum, ex quo palpatur, Marchionem Hip-
politum debitum hoc contraxiſſe, non ut fi-
liis præjudicaret, ſed ut neceſſitati ſuæ ſub-
43 veniret; verum quoque cum favore eorum-
dem Montiſtarum, quorum commodo mi-
litant ampliſſima illa privilegia, de quibus in
ſpecie diſſerit *Card. de Luc. in tract. de locis
Mont. cap.5. ex n.22. uſque ad fin.*, inter quæ ſi-
gnan-

gnanter recenſetur illud derogationis cujuſ-
libet Primogenituræ, Fideicommiſſi, aut al-
terius cujuſcumque vocationis poſterorum
ex propria perſona, hinc licet derogatio hæc
ſubextendi non poſſet ad Fœudum, de quo
agitur, tanquam ſitum in diverſo Territorio,
& Principatu, negari tamen non poteſt, quod
defectus iſte Iuriſdictionis tangat principali-
ter ipſum Principem, ſed quoad ipſos voca-
tos nulla adſit quærimoniæ occaſio; quinimò
ſicuti, denegante Vincentio continuationem
Cedulæ, imò pro ſatisfactione urgente Mar-
chionem Hippolitum, deveniri potuiſſet ad
alienationem, & ſubhaſtationem tot inſi-
gnium Capitalium, quæ in Statu Eccleſia-
ſtico iſta Domus conſervat, quo caſu opor-
tuiſſet nedùm rogare Sereniſſimum M. Du-
cem pro licentia hypothecandi hujuſmodi
Fœudum, ſed etiam libere diſtrahendi; ut ex
pretio reparari poſſent cætera bona ſita in
Statu Eccleſiaſtico: Hinc proinde quamvis
directe, & immediate dici nequeat, idem
Cambium creatum extitiſſe occaſione, &
cauſa tuendi Fœudum, adhuc tamen virtua-
liter, & indirecte dici poteſt Fœudum iſtud
44 ex hac ſubminiſtratione pecuniæ fuiſſe con-
ſervatum, & conſequenter quod ad ejus ſa-
tisfactionem ſucceſſores in illo teneantur, ex
*Bald. in conſ. 232. ſub n. 2. lib. 3. Mareſcott. var.
lib. 1. reſ. 96. n. 10. Borebolt. de Fœud. p. 2. cap. 7.
ſub n. 94. verſ. Sanè ſi debita, Schrader. eod. tract.
par. 7. cap. 7. ſub n. 42. verſ. 2. Larqtb. in Theatr.
fœudal. par. 9. dilucid. 86. n. 3. Giurb. de ſucceſſ.
Fœud. §. 1. Gloſſ. 14. n. 24. Mill. in addit. ad Ca-
ſtill. de aliment. obſerv. 68. num. 12. & ſeqq.*

Quintò denique, quia Marchio Aloyſius,
de tempore ſubſecutæ obligationis, ſive
Cambii contracti, non erat adhuc natus, ne-
que conceptus; cumque Abbas Ferrantes
proximam tunc, imò ſolus ſuccedendi cau-
ſam habens nedùm opportunum præſtiterit
aſſenſum præfatæ hypothecæ, ſed ulteriùs ſo-
lidali obligatione ſeſe cum Marchione Hyp-
polito obſtrinxerit, ſatis proculdubio vide-
45 tur, quod illorum agnatorum, ſeu vocato-
rum conſenſus intervenerit, qui de prædicto
tempore creationis Cambii præexiſtebant,
juxtà doctrinam *Bart. in l. filiusfamilias 117.
§. Divi n. 22. ibique Jaſ. num. 156. ff. de leg. 1.* &
in noſtro propoſito *Matth. de Afflict. in cap. 1.
§. Hæc quoque n. 21. & ſeqq. de ſucceſſ. fœud. &
in d. cap. 1. n. 8. in fin. an agnat. vel fil. &c. Ruin.
conſ. 2. num. 9. lib. 1. Intregliol. de* Fœud. *cent. 1.
quæſt. 51. n. 22.*

Et quamvis regula ſoleat eſſe in oppoſi-
46 tum, nimirum, quod conſenſus præjudicare
non debeat ſequentibus in gradu, quibus ſal-
vum eſt Jus vindicandi alienata, ut opinatus
fuit *Rip. in d. l. filiusfamilias §. Divi n. 116. ff. de
leg. 1. Gabr. conſ. 125. n. 1. & ſeqq. lib. 2. Peregr.
de Fideic. art. 52. n. 94.* cum aliis per *Fuſar. de
ſubſtit. quæſt. 560. num. 28.*

Attamen id utique procederet, quoties
perageretur de alienatione rei prohibitę alie-
nari, ac intercederet ſimplex conſenſus in
forma privata habentium deſuper intereſſe,
ex. gr. ſi quis hæres gravatus vellet diſtrahe-
re bona fideicommiſſaria, atque eidem alie-
nationi conſentirent vocati, ſeu ſubſtituti
tunc præexiſtentes, illorum namque conſen-
ſus nullum præjudicium afferre poſſet proxi-
mioribus ſupervenientibus: At cum licentia
per Sereniſſimum M. Ducem attributa ad li-
mites libelli videatur tantummodò exquire-
re conſenſum omnium vocatorum tanquam
pro forma quarumcumque derogationum,
quæ fieri contingant circa Primogenituras,
Majoratus, & Fideicommiſſa; de plano ſe-
47 quitur, quod ii tantùm conſentire debeant,
& illorum dumtaxat conſenſus ſufficiat, qui
de tempore conceſſionis gratię reperiuntur,
ex *Soccin. Jun. conſ. 142. n. 43. lib. 1. Rot. dec. 297
n. 26. & ſeqq. par. 4. tom. 2. rec.*

Tot igitur conſpirant in idem fundamen-
ta tam de Jure, quam ex quadam epicheja
ſuadentia bonum jus Thomæ, ut illius ſatiſ-
factio retardari poſſe nullo modo videatur.

## ROMANA GRANI.

*Lunæ 27. Januarii 1698.*

## ARGUMENTUM.

Breviter quidem, ſed ſingulariter diſcutitur in hac Deciſione, quomodò ſe gerere debeat Judex in caſu, quo frumentum duorum Dominorum ſit inſimul commixtum pro decernenda quantitate unicuique debita, præſertim quotiès probationes circa propriam utriuſque ratam deſuper adductæ non benè concludunt.

## *SUMMARIUM.*

1 *Judices, & ſuprema Tribunalia ſæpiſſimè judicant etiam in Cauſis minimis, & exiguis, & quandoque nullius valoris.*

2 *Frumentum unius ſi fuerit commixtum cum alio citrà voluntatem Dominorum, quomodò Judex ſe gerere debeat in ſecernenda quantitate unicuique debita.*

*Et an arbitrium Judicis verſetur non ſolùm circa quantitatem frumenti, verùm etiam circà quantitatem n. 3. & 4.*

5 *Differentia, an conſiderari valeat, ſi cauſa commiſſa ſit* cum voto, *vel* de voto *Rotæ, & num. 6.*

7 *Actio menſurari faciendi terrenum venditum, quanto tempore præſcribatur, & num. 8.*

9 *Promiſſio qualibet ad tempus initi contractus reſtringenda eſt.*

10 *Emptor id habere debet, quantum eſſet habiturus, ſi menſuratio de tempore factæ venditionis ſecuta fuiſſet.*

11 *Lacus, & Stagna, licet aliquandò creſcant, & decre-*

*creſcant, ſuos tamen terminos tenent, nec jus alluvionis admittunt.*

12 *Status rei de tempore contractus attendi debet.*

13 *Tempus calamitoſum attendi non debet, quoties calamitas eſt accidentalis, & non perpetua.*

14 *Verba referuntur ad tempus contractus, & ſecundum illud Partes contraxiſſe intelliguntur, & n. 15. & 16.*

## DECISIO XXVII.

Licet DD. ad normam Deciſionis editæ *ſub die 17. Iunii 1697. coram Me*, nuſquam dubitaverint de geminis propoſitionibus, altera in Jure, altera in facto in eadem Deciſione ſtabilitis, nempe, & quod mixtura frumenti ſpectantis ad D. Principem Burgheſium cum frumento pertinente ad DD. Fratres de Aſtallis non impediret, quominus idem Princeps Dominus, & locator Soli, ac maxime ſub ſpeciali reſervatione dominii, & hypothecæ, præferri deberet ſuper pretio redacto ex venditione frumenti immixti, juxtà plenius animadverſa in prædicta *Deciſ. 17. Iunii poſt init.* quodque pariformiter certum appareret, quod granum ſic immixtum translatum identifice fuiſſet ad Horreum S. Anaſtaſiæ nuncupatum, itaut unuſquiſque ex contendentibus juſte prætendere poſſet ſeparationem proprii frumenti ab alieno: durities tamen reſolutionis in eo verſata eſt, quod ex parte D. Principis Burgheſii non oſtendebatur præciſe, quantum granum in ſua Tenuta ſatum ſubierit infortunium memoratæ immixtionis; Quapropter etiì circa quantitatem, cujus tantummodò reſpectu fuerat conceſſa nova Audientia Fratribus de Aſtallis, ter DD. hæſitaverunt, bene pro conſueta maturitate Tribunalis agnoſcentes, vim Judicii, & juſtitiæ non ſtare in rerum controverſarum valore, & importantia, ſed in ipſo Iure diſtributivo, ad finem, ut juxta monitum *Imperatoris* inſinuatum *in tit. 1. In-*
1 *ſtit. in princip.* Jus ſuum unicuique tribuatur, ſicuti videmus, nedum ſuper rebus minoris importantię, ſed minimis, & exiguis, nulliuſque valoris, & conſultos fuiſſe Prudentes, & reſcripta Cæſarum ſæpius prodiiſſe, ut conſtat ex *l. naturalem §. Illud quæſitum ff. de acquir. rer. dom. & in l. 1 ff. de arbor. caedend. & in l. pariter 1. C. de interdict.* Scribentes, & præcipue *Iaſ. in l. ſi fundum §. Qui fundum ſub n. 17. ff. de leg. 1.* ubi etiam *Bart. & Imol. verb. cogitaſſe* & ſunt etiam notiſſimæ noſtræ Deciſiones *in Anconitana Ferrum dec. 276. & dec. 311. & 312. apud Poſth. de manut. & dec. 389. par. 5. recent., & in Hiſpalen. Uſus Remiſſæ dec. 819. & 820. par. 18. rec.*

Hodie tamen præ oculis habentes ſancita per *Iuſtinian. in §. Quod ſi frumentum, Inſtit. de rer. diviſ. & in l. 5.* quæ incipit = *idem Pomponius ff. de rei vindic.* cum *gloſſ. & annot. Doctor.*, qui ſuper *eiſdem Iuribus* Commentaria ediderunt, arbitrariam, & ſimul prudentem viam eligentes, mihi demandarunt, ut alteram ederem Deciſionem confirmatoriam antecedentis juxta modum in progreſſu ejuſdem Deciſionis exprimendum.

Ex toto namque conflictu Scribentium pro utraque Parte difficultas minime conſiſtebat in eo, quod non appareret, quantum granum extitiſſet effuſum in illa parte Tenutæ DD. de Aſtallis, quæ dicitur *di Cecafume*, quia ex Teſtibus in Cauſa inductis, quantum fieri potuit, conſtitit, centum tantummodo rubra frumenti ſeminata remanſiſſe, non obſtante, quod Dominicus communis Debitor promiſiſſet ſeminare rubra 140. nam de implemento integrali ejus obligationis minime docuerunt fratres de Aſtallis; ideoque cardo reſedit ſuper quantitate, quam Solo infudiſſet idem Dominicus conductor etiam pro parte D. Principis, cumque in Deciſione præcedentis inſtantiæ proceſſum fuiſſet cum regula illius proportionis, quæ *Aurea* nuncupatur, nempe, ut menſuraretur quantitas Terreni, ejuſque capacitas circa ſemen iniectum in Tenuta *di Torre nova* ad D. Principem attinente, renovata idcirco diligentia repertum fuit, eam eſſe in parte ſeminata capacem rubr. 282., & ad hunc ipſum effectum prævia judiciali intimatione, ac provocatione, quod DD. fratres de Aſtallis alium, ſi vellent, Agrimenſorem adducerent, extitit abunde (ob contumaciam alterius Agrimenſoris non comparentis in faciem loci ſub die deſtinata) de novo firmatum, quod illa pars terreni, quam appellant *Quarti*, nempe *di Valle Aleſſandra, Pedica della Morte, Caminozzo, la Caſcina, le due Torri*, capax eſſet, ac ſolita recipiendi ſemen in ſupra enunciata quantitate rubr. 282. Verum quia Teſtes non ita perſpicue, & ad oculum demonſtrabant, an totum illud terrenum foret ſeminatum, ut dicunt, *a grano*, quinimò eorum aliquis non bene forſan diſtinguens, & ſignanter primus, & tertius præſupponere videbantur, quod Dominicus Affictuarius utriuſque contendentis, ultra granum aſperſerit in terram D. Principis fabas, & hordea, ſeu bladas: hinc DD. in hujuſmodi ambiguitate Teſtium ruſticorum, ac forenſium, & conſequenter non ita de facili ad novum examen revocabilium, juſtum arbitrium capeſſentes, 50. rubra tribuerunt huic veriſimili ſeminationi bladarum, ac fabarum ſuper quartis ſuperius enunciatis, atque hujuſcemodi quantitate detracta, ſive diminuta, reduxerunt quantitatem frumenti ab initio ſeminati pro parte D. Principis ad rubra 232., & ex parte DD. de Aſtallis ad rubra 100. proindeque proportionabiliter ad has quantitates præbendum eſſe Votum Tribunali Agriculturæ pro Arithmetica partitione facile di-

ſcriminanda per Peritos calculatores ſuper
pecuniis loco frumenti ſubrogatis, & ad di-
ſpoſitionem, & mandatum ejuſdem Tribu-
2 nalis exiſtentibus, ut enim bene animadver-
tebat *Gaſp. Manz. in eod. §. 28.* alias = *quod
ſi frumentum, Inſtit. de rer. diviſ. ſub n. 15. cum
ſeqq.*, ubi acervus communis ex defectu
probationis efficiatur, totum reſidet in ar-
bitrio Judicis, qui quantitatem diſcrete præ-
finiat, eoque modo, quo valet, detrimen-
tum compenſet, itaut per hæc verba ſubjun-
gat = *Licet autem ſubindè alicui minus adjudica-
ri poſſit, quàm antea habuerit, tamen ratione in-
certitudinis hoc toleratur* =

Et hoc, quod per *Manz.* propriùs inſinua-
tur, conforme omninò apparuit determi-
nationi præfatorum Jurium *in dicto capitali
§. Quod ſi frumentum, Inſtit. de rer. diviſ. & in
d. l. 5. ff. de rei vindic.* Nam quamvis *ſub præ-
dicto §. Quod ſi frumentum*, in quo jam citrà
voluntatem Dominorum præſupponitur mix-
tura grani, præfiniatur, ac decidatur tan-
tummodò = *Sed ſi ab alterutro veſtram totum
id frumentum retineatur, in re quidem actio pro
modo frumenti cuicumque competit, arbitrio autem
Iudicis continetur, ut ipſe æſtimet, quale cujuſque
frumentum fuerit*; & idcircò quia non dicitur
3 = *quale, & quantum* = dubitare ab initio viſa
fuerit *Gloſſ. in eod. §. Verb. competit*; an ar-
bitrium Judicis extendatur ad quantitatem,
quemadmodum litterale eſt, ferire qualita-
tem; nihilominus bene in medio ſubjungit
*Gloſſ. verſ. vel dic.*, ubi ita inquit = *Quando non
apparet, quod fuerit ſuum, & hoc innuit hoc ver-
bum quale, non enim dicit quod, ſed quale, ut in
qualitate officium vertatur, & quantitate, non au-
tem in corpore, cum illud ſit impoſſibile diſcernere*,
& idipſum concludit *Gloſſ. in d. l. 5. ff. de rei
vindic. ſub verb. apparet*, explicitè reſervans
Partibus probationem, quam facere poſſint
ſuper majori, vel minori quantitate, vel ſu-
per meliori, aut pejori qualitate, quo non
facto per alterutrum (ut in præſenti) Judex
ipſe diſcernit, juxta genuinam animadver-
4 ſionem utriuſque *gloſſæ* mox allegatæ; Et ge-
neraliter, quod data impoſſibilitate ſepara-
tionis intret officium, & arbitrium Judicis
pro decernenda, diſcernendaque quantitate
utrique debita, judicioſe, & bene pernota-
runt ultra *Manz.*, qui magis in puncto loqui-
tur, *Petr. Gilken. in d. §. Quod ſi frumentum in
fin. ibique Oinotom. n. 3. in fin. Menoch. de Arbit.
cap. 252. n. 3. verſ. in diviſione ergò, Matth. de
Afflict. in lib. 3. feud. tit. ex quib. cauſ. feud.
amitt. n. 171. Georg. Struvius in comment. ſuper
Pandect. tit. de acquir. rer. dom. exerc. 33. theſ. 22.
in fin. Cyriac. contr. 89. n. 8.*

Et ita, poſt iteratam Cauſæ propoſitio-
nem concluſum fuit, utraque &c.

*ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

DEciſio hæc fuit confirmatoria alterius ſu-
pra ſuo loco recenſitæ, & ad illius limi-
tes fuit mihi demandata expeditio Cauſæ,
mediante Voto tradendo Conſulibus Agri-
culturæ, qui me in Aſſeſſorem, ſive Conſul-
torem in hac Cauſa prææelegerant, atque in
hoc caſu ſtylus eſt, (ultra ſuperiùs in prima
Deciſione jam annotata) quod hujuſmodi
Votum exhibeatur ſub illa formula = *ſum in
Voto*, vel = *Sacra Rota eſt in Voto ſic*, & *ſic*
breviter, & conciſè ſummando ſubſtantiam
reſolutionis, una cum contextuali inſertio-
ne Deciſionum, ſubſcriptione, & Sigillo Po-
nentis, ſivè idem Votum fuerit expoſtula-
tum ab aliquo Magiſtratu, ſeu Tribunali,
aut ab aliqua Sacra Congregatione, vel in-
junctum per ſpecialem Commiſſionem ſi-
gnatam manu Sanctiſſimi, adeout ſolus Pa-
pa, ejuſque Signatura Gratiæ, nulluſque
alius valeat præcipere, quod alius Judex,
Tribunal, vel Congregatio procedat cum
Voto, vel de Voto Rotæ: In cœteris verò
caſibus, ut in præſenti, Rota voluntarie præ-
bet Votum ad requiſitionem earumdem Sa-
crarum Congregationum, aut alterius Tribu-
nalis, ſeu Judicis, qui omnes regulariter, ac
5 ſemper Votum, & Deciſiones tanti Audi-
torii in capeſſenda finali reſolutione exe-
cutioni demandant, non curata diſtinctione
formulæ ſupradictæ, *cum, & de Voto*, de qua
*Gratian. diſcept. 524. n. 2. & 3. Coccin. adnotat.
185. n. 1. Card. de Luc. de Judic. diſc. 4. ſub n. 10*
quia in ſubſtantia, & in praxi nulla reſultat
6 differentia, licet prima formula *cum* redo-
lere ſoleat majorem reverentiam erga Sacras
Congregationes Eminentiſſimorum S. R. E.
Cardinalium, ex deductis per *Federic. de Senis
conſ. 1. n. 9. Coccin. ubi ſupra n. 2, & Card. de
Luc. dicto diſc. 4. n. 11.*

Reſpectu vero eorum, quæ in hac Deci-
ſione tanguntur ſuper menſuratione terra-
rum facienda per Peritos, & Agrimenſores
frequentes ſunt in Foro diſputationes, utrum
actio menſurare faciendi terrenum vendi-
tum, aut alio modo diſtractum, exiſtat per-
petua, ſive potiùs præſcriptioni ſubjaceat;
7 & in hoc articulo diverſæ ſunt ſententiæ *Do-
ctorum*, aliis volentibus, per ſexaginta dies,
aliis per Annum, aliis non minori tempore,
quam annorum triginta, vel quadraginta
hujuſmodi actionem præſcribi poſſe, ut ſæ-
pius expertus fui in forenſi paleſtra: ſed cum
totum dependeat a facti, pactionumque cir-
cumſtantiis, idcirco liceat hic adnotaſſe ſe-
dem materiæ, quæ eſt apud *Canoniſtas in cap.
per tuas de Donat. Bero quæſt famil. 5. Theſaur.
dec. 185. Giovagnon. conſ. 71. lib. 1. Antonell. de
tempor. legal. lib. 2. cap. 67. n. 93. & ſeqq. Ciar-
lin. controv. 176. lib. 2. Acholin. reſol. 5. Mangil.
de Evictione quæſt 102. Cardin. de Luc. de Alie-
nation.*

Digitized by Google

*notion. diſc.29. n.16., & diſc. 45. num.4. Rot. decif.111. coram Bicb. & dec. 467. coram Peutinger.*

Nuperrime autem, non obſtante defluxu
8 Annorum circiter 60., diſputato caſu inter Principem Burgheſium, & Chriſtophorum Cincium, *Rota ſub die 8. Januarii 1703. cor. R. P. D. Caffarello*, cenſuit, locum eſſe menſurationi expetitæ per Chriſtophorum ad formam præcedentis Judicati A. C., nihil tamen firmando quoad futuram relevantiam, quando ſecuta fuiſſet nova menſuratio, cum & præcedens Judicatum A. C. ſonaret in nudam proviſionem menſurationis faciendæ, *ſine præjudicio Jurium ambarum Partium*, & hoc fuit, quod in ſubſtantia eadem *Rota* canonizavit, quia, ſtante lapſu temporis poſt Decretum A. C. præterlapſi, reſpondit ſub prædicta die: *conſtare de re judicata*.

Præcipuum vero caſum, & in aſpectu pulchrum intrà eoſdem terminos diſputavi de Anno 1674., immo in ſenſu veritatis conſultus ab Officialibus Celſiſſimæ Regalis Cameræ Magni Ducis, quæ favore Marchionis Ferroni Tenutam quamdam diſtraxerat, reſcripſi, ut ſequitur.

In facienda præfixione terminorum cujuſdam Tenutæ venditæ cum pacto, ut illa terminare deberet in quodam adjacenti Lacu, cujus quoque ſpatium per tres pedes emptori erat aſſignandum, fuit ipſe Lacus ſine ſolita aquarum quantitate adinventus, unde ſuborta eſt dubitatio, an termini Tenutæ præfigendi ſint juxtà ſolitum aquæ ſtatum, ſive potius uti de tempore menſurationis reperiebatur, & in hac difficultate diſtinguendum putarem; Aut poſt contractum Lacus excrevit; aut jam tempore contractus erat exſiccatus.

Primo caſu crederem, omnino attendendum eſſe ordinarium aquæ ſtatum, adeout tres pedes aſſignandi ſint emptori in Lacu exſiccato, nulla habita differentia receſſus ipſius aquæ, non ſolum ex regula generali,
9 quod quælibet promiſſio ad tempus initi contractus reſtringenda ſit, juxtà diſpoſitionem *Textus in l. item ſi fundi §. Hinc vicinus, de uſufruct. l. ſed quæ loca 22. ff. de ſervit. ruſtic. Prædior. l. ſi voluntate, C. de reſcind. vendit. l. ex mille §.1. ff. de evict. cap. cum dilectus 3. de empt. & vendit. Alex. conſ.25. n.1. & 2. lib.7. Cyriac. contr.151. n.16. & ſeqq. Gratian. diſcept. 226. n.69., Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.9. Gloſſ. unic. par. unic. n.27. Rota in una Bononien. tranſactionis 27. Februarii 1640. §. Neque &c. cor. Card. Veroſpio, & coram. Peutingerio dec.492. num.15. & par.13. rec. dec. 227. num.17.*; Sed etiam, quia pro ſolutione difficultatis *Textus* eſt litteralis *in l. Rutilia Polla 69. ff. de contra-*
10 *hend. empt.*, ubi proponitur, Rutiliam emiſſe Lacum, & circa eum decem pedes, quos poſteà idem Lacus auctus cooperuit, & in ea ſpecie reſpondet *I. C.*, Rutiliam illos decem pedes habituram, qui erant tempore emptionis, non vero ampliùs, eo quod Lacus poſtea creverit: Unde cum de tempore venditionis Tenutæ Lacus nondum eſſet diminutus, parum intereſt, poſtea excreviſſe, cum tantum ſit emptori tribuendum, quantum eſſet habiturus, ſi Lacus in eodem ſtatu permanſiſſet, ut colligit ibi *Gloſſ. in verbo eum, Menoch. conſ. 606. n.32.*, & in terminis *d. l. Rutilia* optime *Bart.*, & *Bald. ibidem Cujac. in repet.*, & *Faber in rational. Alex. d. conſ.25. num.6. verſ. quintò pro iſta parte lib.7. Arias de Meſa var. reſolut. lib.3. cap.12. n.1. & n.10. & 11.*

Et ea redditur ratio per ſupra allegatos
11 *Doctores*, quia Lacus, & Stagna, licet interdum creſcant, & decreſcant, ſuos tamen terminos tenent, nec alluvionis jus admittunt, *l. vicinus §. ult. ff. de aqua pluv. l. Lacus 12. ff. de acquir. rer. domin.*, unde firma remanet re-
12 gula illa, quæ dictat, ſtatum præſentem tempore contractus debere attendi, ut poſt *Jacob. Cujac. in repet. d. l. Rutilia* explicat *Ant. Faber. in rational. tom.5. lib. 18. tit. 1. pandect. fol.372. Arias de Meſa d. lib.3. cap.12. n.11.*

Maxime quia regulariter iſti Lacus areſcunt, ſed non habent cauſam perpetuam, cum facile redeant ad priſtinum ſtatum, ut notat ibidem *Faber*; unde ſubintrat ea con-
13 cluſio, quod cum veriſimiliter adſit ſpes, quod progreſſu temporis ad priorem non calamitoſum, ſeu accidentalem ſtatum res poſſit redire, tempus ipſum calamitoſum attendi non debeat, ut pulchre advertit pluribus relatis *Card. de Luc. de alien. & contract. prohibit. diſc.1. num.47., & diſc. 13. num.9. eod. titul.*

Si vero verſemur in ſecunda parte diſtinctionis, planum eſt, deberi tres pedes emptori in ea parte, ubi de tempore contractus aqua realiter exiſtebat, nullo habito reſpectu exſiccationis, cum venditor promiſerit, Tenutam fore terminaturam intra pedes tres aquæ realis, & moventis, quæ verba cum
14 referantur ad tempus contractus *l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. l. in lege, de contrahend. empt. l. 2. §. fin. ff. de hæred. vel act. vend.* cum cœteris uſque ad nauſeam collectis per *Adden. ad dec. 533. n. 5. & ſeqq. par.4. tom.3. re-*
15 *cent.* & per *Barboſ. axiom.75. n.5.*, profectò intelligitur vendidiſſe partem Lacus, prout de eo tempore exiſtebat, *l. lege, de contrahend. empt. l. Julianus 6 ff. qui, & a quibus, Va-*
16 *laſc. conſult 58. n.3.*, cum aliàs fortaſſe emptor non fuiſſet contracturus, niſi putaſſet, eam aquam ſibi deberi, quæ de tempore ſtipulatæ venditionis, vel factæ promiſſionis in tali ſtatu reperiebatur, per *Text. in l. in conventionibus ff. de verbor. ſignific.*, quem exornat *Rub. ad dec. 533. ubi ſuprà n.26.*

RO

## ROMANA CAMBII.

*Veneris 31. Januarii 1698.*

### ARGUMENTUM.

De ſtylo, & praxi Sacræ Rotæ demandandi expeditionem Cauſæ, extenſa brevi Deciſione, ad evitandam nullitatem ſententiæ promulgandæ ſub prætextu, quod eadem ſententia excedat limites præcedentium Deciſionum.

### SUMMARIUM.

1 *Sententia, quæ excedit limites libelli, ſeù Monitorii, de jure, ac etiam de ſtylo omnium Tribunalium non ſuſſtinetur.*

*Niſi in eodem Monitorio, ſeu libello adſint clauſulæ ſalutares, ac præſervativæ, ex quibus Iudex valeat ſententiare ſuper deductis, ac probatis in progreſſu Cauſæ, n. 2.*

3 *Sententia Rotalis, quæ excedit limites præcedentium Deciſionum, non ſuſſtinetur,*

*Undè ad evitandam hanc nullitatem inolevit ſtylus demandandi, quod Cauſa expediatur extenſa brevi Deciſione, n. 4.*

5 *Judex non tenetur Officium ſuum impartiri ultrà id, de quo Pars victrix contentatur.*

6 *Reſervatio Jurium admitti debet per Judicem in ſententia, quoties eadem reſervatio nemini præjudicat.*

7 *Litigantes quodammodò febricitare dicuntur.*

8 *Auditor Rotæ poteſt in una, eademque Cauſa ſibi commiſſa pluriès definitivè pronunciare.*

9 *Litigantes in quibuſdam caſibus poſſunt a Judice cogi, ut deveniant ad concordiam.*

### DECISIO XXVIII.

SAncientibus Conſtitutionibus Auditorio noſtro directis, quod quemadmodum apud extera inferiora Tribunalia ſenten-
1 tia pronuncianda nequit excedere limites libelli, juxtà diſpoſitionem *Text. in l. ut fundus, ff. comm. divid.*, *& in cap. licèt Hely, de Simon. & in Clem. ſæpè verſ. verùm quia de verb. ſignif. Coler. dec. German. 156. n. 9. Vargaſ. dec. Aragon. 45. n. 34. Carpzov. dec. Saxon. 49. num. 11.*
2 *& ſeq. Armenzan. dec. Januen. 8. num. 11.*, niſi forte per clauſulas ſalutares, & opportunas cautum appareat in eodem libello, poſſe Judicem definiendi fimbrias honeſte, & ad opportunitatem æquitatis, & Juſtitiæ dilatare, ex his, quæ limitando proſequuntur *Ab Eccleſ. obſer. for. par. 1. obſ. 22. n. 10. & ſeqq.*, & ſignanter *n. 17. idem Armenzan. dec. 47. num. 6. Dexart. dec. Sardin. 100. n. 21. Rot. cor. Pamph. dec. 147. n. 11. & dec. 600. n. 7. & cor. Priol. deciſ. 30. n. 9. cum duob. ſeq.*

Ita nec etiam in Rota noſtra valeat per illum noſtri Ordinis, cui Cauſa reperitur commiſſa, promulgari ulla ſententia, quæ non cohæreat Deciſionibus præcedenter editis, & hoc, ne idem Commiſſarius Auditor, qui de voto ſuorum Coauditorum obſtringitur Cauſam cognoſcere, & terminare, fines tranſgrediatur Voti a ſuis Cuauditoribus ſu-
3 ſcepti, alias ſententia ipſa, quæ contra, vel ultrà præambulas Deciſiones pronunciaretur, nulla eſſet, & inefficax, ut quotidie obtemperando (ut par eſt) prædictis Conſtitutionibus Pontificiis in contingentia caſuum reſpondit *eadem Rot. dec. 151. per tot. par. 16. recen.*, *& dec. 163. num. 2. & 3. par. 18.*, *& in Barcbinonen. Exemptionis 29. Maii 1665. coram bo. me. Bourlemont, & in* Romana Falcidiæ *17. Februarii, & 27. Iunii 1687. coram Benincaſa.*

Idcircò cum hodie ex parte Baronis Angeli inter Cauſarum relationes inſiſteretur pro expeditione ſuæ Cauſæ cum Marchione Sacchetto, in Deciſionibus autem, quæ promanaverant coram Me, infirmata quidem noſceretur ſententia lata per R. P. D. Gomez de Voto Tribunalis, inquantum præterlapſis novem Menſibus, ſive tribus Feriis a die contracti Cambii, definiverat, nullos ampliùs fructus deberi ejuſdem Cambii, veluti ad idem tempus trium Feriarum arctati, ſed nihil diceretur in prima *diei 26. Iunii Anni proximè elapſi*, in ſecunda verò *diei 11. Decembris ejuſdem Anni*, dumtaxat ſubjungeretur *in §. Abſque eo*, quod Domini (nihil poſitive firmantes) ſolummodò magis inclinabant pro continuatione fructuum ejuſdem Cambii ad rationem limitatam quatuor cum dimidio; hinc proinde tam in obſequium præ-
4 fatarum Conſtitutionum, quàm ſtyli laudabiliter introducti in demandando expeditionem Cauſæ extenſa prius per eumdem Ponentem, ſeu Commiſſarium Auditorem brevi Deciſione, quæ removeret difficultatem diſſormitatis inter Deciſiones, & ſententiam ſucceſſive proferendam: Domini mihi injunxerunt, ut præſentem ſubextenderem Deciſionem, in qua dicerem, fructus decurrere debuiſſe, ac debere ad rationem dumtaxat Cambii limitati ſcutor. 4. cum dimidio pro quolibet centenario, non minus ex ea inclinatione, de qua teſtabatur præfata ſecunda *Deciſio ſub dicto §. Abſque eo quod*, quàm præciſius adhærendo conſenſui Baronis, qui Cauſæ expeditionem eſtlagitabat etiam ad rationem memoratæ limitationis, dummodò in ſententia præſervarentur ſibi jura in ulteriori proſecutione Judicii expetendi fructus ejuſdem Cambii etiam ad rationem currentis; non enim exiſtimarunt DD. neceſſarium
5 eſſe officium proprium impartiri ſupra id, de quo Pars, quæ vicit, contenta eſt, ut in ſimili habetur apud *Marilian. dec. 87. num. 7. in fin. verſ. & quia agentes*; *Larrea dec. Granat. 42. n. 38. Leoncill. dec. Ferrar. 36. num. 7. & 8. Rot. coram Coccin. dec. 727. num. 6.* & magis ad rem *in dec. 235. num. 1. cum duob. ſeqq. par. 17.*
6 *recen.*, maxime, quia contextualis præſervatio

tio omni Jure videbatur admittenda, cum
neutri Partium præjudicaret, ad tradita per
*Amat. dec. Ferrarien. 50. num. 12. Mart. Medic.
dec. Senen. 79. num. 12. & 13. Cenſal. dec. Lu-
cen. 88. num. 49. & 50., Rota in Aſculana Ju-
ris offerendi 4. Martii 1689. coram Reverendiſſ.
Turonen. impreſſ. poſt Card. Albit. de Inconſt.
in Judic. dec. 13. num. 7.*
Et ita &c.

### *ANNOTATIO.*

Eſſe quid Divinum in morbis, fatebatur
*Hypocrates*, etſi Paganus, & Idolatra, &
idipſum contigit in hac cauſa, cum ipſi Li-
7 tigantes febricitare dicantur, ex inſinuatis
inferiùs *in Romana Communantiarum, & Bonta-
tilis*; nam, ut tactum fuerat in prima Deci-
ſione edita coram Me, & ſuprà jam regiſtra-
ta, eamdem primam meam Deciſionem præ-
ceſſerat contraria *ſub die* 8. *Febr.* 1697. *coram
Urſino*, & fuerat ſub die 27. Martii ſubſequen-
tis prolata Sententia abſolutoria favore Mar-
chionis Sacchetti.

Poſtmodùm prodierunt meæ Deciſiones,
& ad normam præſentis remanſit Cauſa ex-
pedita per Sententiam infirmatoriam alte-
rius latæ coram R.P.D. Urſino; rursùs autem
inter hæc pugnantia Judicata commiſſa ap-
pellationis Cauſa eidem Urſino (non enim
8 in Tribunali noſtro repugnat, quod idem
Ponens, ſeù Relator, utpote judicans de Vo-
to Coauditorum, iterato, & pluries in Cauſa
pronunciet, ut aliàs obſervavit *Rota in Mile-
vitana Viridarii* 21. *Januarii* 1676. *per tot. cor.
bo. me. Emerix Jun.*) & ſub die 28. Aprilis ejuſ-
dem Anni 1698. illa pars Dominorum, quæ
fermè fuerat ſuffragata in primo Judicato,
ſtetit in eodem ſenſu, onde reſcriptum fuit,
Sententiam eſſe infirmandam, videlicèt il-
lam, quam protuleram ad limites hujus De-
ciſionis, & ſub die 4. Auguſti celeriter de-
mandata expeditione, prononciata extitit
Sententia confirmatoria primæ, & revocato-
ria ſecundæ.

In hoc ſtatu Signatura Juſtitiæ Cauſam
denuò appellationis commiſit R. P. D. Muto,
à quo propoſita diſputatione ſub die 30. Mar-
tii 1699., rursùs contigit, Votum præbere
eoſdem, qui meæ, ſive ſecundæ ſuffragium
dederant Sententiæ, & hi reſponderunt pro
infirmatione primæ, & tertiæ Sententiæ, ſeu,
quod idem eſt, ad normam reſcripti Signa-
turæ, *non eſſe locum Statuto de duobus*, ſed Sen-
tentiam per Me latam eſſe ſubſtinendam.

Verùm expoſtulante Marchione Sacchetto
iterùm audiri adversùs hanc poſtremam re-
ſolutionem, Tribunal agnoſcens, quod,
rebus in eodem ſtatu perſeverantibus, facile
contigiſſet, ob ingeniorum varietatem, col-
luctantes oriri poſſe Sententias non ſine in-
juſto, licet apparenti ſcandalo Inſipientium,
qui præfatam Ingeniorum, Judicantium
varietatem non callent, idcircò ſub die 15.
Martii 1699. non ſolùm conceſſa fuit nova
Audientia, ſed injunctum, quod Cauſa vi-
deretur ab omnibus Dominis, ut ità in hoc
opinionum conflictu tamdem diſcuti valeret,
quænam Sententia in toto Cętu præponde-
raret, eo modo, quo practicatur etiam in
exteris Tribunalibus, & ſignanter Neapoli,
quandò ibidem Cauſa diſcutitur, ut ibi di-
cunt, *junctis Aulis*, quod apud nos idem
eſt ac dicere *videant omnes*.

Aſt neque, ob numerum Suffragantium
in paritate exiſtentem, ulla capi potuit reſo-
lutio ſub die 26. Iunii 1699., quapropter,
repropoſita Cauſa ſub die 27. Novembris
ejuſdem Anni, quia in ſubſtantia agnitum
fuit, neque tunc capi poſſe reſolutionem ex
motivo æquilibrii, ſeu paritatis Votorum,
nòn tantum prodiit reſcriptum *placeret con-
cordia*, ſed (quod forſan ſingulare eſt) re-
collecta fuerunt Vota ſuper modo, & quan-
titate concordanda, & conſpirantibus in hoc
Dominis quoad certam quantitatem, ad in-
ſinuationem idcircò Ponentis de ſenſu ipſo-
rum Dominorum atteſtantis, Cauſa hæc ob
hujuſmodi circumſtantias effecta celebris,
amicabiliter conſopita, & extincta pænitùs
remanſit.

Idipſum laudabiliter practicatum quoque
fuit in aliis caſibus, reducendi ſcilicet Partes
ad concordiam; cum etenim ſignanter in
illa diutiùs exagitata Cauſa *Romana Caſtri
Porciliani* coram diverſis Auditoribus inter
Baronem Aloyſium Mariam del Nero, &
Carolum Gavottum, ſive Angelum ejus hæ-
redem, triumphaverit in prætenſa prælatio-
ne Baro del Nero, uti præſertim liquet ex
*deciſionibus editis coram R. P. D. Muto, & R. P. D.
Lancetta*, ſuperfœtavit quæſtio ſubalternans
circà diviſionem fructuum faciendam inter
Actorem, & Reum, tàm inſpecto tempore
ſubſecutæ deliberationis, quàm obtentæ,
& conſumatæ prælationis, eaque quoad plu-
res partitas, & differentias a Tribunali diſ-
ſoluta *coram R. P. D. Lancetta*, tandem ſuper-
erat minuta perquiſitio ſpeciei quorumdam
fructuum, qui ab inciſione parvorum ligno-
rum combuſtibilium, vulgò *Faſcine*, reſul-
tabant; cùmque faſtidioſum hujuſmodi ne-
gocium non tàm a Jure, quàm ab inconſtan-
ti ſtylo Agri Romani penderet, ideòque non
foret ità facile diſcernibile, *Rota* tandem,
uti decebat ejuſdem Tribunalis majeſtatem,
jurgiis pervicacibus occurrens, ad relatio-
nem prænominati *R. P. D. Lancetta die* 28. *Junii*
1702. reſcripſit = *fiat omninò concordia pro me-
dietate ſuper Faſcinis tantùm*, meritò proinde
9 exercens illam poteſtatem, quam habent
Judices, & Tribunalia, præſertim majora,
cogendi in quibuſdam caſibus Litigantes ad
concordiam, teſte *Dec. conſ.* 445. *n.* 2. *Senec.
de*

Digitized by Google

*de Judic. lib. 2. cap. 2. n. 20. & 21. Excobar. de ratiocin. cap. 32. n. 25. Theſaur. dec. 89. n. 3. Fontanell. dec. 237. n. 2. Coccin. annot. 4.* plene *Rot. in Romana Concordiæ 22. Apr. 1697. §. Gravamina ſiquidem cum ſeq. cor. Reverendiſ. D. meo Molines Decano, & in Romana Pecuniaria ſuper negocio principali 25. Februarii 1701. in princip. coram M.*, quæ extat *impreſſ. poſt Salgad. in labyr. Credit. juxtà noviſſimam Venetam editionem* in ordine *la* 203. *num.* 1.

## FOROSEMPRONIEN. TESTAMENTI

*Lunæ 17. Februarii 1798.*

### A R G U M E N T U M.

Plura deducuntur circà modum recognoſcendi manum per comparationem, quando nempè, & in quibus caſibus admitti ſoleat, & debeat in Judiciis, præſertim ad effectum offuſcandi certitudinem ſchedulæ Teſtamentariæ in materia Teſtamenti nuncupativi, cujus ritas, & legalitas aliundè eluceſcat.

### *S U M M A R I U M.*

1 *Teſtamentum nuncupativum per relationem ad Schedulam, ut ſubſiſtatur, conſtare debet de certitudine Schedulæ, ad quam refertur.*

*Adeout excluſa remanere debeat qualibet ſuſpicio ſuppoſitionis alterius Schedulæ, ibidem.*

*Et quando ceſſare dicatur hæc poſſibilitas ſuppoſitionis, n. 2. & 3.*

4 *Recognitio manus per comparationem eſt adeò periculoſa, & fallax, ut parum ſteterit, quin* Juſtinianus *illam omninò vetuerit.*

*Undè in Judiciis rarò nimium, & circumſpectè deveniendum eſt ad hujuſmodi recognitiones, n. 5.*

*Et de ratione ibidem, & n. 6.*

6 *Manus, ſeù character hominum de die in diem naturalitèr mutatur.*

7 *Recognitio manus per comparationem eſt remedium mere ſubſidiarium; ideoque admitti non debet, quoties aliundè conſtare poteſt de veritate caractheris, & ſcripturæ.*

8 *Recognitio manus Teſtatoris per comparationem in quibus caſibus admiſſa fuerit ad elidendam poſſibilitatem ſuppoſitionis alterius ſchedulæ Teſtamentariæ, & n. 10. & 12.*

9 *Factum quoties mutatur, vel non ſubſiſtit, diverſa quoque ſententia ſtatui debet.*

11 *Illatia ex diverſis fieri non debet.*

13 *Teſtamentum, ut redarguatur de falſo, probationes debent eſſe undique perfectæ, & concludentes.*

14 *Teſtes, etiam dignitate fulgentes, debent examinari formiter.*

15 *Schedula Teſtamenti debet continere perfectam Teſtatoris voluntatem.*

*Teſtator ad dictum effectum tenetur coram Teſtibus declarare, ſe velle de ſuis rebus diſponere, num. 16.*

*Et requiruntur ad minus duo Teſtes conteſtes, num. 17.*

18 *Teſtator licèt hæredem nominaverit, ſi tamen ante perfectum Teſtamentum deceſſerit, ipſa hæredis nominatio nulla omninò eſt.*

19 *Identitas Schedulæ Teſtamentariæ debet probari, itaut excludatur ſuppoſitio alterius.*

20 *Teſtator, ſi voluit, Teſtamentum à Notario ſtipulari, ſcriptura, licèt completa, in qua continetur ejus ultima voluntas, non probat.*

21 *Declaratio Iudicii poteſt ab hærede peti in re dubia citra incurſum caducitatis a Teſtatore comminata in caſu moleſtiarum.*

22 *Legatum non præſumitur factum animo compenſandi, niſi conjecturæ efficaciſſima concurrant.*

23 *Teſtator non præſumitur voluiſſe, legatum reddi inutile Legatario.*

*Maximè, quando Legatarius eſt æquè dilectus, ac hæres, num. 24.*

25 *Compenſatio non datur de legato cum debito voluntario.*

*Item nec de ſpecie ad quantitatem, num. 26.*

*Item, quando in ſumma legata adeſt onus Fideicommiſſi, quod non aderat in debito proprio ergo Legatarium, num. 27.*

28 *Prohibitio non moleſtandi intelligitur de moleſtiis injuſtis, & illicitis, non autem de juridicis, ac de Iuribus claris.*

29 *Verbum,* Pretenzioni, *intelligitur de Iuribus turbidis, & litigioſis, non autem de rebus claris, & liquidis.*

30 *Legatum relictum legatario tamquam hæredi, & ſub nomine hæredis, non debet capi de manu alterius.*

31 *Fideicommiſſarii in electione eſt, vel agere ad bona fideicommiſſi alienata, vel ad pretium contra hæredem alienantis.*

32 *Verba prohibitionis perſonaliſſima non patiuntur extenſionem.*

### D E C I S I O XXIX.

POſt obitum utriuſque Virginiæ Uxoris, ac Sororis reſpective Innocentii Teſtatoris iterum inſtaurata pugna per hæredes, placuit Dominis in hodierna die perſiſtere in deciſis coram Me ſub die 11. Decembris proxime elapſi. Quamvis enim pro parte habentium cauſam a Sorore revocarentur ad contentionem eædem prorsùs exceptiones pleniſſime eliſæ in geminis Deciſionibus præcedentis Inſtantiæ coram R. P. D. meo Caprara, ac etiam ſufficienter ſubverſæ in prædicta mea Deciſione, tota moles citra inutilem repetitionem ejuſdem impugnationis verſabatur in eo, quod Schedula teſtamentaria conſignata per Innocentium Notario ad formam Teſtamenti nuncupativi, quod dicitur nuncupatione implicita, veluti carens ſubſcriptione Teſtium in dorſo, & ſub folio ſimpliciter involvente ſubcluſa, pati idcirco valeret ſuſpicionem quoad identitatem,

tem, qua ſtante, etſi memorati hæredes Virginiæ Sororis non impugnarent veritatem propoſitionis, quod adhibita per occumbentem hac formula teſtandi, nec illius ſubſcriptio, nec conſequenter ipſius ſubſcriptionis recognitio foret neceſſaria, ut latius in præterita mea Deciſione *ſub §. Et ex his*; Attamen mordicùs inſiſtebant in expoſcendo, quod in hoc præciſo caſu fieret omninò recognitio, ex quo Teſtator in actu memoratæ conſignationis poſitivè aſſeruerat, Teſtamentum a ſe ſubſcriptum extitiſſe, quandò tamen ex Teſtibus (uti ſubjungebant) apparebat, minime potuiſſe ſub die 4. Novembris ſubſcri-
1 bi tale Teſtamentum ab Innocentio, quin ipſi vidiſſent, vel ſciviſſent, ac propterea eò magis incaleſcere probabilitatem ſuppoſitionis diverſæ Schedulæ ab ea, quæ fuerat conſignata Notario, sivè, quod idem eſt, augeri incertitudinem identitatis Schedulæ, qua concurrente non ſubſiſtere formam teſtandi per nuncupationem implicitam, abundè liquet ex traditis per *Grat. diſcept.* 973. *n.* 44. *cum ſeqq. Cyriac. contr.* 444. *ex num.* 19. *ferè uſque ad fin. Donda, conſult.* 71. *n.* 4. *& ſeq. per tot. Altograd. Jun. contr.* 50. *n.* 20. *cum ſeqq. Modern. Mantuan. conſult.* 4. *ex n.* 8. *cum pluribus ſeqq. Rot. coram Prior. dec.* 315. *per tot. & dec.* 149. *n.* 2. *part.* 17. *recent. & in Romana Teſtamenti* 17. *Martii* 1681. §. *Quarè licet, cor. bo. me. Guaxardo, & in Romana, ſeu Ianuen. Teſtamenti* 2. *Aprilis* 1683. *cor. clar. mem. Card. Matthæjo impreſſ. penès modern. Lucen. de Primog. & Major. tom.* 3. *dec.* 47. *n.* 28. *&* 29 confirmata 8. *Iunii* 1696. §. *Deſcendit tertio*, ac rurſus 13. *Ianuarii proximè præteriti cor. R. P. D. meo Muto*.

Verùm DD. totaliter perſuaſi de veritate Teſtamenti, multoque magis de voluntate Innocentii, nullatenus cenſuerunt annuendum expetitæ recognitioni manus ejuſdem Innocentii: Cum enim Teſtamentum approbatum à Sacro noſtro Tribunali nullum in ſe vitium contineret, & de conſignatione facta per Innocentium abundè appareret (ultrà aſſertionem, & depoſitionem Notarii) ex Teſtibus, qui in actu conſignationis intervenerunt, juxtà adnotata in præcedentibus Deciſionibus, quarum fundamenta ſupervacaneum eſt inutili repetitione rurſus firmare,
2 vel exornare; admittebant quidem DD. poſſibilitatem ſuppoſitionis in abſtracto, ſed eamdem inſimul in concreto veluti omninò inveriſimilem, & improbabilem rejecerunt ex conſtanti præambula voluntate Innocentii, qui minutam propria manu exaratam conſignaverat P. Guerræ plus continentem favore Uxoris, quàm legeretur in Teſtamento ad normam adamuſſim conſilii, quod idem P. Guerra requiſitus adhibuerat erga ipſum Teſtatorem per menſem ante conſignationem Teſtamenti controverſi, ejuſque obitus reſpectivè, juncta depoſitione Doctoris Amiani, aliorumque, de quibus in præcedentibus Deciſionibus, ac denique certitudine, quod ſub antecedenti die 3. Novembris Innocentius ſubſcripſerit ſimile omninò Teſtamentum tantummodo ex dubitatione quorumdam nominum malè forſan tranſcriptorum non publicatum, ſeu conſignatum Notario; quodvè Teſtamentum ità ſubſcriptum extare penès hæredes Virginiæ Sororis, ac per eoſdem non exhiberi forſan ſtudiosè, apud Dominos maxima verſabatur
3 ſuſpicio: Quapropter his omnibus concurrentibus, nempe Teſtamenti ſerie, & qualitate in plena Rota apud oculos Dominorum exhibita, & minime vitioſa, ut ſupra, & intercedente perfecta probatione conſignationis, ac morali, quæ in humanis haberi poteſt, ſecuritate præambulæ, ac certæ voluntatis Innocentii, quod ità de rebus ſuis erga meritum, vel benevolentiam Uxoris diſponere voluerit, non fuere aures porrectæ prætenſioni in ſuis caſibus fortaſſe admiſſibili, & quandoque admiſſæ, nimirum ut fie-
4 ret recognitio mediante judicio Peritorum, qui, niſi fallere velint, falli de facili poſſunt, adeout *Imperator Juſtinianus* illud a Republica fermè eliminandum exiſtimaverit, ex his, quæ colliguntur ex §. *Si verò moriantur, Authent. de Inſtrum. cautbel. & fid.*, & tradunt *Vulpell. conſ.* 135. *n.* 8. *Ciazz. ad Defenſ. Reor. diſcept.* 28. *n.* 26. *Rub. de Teſtam. cap.* 19. *n.* 477. *& ſeq. Ambroſin. dec. Peruſin.* 13. *num.* 3., & quod conſimiles recognitiones, ea hac ipſa
5 cauſa poſſibilis fallaciæ, & plenæ periculo, in Foro delicate dumtaxat, & in quibuſdam tantummodo caſibus poſſint recipi, patet ex iis, quæ in oppoſitum monent, & admittunt *Baron. de vitat. tom.* 2. *ſing.* 30. *ex num.* 2. *uſque ad fin. Ridolphin. In prax. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 141. cum concordantibus per *Rot. in Caſenat. Dotis* 6. *Aprilis* 1693. §. *Prout nec obſtat*, & 15. *Novembr.* 1694. §. *Minus relevat coram bo. me. Emer. Iun.*, & *in eadem ſuper Remiſſoria* 9. *Maii* 1695. §. *Neque hujuſmodi coram R. P. D. meo Scotto, & in Romana, ſeu Veliterna Mutui* 26. *Aprilis* 1697. §. *Potiſſimè quia, coram M*.

Et quidem dato millies, quod Periti, juxta eorum artem fideliter ſe exercentes, conſtanter opinati fuiſſent, ſubſcriptionem illis non apparere tanquam factam revera de manu Innocentii Teſtatoris, ſolùm ea poſſet deduci conſequentia, quod Teſtamentum exhibitum in noſtro Auditorio forſan non eſſet illud idem, quod effective ſupponebat Teſtator a ſe ſubſcriptum extitiſſe, qua ſane probatione clara intercedente, valuiſſent
6 DD. in aliquam hæſitationem devenire; ſed quia judicium Peritorum, ex ſupra animadverſis, ſemper ſubjacet periculo fallaciæ, & deceptionis, cum characteres tàm ſanorum, quam morientium non retineant perpe-



Digitized by Google

tuam, & ſecuram firmitatem, per ea, quæ ultra communem, ac notoriam experientiam, ponderarunt etiam Jura noſtra, & *Doctores*, ut ſignanter per *Text. in* §. 1. *propè fin. dicto tit. Authent. de inſtrum. cautbel.*, *& fid. Colleg. Paduan. apud Alex. conſ.* 87. *ſub num.* 3. *verſ. accedit lib.* 7. *Vermigliol. conſ.* 132. *n.* 12., *Vincent. de Franch. dec.* 95. *ſub n.* 3. *Joſ. Ludovic. dec. Peruſin.* 7. *num.* 18. *Rot. dec.* 7. *num.* 6. *coram Dunozett. jun.*

Idcircò DD., qui ex jam præmiſſis palpabant voluntatem Innocentii, & reſpectivè videbant impletam totam formam Teſtamenti, quod dicitur nuncupativum nuncupatione implicita, non cenſuerunt, anſam eſſe præbendam poſſibili offuſcationi, quæ à mercenario Peritorum judicio promanare potuiſſet adverſus formam teſtandi benè ſervatam, & contrà voluntatem, quæ ſuper omnia venit per Judices, & magna Tribunalia ex tota maſſa probationum aſſumenda, cùm remedium iſtud comparationis, ſeù
7 recognitionis manus, in certis caſibus neceſſarium ad meliùs hauriendam veritatem, in aliis nullo modo ſit recipiendum, nempè quando aliundè de certitudine manus, vel veritate ſcripturæ Judex reperitur ſatisfactus; remedium namque recognitionis per comparationem eſſe merè ſubſidiarium, & ſolummodò in deficientia aliarum extrinſecarum probationum adhibendum, uno ore dixerunt *Scacc. de Judic. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 1034. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 6. *gloſ.* 3. *part.* 7. *num.* 10. *Mell. obſerv. for.* 140. *n.* 12. *Rot. coram Buratt. dec.* 611. *num.* 8. *&* 9., *& cor. Coccin. dec.* 1791. *num.* 21. *& deciſ.* 152. *num.* 3. *coram Card. Cerro*, *& in Ravennaten. Bonorum ſuper Remiſſoria* 9. *Decembr.* 1682. §. *fin. cor. bo. me. Emeriæ jun.*, *& in Peruſina repetitionis indebiti* 4. *Februarii* 1692. §. *Ultra Teſtium depoſitionem coram R. P. D. meo Priolo.*

Atque ex his dedignati non ſunt DD. Mi-
8 hi demandare, ut ſatisfacerem exemplis quæ ad obtinendam Peritorum electionem præferebantur per hæredes bo: me: Virginiæ Sororis; illud namque, quod adducebatur ex reſolutis *in Amerina Fideicommiſſi coram Priolo inter ejus impreſſ. dec.* 208. *&* 230., quamvis non percuteret recognitionem manus, ſed allegaretur ad finem oſtendendi, quod Sacra Rota quandoque etiam in Teſtamentis conditis juxtà Theoricam *Bart. in l. ſi ità ſcripſero num.* 2. *ff. de condit. & demonſtr.* per formam nuncupationis implicitæ, definiverit, ex defectu ſubſcriptionis collabeſcere vim identitatis Schedulæ aliàs neceſſariæ, nullo modo apparuit applicari poſſe ad rem noſtram, cùm in illo caſu ex tenore ipſius Schedulæ illa deberet eſſe conſcripta de manu cujuſdam Valdoviſii Cognati Teſtatoris, & inſimul ſubſcripta de manu ipſius Teſtatoris, undè nil mirum, ſi exhibita in Auditorio Schedula tranſcripta per alium, quàm Valdoviſium, & penitùs carente Teſtantis ſubſcriptione, prodiit reſolutio deſtructiva Teſtamenti nullis de reliquo etiam ſolitis extrin-
9 ſecis probationibus muniti; mutato namque facto, eoque penitus diverſificante, diverſum Jus, & (ut dicunt) mutari etiam ſententiam per Judicem debere, inquit *Text. in l. ſi ex plagis* 53. §. *In Clivo Capitolino verſ. reſpondi*, *ff. ad l. Aquil. Angel. conſ.* 391. *ſub princ.* cum concord. penès *Barboſ. axiom.* 93. *n.* 2. *& ſeqq.*

Propiùs accedere videbatur exemplum admiſſæ, & demandatæ recognitionis per
10 Auditorem Legationis Avenionen. in caſu, quo poſtmodum conſulta fuit *Rota in quadam Cavallicen. hæreditatis*, ut patet *ex dec. impreſſ. la* 109. *par.* 17. *dec.* 53. *&* 787. *par.* 18. *dec.* 211. *&* 368. *par.* 19.; Sed nec iſtud quidquam conferre hypotheſi noſtræ viſum eſt ex nimiùm diverſis, & aberrantibus circumſtantiis: agebatur namque de Teſtamento nimis antiquo, condito nimirum fermè à ſæculo ante, relicto in manibus hæredis inſtituti, ſcripto dumtaxat per Notarium, qui, & duplicando figuram, deponebat de conſignatione, quodque plus eſt, præceſſerat ex non levibus indiciis circa falſitatem Judicium poſitivum Criminale acritèr deſuper agitatum, ut liquet ſignanter ex prædicta *dec.* 109. *a n.* 7. *uſque ad* 18. *par.* 17., proindeque benè congruebat pro reſponſione
11 adagium, quod a diverſis non fit illatio, ad *vulg. l. Papinianus exuli ff. de minor. l. inter ſtipulantem* §. *Sacram*, *ff. de verb. oblig. cum ſuis notiſſimis concord.*

Altera denique, quæ per hæredes Virgi-
12 niæ Sororis circumferebatur *dec.* 360. *par.* 13. *rec.*, cum ſubſequenti Poſitione Mihi uti Ponenti conſignata per eoſdem hæredes, etiam inapplicationis notam evidenter pati comperta eſt: Deciſio enim prædicta prodiit ad favorem Teſtamenti, & conſecutivæ Poſitiones ad eamdem Cauſam ſolummodò oſtendebant, Sac. Rotam juremeritò exoptaſſe, ut deveniretur ad manus recognitionem, eo quia totum Teſtamentum pendebat à ſola fide Notarii, qui & ſcripſerat Teſtamentum, & illud ſolitariè ſigillaverat, & ulteriùs proprius Parochus defunctæ Teſtatricis formiter ad examen revocatus depoſuerat vidiſſe eamdem Teſtatricem ſubſcribere per hæc formalia verba = *Io Caterina de Fabii mano propria* = Quapropter cum Teſtamentum ſubindè productum careret illis verbis = *mano propria* = & diceret = *Caterina Fabj* = non autem = *de Fabj* = nullamque haberet extrinſecam demonſtrationem, ſeù probationem, totumque negocium verſaretur inter fœminam, & Notarium, meritò Rota dixit, mandavitque fieri recognitionem, quæ, ſecundum allata ſuperiùs, quandoque

doque per Judices, & præſertim per noſtrum Auditorium undequaque circumſpectum fieri ordinatur in ſubſidium; addito ulterius, quod nec pro parte hæredum Virginiæ Sororis demonſtrabatur, quid extrà terminos apparentes ex poſitione, & contrà ea, quæ pro veritate Teſtamenti reſoluta emicabant *in d. dec.*360. *par.*13., actum deinceps fuerit in Cauſa.

Sublatis in quamdam exuberantiam præcitatis exemplis, ardua nimis, & improbata de per ſe detegebatur Provincia, quam aſſumere ſatagebant Defenſores hæredum Virginiæ circà impoſſibilitatem, quod Innocentius Teſtator ſubſcribere valuerit præſens Teſtamentum, ſub prætextu, quod duo Teſtes nunquam diſceſſerint è Cubiculo morientis, & aſſeruerint, non vidiſſe Teſtatorem ſubſcribere: Placuit enim reſponſio, quod reſpectu unius ex prædictis Teſtibus, is nullam coarctabat negativam, immo ingenuè fatebatur diſceſſum à Cubiculo; & alter, qui non erat immunis ab oppoſitione plurium exceptionum circà perſonam, perpenſus in Statera comparuit minus habens, cum ſupponeret remanſiſſe in Cubiculo uſque ad dimidiam ferè horam noctis, quando Franciſcus alter Teſtis Equeſtri dignitate decoratus, qui proculdubio fuit ultimus in emigrando, profitetur diſceſſiſſe ante, ſeu propè vigintiquatuor horas: proindeque redeundo ad totum hujus Cauſæ pondus, & circumſtantias, nullatenus viſum fuit, quod veritatem Teſtamenti abundè fulcientibus præciſa obſervatione formæ, ac pluſquam certa præambula voluntate Teſtatoris, hinc aut fallaci Peritorum judicio, aut fluctuanti, ſivè inſubſiſtenti unius, vel alterius Teſtis aſſertioni robuſtius ab aliis Teſtibus pro Teſtamento adductis enervatæ, committen-
13 da foret ſors hujus Controverſiæ, dum in materia falſi probationes debent eſſe perfectiſſimæ, ac undique concluſivæ perneceſſe, ut in his terminis pluriès conclamavit *Rota*, & præcipuè *in d. dec.*109. *n.* 46. *&* 47. *par.*17. *rec. & dec.*230. *n.*30. *poſt Modern. Lucen. de poſt. fut. ſucceſſ. & in Senogallien. Teſtamenti* 15.*Februarii* 1677. §. *Et tamen*, *&* §. *Quia ultrà quod cor. bo. mem. Bourlemont.*

Et ità, univerſo Auditorio itidem ſuffragante, denuo concluſum fuit, utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

AD terminos hujus Deciſionis fuit demandata expeditio poſt Menſem, nempè ſub die 17. Martii 1698., meaque Sententia, confirmatoria alterius latæ per R. P. D. Capraram, fuit item, ſeu tertio loco confirmata coram R. P. D. Pio ſub die 20. Junii 1698., cum ſubſequenti expeditione Sententiæ injuncta ſub die 4. Auguſti ſubſequentis, quinimo deventum fuit ad taxationem expenſarum contrà ſuccumbentes, & Cauſa terminavit cum ulteriori prolatione facta coram R. P. D. de la Tremoille ſub die 6. Aprilis 1699. per viam reſcripti, = *non conſtare de exceſſiva taxatione expenſarum.*

In concernentibus autem hanc frequentem teſtamentariam materiam non inutile reputavi ſubnectere quoddam reſponſum à Me exaratum vernaculo ſermone ad inſtantiam Comitis Aymi Goldoni Nepotis clar. mem. Cardinalis Vidoni Cremonen.; cum etenim, mediante quadam Schedula, hæreditas præfati Cardinalis appareret diſtributa in pinguiori latitudine favore Comitis Soreſinæ Nepotis pariter ejuſdem Cardinalis, conqueſtus eſt Aymus in forma extrajudiciali apud Cardinalem Chiſium, ſub cujus oculis eadem Schedula fuerat exarata per demortuum: impugnabat etenim Aymus hanc formam diſponendi, ex quo per intermediam Teſtatoris mortem perfecte non potuerat ſubſignari, & conſtabiliri, duæque reſultarunt ab hoc diſſidio inter Sobrinos ſingularitates, altera, quæ concernebat eumdem Flavium Cardinalem Chiſium Nepotem Alexandri VII., a quo Purpuram receperat Cardinalis Vidonus, ſiquidem cum illius favore apparerent relicta ſcuta 25000. in præcitata Schedula, Cardinalis Chiſius conſtantiſſime, & munificentiſſime abnuit acceptare relictum; Et altera, quod Comes Aymus ope ejuſdem Cardinalis Chiſii non omnino fruſtratoriam Concordiam cum ſuis Sobrinis adeptus eſt. In prædicto itaque Reſponſo, ad formam quodammodo libelli Epiſtolaris porrecto Cardinali Chiſio, dicebam.

Due ſono li capi, per i quali il Co. Aimo ſtima di dover ricevere da Signori ſuoi Cugini per le mani dell'E. V. una giuſta, & adequata ſodisfazione; l'uno ſi è riſpetto al preteſo Teſtamento fatto, come ſi dice, dal ſuddetto Signor Cardinal Pietro; e l'altra, preſuppoſto, che il medeſimo Teſtamento poteſſe legalmente ſoſſiſtere, feriſce la particola del legato di 25000. ſcudi, atteſo l'avvertimento dato al Goldone di non moleſtare il Signor Marcheſe Soreſina per l'altre pretenzioni, che poteſſe avere contro di lui ſopra l'Eredità del Signor Marcheſe Ceſare Padre di S. E.

Incominciando dalla prima, di nuovo l'Oratore ſi proteſta di ſommamente riſpettare, e riverire il nome dell' E. V. ſoſcritto in piedi della predetta aperta diſpoſizione, di maniera che ſebbene il rigore delle leggi
14 permette la petizione dell'eſame giudiciale, conforme fu anco pratticato nel Teſtamento del Signor Cardinal Ceva, per il quale furono eſaminati l'Eminentiſſimi Barberini, Albizi, e Facchinetti, *Card. de Luc. de Teſtam. diſc. edito in ea Cauſa il* 6. & tradunt *Card. Bel-*

*lamer. dec.627.* & *628. Coccin. deciſ.4. num.3. & in Aſculana Emphyteuſis 27. Maii 1672. cor. Priolo, & 9. Apr. 1674. §. Verum cor. Mithc-io*: Egli nondimeno, quandonon ſia forzatamente coſtretto, e che l'E. V. medeſima non glie l'imponga in caſo di ritrovar durezza ne Signori ſuoi Cugini, non verrà mai ad un ſimile atto, per cui ſe ne poſſa arguire una minima diffidenza.

Non ſi niega dunque, che il Signor Cardinal Vidoni poteſſe teſtare ſenza intervento di veruna ſolennità, ma la difficoltà ſi riduce in preſcrutare, ſe la Schedola eſibita doppo alcuni giorni negl'Atti publici provi
15 abbaſtanza una perfetta, e determinata volontà d'eſſo Signor Cardinal Pietro, ſecondo la diſtinzione ricevuta in ſimili Teſtamenti apud *Rot. coram Buratt. dec.475.*, & *deciſ.713. par.1.* & *dec.411. par.4. rec.* & *dec.131. poſt primum vol. conſil. Fariuacc. Card. de Luc. d. diſc.6. de teſtam. per tot.*

Pertanto ad effetto, che la volontà poſſa dirſi perfetta, e determinata, ſono ne-
16 ceſſarie più coſe; la prima, che il Teſtatore dichiaraſſe l'animo ſuo di voler in quel punto diſporre della ſua eredità, eſſendo di biſogno, che li Teſtimonj, e perſone, che devono aſſiſtervi, ſiano pregate eſpreſſamente per queſta funzione, *Bart. in l. Divus 25. n. fin. ff. de militar. Teſtam. Card. de Luc. de Teſtam. diſc.13.*, ubi quod alias præſumitur potiùs præparatio ad teſtandum, quam Teſtamentum effectivum, & generale eſt per *Text. in Authen. rogato C. de teſtib. l. hæredes palam, §. In teſtamento, ff. de teſtam. Surd. conſ.414. n.1.* & *2.*

La ſeconda, che almeno due Teſtimonj, e queſti unitamente, e nel medeſimo tempo, ſentiſſero per bocca del Teſtatore, che egli diſponeva in queſta, & in quella forma,
17 di maniera che non baſtarebbe, ſe uno ſi fuſſe trovato preſente a tutto, e l'altro ſemplicemente ad una parte della diſpoſizione: quia remanerent ſingulares, & unico Teſti non crederetur, *Rub. de teſtam. cap.35. n.22. Torr. de pact. fut. ſucc. lib.3. cap.13. n. 208.* & *ſeqq.* & *num. 218. Faguan. in cap. cum eſſet de teſtam. n.142. verſ. nec obſtat, Paſqualig. quæſt. moral. centur. 2. quæſt.139 per tot.*, & in terminis *Reuſner. de Cadicill. cap. 13. n.14.*, & *de Teſtam. cap.28. n.1. Richter. dec. 28. num. 31. part.1.*

La terza, che non ſia ſopravenuta la morte avanti, che la diſpoſizione fuſſe intieramente terminata, poiche ſebbene aveſſe già nominato di ſua propria bocca l'erede, e diſtribuita la miglior parte de legati, tutta-
18 via quando gli accidenti, ſoliti incontrarſi in queſti caſi, aveſſero portato, che il Teſtatore non aveſse intieramente finita, e chiuſa affatto la diſpoſizione, queſta ſi ha per nulla, e non è obligatoria, anco riſpetto al già diſpoſto, *Clar. in §. Teſtamentum quæſt.7. n.4. Surd. dec.292. a num.15. uſque ad fin. Boſſ. oper. moral. tom.2. tit.10. n.130. cum ſeq. Rub. de teſtam. cap.7. n.226,* & *ſeq. Torr. de pact. fut. ſucceſſ. lib.3. cap.12. n. 42.* & *ſeq. Rot. deciſ.16. n.10. par.13. rec.*

La quarta, che quando per avventura il Teſtatore, impedito di pronunciare tutta la diſpoſizione di propria bocca, aueſse commeſso, che ſi eſtraeſse il tenore della ſua Volontà da qualche nota, o Schedula ſcritta di ſua mano, o da altri di ſua commiſſione, ſarebbe neceſſario d'eſibire, e confrontare l'identità, ed il tenore delle medeſime Schedole, dalle quali il Teſtamento riceue il ſuo
19 Vigore, e compimento; ita, & taliter, ut excludatur poſſibilitas ſuppoſitionis alterius ſcripturæ, *Rot. dec.372. n.57. part. 9. rec.*, & *dec.404. n.12.* & *13. par.13.*

La quinta, & ultima in oſservare, ſe il Signor Cardinale aveſse volontà di diſporre in quella forma meno ſolenne, o pure di teſtare nella forma ordinaria col conſueto rogito di Notaro, perche in tal caſo l'atto non ſi potrebbe dire intieramente perfetto, mentre avanti, che ſi fuſse venuto all'effettiua ſtipulazione, poteua cambiarſi di Volontà!,
20 conforme in termini più forti concludono li *Dottori*, quando cioè fuſse ſtato chiamato il Notaro, & aueſse queſti ſcritta la di lui diſpoſizione, ma il Teſtatore aueſse differito di farne ſtipolare il rogito, *Caſtren. lib.1. conſil.75. in fin, verſ. ſed tamen ipſis non obſtan. Dec. conſ.159. n.4. Capie. Latr. dec.7. num.16. Rot. coram Priol. dec.210. ex n.4. uſque ad fin.* & in fortioribus *Rub. de teſtam. cap.8. n.372.* & *ſeq. Torr. de pact. fut. ſucceſſ. lib.3. cap.12. num. 51.* & *ſeqq.*

Premeſſe queſte propoſizioni in ſe veriſſime, la difficoltà ſi reſtringe alla mera applicazione del fatto, quale in prima faccia pare, che aſſiſta per l'imperfezzione della volontà, sì perchè il tenore, e la lettura della diſpoſizione eſibita denota più toſto una raccolta, & un gruppo di note, e di ricordi, che un'ordinata, e preciſa determinazione del Signor Cardinale, aggiuntavi l'improprietà del parlare ora in prima, ora in terza perſona, e coll'inueriſimilitudine, che il medeſimo Teſtatore poteſſe in quell'eſtremo, noto ad ognuno, auer dettato una così lunga ſerie di diſpoſizione, oltre di che l'interuento del Notaro in tempo, che non facendo queſti altra figura, che di Teſtimonio, e che d'eſſi ſe ne poteua auer copia abondante, da occaſione di dubitare, che l'atto effettiuamente fuſſe imperfetto, e [ come dicono li *Giuriſti* ] in uia, e non in termino; tanto più, che dalla ſemplice inſpezzione del predetto Teſtamento appariſce tronco, & all'inſecco il fine della prenominata diſpoſizione: ma perchè, come ſi è detto, non

non vi è miglior Giudice, e più informato di V. E., e che in lei confida il Conte con una ſommeſſa dipendenza, e raſſegnazione, baſtarà ſemplicemente d'aver toccate queſte propoſizioni, acciò l'E. V. col ſuo purgatiſſimo intendimento reſti ſervita d'imporre quella legge, che più le pare.

Venendo pertanto al ſecondo capo (benchè non neceſſario, quando ſoſſiſta il primo) mediante il quale l'eredità per ugual porzione dovrebbe dividerſi, non ſi sà con qual motivo poſſino li Signori Vidoni Soreſini negare al Conte tre coſe, la prima l'attual ſodisfazione de i ſcudi 25000. legati litteralmente dal Signor Cardinal Pietro; la ſeconda gl'argenti, mobili, e ſuppellettili laſciate al Conte Aimo dalla bona mem. del Marcheſe Ceſare; e la terza li ſtabili, parimente con titolo d'inſtituzione, laſciati al medeſimo Conte nell'iſteſſo Teſtamento del Marcheſe Ceſare.

Imperciochè, riſpetto alla prima domanda, il legato è chiaro, e cavato dalla medeſima diſpoſizione, che ſi pretende valida da Signori Soreſini, e circa l'altre due reſta pure incontrovertibile la diſpoſizione del predetto Marcheſe Ceſare in caſo, che mancaſſe la linea di Caſa Vidoni, come è ſeguito per la morte del Signor Cardinal Pietro, ivi = *E ſe Anna Goldona* (che è la Madre del Conte) *mia figliola averà più d'un figlio maſchio &c. la laſcia erede della Poſſeſſione della Croce, e del Giardino e di tutti li livelli delle Terre delle Motte &c., e di tutti li mobili, ſpoglie, paramenti, & argenti erano della felice memoria del Signor Cardinale mio fratello; e non avendo la ſudetta Anna, ſe non un figlio maſchio, lo laudo a farſi prelato, ma quando non voglia per non laſciar finire la ſua Caſa, li laſcio la medeſima eredità, con che ſi chiami Girolamo Vidoni.*

Nè ſi dica, che il Signor Cardinal Pietro abbi col fare il ſuddetto legato di ſc. 25000. prohibitoli di domandare queſta porzione ereditaria laſciatali dal Marcheſe Ceſare per quelle parole = *Avvertendo di non dare alcuna moleſtia al Marcheſe Soreſina Vidoni ſuo Cugino per altra pretenzione, che poteſſe avere contro di lui ſopra l'eredità del Marcheſe Ceſare mio Padre altrimenti lo privo del legato di ſcudi* 25000.; Perchè l'intelletto di queſte parole può bensì riferirſi ad altre, e molte pretenzioni, che hà, e puol avere il Conte Aimo contro il Signor Marcheſe Soreſina ſopra l'eredità del Signor Marcheſe Ceſare, ma non già in veruna forma adattarſi a queſta eredità ad eſſo Conte dovoluta per l'eſtinzione della Caſa
21 Vidoni, di modo che, ſenza pericolo d'incorrere nella comminata privazione, potrebbe il Conte domandare giudizialmente la dichiarazione, quando anche l'articolo foſſe dubbioſo, *Merlin. dec.491. n.9. 10. & 11.* ma ſembra coſa tanto chiara, che ne meno meriti la dote di diſputarſi.

Et in verità aſſiſtono al Conte apertamente tutte le regole di ragion Civile, e di diſcorſo naturale per eſcludere la preteſa compenſazione, non ſolo per eſſer baſe fon-
22 damentale appreſſo i *Giuriſti*, che il legato non ſi ſuppone mai fatto con animo di compenſare, quando non vi ſia volontà più che eſpreſſa, o circoſtanze tali, che violentino l'animo ad indurcela, *Teſt.* eſt *in leg. Credi orem 87. ff. de legat. 2. Cyriac. contr.361. n. 39. & 40. Rot. dec.649. n.2. part.1. dec.170. n. 14. par.15. dec.17. n.11. par.16. rec.*

Ma nel preſente caſo non ſolo non ſi legge eſpreſſa queſta volontà, ma concorre in contrario una troppo evidente inveriſimilitudine, mentre l'eredità laſciata al Conte Aimo dal Marcheſe Ceſare ſupera il valore del legato di ſcudi 25000., onde chi può mai
23 immaginarſi, che il Signor Cardinale abbi voluto fare un legato non tanto inutile, quanto pregiudiziale al Legatario, contro quello, che concordemente eſclamano i *Dottori*, e ſpecialmente *l'Altograd. conſ. 68. n.38. R. P. D. de Luca de legat. diſc. 15. num.4. Mantic. de conject. lib.10. tit.2. n.1. Ciarlin controv.189. num 49. verſ. non ſic eſt*, & quod ſola differentia ſummæ excludat animum compenſandi, *Rot. coram Millin. deciſ. 225. n.1.,*
24 *& 2.*, atteſo inoltre l'egual congiunzione di ſangue con S. E. e del Legatario, e dell'Erede, e l'ugual' amore dall' E. S. dimoſtrato ſempre verſo ambidue, *Conciol. alleg 69. n.18. cum aliis ſeqq.*, & in ſpecie *Spad. conſ.289. n.34. & 35. lib.3.* apud quos cœteri.

Onde par ſuperfluo l'aggiungere altre giuridiche ponderazioni, che communemunte far ſi ſogliono in queſto iſteſſo arti-
25 colo, cioè che ſi tratta d'un debito volontario, quale ſi reputa il Fidecommiſſo conſiſtente in ſtabili, o vero in ſpecie, nell'uno, e nell'altro caſo de quali non s'ammette la compentazione, come del primo atteſta in terminis Fideicommiſſi *Altograd. d. conſ.68. n.2. 3. & 4.*, & eſt *Text.* apertus *in l. Lucius Titius 126. poſt princ. ff. de legat.1. Alex. conſ. 250. n.6. lib.6. Nevizzan. conſ.62. n.33. Menoc. præſumpt.110. n.6. lib.4. Peregrin. de Fideicom. art.33. num.41. verſ. amplius*, & in durioribus *Rot. cor. Dunoz. dec.588. num.8. verſ.2.*, e del
26 ſecondo, quod non detur de ſpecie ad quantitatem, etiam in ultima voluntate, *Surd. conſ.112. num.16., Gratian. diſcept.134. n.11. & 12. Mantic. de conject. lib.10. tit.1. n.8. Altograd. d. conſ.68. n.19. & 20. Rot. dec.32. n.12. par.16. rec.*

Si tratta di più, che l'eredità del Marcheſe Ceſare è reſtata libera a favore del Conte, & i 25000. ſcudi, che ſi laſciano, ſi ſottopongono al Fideicommiſſo, ivi = *ſiccome anco intende, che ſiano fideicommiſſi &c.* perlochè mai
27 in queſte circoſtanze s'interpreta l'animo, che

Digitized by Google

che il Teſtatore abbia voluto farne la com-
penſazione, *Capra conſ.143. num.5. verſ. quod
etiam ſecundò deducitur*, *Mantic. de conjet. lib.
10. tit.2. n.11. Menoch. præſumpt. 110. nu. 27.
lib.4. Rot. deciſ.456. ſub n.1. part.4. diverſ. de-
ciſ.152. n.20. verſ.1.*, *& n.21. par.9. rec.*, *&
dec.656. n.8.*, *& 9. cor. Dunoz. Jun.*, *& poſt
Merlin. de pignorib. dec.63. n.17.*

Queſte regole, e propoſizioni ſoprabon-
darebbero per atterrare qualunque oppoſi-
zione, che ſi faceſſe da Signori Soreſini; ma
ſiamo fuori d'ogni dubbiezza, quando anco
ſi voglia, oltre la veriſimilitudine legale, e
naturale, riflettere al ſuono, & al rigore
dell' iſteſſe parole, poſcia che queſta probi-
28 bizione di moleſtie s'intende ſempre dell'in-
giuſte, e illecite, con le quali uno voleſſe
perturbare l'altro, ma non già quando ſi
mettono in campo coſe affatto limpide, e
ſincere, ex *Bald. in l.unica n.27. Cod. de his,
quæ pœnæ nomine*, *Peregrin. de Fideic. art.35.
n.6. & 7. Add. ad Buratt. dec.899. n.14.*, *&
ſeq. Merlin. dec.491. per tot. Coccin. dec.2185.
n.7.*, *& in Romana Falcidiæ 16. Junii 1679.
§. Præceptum cor. R.P.D. Rondinino.*

Et il medeſimo deve dirſi ponderata la
29 parola *pretenzione*, a titolo delle quali ven-
gono le ragioni torbide, & intrigate, ma
non mai quelle, che ſono nel caſo noſtro in-
controvertibili, e litterali, *Mandoſ. ad regul.
de annal. quæſt. 48. num.3. Duran. dec.71. ſub
num.3. Coccin. deciſ.1478. num.7.*, ubi quod
iſtud verbum denotat jus conſiſtens in ve-
lamento, & quæſito colore, *& in rec. dec.80.
num.12. par.12.*

Ma che biſogno vi è di gloſſa per intèr-
pretare il divieto del Signor Cardinale,
mentre queſti ſi legge riſtretto alla preten-
zione ſopra l'eredità del Signor Marcheſe
Ceſare, la quale giuridicamente è quella,
che è diſceſa col titolo di Primogenito di
Margharita nel Signor Marcheſe Soreſina;
ma riſpetto all'altra eredità laſciata al Con-
te, queſta direttamente è trasfuſa, e paſſata
in eſſo Conte, talmente che egli a dirittura
potrebbe prendere il poſſeſſo di propria au-
torità, ò farſi dare l'immiſſione dal Giudice,
ſenza nemeno citare il Marcheſe Soreſina,
ſe non in quanto foſſe detentore, o occupa-
tore, per la differenza, che corre trà il lega-
to, e l'eredità, o vero il Fideicommiſſo la-
ſciato col titolo Ereditario, ivi = *lo laſcio Ere-
de* = & in fine = *gli laſcio la medeſima eredità* =
30 che dove il legato ſi deve prendere *de manu
Hæredis*, ciò non è duopo fare, quando ſi
tratta d'iſtituzione, o ſoſtituzione col vo-
cabolo d'eredità, ad ea, quæ in durioribus
habentur apud *Capic. Latr. dec. 188. num.30.,
& 31. Rot. dec.184. n.7. par.5. rec. Dunoz. jun.
dec.155. n.2. & 3*, & omnium egregiè *Rot.
dec.18. n.28.*, *& ſeq. par.17. rec.*

Stringono finalmente con più vigore que-
ſte riſpoſte, quando per maggior dilucida-
zione ſi dia un'occhiata all'altre pretenzio-
ni ſopra l'eredità, e porzione d'eſſa toccata
al Signor Marcheſe Soreſina in vigore del
Teſtamento di Ceſare, e ſono tali da dare
un ſoprabondante sfogo alla parola *preten-
zione*.

E primieramente quella molto grave, e
conſiderabile della legitima, alla quale fu
reintegrata la Madre del Conte, non ſolo de
Jure, ma anco in virtù del Teſtamento di
Ceſare, quando fuſſe mancata la Caſa Vi-
doni, ivi = *E voglio, che non poſſino pretendere
nell'eredità, ſia per via di legitima, o Trebellani-
ca, ſalvo che venendo il caſo (che Dio non voglia)
che la Caſa noſtra reſtaſſe ſenza figli*; & è ben no-
to, che il Signor Cardinal Pietro ſapeva, e
diſcorreva co' ſuoi Domeſtici di queſta pre-
tenſione, onde qui può cadere la prefata
pretenzione, e non ſopra un'eredità così
chiara, & opulenta.

Vi è parimente quella de' frutti della Dote
non pagati ad Anna Madre, nè al Conte ſuo
figlio, della qual dote allora non ſodisfat-
ta ne parla il medeſimo Marcheſe Ceſare nel
ſuo Teſtamento: Evvi ancora la metà della
dote della commune Avia Materna per no-
me Coſtanza, che laſciò pro medietate ere-
de la Madre del Conte, e non vi è dubbio,
che l'Eredità del Marcheſe Ceſare Marito di
Coſtanza ſia la debitrice di queſta Dote a lui
pagata in pecunia, e non in ſpecie; onde ſi
veda, ſe queſta, & altre pretenzioni, che ſi
potrebbero eccitare dall' Aimo, e che per
maggior brevità ſi tralaſciano, poſſino ba-
ſtantemente dar lo sfogo alle parole del Si-
gnor Cardinal Pietro, ſenza intaccare l'ere-
dità laſciatali dal Marcheſe Ceſare, come è
inveriſimile, e contro ogni fondamento di
ragione per le coſe ſuddette.

Nè vale il dire, che almeno quella parte
dell'eredità alienata prima dalla Caſa Vido-
ni reſti compreſa nella proibizione delle
moleſtie: perchè ciò forſe caminarebbe,
quando ſi dirigeſſe l'azzione contro il Mar-
cheſe Soreſina, ma egli non è ſtato l'alie-
31 nante, e quando come crede di eſſo poteſſe
reſtar tenuto, ſtà in arbitrio del Conte ſoſti-
tuito l'andare contro i terzi Poſſeſſori, per
*Text. in l. quidam §. fin. ff. ad Trebell. l. planè
§. Qui rogatus ff. de legat.* 1. cum concord. per
*Pariſ. conſ.5. n.26. lib.2. Cyriac. contr.5. n.24.
cum ſeqq. Merlin. dec.831. n.1. & 2. Celſ. de-
ciſ.141. num.4. & 5. deciſ.402. num.2.*, *& ſeq.
part.9. rec. Card. de Luc. de Fideicom. diſc. 175.
n. 2.*, *& ſeqq.*; che ſe poi queſti per avven-
tura ritorceſſero l'azzione contro il Signor
Marcheſe Soreſina, non ſi potrebbe dire mo-
leſtia data a dirittura contro di lui, come
ſuonano le parole della prohibizione perſo-
32 naliſſima, non potendoſi fare eſtenzione in
una coſa tanto gravante, e pregiudiziale al
lega-

Digitized by Google

Legatario, mentre mancano le clauſole, che a ciò ſi ricercarebbero, *nec directè, nec indirectè, quomodocumque, & qualitercùmque*, con altre ſimili, *Jo: Andr. Archidiacon. Angel. Gozzadin.* aliique apud *Barboſ. dict.* 330. *Rot. deciſ.* 364. *n.* 1. *part.* 1. *diverſ. & dec.* 602. *num.* 4. *par.* 2. *recent.*

Si ſupplica finalmente la benignità dell' E. V. a reſtar ſervita di ricordarſi in tal propoſito della di lei propria generoſità, poichè (conforme anco ſi deduce dalla rimeſſa fatta nel Teſtamento) l'E. V. in levare a ſe li ſcudi 25000., che il Signor Cardinal Pietro haveva diſpoſto di laſciarli, ebbe volontà, & intenzione, che ſi godeſſero, e conſeguiſſero dall' Aimo, perlochè ſe queſta ſimil ſomma doveſſe ſervire per chiudere la bocca al medeſimo Aimo in non poter domandare l'eredità del Marcheſe Ceſare conſiſtente in ſomma molto maggiore, reſtarebbe troppo deviato il magnanimo fine di V. E., alla quale il Conte rimette la deciſione dell'uno, e l'altro articolo ſopra eſpoſto per non tralaſciare di ſempre a quella raſſegnare ubbidienza, e venerarla, come deve.

## NEAPOLITANA PENSIONIS.

*Lunæ 17. Martii 1698.*

### ARGUMENTUM.

De extinctione Penſionis ob contractum a Penſionario Matrimonium cum aliquibus ampliationibus, & an hujuſmodi exceptio extractionis attendatur in ſummariiſſimo Judicio manutentionis, præſertim, quando Penſionarius expreſsè devenit ad ſuſpenſionem petitorii; Et quid, ſi allegavit Indultum retinendi, quod tamen appareat reſtrictū ad Penſiones dumtaxat poſt Matrimonium acquirendas. Et aliqua ad limitationem regulæ, quod ſententia poſterior non teneat, quoties primam contrariam expreſsè non revocat; Ac etiam ad limitationem alterius regulæ circa nullitatem ſententiæ Rotalis, quæ excedat limites præcedentium Deciſionum.

### SUMMARIUM.

1 *Penſio extinguitur per Matrimonium contractum à Penſionario.*
*Et de ratione, num.* 11.
*Amplia, ut n.* 12. *&* 13., *& n.* 40. *&* 54.

2 *Sententia poſterior, quæ primam contrariam expreſsè non revocat, eſt nulla.*
*Limita, quando prima ſententia eſt notoriè injuſta, tunc enim non eſt neceſſaria illius expreſſa revocatio, num.* 3.
*Rurſus limita, quando de prima ſententia non fuit in Actis oppoſitum, & de ratione, num.* 4.
*Limita ulteriùs, quando ſecundus Judex proceſſit in vim novæ Commiſſionis, novique Proceſſus, num.* 6.

5 *Attentata ſunt omnia geſta in Partibus poſtquam Cauſa per appellationem delata fuerat ad Curiam.*

7 *Poſſeſſorium non attenditur, quoties abſorbetur a petitorio claro.*

8 *Suſpenſio Petitorii non attenditur, quotieſcumque intentans idem petitorium fatetur, & admittit, ſe non poſſidere.*
*Idque frequenter practicatur in materia Penſionis, ſi Titularis non controvertat poſſeſſionem Penſionarii num.* 9.

10 *Exceptio extinctionis Penſionis quando attendatur, necne in Judicio ſummariiſſimo poſſeſſorio, & n.* 15. 29. *&* 30.

14 *Manutentio ſemper denegatur, quoties aut petitorium eſt clarum, aut poſſeſſorium a petitorio dependet.*

16 *Exhibere recuſans ſcripturam, quæ apud eum præſumitur extare, ſuſpicari facit, quod eadem ſcriptura deſtruat ſuam intentionem.*

17 *Liber Componendarum Dataria Apoſtolicæ plenè probat ſubſtantiam, & qualitatem gratiæ, & de ratione.*

18 *Exemplum Inſtrumenti primo loco tranſcriptum ab originali attenditur in concurſu alterius copiæ poſterioris, quoties Matrix, ſeu Prothocollum eſt deperditum, & n.* 19.

20 *Scriptura dubia recipit declarationem ab aliis certis.*

21 *Excipiens cenſetur tamquàm actor in ſua exceptione, quam proindè tenetur juſtificare.*

22 *Stylus ſcribentis difformitèr ſervatus circa modum ſcribendi, arguit diverſitatem ſenſus, & intelligentiæ verborum.*

23 *Media recipiunt declarationem a ſuis extremis, quibus ſemper conſimilia præſumuntur.*

24 *Indultum retinendi Penſiones in ſtatu Conjugali quod concedi ſolet Conclaviſtis, vel Familiaribus Papæ, quomodò regulariter concipiatur, remiſſivè.*

25 *Stylus Papæ, vel Datariæ diverſo modo circà idem genus gratiæ practicatus, diverſam quoque arguit intentionem, & voluntatem.*

26 *Acquirere non tanti æſtimatur, quam tueri, & conſervare ſemel quæſita.*

27 *Æquitas in Jure non ſcripta parùm attenditur.*

28 *Indultum retinendi Penſiones in ſtatu Conjugali tamquam exorbitans, nullam patitur extentionem, ſed ſtrictiſſimè ſemper debet interpretari.*

29 *Penſionarius, non obſtante exceptione Matrimonii per eum contracti, manutenendus eſt in quaſi poſſeſſione exigendi Penſionem, & de ratione.*
*Amplia, ut ibidem n.* 30.
*Declara, ut n.* 31. *& ſeq.*

32 *Diſpenſatio, tamquàm quid facti, non præſumitur, ſed debet per allegantem probari, vel oſtendi.*

33 *Juris reſiſtentia militans contra aliquem efficit ut ille debeat præſumptionem ſibi reluctantem contraria probatione de medio tollere.*

34 *Pro-*

34 *Productio unius tituli excludit poſſibilitatem alterius validioris, quia ſemper quis præſumitur adduxiſſe titulum meliorem.*

*Maximè, quando quis vigore tituli exhibiti obtinuit in præcedenti inſtantia favorabile Judicatum, ibidem.*

35 *Sententia Rotalis eſt nulla, quando plus continet, quam fuerit diſcuſſum, & firmatum in præcedenti Deciſione, & n. 81.*

*Limita, quoties adauctum in ſententia venit in neceſſariam conſequentiam ejus, quod firmatum fuit in Deciſione n. 39., & n. 80.*

36 *Penſionarius reſtituere tenetur Titulari omnes terminos, quos exegit poſt contractum Matrimonium.*

*Adeout ab hac reſtitutione nullatenùs eum eximat prætextus bonæ fidei, & de ratione, num. 37.*

38 *Declaratio ejus, quod de Jure ineſt, vel venit in conſequentiam, non dicitur nova diſpoſitio.*

40 *Per Matrimonium, ſivè validum, ſivè invalidum extinguitur Penſio, & vacat Beneficium.*

41 *Cumulatio poſſeſſorii cum petitorio concedi non poteſt à Signatura Juſtitiæ, ſed ſolum a Signatura Gratiæ.*

42 *Cumulatio poſſeſſorii cum petitorio quando, & ex quibus circumſtantiis concedi ſoleat, & num. 43. & 57.*

*Et quomodò in hoc propoſito reſcribere ſoleat Sacra Rota in Cauſis Penſionum, de quarum nullitate, vel extinctione ſit quæſtio, n. 44.*

45 *Cumulatio poſſeſſorii cum petitorio ſolet regulariter denegari ſub ea ratione, ne poſſeſſor cogatur aſſumere partes Actoris.*

*Et ideò ubi Actor paratum ſe offert juſtificare fundamentum ſuæ intentionis, admitti debet hujuſmodi cumulatio, n. 46.*

47 *Cumulationi petitorii cum poſſeſſorio eſt locus, quandò poſſeſſor eſt Forenſis, & ideò difficilis redderetur recuperatio ſolati.*

48 *Matrimonium ex quibus conjecturis remaneat probatum, & n. 50. 51. & 53.*

49 *Præſumptio Juris, & de jure æquipollet plenæ, & perfectæ probationi.*

52 *Probationes leviores requiruntur ad effectum probandi Matrimonium, quando non agitur de reſciſſione ſecundi.*

54 *Celebratio ſola contractus Matrimonii, licèt deindè non ſequatur conſummatio, ſufficit ad expirationem Penſionis, & vacationem Beneficii, ob animi declarationem ex illo reſultantem.*

55 *Fides extrajudicialis quando, & ex quibus circumſtantiis faciat aliquam probationem in Iudicio, & n. 56.*

58 *Clauſula* ſublata, *& Decretum irritans operantur, quod dari non poſſit de non uſu, vel contraria obſervantia Brevis Pontificii.*

*Amplia, ut num. 60.*

59 *Qui habet pro ſe Statutum, opus non habet recurrere ad Authoritates* Doctorum.

61 *Decretum*, nihil innovari, *quid importet.*

62 *Manutentio, conſtito de meliori Jure alterius, ſemper revocari poteſt.*

63 *Decretum quando dici debeat merè proviſionale.*

64 *Decretum diffinitivum prolatum non auditis Partibus, eſt omninò nullum.*

65 *Pontifex per viam ſimplicis reſcripti, non auditis Partibus, non præſumitur derogare voluiſſe Conſtitutionibus Anteceſſorum.*

66 *Decretum latum in Camera Principis numquam tranſit in rem judicatam, itaut quandocumque à Succeſſore revocari valeat.*

67 *Papa nequit, ſalva honeſtate, derogare Conſtitutionibus, & privilegiis conceſſis ab ejus anteceſſoribus per viam contractus obligatorii.*

68 *Privilegium conceſſum Univerſitati, vel Collegio, nequit à Principe tolli, ſeù aliàs alterari in gratiam unius, vel alterius de ipſa Univerſitate, ſeù Collegio.*

69 *Princeps nullo modo permittere debet, quod ex ejus facto ſui Officiales præjudicentur in exactione ſuorum emolumentorum, & Iurium.*

70 *Ratio præteriti, ſcire futura docet.*

71 *Reviſſoria non conceditur, quoties probatio haberi poteſt ex Libris.*

72 *Princeps in materia Contractuum utitur jure Privati.*

73 *Proviſio legis facit ceſſare proviſionem hominis.*

74 *Abſurdi ratio haberi non debet, ubi agitur de exequenda diſpoſitione legis.*

75 *Dataria difficile ſolet concedere Expeditoribus, vel Partibus facultatem inſpiciendi ſupplicationes ab ipſis porrectas, & de ratione.*

76 *Fraudibus locus aperiri non debet.*

77 *Princeps curare debet, ut ſuo Officio venalia in juſto pretio conſerventur.*

78 *Decimarum exactio fieri debet juxtà modum ſervari ſolitum abſque ullo variatione.*

79 *Laudatur* Andreas Lupardus *Romanæ Curiæ Advocatus, & R.P.D. Authoris olim ſtudiorum Adjutor.*

## DECISIO XXX.

EXpertus in præcedenti inſtantia coram Reverendiſſimo D. meo Decano illud idem, quod ſibi accidiſſe teſtatur *Hieron. Gigas in ſuo Tractat. de penſion. qu. 54. ſub n. 4.*
1 nimirum quod per contractum Matrimonii Penſionem, quam obtinebat ſuper quodam Beneficio Eccleſiaſtico, deperdiderit, provocavit Alphonſus a ſententia pronunciata per eumdem Reverendiſſimum Decanum tam ſuper extinctione Penſionis, quam ſuper ceſſatione manutentionis, ſub ulteriori condemnatione refundendi Penſiones poſt celebratum a ſe Matrimonium de Anno 1684., ideoque impetrata Commiſſione coram Me, conqueſtus eſt non minùs de iniuſtitia ejuſdem ſententiæ, veluti prætendens, ſe fuiſſe per S. Sedem legitime diſpenſatum ad effectum retinendi, Matrimonio non obſtante, Penſiones Eccleſiaſticas in longe majori um-

Digitized by Google

ſumma ducat. 500.; quam etiam de nullitate,
ex quo memorata ſententia fimbrias exceſſe-
rit ordinis Judicialis, ac Deciſionum, quæ
præceſſerant: Sed DD. poſt accuratum re-
clamationis interpoſitæ examen reſponde-
runt, & ſententiam Rotalem eſſe confirman-
dam, & dandam non eſſe manutentionem
Alphonſo.

Nulla ſiquidem nullitas reperta eſt aliquam
habere ſubſiſtentiam: quamquam enim pri-
mo loco diceretur, præfatam ſententiam
apertiſſimè corruere, ex quo cum Alphon-
ſus uſque de anno 1685. reportaſſet in Tribu-
nali A.C. ſententiam ſibi favorabilem ſuper
duratione, ac validitate Penſionis contro-
verſæ, non poterat, nec debebat Reveren-
diſſimus Decanus definire contrarium, non
2 dum expreſſe non revocata, ſed nec etiam
facta mentione ſententiæ præcedentis, quan-
dò regulariter notorium eſt, poſtremum
Judicatum collabeſcere, & eſſe nullum,
quoties explicite non meminit de primo, il-
ludque nominatim non revocat, & infringit;
juxtà litteralej reſponſum *Imperatoris Alexan-
dri in l.1. Cod. quand. provoc. non eſt neceſs. Rot.
dec. 188. & dec. 312. par. 5. rec. dec. 233. par. 7.
dec. 191. par. 14. & dec. 60. par. 19.*; in omnibus
*num. 1. cum ſeqq.*

Multiplici reſponſione remanſit abſciſ-
ſum primum hoc nullitatis caput: poſtha-
bita namque notoria injuſtitia ſententiæ
ejuſdem A.C., veluti fundatæ ſuper quo-
dam, ut inferius, inſubſiſtente ſumpto præ-
tenſæ gratiæ retinendi Penſiones, in quibus
3 ſane terminis, quia notorietas injuſtitiæ æqui-
paratur poſitivæ nullitati, opus non eſt fa-
cere mentionem de actu nullo, qui non enti,
ut Pdiloſophi, & Iura noſtra dicunt, æqui-
paratur, ex *Surd. conſ. 160. n. 50. Gratian. dec.
March. 197. in addit. num. 2.* ibique *Scopp. ex
num. 15. uſque ad fin. Rot. cor. Seraph. dec. 1122.
num. 5. & 6. Dunozett. Jun. dec. 326. n. 2. Bich.
dec. 370. num. 18. & 19. & dec. 166. n. 11. cor.
Card. Cerr.*

Placuit reflectere, quod id potius Alphon-
ſo, ejuſque defenſoribus foret imputandum,
quàm Judici: cum enim iidem Defenſores
omiſerint in Actis non ſolum objectare, ſed
4 etiam allegare præfatam ſententiam; Ju-
dex, qui non tenetur divinare, ſed de Juſti-
tia reſpondere [prout dicitur] ſecundum
acta, & probata, nullitatem minimè incur-
rit, ſi de facto ſibi non noto non meminit in
ſua ſententia, quemadmodum huic eidem
oppoſitioni, ſeù prætenſæ nullitati reſpon-
dentes tradiderunt *Roman. conſ. 410. n. 4. Surd.
conſ. 160. n. 51.* latiſſime *Cancer. var. reſolut.
part. 3. cap. 17. à num. 1. uſque ad num. 63. Rot.
cor. Bich. d. dec. 370. n. 20. & dec. 467. num. 7.
& in rec. deciſ. 90. n. 7. par. 10. dec. 193. num. 3.
par. 13. dec. 443. num. 3. par. 14. deciſ. 706. n. 4.
par. 18. & in Bononien.* Fideic. *de Chiſellis ſuper
renunciatione, & uſufructu 4. Julii 1687. §. Alia
demum nullitas cor. Eminentiſſ. Cuccia Archie-
piſcopo Mediolanen.*

Certiùs, quia Reverendiſſimus Decanus
in hoc negocio proceſſerat vigore Commiſ-
ſionis, ſive appellationis interpoſitæ à quo-
dam Decreto Vicarii Neapolis, quod idem
moderuus Dux Alphonſus reportaverat
forſan attentatè, nempè poſtquam Cauſa
delata fuerat ad Curiam ſuper manutentione
in aſſerta quaſi poſſeſſione exigendi: qua-
5 propter ſi memoratus Alphonſus loco pro-
ſequendi Judiciales ſuas petitiones in Curia,
rediit ad Partes, vel intrant ex ejus parte
attentata, aut nullitas, per ea, quæ diſcuſſa
fuerunt *in Bononien. Fideic. de Bedoris 24. Apr.
1693. cor. R. P. D. meo Muto*: vel in omnem
6 caſum Judex, qui proceſſit in vim Commiſ-
ſionis independentis, & vigore novi Proceſ-
ſus, novarumque probationum, non tene-
batur, etiamſi aliundè ſciret, facere mentio-
nem de Judicato, quod remanebat extra-
neum à ſua Commiſſione, ſicuti perbelle fir-
mant *Gabr. conſ. 54. ſub n. 8. verſ. tertium lib. 1.
Rot. cor. Bich. dec. 290. n. 5.* repetit. *deciſ. 24.
num. 4. part. 10. rec. & dec. 449. n. 2. & 3. cor.
Card. Cerro.*

Ejuſdemque frigiditatis compertæ ſunt ſe-
cunda, & tertia nullitas, altera nimirum,
quod ſtante proteſtatione contra Judicium
petitorium, ſive ſuſpenſione facta pro parte
ejuſdem D. Ducis ipſius Judicii, nequiviſſet
Judex ſecundæ Inſtantiæ pronunciare ſuper
meritis, vel eodem petitorio; Et altera, quod
multò minùs ſeſe immiſcere valuiſſet in
condemnando Alphonſum circa refuſionem
perceptarum Penſionum; Siquidem quate-
nus pertinet ad primam ex his poſtremis
nullitatibus. Domini, qui aliàs tranſire po-
7 terant cum regula, quod ubi petitorium ab-
ſorbet poſſeſſorium, de eodem poſſeſſorio
curandum non eſt; Nihilominùs, etiam
ſcrupoloſitati ordinis ex abundanti inhæren-
tes, exiſtimarunt, procedi poſſe, ac debere,
prout frequentiſſime practicatur, cum Do-
ctrina *Bart.* optime diſtinguentis *in l. naturali-
ter §. Nihil commune ſub n. 26. verſ. reſtat quan-
8 do ff. de acquir. poſſ.* nimirùm, quod vel Actor,
& Reus certant ad invicem ſuper poſſeſſio-
ne, tuncque ſi alterutra Partium inſtet prius
ſuper poſſeſſorio pronunciari, ideſt ſuper
controverſia inter eaſdem Partes præcise, &
primordialiter vertente, eoque caſu ligatæ
cenſeri valeant manus Judicis, ne tangat pe-
titorium, de quo tunc non eſt poſitiva con-
troverſia apud litigantes; Aut verò altera
non negat; ſe non poſſidere, ſicuti continge-
bat in hodierna hypotheſi, ex quo Titularis
minime contendebat, ſe eſſe in quaſi poſſeſ-
ſione libertatis non ſolvendi, tuncque citrà
nullitatem poteſt Iudex ſuper petitorio ſen-
tentiam ferre, quam ſane doctrinam *Bart.*

pluries ſecuta eſt *Rota*, & ſignanter *deciſ.* 97.
*num.*3.*par.*2.*diverſ.deciſ.*126.*num.*4.*&* 5.*& de-
ciſ.*337.*num.*11. *coram Buratt. & deciſ.*357.*n.*2.
*coram Merlin. & deciſ.* 294. *n.*4.*par.*14. *recent.*
& in terminis Penſionis *ead. Rot. dec.* 340. *&*
341. utrobique *n.*3. *&* 4. *apud Poſth. de ma-
nut. & cor. Penting.dec.*329.*n.*34. *& cor. Cavill.
deciſ.*245. *n.*5. *& ſeqq. & deciſ.*301. *num.*2. *cum
ſeqq. & in Tridentina Penſionis* 10.*Maij* 1683.*§.
Quia ſententia, cor. bo. me. Albergato.*

Et licet doctrina *Bartoli*, & aliæ præcita-
tæ *Authoritates* percutiant reverà terminos
præſervandi a nullitate ſententiam latam ſu-
per petitorio, etiam ſi fuerit de illius ſuſpen-
ſione proteſtatum, non verò ad effectum, ut
( quemadmodum ſe geſſerat Reverendiſſi-
mus D. meus Decanus in ſua ſententia ) pro-
nunciaretur nedum ſuper petitorio, ſive ex-
tinctione Penſionis, verùm quoque ſuper
poſſeſſorio, denegando manutentionem Al-
phonſo; Attamen & valide, & neceſſariò ſu-
per ipſa poſſeſſione, & manutentione ſen-
tentia Reverendiſſimi D. mei Decani, quam
hodie DD. confirmarunt, manus immiſit,
quia ſi ad effectum impediendi manuten-
10 tionem Penſionario, quantumvis actu re-
portaſſet Mandatum de manutenendo, ſi-
ve ad finem retardandi effectum, aut execu-
tionem ejuſdem Mandati de manutenendo
jam conceſſi, forte ſat eſt, dubitari valde
probabiliter poſſe de extinctione Penſionis,
ut cenſuit *Rot. in una Mediolanen. Penſionis* 5.
*Decembr.* 1607. *coram Marquemontio*, & ſe-
cuta eſt *eadem Rot.deciſ.*524.*num.*15.*par.*5.*to.*2.
*rec.* Utique in caſu noſtro extinctio Penſio-
nis de per ſe abſque alia extrinſeca probatio-
ne, vel diſputatione reddebatur indubitata
ex incontroverſo apud Partes Matrimonio,
quod contraxerat Alphonſus; cum enim
11 Penſio juxtà ſuam veram, ac legitimam in-
troductionem reſervari ſoleat exiſtentibus in
Ordine Clericali loco Beneficii, eo ipſo,
quod per eumdem Clericum contrahitur
Matrimonium, & cogitur idem Clericus di-
mittere Beneficium, & Penſio extinguitur,
vel ex eo, quia Clerico conjugato nullum re-
manet ex Apoſtolica Indulgentia Privile-
gium, niſi Canonis, & Fori, ut *in cap. unic. de
Cleric. conjug. in* 6., vel ex eo, quia Clericus
celebrando Matrimonium, ſi non totaliter
redditur indignus emolumentorum Eccle-
ſiæ, cenſetur ſaltem Militiam Sacram deſe-
rere voluiſſe, & renunciare aliis Privilegiis
Characteri conceſſis, & ſignanter Beneficiis,
atque Penſionibus, quemadmodum ſine con-
tradictore ad interpretationem *Text. in cap.*1.
*&* 2.*de Cleric.coniug.in Decretal.,& d.cap.unic.
eod. tit. in* 6. juncto ſtylo Curiæ pro regula in-
fallibili tradiderunt Gig. *de penſion. d. qu.* 54.
*num.*4.*& ſeqq.* Tondut. *eod. tract. cap.*75. *ex n.*4.
*cum ſeqq. Sanchez. de Matrim. lib.*7. *diſput* 44.
*num.*5. *Capon. diſcept.*401. *concl.*4.*n.*3. *Epiſcop.
Rocc. ſelect. diſput. Iur. cap* 49. *ſub num.*89. *Rot.
deciſ.*166. *num.*1. *coram Cavaler. deciſ.*86.*n.*14.
*&* 15. *& deciſ.*791. *num.*1. *coram Buratt.& de-
ciſ.*95.*num.*5.*poſt Vivian.de Iurepatr.,& in Ca-
merinen. Penſionis* 26. *Iunij* 1641.*§.Verùm cor.
cl. me. Card. Pamirolo,& dec.* 275.*num.*1.*cum
ſeqq. par.*17. *rec.*

Idque adeò verum, ut non deſint, qui am-
pliantes regulam præmiſſam conſtanter vo-
luerint, jus, titulum, ſive commodum
Penſionis adeo in radice evelli ab oſſibus
Clerici Matrimonium ineuntis, ut Penſio ad-
12 huc remaneat extincta, licet vel Mulier per
ſolemnem Profeſſionem ingrediendo Mona-
ſterium dirimat in ſuis caſibus ante copu-
lam Matrimonium contractum, vel Matri-
monium ipſum ipſum deinceps declaretur nul-
lum, dummodo nullitas non proveniat ex de-
fecto conſenſus, ſicuti in propoſito primæ pro-
poſitionis videre eſt apud Gig. *de penſ. d. q.*54.
*n.*8. *Ciarlin. contr.*36. *n.*55. *Tondut. de penſion.*
13 *d. cap.*75. *ex n.*16. *uſque ad* 23., & in propoſi-
to ſecundæ *idem Tondut. reſol. beneſ. to.*1. *p.* 2.
*cap.*5. *§.*4. *n.*18. *&* 24. *Capon diſcept.* 253. *c.*1.
*ſub n.*20. *Card. de Luc. in poſth. tract. de Pen-
ſion. cap.*13. *n.*7. *in fin. Adden. ad Buratt. d. dec.*
791. *n.*10. *Rot. cor. Caval. d. dec.*166.*n.*3.*& ſeq.*

Cum itaque ceſſaſſet in radice jus, titulus,
& commodum Penſionis reſpectu Alphonſi,
non poterat Judex ei non denegare manu-
14 tentionem, quando & ea denegatur, quoties
( ut diximus ) aut petitorium abſorbet poſ-
ſeſſorium, aut idem poſſeſſorium à petitorio
dependet, teſte in primis terminis *Spad. conſ.*
55. *n.*10. *&* 11. *lib.*3. *Poſth. de manut. obſer.*42.
*n.*148. *cum ſeqq. Pignatell. conſult. Canon.*144.
*n.*8. *tom.*9. *Rot. dec.*83. *n.*5. *par.*5. *rec. dec.*333.
*n.*17. *&* 18. *par.*16. *deciſ.* 182. *num.*14. *&* 15.
*par.*18. *& in Melevitana Commende* 30. *Apri-
lis* 1676 *§. Et quartò cor. bo. me. Bourlemont.* &
in ſecundis *Spad. conſ.*279. *n.*2. *lib.*2. *Altimar.
de Nullitat. rub.*13. *qu.*15. *n.*17. *Rot. dec.*418.
*n.*1. *ad fin. par.*4. *rec. & dec.* 815. *n.*34. *apud
Poſth. de manut., & in Nullius Provincia Tar-
raconen. Iuriſdictionis ſuper bono Iure* 30. *April.*
1694. *§. fin. cor. b. m. Emerix.*

Et de facto totus conatus pro parte De-
fenſorum Ducis Alphonſi verſabatur in eo,
quod ipſe conſecutus eſſet a San. mem. Ale-
xandro VII. Indultum retinendi Penſiones
non obſtante Matrimonio, cumque ad hunc
effectum exhiberet idem ſumptum, ſuper
quo lapſus fuerat, ut ſupra, A.C. in profe-
renda ſententia ſuper duratione Penſionis,
itaut etiam ex hoc capite DD. prima vice
propoſitionis Cauſæ a Me factæ reſolutio-
nem diſtulerint; Agnitum nihilominùs ſuc-
ceſſive fuit, prætenſam diſpenſationem, ſive
Indultum minime ſuffragari, & propte-
rea adhæſerunt alias denegatæ manutentio-
ni, & dixerunt, ſententiam Reverendiſſimi
Decani mereri confirmationem etiam in pe-
tito-

15 titorio ſuper extinctione Penſionis ; Circa
namque primam partem , in qua proprius
conſiſtebat hæc ſecunda nullitas , ſuperabun-
daſſet , juxta jam firmata, ſive præmiſſa, ſola
turbiditas , ex *dict. deciſ.524. num.15. part.5.
recent.* ; ſed ceſſabat amaritudo ex attenta
perquiſitione facti coram Me concordati,
juxta quam non tantum memorata turbidi-
tas ſtabat in exceptione oppoſita per Du-
cem, at clariſſime liquebat, Indultum, ac diſ-
penſationem nullo modo cantare circa Pen-
ſiones de præterito, & ante Matrimonium
( ut erat iſta ) reſervatas, ſed quoad in po-
ſterum reſervandas : præmiſſo enim, quod
pro parte D. Ducis nullatenus exhibebantur
Brevia , ſeu Indulta originalia , quodque
plus eſt , nec etiam Supplicationes pariter
originales , ſub quibus apponitur Signatura
Papæ , quæve tunc penes ipſas Partes vltro
relinquebantur ab Officialibus ejusdem Pa-
pæ ; & certum erat , ac neceſſarium illas ſup-
ponere , tam ad ejusdem D. Ducis favorem,
quam alterius ejus Fratris ſimili Gratia reti-
nendi per Sa. mem. Alexandrum VII. com-
muniti , ac decorati ; quapropter non levis
16 adverſus eumdem Ducem Alphonſum lega-
lis inſurgeret præſumptio, quod eadem Bre-
via , ac Supplicationes , quas ſub prætexto
deperditionis recuſabant illius Defenſores
exhibere , expreſſe dicerent , ſeu ſonarent de
Penſionibus reſervandis , & non de reſerva-
tis , ut in ſimilibus ſæpius dictum fuit , & præ-
ſertim *deciſ.294. n.21. coram Priol. & dec.644.
n.9. cor. Card. Cerr. , & in Foroſempronien. Te-
ſtamenti 4. Martii 1697. §. fin. cor. R.P.D. meo
Caprara* , confirmata 11. *Decembris eiusdem
Anni §. Movit etiam* , & rurſus *in alia edita ſub
hac eodem die §. Verum , cor. Me* .

Adhuc introſpecta memorata perquiſi-
tione palpatum abunde fuit in primis , quod
in Libro detineri ſolito per Officialem Da-
tariæ ( a compoſitionibus , ſive Taxis emo-
lumentorum nuncupatum , *delle Componen-
de* ) Gratia , ſive Indultum , quod fuerat Al-
phonſo impartitus Sa. mem. Alexander VII.,
ſpecifice dicebat , idem Indultum eſſe circa
Penſiones reſervandas, non autem reſerua-
17 tas, qui ſane Liber nuncupari meretur, & eſt
prima copia , quæ depromitur per eosdem
Officiales , ac Miniſtros Datariæ reſpectu
Bullarum , ac Brevium originalium , quæ a
Sanctiſſimo D. N. ſignantur , & conceduu-
tur ; Vnde juncta non exhibitione origi-
nalis, ut ſupra proculdubio in hac contro-
verſia , utrum Gratia cantet de Penſionibus
reſervatis , vel reſervandis , ſtandum erat
primæ copiæ , ſive exemplo , quemadmo-
18 dum habemus in aliis publicis Inſtrumen-
tis , in quibus , deperdito Protocollo , ſeu
Matrice , etiam fortuito , fides adhibetur
primæ tranſcriptioni , ſive exemplari , quod
per ſucceſſorem , vel Miniſtrum ad id depu-



tatum fuerit tranſcriptum , ut ait *Scacc. de
Iudic. lib.2. cap.11. n.719. & ſeqq.*, & concor-
dat *Rot. cor. Buratt. deciſ.724. ſub n.3. verſ. &
prima , & deciſ.165. n.21. cum. 2. ſeqq. coram
Sun. me. Alexandro VIII.*

Eoque fortius , quia cum poſt primariam
deſcriptionem factam in præfato Libro *delle
Componende* , tranſportentur Supplicationes
originales ad Librum inſcriptum , *Regiſtro
di Suppliche* , in illo ſignanter , in quo exti-
tit annotata , ſeu regiſtrata hæc præciſa Sup-
plicatio Ducis Alphonſi , nullatenus appa-
rebat ſubextenſio litteræ , quæ ad oculum
complecteretur Penſiones jam reſervatas ,
totumque idcirco ſiſtebat æquivocum in
eo , quod littera aperta præſeferebat tan-
tummodo , *reſervan.*, cum quadam lineolæ
ſubductione , & ( ut Scriptores dicunt )
*Gambetta* , ſub hac forma , videlicet , *reſer-
vò* , proindeque , & ceſſante originali , ut
ſupra , non exhibito pro parte Alphonſi ,
quodve penes ipſum præſumebatur extare ,
& ſtante prima tranſcriptione litteraliter
ſonante circa Penſiones reſervandas , utique
non poterat præfata ſubductio lineolæ un-
quam referri ad effectum volitum a D. Duce
19 Penſionario , cum potius , poſita ſaltem
ambiguitate , interpretatio deſumenda ve-
niat a prima tranſcriptione , tamquam a
primo exemplari , ſicuti proſequitur *Rot.
dec.281. num.5. coram Manzaned. , & dec.214.
num.38. cor. Sa. me. Alexandro VIII.*, conco-
20 mitante regula , quod Scriptura dubia ſem-
per ab aliis certis declaranda eſt , ad *Rot. co-
ram Coccin. deciſ.235. num.10. & in recent. de-
ciſ 686. num. 17. part. 4. tom. 3. & deciſ. 209.
num.36. part. 19.*

Augebatur pro parte Titularis claritas ,
21 quamvis eidem ſufficeret vincere per non
probatam ab excipiente ſuam exceptionem ,
in qua dicitur Actor , *vulg. leg. qui accuſare ,
C. de eden. & in leg. in exceptionibus, ff. de pro-
bat.* ; quia revolutis Voluminibus ſuper con-
ſimilibus regiſtrationibus Supplicationum
in præſentia mei non parum probi , accu-
rati , ac diligentis ſtudiorum Adjutoris , qui-
ve mecum ſubſtinet in hoc Sacro Tribunali
pondus diei , & æſtus , compertum fuit ,
quod Indulta , Brevia , ac Gratiæ , quæ ex
neceſſitate ſermonis percutiebant præteri-
ta , explicitè ultra vocalem ſecumferebant
litteram *T.* , ut pluries , ac præciſius efful-
gebat in verbis frequentioribus occaſione
privilegiorum , vel Statutorum emiſſis ,
nempe *roborat.*, & *confirmat.* , quemadmo-
dum è converſo quotieſcumque ſignifican-
dum erat tempus futurum , vſurpari paſſim
ſolebat præfata ſubductio , ſive adiectio lineo-
læ poſt vocalem inferius deſcendentis ( ex gr.)
circa verbum *exequè* , & *transferè* , quod
utique non præterlapſum , ſed futurum
juxta Grammaticos tempus concernit , ac

ferit; ſicque omnibus hucuſque inſinuatis
22 accedente diverſitate formulæ Scriptorum (qui quandoque, ut dicebat *Macrobius*, dum breviores fieri volunt, obſcuriores fiunt.) in uno caſu reſpiciente futurum, & in altero percutiente præteritum, diverſam quoque capeſſendam eſſe interpretationem DD. non dubitarunt, ex iis, quæ in proximis, ſub eadem tamen ratione, conſiderarunt adducti per *Moder. Lucen. conſult. 99. num. 41. Rota deciſ. 254. num. 3., & deciſ. 498. num. 24. coram Bich., & deciſ. 302. num. 6. verſic. item concurrit, part. 16. rec.*

Ac denique evidentius, quoniam oſtendit ſolers Patronus D. Aloyſii Capycii Galeotæ Titularis, quod in Codicibus Cancellariæ, in quibus tranſcribuntur Brevia, & Bullæ Pontificum per extenſum, vocanturque *minoris Gratiæ*, apparebat annotatum Indultum obtentum a D. Duce, nec non a D. ejus Fratre, ſub clara, ac explicita expreſſione Penſionum reſervandarum; quamobrem conjungendo primam traſcriptionem factam in Libro Componendarum Datariæ, hancque poſtremam in illis Cancellariæ, intermedia regiſtratio, quæ etiam de per ſe præfulget contraria Alphonſo, non poterat
23 alium recipere intellectum, quam a ſuis extremis, quibus (ut fert adagium) media conſimilia præſumuntur, ut inquit *Bero. conſ. 69, num. 14. vol. 1. Altograd. conſ. 14. n. 83. lib. 2. Coſt. de Scient. & ignor. cent. 2. diſt. 11, n. 19. Rot. dec. 111. num. 41. cum 2. ſeqq. part. 5. rec.*

Neque ad majorem firmitatem petitorii ſecum in conſequentiam trahentis, ut præmiſimus, Judicium poſſeſſorium, majora profecto optari poſſe videbantur argumenta demonſtrativa, quod Indultum allegatum ex parte D. Ducis contra ſubitaneam extinctionem Penſionis contracto Matrimonio, minime illum adjuvaret; & tamen perpenſum fuit, quod quando Pontifices benigne,
24 ut par eſt, indulgentes iis perſonis, qui vel in Conclavi, vel ſuo ſervitio addicti impenſiores ſubeunt labores, intendunt, Matrimonio non obſtante, eiſdem perſonis elargiri facultates opportunas in ordine ad Penſiones, formaliter exprimunt Gratiam, quam attribuunt, tam circa Penſiones reſervatas, quam reſervandas, prout videre eſt in formula tranſcripta, ac examinata *in Romana Penſionis 12. Februarii 1685. ſub §. Cumque D. Vannius, coram bo. me. Pauluccio*, & colligitur etiam ex *dec. 165. ſub num. 4. 11, & 13. part. 17. rec.* Ac propterea cum idipſum in Gratia, de qua agitur, factum non fuerit, itaut tota defenſio Alphonſi maneret ſub intelligentia præfatæ lineolæ, ſeu gambettæ,
25 profecto diverſitas hujus ſtyli ab eo practicati, quando Papa cenſuit, ac voluit diverſam quoque arguit intentionem, ac voluntatem in concedente, ad tradita per *Card. de Luc. de Penſion, diſc. 2. num. 9., & diſc. 75. n. 10. Rot. coram Coccin, deciſ. 328. n. 2. & deciſ. 691. num. 3. coram Dunozett, jun., & dec. 174. n. 48. & 49. part. 12. recen.*

Vnica ſupererat æquitativa ponderatio, ſeu reflexio, quod captivari non valebat intellectus, quare fuerit interpoſita ſupplicatio, & Gratia conceſſa ſuper Penſionibus, quæ a futuro pendebant eventu, magis quam pro penſionibus actu obtentis, & permanen-
26 tibus penès Indultarium, cum minor virtus ſit quærere, quam parta tueri, ut in alio propoſito innuebat *Rot. dec. 725. n. 8. & 9. par. 18.* Sed hac reflexione non obſtante, DD. non exiſtimarunt poſſe recedere a præmiſſis, tribuendo huic facto quamplures compenſativas rationes, vel quia forte Papa noluit præſervare Penſiones jam reſervatas, quaſi in majorem ſequelam Canonum, ſive in quamdam pœnam, in quam ſciens incurrebat Alphonſus, ſi volebat contrahere Matrimonium, amittendo ſic certa, & perſequendo incerta; vel quia id totum acciderit ad evitandum majus diſpendium, quod in expeditione unius, ſive alterius Gratiæ obtigiſſet, aut ex incuria Expeditoris, aut denique, quia Dux Alphonſus plus ſperaret veriſimiliter conſequi a clar. mem. Cardinali Philomarino ejus Patruo, quam de præſenti haberet, ſicuti reſpectu Penſionum etiam ex poſt obtentarum demonſtrabant Scribentes pro Titulari; in omnem vero caſum ſola hæc conſideratio non potuit detorquere Dominos a ſententia
27 prædicta, quia cum æquitas in Jure non ſcripta parum veniat facienda, ad not. per *Bart. in l. 1. n. 1. C. de leg. Card. de Luc. de Regal. diſc. 106. n. 10. Rot. deciſ. 386. n. 22. & deciſ. 567. num. 57. & ſeqq. cor. Merlin.*, prævale-
28 bat exorbitantia, & odioſitas materiæ retinendi contra *Canones* ſupra ralatos emolumenta Eccleſiaſtica in ſtatu Conjugali, quæve idcirco non admittebat, ut de caſu ad caſum benignior fieri poſſet interpretatio, vel extenſio, notoriis Juribus, de quibus *Spad. conſ. 71, num. 1. & conſ. 74. ſub n. 2, verſ. tertio quia, & num. 4. lib. 3. Rot. dec. 69. num. 27. & ſeqq., & dec. 216. num. 9. coram Card. Celſ. deciſ. 212. num. 7. apud Terr. de paſt. futur. ſucceſſ.* cum cœteris *in prima Deciſione hujus Cauſæ 26. Novembris 1699. §. Nec urget, & ſeqq., & in ſecunda diei 22. Aprilis 1697. §. Dato autem, cor. Reverendiſſ. D. meo Decano*.

Superlative itaque detectâ inſufficientia Indulti, de per ſe evannit inculcata inſiſtentia ſuper poſſeſſorio ex illo alio fundamento
29 quod nec Matrimonium de ſui natura capax eſſet rumpendi manutentionem debitam Penſionario exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi, cum poſſit hic in Petitorio docere de Indulto ſufficienti, vel quod ſola poſſibilitas alterius Indulti ſufficiat Penſionario, ne interim privetur commodo ſuæ quaſi poſſeſſionis,

ſion is, etiamſi perpenſum, & allegatum, ut
ſupra, non ſubſiſteret, per ea, quæ in termi-
nis antecedentis concluſionis habentur apud
Spad. conſ. 72. ex n. 2. cum ſeqq., & ſignanter
num. 5. lib. 1. & conſ. 55. n. 9. lib. 3. Barboſ. in
prax. exig. Penſion. part. 1. quæſt. 2. n. 55. Ton-
dut. de Penſion. cap. 50. n. 14. & cap. 51. num. 2.
& 5. Card. de Luc. eodem tract. diſc. 45. n. 2. &
ſeqq. Rot. dec. 318. num. 8. apud Poſtb. de manut.,
30 & deciſ. 124. num. 16. part. 19., & ad effectum
ſubſequentis tradiderunt Lotther. de re beneſ.
lib. 2. quæſt. 48. num. 296. cum duobus ſeqq. Rot.
deciſ. 422. n. 10. penes eumdem Poſtb. de manut.
& dec. 277. n. 34. & ſeqq. cor. Peutinger.

Quoniam ultra reſponſiones optime addu-
ctas in ſecunda Deciſione Reverendiſſ. D. mei De-
cani 22. April. Anni proximè præteriti ex §. Nec
ad illas declinandas cum plurib. ſeqq., ubi ſingil-
lariter, & bene declarantur Doctrina, quæ cir-
cumferebantur in oppoſitum, jam fusè ſu-
perius oſtenſum fuit, Matrimonium ſuaptè
natura evellere a Penſionario jus, titulum,
& commodum cujuſcumque emolumenti
Eccleſiaſtici, ſive conſiſtat in Officio, ſive in
31 Beneficio, ſive in Penſione, unde excipiens
de poſſibilitate Indulti, veluti habens reſi-
ſtentiam Juris contra ſe, & maxime cum
ſimilia Indulta non ſint adeo frequentia, &
ſolita, ſed rara, & ex particulari ratione
ſemper a Sancta Sede conceſſa, tenetur de
hujuſmodi Indulto edocere, tamquam de
fundamento ſuæ intentionis in perſeverando
circa legitimam facultatem continuandi in
exactione Penſionis Juris, & Sacrorum Ca-
nonum gladio ab ipſo momento contracti
Matrimonii obtruncatam; cum etenim ex-
32 trinſeca qualitas habilitativa, vel Apoſtoli-
ca diſpenſatio regulariter non præſumatur
teſte Maſcard. de probat. concl. 522. num. 1. Mi-
reſcott. var. reſol lib. 2. cap. 1. num. 30. Paſſerin.
in cap. Ordinarii num. 27. & n. 44. in fin. de offic.
Ordinar. in 6. Rot. deciſ. 360. n. 7. coram Bichio:
33 Idcirco Alphonſus, qui habebat præſum-
ptionem ſibi reluctantem, arctabatur perne-
ceſſe probare contrarium, ut inquit Ramon.
conſ. 42. ſub n. 11. verſ. & is, Contrius diſcept.
for. 74. ſub num. 12. verſ. quoniam, Modern. Lu-
cen. conſult. 95. n. 12. Modern. Peruſin. de Con-
tract. Minor. gloſſ. 16. §. 12. n. 69.

Quinimo, quantumvis ad exuberantiam,
poſſibilitas alterius Indulti, ſeu diſpenſatio-
nis non parum ſubmovebatur in facto per
rimationem Officii Regeſtri tam publici,
quam ſecreti, in quo ſolent, ac debent an-
notari Supplicationes omnes porrectæ pro
diſpenſationibus, & Gratiis a Papa conceſ-
ſis; & in Jure, quia, præter proxime ani-
madverſa, eo ipſo, quod Alphonſus produ-
xit coram A. C. ſumptum Sa. mem. Alexan-
dri VII. repertum inſubſiſtens, non poteſt
34 convolare ad aliam ſuppoſitionem, & poſſi-
bilitatem, quiſque namque præſumitur ſem-
per produxiſſe titulum meliorem, maxime
in Judicio formali, & ſuper quo ſententiam
extorſit, juxta alias firmata in deciſ. 552. n. 8.
coram Coccin., & coram Dunozett. Jun. dec. 731.
num. 500. Royas deciſ. 80. n. 7. & 8. Carill. de-
ciſ. 94. n. 4. Celſ. deciſ. 239. n. 11., & dec. 273.
num. 12. & cor. Priol. deciſ. 40. num. 16., & in
recen. dec. 204. n. 18. & 19. par. 18.

Remanſiſſet diſcutienda poſtrema nullitas
ex eo, quod citra formam Deciſionum in
præcedenti ſententia proceſſum fuerit ad
condemnationem D. Ducis ſuper refuſione
Penſionum perceptarum a die contracti Ma-
trimonii, & maxime, quia Modernus Cimi-
liarca Titularis non ſolverat præcedentes
terminos, ſed ſolum demortuus ejus Ante-
ceſſor: Sed DD. quantumvis, tam de ſtylo,
35 quam ex vi Conſtitutionum Apoſtolicarum
abſtractive admitterent nullitatem latius ex-
plicatam in Romana Cambii 31. Januarii mox
elapſi coram Me, in qua aliæ vetuſtiores Deci-
ſiones reaſſumuntur idipſum firmantes.

Attamen facili negocio ſuper hac nullita-
36 te tranſierunt; quia cum in neceſſariam, &
ex eodem Judicio patefactam, ac palpabilem
conſequentiam veniret reſtitutio Penſio-
num, quas exigiſſe probatur Penſionarium
poſt initum a ſe Matrimonium, ut probat
Lotter. de re beneſ. lib. 1. quæſt. 38. num. 228. &
ſeqq. Rot. dec. 15. per tot. poſt Zacch. de obligat.
Camer., & dec. 693. num. 1. in fin. part. 1. rec.,
37 itaut deficiente ſubſtantia tituli, ſive radice
exigendi, neque bona fides excuſet, quia
remaneret penès exigentem lucrum ſine cau-
ſa, ut proſequitur idem Lotther. dicta quæſt. 38.
num. 232. & ſeqq., & dixit Rot. dec. 3. n. 6. & 7.,
& dec. 281. ex num. 1. cum pluribus ſeqq. part. 7.
recen. deciſ. 418. num. 6. & ſeqq., & dec. 500. à
num. 4. cum pluribus ſeqq. part. 9., & dec. 818.
num. 2. & 3. cor. Dunozett. Jun.

De plano ſequebatur, quod Reverendiſſi-
mus D. meus Decanus rite, ac recte deſcen-
derit ad hujuſmodi condemnationem, quia,
quemadmodum dicimus de excutiente Gra-
38 num a Spicis, nihil is agit de novo, ſed tan-
tummodo detegit, quod intus erat, ut per
Text. in l. adeò, ff. de acquir. rer. domin. adver-
tit Card. de Luc. de Beneſ. diſc. 36. num. 8., ità
ſtatim ac Rota cenſuerat, extinctam eſſe Pen-
39 ſionem, ſententia nullo modo decidebat,
ſed dumtaxat melius explicabat deducta, &
firmata in Deciſionibus, quæ præceſſerant,
ex iis, quæ paſſim videri poſſunt, ut in dec. 188.
num. 3. & 4. apud Cenc. de Cenſib. dec. 159. n. 8.
part. 11. dec. 229. num. 7. & ſeqq. part. 17. in Ro-
mana Cenſus 15. Februarii 1686. §. fin. cor. Emi-
nentiſſimo Caccia Archiepiſcopo Mediolanen., in
Ferrarien. Cappellaniæ ſuper Gratia ſi neutri 10.
Junii 1695. §. final. cor. R. P. D. meo Priolo, &
in Romana, ſeù Portuen. Tenutarum ſuper nego-
cio principali 17. Junii Anni proximè præteriti
§. Et quidem, cor. R. P. D. meo dell' Olmo.

Atque

Digitized by Google

Atque ita cum in ſententia pluries memorati Reverendiſſimi D. mei Decani nihil diceretur, ad cujus favorem reſtituendæ forent Penſiones (nempè, vel ad favorem Cameræ, vel hæredum, aliorumque) ſententia, quæ ex vulgatis prout de Jure ſemper intelligitur, hodie juſte, & valide ab aſſertis nullitatibus vindicata, promeritam confirmationem obtinuit, utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

EXtenſa præſenti Deciſione, & ad illius limites demandata per Tribunal expeditione Cauſæ ſub die 11. Aprilis 1698., Dux Philomarinus Penſionarius acquievit, quia actum amplius de Cauſa non audivi.

Ad materiam vero, de qua plane agitur in Deciſione, circa extinctionem Penſionis
40 ex cauſa Matrimonii, non ſolum ſolet concluſio ampliari tam ad prædictum effectum extinguendi Penſionem, quam vacationis Beneficii, ſive Matrimonium exiſtat validum, ſive invalidum, ad *Rot. dec. 8. ſub n.4. poſt 2. Volum. conſil. Farin., & in Olomucen. Canonicatus 20. Ianuarii 1677. §. Quemadmodùm, cor Card. Vicecomite.*

Sed & hoc ipſum in terminis manutentionis practicatur, quando Matrimonium contractum citra diſpenſationem apparet innegabiliter, alias enim non impeditur manutentio, nec etiam in Signatura Gratiæ conceditur cumulatio petitorii cum poſſeſſorio, prout expertus ſum in una *Florentina Penſionis*, in qua cum ageretur de Penſione tranſlata per Cardinalem Antonium Barberinum fauore Ludouici Hondedei ſuper fructibus Metropolitanæ Eccleſiæ Florentinæ, & Eminentiſſimus Cardinalis Nerlius, tunc temporis Archiepiſcopus, tueri ſatagens jura eiuſdem Eccleſiæ antbumaret, quoddam a præfato Ludouico fuiſſe contractum Matrimonium, per quod illius actiua Penſio expiraſſet, pro impedienda manutentione Ludouici recurſum babuit ſub Anno 1678. ad præ-
41 fatam Signaturam Gratiæ [ad quam, & non ad alteram Signaturam Juſtitiæ pertinet facultas cumulandi] pro conſequenda prædicta cumulatione petitorii cum poſſeſſorio, ſed inutiliter, quia cum probatio hujuſcemodi aſſerti Matrimonii non eſſet in promptu, ſolumque deſumeretur ex juribus informibus, & præſumptionibus non admodum rem ſub oculis ponentibus, reſcriptum extitit, *nihil*, non ſine tamen alicujus Voti diſcrepantia, quantumuis abſtractiue, & præciſiue a facto non bene juſtificato conſonare mihi viderentur deducta in ſequenti Reſponſo.

Plura concurrunt, quæ, etiam ſeorſim ſumpta, ſuadere videntur petitam cumulationem petitorii cum poſſeſſorio, præcipue
42 in hoc Sacro Gratiæ Tribunali, in quo fimbrias Juris rigoroſi relaxando, ſemper conſuevit hujuſmodi beneficium petentibus impartiri, quoties aliquæ deducantur circumſtantiæ, quæ iſtud mouere videantur arbitrium, prout egregie obſervat *Spad. conſ.279. num. 1. lib. 2. Card. de Luc. lib. 13. de penſion. diſc.37. num.9.*, ubi refert *Poſth.*, *& Rot. in pluribus locis ibi allegatis.*

Siquidem inſtructæ hactenus reperiuntur
43 probationes in bono Jure, ex quibus (ut infra) apertiſſime comprobatur Matrimonium per Penſionarium contractum, unde cùm ex eo reſultet proculdubio expiratio Penſionis, & tituli illam exigendi, cumulationem poſſeſſorii cum petitorio concedendam fore dixit in puncto *viden. Spad. conſ. 279. num. 4. lib. 2. Contard. de moment. poſſeſſ. limit. 8. n. 30. & 34. Capac. in prax. part. 1. cap. 10. art. 12. n.145. Marchcſan. de Commiſſ. part. 1. cap. 2. n.4. tom. 1. Puteus dec.29. n.7. verſ. nam ideò, vſque ad fin., lib.3.*, & paſſim ſeruat ipſamet *Rota* in
44 materia Penſionis, demandando, *videatur de bono Jure etiam ad effectum manutentionis*, prout legitur practicatum *in Regien. Penſionis 30. Januarii 1667. cor. Bourlemont*, ad ea, quæ teſtatur *Cardin. de Luc. diſc.37. de Penſion. in princ.* & melius habetur in Deciſionibus relatis in altera *Cervien. Penſionis 22. Martii 1632. cor. Card. Veroſpio impreſſ. dec.524. par.5. rec.*, & repetita apud *Poſth. de manutent. deciſ.540. num.20.*, ubi ſola dubietas extinctionis Penſionis effecit, ſunt verba Deciſionis = *quod ſemper denegata fuit manutentio, imò ſuſpenſus effectus Mandati de manutenendo ſemel conceſſi, quamvis poſteà, & ſæpius propoſita Cauſà, viſa fuiſſet dubia reſolutio capta ſuper ejuſdem Penſionis extinctione &c.*

Et ratio eſt manifeſta; intantum enim exiſtere prætendens in quaſi poſſeſſione exigendi Penſionem, in ea venit manutenendus,
45 inquantum privari non debet eo priuilegio, quod poſſeſſori ſolet competere, ne ſcilicet teneatur aſſumere partes Actoris in petitorio, ac cum maximo incommodo proprium titulum juſtificare, ad ea, quæ ſub hac germana conſideratione dixerunt *Natt. conſ.473. num. 32.* aliique adducti per *Cavaler. dec. 135. num. 2., & dec. 698. in princ. part. 2. rec., & dicta dec. 524. num. 17. & ſeqq. part. 5.*

At quando, prout hic, Eminentiſſimus
46 Titularis hujuſmodi onus in ſe aſſumendo Matrimonium intendit juſtificare, ac per conſequens expirationem tituli in Penſionario, nullum aliud reſultare dicitur præjudicium eidem Penſionario, niſi alicujus meræ dilationis, quæ tamen, nè ſtatim detecta Tituli infectione teneatur refundere exactum, habenda non venit in aliqua ponderatione, ex iis, quæ bene poſt *Text. in l. debitoribus, ff. de re judic.* habentur cum aliis *in dicta deciſ.524. num.19. part.5.*

Fortiùs

Fortiùs verò, & extrà hæſitationem, quo-
niàm id, quod exigi exadverſo contingeret,
difficilis, ac forſan deſperatæ foret recupera-
47 tionis: nam quotiès (prout hic) agitur de
Penſionario extrà Statum Eccleſiaſticum
commorante, tunc profectò ex communi
ſenſu *Doctorum*, iſte reputari ſolet minùs ido-
neus, & tutus ad prædictam reſtitutionem
faciendam, proindèque locum eſſe præfatæ
cumulationi, ac reſpectivè in ſuis caſibus
ſequeſtro, firmavit *R.P.D. meus de Luc. lib.15.
de Judic. diſc.13. n.12.*, & facit *Rot. dec. 443.
num.10. verſ. vel quod, coram Bichio*, & priùs
*in Bononien. bonorum 31. Januar. 1629. §. Non
obſtat., quod ſaltèm, coram Pirovano*.

Quod autem enunciatæ probationes in
bono Jure celebrationem Matrimonii, de
quo agitur, ſufficientèr oſtendant, apertiſſi-
mè apparet ex lectura plurium Teſtium de-
ponentium de tractatu Matrimonii uſquè ad
effectivam concluſionem: Vndè cùm iidem
48 Teſtes poſtea etiam teſtificentur ſuſceptio-
nem unius filiæ ex Puella, cum qua Matri-
monium dicitur eſſe celebratum, iſtamque
communiter reputatam fuiſſe pro filia Lu-
dovici, non eſt dubium, quod junctis hujuſ-
modi extremis, præcedentis nempe tracta-
tus, & prolis ſuſceptæ, naſcatur illa præ-
49 ſumptio Matrimonii, quæ tamquam Juris,
& de Jure plenæ, & perfectæ æquipollet pro-
bationi, ex collectis per *Maſcard. de probat.
concluſ.1030. num.3. Boer. conſ.40. n.106. Rot.
in Parmen. Status cor. Coccin. dec. 1823. n.15.*

Clariùs autem accedentibus tot adminicu-
50 lis; Primò ſcilicet Convivium propter iſta-
met Sponſalia celebratum in Domo Puellæ;
Secundo interventus, ſeù vocatio Notarii ad
Domum Sponſæ ad effectum ſtipulandi præ-
dicta Sponſalia: Tertio acceſſus utriuſque
Sponſi ad Eccleſiam ad eumdem finem con-
trahendi Matrimonium; Quarto Habitus
ſponſalitius per Ludovicum Puellæ elargi-
tus; Quinto denique renunciatio Abbatiæ
per eumdem facta ex cauſa Matrimonii ad
favorem Patrui, prout de his omnibus plene
deponunt Teſtes: Iiſque adminiculis con-
currentibus in hujuſmodi materia conjectu-
rali manifeſtam emergere probationem Ma-
trimonii, unanimiter voluerunt *Dec. conſ.163.
num.8. Gabr. concluſ.9. n.6. de Teſtib. Maſcard.
de probat. concluſ.1022. num.32. Card. de Luc.
lib.14. tit. de Matrim. diſc.6. num.4.*, & latè
exornavit *Rota in Bononien. Matrimonii 16.
Aprilis 1674. & 12. Junii 1675. cor. Emerix*.

Idque præſertim, dum Matrimonium ce-
lebratum fuit in Galliis, ubi præciſa forma,
& publicitas denunciationum cum ſimilibus
per Sacrum Concilium inducta rigide non
viget, in ea præcipue obſervantia, quæ re-
peritur inconcuſſe practicata in Italia; ſicque
51 cum nequeat haberi modus perfectior oſten-
dendi præfatam celebrationem, locum ſibi
ſupradictæ vindicant præſumptiones; quæ de
Jure communi ſine ſcrupulo videntur exu-
berare, ad bene notata per *Sanch. de Matrim.
lib.3. diſp.18. num.1. Pont. de Leon. eodem tract.
cap.7. num.7. lib.5. Rab. in addit. ad deciſ.331.
num.56. & 57. part.4. tom. 2. R. P. D. meus de
Luc. lib.14. in annot. ad Sac. Concil. diſc.26. n.8.*

Eoque facilius, quia in præſenti non agi-
tur ad effectum deſtruendi aliud poſterius
Matrimonium, quo caſu cum aliquo majori
rigore ſuper hujuſmodi probationibus ad-
52 mittendis procedi ſolet, ſed pertractatur ad
effectum comprobandi unicum dumtaxat
Matrimonium; Vnde leviores probationes
in his præciſis terminis requiri, frequenter
habetur firmatum, ut per *Maſcard. de probat.
concluſ.1022. num.5. & 1024. n.6. Coccin. de-
ciſ.1823. num.13. Buratt. deciſ.713. n.6. & de-
ciſ.40. num.10. part.16. recen.* cum cœteris in
*dicta Bononien. Matrimonii 16. Aprilis 1674.
in princ. coram R.P.D. Emerix*.

Ac demum ſine hæſitatione, perſpecta de-
poſitione alterius Teſtis; cum enim iſte, ultra
perſonalem nobilitatem, de facto proprio
53 teſtificando concludat vidiſſe, & perlegiſſe
Inſtrumentum contracti Matrimonii, ac de
præciſa quantitate promiſſæ dotis optime
recordetur, non ſolum ab hujuſmodi teſtifi-
catione magis efficax deſumitur ejuſdem
Matrimonii effectivo conſumati juſtificatio,
ex iis, quæ in punctualibus terminis in una
Cauſa *Venetiarum* firmavit *Rota* in deciſione
relata per *Pat. dec. 71. lib. 1.*, & præſertim in
præjudicium ipſorum Contrahentium, jux-
ta doctrinam *Bald. in auth. ſi quis in aliquo do-
cumento, C. de eden. Maſcard. de probat. concluſ.
1025. per tot. Dec. conſ.35. num.2. Card. Tuſch.
lit. M. concluſ.129. num.51. Spad. conſ.86. n.10.
verſ. ex his enim Inſtrumentis lib. 3. Barboſ. in
collect. ad l. neque n.4. C. de nupt.*, & ponderavit
*Rot. dec.251. n.23. cor. Eminentiſſ. Otthobon.*

Verum ad effectum, de quo agitur ſuper
Penſionis expiratione, iſta probatio de per ſe
ſola tollit omnem amaritudinem, quoniam
54 poſita ſimplici celebratione contractus Ma-
trimonii, licet deinceps copula, ſeu conſu-
matio ejuſdem ſecuta non foret, ipſemet
contractus utpote declarativus intentionis
Beneficiati, ſeu Penſionarii circa deſertio-
nem Eccleſiaſticæ militiæ, & aſſumptionem
ſtatus incompatibilis, ceſſare facit Penſiones,
& Beneficia vacare, ad bene tradita per *Ton-
dut. Sanleger. quæſt. benefic. part. 2. cap. 5. §. 4.
n. 16. & 17.*, & advertit *Ricc. in collect. 813.
Sanchez. de Matrim. lib.7. diſput. 42. n.5. & 6.*

Hinc nullatenus obſtat, quod eædem pro-
bationes conſiſtant in Fidibus, & Atteſtatio-
nibus, quæ, ſecundum vulgatum dicterium,
55 fidem non faciunt: quia quando, ut ad præ-
ſens, hujuſmodi fides derivant a pluribus
perſonis domeſticis, & veriſimiliter infor-
matis, nemo contradicit, quin ſaltem fu-
mum

Digitized by Google

mum ſufficientem veræ probationis, & veritatis exhibeant, prout in terminis Matrimonii advertit *Crovett. conſ.198. ad fin.*, ubi dicit, hujuſmodi Teſtes debere facere fidem apud graves Viros, *Spod. dicto conſ.86. num.7. lib.3.* inſequendo *gloſſ. in l. admonendi in verbo exoſo, ff. de Jurejur. verſ. ſi verò ſemiplenè*, *Rot. deciſ.174. n.4. & deciſ.498. num.4. par.3. & deciſ.267. num.5. & 6. par.8.*, & meliùs *dec.935. num.7. coram Dunoz. Jun.*, & in ſpecie cumulationis *idem Spod. dicto conſ. 279. n.4. lib.2.*

Faciliùs verò, quia non verſamur in ſimplici Fide, quæ noſcatur facta omninò extrajudicialitèr, nimirùm ſubſcribendo copiæ per illum, qui Fidem expetit, exaratæ;
56 ſed ſumus in depoſitione emiſſa penès Acta Conſiliariorum Regis, in quibus terminis majus deſumi robur, & firmitatem, atque ceſſare rationem, propter quam ſupradictis Fidibus, fides adhiberi non ſolet, optimè diſtinguendo advertit *Card. de Luc. lib. 15. de Judic. diſc.38. num.7.*

57 Cùm igitur non ſolùm ſumus, ſed optimè dici poſſit adeſſe inſtructio probationis ſuper bono jure, nullumque reſultet præjudicium D. Adverſario, niſi alicujus breviſſimæ dilationis, atquè è converſo magnum detrimentum cauſaretur Eminentiſſimo Titulari propter difficultatem, ut ſuprà, recuperandi ſolutum, annuendum Commiſſioni porrectæ per Sanctitatem Veſtram credimus indubitanter, *Hactenùs Reſponſum*.

Circà verò materiam Officialium Datariæ, ac Cancellariæ, de qua habetur actum in ſuperiori Deciſione, ſuborta fuit quædam controverſia ſub Anno 1689. ſuper modo regiſtrandi Supplicationes, ad intelligentiam Motus proprii, ſeù Conſtitutionis Sixti V., prætendentibus Clericis eiuſdem Regiſtri, quod ad libitum Partium poſſent Supplicationes recipi, & regiſtrari; è converſo autem ſatagentibus Regiſtratoribus ad tenorem prædicti Motus proprii diviſionem faciendam eſſe per Turnum, quarè ſcribens pro Regiſtratoribus, etiam in ſenſu veritatis, dicebam.

Difficultas, ſi qua conſiderari poteſt in hodierna petitione Regiſtratorum, unicè conſiſtit in remotione objectorum, quæ pro parte Clericorum eiuſdem Regiſtri, ut audivi, promoventur; de cœtero enim habemus legem expreſſam in Motu proprio San. mem. Sixti V. præſcribente, quod Supplicationes etiam minoris Gratiæ diſtribuantur per Turnum; Unde ſtante clauſula, *ſublata*
58 & Decreto irritanti, aliiſque derogatoriis derogatoriarum prægnantiſſimis, non eſt dubium, quod idem Motus proprius veniat ſervandus, itàut nec etiam de non uſu, vel de contraria obſervantia poſſet opponi, ad trad. per *Rot. coram Buratt. deciſ.795. num. 2. in fin. & num. 3.* ibique *Add. n.9. & cor. Merlin. deciſ.637. num. 15. & dec.814. num. 4. & ſeqq.* cum cœteris *cor. Priol. dec.61. n.2. & 3.*
59 & in fortioribus terminis de eo, qui habet pro ſe litteram ſimplicis Statuti, ut neceſſe non habeat allegare leges, & Doctores, *Rolan. conſ.72. n.6. vol.3. Niger. de exec. rei judic. cap.11. §.5. num.57. Ambroſin. deciſ.3. num.24. & deciſ.23. num. 16. Conſol. deciſ.1. n. 13. & dec. 26. num.15. Rot. poſt Zuff. de legit. Proceſſ. deciſ.102. num.18.*

Fortiùs verò, quia tàm uſus, quàm ob-
60 ſervantia ſivè judicialis, ſivè extrajudicialis concurrit pro hac Parte; quod enim idipſum, quod diſponitur in Motu proprio, fuerit practicatum de tempore Sa. mem. Urbani VIII., aliorumque Summorum Pontificum, & de mandato San. mem. Alexandri VII. fuerit injunctum obſervari, liquet ex Decreto Partibus auditis edito à clar. mem. Cardinali Corrado ſub die 21. Auguſti 1655., ut dixit *Rot. dec.856. num.3. coram Eminentiſſ. Corr.*

Non obſtat itaquè reſcriptum, ſeù Decretum in calce cujuſdam ſupplicis Libelli prolatum de Anno 1678. à clar. mem. Card. de Auguſtinis, in quo auditis Eminentiſſimo Otthobono (nunc SS. D. N. Alexandro VIII.) D. Cardinali de Carpineo, & bon. mem. Fagnano dictum fuit, *ut nihil in hoc negocio inno-*
61 *varetur*; Quoniam ſimilis loquendi modus vel non importat, niſi ſpeciem quamdam Decreti proviſionalis ſtatum minimè firmantis, ut in propoſito reſpondit *Rot. coram Dunozett. Jun. dec.842. num.11. & dec.471. n.43. & 44. part.9.*, cum aliis *in dec. 365. num.22. coram Priol.*, vel ad ſummum reſolvitur in ſimplicem manutentionem, ſi fortè per interverſionem odinis ab eodem Motu proprio præſcripti manebant Clerici in aſſerta quaſi
62 libertate, quævè proindè numquam tranſit in judicatum, ſed conſtito quandocumque de meliori Jure alterius venit revocanda, ut per *Saluſt. Tiber. in prax. lib. 2. cap. 5. num.7. & cap.7. num.10. in fin. & n.11. Thomat. dec. 36. n. 10. Rot. apud Marcheſ. de Commiſſ. part. 1. fol.951. n.4., & deciſ. 248. n. 14. poſt Genc. de Cenſib.*, & alibi paſſim.

Eòque certiùs, quia in precibus, quibus adiacet prædictum reſcriptum, ſeù Decretum, præter meram enunciativam Motus proprii, ac præmiſſi Decreti, nulla continetur ratio, vel fundamentum, quibus poſſet controverſia hæc judicari, ſed potiùs verba ibidem expoſita ſonare videntur in quamdam quærimoniam, ideòque cùm nec
63 à SS. D. N., nec ab aliis fuerint auditi DD. Regiſtratores, non poteſt idem Decretum, niſi trahi ad meram proviſionem, & potiùs ex officio, quàm ex Interdicto uti poſſidentis, ut fermè in puncto patet *ex dec. 646. num.47.*
64 *& ſeqq. apud Poſth. de manut.*, aliàs ſi hujuſmodi Decretum referri poſſet ad ſententiam defi-

Digitized by Google

definitivam, eſſet nullum, ut de ſemetipſo reſpondit Pontifex *in cap. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propr.* ibi = *nec nos contrà inauditam Partem aliquid poſſumus diffinire*, & liquet etiam ex *Clem. Paſtoralis*, §. *Cæterum defectus de re judic.* cum concord. *in deciſ. 21. n. 15. poſt Novar. in Summ. Bullar.*

Et ſane non eſt credibile, quod San. mem. Innocentius XI. ad puram relationem, Partibus non auditis, voluerit per viam ſimpli-
65 cis reſcripti derogare Motui proprio antecedenti tot clauſulis, & jurisjurandi Religione munito, & confirmato etiam a San. mem. Alexandro VII., per viam ſimplicis reſcripti de nihil innovando, ut poſt *Bartol. in l. omnes Populi num. 35. ff. de Iuſt. & Iur., & in Extravag. ad reprimendum, verb. non obſtantibus num. 5. alioſque* inquit *Spad. conſ. 21. num. 11. & num. 22. cum ſeqq.*, & rurſus *n. 62. & ſeqq. & per tot., lib. 1.*

Cœterum, quando etiam vellemus, quod toties memoratum Decretum haberet vim definitivæ, non tamen poteſt ad præſens opponi tanquam res judicata; nam cum fuerit
66 editum in Camera, vel Conciſtorio Principis, nunquam tranſire dicitur in rem judicatam, ſed valet tam ab eodem Principe, quàm ab ejus ſucceſſore quandocumque revocari, juxtà magiſtralem Theoricam *Bald. in l. reſcripta n. 7. C. de precib. Imper. offer. Mandell. conſ. 290. n. 29.*, & ferme in individuo alterius Decreti de non moleſtando, ſeu de non innovando *Rot. cor. Dunoz. Iun. dec. 536. num. 10.* quam ſecuta eſt *eadem Rot. deciſ. 384. num. 29. cor. Bich.*

Firmo itaque remanente bono Iure Regiſtratorum reſultante ab expreſſa littera Motus proprii, & prænominata obſervantia judiciali, ac extrajudiciali quodque Clypeus contrarii reſcripti, ſeu Decreti non impediat, quominus cognoſci poſſit, & debeat de illius viribus; non omittimus, quod eo
67 magis prædicta Bulla venit obſervanda, cum Sixtus ultra præfatas Clauſulas ampliſſimas adiecerit illi = *vim contractus obligatorij* (ſunt verba præciſa) *inter Nos, ac dictam Sedem, & Cameram Apoſtolicam ex una, nec non Clericos, & Scriptores Regiſtri Supplicationum hujuſmodi ex altera Partibus, etiam cum Iuramento initi &c.*
68 Princeps enim, ſalva honeſtate, nequit per mittendo quoddam veluti Monopolium ad favorem duarum, vel trium perſonarum, violare legem initam cum toto Collegio de partiendo per viam Turni emolumenta Scriptoriæ, & Regiſtrationis inter ſingulos de eodem Collegio; ut in proximis tradiderunt *Pancirol. conſ. 20. ſub num. 14. Craſſett. conſ. 732. num. 6. Cyriac. contr. 291 n. 29. & 30.*, & quod
69 Princeps non debeat de per ſe, nec alio modo permittere, quod ſui Officiales priventur emolumentis, vel aliquo modo patiantur in eis diminutionem, uno ore tradiderunt *Va-*



*Valenzuel. conſ. 121. n. 51. & 52. lib. 2. Nogaerol. alleg. 5. num. 28. cum ſeqq. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 22. num. 33.* cum reliquis ad ſatietatem per *Io: Hieron. de Philip. diſſet. fiſcal. 21. num. 20. & 21.*

Neque dicatur, quod, ſtante publica utilitate in contrarium, poſſit, vel debeat Princeps deſtruere, vel tolerare violationem legis in Motu proprio ſancitæ, quia nimirum retardarentur expeditiones negociorum, & Gratiarum, ſi cogerentur Expeditores accerſere illum Regiſtratorem, ad quem Supplicatio turnarie deveniſſet regiſtranda, potiſſime, quia iidem Expeditores aliud tenerentur incommodum ſubire in perquirendo, ad quem eorum Supplicationes regiſtrandæ contigiſſent: Siquidem præter palpabiles reſponſiones, quas optimè præbet utrique objectioni D. in Facto ſcribens *ex §. Nec ullam uſque ad fin.* profectò, ut mihi ſupponitur, habemus experientiam in contrarium; nam cùm hujuſmodi turnarius ordo ſervetur pro Supplicationibus ſecretis, ac Gratiis conceſſis ad petitionem Regum, & S. R. E. Cardinalium, omnibuſque aliis negociis majoris Gratiæ, abſque eo, quod iſtorum magis importantium reſpectu ulla in practica actuali dignoſcatur implicantia majoris procraſtinationis, vel alterius difficultatis, & incommodi, niſi in imaginatione, & in capite
70 Clericorum, hinc à fortiori intrat adagium, ſeu Carmen = *præteriti ratio ſcire futura docet*, de quo *Barbat. conſ. 64. ſub num. 5. verſ. ad hoc reſpondeo lib. 1. Federic. Scot. conſ. 6. num. 8. tom. 2. lib. 1. Nevizan. in Sylu. nupt. lib. 1. ſub num. 148. Coſt. remed. ſubſid 59. ſub num. 11. §. Primò quod in fin. verſ. ſic dicitur*, & generalitèr *Barboſ. axiom. 88. per tot.*

Et de facto, citrà aliam experientiam, vel diſcurſum, nimis frivolus eſt hujuſmodi prætextus retardationis expeditionum, quin potius, ſervando, ut par eſt, determinationem Motus proprii, facilior emergit diſbrigatio, ſeu expeditio; Nam circa incommodum perquirendi, ad cujus manus pervenerit Supplicatio, parum eſt laborandum, cum in loco ad hoc ſpecialiter aſſignato adſit ſingulis diebus liber Turnorum uniuſcujuſque viſioni paratus, & in quo prænotantur cunctæ Supplicationes regiſtrandæ expreſſo nomine illius Regiſtratoris, cui extraditur Supplicatio: unde cum tàm facile, immò facilius poſſint Expeditores tali aſſerto incommodo mederi, habeantque de mane in Dataria ſingulos Regiſtratores, quos alloqui, & cum quibus convenire poſſunt, palàm fit, quod prætextus hujuſmodi retorqueatur, melior namque certificatio nequit deſiderari, quàm ex libro, ut dixit *Rot. cor. Bellamer.*
71 *dec. 9. de Reſcript.*, quamve in propoſito Remiſſoriæ non concedendæ, ubi ictu oculi certificatio haberi poteſt ex libris, cum aliis ſe-

cuta eſt *Rot. cor. Prioli dec.* 1. *num.* 4. *& coram Sanctiſſ. deciſ.* 114. *num.* 1. *& ſeqq.*, ubi *ſub n.* 2., quod probatio per libros, & ſcripturas ſincerior eſt, & expeditior.

Imperceptibile autem redditur, quomodò reſpectu alterius partis obiecti circà procraſtinationem ſatagant Aduerſarij inſinuare, quod citiùs regiſtrationes fieri valeant, adhibendo tantummodò miniſterium trium, vel quatuor Regiſtratorum, quàm ſi adhiberent ad formam Motus proprij manualitatem, & opificium perſonarum viginti per ordinem, & diſtributionem Turnariam: Regula namque aurea, vulgò, *del trè*, contrarium in bona Abaco, non minùs, quàm in ratione ſuadet.

Quod ſi reſpondeatur, illos tres, vel quatuor Regiſtratores, quorum opera utuntur, ſatis ſupplere retinendo Iuvenes, & Copiſtas etiam ad Menſes cum certa mercede conductos, & tunc eſt peior Medicina morbo, nam ità per indirectum illa emolumenta, quæ debentur noſtris Regiſtratoribus ex cauſa contractus undiquè oneroſi, & correſpectiui, deuenirent ad extraneos, quod uti-
72 què foret rumpere contractum, quo Princeps tenetur, & Fiſcus jure priuati, ut eſt notorium & tradit *Bald. in l.* 1. *in princ. ff. de Conſtit. Princ.*, *& Iaſ. in l.* 1. *num.* 4. *ff. de pact. Maſtrill. de Magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 4. *ex n.* 314. *cum ſeqq. Afflict. de offic. Fiſcal. gloſſ.* 34. *ex num.* 4. *uſquè ad* 14. *Carol. Tapp. in l. fin. ff. de Conſtit. Princ. par.* 2 *cap.* 9. *per tot. Amaydin. l.* 2. *num.* 13. *C. ne Fiſc. rem, quam vendid.*, *Seſſ. deciſ. Aragon.* 79. *num.* 11. *& ſeqq.*

Potiſſimè, quia ad tollendas omnes amaritudines, huic procraſtinationi, vel incommodo publici ſervitij legimus occurſum in eodem Motu proprio, ubi poſtquàm Pontifex curauit, ne fraus committeretur in facienda partitione, mandando per illa verba *inter Scriptores Regiſtri &c., eorumque Officium actualitèr exercentes dumtaxat* (quæ ſanè verba excludunt extraneos) *per ipſos Clericos dietim ſolita hora matutina æquis portionibus, majoribus videlicet Supplicationibus cum minoribus compenſatis, omni dolo, & fraude ceſſante, diuidi, & diſtribui &c.* terminum præfixit regiſtrationi trium dierum ſub pœna pecuniaria, & ſuſ-
73 penſione ab exercitio; ideòque dum habemus prouiſionem legis Papalis, perperam DD. Aduerſarij ſibi arrogarunt licentiam ſibi prouidendi, ad *Text. iu l. fin. C. de pact. con-*
74 *vent. Barboſ. axiom.* 195. *per tot.*, & generalitèr, quod omnia ceſſent abſurda, ubi legis diſpoſitionem exequimur, habetur ex *Gabr. conſ.* 69. *ſub num.* 14. *lib.* 2. *Peregrin. de Fideicom. artic.* 11. *num.* 45. *Rot. dec.* 52. *num.* 8. *poſt.* 1. *vol. conſ. Farin.*

Atque hæc dubio procul exuberarent: Sed longè majora inconuenientia, longè majora ſcandala publico præjudicialia reſultant, vel reſultare poſſunt ex abuſu, quem Aduerſarij ſubſtentare contendunt, ut ad oculum demoſtrat D. in Facto ſcribens *ex* §. *Inconuenientià*, uſque ad §. *Et deniquè*; Nam cùm noſtri Regiſtratores in aſſumptione eorum Officij præſtare compellantur, & præſtiterint Iuramentum fidelitèr, & de verbo ad ver-
75 bum regiſtrandi Supplicationes, & de cœtero verſemur in materia adeo Religioſa, & delicata, ut vix de ſtylo Datariæ, de quo teſtatur *Pyrrh. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſt. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 17. *&* 48., tribuatur Expeditoribus, vel Partibus facultas inſpiciendi ſuas Supplicationes ad effectum cogitandi, utrùm reſtrictiuæ, vel caſſaturæ per Reuiſores adiectæ ſibi placeant, hodiè (ut Mihi ſupponitur) tradunt illis Regiſtratoribus eisdem benè viſis quaſdam notulas, ſeù ſchedulas Gratiæ, ſeù Supplicationis ſubſtantiam concernentes, unde etiam citrà malitiam quot errores valeant irrumpere nemo non videt.

Rurſùs, non ſeruata diſtributione iniuncta per Sixtum, nimia exoritur inæqualitas emolumentorum, cui ut occurreret Sixtus (rectè ſciens, non habere Regiſtratores, prout habent reliqui Officiales, eorum Capſerium, ſeu Depoſitarium) mandauit ſuppleri mediante partitione prædicta: Quin etiam, quia plures Oratores diuerſimode, & juxtà numerum ſoluere debentes facile in eadem Supplicatione continentur, poſſunt colluſive aliquorum Oratorum nomina occultari in fraudem, ac graue præjudicium Officij Re-
76 giſtri, quamobrem cum huic poſſibilitati fraudandi Pontifex providerit, non eſt, cur eiſdem fraudibus locum aperiamus, contrà monitum *Imperatoris in l. lex in princ. C. de admin. Tutor. Cenſal. deciſ. Lucen.* 22. *num* 22. *Rot. deciſ.* 332. *num.* 11. *par.* 10. *& deciſ.* 373. *num.* 3. *part.* 19.

Et ob id corollarie, ſi illa emolumenta, quæ modò per abuſum deſcendunt in Scriptores, & Copiſtas extraneos, ad ſuum verum fontem Regiſtratorum remeabunt, Of-
77 ficia in maiori, juſtoque pretio conſervabuntur; quod ſanè curandum eſt à Principe, ut ſequatur ſicuti per *Text. in l. locatio,* §. *earum, ff. de Publican.*, firmat in propoſito redditum, ſeu Gabellarum Principis *Card. de Luc. de Regal. diſc.* 68. *num.* 4., & in ſimili quò-
78 ad exactionem decimarum, ne varietur modus exigendi, paſſim habetur; ut *in deciſ.* 22. *& dec.* 212. *par.* 10. *& dec.* 242. *par.* 11. *rec.*

Concludendo itaque, dum aduersùs reſcriptum, ſeu Decretum Partibus inauditis clar. mem. Cardinalis de Auguſiinis, & prætenſum incommodum Expeditorum militat Motus proprius, ſeu Conſtitutio Pontificia Clauſulis effrænatiſſimis roborata, nec non obſeruantia in contradictorio Iudicio canonizata de mandato Sa. mem. Alexandri VII. per Cardinalem Corradum, ac denique major

major abſurditas, & tam ratio Juſtitiæ, quam honeſtatis, profectò non dubitamus, quominus ab Illuſtriſſimo D. meo præcipietur *ſervari Maxim proprium*.

*NOVA ADDITIO.*

IUſtitia ità exigente pandendum cenſui nomen illius Adiutoris ſtudiorum, de quo (ſuppreſſo nomine) fit mentio in præinſerta mea Deciſione *ſub num.* 21. quive tunc temporis mecum in Sacro Auditorio adlaborabat, nè detrahat ſilentium, quod ei donavit continuata probitas, labor, & doctrina: Is
79 enim eo tempore erat *Andreas Lupardus* Romanus, qui munus poſtea Advocationis non ſinè plauſu laudabiliter ſuſcepit, quivè operam (ut habetur in Frontiſpicio hujus Voluminis) etiam navavit in præſenti nova illius reimpreſſione, inter cœtera commendatus teſtimonio Reverendiſſimi P. Magiſtri Sacri Palatii, qui illius cenſuram adhibuit in reviſione Operum, ſeu Commentariorum *Franciſci Mariæ Conſtantini ad Statut. Urb. & Selowis ex Comitibus de Campello ad Conſtitutiones Ducatus Urbini*.

Cœterum, quia præſens Deciſio eſt oblonga, juncta veteribus Additionibus, ideò dumtaxat curſim annotabo, quod eamdem
80 Deciſionem *ſub num* 38. *&* 39. laudavit *Rot. in Romana Communicationis bonorum* 12. *Aprilis.* 1709. §. *Neque excluditur*, *cor. R.P.D. meo*
81 *Aldrovando*, & prius (unà cum aliis hujuſcè Voluminis Deciſionibus) *ſub num.* 35. in illa *Tudertina Tranſactionis* 25. *Januar.* 1706. §. *Nec validitas*, *coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano*; & quoad Additiones *ſub n.* 17. in *Reatina Fideicommiſſi ſuper Remiſſoria, & electione Peritorum* 13. *Martii* 1705. §. *Et demum*,
82 *cor. R.P.D. Omanna cum Epiſcopo Giennen.*, ubi de propoſitione, quod quando probatio haberi poteſt ex ſcripturis, committi non ſolet examen Teſtium.

## SURRENTINA JURISDICTIONIS.

*Ven. 21. Februarii 1698.*

ARGUMENTUM.

De aſſiſtentia Juris, quam habet Epiſcopus circà exercitium Ordinariæ Juriſdictionis, ſeù juris viſitandi Hoſpitalia, Cappellas, & Confraternitates ſuæ Diœceſis, etiam ad effectum manutentionis, ac de Privilegiis Sacroſanctæ Baſilicæ Lateranen. circà aggregationem hujuſmodi locorum Piorum citrà qualitatem fundationis in Solo ejuſdem Baſilicæ, quodque ſimiles aggregationes nullam importent exemptionem ab ordinaria juriſdictione Epiſcopi, etiam quandò hujuſmodi Cappellæ, & Confraternitates exiſterent in Eccleſiis Regularium,

*SUMMARIUM.*

1 *Epiſcopus habet aſſiſtentiam Juris quoad exercitium Ordinariæ Juriſdictionis, & Viſitationis circà Hoſpitalia, Cappellas, & Confraternitates exiſtentes intra fines ſuæ Diœceſis.*

*Adeout ex hoc ſola Juris aſſiſtentia ei competat manutentio, etiamſi non doceat, ſe eſſe in quaſi poſſeſſione hujuſmodi actuum Juriſdictionalium, num.* 2.

*Dummodo tamen hujuſmodi loca Pia non ſint in quaſi poſſeſſione exemptionis à Juriſdictione Ordinarii, tunc enim in ſummariiſſimo poſſeſſorio ſola Juris aſſiſtentia Epiſcopo non ſuffragaretur, num.* 4.

*Et de ratione, num.* 5.

3 *Confraternitates, Hoſpitalia, aliaque loca Pia fundata, vel conſtructa in ſolo Sacroſanctæ Baſilicæ Lateranenſis, ſunt exempta ab Ordinaria Juriſdictione Epiſcopi.*

*Secus autem, ſi ſint ſimpliciter eidem aggregata, num.* 13.

*Et de ratione, num.* 14.

6 *Epiſcopus ſatis eſt, quod unicum actum juriſdictionalem exercuerit pro conſervatione ejus univerſalis Juriſdictionis.*

7 *Viſitatio expleta per Epiſcopum jure Ordinario arguit ejus plenariam Juriſdictionem quoad perſonas, & loca, quæ viſitavit.*

8 *Viſitationes factæ per Epiſcopum poſt Concilium Tridentinum circà perſonas, & loca exempta, præſumuntur expletæ jure potiùs delegato, quam ordinario.*

*Contrarium, quod nempe Viſitationes hujuſmodi locorum, & perſonarum etiam poſt Concilium Tridentinum in dubio præſumantur expletæ potius jure ordinario, quam delegato, num.* 10.

*Et declarantur* Authoritates *in oppoſitum expendi ſolitæ, num.* 11.

9 *Exemptio ab ordinaria Juriſdictione Epiſcopi cenſetur in Jure odioſa, & exorbitans.*

12 *Iuriſdictio delegata Epiſcoporum, qua ratione fuerit introducta per Sac. Concilium Tridentinum.*

15 *Iuriſdictio Epiſcopi non tollitur ex actibus Iuriſdictionalibus geſtis ab inferiori, niſi probentur expleti cum ſcientia, & patientia ipſius Epiſcopi.*

*Minuſque ex actibus juriſdictionalibus turbativè, vel attentatè expletis per Inferiorem, num.* 17.

16 *Conſtitutio Sa. me. Innocentii* XII. *ſuper abolitione Tribunalium Particularium refertur, & commendatur.*

18 *Appellatio ſuſpendit effectum ſententiæ, adeout pendente appellatione ſententia perinde habeatur, ac ſi lata non foret.*

19 *Sententia ad hoc, ut tranſeat in judicatum, quid requiratur ex parte ejus, qui illam obtinuit, & num.* 20.

1 *Epiſcopus an poſſit jure ordinario viſitare Cappellas, vel Confraternitates Laicorum exiſtentes in Eccleſiis Regularium, & num.23. & 24.*

2 *Verbum*, contiguum, *denotat vicinitatem, ſeù proximitatem, & concludit intrinſecitatem.*

## DECISIO XXXI.

PRævijs duabus Deciſionibus *coram R.P.D. meo Muto* obtinuerat (nemine tunc comparente) Archiepiſcopus Surrentinus Mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione viſitandi, alioſque actus ad Juriſdictionem ordinariam pertinentes exercendi in Cappella, & Hoſpitali Confraternitatis nuncupatæ ſub ſemper auguſto, & venerabili titulo B. Mariæ Miſericordiæ, quando ab eiſdem reſolutionibus forſan excitati Confratres recurſum habuère ad Signaturam Juſtitiæ, quæ Mihi reſcripſit = *Alteri cum facultate manutenendi quem de Jure* =. Unde ad eiuſdem reſcripti limites ſciſcitando Dominos meos, cui danda eſſet manutentio, reſolutionem habui, quod manutenendus eſſet Archiepiſcopus.

Non enim erat quæſtio, quod cum Hoſpitale, Cappella, & Confraternitas exiſterent nedum intra fines, & circumdarium Diœceſis, ſed in ipſo meditullio, ſeu loco Ciuitatis Surrentinæ, haberet proin le Ar-
1 chiepiſcopus intentionem vndique fundatam quoad ejus ordinariam Juriſdictionem, ipſique attineret facultas, & reſpectiuè ſollicitudo nedum viſitandi jure proprio ipſum Hoſpitale, Cappellam, & Confraternitatem, ſed etiam conſecutive implendi omnia ea, quę eamdem Juriſdictionem concernunt, quæuè circa Diuini cultus conſeruationem, & augumentum Paſtorali providentiæ de Jure Diuino, ac Sacrorum Canonum commiſſa ſunt, juxta ſancita in Concilio Aurelianenſi relato per *Gratian. in Decret. part.2. cauſ.16. quæſt.6. can.7.*, & prius *cauſ.10. quæſt.1. can.9. cum 3. ſeqq.* juncto *Text. Decretal. in cap. conquerente 16. de Offic. Ordin., & in cap. cum Epiſcopus 7. eod. tit. in 6. ac Concil. Triden. de Reform. ſeſſ. 6. cap.4. & ſeſſ.21. cap.8. Rot. in Cæſarauguſtana Juriſdictionis 8. Februarii 1692. §. Moti, coram bon. mem. Emerix, cum reliquis notiſſ.*

Quodque propterea eidem Archiepiſcopo, veluti habenti pro ſe Juris, ac SS. Canonum aſſiſtentiam, deberetur manutentio pro exercendis omnibus actibus, qui præfatam Juriſdictionem, ac poteſtatem ordinariam concernerent, etiamſi pro parte eiuſ-
2 dem Archiepiſcopi, tamquam Ordinarii, nulli exhiberentur, vel probarentur actus particulares exercitæ quaſi poſſeſſionis, ex quo ipſa ſola Juris, & Canonum aſſiſtentia non conflictata a contrariis privilegiis, vel ſufficienti conſuetudine capax eſt ad tribuendam manutentionem Ordinario, ut habetur apud *Poſth. de manut. obſ.45. num.6. & 7. Marant. reſponſ.21. n.4. & 5. part.4. Capon. diſcept.46. n.4. & 5. & diſcept.47. num.3. Panimoll. dec.1. annot.9. n.5. Rot. cor. Zaratt. dec.10. n.9., & in Leodien. Juriſdictionis 15. Martii 1688. §. Etenim cor. bon. mem. Rondinino, & in Brixinen. Juriſdictionis 5. Junii eiuſdem Anni §. fin. cor. R.P.D. meo Caprara*, & in individuo caſus noſtri *eadem Rot. dec.383. num.9.* confirmata *in dec. 530. part.18. rec.*

Verum totum fundamentum ſuæ defenſionis conſtituebat Confraternitas in prætenſo priuilegio, ſiue exemptione derivan-
3 te per Apoſtolicas conceſſiones, & Indulta promanantia ab Honorio III., Bonifacio IX., Caliſto III., poſtmodum innovata per Siſtum hujus nominis Quintum in ejus Conſtitutione, quæ incipit = *Si cunctis, in ordine la 19.*, ex quibus ſane Conſtitutionibus, ac largitionibus S. Sedis, quæcumque loca Pia, Confraternitates, vel Hoſpitalia, veluti conſtructa in Solo Sacroſanctæ Baſilicæ Lateranen. a Juriſdictione quorumcumque Ordinariorum eximuntur: quapropter etſi in præſenti Judicio puræ manutentionis nec Archiepiſcopus, nec Confraternitas inſiſterent ſuper perquiſitione applicabilitatis talium Indultorum, ſed in nudo facto quaſi poſſionis, ſeu actuum reſpicientium ſubjectionem, vel exemptionem, hinc eadem Confraternitas ad infrigendam præfatam Juris aſſiſtentiam militantem pro Archiepiſcopo demonſtrare ſatagebat, quod ipſa verſaretur in
4 contraria quaſi poſſeſſione libertatis, & exemptionis, qua concurrente remanet in hoc ſummariiſſimo poſſeſſorio inefficax, vel non attendenda eadem Iuris aſſiſtentia, prout ſæpius introſpecto ordine Iudicii firmatum fuit, & ſignanter *in dec.423. num.3. part.2. rec. & deciſ.596. n.2. & 3. apud Poſth. de manut. & dec.19. n.6. cor. Merlin. & dec.389. n.2. cor. Peutinger. & dec. 51. num.2. & 3. poſt Tamburin. de Jur. Abbat., & in Capuana, ſeù Montis Caſſinen. Parochialium* 10. *Martii* 1679. *§. Rurſus, cor. bo. me. Bourlemont.*, confirmata 17. *Iunii 1686. §. Cæterum, cor. cl. me. Card. Matthcjo.*

Actus vero, ex quibus Confraternitas propriam exemptionem, & conſequenter regulæ ſuperius adductæ limitationem tueri contendebat, in ſubſtantia reducebantur ad effectivam aggregationem, quam de Anno 1596. reportaverat ipſa Confraternitas a Capitulo Lateranen., necnon ad ſucceſsivas Canonum ſolutiones debitas in recognitionem dependentiæ a memorato Capitulo Lateranen., cum opportunis renovationibus primeuæ aggregationis pluries reportatis, & præcisè de Anno 1685.; quibus denique jungendo actum poſitivum Viſitationis expletæ per Deputatum ab eodem Capitulo Lateranen. reſpectu Cappellæ, Hoſpitalis, & Con-

& Confraternitatis ſub Anno 1688., vnà cum ſententia lata de Anno 1670. per Iudicem Baſilicæ ſuper declaratione, ac exiſtentia talis exemptionis, non poterat idcircò (ſubjungebat Confraternitas) dubitari, quominus ipſa conſtituta eſſet in pluſquàm ſufficienti probatione libertatis, & exemptionis, quemadmodùm enim actus ſubjectionis, ac Juriſdictionis conſtituunt illum, cujus favore cantant, in quaſi poſſeſſione manutenibili pro eorumdem actuum continuatione,
5 ità è conuerſo actus ſtantes pro libertate efficiunt, ut prætendens ſe exemptum, vel non ſubjectum veniat in ſua quaſi poſſeſſione libertatis manutenendus, ut per *Text. in cap. cùm perſonæ, de priuileg. in 6.* communiter tradunt *Poſth. de manut. obſ.45. n.17. Frances de Eccleſ. Catedr. cap.30. num.245. Rot. deciſ.685. num.12., & ſequen. part. prima recent. deciſ.546. num. primo cum 3. ſequen. part. 5., & coram Peutinger. deciſ.6. num.1. & ſeqq., & dec.390. num.3. cum ſeqq. part.13. & dec.204. ex n.1. cum ſeqq. part.19.*

At DD. cenſuerunt, nullum ex prædictis actibus offuſcare poſſe memoratam Juris aſſiſtentiam, tàm perpendendo præfatos actus à Confraternitate laudatos junctim, & coacervatim, quàm ſingillariter illos diſcutiendo. Et quidem coacervatim, quia quatenus contrarii actus allati per Confraternitatem ſubſiſterent, adhuc tamen in eo potiſſimum ſtat vis, quæ promanat à Juris aſſiſtentia pro Ordinariis Locorum, ut niſi eadem Juris aſſi-
6 ſtentia appareat penitus denudata actibus ſibi favorabilibus, ſuperabundet aliquem actum fuiſſe geſtum ab ipſo Ordinario, & Diœceſano, ad hoc, ut dicatur præſeruatum jus ejuſdem Ordinarii, & Diœceſani, & ſublata limitatione, de qua diximus, reviviſcat regula concedens eidem Ordinario manutentionis ex Juris aſſiſtentia derivantem circà omnes actus, qui intrà Sphæram eiuſdem Juriſdictionis Epiſcopalis, & Ordinariæ in genere continentur, ut præter allatos *in Deciſionibus præcedentis inſtantiæ editis coram R. P. D. meo Muto*, dixit *Rot. dec.86. num.2. poſt Tamburin. de Iur. Abbat., & dec.289. n.18. & 19. cor. Bich., & dec.505. n.16. cor. Card. Cerr., & in Amalphitana Iuriſdictionis 29. Maii 1654. §. Ex quibus actibus, cor. bo. mem. Albergato.*

In præſenti autem demonſtratum fuit ab Archiepiſcopo, quod ejus Anteceſſores pacificè viſitauerint ferè per ſæculum Cappel-
7 lam, & Hoſpitale controuerſum, ideòque nullum majus ſignum conſeruationis ſuæ Juriſdictionis exhiberi poterat ex parte eiuſdem Archiepiſcopi, quàm continuata Viſitatio per ſpatium tàm diuturnum, ab Anno ſcilicet 1567., vſque ad Annum 1652., ſicuti reſpondit *Rot. cor. Mantic. dec.322. ſub n.2. verſ. quod multo magis, & dec.118. ſub n.12. verſ. inſuper, & n.14. par.17. rec., & dec.29. n.1., & ſeqq. coram Card. Celſ., & deciſ.194. n.1. num 2. ſeqq. coram Bich.*

Nec quidquam facere viſa eſt replicatio Defenſorum Confraternitatis, quod cùm
8 eædem Viſitationes geſtæ per Archiepiſcopum exiſterent poſt Sanctionem, & determinationem *Sac. Concilii Tridentini*, quod *in ſeſſ.7. cap.8., & ſeſſ.14. cap.4. de reform.* providè diſponit, ut Ordinarius viſitare poſſit loca etiam exempta jure delegato S. Sedis, redderentur idcircò æquiuocæ, & inhabiles ad confouendam prædictam Juris aſſiſtentiam ſuper facultate viſitandi jure ordinario, de quo ſolum in hodierna colluctatione differebatur: quia & hoc ſecum juremeritò fert Iuris aſſi-
9 ſtentia adversùs exemptionem regulariter in Jure odioſam, ut egregiè dicebat *Chokier. de Juriſd. Ordin. in exempt. tom.1. part.1. quæſt.4. ex n.6. vſque ad fin. Frances de Eccl. Cathedr. d. cap.30. n.124. cum ſeqq.*, & fusè non minus, quam eruditè *Card. Albitius in ſua diſcep. impreſſ. apud Card. de Luc. de Juriſdict. diſcept. 2. quæſt.1. per tot.*, nimirum quod ubi non liqueat, Viſitationem fuiſſe factam jure potius Ordinario, quam delegato, ſemper in dubio præ-
10 ſumatur facta jure ordinario, nempe proprio, & nativo, non autem accidentali, & conceſſivo, ſicuti non obſtante, quod Viſitationes apparerent expletæ poſt publicationem, ſeu confirmationem *Concilii* ſecutæ de tempore Sa. me. Pii IV. patet *ex d. dec.383. n.8., & 9. part.18.*, & bene alias ponderarunt *Adden. ad Buratt. dec.578. n.19. & 20. Modern. Pignattell. conſult. Canon. 154. n.4. tom.9. Adden. ad Pamphil. deciſ.48. n.7. in fin. verſic. vlterius, Rot. coram Gregor. deciſ.325. n.24., & deciſ.128. num.8. part.11. recent.*

Et quamvis quandoque *Sacra Rota* admiſerit hoc argumentum ab æquivoco reſul-
11 tans, & præcipuè *in deciſ.59. num.5., & ſeqq. poſt Tamburin. de Jur. Abbat., & dec.635. n.2. in fin. part.3. rec., & dec.313. num.14. part. 9.*, & in ſpecie ad favorem Capituli Lateranen. dictum fuit *in dec.185. num.9. part.15. rec.*; id tamen provênit ex eo, quia prædicta Juris aſſiſtentia ſuffocata apparebat per clarum Privilegium, vel alium Titulum legitimum exemptivum, eo namque caſu, quia Juris aſſiſtentia noſcitur mortificata, ſeu demortua, ſi qui adſunt actus contrarii Viſitationis Epiſcopalis, neceſſariò referuntur ad titulum compatibilem cum poſteriori claro privilegio, vel exemptione, prout eſt ille juris
12 delegati, quod adamuſſim fuit introductum per Sacroſanctam Synodum Tridentinam in caſu exemptionis indubitatæ, ſic præſeruando, ſeu potius reviviſcere faciendo (abſquè habituali præjudicio exemptionis,) ſuperioritatem native debitam Ordinariis, per ea, quæ benè animaduertit *Card. de Luc. de Juriſd. in ſupplem. part.1. diſc.100. ſub num.13. verſ. Siquidem.*

De

De exemptione vero clara, & indubitata
(etſi hæc reſpiceret petitorium) neque fu-
mus dabatur ex parte Confraternitatis; im-
mò potiùs deſcendendo ad ſingillarem exa-
minationem præfatorum actuum, qui pro
13 parte Confraternitatis afferebantur, illa vi-
debatur excluſa per primordium hujus
exemptionis prætenſæ à Confraternitate,
quæ ſonabat in puram aggregationem ejuſ-
dem Confraternitatis factam à Capitulo La-
teranen., non autem in conſtructionem
Cappellæ, & Hoſpitalis in Solo ad idem Ca-
pitulum Lateranenſe verè, & propriè ſpe-
ctante, ut ſupponebatur *in dicta dec. 185. ſub*
14 *num. 2. par. 15.*; quandò enim agitur de ſim-
plici aggregatione, quæ ex laudabili etiam
conſuetudine Capituli Lateranen., & præ-
ſcripto ipſius Conſtitutionis Sixti V. tempe-
ratur cum clauſula = *de conſenſu tamen loci Or-
dinarii* = (de quo hic neque per umbram do-
cebatur,) aggregationem arctari ad privile-
gia Indulgentiarum, foríque interni, non
autem ad inducendam exemptionem à pro-
prio Epiſcopo, & Ordinario, frequenter de-
ciſum fuit, & præcipue *in Anconitana Cap-
pellæ*, alias *dec. 383. & 530. per tot. part. 18,
recent.*

Et ob id pes figi non poterat ſuper enun-
ciatis actibus conſecutivis, nempè ſolutione
Canonum, ipſiuſque aggregationis renoua-
tione, ac Viſitatione expleta per Deputatum
à Capitulo Lateranen.; Vltra enim quod
15 non apparebat, hujuſmodi actus geſtos fuiſ-
ſe cum ſcientia, & acquieſcentia Archiepi-
ſcopi, quod neceſſe erat ad effectum, ut illi
præjudicium afferre poſſent, ex his quæ
optime firmantur *in dec. 78. num 8. apud Poſth.
de Manut. dec. 70. n. 76. part. 13. dec. 483. n. 18.
part. 14. dec. 227. n. 9. part. 16., & coram Priol.
dec. 338. num. 19., & in Colonien. Juriſdictionis
17. Aprilis 1679. §. Nec ſuffragari, & 29. Mar-
tii 1680 §. fin. cor. bon. me. Albergato*; adhuc
cum de facili conciliari, ac referri poſſent ad
titulum puræ aggregationis, non erant apti
præſeferre ſtatum manutenibilem adversùs
Juris aſſiſtentiam ex actibus contrariis, qua-
tenus oporteret, ſufficienter præſervatam
favore Archiepiſcopi, ut jam dictum, & pro-
batum eſt.

Eoque evidentiùs, quoniàm hi omnes
actus ſolutionis Canonum, renovationis
privilegii aggregationis, & Viſitatio Depu-
tati per Capitulum Lateranenſe palpabili
ſubjacebant vitio attentatorum, cum ita
curſim geſti fuerint, poſtquam Archiepiſco-
pus à prædicta ſententia pronunciata à Iudi-
ce Lateranen. de Anno 1670. appellaverat,
Cauſaque reperiebatur commiſſa bon. mem.
Altovito de Voto noſtri Tribunalis, quod
16 poſteà ob nunquam ſatis commendatam
Conſtitutionem SS. D. N. Innocentii XII.
feliciter, & glorioſiſſime Regnantis ſuper ſup-
preſſione Tribunalium particularium, rectà
vià ſucceſſit in hiſce commiſſionibus Cauſa-
17 rum; quamobrem, veluti actus turbativi,
& attentati, in nihilo veniunt attendendi, ut
milliès dixit *Rota*. & præſertim *in d. deciſ. 70.
n. 75. par. 13. rec. in Marſicana. ſeu Montis Caſinen.
Iuriſdictionis 22. Martii 1686. §. Minime reſiſten-
te, coram clar. me. Card. Matthejo, & in Nullius
Provinciæ Tarraconen. Iuriſdictionis ſuper manu-
tentione 30. Aprilis 1694. § fin. cor. bon. mem.
Emerix.*

Dependenter à præmiſſis corruebat præci-
tata ſententia Judicis Lateranen., ad hoc, ut
ſaltem ſuper ea nullum fundamentum poſſet
elevari; Quia cum ab eadem ſententia fue-
rit etiam tunc, ſive à die habitæ notitiæ
commiſſa Cauſa appellationis, ut ſupra, bo.
18 mem. Altovito, ſequitur, quod ſtante ea-
dem appellatione, ejuſque admiſſione, res
ita reponeretur in priſtinum, ut ſententia
habenda foret pro non lata, ut ait *Bald. in
rubr. C. de appell. n. 2. Fontanell. dec. 377. n. 15.
Rot. cor. Arguell. dec. 113. n. 5. cum ſeqq., cor.
Celſ. dec. 174. n. 3. & 4., & in Neapolitana Pe-
cuniaria 12. April. 1687. §. Et ad id, cor. R. P. D.
meo Molines, & in Romana Aſſecurationis Navis
S. Bonaventura 28. Januarii 1697. §. In nihilo
refragante, cor. R. P. D. meo dell' Olmo.*

Abſque eo, quod in aliquo officeret, non
extitiſſe pro parte Dignitatis Archiepiſco-
palis proſecutioni demandatam appellatio-
nem, unde ſententia tranſitum facere potue-
19 rit in judicatum; quià cum ex contraria
parte Confraternitatis neglecta fuerit ſolita
ſervatio terminorum *ad docendum de appella-
tione, ejuſque legitima proſecutione*, nullaque
prodierit declaratio ſuper ipſa deſertione,
nunquam inſtantia, (quæ de Jure Canonico
eſt perpetua) vel perimitur, vel ſententia
20 tranſit in judicatum, præcipuè ad effectum,
ut tanquam res judicata ſupponi debeat,
quidquid ſit ad alios effectus, ad not. per *Ri-
dolphin. in prax. part. 1. cap. 13. ex n. 69., &
n. 599., & ſeqq. Card. de Luc. de Iudic. diſc. 37.
n. 27. & 28. Rot. cor. Cerr. dec. 369. n. 3., & in Cor-
tonen. Beneficii 1. Iunii Anni præteriti §. fin. cor. Me.*

Deſtituta Confraternitas in hoc Judicio
manutentionis Juribus, & motivis ad detur-
bandam manutentionem Archiepiſcopi, re-
curſum poſtremò habuit pro excluſione Vi-
21 ſitationis, ſaltèm Cappellæ, ad Clypeum
loci continentis, nempè, quod eadem Cap-
pella ſita eſſet in Eccleſia Regularium Ordi-
nis S. Auguſtini, & ideò ſaltèm ex hoc capi-
te exempta à Viſitatione Ordinarii: Sed pla-
cuit Dominis animadvertere, quod talis in-
trinſeca ſituatio non probabatur, quinimò
actus præcipui, & capitales, in quibus ſeſe
fundat eadem Confraternitas, ipſam intrin-
ſecam exiſtentiam in Eccleſia præfatorum
Regularium poſitivè excludebant; namque
in primordiali aggregatione, nec non in ipſa
ſen-

ſententia litteraliter ſupponitur, & exprimitur, quod eadem Cappella ſita ſit non intus, ſed prope enunciatam Eccleſiam Regularium, dum utrobique dicitur: *Cappella &c.*
22 *quæ eſt contigua Eccleſiæ &c.* qui ſane loquendi modus, uti ſapiens vicinitatem; & proximitatem, facit ceſſare ex diametro volitam intrinſicitatem, *ad Gloſſ. in cap. unic. verb. contiguum, de Conſecr. Eccleſ. in 6., & in cap. ſi Civitas, verb. contiguis, de ſentent. excomm. eodem lib. Bard. de Iur. Prothonoſ. §. 2. not. 5. in fin., & §. 7. & n. 8. Rot. dec. 1708. num. 24. cor. Coccin.*

Ceſſante idcirco facto, ſublata remanſit neceſſitas diſpungendi, an, & quomodo va-
23 leat Ordinarius viſitare Cappellas Confraternitatum ſitas in Eccleſiis Regularium, de qua utique quæſtione videre eſt ex deductis apud *Ciarlin. contr. 65. n. 6., & ſeqq. Frances de Eccleſ. Cathedr. cap. 25. n. 119., & 124. Capon. diſcept. 267. n. 16. Nicol. in Floſcul. verb. Confraternitas n. 14. Pignatell. conſult. Canon. tom. 9. conſult. 127. per tot.*, quive omnes affirmant, rem facili negotio dirimi poſſe, nempe ſi Epiſcopus viſitet ea, quæ concernunt adminiſtrationem Confraternitatis Laicalis, & relinquat viſitare quidquid pertinet ad ipſam Eccleſiam, vel Regulares; & maxime in ſumma-
24 riiſſimo poſſeſſorio, in quo, non obſtante hac exceptione, Ordinarius, qui docet ſe viſitaſſe hujuſmodi Cappellas etiam erectas in Eccleſiis Regularium, manutenendus interim eſt, ut ait, & probat *Ciarlin. d. contr. 65. num. 9.*

Et ita utraque &c.

*ANNOTATIO.*

DEmandata fuit ad limites hujuſce Deciſionis expedito Cauſæ ſub die 11. Aprilis ejuſdem Anni 1698., cum omnimoda Partis ſuccumbentis acquieſcentia.

Cumque tota Deciſio verſetur in examine Privilegiorum Sacroſanctæ Baſilicæ Lateranenſis, ſcilicet an, & quando intrent reverà Privilegia conceſſa per Summos Pontifices in Eccleſiis fundatis in Solo Lateranenſi: Ego pariter in gradu Advocationis hoc ipſum ferme, quod ſtabilitum apparet in hac Deciſione, defendi ſcribens pro Cardinali de Comitibus Epiſcopo Anconitano in quadam *Anconitana Cappellæ*; Allegationes verò in ea Cauſa factas hic inſerere prætermiſi, cum fuerint approbatæ in *Rota*, & ferme ſint illæ eædem, quæ legi poſſunt in deciſionibus Cauſæ *cor. Emerix Iun.* hodie *inter ſtas. dec. 248. & dec. 260.*

Super diſtinctione autem Viſitationis expletæ, vel faciendæ jure ordinario, vel delegato per Epiſcopum, ſive in Parochialibus, ſive in Altaribus, aut locis exemptis, de qua pariter tractatur in ſuperiori Deciſione, late materia legi valet digeſta in celebri *Firmana Iuriſdictionis cor. Reverendiſs. Molines Decano*, inter D. Cardinalem Cincium Archiepiſcopum Firmanum, & D. Cardinalem Barberinum Commendatarium Abbatiæ Farfen., ſeu S. Salvatoris, ut in *Deciſione edita cor. prædicto D. Decano ſub die 13. Martii 1705., & 20. ejuſdem menſis, & anni*, in quibus nihil relinquitur in propoſito hujus quæſtionis, & diſtinctionis deſiderandum.

Et quoad effectus aggregationis factæ de aliqua Confraternitate de Partibus ad aliquam Archiconfraternitatem Urbis, & ad ornatum præſentis Deciſionis, tractatum pariter abunde fuit in una *Savonen. Aggregationis 15. Ianuarij 1700. coram R. P. D. dell' Olmo.*

*NOVA ADDITIO.*

NOſcitur Deciſio hæc impreſſa etiam poſt *Antonell. de Iurib., & oneribus Clericor. in ordine la 43.*

Propoſitiones in ea conſparſæ fuerunt paſſim confirmatæ in *Carpentoracten. Iuriſdictionis 8. Maij 1705.* ſignanter *ſub §. Stricte igitur, & §. Tanòque magis, cor. R. P. D. meo Priolo*: cum enim inibi tractaretur de Iuriſdictione competente Præſidi Cameræ Comitatus Venaiſſini in Cauſis dumtaxat concernentibus intereſſe Fiſci, vel in ijs, in quibus Partes clare, & explicite, mutuoque conſenſu ſeſe ſubmiſiſſent illius Curiæ, ut oſtendit *Tondut. de prævent. par. 1. cap. 23. n. 25., & cap. 49. n. 6., & par. 3. cap. 22. num. 5.*, recte fuit reſolutum, quod in
25 conflictu actuum juriſdictionalium illi præferendi ſunt qui militant pro Iudice Ordinario fundatam habente intentionem in Iure communi, ex quo protendunt, & ſufficiunt ad conſeruandam Iuriſdictionem roboratam Iuris aſſiſtentia, ex *Card. de Luca de præeminent. diſc. 8. n. 13., & de regalib. diſc. 47. n. 5.* maxi-
26 me, quandò actus exerciti ab habente contrà ſe eamdem Iuris reſiſtentiam non probantur facti cum qualitate incompatibili, ſed poſſunt referri ad illud genus, de quo cantabat privilegium, ut proſequitur *Rota in prædictis Carpentoraten. ſub §. Actus verò.*

## PAPIEN. PRÆPOSITURÆ.

*Veneris 28. Februarij 1698.*

ARGUMENTUM.

Quando, & quomodò appellare liceat ab irrationabili Iudicio Examinatorum Synodalium, & conſecutivè petere admiſſionem ad novum examen coràm Iudice appellationis; Et quid, ſi lapſus ſit annus à die primi examinis citrà culpam appellantis, & an adſit in his terminis differentia inter Beneficia Iuriſpatronatus, vel liberæ collationis: Et aliqua de appellatione interpoſita coràm honeſtis perſonis, an ſcilicet ſemper debeat Parti, vel Iudici intimari.

SVM

## SUMMARIUM.

1 *Appellatio à mala relatione Examinatorum Synodalium in Beneficialibus paſſim admittitur.*

*Et pro juſtificatione gravaminis Rota ſolet indulgere novo examini favore appellantis, n. 2.*

*Diſtingue inter Beneficia Curata de Jurepatronatus, & inter alia ſpectantia ad liberam collationem Epiſcopi, ut n. 3. & 4.*

5 *Appellatio interpoſita coram honeſtis perſonis, ut cauſet attentata, debet Parti, vel Judici prævia intimatione notificari.*

*Hujuſmodi autem notificatio non eſt neceſſaria, quoties appellans nullum prætendit attentatum, ſed ſolum intendit ſuo loco, & tempore gravamen patefacere coram Judice appellationis, n. 6.*

7 *Clauſula* ſine præjudicio legitimæ executionis, *licèt præſervet executionem Judici a quo, relinquit tamen Iudici ad quem facultatem cognoſcendi de gravamine illato per Judicem præcedentis Inſtantiæ.*

8 *Examen novum in Beneficialibus, vel non conceditur, vel conceſſum non ſuffragatur, quoties lapſus eſt annus a tempore primi examinis.*

*Limita, quando lapſus temporis attribui poteſt impedimentis præſtitis per appellatum, non autem culpæ, vel negligentiæ appellantis, num. 9. & 10.*

*Rurſus limita, quoties agitur de examine peracto in Partibus longinquis, tunc enim conceditur novum examen etiam poſt Annum, num. 10.*

11 *Impedimentum, quod provenit ex facto unius ex litigantibus, alteri collitiganti non præjudicat.*

13 *Examen novum in Beneficialibus conceditur appellanti etiam in præjudicium alterius, qui idem Beneficium obtinuerit ex capite reprobationis ipſius appellantis.*

14 *Jus quæſitum cenſeri non poteſt illud, quod pendet ab aliqua extrinſeca, & eventuali conditione.*

15 *Examen novum in Beneficialibus nunquam conceditur, quoties inſtans denuò examinari eſt incapax Beneficii ex capite criminis, vel infamiæ, & n. 70.*

*Intellige, ſeu diſtingue, ut n. 16.*

*Et quomodo in his caſibus de crimine, vel infamia conſtare debent ad effectum denegandi novum examen, n. 17.*

18 *Diffamatio oriens ex crimine alicui impicto excluditur ex ipſo, quod Ordinarius illum poſt prætenſum Crimen ad Sacros Ordines promovit.*

19 *Derogatio ſpecialis requiritur diſpoſitioni Conciliari.*

20 *Auditor Rotæ, cui Cauſa Beneficialis commiſſa reperitur, ſuccedit in omnibus loco Ordinarii.*

*Neque aliquis alius poteſt circa Beneficium, quod eſt in lite, ſe ingerere n. 21.*

*Amplia id procedere nedum in Beneficiis, ſed etiam in Dignitatibus, n. 22.*

*Et non ſolum reſpectu collationis Beneficii litigioſi, ſed etiam litigioſæ electionis, n. 23.*

*Non autem in Poſtulatione, n. 24.*

25 *Sententia ſinè Actis tàm in Civili, quam in Criminali lata non probat.*

26 *Pœna, etiam inflicta ipſo Iure, exigi non poteſt, niſi præcedat Sententia declaratoria delicti, eaque ſit valida, & juſta.*

*Exemplifica in pœna Confiſcationis ipſo jure incurrendæ in vim legis, aut præcepti, vel Edicti, n. 27.*

28 *Sententia dici non poteſt juſta, niſi exhibeantur Acta, ex quibus juſtificetur.*

29 *Sententia Capitalis in Iudicatum tranſacta, & executioni demandata, probat plenè contra condemnatum, & habentem ab eo cauſam, ſecùs contra Tertium, & n. 30. & 32.*

31 *Sententia lata contrà hæredem fideicommiſſarium qui non benè Cauſam defendit, non afficit ſucceſſivè vocatos ad fideicommiſſum.*

34 *Innocentes quandoque fuerunt damnati ad mortem ex capite delicti ab eis minimè perpetrati.*

34 *Acta quandoque habentur pro exhibitis in odium impedientis ea extrahi.*

35 *Crimen, niſi concludenter probetur, præſumptio fiat pro innocentia.*

36 *Sententia in Cauſa hæreſis in quocumque Statu exequitur ſine Actis.*

37 *Confiſcatio quando fiat a quolibet Principe in ſuo Statu, licèt ſententia in Statu alterius Principis prolata fuerit, & n. 38., & pluribus ſeqq. uſque ad n. 52.*

41 Alexand. conſil. 31. n. 1. lib. 1., *declaratur.*

43 *In crimine hæreſis quilibet Fiſcus confiſcat bona in ſuo Statu.*

45 *Doctor diſtinguens aliis præferri debet.*

47 Butr. in cap. Poſtulaſti n. 9. de foro compet., *explicatur.*

48 Imol. in Conſil. 35. num. 23., *declaratur.*

53 *Confiſcatio non intrat ſuper bonis fideicommiſſariis etiam in crimine læſæ Majeſtatis, quoties fideicommittens illam etiam in hoc caſu expreſsè prohibuit.*

54 *Clauſula* = acſi omnia de verbo ad verbum forent inſerta = *quid operetur.*

55 Fideicommiſſum *cum onere reſtituendi dicitur reſultare ex volita permanentia bonorum in familia.*

56 *Hæres gravatus perpetuo Fideicommiſſo, cum facultate tamen diſponendi, ſi velit, ſi non diſpoſuit, Fideicommiſſum remanet in ſuo robore.*

57 *Clauſula*, ſinè præjudicio *nihil novi tribuit, ſed ſolum jus, quod quis habet, conſervat.*

58 *Majoratus Hiſpaniæ an, & quatenùs ſubjaceant Confiſcationi, & n. 59., & 61.*

60 *Pedes habens ligatos, remotis vinculis, an facultatem ambulandi cenſeatur habere a ſolvente vincula, an verò a natura per remotionem obſtaculi.*

62 *Conditio reſolutiva habere non poteſt locum ex facto, vel non facto tertiæ perſonæ.*

63 Re

Digitized by Google

63 *Repugnantia in eadem Gratia Principis præſumi non debet.*

64 *Devolutio Feudi ex cauſis expreſſis in antiquis Inveſtituris non excluditur per novam conceſſionem relativam ad eaſdem antiquas Inveſtituras.*

65 *Clauſula ità debet interpretari, ut non deroget diſpoſitioni, in qua eſt inſerta.*

66 *Clauſula debet referri ad caſum magis congruum, & veriſimilem, non autem incongruum, & improprium.*

67 *Prærogativa majoris ſcientiæ an attendatur in concurſu ad Parochiales prælativè ad alia requiſita quibus polleat alter oppoſitor, remiſſivè.*

68 *Examinatores Synodales an, & quando valeant uti ſuſpecti allegari, remiſſivè.*

69 *Examen novum in Beneficialibus an ſit faciendum in Curia non obſtante ſenili ætate, aut mala valetudine alterius ex oppoſitoribus.*

## DECISIO XXXII.

CHriſtophorus alias legitime præſentatus ad Præpoſituram ſecum ferentem Curam animarum loci nuncupati de Meda, cum fuerit in examine requiſito per *S. Conc. Trid. ſeſſ.24. cap.18. de Reform.* & *ſeſſ.25. cap.9*, prima vice neque admiſſus, neque reprobatus, ſecunda verò rejectus, interpoſita prius coram honeſtis Viris appellatione ab hujuſmodi rejectione, Cauſam committi curavit noſtro Auditorio, in quo ſerió, & mature diſpunctis oppoſitionibus Cæſaris ſubſidiarie præſentati ad eamdem Præpoſituram, cenſuerunt DD., non obſtantibus eiſdem oppoſitionibus, admittendum eſſe Chriſtophorum ad novum examen, quod anxie (ut par erat) efflagitabat.

Familiaria namque apparuerunt exempla
1 noſtri Tribunalis aures non denegandi iis, qui ſeſe gravatos opinantes in examine inito coram Ordinariis locorum, recurſum, ſive appellationem interponebant ad S. Sedem, quapropter ubi non ſubſiſterent obiectiones excitatæ per Cæſarem, qui ſuam nactus fuerat præſentationem à Patronis cum ſuppoſito deficientis idoneitatis in Chriſtoporo
2 circa litteraturam, ſemper Sacra Rota novo examini indulſit, ad hoc, ut quemadmodum in aliis Cauſis nuſquam denegatur reclamatio ad Papam, & Superiores circa gravamina, quæ Partes aſſerunt recepiſſe ab Judicibus inferioribus, ita nec etiam præcludenda ſit via ſentientibus, vel exiſtimantibus ſeſe læſos per rejectionem idoneitatis in aſſecutione Beneficiorum, uti frequentiſſime videre eſt, & ſignanter *apud Ludoviſ. dec.527. num.1. & ſeq. & deciſ.538. num.2. & coram Celſ. deciſ.5. ex num.10. uſquè ad fin. & deciſ.307. n.1. & coram Ninot. dec.26. num.1. cum ſeq.*, & *in Calaguritano Beneficij de Eguino 24. Mart. 1681, §.1. cor. b. mem. Rondinino*, & nuper *in Syracuſana Præpoſituræ 26. Iunij Anni præteriti §. Moti cor. R. P. D. meo Muto*.

Circa quod Tribunal reverà non intendit quidquam detrahere juridicæ, & juſtæ præſumptioni, quam habent Ordinarii pro ſe, ſuper recta adminiſtratione Eccleſiæ, quam a Deo, & S. Sede recipiunt, in ſuis tamen,
3 ac legitimis caſibus; nam ſi quis, ut in præſenti, fuerit a veris, & indubitatis Patronis præſentatus, Epiſcopus, ſuppoſita non repugnantia morum, ac vitæ ejuſdem Præſentati, nihil aliud habet agere, niſi perpendere per Organum examinis idoneitatem ipſius Præſentati, juxtà præſcriptum *Concilii in d. ſeſſ.24. cap.18.*, & dictum *Apoſtoli in Epiſt.
4 ad Titum* quidquid in contrarium dicendum eſſet de Parochialibus ad liberam collationem Epiſcopi pertinentibus, quo caſu provocatio, & appellatio ab aſſerto gravamine rejectæ litteraturæ, & idoneitatis ex ſe ſola non ſufficeret, quia data etiam ſufficienti, vel etiam majori litteratura, adhuc Epiſcopus non poteſt redargui de irrationabili Judicio, quoties alium præeligat eadem, ac etiam minori ſcientia ſuffultum; ſuperindutum tamen majori probitate, dexteritate, ac prudentia omnium aliarum virtutum pronuba, & Regina, ſicuti præ cæteris benè obſervabat *Card. de Luc. lib. 12. de Paroch. diſc.6. n.4. & lib.14. in annot. ad S. Conc. Trid. d. ſc.32. num.21.*, & ante eum *Barboſ. in Comment. ad idem Concil. d. ſeſſ.24. cap.18. num.118. Rot. cor. Merlin. dec.612. ex n.3. cum plur. ſeqq., & deciſ.362 num.6. & ſeqq. cor. Bich.*

Deſcendendo itaque ad prædictas oppoſitiones, factas ex parte Cæſaris, parùm viſa eſt relevare prima, quæ verſabatur in neglecta formali, ac judiciali appellatione per Chriſtophorum, qui tantummodò, ut ſupra, coram honeſtis Viris provocaverat; Placuit enim Dominis fadere diſtinctionis conciliare contrarios, nempè, quod aut clandeſti-
5 nè coram honeſtis Viris appellans prætendit in vim hujuſmodi appellationis cauſare attentata, ſi Pars, vel Judex ad ulteriora progrediatur, & tunc memorata ſpecies appellationis minime ſuffragetur, niſi inſimul fuerit eidem Parti, vel Judici notificata, ut patet ex deductis per *Surd. conſ.228. num.18. Lancellot. de Attent. par.2. capit.12. ampliat.15. num.21. cum 2. ſeqq. Mynſinger. pract. obſer. cent.4. obſer.44. ſub num.2. verſ. nec obeſt., Scacc. de appellat. quæſt.6. num.31. & ſeq. Rot. dec.295. n.18. par 9. & dec.134. n. 3. par. 10. rec.*

Aut verò provocans ſub hujuſmodi clandeſtina declaratione non ſatagit arguere de attentato omne, quod ſucceſſivè geſtum
6 fuerit per Partem, vel Judicem, ſed tantummodo proſequi ſuam querelam vel appellationem coram Superiore, eamque deinceps in progreſſu Cauſæ legitimè juſtificare, tunc-

que eadem appellatio ſufficit ad excluden-
dam acquiſcentiam, præſeruandamque re-
ſpective facultatem patefaciendi ſuo loco,
& tempore gravamen, quod à Superiore re-
cognitum reparari mereatur, per ea, quæ
habentur *in l. cum quidam 5. ff. de appellat, & in*
*cap. fin. eod. tit. in Decretal.*, & comprobant
*Surd. de conſ. 228. ſub num. 16. verſ. reſpondeo, &*
*num. 17. Scacc. de appel. d. quæſt. 6. num. 30. Gra-*
*tian. diſcept. 10. n. 10. & deciſ. Marcb. 128. n. 8.*
*Altimar. de Nullit. rub. 3. quæſt. 16. n. 26. Card.*
*de Luc. de Iudic. diſc. 37. ſub num. 10.*

Et de facto corruebat in hodierna hypo-
theſi omnis anſa ambigendi, ex quo Signa-
tura Juſtitiæ, cuius proprium eſt reijcere,
vel admittere appellationes ab univerſis Tri-
bunalibus, Cauſam mihi commiſerat appel-
lationis temperatam dumtaxat cum Clauſu-
7 la = *ſine prjudicio legitimæ executionis*, quæ
ſuapte natura præſervat quidem, impedit-
que retardationem eorum, quæ ab Ordina-
riis, aliiſque Iudicibus decreta extiterunt,
ſed inſimul relinquit Iudici Commiſſario li-
beras habenas cognoſcendi Cauſam in devo-
lutivo per viam veræ, & effectivæ appella-
tionis mediante hac Clauſula in devolutivo
admiſſæ, in ſuſpenſivo rejectæ, juxta notata
per *Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 13. num. 493.*
*Rot. dec. 252. num. 7. apud Poſtb. de manut. & de-*
*ciſ. 50. num. 15. cum. 2. ſeqq. coram Card. Cerr. &*
*in rec. dec. 6. n. 18. par. 17. & dec. 493. n. 3. cum 2.*
*ſeqq. par. 18.*

Neque pariter majoris ponderis inventa
eſt ſecunda, quam Cæſar promovebat ſub
prætextu, quod hodierna admiſſio ad exa-
men injuſte poſſet auferre jus ſibi quæſitum,
cum enim ejuſdem Cæſaris ſubſidiaria præ-
ſentatio prodierit ex capite non repertæ ido-
neitatis in Chriſtophoro, hinc dato etiam,
quod de præſenti Chriſtophorus in novo exa-
mine ſcientiam, ac idoneitatem oſtentaret,
8 beneficio temporis poterat id attribui, nem-
pe unius circiter Anni, intra quod interval-
lum, acuitori effecto per vexationem intel-
lectu, addiſcere valuerit litteras, quas vel
non didicerat, vel non oſtenderat didiciſſe
coram propriis examinatoribus, allegando
ad id ponderata per *Lotther. de re Benef. lib. 2.*
*quæſt. 31. ſub n. 155. verſ. ad quod quidem, Rot.*
*deciſ. 364. num. 4. par. 10. rec., & coram Priol*
*deciſ. 116. num. 8. & 9. & deciſ. 788. num. 5. coram*
*Card. Cerro.*

Siquidem (præciſive pro nunc ab aſſerta
importantia Iuris quæſiti) demonſtrabat
Chriſtophorus in facto quod retardatio no-
vi examinis ad Annum fere ſubextenſa, mi-
9 nime proceſſit ex ejus culpa, vel ſtudio, ſed
ex facto, & impedimento Cæſaris, qui eum-
dem Chriſtophorum coegit accerſere Tribu-
nalia Urbis, Cauſam iterato proponi in Si-
gnatura Iuſtitiæ, ac denique terere tempus
in procuranda Commiſſione, in ſubſcriptio-
ne Dubij = *An ſit concedendum novum examen*,
ac demum in obtinenda uſque ad hanc diem
Cauſæ propoſitione; unde abſque eo, quod
10 recurrere oporteret ad illam propoſitio-
nem, quod ubi provocans ad novum exa-
men non manet in Partibus propinquis, ſed
extrà Statum, Sacra Rota non inſtituit rigori
defluxus unius Anni, quemadmodum liquet
*in deciſ. 26. n. 9. coram Ninot., & in rec. dec. 225.*
*ſub num. 6. verſ. nec urget, & num. 8. par. 11. de-*
*ciſ. 252. num. 4. & 5. & deciſ. 393. n. 7. & ſeq.*
11 *par. 17.* ſuperabundat regula generalis, quod
nequit imputari impedito illud impedimen-
tum, quod à Parte contraria proceſſit, ad
*Text. in cap. quoniàm frequentèr, §. Porrò, ut lit.*
*non conteſt. & in l. ſi Titius 14. ff. de condit. & de-*
*monſt. Rot. coram Bevratt. deciſ. 416. num. 4. & 5.*
*& coram Pamphil. deciſ. 227. per tot. ibiquè Ad-*
12 *den. num. 4.*, & in ſpecie ad caſum noſtrum
*eadem Rot. coram Greger. dec. 527. n. 3.* & meliùs
*cor. Arguell. deciſ. 109. ex n. 29. uſquè ad fin. &*
*dec. 178. n. 14. par. 18. rec., & in d. Syracuſana*
*Præpoſitura 26. Iunij 1697. §. Minoris relevan-*
*tiæ, cor. R. P. D. meo Mato.*

Et ex his ſane labebatur tertia conſecutiva
oppoſitio Cæſaris ſuper præfato ſibi Iure in-
terim quæſito: Quia cùm Cæſar, ut dixi-
mus, extiterit à Patronis præſentatus ſub
præſuppoſito, quod Chriſtopharus non eſſet
idoneus, adeoùt Vicarius Generalis bene
càllens, neutiquàm poſſe per Laicum Patro-
num regulariter poſt primam præſentatio-
nem variari ad aliam, præſentationem Cæ-
ſaris tantumodo admiſerit cum clauſula
13 = *Si, & in quantum*; Sequebatur idcirco,
quod nullum formale dici poſſet jus quæſi-
tum Cæſari, cujus præſentatio pendebat ab
intrinſeca conditione, vel ſuppoſito habili-
tatis, vel inhabilitatis Chriſtophari, quem-
admodum nuper bene, & in individuo di-
ctum fuit *in d. Syracuſana Præpoſiturà 26. Iu-*
*nii 1697. §. Haud ſubſiſtente coram R. P. D. meo*
*Mato.* & generaliter, quod jus non valeat
14 cenſeri quæſitum formaliter, & in radice,
quando pendet ab aliqua conditione, vel alio
extrinſeco eventu poſtmodum verificabili,
habetur ex trad. per *Lotther. de re Benef. lib. 5.*
*quæſt. 51. num. 45. uſquè ad 52. Rot. cor. Pat.*
*dec. 257. num. 1. & 2. & n. 4. lib. 2. in correct. &*
*dec. 400. n. 18. par. 16. rec.*

Dignoſcens fortaſſe Cæſar levitatem præ-
fatarum oppoſitionum, convolavit ad alteram
obiectionem, quæ laudabiliter quandoque
fuit ponderata, & admiſſa per Sacram Ro-
tam, obiiciens Chriſtopharo vinculum ex-
communicationis, in quod incidiſſe dicebat
ex capite cujuſdam inſultus, mediante Sclo-
po, inter delicta juventutis ſuæ in quem-
dam perpetrati, unde inferebat, quodetiam
15 quando caput inſcitiæ collabeſceret, repel-
lendus tamen foret Chriſtophorus ab inutili
examine, tanquam excommunicatus, & fa-
cino-

cinoroſus, ſicuti reſponſum fuit *in deciſ.311. num.2.& ſeqq. ac per tot. cor. Priol.*, & ſcribens
in eodem caſu advertebat *Card. de Luc. de Parocb. dec.8. ex num.4. uſque ad fin.*

Verum neque poſtrema hæc oppoſitio retraxit Dominos, quominus ad præmiſſam
reſolutionem ſuper admiſſione ad novum
16 examen deuenirent; Vltra enim quod doctrina, & caſus, in quo prodière deducta *in
d. dec. 311. cor. Priol.*, percutiebat terminos
ſuperius enunciatos concurſus quoad Parochiales ad liberam proviſionem Epiſcopi
pertinentes, & in quibus ſola litteratura non
ſufficit, ubi crimen, vel ſcandalum, aliæque prudentiales rationes intercedant, noſque verſabamur in caſu Beneficii pertinentis
ad præſentationem Patronorum laicorum, in
quibus utique maturius ſuper agnitione criminum, vel delictorum procedendum eſt ad
finem repellendi Præſentatum: Ceſſare ni-
17 hilominus difficultatem apparuit in præſenti, ubi de prædicto inſultu non conſtabat,
niſi per ſimplicem atteſtationem Cancellarii
Epiſcopalis, non autem per proceſſum, &
ſententiam ſaltem declaratoriam facti, ad
hoc, ut in Foro externo queat aliquis tanquam criminoſus, vel excommunicatus repelli à conſecutione Beneficii, ut trad. per
*Rot. cor. Peutinger. dec. 402. num. 15. & ſeqq.
& cor. Bich. dec.408. num.17.*, *& in Leodien.
Canonicatus 3. Junii 1680. §. Quòvero ad notam, cor. bon. mem. Paulnccio.*

Et eo facilius, quia in eadem atteſtatione
Cancellarii legebatur medicina excommunicationis, nempe abſolutio, & quod plus
erat, Chriſtophorus poſt hujuſmodi aſſertum
18 delictum inſultus extiterat ad omnes Sacros
Ordines per Epiſcopum promotus, quod
equidèm factum in conflictu ſimplicis atteſtationis Cancellarii ſuprà omnem diſcurſum erat præferendum, ex quo nuſquam
Epiſcopus, qui proprias Oves cognoſcit,
aberraſſet à munere in promovendo ad Sacros Ordines hominem Criminoſum, quandò in ſimplicibus litteris dimiſſorialibus formula eſt, quod promouendus neque ſit ſimpliciter inquiſitus, ut legitur apud *Barboſ. in
formular. Epiſc. circà Ordines form. 16.*, & optimè ſub hac ratione animadverſum fuit *in d.
dec.400. ſub n.5. verſ. ſecundò clariùs, & n. 6.
& ſeqq. part.16.& dec.207. n.41.& 42. par.17.,
in d. Leodien. Canonicatus 3. Iunii 1680. §. penult. & fin. cor. bon. mem. Paulnccio.*

Et in omnem caſum poſtremam hanc oppoſitionem DD. non cenſuerunt in tali ſtatu
probationis, ſivè certitudinis ſubſiſtere, ut
Chriſtopharus non eſſet admittendus ad novum examen, pro cujus idcircò conceſſione
concluſum fuit, utraque &c.

## ANNOTATIO, ET ADDITIO.

INferiùs habebitur altera Deciſio, ſub qua
exponetur progreſſus, & hyſtoria hujus Cauſæ, cùm de cœtero ad limites hujus Deciſionis ſub die 7. Aprilis 1698. fuerit ordinata
expeditio pro conceſſione novi examinis in
Curia, undè Ego tanquam relator, ſeù Ponens ejusdem Cauſæ, Cedulam loco Mandati directam Examinatoribus Almæ Vrbis
ſubſcripſi, cujus vigore ſubſequtum quoquè
extitit examen cum exitu infra, ut diximus,
annotando.

Neque eſt mirum, quod Tribunal expleat
has vices, quia vigore notiſſimæ *Clem. Auditor*, quæ emanavit in Concilio Viennenſi,
19 & cui proinde non poteſt, niſi ſpecificè derogari, ut tradit *Card. de Luc. de Benef. diſc.52. num.14.*, ille Auditor, cui Cauſa Beneficia-
20 lis commiſſa eſt, non ſolum ſuccedit in omnibus loco Ordinarii, & confert, ac tribuit
poſſeſſionem conſoventi Jus ſuper Beneficio,
ad *Zabarell. in d. Clem. n.18. Card. de Luc. de
Benef. diſc.17. n.3.*, & affirmavit etiam *Gloſſ.
in dicta Clemens. verſic. poterit.*

Aſt confert eadem Beneficia, quæ poſt directam Auditori Rotæ Commiſſionem fuerint in litem deducta, quantumvis deſupèr
deinceps litteræ fuerint ad alicujus favorem
21 expeditæ, nam & in hoc caſu nemo alius
prætèr eamdem Rotam citrà vitium attentatorum poteſt ſe ingerere in executione, aut
in adjudicatione Beneficii controverſi, ut
teſtatur *Coccin. annot.275. num.11.& 12. Card.
de Luc. de Benef. diſc.52. num.9 10.& 13.*, ubi
ampliat, etiamsi in ventre foret adiecta clauſula, *ſinè præjudicio*, *Rot. deciſ.152. num.3. &
ſeqq. part.11. rec.*

22 Et quod dictum eſt de Beneficiis, locum
ſibi vindicat etiam in Dignitatibus, *Gloſſ. in
d. Clem. verb. beneficio, ibique Zabarell. n. 11.*
23 prodit quoquè præmiſſa, quæ dicta ſunt de
collatione Beneficii, pari paſſu procedunt
in confirmatione litigioſæ electionis, ut ſubdit *Zabarell. num.12.*, quicquid ſit circà Po-
24 ſtulationes, ex eodem *Zabarell. num.13. Card.
de Luc. diſc.13. de Regular. n.9.*

Quoad materiam vero ſuperius tactam delicti, quod non dicitur probatum in alieno
Foro ſine tranſportatione Actorum, ſeù Proceſſus, ac Sententiæ, formiter diſputare
Mihi contigit à principio ſuſceptæ Aduocationis in celebri Cauſa *Romana prætenſæ Incamerationis de Frangipanis*, in qua, poſt bis dilatam reſolutionem in plena Camera, Ego
durum cognoſcens Adverſarium, qualis
erat Fiſcus, concordiam nedùm ſuaſi Frangipanio, ſed & tractavi, atque perfeci, eaque
mediante remanſit excameratum præ cęteris
Caſtrum Nemoris, quod ab antiquo poſſidebatur ab hac præclara Familia: Scribens
igitur contrà fundamenta Cameræ regiſtrata

in Voto cl. me. Card. Gaſtaldi, dicebam, ut
ſequitur,

Votum, quod habetur impreſſum *in par. 14.*
*recent. deciſ. final.*, ad cujus normam contra-
ria emanavit Sententia, procedit cum tripli-
ci præſuppoſito; Primo nempè, quod de
Crimine læſæ Majeſtatis in Cæſarem Hunga-
riæ Regem ſufficienter conſtet; Secundo,
quod intret in abſtracto confiſcatio, etiam in
Bonis in hoc diverſo Principatu Eccleſiaſti-
co exiſtentibus; Tertiò deniquè firmat, non
obſtare Fideicommiſſum in hunc præciſum
caſum Delicti ad favorem Marchionis Cor-
nelii ordinatum; Ideòque quotiès omnia
iſta fundamenta, vel de per ſe conſiderata;
vel ſimul juncta, collabantur, manifeſtè
venit pro infirmatione ejusdem Sententiæ
reſpondendum,

Et quidem nullatenùs ſubſiſtit primum,
cùm juſtificatio prætenſi Criminis deſuma-
tur ex quadam impreſſa copia non authenti-
ca Sententiæ, cujus vigore facta fuit exe-
cutio contrà Marchionem Frangipanum de
Croatia, abſque eo, quod viſa fuerint Acta,
ſuper quibus illa fundatur; proindeque re-
gula pro excluſione verificationis Delicti in-
dubitanter aſſiſtit, ex recepta, atque in utro-
25 que Foro Civili, & Criminali canonizata,
propoſitione, quod Sententia ſine Actis nul-
lum probationis gradum conſtituit, proùt
in ſpecie tradiderunt *Spada* in contrarium
allegatus *conſ. 27 num. 21. lib. 1. Rot. deciſ. 198.*
*num. 2. lib. 1. coram Puteo dec. 690. n. 4. cor. Vbald.*
*Buratt. dec. 76. n. 2. & 3. dec. 94. n. 1. & dec. 336.*
*poſt 2. volum. conſ. Farinacc.*

Neque obſtat adducta limitatio, quod hu-
juſmodi regula procedat, quandò de facienda
exequutione ejusdem Sententiæ peragatur,
ſecùs verò, quotiès illa producatur ad effe-
ctum meræ juſtificationis delicti, exequutio
verò reſultet in conſequentiam ex facto le-
gis, juxtà quam intrare prætenditur in hoc
Crimine confiſcatio, ex deductis in eodem
Voto *num. 40. & 41.*

Quoniam *Authoritates* inibi allegatæ diver-
ſos omninò terminos percutiunt, nempè,
quod Sententiæ etiam ſine Actis deſervire
valeant ad nudi facti comprobationem; Ve-
rùm exinde non progreditur ulteriùs ad
ſecundam partem, quod tribuenda ſit illis
exequutio, quæ à Juris communis diſpoſitio-
ne proveniat: Ad hunc enim effectum ſatis
profectò non eſt ſcire, quod Marchio Fran-
gipanus de Croatia fuerit ob prætenſum cri-
men læſæ Majeſtatis Capite obtruncatus, ſed
oportet, quod effective, & concludenter con-
ſtet de juſta, validaque declaratione delicti
eaque non concurrente, pœnalis iſte Juris ef-
fectus nullo modo intrat, proùt in terminis
26 pœna ex facto legis, & ipſo Iure infligendæ
habetur ex cenſura utriuſque Juris Cæſarei,
& Pontificii, ad *Text. in l. ejus, qui delatorem,*
*ff. de Iur. Fiſc. cap. cùm ſecundùm, de Hæret. in 6.*
*Carpan. ad Statut. Mediolanen. cap. 1. a n. 184.*
*Peguer. dec. 90. num. 1. & 2. Roſental. de Feud.*
27 *cap. 20. concluſ. 41. num. 39. & 134.*, & in
puncto Confiſcationis diſtinguendo tradit
*Giurb. conſil. 75. num. 23.*

Declaratio vero dici proculdubio nequit
valida, & juſta, niſi perſcrutentur Acta ſuper
quibus illa proprium agnovit fundamentum,
28 ob ea poſſibilitatem nullitatis, & injuſti-
tiæ, quæ poteſt intervenire, quoties ex Acto-
rum revolutione contrarium non appareat,
juxta punctualem Theoricam *Croti*, cum qua
procedunt *Boſſ. tit. de ſent. num. 115. & tit. de*
*for. compet. n. 88. & ſeqq. Guazzin. ad defenſ. Reor.*
*defenſ. 1. cap. 16. n. 9. Scacc. de Iudic. lib. cap. 63.*
*num. 6. verſic. undè tu.*

Hinc neque facit, præfatam Sententiam
tranſitum feciſſe in judicatum, ex quo con-
trà principalem Inquiſitum fuerit exequu-
29 tioni demandata; Nam hujuſmodi replica-
tio fortaſsè poſſet obſtare, quoties ageretur
adverſus bona ejusdem Inquiſiti, ſive contra
ejus Hæredem, & habentem ab eo cauſam,
in quo ſenſu dumtaxat procedit, ſe ſeque
explicat *Caſſad. deciſ. unic. de præſumpt. Spad.*
*conſil. 27. lib. 1.*

30 Non verò meretur adduci contra Mar-
chionem, qui venit ad hanc ſucceſſionem
independenter ab altero defuncto de Croa-
tia; iſto enim caſu etiam in Civilibus ſenten-
31 tia lata contra Gravatum vocatis ex propria
perſona non præjudicat, quando bene non
conſtat, per ipſum Poſſeſſorem fuiſſe factas
defenſiones validiori modo, quo poterant,
ſed ab expreſſa, vel implicita confeſſione
Gravati latam fuiſſe ſententiam, ad tradita
per *Meres de Majorat. quæſt. 14. num. 31. Peregr.*
*de Fideic. art. 53. n. 6. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 622.*
32 *n. 27.*, & in puncto Confiſcationis, *Faber in*
*Cod. lib. 9. tit. 27. defin. 2.*

Applicando autem ad rem, quoties Acta
non exhibentur, ex quibus elici valeat, a ſeſe
Frangipanus condemnatus legitime defen-
derit, vel a ſiniſtæ fuerint in Imperiali Con-
ſilio defenſiones, nequit fieri ſuper prædicta
33 Sententia fundamentum; aliquandò enim
damnantur ad mortem, (præcipue in hac ma-
teria) perſonæ innocentiſſimæ, non ex violen-
tia, & Tyrannide Principis, quæ nunquam
præſumitur, ſed ob particulares Aulicorum,
& Potentium livores, prout habetur in pluri-
mis Hyſtoriarum etiam Sacrarum monu-
mentis, in quibus de perſonis Magnatum per-
agitur, & reſpectu Privatorum accidiſſe mul-
totiès in praxi docet *Pariſ. de Put. in verbo*
*Confeſſio cap. 1. n. 7. Farinac. quæſt. 81. n. 30. Scan-*
*narol. de Viſitat. Carcerator. lib. 2. cap. 5. n. 15.*

Minuſque ſuffragatur altera limitatio, quæ
deſumitur ex eo, quod Princeps in his caſi-
bus nolint pandere ſecreta Curiæ, ideoque
cùm Acta nequeant haberi, Sententia ſinè
Actis

Actis exequutionem mereatur; Quia hujuſ-
modi concluſio fortaſſe vera foret, quando
34 pro parte Marchionis cauſaretur impedi-
mentum, tunc enim in odium impedimentis
habeutur Acta pro exhibitis, productiſque ex
doctrina *Bortol. in l. ſi Actores, ibique Decius
n.13. ff. de in litem juran. & in l.3. §. Ideoque, ff.
de Teſtibus*, cum aliis *in Romana Fabrica 20.
Maii 1672. §. Ex quo oritur, cor. Reuer. Matthejo.*

Non autem, quoties impedimentum re-
ſultat ex facto Tertii; quoniam in his termi-
nis ſuo debet infortunio Reu. Camera impu-
tare difficultatem, prout exemplificando
contingeret in caſu, quo Creditor prætende-
ret habere Inſtrumeutum obligatione Ca-
merali vallatum, illudque abſque reali pro-
ductione exequi deſignaret, allegando impe-
dimentum ſibi ab extraneo illatum, quia
tunc ſatis foret vincere per non Jus Actoris;
35 multoque magis, quando peragitur de im-
putatione alicujus delicti, quia niſi per Fiſ-
cum concludentiſſime comprobetur cri-
men, Innocentia ſemper ſine alia juſtifica-
tione præſumitur, prout habetur *ex l. qui
accuſare 4. C. de eden.; Mſcard. de probat. con-
cluſ.36. num.1. & ſeqq. Vermigliol. conſ.6.n.14.
& conſ.386. n.1. Surd. conſ.329. in princ. lib.3.
Clar. in pract. §. final. quæſt.62. in princ. Guaz-
zin. defenſ.29. cap.1. n.6.*

Fruſtraque in Voto adducuntur *ſub n. 44.
Spad. Gratian.* aliique; quia iſti omnes lo-
quuntur in Crimine læſæ Majeſtatis Divinæ,
in qua militat omnino diverſa ratio, habito
enim reſpectu ad Fidem, totus Orbis Catho-
licus unum conſtituit Principatum ſub mo-
deramine, & omnimoda Juriſdictione Sum-
mi Pontificis, qui propterea per organum
proprium, vel Sacræ Congregationis Sancti
Officii, vel alterius Judicis inferioris Eccle-
36 ſiaſtici, decernendo Confiſcationem ob hæ-
reticam pravitatem jubet juſtis de cauſis ab-
ſque Actis ſub pœna Cenſurarum eamdem
ſententiam exequutioni demandari per
quoſcumque Princeps, & Judices, quoſvè
debere Pontificia Decreta venerari, ſancivit
in ſpecie *Bonifacius VIII. in cap. Inquiſitoris,
§. Prohibemus, de Hæreticis*, & ita de facto ſuc-
ceſſit in Cauſa, de qua originaliter pertra-
ctatur *coram Verallio dec. 134. part. 3.* in Voto
allegata, & advertit *Rot. cor. Buratt. d. dec. 94.
n.3.* benè *Scacc. de Iudic. lib.1. cap.63. Guazzin.
ad defenſ. Reor. defenſ. 1. cap. 16. n. 10. verſ. ſi
verò, Clar. receptar. ſentent. § fin. quæſt.96. verſ.
quæro etiam, Flamin. Cartar. de exequut. ſentent.
contr. Bannit. cap. fin. n.7.*

Hinc proinde non oporteret deſcendere
ad alteram ſecundam inſpectionem, quia
dum reverà reſiſtit primis inſanabilis defe-
ctus ſuper comprobatione delicti non facta,
evidentiſſime corruit tota machina Confiſ-
cationis, quæ integraliter in eodem delicto
fundatur.

Verum ulterius accedendo ad examen
iſtius inſpectionis, profecto non videtur ullo
modo admittenda cum præſuppoſito, quod
applicabilis videatur diſtinctio ab omnibus
ferè *Doctoribus* recepta, nimirum, quod ſi pœ-
37 na deſcendat ab aliquo Statuto particulari,
Confiſcatio non protrahatur ad bona diverſi
Territorii, in quo idem Statutum locum non
habet, ſi vero pœna proveniat ex diſpoſitio-
ne Juris communis ubique militante, tunc
quilibet Fiſcus confiſcet in ſuo, ex iis, qui uſ-
que ad ſatietatem habentur congeſti *in dicto
Voto ſub n.9., & plur. ſeqq.*

Siquidem nemo revera de præfatis *Autho-
ribus* loquitur in præciſo caſu, quo delictum
prætendatur commiſſum in Principatu ſub
diverſo Principe exiſtente; plerique enim
38 inſequendo *Bartol.* tanquam Anteſignanum
*in l. cunctos Populos ſub num.51. verſic. ſecundò
quando, & verſ. Aut ſi Iure communi C. de ſumm.
Trinit., & Fid. Catholic.*, loquuntur in eodem
Principatu, remanente ſolum diſtinctione
circa Burſas Fiſcales, quarum vna diverſa ut
ab altera, tuncque ſi Confiſcatio a Iuris com-
munis Sanctione procedat, verificatur profe-
cto propoſitio, quod vnaquæque Burſa con-
fiſcet in ſuo, quia delictum tamquam feriens
Caput, & Principem communem, punibile
eſt in toto Principatu, eiuſque membris, quod
ſecus eſt in caſu, de quo agitur, ut infra, ideo-
que poni merentur ad partes: qui cum do-
ctrina *Bartoli* ſimpliciter procedunt, videli-
cet *Nelius de Bann. part.1. quæſt.27. n 37. Loſſ.
de public. bon. n.62. Antonell. de loc. leg. lib.3.
cap. ult. quæſt. 33. n. 32. Klo.b. de Ærar. lib. 2.
cap.136. n.16. Faber. in C. lib.9. tit. 27. de bon.
damnat. def.1. Molfeſ. ad conſuet. Napolit. par.4.
quæſt.47. n.14. Coſt. de rat. rat. quæſt.24. num.5.
Calvin. de æquit. lib. 1. cap. 32. n. 8. Cenſal. in
Comm. ad l. unic. C. ſi quis Imper. maledix. §.3. n9.*

Alii vero præſupponunt diverſum Princi-
patum, ſed tamen ab unico eodemque Prin-
cipe gubernatum, iſtique pariter adduci non
merentur ad deciſionem noſtri caſus, in quo
39 Princeps ſunt omnino diverſi: ſicuti enim
in primo militat ea ratio, quod licet Cor-
pora Principatus ſeparata ſint inter ſe, adhuc
tamen ab una, eademque Anima Principis
informantur, unde delictum, tamquam of-
fendens eumdem Principem in uno Regno,
punibile etiam remaneat in altero Regno ſub
eodem Rege exiſtente, ita contrarium dicen-
dum venit poſità independentià Principum
inter ſe, ſicque nequeunt in calculo apponi,
qui cum præfato ſenſu procedunt, & ſunt *Ri-
poll. de Regalib. cap. 9. n.20. Caſſan. ad conſuet.
Burgund. rub.2. tit.1. de Confiſcat. n.17. & ſeqq.
verſic. & ſi Confiſcatio.*

Nonnulli etiam percutiunt terminos in
quibus agatur de prætenſione Confiſcationis
faciendæ ad favorem Supremi Principis do-
minantis, vel potius Baronis inferioris, at-
que

Digitized by Google

que eodem modo proccecit regula, quod ſi Baro privatiuè habet jus confiſcandi, confiſcet in ſuo, & Princeps confiſcet in proprio, iſte enim caſus eamdem habet rationem, de
41 qua ſupra, unde non facit ad rem *Alex. conſil.31. n.1. lib.1.*, cum loquatur de Mutina, & Bononia, quæ licet per Laudum Imperatoris Caroli V. ſit hodie ſeparata, antiquitus tamen eſſe prætendebantur ſub eodem regimine Eccleſiæ: & clarius cum præfato ſenſu procedunt *Roland. conſ.78. n.14. lib.2. & conſil.21. n.7. lib.4. Natt. conſ. 580. num. 14. Vermigliol. conſ.10. n.3. & ſeqq. Cenſal. ubi ſuprà De Marin. reſol.35. lib.1. Capic. Latr. conſult.131. n.31. Rot. poſt primum vol. conſ.1. Farinacc. dec.16. n.6. Merlin. dec.125.* alias *dec.449. part.5.* cum quibus ſicco pede, & articulo non diſcuſſo pertranſivit *Card. de Luc. lib.2. de Regalib. diſcurſ.148. n.46. & diſc.149. n.21.*

Plerique autem diſcurrunt in Crimine
42 Hæreſis, cujus reſpectu nulla exiſtente differentia Iuriſdictionum in toto Mundo Catholicæ Fidei ſubjecto, commune dicitur vulnus, & offenſa per hæreticam pravitatem illatum in Deum, ideoque communis debet eſſe punitio, ut ait *Io: Andr. in cap. cùm ſecundùm 17. n. 1. de hæretic. in 6. Lauden. inter conſil. crimin. diverſ. conſil.58. n.21. & ſeqq. Plot. ibidem conſil.130. n. 15. vol.1. Cæpoll. conſ. crimin. 17. n.37. Guidopap. quæſt. 76. verſ. quod intelligendum eſt, Burſatt. conſ.43. n.14. Brun. conſil.21. n. 17. Farinacc. in prax. quæſt. 21. num 100. & 102. Afflict. deciſ.282.*, eoſque adducendo bene diſtinguit *Bottiglier. de Succeſſ. Theoremat. 110. n.32. verſ. at ego alitèr, Surd. dec.208. n.9.* & iſte eſt caſus *Conſilii* per Rev. Cameram magnificati *apud Spad. lib.1. conſ.27.*

43 Et demum alii procedunt in terminis Bonorum vacantium, tuncque locum præfatæ regulæ attribuunt inſequendo Cenſuram *Text. in l.1. C. de bon. vacant.*, quæ nullo modo videtur applicabilis: Tum quia illa emanavit in tempore, quo Romanum Imperium non agnoſcebat illam diviſionem Principatuum, quæ adeo poſt illius deſtructionem excreuit; Tum etiam, quia moriente aliquo ſine hærede quilibet Princeps illius figuram aſſumit, ſuccedítque tanquam hæres, quod verificabile non eſt in caſu noſtro, ubi adeſt certus Hæres, unde veniunt extra calculum ponendi *Dec. in l.1. n.20. C. undè Vir, & Vxor, Angel. de Maleſic. in verb. & ejus bona publicamus n.6. Alex. conſ.31. n.6. verſic. nunc venio lib.1. Roſentall. de feud. cap.5. concluſ.52. in gloſſ.B.* aliique per *Bellon. de Iur. accreſcen. cap.10. quæſt.3. n.75. & 76. Card. de Luc. diſc.149. de Regalib.*

44 Super noſtro autem præciſo caſu adeſt individualis doctrina *Peregrin. de Iur. Fiſci lib.5. tit.1. ſub n.138. verſic. ſed hic inſiſtendum*, quam inſequuntur *Montan. de Regalib. tit. de bon. contrahent. inceſt. nupt. n.16. Bottiglier. de Succeſſ. ab inteſt. d. Theorem.110. num.33. verſic. alii tamen, Guazzin. de Confiſcat. concluſ.13. limit.16. n.13. verſic. qui Peregrin.*, ibique *Maſſin. quæſt.43. n.19. Bellon. de Iur. accreſcen. dicto cap. 10. quæſt. 3. à num. 16.* Iſte enim eximius *Doctor*, quive de cœtero tanquam Author Fiſcalis opiniones Fiſco fauorabiliores ſolet amplecti, non ita cœca fide ſequitur ſupra allatam diſtinctionem, ſed illam ſubdiſtinguendo declarat inter delictum, quod in cœteris caſibus, de quibus ſupra, fuerit perpetratum, & illud, quod erga Principem omnino diverſum reperiatur commiſſum, atque denegando, in iſta ſecunda ſpecie Confiſcationem intrare, nullum habet Contradictorem; unde non ſolum ob excellentiam tanti Viri, ejuſque ſequacium venit amplectendus, ſed etiam ex regulari propoſitione, quod *Doctor* lucidiori
45 modo ſubdiſtinguens, præſertim ſine Contradictores, debet attendi in concurſu ſimpliciter loquentium, & pro caſu legis reputari, juxta *dec. Franc. 363. n.4. Mart. vot. 6. num. 7. Adden. ad dec.20. n.42. part.3. recent.*, cum aliis latè per *Card. de Luc. diſc.36. de Iudic.*

Idque magis attenta clara, & inſuperabili ratione, in qua fundantur hujuſmodi grauiſſimi *Doctores*, ſcilicet, quod condemnatus (exempli gratia) in Regno Franciæ pro crimine læſæ Majeſtatis ibidem patrato, liber homo proculdubio remanet in Regno Hiſpaniæ, quod ſub diverſo Principe adminiſtratur ibique poteſt confugere ſecurus, & hæredem liberum habere, ex quo contrà hunc diuerſum Regem deliquiſſe non dicitur, imò ſæpiùs experientia docet, quod iſta delicta confoveantur potius ab alio Principe ſeparato.

Neque opponi valet, quod *Authent. Sed hodiè, C. de donat. inter Vir., & Vxor.*, quæ abſtulit ſpeciem illorum Servorum, qui Servi pœna nuncupantur, remanſerit incorrecta, quando condemnatio fuerit exequutioni deman-
46 data: Quoties enim inteſtabilitas non proveniat ex defectu materiæ, quia plerumque Homines, qui ſub Carnifice miſerabiliter occumbunt, in diuerſo Regno bona non habent, de cœtero iſta ſervitus pœna verificabilis non eſt ad præſens, poſita præfata ſeparatione Dominiorum: Tum attenta ratione, de qua ſuprà, quod ſcilicet de antiquo tempore Romanorum iſta diſcretio Dominii non verificabatur: Tum etiam, quia hodie receptum eſt, quod tot ſint Orbes, quot Principatus ſub diverſo Principe exiſtentes, quiuè in uno loco conſideratur tanquam Servus, in alio loco reputatur ingenuus, prout hodie contingit in Chriſtiano, qui fiat Turcarum Mancipium, quoniam apud nos cenſebitur integer homo, licet in Partibus Captiuitatis ad ſervitia damnetur, atque ita de facili motivum iſtud contemnitur per ſuprà relatos *Doctores*, & ſignanter *Peregrin. in loco allegat. Bottiglier. d. Theorem. 110. n.33. in fin. Bellon. de Iur.*

*Iur. accreſcen. d. cap. 10. qu. 3. n. 72. & ſeqq.*

Poſito igitur, quod in qualitate *Doctrina-*
47 *rum*, & in pondere rationum, Confiſcatio
non intret, de plano etiam ſuperantur exem-
pla, quæ afferuntur ſuper Confiſcatione fa-
cta in diverſo Principatu; quantum enim
pertinet ad *Butr. in cap. Poſtulaſti n. 9. de foro
competen.*, illud tripliciter evitatur.

Primò, quia ille loquitur in crimine læſæ
Majeſtatis ergà Cæſarem tanquam Impera-
torem; nos autem accidentaliter habemus
Cæſarem, qui ſit Imperator, & Hungariæ
Rex, nam delictum, prout ſonat, commiſſum
fuit in Cæſarem tanquam in Regem Hunga-
riæ, ac propterea iſtius ſpectata perſona re-
manet inapplicabilis Doctrina *Butrii*.

Secundò, quia *Butrius* indiſtinctè procedit
cum *ead. Theoric. Bart.*, neque examinat
oppoſitiones, de quibus ſupra; Et tertio, quia
promiſcue loquitur de Crimine Hæreſis, &
læſæ Majeſtatis humanæ, circa quas nimia ex
deductis agnoſcitur differentia.

Quovero ad *Imol. in conſ. 35. n. 23. & ſe-*
48 *quent.*, iſte juxtà facti ſeriem ab eo narratam
peragit de prætenſione, quam Marchio Fer-
rariæ habebat vigore Capitulationum inita-
rum inter ipſum, & Venetam Rempublicam
ſuper traditione Perſonæ una cum mobili-
bus, & pecuniis, quæ loco fixa non ſunt, ſed
perſonam ſequi dicuntur, iſtaque etiam ſup-
ponebantur ablata Marchioni per Delin-
quentem, neque Reſpublica Veneta præten-
debat ibi Confiſcationem.

Ad *Alexandrum* aut. m, *Iſerniam*, *Coſſaneum*
49 *Molinum*, & *Spadam*, præventive reſpon-
ſum fuit in locis ſupra deſignatis, ponderan-
do, quod in diverſis caſibus omninò loquuntur
*Caball. reſolut. Crimin. caſ. 138. n. 6. in fin.*; duo
affert exempla, primum ſuper crimine hære-
ſis, & hoc non facit ad rem; & alterum ſuper
Crimine læſæ Majeſtatis Humanæ adverſus
Marchiones Malaſpinas, in quo licet dicat,
Bona Rebellium perveniſſe ad Dominum
Territorii, in quo ſita erant, neſcitur, quis
eſſet iſte Dominus, & an haberet Superiori-
tatem alieni Dominii, cum iſti Marchiones
poſſideant Fœuda quidem recta Dignitatis;
ſed etiam illa recognoſcant ab Imperatore,
& nonnulla a Principibus Etruriæ, prout de
recenti contigit in notiſſimo fratricidio ſe-
quuto contra Marchionem Malaſpinam *di
Foſdinovo*, in quo, imminente periculo devo-
lutionis, tam Imperator, quàm Magnus Etru-
riæ Dux prætendere cœperunt, devolutio-
nem poſſe ſibi ad invicem privative ſpecta-
re, immittendo Præſidentem, & Guberna-
torem.

*Bertazzolus* denique *in allegata conſil. 82.*
50 *lib. 1.* pertractat caſum, de cujus deciſione
non conſtat, imò ſcribit ille contra Confiſca-
tionem ad fauorem filii occiſoris, pro quo
etiam in eadem Cauſa conſuluit *Cephal. con-
ſil. 79. lib. 1.* unde potius manifeſtiſſime retor-
quetur.

In materia autem Confiſcationis, quę aſſe-
51 ritur facta de Officiis illius, qui aduerſus
Rempublicam Ianuen. deliquiſſe dicitur, nul-
lo modo ſubſiſtit, quod ex hoc capite ſequu-
ta fuerit Confiſcatio, neque in hoc adhibita
legitur diſputatio, ſed de puncto Fideicom-
miſſi, & legitimæ reſpectiue, juxtà *diſc. 160.
de Regalib. n. 1. cum pluribus ſeqq. penes R. F. D.
meum de Luca*, iſtamque ueritatem de facili eſt
indagare.

Verum e conuerſo admittendo hanc ſpe-
52 ciem Confiſcationis, eſſet deſtruere Com-
mercium humanum, atque deludere pruden-
tum hominum induſtrias, qui idcircò bona
comparant extra Statum, ne quoties caſus
contingat, ſubiecta remaneant Confiſcatio-
ni, quæ de facto in tot proſcriptionibus, Sæ-
culis anteactis in Italia ſequutis propter Po-
pulares tumultus, & factiones Reipublicæ
Ianuen., Senen. Florentinæ, & Piſanæ, nun-
quam demandata legitur exequutioni, imo
filii prætenſorum Rebellium ad Statum con-
fugiebant Eccleſiaſticum, tanquam ad uni-
cum refugium, & Aſylum, atque in eo ſe-
cure, & pacifice uiuebant, prout apertiſſi-
me teſtantur Hyſtoriæ, quæ de eo tempore
geſtis pertractant.

Coeterùm quando & Sententia ſine Actis
comprobare poſſet delictum, & Confiſcatio
intraret in bonia, quæ libera reperirentur in
hoc Principatu, ceſſat difficultas attento cla-
53 ro Fideicommiſſo, quod ſemper perpetuam
confiſcationem excludit, multoque magis,
quando, ut in præſenti ad ſpeciem deducta
eſt pœna privationis in caſu utriuſque læſæ
Majeſtatis Divinæ, & Humanæ, ex traditis per
*Rayas de incompatibil. Regnor. par. 3. cap. 2. n. 8.
& ſeqq. Cenſal. ad Peregrin. de Fideicom. ar. 31.
verſic. tertia concluſio, Permoſin. allegat. fiſcal. 15.
n. 3. & ſeqq. par. 1. Molin. de Primogen. lib. 2.
cap. 12. n. 58. Vermiglial. conſ. 51. & 57. lib. 1.
Spad. conſ. 32. & 46. & conſ. 57. lib. 1.* cum aliis
per *Card. de Luc. diſc. 160. de Regalib.*

Neque valet dubitari, quod adſit ſpecialis
proviſio in caſu delicti, cum Cardinalis Au-
tonius declaraverit, ineſſe debere in eius do-
natione ſingula pacta, conditiones, obliga-
tiones, & vincula exiſtentia in utroque Te-
ſtamento Marii Frangipanii, cum expreſſa
54 Clauſula, *ac ſi omnia de verbo ad verbum forent
inſerta*; quæ prout de facit præfatam pœnam
prohibitionis ineſſe proculdubio in referen-
te, juxtà *Text. in l. ait Prætor §. 1. ff. de re ju-
dic.* cum concord. per *Dec. conſ. 362. & conſ.
497. Rot. dec. 125. n. 9. & 10. & dec. 155. n. 13.
verſic. quia D. Cardinalis, & num. 14. part. 12.
rec. & in Spoletena donation. 16. Martii 1611.
§. prima verſic. quæ tacite cor. R. P. D. Calataju.*

Parùm adverſante, quod Eminentiſſimus
Hæres Cardinalis Antonius effrenatam ha-
buerit

buerit poteſtatem diſponendi ad ſui libitum
de hæreditate ſibi relicta; Quia præterquam,
ut benè ponderat D. in facto Scribens, prædi-
cta facultas reſpicit potius modum, quàm
ſubſtantiam diſpoſitionis, juxtà quam dum
Marius Teſtator per modum cauſæ loquutus
eſt in illis verbis = *E perchè il detto Signor Mario
dice di haver sempre ſtimata, e deſiderata la perpe-
tuazione di ſua Caſa, e Famiglia* Francipani = licet
pro majori obſequio erga tantum Virum la-
tiores reliquiſſe videatur habenas; nihilomi-
55 nùs ab hujuſmodi enixa voluntate reſultare
dicitur Fideicommiſſum, ſive onus reſtituen-
di, per ea, quæ dixerunt in his terminis *Bar-
tol. in l. ſi Socer. §. Lucius, ff. ſolut. matrim. Pariſ.
conſ. 31. n. 30. lib. 2. Decian. conſ. 41. n. 122. lib. 1.
Mantic. de conject. lib. 3. tit. 12. num. 7. Venturin.
conſil. 2. num. 149. Franciſc. Palm. conſult. 56. n. 1.
& 2. Rot. deciſ. 640. ſub num. 16. verſic. & verba
par. 1. diverſ.*

Deficit hodie quodlibet hæſitandi funda-
mentum, ex quo magnanimus, & generoſus
ille Cardinalis de facto volens Mario Teſta-
tori fidem in ſe habitam adimplere, conſti-
tuit ad normam antecedentium diſpoſitio-
num Primogenituram, & Majoratum, hoc
enim caſu ceſſat omninò prætenſa expiratio
Fideicommiſſi, locumque ſibi vindicat re-
56 ceptiſſima concluſio, quod ſi libera poteſtas
tribuatur hæredi diſponendi ad placitum,
etiam in everſionem Fideicommiſſi conſti-
tuti, hæreſque non utatur poteſtate ſibi con-
ceſſa, Fideicommiſſum dicatur ineſſe ab ini-
tio, & ac ſi hæres non habuiſſet illam liberta-
tem, ad pleniſſime firmata per *Surd. conſ. 380.
n. 1. Andreol. contr. 88. Altograd. Iun. contr. 48.
Rota apud eumdem in ea* Romana *Locor. Montium
16. Iunii 1659. & 7. Martij 1660. cor. bon. mem.
Priolo. Mart. Medic. deciſ. Senen. 10. n. 26. Coccin.
dec. 1448. n. 10. & ſeqq. Arguell. deciſ. 99. n. 10.
& 11. Dunoz. Iun. dec. 970. n. 9. dec. 171. n. 12. &
dec. 259. n. 5. par. 13. rec.*

Poſito igitur, quod attenta donatione, &
Teſtamentis locum habere non poſſet Con-
fiſcatio, illa nullatenus induci valet ex unico,
eodemque debili fundamento, quod ſtante
habilitatione facta de Frangipanis, tanquàm
forenſibus, Summus Pontifex Alexander VII.
apponendo Clauſulam = *ſinè præjudicio Iurium
Cameræ, & Confiſcationis ex cauſa de præſenti, de
præterito, & de futuro* = videatur inieciſſe ſu-
per præfatis Bonis, ad quæ Forenſes invita-
bantur, vinculum, ſive ſubjectionem Confiſ-
cationi; Quia proculdubio removetur ama-
ritudo ex altera communiſſima propoſitio-
57 ne, quod iſtæ clauſulæ, utpote mere præſer-
vativæ, nullo modo jus novum attribuunt,
ſed illud dumtaxat præſervant, quod de tem-
pore Gratiæ poterat competere, ex pleno
congeſtis apud *Burſat. conſil. 4. num. 30. lib. 1.
Menoc. conſ. 2. num. 56. Scrader. de Feud. par. 1.
cap. 2. n. 52. Marta de Clauſ. clauſ. 68. n. 7. Capic.
Galeott. reſp. fiſcal. 29. num. 67. Natt. conſ. 471.
n. 24. Craveit. conſ. 29. n. 8. & conſ. 144. n. 15.
Ruin. conſ. 41. n. 78. & conſ. 99. n. 10. lib. 1. Soc-
cin. Iun. conſ. 134. n. 86. lib. 3. Capan. de jur.
relev. par. 3. quæſt. 10. n. 25. Caldas de empt. &
vendit. cap. 26. n. 28. verſic. quoniam illa clauſu-
la, Gratian. diſcept. 6. n. 61. Rot. deciſ. 26. n. 4.
poſt Bonden. collect. legal.*

Neque in contrarium faciunt allegati *Do-
ctores Hiſpani* tradentes, quod quando Majo-
58 ratus in eorum Regno exiguntur, ſubjacere
debeant Confiſcationi non obſtante quolibet
Fideicommiſſo; Quoniam iſti loquuntur in
caſu, quo facultas Regia claudit in ventre
pactum explicitum ſubjectionis Confiſcatio-
ni cum verbis claris, & inductivis, non verò
præſervativis, iuxtà Pragmaticam per exten-
ſum regiſtratam penes *Molin. de Primogen.
lib. 4. cap. fin. n. 58. & ſeqq.* traduntque omnes
plena manu deducti *in dicto Voto ſub num. 77.*

Eoque magis ob rationem diverſimodè
militantem inter caſum Hiſpanorum a no-
59 ſtro; ibi enim Privatus exoptans erigere
Majoratum, qui juxtà morem illius Regio-
nis attribuit Dignitatem, & prærogativas
cum titulo Marchionum, & Ducum, ad iſtam
Dignitatem conſequendam aperte ſcit, &
patitur inſigi per Principem characterem il-
lum Confiſcationis, Princeps vero intendit
ſolum devenire ad conceſſionem illius Di-
gnitatis, inquantum prædicto oneri ſubjace-
re debeat, unde concurrit in concedente, &
conceſſionario eadem voluntas, quæ remo-
vet quamlibet difficultatem, ut egregie ob-
ſeruat *idem Molin. lib. 2. cap. 12. n. 57. Sanch.
ad præcept. Decalog. lib. 2. cap. 18. n. 41.* ubi alii
antiquiores Hiſpani referuntur.

Contrarium verò ſuccedit in caſu, de quo
agimus: quoniam neque intentio Cardinalis
Antonii, neque Summi Pontificis profectò
fuit, ut bona ſubjacere deberent Confiſca-
tioni, deſtruendo fabricam erectæ Primoge-
nituræ; tantummodo enim fuit elargita ha-
bilitatio ad fruitionem bonorum, tanquam
per ſpeciem remotionis obſtaculi erga diſ-
poſitionem jam factam, non autem ab iſta
habilitatione dici valeat creata, ſive erecta
60 Primogenitura; prout exemplificando tra-
dunt de habente pedes ligatos, quod ſi iſte
poſtmodum recipiat ſolutionem vinculo-
rum, non dicitur idcirco motum, ſive ambu-
landi facultatem conſequi a Diſſolvente, ſed
illam de per ſe a natura remoto vinculorum
obſtaculo, obtinere, ad *Rot. dec. 505. num. 3.
& 16. par. 1. diverſ., & dec. 100. n. 49. & 50.
par. 5. rec.*

Hinc potiùs eædem retorquentur *Autho-
ritates*, quoniam dum revera primordialis ere-
ctio Primogenituræ ortum deſumpſit a Ma-
rio, & Cardinali, non verò a Summo Ponti-
61 fice, intrat receptiſſima diſtinctio, atque pe-
nes eoſdem Hyſpanos ſæpiſſime canonizata,
quod

Digitized by Google

quod in iſtis priuatis erectionibus, etiamſi foret inducta Confiſcatio per expreſſa verba, locum ipſa non haberet, teſte *Molina de Juſtit. & Jur. diſput.582. n.2. & 3. Sanch. ſuper præcept. Decalog. dicto lib.2.cap.18. n.48 50. & 51.* cum aliis allegatis *ab Eminentiſſimo Gaſtaldo in dicto Voto a n.1. 5. 6. & ſeqq. & n.159. & 160.*

Minus propterea refragantur ſequentia verba conceſſionia = *perinde ac ſi præſentes non emanaſſent*, quaſi dicantur importare conditionem reſolutiuam; Nam ſemper urget eadem euidentiſſima reſponſio, quod ſcilicet Gratia quidem reſoluatur, ſed tamen famulatinè ad caſum præſeruationis ſuperius deſignatum, proindeque quoties Confiſcatio modo prætenſa, dici nequit de Jure præſeruata, neque per Sa. me. Alexandrum, neque per Cardinalem excogitata, præfata reſolutio non valet intentionem concedentis excedere, cum fiet conditionaliter, videlicet inquantum intret Confiſcatio, non diſpoſitiue, juxta diſtinctionem *Bartoli in l. ſi quis legaverit, ff. de legat. 1.*

Idque maxime, quoniam donatio facta Marchioni Cornelio, eiuſque habilitatio circa Forenſitatem apparet omnino diſtincta, & ſegregata ab altera concernente Marchionem Frangipanum de Croatia delinquentem; unde quatenus reſolutio Gratiæ locum habere poſſet, iſta deberet intelligi reſpectu ejusdem Delinquentis, non autem Tertii innocentis, quinè nullam habet dependentiam
62 cum ipſo, ne detur, quod ex facto, vel non facto extraneæ perſonæ conditio reſolutiua operetur, in his enim terminis potius reſolutio ipſa cenſeri debet pro non adjecta, prout docet *Bart. in l. Pater familias n.2. ff. de hæred. inſtituen. Menoch. conſ.78. n.3. Peregrin. de Fideicom. art. 11. n. 87. Bardelion. conſ. 61. n.51. & ſeqq. lib. 1. Rot. dec. 86. n. 44. uſque ad 54. & dec. 208. n. 8. & 9. part.6. rec. & deciſ.882. n.3. & 4. cor. ... J n.*

Verum procuIdubio ceſſant iſta litigia, quando præfata præſeruatio reducatur ad ſenſum (de quo infra) magis naturalem &. planum, cum quo defraudata non remanet mens Cardinalis Antonii, qui parendo Teſtatoria voluntati intentionem habuit perpetuandi conſeruationem Familiæ de Frangi-
63 panis, & euitatur correctio, ſeu repugnantia in eadem Gratia Principis, quod ſcilicet eodem tempore voluerit conſentire habilitationi, ex qua reddebantur capaces ad acquirendum Fideicommiſſum, & illico ſucceſſiue ipſius Fideicommiſſi naturam ab omni Confiſcatione ſecutam deſtruere, contra regulam indubitatam, de qua bene relati per *Joſeph de Roſ. conſult.14. n. 47. Rota apud Bellamer. dec.783. n.11. verſ. iſta autem verba.*

Ratio igitur, propter quam Princeps, ejuſque Miniſtri Camerales præfatam Clauſulam præſeruatiuam inſcripsère, ea ſola fuit, quæ ab alia eiusdem præſeruatiuæ parte deſumitur, ibi = *citrà tamen immutationem, aut alterationem inveſtiturarum, ſeù conceſſionum; ac*
64 *ſtatus, qualitatis, naturæ &c.*, ne ſcilicet eueniente caſu legitimæ deuolutionis ob finem, ſeu legem Inveſtiturarum, habilitati prætenderent Cameram aſſentientem recognoſcere in Anthorem, & tanquam per ſpeciem novæ conceſſionis independentis nullatenus ſubjacere deuolutionibus ab antiquis Inueſtituris prouenientibus, juxta firmata punctualiter per *Affl. ad Conſtitut. Regn. lib.3. rub.13. ſub n. 28. in fin., Pariſ. de Put. de reintegrat. Feud. cap.259. n.3. & 4 Burſatt. conſ.80. num.26. & conſ.171. per tot. Roſental.* aliique congeſti per *Cyriac. controverſ.446. num.4. & ſeqq. Duran. dec.145. num 38.*

Atque hujuſmodi veritatem comprobant cætera quæcumque Gratiæ, quas ſuper Fœudis impetrari contingat quomodolibet a Poſſeſſoribus ad effectum imponendi Cenſum, vel hypothecandi bona Iuriſdictionalia ad favorem tertii Creditoris; vndè ſicut in iſtis Gratiis extra rationem eſſet dicere, quod ex quo Princeps conſentit alicujus Cenſus impoſitioni ſuper bonis Juriſdictionalibus, appoſitque nihilominus Clauſulam, = *ſine præjudicio Confiſcationis &c.*, debeat hoc conſuetum formularium inſervire in caſu delicti ad inducendam Confiſcationem in præjudicium vocatorum ad Fideicommiſſum: ita pariter dicendum venit in præſenti, ubi non ex aliqua peculiari ratione, ſed inhærendo formulatio Clauſulam iſtam in habilitatione perſonæ appoſitam fuiſſe dignoſcitur.

Iſtoque ſenſu magis germano, & infallibili retento, non aduerſatur, quod præſeruatio in littera contineat Confiſcationem de futuro: Quia in Gratiis, de quibus ſupra, recte ille verificabilis eſt, nempe quoties bona Juriſdictionalia nullum haberent Fideicommiſſum, ideoque poſſent ſubjacere Confiſcationi, tunc enim Pontifex per aſſenſum præſtitum ſibi præjudicare non vult; At in noſtris facti circumſtantiis eumdem operari nequit effectum ſtante Fideicommiſſo indu-
65 bitato proindeque potius debet cenſeri ſuperflua præſeruatiua, ſiue appoſita de ſtylo, quam ad Gratiæ deſtructionem interpretari, ad tradita per *Gregor. dec. 85. num.23.*

Verum ex abundanti verificabilis eſt etiam in caſu noſtro Confiſcatio habens ortum ex cauſa de futuro; quoniam ex litterali Conſtitutione Sixti V. contra Receptantes Bannitos *in novo Bullar. tom.2. fol. 493. in §. 8. ad finem*, ſancitur, quod non obſtante quolibet Fideicommiſſo, intret Confiſcatio temporalis, ſiue ad vitam Delinquentis: proindeque
66 dum ita ſuperfluitas Clauſulæ evitatur, nequit illa ulterius extendi ad caſum adeo inopinatum, incongruum, & inveriſimilem, juxta ea, quæ recenſentur per *Odd. conſ. 53. n.14.*

*n.14.verſic. quoad ſecundum, Vermigliol.conſ.57. n.8. Guazzin. de Confiſcat. limit.17. concluſ.13. num.16.*

A primò igitùr ad ultimum remanet ad euidentiam ex triplici fundamento ſuperata prætenſio Confiſcationis, eaque non intrante, venit in conſequentiam reſolutio confirmativa alterius partis Sententiæ noſtro Principali favorabilis, tam pro Bonis intra quartum ab Urbe lapidem, quam contra Dominos de Aſtallis, quorum Jus (excluſa Confiſcatione,) de per ſe enervatur, & corruit.

## *NOVA ADDITIO.*

DE materia contenta in hacDeciſione abundè poſteà tractavimus, nempè circà ido-
67 neitatem, & litteraturam, ſeu ſcientiam, quando ea præferri debeat in concurſu ad Parochiales cæteris prærogatiuis, quæ inibi enumerantur, quibus polleat alter oppoſitor, in una *Albanen. Archipresbyteratus 2. Iunii 1702., & 29. Ianuarii 1703. cor. Me.* de quibus (& ſi forſan in ſecundo, vel tertio Volumine imprimendis) mentionem interim feci, cum non injucundè poſſint deſervire ad dilucidationem ejuſdem materiæ in caſuum opportunitate.

Longa etiam methodo examinavimus alterum punctum præſentis Deciſionis in propoſito examinis faciendi ad prouocationem alterutrius concurrentis ſecundùm terminos
68 notiſſimæ Conſtitutionis Pianæ, & quando Examinatores Synodales poſſint ſuſpecti allegari, & quando alter habens intermedium Judicatum, ſeu victoriam in examine reportatam queat uſque ad tria Iudicata in contrarium prouocare ad novum examen, cum ſimilibus, & in hoc ex ſuptadicta ratione poterit intereà quiſque recurrere ad diſcuſſa in una *Placentina Parochialis 2. Februarii 1707. & 16. Martii 1708. cor. Me.*

Circà verò alterum punctum examinis faciendi in Urbe, de quo etiam agitur *in prædicta Placentina*, notabilis eſt etiam Deciſio in una *Fulginaten. Parochialis die 13. Januar. 1710. cor. R.P.D. meo Aldrovando*, ubi cum ad inſtan-
69 tiam reprobati in primo examine cor. Ordinario provocaretur electus, & approbatus ab eodem Ordinario ad ineundum novum examen in Urbe, provocatus renuebat accedere ex capite ætatis Annorum 68., nec non malæ valetudinis ſub atteſtatione cujuſdam Chirurgi; Quia tamen Conſtitutio Piana præcipit, tale novum Examen faciendum eſſe coram Iudice appellationis, prout erat Sacrum Auditorium, reſponſum fuit contrà renuentem accedere ad Urbem: reſpectu etenim ætatis obſtabat *decif.5.cor.Celſ.* in qua tractabatur de majori ætate 70. Annorum, ac de loco valdè remotiori; & quoad malam valetudinem, non eramus in caſu formiter impediti, juxta reſolutionem *Sacræ Congregationis Concilii* relatam *infra in Annot. ad dec. 64. §. Quandoque appellantes*, ſed ad ſummum, quia propter Erniæ, qua laborabat, morbum nequibat æquitare, aut incedere pedeſter, utique ſaltem valebat mediante Chiſio, ſeu Lectica ſupplere.

De reliquo noſtram hanc Deciſionem non ſolum ſequitur præfata deciſio *Fulginaten. cor. R.P.D. meo Aldrovando ſub §. Minuſque, & §. Tum etiam quia cum ſeqq.*, ubi additur, quod
70 hæc prouocatio ad novum examen eſſet ſuperflua, & non admittenda, ubi appareret, quod provocans foret de aliquo delicto, ſeu ratione morum diffamatus, in his namque terminis quid prodeſſet ſuperioritas ſcientiæ, aut litteraturæ, ſi deeſſet probitas, & ex hoc ſolo motivo diffamationis foret idem provocans ab aſſequutione Beneficii, & maximè Parochialis, repellendus ex *deciſ. 311. num.5. cor. Priolo*, quæ prodiit in Cauſa, in qua ſcripſit *Card. de Luc. de Paroch. diſc. 8.*

Verum etiam in *Additionibus* ſequuta eſt *Rota* generaliter illas comprobando in una *Avenionen. ſucceſſionis 9. Decembris 1709. §. Vires autem cor. R.P.D. meo Kaunitz*; & quoad n. 9. nunc 45. eadem *Rota in Giennen. Iuris votandi 39. Februarii 1705. §. Quo vero ad reſolutionem, cor. R.P.D. meo Scotto*, & reſpectu *n.47.* nunc 57. in *Romana Diviſionis ſuper exhibitione Librorum 7. Iunii 1709. §. Minuſque, coram R.P.D. meo Caffarello.*

## BONONIEN. SUCCESSIONIS.

*Lunæ 3. Martii 1698.*

## ARGUMENTUM.

Omittitur, quia brevis eſt Deciſio, & ſimpliciter agitur de conceſſione Remiſſoriæ.

## *SUMMARIUM.*

1 *Teſtandi facultas qua ratione fuerit introducta.*
2 *Teſtamentum conditum ad interrogationem, vel inſtigationem Notarii non ſubſiſtetur.*
*Præſertim, quotiès non apparet de certa, & præambula voluntate Teſtatoris ad ita diſponendum, num. 3.*
4 *Examen Teſtium factum in Partibus poſt interpoſitam appellationem ad Curiam eſt attentatum.*
5 *Attentata ſunt omnia geſta coram Judice de Partibus poſt interpoſitam, & admiſſam appellationem in Curia.*
6 *Rota aliquandò ex motivo æquitatis non attendit nullitatem examinis Teſtium, quotièt altera Pars nullitati mordicùs non inſiſtit.*
7 *Probationes tendunt ſolum modò ad inſtruendum animum Iudicis, ut faciliùs valeat veritatem cognoſcere.*

DE-

## DECISIO XXXIII.

VIncentius Maria, & Fratres de Bavoſiis opinantes, ſivè prætendentes, quod Teſtamentum Angeli Marię eorum Patrui diuturna luminum orbitate detenti, nec haberet requiſita jure meritò præſcripta per *Imperatorem Juſtinianum in l. hac conſultiſſima C. qui teſtam.facer.poſſ.*, nec haberet etiam formam Teſtamenti nuncupativi, ſed quod tota diſpoſitio, ſiuè Tabulæ eiuſdem Angeli Mariæ extitiſſent paratæ, firmatæ, ſiuè expoſitæ ad inſtigationem Notarii faventis cauſam Lauræ, quæ poſtmodùm in eiſdem Tabulis apparuit inſcripta hæres ex toto aſſe, abſquè eo, quod Teſtator eamdem Lauram ore proprio talem nuncupaverit, vel nutibus, aut ſignis æquipollentibus deſignaverit, quaproptèr potius intraret ſucceſſio inteſtata,
1 quàm illa teſtati ex benignitate *Cæſarum*, & *Juris* inducta in quoddam ſolatium illorum, qui exeunt de hac Valle lacrymarum, nimirum, vt poſſint diſponere de rebus ſuis, juxta ea, quæ habentur *in §.Diſponat, Auth. de nupt.*
2 Idcircò, quià reuerà lex repugnat, ut Teſtamentum occumbentis fiat ad inſtigationem, vel interrogationem Notarii, ad *Text. in l. hæredes palàm in princip. verſ. licebit ergò, ff. de Teſtam.*, & *in l. jubemus, ibique* communitèr *Doctores, C. eodem*; & eò maximè, ubi oculis
3 Iudicum non apparet de præordinata, & volita voluntate facturi Teſtamentum, ſicuti proſequuntur *Rub. de valid.legal.cap.45.ex n.4. cum plur.ſeqq.Caren.reſol.3.n.8., & ſeqq, Paitell. exped.14.ex num.78., Tranchedin. conſultat.17. n.121. cum ſeqq., Rot. cor. Celſ. dec.378. ex n.5. uſquè ad 10., & dec 311. num.3., & ſeqq., & per tot. par.18. rec.*

Inſteterunt propterea coràm Me, vt poſſet perfici examen ad inſtantiam eiuſdem Vincentii Mariæ, & Fratrum inchoatum, contendentibus autem Defenſoribus Lauræ, quod examen prædictum claudicaret ex eo,
4 quod illud erat incæptum poſt interpoſitam appellationem, & poſtquàm Cauſa in vim ſpecialis Commiſſionis fuerat ad me delata, undè foret attentatum, ex ea vulgari pro-
5 poſitione, quod omnia geſta coràm uno Iudice, dum pendet appellatio coràm alio, non merentur attendi, ſed vitio potiùs attentatorum inficiuntur, per *Text. in cap. Romana, §. Si autem poſt Sententiam, de appell. in 6.* cum concordan. apud *Priol. dec.222. num.6.*, & *deciſ.84. num. 1. par.17. rec.* Ego quidem proſequendo normam eiuſdem Commiſſionis, præfataſque regulas juris, inhibui (vt dicitur) in Camera, nè Teſtes formitèr examinarentur, interimque cenſui, vt par erat, conſulere DD. meos, utrum concedere deberem Remiſſoriam, eiſdemque DD. meis placuit reſcribere, quod Remiſſoriam concederem Vincentio Mariæ, eiuſque Fratribus, ſed juxtà modum in Deciſione exponendum,

Modus itaque fuit, quod de eorumdem Dominorum mandato indulgerem Remiſſoriæ petitæ per Vincentium, eiuſque Fratres, ſed quia ingenuus Patronus Lauræ vltrò habens ſe remiſſiue ad ea, quæ illius Cliens in partibus poterat exoptare, admittebat, vel ut proſequeretur examen aliorum Teſtium, qui non fuerant uſquedùm examinati, eodem modo, quo examini fuerant ſubiecti primi, vel quod concederetur Remiſſoria, cujus vigore omnes ex integro examinarentur; hinc proinde exiſtimarunt Domini, neque totum ab una, neque totum ab altera Parte fore deſumendum, ſed ut veritas emergeret, & inſimul evitaretur periculum, vel quod Teſtes per Vincentium inducti formiter repetiti in vim Remiſſoriæ Sac. Rotæ fortaſſe egrederentur terminos primæ depoſitionis factæ ad perpetuam, vel quod (quatenùs oporteret illos repeti in novo examine) ampliùs non ſtarent in eodem loco capaces ex eorum Profeſſione ſubdita Superioribus Regularibus, & legi obedientiæ ſubeundi repetitionem, demandarunt, quod examen uſquedùm ad præſens impletum ſubſiſteret, & vigore præſentis Remiſſoriæ reliqui, qui ex parte Vincentij, & Fratrum inducerentur, ſub opportuna, & ſolita ſolemnitate examinarentur; ita namque primi Teſtes, qui cæteroquin fuerant cum in interrogatorijs Lauræ revocati ad examen, remanſiſſent in illorum eſſe probandi citrà periculum eorum amotionis ex vi præfatæ obedientiæ, & alij non examinati valuiſſent in vim Authoritatis noſtri Tribunalis referre ſub interrogatorijs Lauræ veritatem fa-
6 cti; placuit enim in hac Cauſa DD. aliquid de eorum Iuriſdictione, (ut ajunt) Majeſtate remittere, quia ſolùm præ oculis habentes veritatem, ſub hoc modo cenſuerunt utrique Parti, ac Iuſtitiæ providere, remittentes de rigore nullitatem primi examinis ex fundamentis præcitatæ æquitatis, parique paſſu indagantes veritatem, quomodo ſe
7 haberet, ex quo juxta monitum *Speculat. in tit. de præpar. Iud. c. in proem. num.1.*, probationes in ſubſtantia, quæue certam ſolemnitatem exquirunt, tendunt dumtaxat ad inſtruendum, dirigendumque animum Iudicis in hac parte repræſentantis Deum, qui Veritas eſt.

Et ita utraque &c.

### ANNOTATIO.

EXtenſa ſupradicta Deciſione probabiliter Partes concordarunt, quia neque fuit abinde citra expoſtulata expeditio, nec quicquam amplius intellexi actum de Cauſa. Et quoniam in hac Deciſione ſubſtantialiter

liter erat quæſtio de Teſtamento Cœci ad terminos famigeratæ *l. hac conſultiſſima*, ſi quis exoptet habere materiam funditus examinatam, recurrat ad Deciſionem editam *in una Camerinen. Immiſſionis ſub die 21. Martij 1703. cor. R. P. D. Pio*, ubi perpenſis, ac plene examinatis requiſitis *d. l. hac conſultiſſima*, ex defectu quorundam ex eis, reſponſum fuit pro nullitate Teſtamenti exarati per Cœcum.

Moderniorібus quoquè temporibus fuit diſcuſſus articulus, an Teſtamentum Cœci ritè conditum, & ſervata forma *l. hac conſultiſſima*, potuerit revocari per ſecundum deſtitutum aliquibus requiſitis, quibus ſuppleri potuerit per excluſionem cujuſcumque fraudis, machinationis, ac aliàs irrationabilis diſpoſitionis, negativè quippè latè articulo diſpuncto deciſum fuit *in una Romana Hæreditatis 20. Iun. 1701. cor. R. P. D. Muto*, cum ſubſequenti expeditione Cauſæ, quæ tamen in gradu novæ appellationis pendet *cor. R. P. D. Pio*, à quo fuit propoſita, & non reſoluta *ſub die 28. Iunij 1702.*

## CÆSENATEN. PRÆTENSÆ SUCCESSIONIS.

*Lunæ 3. Martij 1698.*

### ARGUMENTUM

Promiſſio de donando, vel renunciando quandò habeatur pro vera, & perfecta donatione, ſeù renunciatione, adeòut ex tali promiſſione agi valeat tamquàm ex contractu effectuato: Et quandò ad evitandam ſuperfluitatem, in renunciatione, illa debeat compræhendere etiam Maternam hæreditatem, quamvis litteraliter non expreſſam.

### SUMMARIUM.

1 *Promiſſio de donando, quotiès pro ejus perfectione ulterius factum non exigitur, habetur pro vera, & perfecta donatione.*

*Idemque eſt de promiſſione renunciandi, quæ habet vim veræ, & effectivæ renunciationis, num. 2.*

*Adeòut ex ſimilibus promiſſionibus oriatur actio tamquàm ex contractu effectuato, & undequoque perfecto, num. 3.*

4 *Renunciationes, quæ fieri ſolent per filias occaſione Matrimonij tàm Carnalis, quam ſpiritualis, regulariter omplecti ſolent etiam Maternam ſucceſſionem.*

5 *Renunciatio ob dotem receptam facta per fæminam à Statuto excluſam proptèr dotem, non poteſt coarctari ad ſolam hæreditatem Patris donantis, cujus reſpectu nulla requirebatur renunciatio.*

*Adeòque, ne renunciatio ſuperfluè facta dicatur, debet intelligi, ut compræhendat etiam hæreditatem Maternam, ibidem.*

6 *Argumentum à mjoritate rationis eſt in Iure validiſſimum.*

7 *Illatio fieri non poteſt ab uno caſu ad alium omninò diverſum.*

8 *Una pars Teſtamenti recipit intelligentiam, & declarationem ab alia.*

9 *Obſervantia ſubſecuta optimè declarat, quid renuncians compræhendere intellexerit in ipſa renunciatione.*

10 *Soceri promiſſio, vel obligatio, quod Nurus contenta erit dote ſibi per Fratrem aſſignata, intelligitur durante Matrimonio cum filio, & non ultrà.*

11 *Sententia capit ea, quæ veniunt in neceſſariam conſequentiam expreſſorum, quamvis litteralitèr non fuerint expreſſa.*

12 *Reſervatio intelligitur facta de eo, quod fuit renunciatum, vel donatum.*

13 *Donatio bonorum, etiam futurorum, non comprahendit bona per Donantem poſteà acquiſita ex uſufructu ſibi reſervato in actu donationis, & num. 14.*

15 *Expreſſum, ac ſubintellectum ex Iuris diſpoſitione, eiuſdem ſunt efficaciæ.*

16 *Lex debet eſſe impoſita rebus, non verbis.*

17 *Bona excepta in hypothecæ generali omnium bonorum præſentium, & futurorum non reincidunt in eam, licèt poſt alienationem denuò ad Debitorem perveniant.*

18 *Verbum* Avanzi, *intelligitur de fructibus, & redditibus bonorum.*

19 *Legitima non comprehanditur ſub appellatione* bonorum.

20 *Principio ſublato, dari nequit principiatum.*

21 *Renunciatio non cenſetur comprahendere bona ex eiuſdem Renunciatarii ſucceſſione deferenda, & nu. 22. 23. & 25. ubi multiplicitèr exemplificatur.*

24 *Renunciatio non comprehendit ea, quæ renuncianti pratèr omnem veriſimilitudinem obtigerunt.*

26 *Volitum dici non poteſt, quod non fuit præcognitum.*

27 *Donatio revocatur ob ſupervenientiam liberorum.*

28 Cyriac. contr. 662. *declaratur.*

29 Renunciatio *abdicativa quid operetur, & quos effectus.*

30 *Donatio præſupponit Ius priùs radicatũ in donante, & deindè tranſlatũ in perſonam donatarii.*

31 *Ius, quod non fuit efformatum in vita donatarii, non poteſt tranſire ad hæredes eiuſdem.*

## DECISIO XXXIV.

GEmina fuere præteritæ reſolutionis fundamenta, per quæ Domini putarunt repellendam Iacobam a ſimultanea ſucceſſione cum Ioanne Franciſco ejus fratre ſuper bonis maternis. alterum nempe promanans a Patrio Statuto, mediante cujus providentia videbantur fœminæ excluſæ etiam ab inteſtata Matris hæreditate; & alterum

terum a ſedula ordinatione Thomæ Patris Jacobæ in ſuis noviſſimis tabulis Teſtamentarijs: Hodiè tamen Domini præſcidentes à primo, & firmiùs inhærentes ſecundo, ſteterunt in deciſis.

Thomas enim Genitor, propenſiorem, ut par erat, charitatem ergà Sobolem maſculinam (quam ſæpius ſub dulci nomine, *figlioli*, appellaverat) in toto ſuo Teſtamento patefaciens, reliquerat filiabus, quarum una erat Jacoba, ſcuta mille tàm in caſu temporalis, quàm ſpiritualis Conjugii, ſub poſitivo præcepto ineundi conſuetos fines, ut ipſe ait, & renuncias ſuo fratri, vel fratribus; quapropter cum Jacoba, ſive illius Sponſus, recipiendo in cauſam dotis præfata ſcuta mille, per publicum Inſtrumentum ſpoponderit in omnibus adhæſive ad ordinationem Thomæ ſolemnes celebrare renunciationes, quas idem Thomas fieri demandaverat, utique ſequebatur, quod etſi poſtmodum nulla fuerit facta actualis renunciatio, nihilominus habenda foret pro inita, & conſuma-
2 ta, quia quoties alterius factum non exigitur, promiſſio de donando, renunciando, cum ſimilibus, habetur loco effectivæ donationis, ſivè renunciationis, ex doctrina *Jo: Andrea in addit. ad Speculat. in rub. de obligat. & ſolut.* quam communiter ſequuntur *Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 7. ſub n. 124. verſ. ſecus tamen eſt, Cotell, de donat. diſc. 1. ſpecial. 87. n. 33. & 34. Rota Florentin. apud Urceol. de Tranſact. quæſt. 59. n. 29. & ſeqq. Card. de Luc. de fideic. diſc. 138. n. 11. cum ſeqq. Rot. deciſ. 58. ex n. 12. cum plur. ſeqq. par. 6. rec. dec. 273. n. 1. par. 12. dec. 364. & dec. 448. per tot. part. 14. & in Firmana Donationis 8. Februar. 1686. §. 2. cor. b. m. Albergato*, & in terminis promiſſæ renunciationis *Rovit. conſ. 44. n. 23. & 24. lib. 1. Mieres de Majorat. par. 1. qu. 66. n. 2. Merlin. Pignatell. Contr. for. cent. 1. contr. 4. per tot. Bottilier. de ſucceſſ. theor. 42 n. 15. Capon. de pact. & Ripul. qu. 54. n. 10. Capyc. Latr. dec. 3. n. 29. Card. de Luc. de Regal. in ſuppl. par. 2. diſc. 294. n. 3.*
3 Itaut ex ipſa ſimplici promiſſione valeat agi, tanquam ex contractu jam ſecuto, ſicuti ſubjungit *Surd. conſ. 535. n. 8. Adden. ad Buratt. dec. 719. lit. A. in fin. Ciroccb. diſcept. 53. n. 92. & ſeq. Rot. dec. 303. ſub n. 8. verſ. & quod ex pacto, par. 5. rec.*

Neque poterat dubitari, quòminus hujuſmodi præceptum Thomæ communis Genitoris comprehenderet renunciationem amplexantem quoque bona Matris; non tan-
4 tùm, quia rara in praxi habentur Inſtrumenta renunciationum, ſub quibus filiæ dotem recipientes ad litteram non includant præcipuam, & facile obverſantem oculis, & contingentiæ ſucceſſionem maternam, ut innuebat *præterita Deciſio 21 Iunii 1697. §. Neque ad efficaciam, coram Me*: ſed etiam, quia fruſtratoria remanſiſſet, & inutilis ſollicitudo Patris in jubendo, quod favore filiorum maſculorum, circa quos, ut diximus, omnis verſabatur, ac ſtabat cura Parentis, celebraretur renunciatio, quæ tangeret dumtaxat propriam hæreditatem, & non Matris, nam præter hæſitationem ob dotem a Patre receptam filiæ a ſucceſſione Patris per Statutariam Sanctionem arcebantur, idque coarctando etiam verbum, *Parentibus*, ad ſolum Patrem, ſicuti contendebant, ac probare ſatagebant in utraque propoſitione Scribentes pro Iacoba; ac propterea cum Thomas explicite juſſerit, quod filiæ ab ejus patri-
5 monio recipientes ſcuta mille aſſuetas facerent renuncias, perneceſsè videbatur, quod hujuſmodi præceptum intelligendum foret ad minùs de renunciatione maternæ hæreditatis, veluti magis debitæ, ac proximæ, ne alias Teſtator nimium ſupine, ac ſuperflue diſpoſuiſſet, tamque anxie præordinaſſet, ad ea, quæ in his terminis pro effugiendo vitio manifeſtæ ſuperfluitatis egregiè ponderarunt *Bald. in l. liberti n. 34. in fin. verſ. quid ergo, ſi filia C. de oper. libert. Alex. conſ. 102. n. 7. lib. 6. Riminald. Jun. conſ. 31. n. 83. Menoch. conſ. 289. num. 16. & 17. Surd. conſ. 516. n. 4. Gratian. diſcept. 468. n. 29. Merlin. Pignatell. Controv. for. cent. 1. cap. 5. n. 1. Rot. deciſ. 598. n. 2. par. 3. rec. & cor. Buratt. deciſ. 310. n. 8., & in Faventina Succeſſionis 7. Iun. 1680. §. Nec obſtare in fin. cor. Card. Vicecomite, & in Aſculana ſucceſſionis 15. Martii 1683. §. Prout nèc paritèr, cor. bon. mem. Emerix.*

Lucidius autem, jungendo inſtantaneam conditionem reſolutivam adjectam eidem legato ſcutorum mille ſub illis immediatè ſubſequentibus verbis *alias volo eſſe dotatas in ſc. 5 0. juliorum decem pro ſcuto, comprehenſa portione ex bonis maternis debita, & nihil aliud poſſe prætendere*: quoniam ſi in caſu contrario non initæ per filias renunciationis, ex cujus contraventionis cauſa diminuebat Pater legatum pro dimidia, cubitaliter declaraverat, includi debere ſub eadem dote ſcutorum 500. portionem debitam filiabus ſuper
6 bonis maternis, nulla ſane ratio ſuadere poterat, quare non idipſum a fortiori, magiſque de plano facere intellexerit, quando duplicabat dotem, & ſimultaneè præcipiebat, iniri renunciationes, uti conſideratum quoque fuit in *antecedenti Deciſione diei 21. Iunii proximè præter. ſub § At hæc*, & faciunt ultra diſcurſum naturalem, veriſimilem, ac legalem, ac præter *Rot. in Bononien. Fideicom. de Sala* ibidem adductam, animadverſa per *Peregr. conſ. 103. n. 17. lib. 1. Modern. Argentan. collect. 49. n. 99. lib. 1. & collect. 40. n. 62. lib. 2. Rot. in Romana Fideicom. de Roſis 9. Jun. 1687. §. Reſpectu autem cor. Reverendiſ. D. meo Decano*

Abſque eo, quod contra præmiſſa vim facere valeret ea conſideratio aliàs etiam uberius in præcedenti Deciſione exornata, nimirum,

rùm, quod cum Tomas à principio legaverit abſolute filiabus ſcuta mille, deindeque vel ſuppoſuerit, vel indirecte fuerit adhortatus Vxorem, & reſpective Matrem Iacobæ = *ut inſupèr non deficeret dotem de proprio augere in obſervantiam legum prohibentium utriuſque ſexus exhæredationem*=ſuperaddita illa altera ulteriori ratione = *adeòut dos conſtituatur digna honorabili Conjugio*, hinc Iacoba, ſive illius vice, ac nomine Sponſus, adamuſſim obtemperando Patris maudato per promiſſionem renunciandi ad formam Teſtamenti, non deberet remanere denudata portione quæ ſibi poſtmodum ab inteſtato obvenerant per mortem Genitricis: Iterum namque DD. conſiderarunt, quod non idcircò ſub deinceps injuncta renunciatione non deberet compræhendi ipſa materna hæreditas: præfata namque verba, Vxorem, ac Matrem reſpective incitantia, neque erant obligatoria reſpectu Matris, neque erant limitativa renunciationis ineundæ: Teſtator ſiquidem, qui ad formam mox enunciatæ locutionis, non obſtante majori prædiſtione ergà ſexum Maſculinum, fœminas non abhorruerat, immò in majus fortaſſe decus maſculorum concupiverat, Dotem a Matre augeri, id egit, ac expreſſit in caſu honorificentioris Matrimonij, nuſquam intelligendo arctare Matrem, ſed ſimpliciter hortari; aliud quippe eſt, quod Pater ſeriò velit providere, ut fœminæ faciant renunciationes, ac quidquam prętendere non valeant de ſtricta Iuris cenſura tam a propria, quam materna hæreditate, ut explicuit in caſu contrario non factæ renunciationis, & aliud, ac longe diverſum eſt, quod, etiam ſuppoſita compræhenſione bonorum maternorum in renunciatione celebranda, Mater excitetur in
7 contingentia caſuum ad dotem ipſam peraugendam: ab uno etenim caſu reſtricto ad purum debitum, & juſtitiam, ad alterum concernentem liberam voluntatem, fieri non valebat illatio, *vulg. Iur. in l. Papinianus exuli, ff. de Minor. cum ſuis not. ff. concord.*

Eoque manifeſtius, quia & hoc idem augumentum ſupra ſcuta mille videbatur Thomas Pater exoptaſſe ab ipſis filijs maſculis, ut ibi = *declarans dotis augumentum relinquere arbitrio Io. Franciſci filij mei &c.* = ſed ſub inſtantanea correctione, ſive declaratione, videlicet = *nolo ultrà dictam ſummam cogi, ſed ſi exceditur, dependeat ab ejus benignitate exceſſus*: Quapropter deſiderium Patris minime poterat enervare, vel potius augere debitum ex Iuſtitia, ac in aliquo intervertere efficaciam
8 renunciationis ineundæ, cum bene ab una parte Teſtamenti alia declaretur, juxta paſſim firmata, & præſertim *in decis.123. n.32. par.14. decis.474. n.9. par.18. rec. & in Aſculana Fideicommiſſi, ſeù donationis 6. Iunij 1687. §. Secunda elicita, cor. bon. mem. Rondinino*.

Addito, quod ubi renunciatio per filias dotatas in ſcutis mille arctari debuiſſet ad bona ſolius Patris dotantis, & quare ultrà magis generalem, & præciſius habitam relationem ad Teſtamentum Patris, poſitive Iacoba, ſive ejusdem Iacobæ Sponſus renunciavit bonis fraternis? nam nec bona fraterna compræhendi debuiſſent juxtà intellectum ipſius Iacobę, eodem quippe modo, quo Thomas hortatus fuerat Vxorem, ſive Matrem Jacobæ, obſecraverat quoque filios proprios ſive fratres ipſius Jacobæ; ſicque cum fuerit actu renunciatum bonis fraternis ultra Paterna, & generaliter renunciatum, ſeu inita renunciatio ad limites, & normam Teſtamenti paterni, profectò ab hac
9 obſervantia ſuperexcedente bona paterna ( ultra jam ſuperius inſinuata fundamenta ) quęcumque, ſi qua ſupererat, proſternebatur ambiguitas, ut eſt de natura obſervantiæ apprime declarantis animum Contrahentium, ac Partium, teſte in ſubiecta materia renunciationis *Rot. decis.276. num.13. par.10. rec. & dec.305. num.9. cor. Bich. & in Bononien. Tranſaction. 26. Ian. 1686. §. Accedente præſertim, cor. bo. mem. Albergato*.

Et ita ( poſthabita etiam, ut præmiſimus, diſpunctione Statuti, quatenus opus eſſet, maturius forſan examinandi ) cenſuerunt DD. reſolvendum, utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

EXpedita fuit hæc Cauſa prævio Decreto, ſive ordine Rotæ *ſub die 9. Maij* 1698.; cumque nihil ultra deſuper geſtum amplius audiverim, credo, quod Pars devicta acquieverit,

In propoſito autem ſuperioris concluſionis, quandò promiſſio de donando, vel de faciendo habenda ſit pro effectiva donatione, vel obligatione, examinatum, & declaratum pariter habetur *in Tract. de Commerc. & Mercat. diſc.53. ex n.5. cum plurib. ſeqq.*

Ad rem quoquè promiſſionis de renunciando caſum habui, in quo D. Magnus Comeſtabilis Columna vexatus à Duciſſa Poli Sorore ſuper conſtitutione congruæ Dotis occaſione tranſitus ad ſecunda vota, moleſtias intimare prætendebat Principi Carboniani, ex quo ipſe in præcedenti Matrimonio contracto per eamdem Duciſſam cum Principe Baſſanelli ejus filio expromiſerat, Duciſſam fore ſemper contentam Dote ſibi aſſignata, nec in poſterum eſſe plus vexaturam D. Comeſtabilem; Sed Ego conſultus pro Principe Carboniani, reſpondi, inanem eſſe actionem Comeſtabilis, & de facto Cau-
10 ſa non habuit ulteriorem progreſſum, quia promiſſio facta per Principem, quantumvis vallata clauſulis prægnantiſſimis, intelligebatur durante Matrimonio cum filio, juxta

Digitized by Google

tà plenam, & punctualem *deciſ. Bichii la 5.*

Non remotum à materia præcedentis Deciſionis circà intellectum, quæ bona caperet donatio, vel renunciatio, alterum quoque caſum diſputaui pro eodem Principe Carboniani: is enim cum (occaſione initi Matrimonii cum Sorore, ut ſupra. D. Comeſtabilis) universa bona donaſſet filio nuptias contrahenti, prædeceſſiſſet autem Patri donatori filius donatarius, ſcripta ſibi in hæredem Uxore, Princeps adverſus hanc expetiit legitimam ſibi de Jure debitam; ſed prætendente Duciſſa, & hanc contineri in ipſa univerſali, & effrænatiſſima donatione, adſcitus ad tuenda jura Principis ſubſtinui contrarium, prout etiam cenſuit *Rota ſub die 26. Iunii 1680. cor. Card. Vicecomite*; conceſsà vero poſtmodum novà audientia, iterum ad enervanda contraria objecta Calamum aſſumpſi, Factum breujtèr repetens, in modum, qui ſequitur.

Cum plures, eæque notiſſimæ exortæ fuerint controverſiæ ex cauſa donationis factæ per Principem Carboniani favore bon. mem. Ducis Stephani ejus filii, ſignanter dubitari contigit, ſunt verba Inſtrumenti, de quo infra = *An legitima habita per D. Principem ex hæreditate filii eſſet compræhenſa in dicta donatione, & conſequenter poſt mortem ejuſdem D. Principis eſſet reſtituenda hæredi D. Ducis Stephani.*

Hinc ad hujuſmodi controverſiarum Hydram extirpandam placuit amicabilem inter Partes pertractare Concordiam, eaque tandem ope, & auxilio Reverendiſſimi Ponentis ſtipulatà ſub die 25. Januarii próximè præteriti, in Inſtrumento deſuper confecto fuerunt, ut par erat, enarratæ quælibet Partis Aduerſæ prætenſiones. & præſertim iſta ſuper præfata compræhenſione legitimæ, ac pro illius opportuna dilucidatione concluſum extitit, quod in hoc Sacro Tribunali formiter trutinaretur Dubium = *An legitima à D. Principe Iulio Cæſare habita ex hæreditate prædicti Stephani ſit comprehenſa in donatione ab eodem facta favore ejuſdem Stephani filii ſub die 6. Decembris 1671. ad quam &c. & poſt mortem eiusdem Principis ſit reſtituenda Excellentiſſimæ D. Lucretiæ &c.* = & quod ſi per duas deciſiones fuerit reſolutum, legitimam in donatione compræhendi, & eſſe reſtituendam, tunc nihil cenſeretur concordatum, & actum; ſi vero fuerit reſolutum, non compræhenſam, nec reſtituendam; tunc, & eo caſu plures partitæ ſolverentur per Principem Carboniani D. Duciſſæ Lucretiæ, & cœtera omnia remanerent cum perpetua impoſitione ſilentii terminata.

Ad normam itaque memoratæ conventionis, diſputato ſub die 26. Junii proximè præteriti Dubio = *An legitima ſit compræhenſa in donatione in caſu, & ad effectum, de quo agitur* = prodiit favorabilis huic Parti reſolutio, ac ſucceſſive deſuper extenſa Deciſione, adeo ſolidè, & robuſtè in ipſa noſtra fundamenta firmantur, & Partis Aduerſæ objecta diluuntur, ut proculdubio inutile opus aſſumere videamur, prætendendo aliquid uberius ad Cauſæ opportunitatem, & tutamen poſſe ſuperaddi.

Nihilominus, & quia ab hac ſecunda, ut præmiſimus, reſolutione perpetua quies ſummopere exoptanda inter has Partes ſtabilitur, ac etiam, quia per aliquos magnificabatur, quod Sacra Rota in prædicta Deciſione non reſponderit præciſe ei fragiliſſimo fundamento in contrarium in anteacta diſputatione relato, quod ſcilicet ſi legitima in donatione compræhenſa non erat reduplicative tanquam legitima, poterat tamen in illa compræhendi, & venire appellatione bonorum futurorum, ex quo (prout hic) obtenta a D. Principe amittat nomen legitimæ, & ejus peculiare patrimonium efficiatur; idcirco abs re non erit oſtendere, quod Deciſio vel virtualiter, & per conſequens neceſſarium hujuſmodi objectum diſſolvit, vel tanquam irrelevans, & inſubſiſtens neglexerit.

Siquidem prædicta Deciſio inquit, quod Reverendiſſimi Patres moti ſunt ad judicandum, quod legitima compræhenſa non fuerit in donatione in caſu, & ad effectum, de quo agebatur, tum ex qualitate rei, tum ex virtute verborum, tum denique ex præſumpta mente utriuſque Contrahentis, ideoque quandò etiam vellemus conſiderare legitimam pro patrimonio indifferenti, & non pro legitima effectiva, ad ſummum corrueret primum fundamentum Deciſionis innixum qualitati rei, ſed de cœtero in ſuo inevitabili robore remanerent alia duo deducta ex verbis, & ex mente Contrahentium: quoties enim ex mente Contrahentium, & ex verbis non apparet, quod D. Princeps Donator voluerit compræhendere in donatione iſta bona, quæ ex cauſa legitimæ ad ipſum obuenta fuerunt, fruſtra prætendi valet, quod illa poſt illius obitum veniant reſtituenda tanquam patrimonium futurum, non ſolum quia nulla cadebat, neque cadit controverſia ſuper non compræhenſione legitimæ ab initio, & ad effectum impediendi acquiſitionem ipſius in vita D. Principis, ut eadem Pars admittit, & oſtendunt verba Concordiæ ſuperius relata, ibi = *legitima habita a D. Principe*, proindeque tota diſputatio reducebatur, & reducitur, an ipſa legitima poſt mortem D. Principis obnoxia ſit reſtitutioni, ibi = *& conſequenter poſt obitum D. Principis eſſet reſtituenda*; ſed etiam, quia dum Sacra Rota reſpondit, legitimam, de qua agitur, non eſſe compræhenſam in donatione, non obſtante, quod fuerint donata bona futura, virtualiter, & neceſſariò definivit, illam non eſſe reſtituendam poſt obitum Donatoris

rix, cum intantum prætendit qoeat reſtitutio
vigore donationis, inquantum legitima ſit
compræhenſa in ipſa donatione: ac propte-
11 rea intrat de plano ea propoſitio, quod om-
nis reſolutio implicite, & virtualiter capit
ea, quæ veniunt in neceſſariam conſequen-
tiam expreſſorum, quamuis litteraliter non
legantur expreſſa, ad tradita per *Cranett. con-
ſil.79.n.4. Surd. conſ.403.n.11. Rot. in Veliterna
Penſionis 17. Junii 1587. cor. Robuſterio* relata
apud *Garz. de Beneſic. par.1.cap.5.n.514.verſ.non
obſtat.* cum aliis per *Rot. dec.349.n.14.par.12.rec.*

Verum, ut diximus, juremeritò neglexit
Deciſio peculiariter huic debiliſſimo obje-
cto ſatisfacere, cum etenim ex tota ſerie
eiusdem Deciſionis elucescat, quod legiti-
ma controuerſa nullo modo contineri po-
teſt in donatione, neceſſe quoque eſt fateri,
quod ipſa ſit de exceptis, & reſeruatis in do-
12 natione, reſeruatio etenim intelligitur fa-
cta de iis, quorum fuit facta donatio, ex be-
ne firmatis per *Caſſan. conſ.39. ſub n.99. Rota
cor. Ludouiſ. dec.85 n.15. & 16. repe'it. in dec.75.
ſub n.9. verſic. ita dicendum, part.2. rec.*

Ac propterea ſi legitima fuit de reſerva-
tis in ipſa donatione, impoſſibile redditur,
quod bona ex illius cauſa prouenientia,
quamuis patrimonium ſucceſſiue Donantis
efficiantur, compræhendi valeant appella-
tione bonorum futurorum, cum indubitati
13 Juris exiſtat, quod acquiſita ex ipſomet ju-
re reſeruato non veniant in donatione bono-
rum futurorum, ut praclare inquit *Iaſon. in
l. ſtipulatio hoc modo concepta n.18. ff. de verb.
oblig. Caneer. var. reſol. lib.3. cap.2. n.122. Vin-
cent. de Franch. dec.68. verſ. & ultimò dicebatur
ſub n.18. Rot. cor. Peutinger. dec.225. num.1.
& cor. Duran. dec.348. ſub n.9.*

Et quidem, ſi unquam *Doctores, & Sacra
Rota* firmauit, quod aliqua bona utpote ve-
riſimiliter non opinata, vel ex verbis virtua-
liter excepta in donatione quantumuis uni-
verſaliſſima non compræhendantur, prout
in caſu noſtro agnitum fuit, legitimam non
compræhendi, nil refert, quod deinceps ea-
dem bona incidant in manus Donatoris, eiuſ-
que patrimonium efficiantur, alias enim eſ-
ſet per indirectum, ac contra intentionem
Donantis in donatione compræhendere,
quod ipſe noluit compræhendi, ipſaque re-
ſeruatio, & exceptio redderetur inutilis, ac
nunquam daretur caſus, quod donatio etiam
præſentium, & futurorum aliqua bona non
caperet; & tamen Sacrum hoc Tribunal
millies definiuit, Fideicommiſſum conditio-
nale, bona inſperata, aliaque ſimilia non
cadere ſub appellatione futurorum donato-
rum, quamuis & ipſum Fideicommiſſum
conditionale, & bona inſperata, quæ ſuper-
uenerunt, fiant poſtmodum de patrimonio
Donatoris, unde præter ſuperius laudatos
unanimi *Scribentium* calculo receptum eſt,
14 quod ſi quis in donatione fructus ſibi reſer-
uauit, non obſtante, quod donata fuerint
bona tam præſentia, quam futura, non ve-
niunt res, & bona ex eiſdem fructibus ac-
quiſita, & comparata, licet nemo dubitet,
quod ſucceſſiue iſta fiant de bonis, & patri-
monio Donatoris, ex collectis egregie apud
*Gabr. conſ.139. n.2. & ſeqq. lib.2. Mantic. de
tacit. lib.13. tit.32. per tot. Ciroec. diſcept.51.
n.68. cum ſeqq. Rot. cor. Peutinger. d. dec.225.
n.1.*, ubi in ſpecie in Domo acquiſita ex fru-
ctibus reſeruatis, *& in rec. dec.10. n.5. part.5.
& dec.101. n.12. part.9. & dec.106. n.9. par.13.*

Atque hinc retexendo omnia fundamenta
pro non compræhenſione legitimæ, recenſita
in noſtra Deciſione, ad euidentiam oſten-
dunt, dari non poſſe, quod poſtmodum
legitima, licet effecta de patrimonio D. Prin-
cipis, veniat reſtituenda; cum enim primo
loco firmetur, quod attenta peculiari qua-
litate, ſeu priuilegio deſumpto ex *l. ſi quando.
§. Et generaliter, C. de inoff. teſtam.* communi-
ter receptum ſit apud *Scribentes*, legitimam
non compræhendi in generali donatione,
ſeu renunciatione, niſi ſpecialiter exprima-
tur, perinde eſt, ac ſi litteraliter D. Princeps
dixerit, & proteſtatus fuerit, ſe omnia bo-
na præſentia, & futura donare, præterquam
legitimam, quam intellexit ſibi reſeruare,
15 & excipere; expreſſum etenim, & Juris mi-
niſterio ſubintellectum ejuſdem exiſtunt ro-
boris, & efficaciæ, juxta doctrinam *Bartol.
& Soccin. in l. cum Auus n.62. ff. de condit. &
demonſtr. idem Soccin. conſ.182. n.1. verſ. quod
ſi dicatur lib.2. Menoch. conſ.95. n.15. Mantic.
de tacit. lib.1. tit.5. num.29. verſ. & tacitum*,
ubi quod tacitum ex prouidentia legis de-
ſcendens fortius eſt, quam expreſſum.

Si igitur noluit D. Princeps donare legiti-
mam, quomodo ſomniari poteſt, quod ſi
donata non fuerit legitima tanquam legiti-
ma, adhuc ſit reſtituenda tanquam bona
16 futura, eſſet namque imponere legem ver-
bis, & non ſubſtantiæ, contra expreſſum re-
ſcriptum *Imperatoris in l.1. in fin. C. commun.
de legat.* cum concord. per *Surd. de alim. tit.9.
quæſt.21. n.20 Scacc. de appellat. quæſt.17. li-
mit.10. n.14. Gratian. diſcept.156. num.17.*, &
alibi frequenter.

Idque habemus in proximo exemplo hy-
pothecæ, & obligationis omnium, & quo-
rumcumque bonorum, ac tam præſentium;
17 quam futurorum, quod ſi aliqua bona fue-
rint ex conuentione, vel ex ſui natura libe-
rata a nexu hypothecæ in caſu (ex. gr.) alie-
nationis factæ de conſenſu Creditoris per
Debitorem; etiamſi illa poſtmodum redeant
in dominium Debitoris, non reincidunt in
hypothecam appellatione bonorum futuro-
rum, ut ex *l. ultimus C. de remiſſ. pignor.* nota-
uit *ibidem Bald. Mantic. de tacit. lib.11. tit.1.
num.35. Merlin. de pignor. lib.2. quæſt.1. n.21.*

Sc-

Secundo optime deſcendit noſtra Deciſio
ad demonſtrandum, quod legitima non po-
tuit compræhendi ex vi verborum; non qui-
18 dem in illis = *tutti li ſuoi avanzi*, cum id in-
telligatur de fructibus, & redditibus ex il-
lius induſtria cumulatis; ac de quibus in vi-
19 ta non diſpoſuerit D. Princeps: Non etiam
ſub nomine *bonorum*, cum legitima conſi-
ſtat in Iure, eoque incerto, & conditionali;
Non denique appellatione *Jurium*, cum ea
Iura intelligantur ſemper donata, quæ ſal-
tem habent cauſam certitudinariam de præ-
ſenti, præcipue, dum Donator declaravit,
& expreſsit, quæ Iura cenſeri voluit donata:
proindeque dum ex his omnibus apertiſſime
dignoſcitur, quod legitima nòn fuerit in ſua
origine ullo modo compræhenſa, neque po-
teſt exinde compræhendi, & vigore dona-
20 tionis reſtitui; origo quippe bonorum ſem-
per attenditur, & ſublato principio acquiſi-
tionis, dari nequit principiatum, ad *Text.
in l. filiæ, §. Cùm autem, C. de collat. l. generali-
tèr, §. Hoc obſervari, C. de ſecund. nupt. l. unica,
C. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10. Authen. de
non eligen. ſ. cund. nub. In princ. juncto §. Antenu-
ptiali, & in Authen. de nupt. §. Hinc nos, Ruin.
conſ. 28. ſub n. 7. lib. 5.*

Tertiò tandem ſolide devenit ad mentem
utriuſque Contrahentis prorsùs excluſivam
compræhænſionis legitimæ in donatione, ſi-
gnanter, ex quo præſumi non poteſt, quod
Donatarius voluerit acquirere id, de quo
vivens neque per poſsibile gaudere poterat,
& Donator diſponere voluerit de his, quæ
ſibi obvenire poterant per mortem filii (iux-
tà ea, quæ frequentius contingunt) incer-
tam, & incogitatam; ſicque quomodo di-
cere volumus, quod tanquam effecta poſtea
ejus patrimonium nomine futurorum conti-
21 neatur, dum in generali renunciatione fu-
turarum quoque ſucceſsionum compræhen-
ſiva, non cenſentur renunciata bona ex ejuſ-
dem Renunciatarii ſucceſsione deferenda,
tanquam verisimiliter incogitata, quamvis
illa poſtmodum proculdubio fiant Renun-
ciantis patrimonium, *ex Rot. deciſ. 543. n. 10.
par. 5. tom. 2. dec. 116. num. 14 & dec. 80. num. 8.
poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ. dec. 434. n. 8. par. 13.
& deciſ. 253. num. 12. par. 12. rec.*, & in puncto
à fortiori arguit *Card. de Luc. in ſupplem. tit. de
legit. diſc. 40. num. 19. §. Ubi verò*; & quod ea
22 quæ ex Donatarii perſona quæruntur poſt do-
nationem, non veniant in præcedenti bono-
rum futurorum donatione, in individuo
etiam proſequitur *Gabr. conſ. 70. num. 8. lib. 1.*
& de legato facto filiæ, quod non includa-
23 tur id, quod per mortem ipſius Filiæ poterat
obvenire leganti, *Bart. in l. ſervum filij 46. ff.
de legat. 1. ibique Alex. n. 2. & 3. necnon etiam
Imol. verſ. item non videtur, & Bart.* ſequitur
*Ruin. conſ. 212. num. 27. lib. 1.*

Et ex his quoties juvare poſſet refugium,
quod ea, quæ ex mente tanquam inveriſi-
milia, & incogitata non veniunt in dona-
tione univerſaliſsima, continerentur tamen
ſub prætextu patrimonii futuri, oporteret à
fundamentis evertere regulam illam incon-
cuſſam, quod mens in hac materia primatum
obtinet, & verbis quoque anteponitur; om-
24 nia namque, quæ præter expectationem,
& veriſimilem hominum excogitatum acqui-
runtur, poſtquam ſunt acquiſita, fiunt patri-
monium acquirentis, & nihilominus rece-
ptum eſt ſine contradictore, quod donatio,
etiam futurorum, hujuſmodi bona non am-
plectatur, ex Theorica *Cagnol. in l. fin. n. 255.
& ſeq. C. de pact. Fachin. Contr. lib. 6. cap. 33. Palm.
conſ. 94. n. 46.* & generaliter *Cancer. lib. 1. var.
cap. 8. n. 103. Torr. de pact. fut. ſucceſſ. lib. 1. cap. 4.
num. 26.*

Unde bene dicebat *Baldus in l. ſpem, antè
num. 1. verſ. undè pone, C. de donat.*, quod ſi tibi
25 dono omnia bona, quæ habeo, & habere
ſpero, ſub ea donatione non includitur Ca-
ſtrum a Principe donatum, quamvis aliquam
fortàſſe ſpem, ſed veriſimiliter improbabi-
lem deſuper haberem: Ergo non ſufficit, quod
donatio fiat de bonis futuris, quodque ea
bona efficiantur Patrimonium, prout inſe-
quendo prædictum exemplum Caſtri contin-
geret, ſi aliquis Rex, aut Imperator donaret
D. Principi Caſtrum, vel Civitatem, certe il-
lud evaderet de ejus patrimonio, & tamen
ex doctrina *Bald.* non contineretur in dona-
tione; ſemper enim urget defectus mentis,
26 & intentionis inveriſimilis, & nunquam
cenſetur eſſe actu volitum, quod prius præ-
cognitum non fuit, & cogitatum, iuxta axio-
ma Phyloſophicum, de quo *Ariſtotil. 3. de
anim. commentar. 39.* & ex eo *Fagnan. in cap. ſigni-
ficatam num. 23. de Regular.*, & magis ad rem
*Adden. ad dec. 523. n. 3. par. 4. tom. 3. rec.*

Idipſum quoque agnoverunt *Jura* noſtra,
quæ nedum hanc, vel illam rem in donatione
27 compræhendi denegarunt ex motivo inve-
riſimilis intentionis, ſed penitus decrevere,
donationem collabeſcere ex ſola veriſimili-
tudine, quod ſi fuiſſent a Donatore ejus filii
præviſi, ipſe profecto non donaſſet, ut habe-
tur in celebri ſanctione *Text. in l. ſi unquam
C. de revoc. donat.* quam fuiſſe depromptam ex
offibus, & medullis *l. cum Avus ff. de condit. &
demonſtr. & l. cum acutiſſimi, C. de Fideic.* advertit
*Ruſtic. in comment. ad d. l. cum Avus lib. 1. c. 1. n. 9.
Tiraquell. in d. l. ſi unquàm, verbo donatione elar-
gitus n. 250. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſſ. 8.
par. 3. num. 4.*

Non adverſante propterea *Cyriaco* exad-
28 verſo ſolito allegari *in contr. 662.* tum quia
*Author iſte* in ſua hypotheſi ſupponit, quod de
facto fuerit renunciatum ipſi legitimæ, prout
videre eſt *ſub num. 17.*, unde quæſtio in illis
terminis habere videbatur de indubitabili;
Tùm etiam, quia tota baſis, in qua fundat

ſuam reſolutionem, radicatur in eo, quod renunciatio, de qua ibi tractabatur, non poterat in aliqua alia re operari; & verificari, niſi in ipſa legitima, ut abunde conſtat ex deductis apud eumdem *ſub n. 38. & ſeq. & num. 63.*, ubi quod non aderat aliquod Ius præſens, quod poſſet in ipſa renunciatione venire: At in noſtra facti ſerie verificatur donatio in tot aliis Iuribus, & bonis, de quibus plenè loquitur Inſtrumentum Concordiæ, ut potius hujuſmodi *Doctrina* retorqueatur, prout in ſpecie adducendo eamdem *Cyriaci* limitationem reſpondit *Rot. cor. ſa. me. Gregor. XV. dec. 539. n. 15.*

Ac denique ad evidentiam, quia *Cyriac.* peragit de renunciatione, propter quam ex cauſa correſpectiva ſolutionis debiti materni filius reportaverat renunciationem abdicativam, ac Mater idcirco ſeſe abſtulerat de medio, unde non immeritò contineri poterat legitima, quia renunciatio in eo caſu vim habebat repudiationis, ac tribuebat liberam facultatem Renunciatario etiam ſuper ipſa legitima inſtituendi, quem vellet, juxtà animadverſa poſt *Bald. Pariſ. Gabr. & alios* per *Giovagnon. conſ. 91. n. 18. lib. 1. Hodiern. contr. 7. num. 15.* benè *R. P. D. de Luca lib. 11. de renunc. diſc. 6. num. 18. verſ. ſecus autem.*

29

Verum in præſenti totum eſt in oppoſitum, cum verſemur in donatione, quæ duo præſupponit, & exquirit extrema, jus nempe prius quæſitum, & radicatum in Donatore, & deinde translationem ipſius Iuris in perſonam Donatarii, *vulgato tit. Inſtit. de donat. in princ. Cyriac. cont. 320. n. 13.*, ſicque applicando ad rem noſtram, quomodo transferri potuit legitima in filium Donatarium, ſi illius annihilatio, & præubitus erat neceſſarius ad effectum, ut Patri quæreretur? ad *Text. in l. 1. §. ſi impuberi ff. de collat. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 3. q. 1. n. 1. Rot. cor. Cavaler. dec. 325. n. 2., & in Regien. Bonorum 23. Ian. 1647. §. Ex quibus cor. bon. mem. Card. Corrado.*

30

Neque turbat, quod Donatarius fuerit ſtipulatus nedum pro ſe, ſed etiam ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus; talis enim ſtipulatio ſuffragari quidem poſſet hæredibus Donatarii, ſi verſaremur vel in Iure jam radicato in perſonam Donantis, vel quod ſaltem per poſſibile acquiri valeret Donatario, cujus perſona, & non hæredum incognitorum movit Donantem ad exercendum actum liberalitatis, quoniam tunc ſi ex defectu conditionis non purificatæ vivente Donatario, nequit in illo donatio effectum habere, adveniente poſtea conditione recte acquiritur ab illius hæredibus, quibus proviſum fuit per ſtipulationem; Sed cum in caſu, de quo eſt quæſtio, bona controverſa radicata non forent in perſona Donantis, tanquam provenientia ex jure incerto de futuro, & ex mera cauſa de futuro, neque demum fuerint acquiſita in vita Donatarii, quinimò neque potuerint ab eo, ut ſupra, acquiri, in manifeſtam emicat conſequentiam, quod eadem bona

31 ſpectare nequeunt ad illius hæredes, ad quos ex inconcuſſa *Doctorum* ſententia tranſire non valet jus, quod non fuit efformatum in vita donatarii, ut in individuo *Cephal. conſil. 312. num. 85. Natt. conſ. 676. num. 16. Menoch. conſ. 84. num. 15. & ſeq. & conſ. 188. num. 46. & ſeq. Altograd. conſ. 43. num. 53. vol. 1. Andreol. contr. 316. num. 28.*

*Et ita Rota iterùm cenſuit, perſiſtendo in deciſis ſub die 9. Decembris ejuſdem Anni 1680. cor. eodem Card. Vicecomite, & Cauſa totalitèr remanſit terminata.*

## ASCVLANA BENEFICII.

*Merc. 5. Martij 1698.*

### ARGUMENTUM.

Agitur de conceſſione Remiſſoriæ pro examinandis Teſtibus inductis pro parte patroni laici ad effectum juſtificandi calumniam reſpectu litis, cujus intuitu Beneficiatus obtinuerat à Dataria admitti reſignationem favore certæ perſonæ.

### SVMMARIVM.

1 *Reſignatio Beneficij de Iurepatronatus Laicorum non admittitur in Dataria abſquè conſenſu Patroni.*

*Niſi in caſu, quo lis inter Patronos vertatur ſuper pertinentia Iurispatronatus, num. 2.*

*Dummodò lis ſit verè, & legitimè introducta, ſecùs autem, ſi mota ſit calumniosè ad effectum extorquendi admiſſionem reſignationis, num. 3.*

*Et de ratione, ibidem, & num. 4.*

5 *Probationes non ſunt relevantes, ſemper veniunt admittendi.*

*Præſertim, quando illos exhibens, ſeù Remiſſoriam petens eſt Actor, num. 7.*

8 *Conſtitutio B. Pij V. in 58. prohibens Ordinarijs admiſſionem reſignationum favore Conſanguineorum reſignatis, non comprehendit reſignationem, quæ fiat ex cauſa permutationis, & num ſeqq.*

*Et de diſparitate rationis verten. intèr ſimplicem reſignationem, & illam, quæ ſequatur ex cauſa permutationis, num. 16. 18. 21. & 23.*

*Pròut paritèr eadem Conſtitutio non comprehendit reſignationem Beneficiorum ſpectantium ad alterius electionem, præſentationem, ſeù nominationem, num. 25.*

9 Pariſ. de Reſignat. Benefic. lib. 5. quæſt. 6. num. 231. *reprobatur.*

10 *Permutationes Beneficiorum fieri poſſunt coràm Ordinario, & num. 14.*

11 *Canones improbant ſucceſſionem in Beneficiis immediatam de Patre in filium.*

Id

*Id tamen non militat quoad tranſverſales, n. 12.*

13 *Diſcretiva locutio arguit diverſam voluntatem in caſu omiſſo.*

15 *Declaratio Bullæ nulla melior haberi poteſt, quàm ea, quæ reſultat ex Conſtitutione Pontificis ſucceſſoris.*

16 *Reſignatio coràm Ordinario ad favorem, quarè non fuerit permiſſa, & num. 20.*

17 *Reſignatio Beneficij facta per patrem favore Tertij, qui deindè illud renunciet ad commodum ipſius filij, tamquàm fraudolenta non ſubſiſtetur.*

19 *Permutatio Beneficiorum nihil aliud eſt, quàm mutua quædam reſignatio, & ſubingreſſus unius in Beneficium alterius.*

22 *Reſignatio providet perſonis, non Beneficiis permutatio verò providet Beneficiis, non perſonis.*

24 *Conſtitutio correctoria loquens in caſu ſimplici, non habet locum in caſu mixto.*

26 *Facta multa tenent, quæ ab initio fieri prohiberentur.*

27 *Expectativæ in materia Beneficiorum ſublata ſunt per Concilium Tridentinum.*

28 *Permutatio Beneficiorum quando dici poſſit facta in fraudem futuræ vacationis, & habentium Expectativas.*

29 *Concurſus requiſitus in proviſione Parochialium non impedit, quin duo Parochi poſſint inter ſe permutare.*

## DECISIO XXXV.

ATtenta lite inter Comitiſſam Mariam veluti prætendentem, quod ad ſe pertineret tanquam unicam Patronam Ius præſentandi ad Beneficium, ſive Abbatiam nuncupatam Divi Petri in Cerreto, ac Teclam, & Geltrudam ex altera parte contendentes ex perſona Ioſephi, facultatem præſentandi potius ad ſe ipſas proportionabiliter ſpectare, obtinuit Ioannes Franciſcus reſignationem memorati Beneficii, ſive Abbatiæ per Sedem Apoſtolicam ad ſui favorem admitti; licet enim per regulam ex-
1 preſſam Cancellariæ *in 42.*, præcisè caveatur ne fraudentur largitiones Fidelium, ut ſuper Beneficiis ad Iuſpatronatus Laicorum ſpectantibus nulla fiat proviſio citra aſſenſum Patronorum: nihilominus ubi Ius ipſum Pa-
2 tronatus, ſive præſentandi ſit in controverſia, conſuevit quandoque eadem Sedes Apoſtolica manus apponere, & ad hoc, ne Beneficia ſint interim vacantia, de hujuſmodi Beneficiis legitimo modo providere, non intendens ex hoc præiudicare Iuribus Patronorum pro aliis vacationibus, quemadmodum bene in propoſito derogandi Iuripatronatus laicorum in totum, animadvertebat *Card. de Luc. de Benef. diſc. 33. n. 7.* cum aliis ab eo laudatis, & videntur conſiderare *Chocbier. ad reg. 4. Cancell. ſub n. 30. verſ. 3. Vivian. de Iu-*

*Tom. I.*

*repatr. lib. 14. cap. 2. n. 14. & 16. De Roſa de Exec. litter Apoſtolic. par. 2. cap. 4. illa. num. 137. Rot. deciſ. 314. num. 9. cor. Card. Celſ.*

Cum itaque ex oppoſito Marianus Comes Saladinus non auderet forſan impugnare rationabilitatem prædictæ derogationis, ſive admiſſionis reſignationis, ubi in ſuis caſibus vera, & juſta lis intercedat, totam ſuæ defenſionis cauſam tanquam præſentatus a Comitiſſa Maria redegit in oſtendendo, quod lis ſuſcitata inter eamdem Comitiſſam Mariam, ac Teclam, & Geltrudam neque erat juſta, neque vera, ſed poterat ſapere ca-
3 lumniam, in quibus ſane terminis intrare non valebat proviſio Datariæ, quia ubi ex cauſa litis, & in ſuis legitimis caſibus benè, ac ſacroſanctè Papa manus apponit, ſemper præſumit, litem eſſe ex fundamentis utriuſque collitigantis bona fide excitatam, aliàs
4 namque Beneficium non dicitur revera litigioſum, & deficit intentio ejuſdem Papæ, qui de cætero non derogaſſet Iuripatronatus in totum, vel conſimiles proviſiones non feciſſet, uti videre eſt in omnibus caſibus conſimilium proviſionum, in quibus Pontifex ex ejus laudabili providentia diſponere dumtaxat intendit, quoties vera lis inter Patronos verſatur, & ſignanter penes *Mandoſ. ad Reg. 29. Cancell. quæſt. 11. n. 6. & 11. De Roſa de exec. litter. Apoſt. par. 1. cap. 16. n. 169. Card. de Luc. de Benef. diſc. 50. n. 10. & ſeqq. Rot. cor. Celſ. deciſ. 148. n. 2. & 3. & deciſ. 427. n. 5. cum ſeqq. par. 18. recent.*

Idcircò Marianus in hodierna Audientia plures propoſuit Articulos ad effectum demonſtrandi, quod memorata lis inter Comitiſſam Mariam, ac Teclam & Geltrudam nullam haberet ſubſiſtentiam, ſed apparenter, ac non ſine calumnia fuiſſet promota ad effectum obtinendi admiſſionem reſignationis, non obſtante diſſenſu Comitiſſæ Mariæ; Et DD., tùm quia nihil oppoſitum fuit ex parte Jo: Franciſci reſignatarii, & Oddi reſignantis, tùm etiam, quia iidem Articuli valebant ad Cauſam conferre, cenſuerunt indulgere Remiſſoriæ expetitæ per Comitem Marianum, juxtà eam benignitatem, quam & noſtrum Tribunal, & Iudices habere ſolent, ut unuſquiſque admittatur ad
5 probandum quidquid velit, & poſſit conferre ad victoriam, quam ſperat, inhærendo vulgatis principiis, quod & probationes non ſint anguſtiandæ, ut dicebat *Imperator in leg. quoniam multi in fin. C. de Hæret. & Manich. Rot. deciſ. 101. n. 42 coram Cerr. & deciſ. 284. n. 11. coram Priol.*, & quod Articuli, quando ſunt relevantes, ſemper veniunt admittendi, ut
6 proſequitur *Rot. cor. Pamphil. deciſ. 435. & deciſ. 69. coràm Vbag. & deciſ. 252. par. 15. recent. in omnibus num. 1., & alibi millies*; maximè, quia
7 Comes Marianus, Actor eſt in præſenti colluctatione, ut alias ad hunc effectum conſi-

deravit *eadem Rot.cor. Priol.dec.132.num.13.in Toletana Iuriſdictionis quoad. Eccleſias Regulares 4.Iulij 1687.§.Quamvis enim, cor.R.P.D. meo Molines*, & nupèr in *Nullius*, *ſeù Coloniens. Iuriſdiction is 11. Decembris proximè præteriti §. Verùm, cor.R.P.D. meo de la Tremville*.

Et ita utraque &c.

## *ANNOTATIO. ET ADDITIO.*

EXpedita Remiſſoria ad formam præſentis Deciſionis in vim Decreti, *expediatur*, facti ſub die 7. Aprilis 1698., ſupervenere probationes, ex quibus reſultavit aperta demonſtratio fraudis commiſſæ in procuranda reſignatione, de qua agebatur, undè Saladinus etiam in bono Iure triumphavit, ſicuti ſuo loco apparebit in geminis Deciſionibus, quæ coram Me illius favore emanarunt, in quarum calce finalis exitus exponetur.

Caſum non incurioſum præbuit quædam reſignatio de quodam Beneficio facta per Gabrielem Gatticum favore Ioannis ejus Pronepotis; cum enim præſupponeretur, eumdem Gabrielem falsò expreſſiſſe, quod Beneficium reſignatum duplici non eſſet affectione reſervatum Sedi Apoſtolicæ, Joſeph Antonius Girardellus illud a Sancta Sede impetravit; ſed opponente Gattico quod ex hoc capite ſubſtineri non poſſet hæc impetratio, quin potius locus eſſet regreſſui convento in caſu, quod reſignatio volita in perſona prædicti Pronepotis firma, & effectuata non remaneret, *Rota* judicavit favore Reſignantis, tum excludendo fraudem poſitivam, tum ex quo Papæ non fuerat expreſſus hujuſmodi regreſſus, tum & deniquè, quia fortaſsè novus eſſet hic modus impetrandi Beneficia certo modo, quando deſuper nullus aderat Canon, nulla Conſtitutio Apoſtolica, nulla Regula Cancellariæ, quæ Beneficia ſic reſignata faciant affecta, privando Reſignantes à ſuo regreſſu, uti latiùs expenditur *in Deciſ. diei 5. Mart. 1703. cor. R.P.D. Caffarello*.

Adeſt è converſo Conſtitutio Piana, ſeù *B.Pij V. la 58.*, irritans tamquam fraudolentas reſignationes factas coràm Ordinarijs favore Conſanguineorum ipſius reſignantis; quarè cum dubitatum fuerit occaſione cujuſdam veteris reſolutionis Sacræ Congregationis Concilij, an eadem Conſtitutio amplecteretur illas reſignationes, quæ fierent ex cauſa permutationis coràm Ordinario: requiſitus Ego ab Archiepiſcopo Mechlinien. pro ſubſtinenda eadèm permutatione in ipſa Sacra Congregatione Concilij, à qua conſultus fuit tanquàm Canoniſta etiam Doctus Prælatus *R.P.D. Serverolus*, ut in illius Voto *impreſſ. poſt Allegat. Palmæ Nep. tom. 3. alleg. 300.*, reſcripſi affirmativè, & ità fuit tandem à Sacra Congregatione determinatum. Exponebam itaquè.

Cauſa hæc, quæ prius multifarie trutinabatur, cum nuper redacta fuerit ad ſingu-
8 lare certamen, utrum nempe Conſtitutio
*B. Pij V. la 58.*, quæ expreſſe *ſub §. Cæterùm* prohibet Epiſcopis, ne reſignationes audeant admittere ad favorem Conſaguinei, vel Familiaris dimittentium, valeat amplecti illas reſignationes, quæ fiunt ex cauſa permutationis, profectò novas Allegationes expoſcere non videtur, dum in poſtrema propoſitione juxtà meam tenuitatem deducere conatus ſum quamplures *Authores*, & argumenta undique ſuadentia negativam opinionem, hodieque ſuperaccedunt Vota Canoniſtarum, quos credibile eſt, nihil prorſus in hac materia alienæ induſtriæ reliquiſſe.

Attamen obſequendo mandatis, munerique iniuncto pro viribus ſatisfaciens, crederem, quod ſivè libeat hujuſmodi articulum per *Doctorum* traditiones, ſive per vim, & efficaciam rationum perpendere, intrepidè definiendum veniat, præfatam Conſtitutionem obſiſtere non poſſe permutationibus cæteroquin de Iure validis, & admiſſis: Aggrediendo ſiquidem primam partem *Doctrinarum*, quamvis reverà nullus habetur *Doctor*, qui ſingulariter, & per explicita verba examinet punctum, an permutationes inter Conſaguuineos fieri poſſint coram Ordinario non obſtante Bulla Piana, nihilominus recte (ut par eſt) conſiderati, id ipſum virtualiter, & in ſubſtantia determinarunt; quoniam omnes, excepto *Pariſio de reſignat.*
9 *Benefic.*, qui *ſub lib. 5. quæſt. 6. num. 231.* miſere
prolapſus eſt in oppugnando, quod ſuſpenſio ſancita per eumdem *Beatum Pium* in antecedenti *Conſtit.* 42, de qua proxime, adverſus Ordinarios admittentes reſignationes, & permutationes, perduret adhuc de præſenti reſpectu Permutationum, uno ore docuerunt, quod *Beatus* iſte Pontifex præſcripſit quidem in ſubſequenti *Conſtit. 58.*, ac dinumeravit certos caſus, quibus reſignationes admitti poſſent, vel non ab Ordinario, ſed
10 quòad permutationes litteràliter ſubſtulit
priorem ſuſpenſionem, illaſque *ſub §. in fin. verſ. ad hæc* libere remiſit ad præſcriptum Iuris, & Apoſtolicarum Conſtitutionum.

Ita namque videre eſt apud *Gonzal. ad regul. Cancell. gloſ. 14. n. 34. & ſeqq. Flav. Cherubin. in Compend. Bullar. dicta Conſtit. 58. ſchol. 2. fol. mihi 91. Flores de Mena quæſt. 24. num. 21. Azor. Inſtit. moral. cap. 16. quæſt. 5. circà fin. & cap. 29. quæſt. 16. Garz. de Benef. par. 11. cap. 4. n. 63. Barboſ. de univerſ. Iur. Eccleſ. lib. 3. cap. 15. n. 174. verſ. & quamvis Flaminius, Gratian. diſcept. 159. n. 5. Ricc. deciſ. 37. in princip. par. 1., & deciſ. 195. n. 5. & ſeqq. p. 3. Paz. Iordan. var. elucubrat. to. 2. lib. 10. tit. 35. num. 26. Vgolin. de Offic., & poteſt. Epiſcop. cap. 50. §. 19. n. 1. Cochier. in Sintagm. de permut. Benefic. par. 1. cap. 2. n. 4. & 5. Modern. Co-*

po-

Digitized by Google

*pon. contr. forenſ. contr. 71. n. 1. in fine.*

Si igitur ex communi voto omnium *Scri-*
*bentium* receptum apparet, quod *Beatus Pius*
nihil prorſus de novo diſponendo quoad
permutationes, illarum admiſſionem illiba-
re permittit Ordinariis, dummodò non eſ-
ſent à Sacris Canonibus, & Apoſtolicis Con-
ſtitutionibus interdictæ, in claram emicat
conſequentiam, quod amplius non eſt quæ-
rendum, utrum Bulla Piana prohibeat per-
mutationes inter Conſanguineos, ſed unicè
remanet indagandum, an à Iure communi,
vel cæterarum Apoſtolicarum Conſtitutio-
num talis prohibitio dignoſcatur inflicta; &
11 certè duntaxat invenitur, quod Sacri Ca-
nones abhorreant fœdam illam ſucceſſionem
Beneficiorum de Patre in filium ſaltem im-
mediatè, juxta tradita per *Scribentes in cap. ex*
*tranſmiſſa, & cap. ad extirpandas, de fil. Presbyt.*
*Gonzal. ad regul. Cancell. gloſ. 5. n. 33. Garz. de*
*Benefic. par. 7. cap. 3. n. 18. bon. mem. Fagnan. in*
*cap. ex parte num. 2. & ſeqq., & in cap. non ſine*
*num. 30. & ſeqq. de arbitr. Barboſ. de Epiſcop. alle-*
*gat. 65. n. 16. verſ. ſed melius, Rota cor. Seraph.*
*deciſ. 1442. num. 6.*

At quod inter Patruum, & Nepotem,
& alios quocumque conſanguinitatis gradu
conjunctos ulla intercedat Sanctio prohibi-
tiva, fas proculdubio non eſt adinvenire, ut
12 præter *bon. mem. Fagnan.* hujuſmodi differen-
tiam inter deſcendentes, & tranſverſales
prænotavit *Text. in cap. 2. de arbitr., & in cap.*
*accedens de accuſat., & in cap. ex parte, de offic.*
*Deleg. Cibalin. de Simon. quæſt. 16. conſectar. 1.,*
& quod frater fratri ſuccedere poſſit in Be-
neficio tradit *Abbas in d. cap. ex tranſmiſſa nu. 3.*
*de fil. Presbyt. Suyr. de Cenſur. lib. 6. cap. 10. n. 44.*
*Azor. Inſtitut. moral. par. 2. lib. 5. cap. 44. quæſt 6.*
*verſ. ratum eſſe videtur, Barboſ. ad Concill. ſeſſ. 25.*
*cap. 15. num. 8.*, & in puncto permutationis
*Petrus de Vbaldis de permut. Benefic. inter tract.*
*magn. tom. 15. fol. mihi 184. num. 31.*

Agnito itaque, quod perluſtratis omnium
*Scribentium* traditionibus in hac materia, *Bea-*
*tus Pius* permutationes remiſerit Ordinariis
ad normam Iuris, quodque de Iure nulla le-
gitur prohibitio, ſive impedimentum, inu-
tile videtur opus inquirendi alias rationes;
Sed adhuc illæ coruſcant fulgentiſſimæ non
minus inſpectis verbis, & ordine ſervato per
*Beatum Pium*, quàm manifeſto, ſaltem ad ef-
fectum, de quo agitur, diſcrimine inter re-
ſignationes, & permutationes.

Diximus; inſpectis verbis, & ordine, quo-
niam cum *idem Pius* in antecedenti *Conſtit. 42.*
quæ ſolum ex incuria recollectorum habe-
tur impreſſa in veteri Bullario, per plures,
ac plures vices mentionem fecerit ſeorſim
de reſignationibus, ac permutationibus,
adeout diſcriminatim de utraque ſpecie lo-
quendo contentus non fuerit adhibere ſo-
lum vocabulum reſignationis: hinc proinde
quando etiam in ſubſequenti *Conſtit. 58. a. §. 3.*
*in fin. verſ. Ad hæc*, expreſſam quoad permu-
tationes non feciſſet præſervativam ad for-
mam Iuris, ut ſupra, attamen ſola proviſio
quoad reſignationes exuberaſſet pro exclu-
ſione permutationum, ex regula notiſſima,
13 quæ naſcitur a diſcretione ordinis, & quod
quemadmodum ubi voluit, expreſſit, ita
ubi omiſit, noluiſſe cenſetur, ut ex *l. unica*
*§. Sin. autem C. de caduc. tollen.* communiter
arguunt *Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 14. n. 10.*
*Rot. cor. Royas dec. 22. n. 11. & dec. 67. n. 16. & 18.*

Neque minus eumdem diſcretivum ordi-
nem, & intellectum ſuadet, vel ſaltem præ-
ſupponit Conſtitutio *Gregorii XIII.* ſucceſſo-
ris immediati la 85; dum enim illa *ſub §. 7.*,
explicitè iubet, publicandas eſſe non ſolum
14 reſignationes, ſed etiam permutationes, quæ
fierent coram Ordinariis, hinc pernecesſario
ſequitur, & quod permutationes ad Iuris
normam permiſſæ ſint coram Ordinariis, ve-
rum quoque, quod inter ſe differant reſigna-
tio, & permutatio, aliàs enim *Gregorius ſub*
§. 7. non addidiſſet illa verba = *etiam ex cauſa*
*permutationis*, ſed ſimpliciter adhibuiſſet il-
lud, quod jam expreſſerat *reſignationis*, & ita
de facto obſervavit *Capon. d. controv. 71. n. 1.*,
ac de cætero planum eſt, quod melior expli-
15 catio Bullarum haberi nequit, quàm ea,
quæ ex Conſtitutione Principis ſucceſſoris
promanat, ut poſt *Angel. in conſ. 274. num. 1.*
*ad med. cum ſeqq.* inquit *Spad. conſ. 265. n. 19.*
*lib. 2. Rot. cor. Cavaler. dec. 612. n. 42.*

Clareſcit hæc veritas accedendo ad diſcri-
men, ac notabilem differentiam, quæ inter
reſignationem, & permutationem dignoſci-
16 tur; quoniam non ex alia ratione vetavit
*Pius* fieri reſignationes, ſeù Beneficia reſi-
gnata conferri ad favorem Conſanguineo-
rum, & Familiarum, niſi quod cùm directè
nequeat Epiſcopus de Iure admittere reſi-
gnationes ad favorem certæ perſonæ, ſed de-
beant eſſe ſimplices, & puræ, hinc quotieſ-
cumquè Beneficia, juxtà apparentiam liberè
reſignata, poſtmodùm conferrentur Con-
ſanguineis, ſeù Familiaribus ipſorum dimit-
tentium, ſeù Collatorum, nimium de facili
poſſet ſuſpicari, quod libera illa reſignatio
foret colorata, ac in ſubſtantia præceſſiſſet
promiſſio, vel pactum illa conferendi ad fa-
vorem certæ perſonæ, videlicet illius Con-
ſanguinei, aut Familiaris, qui magis, quàm
extraneus colluſiſſe, vel ita pepigiſſe præſu-
muntur, ſecundùm ea, quæ in individuo, ac
perbelle conſideravit *Fagnan. in cap. non ſine*
*n. 48. de arbitr. Ganant. in verb. Benefic. reſignat.*
*verſ. & quare Ordinarii, Leo in Theſaur. for. Ecl.*
*par. 2. cap. 3. n. 69. Barboſ. de univerſ. Iur. Eccl.*
*lib. 3. cap. 15. n. 112. clar. mem. Card. de Luca*
*lib. 14. in ann. not. ad Sac. Concil. diſc. 49. n. 4.* &
in ſpecie trutinando illa verba Conſtitutionis
Pianæ = *etiam per fallacem circuitum multiplica-*
*torum*

*tarum in extraneos Collationum* = ponderavit
*Pariſ. de reſignat. lib. 5. cap. 6. n. 188. & 189.*,
& ſignantèr *num. 193. verſ. idque procedere*,
17 & ſuper conſimili fraudolento circuitu, ut
Pater, qui non poteſt reſignare ad favorem
filii, nequeat etiam extraneo, qui poſtea re-
ſignet filio, adeſt Bulla *Clementis VII.* de qua
*Mandoſ. in tract. de Signat. Gratiæ tit. de diſpenſat.
ad Benefic. in Eccleſiis, in quibus Pater &c. Rebuff.
in prax. benefic. tit. de pacific. poſſeſſ. n. 277. Pariſ.
de reſignat. lib. 4. quæſt. 7. num. 7.*

Verùm ratio hæc minime adaptatur per-
18 mutationi, quoniam cum nulla prorsùs ha-
beatur prohibitio, quod permutationes di-
recte, & abſolute celebrari valeant coram
Ordinario, imò ad hoc ſunt *Text.* expreſſi *in
cap. Quæſitum, de rer. permut.*, *& in cap. unico,
eodem tit. in 6.* de plano ſuboritur, quod per-
19 mutatio, quæ exiſtit reciproca quædam re-
ſignatio, & ſubingreſſus unius in Beneficium
alterius, ea ſui natura de neceſſe deſideret,
ut ad invicem fiat ad favorem, aliàs non te-
neret, & collabeſceret, ex literali Decreto
*Bonifacii VIII. in d. cap. unico, de rer. permut. Re-
buff. in prax. benefic. tit. de permut. n. 1. Ognat. de
contract. to. 3. par. 1. diſput. 90 ſect. 4. n. 95. Barboſ.
de univerſ. Iur. Eccleſ. lib. 3. cap. 15. num. 167.*

Prout non minus incongrua redditur al-
20 tera ratio præſumptæ fraudis, & illicitarum
pactionum, quæ plerumque (ut proſequitur
*Fagnan. in d. cap. non pinè de arbitr. n. 47.*) ſolent
ineſſe reſignationibus, cum nemo præſuma-
tur a ſe libenter abdicare Beneficium, ut il-
lud generoſe transferat in alium: Siquidem
21 permutationes, quæ palam, & in aperto ce-
lebrantur, habent cauſam inter ſe correſpe-
ctivam, nulluſque Permutantium perdit Be-
neficium, ſed illud commutat cum altero
ſibi magis commodo, vel proficuo, ideoque
dumtaxat deſideratur auctoritas Ordinarii,
qui & ſuppleat defectum poteſtatis, quam
nemo Beneficiatus, uti merus uſufructua-
rius, habet diſponendi de Beneficio, & ſe-
dulò perquirat, an juſta, vel rationabilis
cauſa concurrat, quæ perſonarum transla-
tionem de uno ad aliud Beneficium expoſ-
cat; unde ſæpius canonizata volitat propo-
22 ſitio, quod quemadmodum per reſignatio-
nem providetur perſonæ, & non Beneficio,
ita è converſo mediante permutatione provi-
deatur Beneficiis, & non perſonis, ex ple-
nè deductis per *Gonzal. ad reg. Cancell. d. gloſ.
14. num. 51. cum tribus ſeqq.*

Accedit denique altera animadverſio,
23 quod non ſolum apud *Scribentes*, & in ipſa
compilatione *Decretalis* ſub diverſo titulo,
& Rubrica apponuntur reſignationes, &
permutationes, ut conſtat ex titulo *de renun-
ciat.*, & ex alio *de rer. permutat.* verum etiam
denegari nequit, eamdem *Pianam Conſtitutio-
nem*, tanquam Iuris communis correcto-
riam, & abrogantem Ordinariorum poteſta-
tem, cenſendam eſſe pœnalem, & undiquè
24 odioſam, ac propterea cum loquatur de
ſimplicibus reſignationibus, illam extorque-
ri non poſſe ad permutationes, aliaque ge-
nera vacationum, ut firmavit in ſpecie *Ricc.
d. dec. 40. n. 5. par. 4. Suarez. de Relig. to. 1. cap. 43.
num. 11. Layman. Theolog. moral. lib. 4. tract. 10.
cap. ult. §. 8. n. 75. verſ. illud porrò*, benè *No-
var. in Summ. Bull. par. 1. Comment. 30. n. 23.*

Et ex his obeſſe nequit in præſenti reſolu-
tio illa in Cauſa *Feretrana* de anno 1673.; ul-
tra enim, quod non fuit in illa animadver-
25 ſum, quod Beneficia, quæ non exiſtunt li-
beræ collationis, ſed ad alterius, prout hic,
electionem, præſentationem, ſeu nomina-
tionem pertinent, nullo modo cadunt ſub
Piana diſpoſitione, ex aperta declaratione
edita per ſa. mem. Gregorium XIII. relata
per extenſum apud *Quarant. in Summ. Bullar.
verbo Beneficiorum reſignatio fol. 215. in fine*, ac
de qua poſt *Proſper. de Auguſtin. in appendic. ad
Summ. Bullar. par. 2. verbo Benef. reſignat. fol. 608.*
latè meminit *Garz. de Benefic. par. 11. cap. 3. §. 3.
num. 268. Antonell. de regim. Eccleſ. lib. 2. cap. 10.
num. 14. clar. mem. D. Card. de Luc. de Benefic. diſ-
curſ. 65. num. 17.*

Adhuc in illo caſu res erat in fieri, pla-
cuitque S. Congregationi Epiſcoporum præ-
ventive conſulenti rigoroſius, magiſque tu-
tè reſpondere; ſed hodie verſamur in per-
mutatione jam admiſſa, ac de Permutatario
actualiter poſſeſſore, proindeque præter no-
26 tiſſima axiomata = *turpius eijcitur &c.*, &
quod = *multa facta &c.*, adſtipulatur reflexio,
quod omnes malæ præſumptiones ob aucto-
ritatem ab Archiepiſcopo jam interpoſitam
ſubvertuntur, & ceſſant, ſicuti in his termi-
nis reſponderunt *Gibalin. conſectar. 7. n. 6. de
Simon. Gonzal. in cap. cum univerſorum n. 8 de
rer. permut. Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib. 3. cap. 15.
n. 161. & 172. in fin.* alijque per ipſos congeſti.

Cœterùm ſuper reliquis exadverſo obie-
ctis defectibus hujuſce permutationis, non
inſiſtimus, tùm quia redacta eſt ex præcepto
hujus Sacræ Congregationis Cauſa ad exa-
men dumtaxat Bullæ Pianæ: Tum etiam,
quia omnibus difficultatibus abunde ſatisfe-
ci in mea Informatione impreſſa, quæ inci-
pit = *Cum hodie*, & in ultima Replicatione
manuſcripta, quæ incipit = *Quoniam Dominus*;
ſolumque ſuperaddimus, quod in præſenti
ſuperfluæ ſunt indagationes ſuper aſſertis ſi-
mulationibus, dum, ut advertit omninò *vi-
27 den. Garz. de Benef. par. 11. cap. 4. n. 102.* ſu-
blatæ extiterunt per *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24.
cap. 19.* Expectativæ, in præjudicium qua-
28 rum ſolummodo reflectere conſueverunt
*Scribentes*, an permutatio dici poſſet facta in
fraudem futuræ vacationis, & habentium
Expectativas, & cum *Garz.* concordat *Paſſa-
rin. in dict. cap. unico n. 28. verſ. tamen ut ipſe,
de rer. permut. in 6.*

Ad id tandem, quod dicebatur, ex Bulla erectionis ſa. me. Pii IV. deſiderari quandam ſpeciem Concurſus inter plures eligendos, modò cæteris reſponſionibus huic obiecto attributis adjungimus, quod dato etiam, & non conceſſo, quod non ſimplex electio, ſed poſitivus Concurſus foret in eadem Bulla præſcriptus, non ideo remanet impedita permutatio; nam etſi tam ex diſpoſitione
29 Concilii, quàm alterius Bullæ ſa. me. Pii V. in Eccleſiis Parochialibus formalis injungatur Concurſus, attamen receptum eſt, quod Parochi poſſint permutare, ut millies definivit *Sacra Congregatio*, ut in *lib.*1. *Decretorum fol.*36. 106. *&* 107. *&* *lib.*7. *fol.* 43. ubi ſolum fit diſputatio ſuper novo examine faciendo reſpectu Permutantium; tanto magis idipſum ſtatuendum eſt in caſu noſtro, ubi Canonicatus exiſtunt tantummodò electivi, & in Beneficiis electivis non ſecus, ac in aliis cadere reſignationes, & permutationes de conſenſu Electorum, latiſſime demonſtravimus in anteactis Allegationibus.

## ROMANA PRÆLATURÆ DE VECCHIARELLIS.

*Luna* 10. *Martii* 1698.

### ARGVMENTVM.

Exceptio antiquioris Fideicommiſſi nequit allegari per hæredem ejus, qui ſuper remiſſione eiusdem antiqui Fideicommiſſi tranſegit cum ordinatore poſterioris Fideicommiſſi, non obſtante, quod inter tranſigentes nulla de facto lis adeſſet, ſed ſolus timor litis probabiliter movendæ, præſertim, quoties tranſactio facta fuit bona fide, & ex cauſa honeſta, & laudabili, quia tunc fortius afficit hæredes traſigentium, licèt ex propria perſona vocatos ad Fideicommiſſa antiqua, ſuper quibus fuit tranſactum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Fructus in Iudicijs poſſeſſorijs ſunt reſtituendi per ſuccumbentem a die litis legitimè conteſtatę.*
2 *Fructus Fideicommiſſi ſpectant ad hæredem hæredis gravati, quouſque aliquis compareat, qui prætendat ad idem Fideicomiſſum ſuccedere.*
3 *Renunciatio Fideicommiſſi non minùs afficit renunciantem, quàm ejus hæredes, & num.*4.
5 *Exceptio* = tua non intereſt, *apponè ſemper poteſt ei, qui agit, vel excipit circa id, quod illi non pertinet.*
6 *Filius, ergò hæres, an quis præſumatur, remiſſive.*
7 *Hæres nequit impugnare factum ſui Authoris.*
8 *Tranſactio inita abſquè ulla præcedenti lite, vel ſuper re clara, non ſubſtinetur.*
9 *Tranſactio ut ſubſtineatur ſufficit, quod præceſſerit ſi non lis effectiva, ſaltèm probabilis timor litis inferendæ.*
10 *Tranſactio inita per hæredem gravatum bona fide, & ex juſta cauſa, afficit etiam Fideicommiſſarios ſucceſſivè vocatos ad Fideicommiſſum.*
11 *Valor juſtus rei dicitur ille, ad quem aſcendunt fructus ejusdem rei calculati per ſpatium* 20. *Annorum.*
12 *Fabricius Card. Spada Signaturæ Iuſtitiæ Præfectus laudatur.*
13 *Aperitio oris non datur adversùs tranſactionem, confirmatam Beneplacito Apoſtolico, niſi concurrente magna, & urgentiſſima cauſa.*
14 *Confirmata per Principem debent perpetuò obſervari.*
15 *Reipublicæ intereſt, lites ſemel ſopitas, iterum non inſtaurari.*
16 *Metus excluditur, ubi facilis eſt recurſus ad Principem.*
17 *Tranſactio non poteſt ex cauſa læſionis reſcindi, quando ea fuit confirmata à Principe ex certa ſcientia.*
18 *Læſio eſt probanda ab allegante, & quidem de tempore initæ tranſactionis.*
19 *Læſionis probatio in tranſactione ob dubium litis eventum eſt quaſi impoſſibilis.*
20 *Illatio non fit ex gravamine particularium perſonarum ad intereſſe Communitatis.*
21 *Servitus quælibet acquiri poteſt per immemorabilem conſuetudinem.*
22 *Valor probatur ex redditu per decennium.*
23 *Liquidatio, & taxatio poteſt ſemper ad æquitatem reduci, remanente firma ſubſtantia contractus:*
24 *Ceſſionarius acquirit omnia jura cedentis, & n.*45.
25 *Poſſeſſori ſufficit reddere aliquo modo dubiam Actoris intentionem.*
26 *Molendina quilibet conſtruere poteſt in Flumine non navigabili, abſquè eò, quod Princeps, vel Communitas aliquod Ius ſuper illis prætendere valeat.*
*Et de ratione, ibid.*
*Si verò Flumen ſit navigabile, nequit in illo conſtrui Molendinum abſquè licentia Principis, vel Civitatis, num.*27. *&* 28. *ubi de ratione.*
29 *Civitas ſubdita non poteſt præſcribere Regalia.*
30 *Qui habet commodum Molendini, debet etiam habere onus illud manutenendi.*
31 *Enunciativæ non probant, quandò contingit principalitèr de enunciata diſputari.*
*Vel quando emanarunt à perſonis intereſſatis, num.*32.
33 *Verba genitivi caſus non ſemper denotant dominium, & quando ſecùs, & num.*38.
34 *Identitas rei in Fœudum, vel Allodium conceſſæ quando probari debeat à Domino concedente.*
*Præſertim, ſi alia perſona in loco controverſo poſſideant bona libera ab omni Feudo, vel Allodio, num.*35.
36 *Obſervantia continuata probat, rem eſſe liberam, & non feudalem, vel de dominio alterius.*
37 *Taciturnitas eſt conjectura, & indicium non Iuris, & num.*39.
40 *Centenariam habens poteſt ad ſui favorem allegare*

*re meliorem titulum de Mundo.*

41 *Conductor rei propriæ regulariter nemo præſumitur.*

42 *Poſſeſſio intermedia præſumitur probatis extremis, adeout non ſit neceſſe illam probare in ſingulis annis continuatam.*

43 *Poſſeſſio, ejuſque effectus non tollitur ex ſequeſtro, & occupatione facta per Fiſcum.*

*Et de ratione n.46.*

44 *Petitio extrajudicialis non eſt apta interrumpere centenariam,*

## DECISIO XXXVI.

NOn ambigentes Domini de viribus præcedentis reſolutionis juxtà Deciſionem deſuper extenſam ſub die 9. Decembris Anni proxime præteriti, ex ſola nihilominus benignitate cenſuerunt annuendum novæ Audientiæ expetitæ pro parte filiarum Mariani Iun. quoad controverſam per eaſdem filias identitatem bonorum, ad quæ tàm in ſententia A.C., quàm in præfata antecedenti reſolutione Vincentio concedebatur immiſſio, ſub eo præcipuè fundamento, quod cum nonnulla ex prædictis bonis annotatis in ſententia A. C. ſubiacerent antiquioribus Fideicommiſſis ordinatis à Bartholomeo, & Vincentio Sen., durum ipſis videbatur, quod ſtante alio Iudicio in eodem noſtro Tribunali pendente coram R. P. D. meo de la Tremoille inter eaſdem filias, ac Bartholomeum Iun., & Valerium prætendentes nonnulla ex eiſdem bonis ab earum manibus vindicare in vim memoratorum Fideicommiſſorum Bartholomei, & Vincentii Sen., duplex, ut ſequutum fuerat, infortunium ſubire tenerentur iteratæ condemnationis; quamvis enim in ſubſtantia prædictæ filiæ nihil haberent agere reſpectu eorumdem bonorum ad finem, ut ſive in uno, ſivè in altero Iudicio illa poſſent vel in unica gleba ad earum commodum retinere, itaut de facto poſitive renunciaverint præfato Iudicio vigenti coram R. P. D. meo de la Tremoille, remanente ſolum altercatione inter Bartholomeum, & Valerium ad invicem contendentes, nihilominus durities ſtabat in eo, quod ſummopere earumdem filiarum intererat ſcire, an bona deſcripta in ſententia A.C., & ad quæ Domini conceſſerant immiſſionem Vincentio, forent revera ſuppoſita Fideicommiſſo R. P. D. Mariani Petri, uti præſupponebat Vincentius, vel potiùs vetuſtioribus Fideicommiſſis Bartholomei, & Vincentij Sen., ob ſatis evidens intereſſe fructuum reſtituendorum; dato namquè, quod bona forent obnoxia Fideicommiſſo Mariani Petri, ultro admittebant, quod conſecutiva ad immiſſionem attributam Vincentio eidem deberentur fructus à die litis per ipſum Vincentium legitimè conteſtatæ, nimirùm ab Anno 1687., cum id ſit
1 ſequela Iudicij introducti in vim *l. fin. C. de Edict. D. Hadrian. tollen.*, & cujuſvis alterius Iudicij moti in actione adipiſcendæ poſſeſſionis, ſeu (ut dicitur in Curia) immiſſionis, ad tradita per *Rot. coram Merlin. deciſ.330. num.2. & 3. & num.7. Pentinger. deciſ.390. n.1. Zarat. deciſ.17. num.1. & 2. & deciſ. 404. n.8. & 9. coram Priol.*

E' converſo autem quotiès bona ſupradicta ſuppoſita declararentur antiquioribus ordinationibus Bartholomei, & Vincentij Sen., pròut etiam contendebat Valerius in hac ipſa Audientia coràm Me, profectò cum eadem Fideicommiſſa expectarent ad eorum purificationem obitum Mariani Iun. ſaltèm ſinè filijs maſculis, idcircò cum iſte ſecutus fuerit nuperrimè de Anno 1696., non poterant ex eadem ratione filiæ ejusdem Mariani Iun. (quantumvis excluſæ) cenſeri conſtitutæ in mala fide ad effectum reſtitutionis
2 fructuum, niſi quòuſque comparuiſſent prædicti Bartholomeus Iun., & Valerius, interim namque hæredes hæredis gravati bona fide fructus ſuos faciebant, ex his, quæ habentur *in l. ſed etſi, §. Antè litem, ff. de petit. hæred. & in l. quæſitum, §. Hoc interdictum, ff. de precar. Migon. deciſ. Lucen. 33. ex num.34.*, & ſignantèr *num.37. Modern. Camerinen. alleg.92. num.37. Rot. deciſ.672. num.2. coram Dunozett. Iun. deciſ.251. num.3. par.15., & deciſ.288. num 2. cum duobus ſeqq. par.17. rec.*, ſicque novem circitèr intercedebant Anni differentiæ obligationis reſtituendi bona, vel ab uno, vel ab alterutro Fideicommiſſo dependentia.

His nihilominus fundamentis, & exceptionibus auditis, Domini non putarunt, recedendum eſſe à deciſis: quidquid enim ſuo loco dicendum eſſet de hac temporis diſcretiva quoad fructus, ſuper quibus nec etiam ullum poterat allegare præjudicium Valerius, niſi a die litis ab eo promotæ poſt obitum Mariani Iun., quatenus concernebat memoratas filias viſum fuit, illas nullo modo tueri ſe poſſe ſub hoc clypeo Fideicommiſſorum antiquorum, ſtantibus ampliſſimis tranſactionibus initis de Anno 1639. & 1640. inter clar. mem. Cardinalem Odoardum hæredem, & Primum Prælatum à Mariano Petro poſteriore fideicommittente ſcriptum, & deſignatum ex una, ac inter Pompeum, & alterum Vincentium, qui poterant prætendere vocationem ad fideicommiſſa Bartholomei, & Vincentii Sen., in quibus ſane tranſactionibus, afficientibus litteraliter ſucceſſores, & hæredes ipſorum tranſigentium, præcisè remittebatur quodcumque Fideicommiſſum favore Cardinalis Odoardi poſitive ſtipulantis pro ſe, ac hæreditate Mariani Petri poſterioris, ut diximus,
3 fideicommittentis, unde fruſtra præmiſſæ filiæ,

Digitized by Google

liæ, tamquam habentes cauſam a Pompeo altero ex tranſigentium, obiiciebant fideicommiſſa, quibus expreſſe idem Pompeus, cujus erant hæredes mediante perſona Mariani Jun. illarum Patris, renunciauerat, *vulg. l. cum a Matre C. de rei vindic. Rot. cor. Bich. deciſ. 134. num. 35. & ſeqq. & deciſ. 158. num. 28. & in Vrbevetana Fideicommiſſi 6. Martii 1693. §. fin. cor. R. P. D. meo Pio.*

Quinimo, ultra Pompeum, alio vinculo hæreditario obſtringebantur filiæ excipientes, nimirum ex perſona Hippolyti earum Aui, ac pariter Authoris: licet enim is non intervenerit celebrationi prædictæ tranſactionis. ſine remiſſioni veterum Fideicommiſſorum; attamen cum idem Hippolytus acceptauerit quoddam legatum R. P. D. Mariani Petri Inſtitutoris hujus Prælaturæ, ſicuti docebatur *in Summario Vincentii* dato in præterita propoſitione *num.* 36 & 37., non poterat conſequenter effugere legem ejuſdem R. P. D. Mariani Petri, qui expreſſe in ejus Teſtamento indixerat revocationem ejuſdem legati, quotieſcumque idem Hippolytus R. P. D. Mariani Petri fideicommittentis frater auſus eſſet impugnare ſuam diſpoſitionem: Quamobrem cum & ejuſdem Hippolyti, mediante eadem perſona Mariani Jun. earum Patris, qualitatem hæreditariam
4 in ſe retinerent, utique ex hoc (ut diximus) duplicato vinculo qualitatis hæreditariæ nequibant contraire voluntati R. P. D. Mariani Petri, quam earum Authores agnoverant, & admiſerant, ut præter ſupra relatos in eiſdem terminis reſpondit *Rot. dec. 38. num. 5. coram Peutinger., & in Bononien. Prædii 15. Martii 1680. §. Nec dubitari, cor. Reverendiſs. D. meo Decano, & in Romana, ſeu Verulana Fideicommiſſi 21. Iunii 1697. §. Nec relevat in fin.* confirmata 21. *Februarii mox elapſi coram R. P. D. meo Caprara.*

Cum itaque præfatæ filiæ circa Fideicommiſſa Vincentii, & Bartholomei Sen. nullum foverent intereſſe, quia fuerant nedum in prædicto Judicio agitato coram R. P. D. meo de la Tremoille tamquam fœminæ excluſæ, ſed etiam, ut præmiſimus, eidem Judicio renunciaſſent, neque etiam earum intererat impugnare Fideicommiſſum, & Prælaturam volitam a R. P. D. Mariano Petro; quia licet iſte diſpoſuiſſet de bonis anteceſſoribus Fideicommiſſis obnoxiis, nihilominus, quia forte tantundem recepere Pompeus. & Hippolytus, uti etiam ſufficienter apparebat ex tenore præfatarum tranſactionum, eo ipſo, quod oſtendebatur, & Hippolytum acceptaſſe legatum R. P. D. Mariani Petri ſub præcepto non intervertendi ab eo diſpoſita, quodque magis eſt, Pompeus earumdem filiarum Author remiſerat antiquiora Fideicommiſſa, de plano ſequebatur, quod ſicuti ipſe non valebant facto, & tranſactioni illorum, a quibus cauſam habebant, contravenire, ita nec ad eas referret, ſi Valerius, aut Bartholomeus Jun. vindicarent hæc bona contra Prælatum: ſicque complacuit Dominis etiam in hoc propoſito tranſire cum poſtremo Paragrapho *præterita Deciſionis*, quod ſemper eiſdem Nobilibus Puellis obſi-
5 ſteret regula, *tua non intereſt*, de qua ultra *ibidem* deductos quoties habetur in Voluminibus noſtræ facultatis, & ſignanter apud *Gratian. diſcep. 653. ex n. 28. cum plur. ſequent. Magon. deciſ. Florent. 1. n. 59. Rot. cor. Gregor. deciſ. 118. num. 5. & 6. deciſ. 396. num. 3. & deciſ. 21. n. 8. cor. Bich.*

Fortius autem, quia nec Valerius in rei veritate videbatur poſſe quidquam obiicere contra Fideicommiſſum demandatum a R. P. D. Mariano Petro pro Prælatura ex capite præcedentium Fideicommiſſorum pluries repetiti Bartholomei. & Vincentii Sen.; quia idem Valerius exiſtit filius alterius Vincentii, qui pariformiter cum Cardinali Odoardo tranſegit, remiſitque non minus, quam Pompeus, & Hippolytus in eadem tranſactione antecedentia Fideicommiſſa fauore Cardinalis Odoardi, ac Prælaturæ, & ultra qualitatem filiationis, (quæ
6 hodie etſi ſtante *Iure Prætorio* non faciat neceſſarium heredem, facit tamen illum præſumere, ex animaduerſis per *Mar. Medic. dec. Senen. exam. 50. per tot. & decis. 79.* pariter *per tot.*,) explicite ſeſe profeſſus erat poſſeſſorem bonorum hæreditariorum Patris, necnon etiam hæredem, *dicto præterito Summario Vincentii num.* 39. ideoque nec ipſe Valerius juridice valebat in hac Cauſa mota ad inſtantiam Prælati aliquid objectare in vim præcedentium Fideicommiſſorum, quibus pariformiter Vincentius ejus Pater, & Author reſpectiue per tranſactionem renunciave-
7 rat, ex toties neceſſario inculcata propoſitione, quod hæres nequit contraire facto ſui Authoris, ut per *Valeron. de tranſact. tit. 4. quæſt. 2. num. 40. & ſeqq. Vrceol. eodem tract. quæſt.* 80. *ex num. 1 cum ſeqq. Rot. poſt eumdem deciſ. 13. num. 5. & 6. & deciſ. 39. num. 14. cor. Vbag., & in Bononien. de Dulphis 13. Martii* 1656. §. 1. *coram bon. mem. Albergato.*

Non attenta replicatione Valerii, qui deſtruere ſatagebat ipſam tranſactionem a fun-
8 damentis, quaſi quod inita fuiſſet abſque præcedenti lite, & ſuper re clara, contra litteram *Text. in l. in ſumma 65. poſt princip. ff. de condict. indebit., & in l. Præſes 12. C. de tranſact. Rot. deciſ. 280. n. 14. & n. 17. & 18. part. 14. recent., & in Placentina invaliditatis Concordiarum 5. Iulii 1693. §. 1. cor. bo. me. Emerix.* Quia præterquam etiam ex parte Cardinalis Odoardi remiſſa, ſiue data fuerant tranſigentibus quamplura bona veluti in mutuam compenſationem; adhuc cum eadem lis tanquam imminens, & futura, nimium-

que de per ſe veriſimilis enunciaretur in eadem tranſactione, & accederet cauſa moti
va inenndi eamdem tranſactionem tanquam utilem nedum Familiæ tranſigentium, ob illum fulgorem, qui coruſcare ſolet per munus Prælaturæ perpetuum in Familiis, verum qnoque ipſi Vincentio, a quo poterat promanare Prælatus, quemadmodum olim prætendit ipſe Valerius, profecto non minus in-
9 ſpecto timore litis ſuperimminentis, quam introſpecta medulla, ſiue cauſa tranſigendi, tranſactio, præcipue celebrata inter majores, ac prudentes Viros, erat undequaque valida, & ſubſtentabilis, per ea, quæ in terminis primæ propoſitionis habentur apud *Valeron. de tranſact. tit. 2. quæſt. 2. num. 9. & ſeqq. Vrceol. eodem tract. quæſt. 2. num. 32. cum ſeqq., & quæſt. 50. num. 9. Modern. Forolivien. in addit. ad Ramon. conſ. 62. num. 103. Rot. coram Carill. dec. 132. num. 5. & 6. deciſ. 380. num. 2. & 3. poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ. & in recent. dec. 228. n. 9. part. 13. dec. 107. n. 7. part. 15., &*
10 *deciſ. 19. num. 9. part. 37.*, & in ſpecie ſecundæ *Card. de Luc. de Donat. diſc. 28. num. 13. Rot. cor. Carill. dec. 141. n. 5. & 6., & in Bononien. Fideicommiſſi 1. Junii 1696. §. Etſi enim, coram R. P. D. meo Molines, & in Romana Cenſus 5. Junii 1697. §. Tum demum quia, cor. R. P. D. meo Caprara.*

Neque (quantumvis ad exuberantiam) diſplicebat reflexio, quam adducebat Vincentius aſpirans ad Prælaturam, quod præſertim in ultima tranſactione Pompeus pollicitus videbatur euictionem non ſolum pro rata ad ſe, ſuoſque hæredes, filioſque, & alios vocatos obtingente, ſed pro tota manutentione bonorum remanſorum in hæreditate R. P. D. Mariani Petri, relictorum, que per eamdem tranſactionem in manibus Cardinalis Odoardi tunc Prælati; unde quatenus non ſuffeciſſent præmiſſa ſuper claro non jure filiarum etiam reſpectu conſequentiæ fructuum, attamen (etſi, ut diximus, ex abundanti) hæc promiſſio Pompei circa evictionem bonorum, quæ divelli contigiſſet a vocatis in diſpoſitionibus Bartholomei, & Vincentii Sen., veluti per titulum hæreditarium Pompei transfuſa in filias Mariani Jun., ſupertegebat importantiam fructuum, quia nouem Anni, de quibus erat diſceptatio, non ſunt capaces compenſandi æſtima-
11 tionem bonorum, quæ evincerentur, ex quo ad minus juxta taxam legalem *in Auth. præterea, C. de Sacroſ. Eccleſ.*, exiguntur viginti Anni ad æquandum valorem, vel etiam inſpecta moderatione poſtmodum (immutata vice temporum) ſerio, ac diſcrete facta per noſtrum Tribunal ad rationem quatuor pro centenario, adhuc palpabile eſt, nouem Annos circa fructus non attingere, nec coæquare valorem, juxta ea, quæ loquendo de taxa legali animaduertebant *Altograd. conſ. 102. ſub num. 73. lib. 2. Gratian. diſcept. 545. num. 33. & diſcept. 752. num. 47. Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 87. num. 8. Vrceol. conſult. 3. num. 8. Rot. cor. Coccin. dec. 594. num. 6. & 7. Buratt. deciſ. 675. num. 9. & deciſ. 480. num. 6. cor. Pamphil.*

Atque ita, poſthabita repetitione objectionis, quæ fiebat pro parte earumdem filiarum ſuper retentione ex cauſa æris alieni, quod Cardinalis Odoardus contraxerat pro Officio Magno, ſeu Clericatu Rev. Cameræ adipiſcendo, veluti abunde ſublatæ *in præcedenti Deciſione 9. Decembris 1697. coram Me ex §. Reducendo, ferè uſque ad fin.*, concluſum fuit omnibus DD. ſuffragantibus &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

PLures in hac controverſia emerſere diſputationes, unde poſt præſentem Deciſionem emanarunt aliæ due coram Me confirmatoriæ in omnibus reſolutionis principalis, & poſt earum noviſſimam ſuo loco adnotabitur exitus eiuſdem Cauſæ.

Ad præſens autem ſufficiat adnotare, quod cum in hac Deciſione relictus fuerit in ſuſpenſo articulus reſtitutionis fructuum, videlicet a quo die forent huiuſmodi fructus conſecutiue ad victoriam Vincentii liquidandi, utrum ſcilicet a die motæ litis, vel potius a die, quo idem Vincentius ad occupandum Prælaturæ munus detectus erat idoneus, ſtante Teſtamento Mariani ordinantis, quod ejus hæreditas ſtaret in ſempiternum ad commodum Prælaturæ, formiter ſuffragantibus omnibus Dominis extitit diſputatus *coram R. P. D. Caprara ſub die 9. Martii 1703.*, & ferme in omnibus fuit favore Vincentii reſolutum.

Proſequendo autem terminos tranſactionis, de qua agitur in Deciſione, non facile reuocandæ, ſeu reſcindendæ, celebris uſque ſub Anno 1679. diſceptatio inſurrexit inter clar. mem. Victoriam de Ruvere Magnam Etruriæ Duciſſam, & Communitatem Piſauri ſuper dominio trium Molendinorum prope eamdem Ciuitatem exiſtentium præcedenter poſſeſſorum ab Anteceſſoribus ejuſdem Magnæ Duciſſæ Piſauri Dominis; Ego in Signatura Gratiæ, in qua per Communitatem expetebatur oris aperitio aduerſus Breve confirmatorium cujuſdam Concordiæ ſubſignatum ab Alexandro VII., ſubſtentans firmitatem Tranſactionis reſpondi, ut ſequitur, licet reſcribente Signatura (ut plurimum ſolet in hiſce caſibus) cum Clauſula, *arbitrio Cameræ*, in hujuſmodi deinceps Tribunali fuerit reaſſumpta diſputatio, ſed, dilata plures reſolutione, nova fuit inita Concordia parum a prima differens, mediante
12 te ope, & conſilio Eminentiſſimi Cardinalis Spadæ hodie alterius Signaturæ Juſtitiæ pluſ-

pluſquam emeriti Præfecti, & tunc Legati in Urbini Ducatus.

*Nihil* reſcribendum eſſe videtur; quia verſamur in tranſactione per Sa. mem. Alexandrum VII. expreſſe approbata, & Apoſtolicæ authoritatis munimine roborata, quo
13 caſu locum oris aperitioni non eſſe, niſi magna, & urgentiſſima cauſa illam per neceſſe exquirat, cœteris antiquioribus cumulatis, firmat *Vrceol. in ejus tract. de tranſact. quæſt.70. num.108. Coccin. deciſ.818. num.6. & deciſ.1434. n.12. & 13. & dec. 461. n.5. & 8. part.1. rec.* & nuper *in una Pampilonen. Abbatiæ 4. Maii 1676. §. 1. & ſeqq. coram bo. me. Vbago.*

Idque ſub gemina, evidentique ratione;
14 tum quia ea, quæ per Principem fuerunt ſuæ poteſtatis plenitudine confirmata, perpetuo debent obſeruari; Tum etiam, quia
15 ſummopere intereſt Reipublicæ, ne lites ſemel mediante tranſactione ſopitæ iterum cum graui Partium inquietitudine, & diſpendio pullulent, & reuiuiſcant, ut in propoſito primæ propoſitionis advertit per *Text. in cap. decet, de regul. Jur. in 6. cap. ſi cum nulla, de præbend. in 6. Rot. in Ferrarien. de Taſſonibus 14. Junii 1621., & in Farfen., ſ. ù Nullius Prioratus 26. Aprilis 1624. coram Vbaldo, & deciſ. 358. num.4. part.11. rec.*, & jungendo ſecundam conſiderationem egregie proſequitur *Alex. conſ.42. num.11. verſ.8. lib.1. Coccin. dicta deciſ. 818 n.6. & dec. 1434. n.12.*

Pro congrua vero, urgentique cauſa profecto non meretur allegari metus, & coactio, multoque minus aſſerta læſio: Quatenus enim pertinet ad coactionem, chimerica prorſus exiſtit prætenſio quia præterquam Communitas in generalibus Comitiis ad hunc effectum præciſè coadunatis hujuſmodi tranſactionem, tamquam proficuam, libentiſſime acceptavit, ac nunquam per ſpatium 18. Annorum, & ultra conqueſta eſt; temerarium profecto videtur in Statu Eccleſiaſtico metum, & vim erga integrum Corpus Ciuitatis adducere, & ſomniare ob faci-
16 lem recurſum ad Superiores, ut unicuique notum eſt, & optime reſpondit *Vlpian. in l. ult. ff. de eo, quod metus cauſ.*, ibi = *non eſſe veriſimile compulſum in Vrbe iniquè eum, qui potuerit Ius publicum invocare, & adire aliquem poteſtate præditum, qui utique vim eum pati prohibuiſſet* = cum concord. per *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 126. n. 3. Hunded. conſ. 100. n. 70. vol. 2. Gregor. dec. 326 n. 3. & 4. Bich. dec.472. n.24. Dunoz. Sen. dec.21. num.4. Rot. dec. 154. n.6. & ſeqq. part. 14. & deciſ.26. n.11. part.15. rec.*, & in terminis tranſactionis *Gilken. in l. interpoſitas 13. n. 19. & 20. C. de tranſact. Valeron. eodem tract. tit.6. quæſt.3. n.8. & 9.*

Quovero ad læſionem, adeo fragile eſt hujuſmodi fundamentum, ut in primis, etiamſi illa allegaretur enormiſſima, recepti
17 Juris eſt, quod ex iſto capite tranſactio nequit impugnari, quando (prout hic) illam Supremus Princeps adhibita cognitione cauſæ, & ex certa ſcientia confirmavit, ex bene traditis per *Adden. ad Molin. de Primogen. lib.4. cap.9. ſub num.32. & 33. verſ. limitatur*, ubi dicit, *Doctores* contrarium firmantes loqui in terminis Principis authoritatem ſuam ſimpliciter in tranſactione interponentis, *Calvin. de æquit. lib. 1. cap. 64. num. 139. & ſeqq. Vrceol. de tranſact. quæſt. 94. num. 43. & ſeqq.*

Verum tantum abeſt, quod læſio etiam minima in præſenti concurrat, ut potius magna, & evidens utilitas, quæ ſemper adeſſe dicitur in tranſactione, in caſu noſtro conuincatur, & tamen vulgata ſunt Jura,
18 quæ unanimiter concludunt, læſionem concludenter eſſe probandam ab allegante de tempore tranſactionis, ad tradita per *Merlin. de legit. lib.3. tit.1. quæſt.12. num.27. Pinell. in l.2. ſub num.18. C. de reſcind. vend. Vrceol. de tranſact. quæſt 94. num.29. Vbald. dec.279. n.2. & ſeqq. Coccin. dec 1434. in fin. R. P. D. meus de Luc. lib. 14. Miſcellan. Eccleſ. diſc. 5. n. 28. & 29.*

Quinimo ſtante, quod ad læſionis calculationem non attenditur valor rei controuerſæ, ſed in judicare debentis lance perpenditur ipſa dubietas, euentus litis, qualitas litigantium, & importantia expenſarum, hu-
19 juſmodi læſionem juſtificare pene impoſſibile eſſe teſtatur *Card. de Luc. lib. 7. de empt. diſc.27. num.3. verſ. hanc tertiam opinionem*, ubi adducit *Rot. dec.715. num.3. part.2. rec. Seraph. dec.638. in fin.*

Applicando igitur haſce Theoricas, & propoſitiones prorſus indubitatas ad rem noſtram, ubinam valet exagerata læſio conſiſtere? Vel enim illa deducitur ex taxatione facta in ſcutis 900. in Chirographo San. mem. Alexandri VII., prætenditurque, quod expenſæ pro manutentione Molendinorum excedant hujuſmodi ſummam, tuncque ſatis eſſet reſpondere, quod non tantum deficit de facto clara, & concludens comprobatio hujus aſſertionis, prout ex notoriis requireretur: ſed omnem profecto tollit anſam dubitandi depoſitio Hominum eiuſdem Communitatis teſtificantium, Communitatem ipſam nihil expendere in præfata manutentione, ſed quando iſta per aliquem diſcurſum juſtificari poſſet, ſolum vigore immemorabilis conſuetudinis, quæ viget etiam reſpectu cœterorum Molendinorum, præcipit, ut poſſidentes in Caſtris, vel Comita-
20 tu quaſdam operas, ac ligna reſpectiue contribuant; ideoque nequit ullo modo per hoc ipſa Communitas dici grauata, dum a diſpendio, & grauamine Particularium nequit ad burſam, & intereſſe Communitatis inferri,

ri, ex deductis per *Peregr. de Iur. Fiſc. lib. 1. tit. 1. num. 5. Cobell. ad Bull. bon. regim. cap. 12. num. 13. & 14.* & concordant *Scribentes in l. ſicut Municipium, §. Si quid, & tot. tit. ff. quod cujuſque Vniverſit. nomin. Anton. Gabr. comm. concluſ. lib. 6. concluſ. 1. per tot.*

Fortius vero, quia ad eamdem ſubminiſtrationem operum, & lignorum pro manutentione Vallati, & Cluſæ præfati homines obſtringerentur, etiam quando præfata ſcuta 900. in Chirographo San. mem. Alexandri VII. non forent pro prætenſo jure Communitatis eidem aſſignata, proindeque impoſſibile eſt, quod Communitas ex hoc gravamine poſſit deducere læſionem, cum præfata obligatio reſultet ex enunciata immemorabili conſuetudine, juxta quam non ſolum iſtis Molendinis hanc ſeruitutem præ-
21 ſtare tenentur, ſed etiam aliis; minime enim in Jure repugnat, per immemorabilem conſuetudinem ſervitutem iſtam acquiri poſſe, ad ea, quæ in ſpecie tradit *Hering. de Molendin. quæſt. 10. num. 33.* ubi quod in ejus Patria, & Regione ita ſervatur, *& quæſt. 43. num. 49. & ſeqq.* & generaliter de hujuſmodi ſervitutibus obſervat *Peregrin. conſ. 13. num. 13. & 14. lib. 1. Guidop. dec. 217. & dec. 472. num. 2.*

Vel eadem læſio depromitur, ex quo ſcuta 900. Communitati aſſignata pro tertia parte Molendinorum non attingunt verum, & effectivum redditum longe ſuperiorem ejusdem tertiæ partis, tuncque pariter exactiſſimæ præbendæ forent juſtificationes in facto, quæ penitus deſunt, imo ſunt improbabiles, & contra experientiam 30 Annorum, quibus Camera Apoſtolica fructus mediante ſequeſtro percepit; unde cum Papa ad hanc ſummam taxaverit redditum tertiæ partis Molendinorum, dubitari nequit, quod ille, ejuſque Miniſtri non fuerint informati
22 de vero reddito per adeo longævum ſpatium, cum ad hunc effectum ſolum decennium ſoleat exburſare, ex traditis per *Cirocc. diſcept. 73. n. 51. & diſcept. 76. num. 42. Rot. cor. Ludoviſ. dec. 358. num. 2. & dec. 387. n. 4. Addeu. ad Baratt. dec. 558. num. 22.*, ubi plure opiniones refert in hac materia, etiam infra decennium.

Et in omnem caſum, quoties læſio ad hanc taxationem reduceretur, fruſtra Communitas recurrit ad hoc Gratiæ Tribunal, cum firma remanente ſubſtantia tranſactionis, circa quam verſatur Clauſula *ſublata* in Chirographo appoſita, poſſit de iniuſtitia, ac de læſione coram quocumque Iudice redargue-
23 re taxationem, quippe taxatio facta per ſpeciem melioris liquidationis nihil habet commune cum ſubſtantia tranſactionis, ſed poteſt, hac in ſuo robore permanente, ad æquitatem illa reduci, ex plene cumulatis in proximis per *Lup. in l. curabit. comment. 1. §. 6. num. 126. Leotard. de Vſur. quæſt. 72. n. 8. & ſeqq.*, & latius *Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 24. num. 22. cum ſeqq. Card. de Luc. diſc. 21. n. 3. & 4. lib. 5. de Vſur.*, & in individuo dixit *Lancellott. Gall. in conſ. 39. & 40. per tot.*

Vel denique prætenſa læſio conſiſtit in eadem ſubſtantia tranſactionis, ex quo in triangulari controverſia habita ſuper iſtis Molendinis inter Sereniſſimam M. Duciſſam, Cameram Apoſtolicam, & Communitatem, Communitas foueret potiora Jura, tuncque eadem Communitas durum opus, & plane impoſsibile Prouinciam aſſumit, cum non ſolum, ut oſtendimus, difficile ſit ad praxim reducere comprobationem enormiſsimæ læſionis aduerſus ſolam Sereniſsimam, verum multo magis augebitur impoſsibilitas, ſtante ceſsione per ipſam a Reuerenda Camera reportata, oporteret enim, quod ex parte Communitatis Aduerſariæ edoceretur, illius Jura adeo fore indubitata, ut & Sereniſſimam, & Cameram Apoſtolicam ad eviden-
24 tiam excluderent, cum Sereniſsima vigore præfatæ ceſsionis omnia Jura Cameræ competentia acquiſiverit, ad *Text. in l. 2. §. Non ſolum, ff. de hæred. & action. vendit. Surd. conſ. 333. n. 15. Rot. cor. Bich. deciſ. 588. num. 26. & dec. 363. n. 3. part. 17. rec.*, & in terminis tranſactionis reſpondit *eadem Rota in una Bononien. Tranſactionis 23. Maii 1678. §. Concludebant, cor. Bourlemont.*

Talia autem proculdubio non ſunt ea, quæ olim in plena Camera adducebantur, quæve hodie fortaſſe refricabuntur; conſiſtunt etenim primo in aſſerta præſumptione Juris, nimirum quod Molendina eſſe de dominio Communitatis reputentur; Secundo in littera Statuti Piſauren., ubi diſponitur de modo reparandi, manutenendique Vallatum Molendinorum; Tertio in aliquibus enunciativis, in quibus mentio ſit Molendinorum Communis Piſauri: Quarto denique in Precario deſumpto ex eodem Statuto condito de Anno 1437., in quo tribuitur Malateſtis antiquis Dominis Piſauri facultas diſponendi *de toto havere Communitatis pro utilitate dictæ Civitatis.*

Siquidem quando etiam adverſus iſta leviſsima fundamenta deficerent in contrarium cœtera fortiora, quæ (ut infra) proculdubio deſtruunt inanem iſtam prætenſionem Communitatis, ponuntque in claro, quod revera Molendina, de quibus agitur, jure veri, & effectivi Allodii pertineant ad Sereniſsimam M. Duciſſam ultimi Ducis Urbini hæredem; nihilominus illa de per ſe conſiderata adeo ſunt æquivoca, parique momenti, ut nullo pacto valeant inducere perfectam probationem dominii adverſus liberam poſſeditricem ferme per duo ſæcula,
25 cum ad hunc effectum exurberet Poſſeſſori dubiam aliquo modo reddere intentionem Actoris, juxta communiter notata per *Scriben-*

Digitized by Google

*bentes in* §. *Retinenda* , *verſ. commodum* , *ubi*
*Aretin. in princ. Inſtit. de Interdict. Oſaſcb. dec.*
*Pedemont.* 108. *n.* 18. *Barz. dec.* 121. *in fin. Poſth.*
*de manut. obſer.* 1. *n.* 16. *& ſeqq. Rot. poſt eumdem*
*dec.* 302. *n.* 2. , & paſſim in aliis ,

Corruit enim in primis præfata præſum-
ptio ; quia tantum abeſt , ut regulariter Mo-
lendina reputentur eſſe de dominio Ciuita-
tis , quin potius cum Flumen , circa quod ſi-
ta noſcuntur controverſa Molendina , navi-
gabile non ſit , & per conſequens neque ip-
ſum Flumen exiſtat de Regalibus , præſum-
ptio ſtat pro Dominis privatis , ex indubitata
propoſitione , quod in iſtis Fluminibus non
26 nauigabilibus quilibet privatus poſsit ex
propria anthoritate Molendinum conſtrue-
re , neque Princeps , aut Ciuitas habeat de-
ſuper aliquod Jus , cum vel illius uſus ſit
communis unicuique , vel cenſeatur exiſte-
re de dominio fundorum adjacentium , ad
firmata per *Bartol. in l. quo minus ff. de flumin.*
*Dec. conſ.* 244. *n.* 1. *& ſeqq.* egregie *Alex. in*
*conſ.* 194. *n.* 5. *&* 7. *lib.* 2. quem ſequitur *Cy-*
*riac. contr.* 462. *num.* 1. *& ſeqq. Roſental. de Feud.*
*cap* 5. *concluſ.* 28. *n.* 3. *Boſſ. in tit. de Aq. n.* 32.
*Veſſembec. conſ.* 67. *n.* 12. cum aliis late per
*Modern. Gob. de Aqu. quæſt.* 14. *num.* 23.

Nullatenus aduerſante , quod aliqui forte
in contrarium allegandi dicere videantur ,
quod hodie ex conſuetudine Civitates Italiæ
præſcripſerint hujuſmodi facultatem priua-
tive quoad omnes ; Quoniam iidem *Doctores* ,
qui poterunt in hac propoſitione allegari ,
27 loquentur in Fluminibus navigabilibus , id-
que neque etiam ad effectum , de quo quæri-
tur , ut Molendina cenſeri debeant de domi-
nio Civitatum , ſed ut requiratur pro legiti-
ma conſtructione Molendinorum facultas ,
& licentia Principis , vel Civitatis , ut aduer-
tit *idem Alex. d. conſ.* 194. *n.* 7. *& ſeqq. verſ. ſuffi-*
*ceret tamen lib.* 2. , cum quo procedit *Cardin.*
*Tuſch. lit. M. concl.* 304. *n.* 14. *Roſental. de Feud.*
*d. cap.* 5. *concluſ.* 28. *n.* 5. , ubi aſſignat ratio-
28 nem , quia Flumina navigabilia forte per
uſum Molendinorum impedirentur , *Roland.*
*conſ.* 97. *ſub n.* 5. *&* 7. *lib.* 3 , & prius dixerat
*Caſtren. in l. fluminum ſub n.* 3. *verſ. aut non vult,*
*ff. de flumin. Sixtin. de Regal. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 45.

Ac propterea non ſolum huiuſmodi limi-
tatio , ſeu diſtinctio non applicatur ad rem
noſtram , ubi peragimus de Flumine non na-
vigabili , & in quo etiam alia de facto repe-
riuntur Molendina Privatorum , ſed etiam
prorſus collabeſcit , attento quod *Doctores*
*iſti* loquuntur procedendo cum præſuppoſito
earum Civitatum , quæ faciunt figuram do-
minatricem , & independentem , ut ſunt ple-
rumque illæ Germaniæ , & in Italia Veneta ,
& Ianuen. ; unde nequit iſta ratio adaptari Ci-
29 vitati Piſauren. , quæ tanquam ſerva retine-
re non potuit , & præſcribere Regalia , ita
enim exemplificat loquendo de præfata præ-
ſcriptione *Bartol. in d. l. quo minus in* 2. *colum.*
*in fin. de Flumin.* bene *Capoll. de ſeruit. ruſtic.*
*præd. cap.* 31. *n.* 4. *& ſeqq. Alex. in d. conſ.* 194.
*n.* 8. *verſ. nam littera* , quem ut ſupra ſequitur
*Tuſch. d. concl.* 304. *n.* 14. *lit. M.* , & de præſcri-
ptione iſtorum Regalium , in quibus Ciuitati-
bus Italiæ locum habeat , late recenſendo do-
minia iſtius Provinciæ , eorumque prærogati-
vas , exornat *Mart. de Iuriſdict. part.* 1. *cap.* 33.
*per tot.*

Neque pariter urget ſecunda circumſtan-
tia Statuti præcipientis modum manutenen-
di Cluſam , & Vallatum : quia ultra quod ,
ut ſuperius oſtendimus , id potius pertangit
perſonas particulares , quam ipſam Com-
munitatem , imo poteſt hoc provenire in
vim immemorabilis conſuetudinis : certum
tamen eſt , quod huiuſmodi onus , & incom-
modum nihil habet commune cum domi-
nio Molendinorum , quoniam non ſolum
eadem obligatio reſpicit alterum privatum
Molendinum Sancti Bartoli , ſed etiam , quia
durum , & abſonum videri nequit , quod
30 Communitas teneatur ad iſtam purgatio-
nem Aquæ , ejuſque curſus manutentio-
nem , cum Communitas , illiuſque homines
recipiant commodum molendi , & publica
ſemper verſetur utilitas in hac manutentio-
ne , ut in puncto perpendit *Riminald. Sen. in*
*conſ.* 197. *num.* 29. , & faciunt *Angel. in l.* 1.
§. *Non autem, verſ. vel dicas, ff. de Flumin. Cioff.*
*conſ.* 44. *n.* 5. *vol.* 2. *Sacc. conſ.* 13. *n.* 41. *Bardel-*
*lon. conſ.* 143. *n.* 4. *Cyriac. contr.* 310. *n.* 4. *Rau-*
*den. dec. Piſan.* 9. *n.* 15. *Gob. in tractat. de Aqu.*
*quæſt.* 14. *num.* 19.

Ejuſdemque irrelevantiæ exiſtit tertium
fundamentum , quod fit ſuper enunciativis
ejuſdem Statuti conditi de Anno 1437. , in
quibus fit mentio Molendinorum Commu-
nis Piſauri : Siquidem vulgata nimium eſt re-
31 gula , quod enunciativæ nunquam probant ,
quando , vel principaliter de enunciato ,
prout hic , contingit dubitari , vel enuncia-
tiuæ , ut ad præſens , emanarunt ab ipſa Par-
te , & a perſonis deſuper habentibus intereſ-
ſe , ad ea , quæ in ſpecie primæ concluſionis
tradiderunt *Butr. in cap. illud num.* 3. *verſ. nota*
*quartò , de præſumpt. Alex. conſ.* 21. *n.* 4. *lib.* 1.
*Rot. cor. Bich. dec.* 328. *n.* 23. *& dec.* 12. *num.* 5.
*part.* 3. *& dec.* 318. *n.* 12. *part.* 17. *rec.* , & in ter-
32 minis ſecundæ *Aretin. in cap. cum cauſa n.* 21.
*de probat. Rot. cor. Buratt. dec.* 570. *n.* 4. *Lu-*
*douiſ. dec.* 77. *n.* 8. *Vbald. dec.* 130. *nu.* 5. *dec.* 84.
*num.* 9. *part.* 8. , *& in Beneventana Juriſdictionis*
12. *Febr.* 1673. §. *His tamen, cor. R. P. D. Taya.*

Indubitanter autem , quia neque in ſub-
ſtantia præfatæ enunciativæ concludunt ul-
lo pacto Dominium ; ea enim verba = *Molen-*
*dinorum Communis Piſauri* , licet præſeferant
caſum Genitivum , qui regulariter domi-
33 nium importat , attamen id utique verum
eſt , quando , ut infra , ponuntur reſpectu
per

perſonæ, non autem quoties vel ex ſubjecta materia aliud poſſunt præſeferre, ſeu valent potius deſignare locum, quam dominium, ut paſſim in eiſdem terminis Molendinorum edocent *Scribentes* in materia Cenſuum ſuper ea celebri quæſtione, utrum Cenſus imponi valeat ſuper Molendinis non infixis ſolo, nam exemplificare conſueverunt Molendina Urbis, ad indicandam ſituationem, non vero dominium Vrbis, & Populi Romani ſuper Molendinis, atque ita de facto reſpondendo ſupradictæ regulæ fundatæ in Genitivo poſt *Bartol. in Rubr. de oper. nou. nunciat.* alioſque notauit *Alex. conſ.* 35. *n.* 14. *verſ. tamen lib.*4., & in puncto enunciativæ bonorum Caſtri reſpondit *Menoch. conſ.*397. *num* 76., & de Genitivo reſpiciente locum *Card. Zabarell. conſ.*10.*num.*7. eoque relato *Card. Tuſch. lit.G. concluſ.* 37. *n.*21.

Atque ex his ad euidentiam de per ſe enervatur quarta circumſtantia, ſeu aſſerta conceſſio per Precarium, ex quo Communitas Piſauren. conceſſerit Malateſtæ = *facultatem diſponendi de toto hauere Communitatis pro utilitate dictæ Ciuitatis &c.* Quoniam cum ex ſuperius animaduerſis nullibi conſtet de dominio in genere Molendinorum, vanum eſt prætendere, quod Molendina, de quibus agitur, ſub iſta generalitate comprehendantur, cum etiam in caſu, quo conſtaret de præfato
34 dominio in genere, abſque Contradictore receptum ſit; Dominum, & concedentem teneri ſpecifice invenire, & demonſtrare, quod res controverſa ſit illa eadem, quæ ab eo prætenditur conceſſa, juxta doctrinam *Jacob. à Sancto Georgio rubr. ff. de rei vindicat. n.*23.*&*24. quam extollit *Surd. conſ.* 151. *n.*49. *Roland. conſ.*82.*n.*17.*lib.*2.*Rot. in rec. dec.*100. *n.*11. *& ſeqq. part.*1. *& dec.* 175. *n.*3. *verſ. quæ omnia, & n.*6. *part.*6.*Othobon.dec.*13. *n.*5. *&*6. cum aliis *in Romana Vineæ* 13. *Januarii* 1668. *§. Secundo deficere probationem, cor. R.P.D. Taya.*

Magis vero, & ſine ſcrupulo, dum (ut præmiſimus) apparet adeſſe etiam alia Molendina Privatorum; quoties enim digno-
35 ſcitur, alias perſonas poſſidere res conſimilis qualitatis, remanet proculdubio deſtructa quælibet præſumptio, quæ generaliter militare poſſet in oppoſitum, ad celebre *conſ. Decii* 33. *n.*55. *lib.*1. *Rot. in Aſten. Fœudi de Solario* 15. *Aprilis* 1584. *§. Accedunt, &* 18. *Iunii ejuſdem Anni §. Quintò non obſtat, coram Bubolo,* cum cœteris abunde *in Romana Caſtri Orciani* 24. *Ianuarij* 1676. *§. Quod maxime, coram Albergato Decano.*

Iſta igitur abſque ulteriori progreſſu manifeſte convincunt, quantum deficiat in hoc ſalutari Communitas, præcipue ad infringendam tranſactionem, ut ſupra, per S. Sedem approbatam, & confirmatam: Sed magis veritas iſta elucеſcet ex confrontatione probationum, quæ ex hac Parte concurrunt ad oſtendendum, dominium Molendinorum revera pertinuiſſe, & pertinere ad Sereniſſimam, tanquam hæredem Ducum Vrbini, dum ex late, animadverſis per Cauſæ Patronum, palpatur manibus, quod dominium Molendinorum ex hac Parte comprobatur non per meras enunciativas, ſed per diſpoſitivas, tamquam de re libera, & propria, ut ex *Summario num.*12.14.*&* 16.; cumque iſta omnia fuerint egregie in Facto dilucidata, ſufficiat ſolummodo in Iure illam planam, & abſolutam conſequentiam tra-
36 here, quod dum factum, & obſervantia diuturna, ac toties geminata demonſtravit, rem eſſe liberam, propriam, & tanquam talem ab Authoribus Sereniſſimæ poſſeſſam, aliiſque conceſſam, non ſolum enervata remanet quælibet æquiuoca comprobatio, quæ adeſſe poſſet in contrarium, ſed exinde quoque reſultat, rem fuiſſe propriam, & liberam, ut ait *Surd. conſ.*311. *n.*11. *&* 12. *Menoch. conſ.* 395. *n.* 12. *verſ.* 4. *& conſ.*837. *n.* 7. *Afflict. deciſ.* 367. *n.* 3. *Intrigliol. Fœud. quæſt.* 39. *n.* 49. *& ſeqq.*

Solumque ſufficiet aliquas delibaſſe probationes, & confeſſiones ejuſdem Partis, & ſignanter illam, quæ datur *in Summario n.* 13. quæ non poteſt eſſe magis clara, concludens, & perfecta: ibi enim Communitas de Anno 1503. expoſuit Ioanni Sfortiæ, quod facta computatione onerum, & redditunm ipſius Communitatis, illa ſupportare non poterat nova gravamina, ac perſolvere debita cum eodem Ioanne contracta, ideoque eum exorabat, ut aſſumere in ſe dignaretur omnes redditus ejuſdem Communitatis, & è converſo ſuſciperet obligationem ſolvendi eadem onera, quibus obnoxia erat Communitas; exhibendo autem calculum præfatorum reddituum, omnes minutatim fuerunt adnotati, ac de Molendinis nulla habetur fa-
37 cta mentio, proindeque quomodo dici poteſt, quod Molendina pertinerent ad Civitatem, ſi in hoc actu, ubi fit dinumeratio reddituum, agiturque de ſupplicatione emiſſa ad effectum oſtendendi, quod Communitas non habeat ſufficientes introitus, prætermittuntur Molendina, quæ juxta ſenſum ejuſdem Partis exiſtunt conſiderabilis fructus, & emolumenti, prout ex *Text. in l. ſi quis* 6. *ff. de pæn.* ibi = *nec enim debebant tam magnam rem tamdiù reticere*, in proximis notavit *Oldrad.* a quo *præſatum Textum* didiciſſe fatetur *Cravett. conſ.*148. *n.*12. *Bertazzol. conſ. Civil.*118. *n.*10. *&* 11. *Rot. cor. Mantic. dec.*266. *n.*5.

Augeturque vis, & efficacia ponderationis iſtius actus, quia ibidem expreſſe Communitas nominavit = *Cluſam Molendinorum Illuſtriſſimi Domini &c.* quæ verba cum ſint ap-
38 poſita in caſu Genitivo poſt perſonam, in his profecto terminis important dominium, ad differentiam aliorum ſupra relatorum ver-

verboruum = *Molendinorum Communis Piſauri*, quæ ad locum, & ſituationem referuntur, ex deductis per *Sutd. deciſ. 29. num. 8. Venturin. conſ. 11. n. 63. Actolin. reſol. 49. n. 4. in fin. Manſ. conſult. 40. n. 16. Paitell. expedit. Civil. 47. n. 57.*

Ac denique, prætermiſſis cœteris magis claris confeſſionibus Communitatis, aliiſque actibus ab ipſamet Sede Apoſtolica approbatis circa liberam alienabilitatem Molendinorum, non minori obſeruatione digna eſt inſpectio actus, in quo conſtat, quod cum perageretur de regreſſu Franciſci Mariæ Ducis Ruverei ad dominium Piſauri, illius Communitas, quæ audacter voluit paciſci, & per vim præciſæ Capitulationis reenperare, aut retinere proprios redditus, aliaque Jura, etiam ultra reſpectum, & obſequium, quod debet a Subditis erga proprium Principem exhiberi, nihilominus nullam men-
39 tionem fecit de Molendinis, ſignum evidens, quod revera non erant de dominio Ciuitatis, cum enim fuerit adeo diligens in recuperandis, ſeu retinendis aliis Juribus, iſta profecto non omiſiſſet exprimere, ut præter ſuperius adductos ad rem concludit *Text. in cap. 1. de frigid. & maleficiat.*, ibi = *ſi proclamare voluit, cur tamdiù tacuit?* quem refert *Rot. dec. 175. num. 15. part. 17. rec.*

Patet igitur, quod ſi conjecturæ, & argumenta pro hac Parte militantia confrontentur, profecto longe ſuperant vagas, & æquiuoeas conſiderationes, quæ fieri poſſunt in contrarium: Sed, quod omnem aufert dubitandi rationem, eſt poſſeſſio pacifica, & pleraque centenaria iſtorum Molendinorum apud Authores Sereniſſimæ, penès quam ſucceſſiue continuauit; unde quando omnia alia deficerent, & quando etiam Molendina olim fuiſſent penès Communitatem,
40 quis ignorat, quod in vim iſtius centenariæ valet a Sereniſſima allegari melior titulus de Mudo, qui de nouo potuit efformari? ut per doctrinam *Innocent. in cap. veniens, de verb. ſignific.* probat *Lanar. conſ. 99. n. 1. 5. & 6. Theſaur. lib. 4. quæſt. 47. De Coſa conſult. 12. n. 40. Adden. ad Gregor. dec. 51. num. 7. Rot. dec. 218. n. 21. part. 6. rec. Card. de Luc. de Regalib. diſc. 47. n. 8. & 9.* cum aliis *in Romana devolutionis Palatii 4. Decembris 1673. §. Itaut potuerit, cor. Rondinino*, ubi ſub hoc fundamento centenariæ allegatæ in eo caſu infectioni tituli reſpondetur.

Siquidem DD. de Sfortiis locare cœperunt Molendina ab Anno 1468., deindeque uſque ad ſubingreſſum DD. de Ruvere continuati fuere plures actus liberum, propriumque dominium præſeferentes, poſteaque iidem Sereniſſimi Duces de Ruvere eadem pariter Molendina uti propria poſſederant, donec ſecuta Confiſcatione de Anno 1515. Camera Apoſtolica illorum poſſeſſionem accepit, & eidem Communitati locauit Molendina pro annno Cenſu ſcut. 1000., quod utique non fuiſſet ſecutum, ſi Domina Molendinorum extitiſſet Communitas, cum (ex
41 *Iuribus* nimium vulgatis) nemo rem propriam ducat in conductionem: Verum ſecuta reintegratione de Anno 1522., poſſeſſio continuavit in DD. de Ruvere uſque ad obitum ultimi Ducis de Anno 1631., quo tempore ſubingreſſa eſt tanquam hæres Sereniſſima Maria Duciſſa, quæ uſque ad præſentem diem in legitima poſſeſſione reperitur; unde negari nequit, quod conſtet de perfectiſſima centenaria, ex quo a præfato Anno 1468. pluſquam duo Sæcula noſcuntur effluxa,
42 adeout in his terminis, comprobatis extremis, non oporteat oſtendere poſſeſſionem ſingulis annis, cum ſatis ſit, quod exaduerſo non doceatur, illam fuiſſe interverſam, vel ab alio occupatam, ex quo de plano intrat præſumptio continuationis, ne alias impoſſibilis reddatur juſtificatio centenariæ, ut egregie ratiocinatur *gloſ. in Canon. volumus, verbo inconcuſſam, 16. quæſt. 4. Fulgoſ. conſ. 104. ſub n. 2. Soccin. Sen. conſ. 59. n. 7. vol. 4. Rot. cor. Seraph. dec. 1141. n. 3. Buratt. dec. 875. n. 3. & dec. 347. n. 7. part. 11. & dec. 333. n. 4. part. 17. rec.*

Neque dicatur, centenariam iſtam fuiſſe interruptam, ſtante gemina occupatione facta per Cameram, una ſcilicet de Anno 1515. ut ſupra, & altera ob ſequeſtrum ejuſdem Cameræ ante litem per tranſactionem ſopi-
43 tam; cum ſequeſtrum, & occupatio Fiſci poſſeſſionem, ejuſque effectus non tollat. *Farinacc. in fragm. part. 1. lit. B. n. 116. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 10. n. 361. Giurb. ad Conſtit. Meſſan. cap. 5. gloſſ. 6. n. 12. Mantic. dec. 252. n. 6. Rot. deciſ. 604. n. 2. part. 1. rec.* cum aliis apud *Poſth. de manut. obſerv. 60. num. 1.*

Minuſque reſultare poteſt interruptio ab extrajudiciali petitione per Communitatem facta de Anno 1623. apud Miniſtros D. Ducis; quia præſcriptio jam erat completa, ut patet ex Annorum calculo, & in omnem ca-
44 ſum notorii Juris eſt, quod ad centenariam interrumpendam petitio extrajudicialis, & maxime rejecta, non juvat, *Seraphin. dec. 718. n. 5. & dec. 1274. n. 3. Ludoviſ. dec. 467. ibique Add. n. 5. & in rec. dec. 120. n. 10. part. 3. Surd. dec. 5. n. 7.*

Atque hæc ſunt Iura, quæ ad oculum oſtendunt, Molendina ſpectauiſſe, ac dubio procul pertinere ad Sereniſſimam: Sed dato etiam, quod per aliquem diſcurſum dici poſſet, Communitatem ſuperare noſtra fundamenta, quodque olim in illius dominio forent controverſa Molendina, teneretur illa aliam non minorem difficultatem ſuperare, comprobando, quod eadem Molendina per ipſam Iure priuato detinerentur, quia ſi in vim Jurisdictionis, quam de eo tempore ob notas Italiæ calamitates, & Schiſmata Sanctæ Sedis nonnullæ Ciuitates uſurparunt, cer-
45 tum eſt, quod eadem Molendina, omni hodie

die jure Communitatis expirato, transſire debuiſſent ad Reuerendam Cameram, a qua ceſſionem, ut ſupra, Sereniſſima reportauit, ad Magiſtralem Theoricam *Bald. in cap. 1. de Capitan. qui Cur. vendid. n. 4. verſ. ego idem in Molendinis cum ſeqq.*, cum quo procedit *Surd. conſ. 311, num. 48.*

Idque ſub ratione manifeſtiſſima, quia intantum interrumpitur poſſeſſio, inquantum alius diverſo jure occupet eamdem rem; at
46 ſi Fiſcus ſiue in vim ſequeſtri, ſiue Confiſcationis occupat bona, ſuccedit jure quodam hæreditario, proindeque retinet jura in hæreditate reperta, eodem modo, acſi continuaret apud priſtinum poſſeſſorem, *Caſſan. ad Conſuet. Burgund. Rubr. 2. §. 1. de Confiſcat. in verbo & appartient, Carpan. ad Statut. Mediol. de bonor. publicat. in cap. omnium n. 513. & ſeqq. Guazzin. de Confiſc. concluſ. 20. n. 1. & ſequent. Altograd. conſ. 95. n. 42. 131. & ſeqq. lib. 1.*

## ROMANA TESTAMENTI,

*Ven. 14. Martii 1698.*

### ARGUMENTUM

Auditor Rotæ, cui commiſſa eſt Cauſa, debet proferre ſententiam ad limites Deciſionis, itaut ſi quid ultra in ea contineatur, manifeſtam nullitatem importet, niſi ſit de iis, quæ veniant in neceſſariam conſequentiam expreſſorum in Deciſione. Cautio per Forenſem præſtanda de ſtando Juris, & Judicatum ſolvendo durat quouſque viget lis, nec expirat in prima, vel ſecunda Inſtantia. Exceptio rei Judicatæ impedit litis ingreſſum, nec poteſt reſervari ad meritam Cauſæ, ſi Pars proteſtetur, licet, quando eſt turbida, id fieri valeat. Princeps tali exceptioni rei Judicatæ nunquam derogaſſe cenſetur, niſi id expreſſe dixerit.

### *SUMMARIUM.*

1 *Sententia Rotalis excedens limites praecedentium reſolutionum, ſeu Deciſionum, eſt omnino nulla, & num. 21.*

*Ideoque ad evitandam hanc nullitatem ſolet Sacra Rota (ſi aliquid novi opponatur poſt editas Deciſiones) decernere expeditionem Cauſæ extenſa altera brevi Deciſione, num. 2.*

*Et an ſufficiat pro evitanda prædicta nullitate, quod Auditor Ponens, ſeu Cauſæ relator conſulat ſuos Correſponſales ſuper nova oppoſitione antè expeditionem Cauſæ, num. 3.*

*Et quid, ſi Sententia Rotalis aliquid amplectatur, quod licet non deductum in Deciſionibus, venit tamen in conſequentiam expreſſorum, num. 6. & 10.*

*Et explicantur plures caſus, In quibus aliquid ſuperadditum in Sententia cenſeatur eſſe de ſequela expreſſorum in Deciſionibus, n. 11. cum ſeqq. uſque ad 18.*

4 *Sententia nulla nequit confirmari quoad merita Cauſæ ſtante expreſſa oppoſitione ſuccumbentis, quod prius ſuper nullitate pronuncietur. Intellige, quando nullitas eſt clara; ſecus ſi ſit turbida, aut quoquo modo dubia, tunc enim poteſt quoad bonum Ius confirmari etiam Parte opponente, num. 5.*

7 *Poſſeſſorium coram uno Judice vertens, non impedit, petitorium coram alio Iudice agitarè poſſe.*

8 *Auditor Rotæ Judex ſuper uno articulo, non poteſt ſe ingerere ſuper alio cor. altero Auditore vertentè.*

9 *Cautio decreta indefinite pro lite, & Cauſa, durat quouſque lis vertit, non autem expirat in prima, vel ſecunda Inſtantia, & n. 19.*

14 *Clauſula* in caſu &c. *apponi ſolita in Dubiis Rotalibus, quid importet.*

15 *Dubia ſuperflua non tenetur proponere Auditor Sac. Rotæ in Cauſis ſibi commiſſis.*

20 *Cautio debet dari regulariter ubi viget lis inter Subditum, & Forenſem.*

22 *Procuratores nuncupati* de Collegio *praecedunt alii Procuratoribus ſcribentibus in Rota.*

23 *Exceptio rei judicatæ impedit litis ingreſſum.*

24 *Res judicata habet locum non obſtante quacumque Principis Commiſſione, niſi dicatur in ſpecie,* non obſtante re judicata.

25 *Reus, ſi citatus non oppoſuit exceptionem rei Judicatæ, ſibi præjudicauit, dum paſſus eſt de meritis Cauſæ cognoſci.*

26 *Judex debet praecitè ſuper re judicata pronunciare, quando Pars de hoc proteſtatur.*

27 *Tranſactio; & renunciatio fraternizant cum re Judicata.*

*Ideoque debent per tres conformes de medio tolli, priuſquam primæva jura valeant exerceri, num. 28.*

29 *Exceptio rei Iudicatæ, quando non eſt clara, ſed turbida, poteſt reſeruari per Iudicem ad merita Cauſæ, & num. 30.*

*Debet tamen Iudex expreſſè reſervare talem exceptionem ad merita Cauſæ, num. 31.*

32 *Exceptio rei Iudicatæ oppoſita in vim dilatoriæ, quando valeat etiam opponi in vim peremptoriæ.*

33 Carleval. de Iudic. lib. 1. tit. 2. diſput. 5. n. 30. in fine, *declaratur.*

34 *Iudex requiſitus debet prius pronunciare ſuper exceptione rei Iudicatæ, licet ab ipſo reſervata ad finem litis.*

35 *Dictio,* dummodo, *conditionem importat.*

36 *Iudex non purificata conditione, ſub qua ei facta fuit Commiſſio, dicitur carere Iuriſdictione.*

*Nec poteſt ad merita Cauſæ reſervare cognitionem purificationis conditionis, num. 37.*

38 *Statutum denegans Forenſibus audientiam, niſi præſtita cautione de ſtando Iuri, & judicatum ſolvendo, validum eſt, & ferè ubique in Italia viget, & num. 64.*

*Et ligat Clericos in Foro Sæculari litigantes, num. 39. & n. 50. ubi de ratione.*

40 *Clauſula,* ſublata, *tollit facultatem aliter judicandi, & claudit os Partibus.*

41 *Conſequens dari non valet ſublato antecedenti, Iuriſ-*

Digitized by Google

42 *Jurisdictio Judicum provenire ſolet à Principe, vel Statuto.*

43 *Princeps in ſua Commiſſione numquam præſumitur voluiſſe derogare Statutis Civitatis.*

44 *Auditores Sacræ Rotæ habent jurisdictionem delegatam, non verò ordinariam.*

*Idemque procedit in Conſiliariis Regii Conſilii Neapolitani, n.45.*

46 *Statuta mandantia, per Forenſes in Judiciis præſtare cautionem, procedunt tàm in Cauſis ordinariis, quàm delegatis.*

47 *Reſcriptum Principis regulariter excitat Jurisdictionem Judicis, novam autem non tribuit, & quando ſecùs, & n.48.*

49 *Obſervantia interpretativa non eſt neceſſe, quod fuerit obtenta in contradictorio Judicio.*

50 *Statutum mandans, per Forenſem præſtari cautionem, dicitur reſpicere ordinatoria, non deciſoria Judicii.*

51. *Statutum denegans Clericis beneficium propriorum Statutorum, valet, & n.52., ubi declaratur* Belmont. deciſ.108. & 109.

53 *Statuta ordinantia peremptionem Inſtantiæ elapſo certo tempore, an dicantur reſpicere ordinatoria, vel deciſoria.*

55 *Æqualitas in Judiciis ſervari debet inter collitigantes.*

56 *Cautio de Judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo, ſignanter pro refectione expenſarum, de ſtylo Curiæ Romanæ præſtari non ſolet.*

*Declara, & intellige, ut n.57. & 61.*

*Et quid, ſi urgeat timor, quod Judicium reddi valeat eluſorium, n.58. & 62.*

59 *Cautio de Judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo peti debet in principio Judicii, & de ratione.*

*Intellige, ut n.60.*

## DECISIO XXXVII.

CUm varia ſuſcitaverit diſſidia Teſtamentum D. Lauræ, in quo re ipſa, ac in ſubſtantia poſthabitis propriis Nepotibus, & Neptibus ex Marchioniſſa Maria Iſabella filia progenitis, ex Aſſe inſtituerat hæredem R. P. D. Franciſcum Mariam Caraſam, binæ ab initio ſignanter lites inſurrexere, una nempe reſpectu manutentionis ob poſſeſſionem utrinque, ut fieri ſolet in his caſibus, adeptam, & altera ſuper validitate tabularum ipſius Teſtamenti; commiſſaque prima R. P. D. meo Priolo, ſecunda autem Reverendiſſimo Domino meo Decano, utraque deinceps ſortita fuit expeditionem: Verum circa primam ex ſucceſſivo defectu R. P. D. Caraſæ in præſtando, ſeu renovando cautionem demandatam a noſtro Tribunàli in ipſa expeditione Cauſæ quoad fructus ex bonis eidem per viam manutentionis aſſignatis percipiendos, appoſitus extitit Œconomus; Secunda verò per Cedulam definitam, ultrà declarationem validitatis Teſtamenti, ſupergreſſa eſt ad decernendam remotionem Œconomi, aliorumque impedimentorum: Quapropter de exceſſu hujus poſtremæ Sententiæ meritò conquerentes Nepotes D. Lauræ, facile obtinuerant (præſcindendo etiam ab alia nullitate, quam ſimultaneè promovebant ob incompatibilem, ut ipſi opinabantur, admiſſionem articulorum, & contextualem Cauſæ expeditionem, hodiè coram Me reſolvi pro infirmatione Sententiæ ejuſdem Reverendiſſimi Decani.

Et ſane cum (ut latiùs reſponſum fuit *in Romana Cambii 31. Ianuarii proximè præteriti cor. Me*) Reſcripta Apoſtolica, ac ſtylus Sacræ Rotæ prohibeant, ne noſtri Ordinis Auditor excedat limites Deciſionum, quæ præcedenter Partibus, & Publico communicantur, idque ſub ea potiſſima ratione, ne eædem Partes, contra quas panduntur Deciſiones, ad nimium laudabilem finem, ut valeant, mediante nova Audientia, deducere quidquid expedire ſibi putent pro impediendo imminenti, & proximo judicato, defraudatæ quodammodò remaneant, ſi aliud dicat Sententia, aliud comminentur Deciſiones ſingulariter in Tribunali Sac. Rotæ ſem-
1 per Sententiam præcedentes, alias ipſa Sententia, quæ ſupra, vel præter firmata, ſivè inſinuata in eiſdem Deciſionibus pronuncietur, nulla omnino ſit, & inutilis, ſicuti præter adductas ſuper hoc ſtylo, & Conſtitutionibus Pontificiis Authoritates *in præd. Romana Cambii ſub §. Ità nec etiam, coràm Me*, videre ad exuberantiam eſt apud *Card. de Luca in relat. Rom. Cur. diſc.32. n.50. Rot. dec.146. n.3. par.19.*

Adeout ſi caſus, & ratio fortaſſe præbeat quod importantia dubii, ſive obiectionis pro retardanda expeditione ſuſcitatæ per ſuccumbentem non mereatur, Cauſam cum gravi earumdem Partium diſpendio repro-
2 poni, æquiſſima introducta fuerit, & juſta conſuetudo per prius extendendi alteram Deciſionem, quæ brevis appellatur, quave mediante ſatisfit difficultati ſuperventæ, & Auditor ſervando legem Tribunali præſcriptam, & nodum ejuſdem ſuperventæ difficultatis obtruncat, & Sententiam fert ad normam Deciſionum, quemadmodum prædicatum fuit *in præfata Romana Cambii coram Me*, & pariformiter liquet ſervatum *in Dertuſen. Iuriſdictionis 5. Iunii 1697. coram* R.P.D. *meo Pio, & in Firmana Salviani 31. Iulii ſubſequentis cor.* Reverendiſſimo *D. meo Decano*; vel quatenus neque tantæ molis exiſtat ſuſcitatum obiectum, ut oporteat etiam hanc brevem ſubextendere Deciſionem, requiritur,
3 quod Domini certiores effecti fuerint novæ oppoſitionis, ut dicitur, per Memorialia, quæ diſtribuuntur ad impedjendam expeditionem, hiſque non obſtantibus Domini demandent Cauſam expediri, prout bene declaratum fuit *in Bononien. Fideicom. de Ghiſelli.*

*lis ſuper renunciat.*, *& uſufructu 4. Iulii 1687. §. Prout non urget cor. Eminentiſſimo Cardinali Caccia Archipræſule Mediolanen.*, & concordat, quantumvis non ità clare ſe explicet, *Deciſio in Burgen. Iuris exigendi redditionem rationis 29. Ianuarii 1691. §. Neque obſtat coram bo. mem. Benincaſa*,

Hinc, ut præmiſimus, juremerito Nepotes D. Lauræ proclamabant de nullitate, ac expreſſè in Actis pluries fuerat proteſtati, ut cognoſceretur de eadem nullitate liquidò reſultante ob injunctam in Sententia remotionem Œconomi, aliorumque impedimentorum, de qua nec verbum in Deciſionibus, aut expeditione Cauſæ factum apparebat, in quibus profectò terminis, niſi Pars ſibi ipſi conſuluerit, ut inſimul cum dubio regulariter dari aſſueto in gradu appellationis, ſive ſecundæ Inſtantiæ, ſcilicet = *An Sententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda*, adijciatur = *vel potius danda ſit immiſſio, aſſociatio*, aut
4 aliud quid ſimile congruens hypotheſi, nequit Judex reflectere ad merita, ſed obſtringitur ex ſolo capite hujus nullitatis infirmare Sententiam, juxta communiter receptam doctrinam *Bart. in l. ſi ut proponis num.6. verſ. quæro utrum, C. quomodò, & quando Iud. Caball. conſ.149. n.36. lib.1. Scacc. de appell. qu. 19. remed.1. concl.6. nu. 111. & ſeq. Ridolphin. in prax. par.1. cap.13. n.275. & ſeq. Add. ad Gregor. dec. 176. n.16. Altimar. de nullit. rubr. 3. quæſt.11. num.43. cum ſeqq. juncto n.23. Pax Iordan. var. elucubr. tom.3 lib.14. tit.25. n.354. Rot. coram Coccin. dec.764. num.20. Pamphil. dec.346. n.2. ibique Adden. n.14. Bich. dec.44. & dec.272. utrobique num. 1. & par.9. rec. deciſ.440. num.4 & in Placentina Nullitatis Profeſſionis 31. Martii 1656. §. fin. coram bo. mem. Albergato*; fallente ſolum hac *Bartoli* doctri-
5 na, ac regula, quoties nullitas oppoſita contra Sententiam non ſit ita perſpicua, ſed attingat gradum probabilem juſtæ dubitationis, quo caſu ex quadam epycheja, ac prudentia Juris conceditur, ut adhuc poſſit confirmari, non obſtante Partis contradictione, ex annotatis per *Adden. ad Gregor. d. dec.176. ſub n.16. verſ. Immò ſi ſit dubia*, *Rot. deciſ.29. n.26. cor. ſa. mem. Alexandro VIII. dec. 884. n.3. cor. Cardin. Cerro, & dec.51. pariter n.3. par.15. rec.*

Cognoverant Defenſores R. P. D. Carafæ inſanabilem ex hoc abſtracto motivo nullitatem ſententiæ, quam, ut diximus reportare ſatagerunt à Reverendiſſimo D. meo Decano, & ideo non audentes impugnare propoſitionem, & regulam, de qua ſuperiùs, totam vim acuebant in prætendendo, quod demandata per ſententiam remotio Œconomi, aliorumque impedimentorum foret de conſequentiis ejuſdem Sententiæ, tuncque (ut bene ſuperaddebant) niſi ſubiecta
6 materia repugnaſſet, poterat ſubſtentari ſententia exprimens etiam id, quod non apparet deductum in Deciſionibus antecedentibus, ſed venit in ſequelam expreſſorum in eiſdem Deciſionibus, ſicuti habemus in omni contingentia Tertio præjudiciali, ad tradita per *Cravett. conſ.74. ſub n.4. Ruin. conſ.189. n.16. lib.2. Rot. cor. Seraph. deciſ.1410. n. 23. & cor. Celſ. dec.395. n.3. & dec.360. num. 25. par. 18. rec.*, & in præciſis terminis Sententiæ *Rota cor. Royas deciſ. 385. num.8. & in rec. dec.159. n.8. par.11. deciſ.229. num.7.*, *& ſeq. & dec.381. num.17. par.17. & dec.164. num.3. par.18.*, *& in Rom. Devolutionis Domus cor. Ubag dec.57. n.3. & 4.* confirmata *27. Martii 1686. §. Fruſtrà namque cor. bo. mem. Benincaſa*, & explicatum, ac reſolutum nuperrimè fuit *in Neapolitana Penſionis 17. Februarii proximè elapſi §. fin. cor. Me*.

Verùm ſubiecta materia repugnabat, vel ſaltem non aſſiſtebat intentui Defenſorum; quia nullibi de conſequentia validitatis Teſtamenti eſt, quod amoveantur Œconomus, aliaque impedimenta, quorum appoſitio non eſt regulariter de ſequela Teſtamenti ſive validi, ſive invalidi, ſed aliundè ex rationabili proviſione Tribunalium promanat, quemadmodum patet de per ſe, ac pariformiter de recenti conſtat ex Cauſa diù acriter, ac mature agitata in illa *Foroſempronien. Teſtamenti cor. R. P. D. meo Caprara ſub die 25. Junii 1696. & 4. Martii 1697. & cor. Me ſub die 9. Decembris ejuſd. anni, & 17. Februarii proxime præteriti*, in ea namque quantumvis difficultas verſaretur ſuper validitate, vel invaliditate Teſtamenti, neque petitus, neque appoſitus, neque remotus fuit Œconomus.

Potiſſimè verò, & citra hæſitationem, quia nec appoſitio Œconomi facta fuerat ab initio per Judicem delegatum ſuper validitate Teſtamenti, ſed per R. P. D. meum Priolum Judicem alterius Cauſæ ſuper ma-
7 nutentione: unde etiamſi pendentia Judicii ſuper poſſeſſorio coram uno Judice non impediat, quominùs alter ſuper petitorio valeat cognoſcere, & pronunciare, ut habetur per *Text. in l. naturaliter §. Nihil commune, ff. de acquir. poſſeſſ. Poſth. de manut. obſer.6. n. 31. & ſeq. Tondut. de prævent. part. 1. cap.24. n.3. cum ſeqq. Rot. dec.284. per tot. cor. Bich.*; nihilominus cardo nullitatis non ſtabat in definitione petitorii, quod validè, ac rectè poterat Reverendiſſ. D. Decanus cognoſcere, & definire ad limites ſuæ particularis in hoc Commiſſionis, ſed in ordinanda remotione Æconomi, aliorumque impedimentorum, quod nec in reſolutione, nec in Deciſionibus continebatur, neque alio modo, qui eſſet neceſſariò conſecutivus, ad ſibi commiſſam Provinciam pertinebat, ſicuti hucuſque ſatis apertè demonſtratum eſt: addito præſertim, quod, ſecundum ab initio inſinuata,

Cauſa

Cauſa ipſa circa hæc proviſionalia remedia cautionis nempe prima vice, ejuſque loco Oeconomi, actu permanet coram prælaudato R. P. D. meo Priolo, proindeque nullo
8 modo valebat Iudex ſuper Teſtamento ſe ingerere circa negocium, & cauſam Oeconomi coram alio Coadiutore effectiue pendentem, ex animadverſis per *bo. me. Coccin. annot.122. n.1. Adden. ad Pamphil. dec. 176. n. 8. Rot. dec. 142. n.8. part.18. rec.*

Incaleſcebat ultra rigorem Iuris, & conſonantiam ordinis præfata nullitas ex præcipua intrinſeca ratione injunctæ appoſitionis Oeconomi, quæ nullatenus verſabatur circa validitatem Teſtamenti, ſed occaſione hinc inde petitæ manutentionis, quæ cum pro conſiderabili parte fuiſſet conceſſa Ren. P. D. Carafæ, extiterat ſalubriter, ut moris eſt, demandata per Tribunal reſpectu fructuum ab eodem R. P. D. Carafa percipiendorum ad finem, ut in caſum ſuccumbentiæ Nepotes D. Lauræ invenirent, vel fructus extantes ſub cautione, vel ſub Oeconomo: cumque lites, & jurgia non ſe reſtringerent ad ſimplicem ſubſiſtentiam, aut inſubſiſtentiam Teſtamenti, prout neque ad ſimplicem inſtantiam manutentionis tunc pendentis coram R. P. D. meo Priolo, ſed foret decreta quoad litem in genere, quæ poſtmodum (velut Hydra) multiplicavit in aliis capitibus, & ſignanter circa legitimam, & ſuper tranſactione, quam validam, & juſtam prius A. C., & deinde noſtrum Tribunal declaravit: hinc proinde nequibat Reverendiſs. D. meus Decanus, tamquam Iudex ſimpliciter delegatus ad Cauſam Teſtamenti, tangere perſonam, ſive appoſitionem Oeconomi, quæ non reſpiciebat ullo modo ſimpliciter Cauſam Teſtamenti: nam cum, ut jam diximus, appoſitio Oeconomi
9 ſucceſſerit loco cautionis, quidquid proinde ſit de cautione injuncta ad ſimplicem inſtantiam, ex animadverſis per *Hering. de fidejuſſ. cap.20. §.20. ex n.4. cum ſeqq. Capic. Latr. conſult. 49. n.17.*, profecto ubi cautio decreta eſt indefinite pro lite, durat uſque ad conſumationem ipſius litis, ſive, ut dicitur, uſque ad Iudicium terminatum, non autem reſoluta dumtaxat prima, vel alia ſucceſſiua inſtantia, ut diſtinguendo habetur *in Modern. Tract. de Commer., & Mercat. diſc.91. num.12. & 19. diſc.92. num.3. cum ſeqq.*, & dixit *Rota dec.84. num.15. coram Coccin. & dec.56. n.15. cum 2. ſeqq. cor. Pamphil.*, & concordant *Carpan. ad Statut. Mediol. tom.1. cap.112. num.84. & ſeqq. Henrig. de fidejuſſ. d. cap.20. §.19. n.14. Gratian. diſcept. 348. n. 23. Modern. Palm. alleg. 156. n.14. & alleg.157. n.3.*

Et ad oſtendendum ulterius, quod regula alias veriſſima, & nuper per DD. meos affirmata in dicta *Neapolitana Penſionis 17. Menſis proximi præteriti §. fin. coram Me* circa facultatem, vel neceſſitatem exprimendi in Sententia abſque vitio nullitatis ea, quæ deſcendunt in conſequentiam principalis reſolutionis, nullatenùs percutiebat caſum præſentem, & ideo quod neque *Doctrinæ*, quæ allegabantur pro parte R. P. D. Carafæ, concernebant proprios terminos, in quibus reſidebat controverſia; placuit DD. meis ſatiſfacere quibuſcumque exemplis, ac *Deciſionibus*, quæ per eumdem R. P. D. Carafam, ejuſque Defenſores circumferebantur ad in-
10 ſinuandum, quod Sententia non dicatur excedere limites Deciſionum, ſi excedat in his, quæ veniunt in conſequentiam captæ reſolutionis, patefaciendo nimirum, quod quæcumque cætera exempla erant reuera neceſſario conſecutiva ad id, quod deciſum, ac reſolutum extiterat, quo ſane caſu nil mirum, ſi Judex in Sententia foris pandit, quod intus aderat, ad exemplum excutientis Granum a Spicis adductum per *Text. in leg. adeo §. Cum quis ex aliena in fin. ff. de acquir. rer. domin. in d. Neapolitana Penſionis d. §. fin. poſt princ. cor. Me.*

Siquidem proſequendo eadem exempla, præciſive pro nunc ab enucleatis in mox allegata *Neapolitana Penſionis*, profecto ſi fuerit (ex gr.) decreta devolutio ad favorem Domini directi, qui nunquam, niſi temporaliter, Dominium rei propriæ in Emphyteuſim conceſſæ deperdiderat, vel deperdere
11 cogitaverat, de conſequentia neceſſaria eſt, ut recuperato in vim antecedentis reſolutionis, ſiue Deciſionum dominio per Dominum directum, ac ceſſante ſubalterno penes Emphyteutam, omni jure tribuatur eidem Domino directo aſſociato ad rem ſuam, ut egregie fuit practicatum *in Romana devolutionis Domus cor. Vrag. inter ejus impreſſ. dec. 57. n. 3. & 4.* confirmata *ſub die 27. Martii* 1686. *§. Fruſtra namque, cor. bon. mem. Benincaſa.*

Idipſum procedit in condemnatione, quæ paſſim fit in ſententiis quod fructus, quan-
12 tatumvis de ejuſdem fructibus nullum verbum factum appareat in Deciſionibus, quoniam ubi natura Iudicii ſecum trahit reſtitutionem fructuum ad fauorem Actoris triumphantis, bene facit Iudex, quando in ſententia condemnat ad fructus, qui ea ratione intentati Iudicii erant neceſſario, & manifeſte de ſequela ejuſdem Iudicii, & hos terminos ferit *d. c. 159. n. 8. cum 2. ſeqq. part.11. rec.* alias *dec.468. coram Bich. & dec.89. num.4. cum 2. ſeqq. part.18.*

Non diſſonans ab his exemplum eſt Sententiæ Rotalis ſpecificantis corpora præciſa, ad quæ generaliter in Deciſionibus con-
13 ceſſa legitur immiſſio, nam cum Dubia, quæ in noſtro Sacro Auditorio proponuntur, conſulendo brevitati, ac (ut par eſt) Dignitati, generice concipiantur, attamen de more in fine exprimunt, *in caſu &c.* videlicet

in caſu, & ad effectum, de quo agitur, ut bene obſervavit *Rot. dec. 570. num. 13. coram Bich. & dec. 479. n. 7. part. 18. rec.* ſicque ubi dicitur = *An danda ſit immiſſio in caſu &c.* quoties Tribunal reſcribit = *dandam eſſe immiſſionem*, proculdubio, non tranſgrediendo etiam formam Dubii, intelligitur, in caſu, & ad effectum, in quo verſatur inter Partes diſputatio; ſcilicet, an danda ſit immiſſio in corporibus, ad quæ Iudices Ordinarii præcedenter per eorum Sententiam nominatim conceſſerant immiſſionem, quapropter recte in Sententia, quæ per Sacram Rotam in gradu appellationis, ſive ulterioris delegationis debet pronunciari infirmando, vel confirmando veterem Sententiam Judicis a quo, ſpecificantur corpora, quæ vel erant in prima Sententia individuata, vel erant individuanda, & hi ſunt caſus, de quibus habetur *in dec. 310. n. 22. part. 13. dec. 229. n. 9. & ſeqq. & dec. 381. num. 17. part. 17. & dec. 164. n. 2. part. 18.*

Suboritur etiam quandoque, quod A. C., a cujus Tribunali frequentius aſcendunt appellationes ad Rotam, conceſſerit immiſſionem ex aliquo coram ſe intentato remedio
14 competente, & Rota in ſubſtantia confirmaverit Sententiam ipſius A. C., quapropter in expeditione Cauſæ Auditor, cui erat appellatio commiſſa, det immiſſionem, quæ evidenter non minus, quam oſtenſum fuerit in ſupra adductis exemplis, neceſſario venit in ſequelam volitæ confirmationis, ſive approbatæ ſententiæ ejuſdem A. C., & hic adamuſſim eſt caſus, ſuper quo inſiſtebat R.P.D. Carafa *in Romana Fideicommiſſi de Marianis coram Royas*, quæ ſitie deciſio *in ordine* *la 385* ſic præciſe diluit, & enervat objectum, prout oculariter apparet *ſub n. 7. verſ. nec refert*, ubi merito Sacra Rota ſubjungit, quod etſi Sacroſanctæ diſpoſitiones, & Con-
15 ſtitutiones Pii IV., & Pauli V. vetent, ne Dominis inconſultis, particularis Auditor Cauſam expediat, non tamen ab hoc neceſſitas inducatur proponendi Dubia ſuperflua, juxta ea, quæ antecedenter definivit, ſeu reſpondit *in dec. 48. num. 5. coram Molinæd. & dec. 170. num. 10. part. 6. rec.*, & poſtmodum *in d. dec. 468. num. 8. & 10. cor. Bich. & dec. 55. num. 4. cor. Vbag. & deciſ. 331. num. 6. & ſeqq. part. 19. & in Bononien. Fidei commiſſi de Ghiſleriis 4. Martii 1698. §. Minus efficit, coram bon. mem. Bevincaſa*,

Conſecutive ad præmiſſa exempla præbet experientia quotidiana caſus conſimiles, a Patronis Cauſarum Sacri Palatii Apoſtolici, vel alias approbatis in noſtro Tribunali ex eorum aſſueta diligentia animadvertendos, quoſue ſuperfluum eſt dinumerare, cum facile exiſtat cognoſcere, an reſolutio, quæ præceſſit, ſecum in claram, ſeu neceſſariam conſequentiam trahat id, quod in Cedula per eoſdem Patronos porrigi ſolita Audito-
ribus Commiſſariis noſtri Ordinis contine-
16 tur: Siquidem ſi canonizata (ex: gr:) fuerit validitas alicujus Cenſus, non eſt dubium, quod ſententia poſſit, ac debeat exprimere etiam manutentionem in exigendo fructus non minus præterlapſos, quam futuros, veluti conſequentes ad eamdem validitatem, quantumvis de eiſdem fructibus neque verbum haberetur in Deciſionibus editis ſuper ipſa validitate Cenſus, ut ſignanter reſponſum fuit *in Romana Cenſus 15. Februarii 1686. §. fin. cor. Eminentiſſ. D. Card. Cavala*.

Nec pariter ab his aberrat exemplum aſſociationis, quæ concedatur Emphyteutæ in
17 Sententia; licet enim Deciſiones ſimpliciter affirment, Emphyteutam eſſe admittendum ad moræ purgationem; quia tamen moræ purgatio ex benignitate Iuris Canonici, & epycheja Iudicis, magnorumque Tribunalium admiſſa, reintegrat Emphyteutam ad priſtinum ſtatum, utique Clauſulæ contentæ in Inſtrumento Inveſtituræ, & non minus Dominum directum, quam Emphyteutam ligantes, expoſcunt, ut mediante aſſociatione familiæ Principis, ſeu Iudicis, Emphyteuta reponatur in locum, & poſſeſſionem, ad quam ex prædicta benignitate Sacrorum Canonum, & Tribunalium per purgationem moræ reviviſcit, juxta animadverſa, & firmata *in Romana, ſeu Portuum Tenutarum ſuper negocio principali 17. Junii Anni præteriti §. Et quidem, coram R. P. D. dell' Olmo*,

Meminimus ſupra de objectis, & diſcuſſis *in Neapolitana Penſionis 27. Februarii præterlapſi cor. Me*, in qua fuit affirmatum, Senten-
18 tiam Reverendiſſ. D. Decani minime ſubjacere vitio nullitatis, etſi ultra declaratam extinctionem Penſionis ex cauſa contracti Matrimonii per Penſionarium proceſſerit ad demandandam reſtitutionem Penſionum perceptarum a Penſionario a die per eum initi Matrimonii: Quoniam id apertiſſime reſultabat a neceſſaria ſequela tituli juxta ſenſum captæ reſolutionis extincti in radice ob incompatibilem ſtatum Matrimonii, quemadmodum latius videre eſt ex *Lotther de re benefic. lib. 1. quæſt. 38. num. 228. cum ſeqq.*, aliiſque uberius (ut par erat) diſpunctis *in præfata Neapolitana Penſionis §. Remanſiſſet, & ſeq. coram Me*.

Et revera ſentientes Defenſores R. P. D. Carafæ efficaciam rationum, quas præ oculis habuerunt DD. in capeſſenda hodierna reſolutione, conabantur corroborare Sententiam, quam obtinuerant, ex alio quodam æquitativo adminiculo, ſive apparente, & plauſibili ponderatione, nempe ex ceſſatione præjudicii Dominorum de Mutis, quia demandata per Sententiam Reverendiſſimi Decani remotio Oeconomi, alio-
rum-

rumque impedimentorum, nullum poterat
interim conſequi effectum, vel inferre detri-
mentum, veluti dependens a ſubſequenti
ordinario Iudicio ſuper validitate, vel in-
validitate Teſtamenti, unde ſubjungebant,
quod ſuppoſita in ulterioribus Inſtantiis con-
firmatione Teſtamenti, (prout ſibi ſuade-
bant,) Oeconomus ſuapte natura decidebat,
ſive erat removendus, hinc nihil eorumdem
DD. de Mutis intererat, quod Sententia a
futuro judicato dependens exprimeret a par-
te ante, quod faciendum erat in fine, ſive
ex poſt: Verum hujuſmodi colorata conſi-
deratione non attenta Domini, ut diximus,
perſtiterunt in infirmatione Sententiæ ex in-
concuſſis rationibus, & motivis, quæ jam
ſuperius expreſſa, ac inſinuata fuere; non
enim ex hac frigida ratione prætergredien-
dæ, vel inobſervandæ ſunt regulæ Juris, ac
Religioſiſſimi noſtri Tribunalis excedenda
normam Deciſionum circa ea, quæ neceſſa-
rio non conſequuntur a reſolutione capta,
ſive a Deciſionibus, quæ præcedunt Senten-
tiam: Maxime quia, ut præmiſimus, Oeco-
19 nomi, aliorumque impedimentorum ap-
poſitio convincebatur injuncta pro tota lite,
non autem reſtricta intra Cancellos inſtantiæ
validitatis, vel invaliditatis Teſtamenti; qua-
mobrem cum & ſuperemineat quæſtio ſuper
viribus Tranſactionis, & ſuper conſecutio-
ne in omnem caſum legitimæ: quam ad om-
ne pejus, & in quoddam ſaltem ſubſidia-
rium præſidium ſimultaneè de facto ſub ho-
dierna die promovebant DD. de Mutis, ni-
mis durum extitiſſet præjudicium, ſaltem
in periculo, ſi iidem DD. de Mutis etiam
finita Cauſa Teſtamenti amiſiſſent retentio-
nem Oeconomi pro aliis prætenſionibus ſub-
20 rogatam loco illius cautionis, quæ pruden-
ter ordinari paſſim conſuevit per Tribuna-
lia, ubi lis agatur inter Subditum, & Foren-
ſem, teſte *Paz. de Tenut. cap. 10. num. 26. Gizz.
in addit. ad Capyc. Latr. dec. 5. n. 8. Card. de Luc.
de Iudic. diſc. 13. num. 12. Rot. dec. 13. per tot.*,
& præcipuè *ſub n. 2. verſ. & propterea, part. 2.
diverſ. & dec. 504. n. 2. cum ſeqq. part. 13. rec.
in Taurinen. Decimarum 27. Aprilis 1663. §. pe-
nult., & fin. cor. bo. me. Calatajù, in Romana,
ſeu Lucen. Sarzanen. Succeſſionis 14. April. 1687.
§. Primo enim, cor. bon. mem. Rondinino, & in
Romana Legati de Carafis ſuper ſequeſtro 25. Iu-
nii 1696. §. Minus ex altera in fin. cor. bon. me.
Emerix Iun.*

Et ita utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

SUccumbens in hac Deciſione ſtatim acquie-
vit ſuper hoc articulo, adeout non fuerit
neceſſe devenire ad aliam expeditionem, ſed
negocium principale validitatis Teſtamenti
extitit ex integro coram Me reaſſumptum,
& examinatum, ut infra ſuo loco regiſtra-
bitur.

Super declaratione autem, ſeu limitatio-
21 ne contenta in præſenti Deciſione, quod ne-
ceſſe ſit, Sententiam eſſe conformem præce-
dentibus Deciſionibus, aliæ in idem prod e-
runt Deciſiones Tribunalis, & ſignanter *in
Bononien. Fideicommiſſi 23. Junii 1698. coram
R.P.D. dell'Olmo, & in Ariminen. Caſtrorum 5.
Maii 1702. §. Objectum autem cum ſeqq. coram
R.P.D. Caffarello*, in quibus collaudatur hæc
Deciſio.

Circa duas Claſſes Procuratorum in Rota
ſcribentium, de quibus facta fuit mentio ſu-
perius, exorta poſtmodum eſt inter eos di-
22 ſceptatio, cui deberetur præcedentia, an
ſcilicet Patronis Cauſarum Sacri Palatii
Apoſtolici exiſtentibus in numero viginti
quatuor, etſi ætate minoribus, vel potius
Procuratoribus exteroquin approbatis, &
ævo ſenioribus, fuitque ratione juris Colle-
giativi, ac numerati, aliiſque fundamentis
reſoluta favore Patronorum Sacri Palatii, ut
ex Deciſione edita *cor. Reverendiſſ. D. Molinet
Decano in Romana Iuris Honorifici ſub die 24.
Martii 1702.*

Etiam extra Curiam tempore, quo funge-
bar officio Advocati, contigit Mihi examinanda
nullitas cujuſdam Sententiæ in una
*Florentina* agitata ſub Anno 1683. inter Vi-
giliam de Aldinis, & Peſcium, ex quo Iu-
dex proceſſerat ad ulteriora, & ſententiave-
rat, non obſtante oppoſitione facta per
Peſcium de quadam re judicata, & Ego
in ſenſu etiam veritatis, reſpondi ſequenti
modo.

Licet in Romana Curia nunquam diſpu-
tari contingat articulus, de quo eſt quæſtio,
eum ſtante prætenſione, vel oppoſitione rei
judicatæ, oporteat adverſus illam agere ſa-
tagenti adire Tribunal Signaturæ Gratiæ, vel
Iuſtitiæ, quæ juxta particulares facti circum-
ſtantias ſolet quandoque denegare audien-
tiam reſcribendo, *Nihil*, quandoque vero
præſervare executionem ipſius rei judicatæ
cum altera Clauſula, *ſine præjudicio rei judica-
tæ*, attamen practicari etiam conſuevit con-
ſimilis Commiſſio, quæ noſcitur adhibita in
hac Cauſa, videlicet, *conſtito de re judicata*,
tuncque in Sacro Romanæ Rotæ Auditorio
ad ejuſdem Commiſſionis normam particu-
lare Dubium proponitur = *an conſtet de re judi-
cata, ſive potius de cauſis reſtitutionis in integrum*,
& agnita nullitate, vel injuſtitia reſponderunt
negative ad primam, affirmative autem ad
ſecundam Dubii partem, & ita è converſo,
ubi de validitate, & Iuſtitia ejuſdem rei ju-
dicatæ edoceatur, quemadmodum videre
eſt apud *Cerr. dec. 395. dec. 398. & dec. 547. &
part. 19. rec. dec. 20.* & alibi paſſim.

Cum igitur laudabiliter ſtylus Romanæ
Curiæ ſit de oppoſita exceptione rei judica-
tæ

tæ particularitèr cognoſcere tàm in Tribunali Signaturæ committentis, quàm in altero Rotæ per viam Commiſſionis, & delegationis] procedentis, eò magis ſuadere Mihi cogor, quod Sententia diffinitiua prolata in hac Cauſa ſinè peculiari examine, aliquali pronunciatione reſpectu ejuſdem rei judicatæ, ab euidenti ſaluari nequeat nullitate, idque ſivè libeat in nudis terminis Iuris communis, ſivè inſpecta formula Commiſſionis procedere.

Diximus, de Jure communi, quoniam
23 nemo non ſcit, quod exceptio rei judicatæ, cui fraternizat altera Tranſactionis, & Iuramenti, adeò potens ad remouendum Actorem ab intentato Iudicio reputatur, ut impediat litis ingreſſum, & conteſtationem, per *Text. litteralem in cap. 1. de lit. conteſtat. in 6.* cum concordantibus apud *Crot. conſ. 361. n. 8. lib. 3. Becc. conſ. 143. n. 78. lib. 2. Capuc. in prax. tom. 2. cap. 12. art. 14. n. 674. Scip. Theodor. allegat. 63. n. 25. in fin., Cenſal. dec. Lucen. 88. n. 15. & ſeqq. Giurb. dec. 20. n. 1. & ſeqq. Rot. dec. 100. n. 3. & 4. par. 1. rec* cum aliis mox allegandis.

Quinimò eadem res iudicata, quæ ſecundùm vulgata axiomata facit de albo nigrum, & de quadrato rotundum, tantæ exiſtit
24 virtutis, & efficaciæ, ut etiàmſi Supremus Princeps Cauſam commiſerit, *non obſtante tali ſententia*, adhuc niſi etiam adiecerit alia verba: *in judicatum tranſacta*, Commiſſio ipſa non teneat, ex communitèr notatis per Scribentes, & ſignanter per *Iaſon. in l. cauſas n. 1. C. de tranſact. Vin. dec. 215. Odd. conſ. 20. n. 63. Menoch. de arbitr. quæſt. 52. n. 4. cum ſeqq. Rauden. dec. 13. n. 125. Cancer. var. part. 3. cap. 16. num. 5. & ſeqq.* & poſt *Ludovic. Sacc. conſ. 74. n. 1. & 2. alioſque* late *Cenſal. d. dec. Lucen. 88. num. 6. & 7.*

Comperto itaquè, quod res judicata dicatur exceptio litis finitæ, neſcitur, quomodò potuerit Iudex, eadem exceptione poſthabita, ad ulteriora procedere, & in meritis pronunciando tacitè circumſcribere eamdem rem judicatam; quidquid enim ſit, quandò per Reum laceſſitum non fuiſſet in
25 Actis proteſtatum, quod priùs de ipſa re judicata cognoſceretur, cùm tunc patiendo, quod de meritis perageretur, ſibi cenſeatur præjudicaſſe, juxta doctrinam *Innoc. in cap. cum dilecta in fin., ibique gloſſ. magna, de reſcript. Felin. in cap. quoniam contra n. 29. & 30. de probat. Surd. conſ. 160. n. 51. & conſ. 360. n. 16. Cancer. lib. 3. cap. 17. n. 9. Giurb. dec. 14. n. 5. Noguerol. alleg. 12. n. 51. Cancer. var. d. part. 3. cap. 17. n. 23. & 24. Treviſan. dec. 2. n. 9. & ſeqq. lib. 1.*

Indubitati tamen Juris videtur, quod ſtante præmiſſa proteſtatione nequeat Iudex in
26 Cauſa procedere, ſed prorsùs obſtringatur præambulè ſuper re judicata pronunciare, aliàs Sententia palpabili nullitati ſubiaceat, ut punctualiter *Abb. in conſ. 14. num. 3. vol. 2.* & antè eum *Felin. in cap. cùm contigat num. 18. de offic. delegati Caſtren. conſ. 247. num. 1. vol. 1. Signorol. conſ. 148. n. 7. & 8. Alexan. conſ. 183. num. 5. lib. 6. Tuſch. lit. E. concl. 379. nu. 9. & 10. Odd. d. conſ. 20. n. 87. Menoch. de arbitr. quæſt. 35. num. 4. Salgad. de Reg. protect. par. 2. cap. 18. n. 8. & 9. Treviſan. d. deciſ. 2. num. 6. lib. 1.* egregiè etiam *Senat. Cathalan. apud Fontanell. deciſ. 532. num. 17.*, ubi ex quo Pars ſemper inſteterat ſuper declaratione exceptionis rei Iudicatæ per viam dilatoriæ, deciſum fuit, locum fore, & eſſe eidem exceptioni.

Ideque videmus quotidiè practicari in ſimilibus terminis tranſactionis, vel renunciationis;
27 cùm enim & ipſa contineat exceptionem litis finitæ, & fraternizet, ut præmiſimus, cùm re iudicata, ut *in dicto cap. 1. de lit. conteſtat. in 6.* neceſſe eſt, quod illa priùs etiam
28 per tres conformes de medio tollatur, antequàm primæva Jura poſſint exerceri, ſecundùm celebrem deciſionem *Caualerii 560. n. 4. Micres de Majorat. par. 3. cap. 15. n. 105. Valeron. de Tranſact. tit. 6. quæſt. 3. n. 36.* plenè *Rota in Faventina Primogenituræ poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 34. num. 2.* ubi allegantur *deciſ. 47. n. 7. poſt Salgad. in Labyrint. Credit.*, & *deciſ. 44. num. 2. poſt Cenſal. ad Peregrin. de Fideicom. clo. me. Card. de Luca de Iudic. diſcurſ. 46. num. 9. & de donat. diſcurſ. 59. n. 16.*, & *de Fideicom. diſcurſ. 39. num. 2. & 3.*, & concordat *D. meus Vrceolus de Tranſact. quæſt. 70. num. 4. & ſeq. & n. 33. & ſeqq.*

Et quamvis Me non lateat, quod magni etiam nominis *Authores* in caſu exceptionis rei judicatæ oppoſitæ per viam dilatoriæ ad impediendum litis ingreſſum exiſtimaverint, procedendum eſſe cum diſtinctione, quod
29 vel hujuſmodi exceptio exiſtit clara, nullamque altiorem requirit indaginem, tuncque cogatur Iudex ſuper illa antè omnia pronunciare quotiès autem noſcatur dubia, & admodùm intricata, eoque caſu poſſit illius cognitionem, ſeù definitionem ad merita principalis negocij, ſeù ad finem litis reſeruare, ut antiquioribus collectis habetur apud *Cancer. var. par. 3. cap. 17. num. 20. & ſeqq. Aſin. in prax. §. 13. cap. 3. n. 6. & §. 18. cap. 3. ex num. 1. Gratian. diſcept. 170. ex. 1. Molin. de Primog. lib. 4. cap. 9. n. 39. Surd. conſ. 252. ex n. 9. Afflict. deciſ. 52. & deciſ. 63. Giurb. deciſ. 21. per tot. Maſtrill. deciſ. 8. n. 5. & 6. Vincent. de Franch. deciſ. 289. Parrex de Inſtrum. edit. tit. 4. reſolut. unic. §. 2. num. 51. & ſeqq. Cumia ſuper Ritib. magnæ Curiæ Rit. 42. n. 45. & 46.*

Quodque magis eſt, præfatæ quoquè *Authoritates* cenſuerint, quod cùm hujuſmodi cognitio, an exceptio rei judicatæ altiorem præſeferat indaginem, à mero Judicis arbi-
30 trio dependeat, poſſitque idem Iudex poſtmodùm agnita Iuſtitia in fine litis pronunciare, canonizando eamdem rem judicatam, uſquè ad condemnandam Partem in expenſis,

Digitized by Google

ſis, ac ſi eadem reſervatio facta non eſſet, adeòut in his terminis nulla tribuatur appellatio, ut videre eſt penes *Gratian. diſcept.* 170. *per tot. Giurba d.dec.*21.*n.*3. *& ſeqq. Raginell. de appellat.* § 2. *cap.*3.*n.* 303. *Scacc. eod. tract. qu.*17 *limit.* 47. *membr.*1. *n.* 97., *&* 98. *& de Judic. lib.*1. *cap.*102. *n.*2. *Salgad. de Reg. protect. par.*2. *cap.*18. *n.*46. *& ſeqq.*, *Valeron. de Tranſact. tit.*5. *qu.*1. *n.*46.

Nihilominus ad omnia æquivoca ſubmovenda placeat reflectere, quod non idcircò procedendo etiam cum præcitatis *Authoritatibus*, quæ memoratæ diſtinctioni nituntur, valeat Iudex abſque alia pronunciatione, & interlocutione ad ſententiam diffinitivam ſuper meritis devenire, & per proceſſum ad ulteriora facere (ut ita dicamus) mentalem ejuſdem rei judicatæ reſervationem, ſed niſi Statutum, vel Pragmatica localis iſtam reſervationem ad finem litis tacite inducat poſt aliquem temporis effluxum, ut in Pragmatica Regni Siciliæ apud *Cumiam d. Rit.*46. & loquens de Statuto Patavino *Peregrin. deciſ.*146. *num.*8. *& ſeqq.*, & de conſtitutione Senatus Pedemontani *Io. Ant. ab Eccl. lib.*1. *obſervat.*11. *n.*21. *& ſeqq.* relatus per *D. Urceol. de Tranſact. d. quæſt.* 70. *n.*24. *&* 29., ubi etiam recenſet Conſtitutionem Iuſtinianam extantem in Civitate Bononiæ; certum, & indubitatum eſt, oportere, quod Iudex de-
31 ſuper interloquatur, expreſſe reſervando eamdem exceptionem in illud tempus, quo negocium principale definitive expediendum eſt, quemadmodum edocuit per hæc fere verba videndus *Molin. de primog. d.lib.*4. *cap.*9. *n.*42. *verſ. ſicque*, eoque relato *Parrexa de Inſtrum. edit. d. tit.*4. *reſolut. unic.* §.2. *n.*54. *in fine*, *&* patet apud *Franch. d.dec.* 289. ubi fuit deciſum = *eſſe procedendum in Cauſa*, *non obſtante exceptione præfata rei judicatæ oppoſita*, iſtaque eſt etiam praxis in dicta Civitate Bononiæ non obſtante præfata Conſtitutione Iuſtiniana, ut per *D. Urceolum d. quæſt.* 70. *num.*29. *verſ. & id ò ſolitum eſt Decretum fieri*, idemque habetur per *Carleval. de judic. lib.* 1. *tit.*2. *diſp.*5. *n.*28., ubi poſt *Afflict. in Conſtit. exceptione filiationis n.*8. *& Muſcatell. in prax. lib.* 1. *par.*5. *gloſ. reſervatis n.* 27. *&* 28., animadvertit, duas eſſe formas pronunciandi ſuper reſervatione exceptionum; ac denique convincitur ex omnibus ſupra relatis, qui diſceptando, utrum ab hac reſervatione concedatur appellatio, per neceſſe ſupponunt, quod Iudex ſuper eadem reſervatione expreſſe pronunciaverit, & anſam idcirco tribuerit appellandi, quibus addi poteſt *Muſcatell.* laudatus apud *Fontanell. dec.*133. *n.*17. *&* 18., ubi poſt ſimilem quæſtionem, an liceat appellare ab hiſce reſervationibus, acriter invehit contra Iudices nimium eidem reſervationi proclives.

Perſtringendo igitur, cum ex hucuſque firmatis, vel juxtà *Caſtren. & Odd.*, *Senat. Cathalon.*, *& alios*, Parte opponente fieri nequeat reſervatio, aliàs Seotentia fit nulla, vel inſequendo cæterorum diſtinctionem ſemper exigatur in caſu dubietatis, & altioris indaginis explicita interlocutoria pronunciatio reſervationis; impoſſibile redditur ab evidenti nullitate præſervare ſententiam diffinitivam in hac Cauſa prolatam abſque ulla antecedenti interlocutoria, & reſervatione, cum ſaltem facta eadem expreſſa reſervatione mediante interlocutoria, potuiſſet Reus propriæ indemnitati conſulere aptius deducendo Iura, & actiones corroborantes Iuſtitiam, & validitatem obtentæ rei judicatæ, ne alias fidens, quod Iudex pronunciet ſuper re judicata, poſtmodum ex abrupto, & præter expectationem agnoſcat, (ut ingenioſe obſeruat *D. Cencinus*) prius eſſe ſepultum, quam mortuum: indeque merito ſecuta eadem pronunciatione ſuper reſeruatione ponderarunt *Doctores*,
32 quod exceptio rei judicatæ appoſita in uim dilatoriæ, ualeat iterum opponi in uim peremptoriæ ad merita Cauſæ, ut habetur per *Bart. in Extravag. ad reprimendum verbo ſummariè n.*25. *Archidiacon. in cap.*1. *n.*3. *in fine*, *ibique Io. Andr. n.* 3. *Franch. n.*13. *de lit. conteſt in* 6., cum reliquis plena manu congeſtis apud *Valeron. de Tranſact. d. tit.*1. *qu.* 1. *n.* 34. *Parrexa de Inſtrum. edit. d. tit.* 4. *reſolut. unic.* §.2. *n.*54., adeout ſaltem ex præmiſſis de facto, & in ſubſtantia æquipolleat explicita reſeruatio rei judicatæ ad finem litis poſitiuæ reprobationi hujus exceptionis.

Et ne iterum incidamus in æquiuoca, reflectendum eſt, quod quamuis *ex Bartol.*,
33 aliiſque uideatur *Carleval. de Judic. d. lib.*1. *tit.*2. *diſp.*5. *n.*30 *in fine*, innuere, quod omiſſio, pronunciationis ſuper hoc emergenti non vitiet ſententiam, ex quo per proceſſum ad ulteriora cenſeatur Iudex tacite ſuper illa pronunciaſſe: attamen ad ſummum id ualet procedere cum præſuppoſito conſtantiſſime retinendo, quod jam Iudex reſeruauerit expreſſe, ut ſupra hujuſmodi exceptionem ad finem litis, ideoque ſolum diſputari contingat, an ſuper eadem exceptione jam reſeruata arctetur Iudex ante principalis Cauſæ defioitionem pronunciare, ut uidere eſt ex Theſe propoſita per ipſummet *Muſcatell.*, qui gloſſat uerbum illud *reſervatis*, *& Carleval. de Iudic. d. lib.*1. *tit.*2. *diſpat.*5. *n.*28. *&* 29., quem refert in eiſdem terminis *D. Urceol. dicta quæſt.* 70. *n.*11. *verſ. comprobatur*, & tamen etiam in hoc caſu pra-
34 xis Tribunalium recepit, quod facta hac reſeruatione, ſi Pars iterum inſtet, ſuper exceptionibus reſeruatis ante omnia pronunciari, quidquid theorice dicat *Carleval.*, ſententia euadit nulla, quoties ad normam petitionis Iudex expreſſe non pronunciet

ſupe

ſuper reſeruatis, ut patet *ex Treviſan. d. dec. 2. n. 8. cum ſeqq. lib. 1. Giurb. dec. 21. n. 9. & 12. cum ſeqq. Salgad. de Reg. protect. par. 2. cap. 18. ex n. 61.*

Atque ex his ſupeſluum quodammodò remanet ad alteram partem ſignatæ Commiſsionis deſcendere; Sed adhuc cùm mediante dictione *con che*, ibi = *con che ſi veda, ſe ſti in re judicata*, fuerit inducta de natura
35 ejuſdem dictionis, *dummodò*, esplicita conditio, ex traditis per *Surd. conſ. 186. n. 11. cum aliis vulgatis*, adeòut Judex aliàs delegatus
36 carere diceretur jurisdictione, ut in his terminis proſequendo probat *Cenſul. dicta deciſ. Lucen. 88. n. 1. & ſeqq.*; in claram emicat conſequentiam, quod de neceſſe tenebatur prius cognoſcere de re iudicata, abſ ue eo, quod
37 ètiam citra vitium nullitatis poſſet hanc esceptionem ad merita Cauſæ reijcere, ſeu reſervare, es his, quæ in ſpecie ſimilis reſcripti deciſa leguntur apud *Cenſal. d. deciſ. 88. ex n. 20. verſ. neque obſtat, uſque ad n. 26.*, cui conſ.uat ſtylus inconcuſſus Sacr. Romanæ Rotæ, quæ ad formam pariter ſimilis Commiſsionis directæ ſub clauſula *conſtito de re indicata, ſiu minus de cauſis reſtitutionis in integrum*, particulariter diſputando proponit, & definit dubium = *an conſtet de re indicata*, ut latius ab initio prænotavimus. *Habenus Reſponſum*.

Eodem modo reſpectu materiæ contentæ in hac deciſione, quod ubi agitur lis inter Subditum, & Forenſem, debeat idonea cautio per Forenſem exhiberi de ſtando Juri, & Judicatum ſolvendo, vel in ſuis caſibus ſit apponendus Œconomus, fusè ſcripſi ſub Anno 1686. ad interpretationem Statuti Senarum hanc Cautionem demandantis, ut habetur in alio ſequenti Reſponſo, quod incipit =

Non minus ex inconcuſſa obſervantia, quàm ex litterali cenſura Statuti vigentis in Civitate Senarum ſub rubrica = *quod Conſtitutiones Senenſes non proſint Forenſibus, & non ſubiectis Iuriſdictioni Senenſi*, poſtquam ex ejus parte D. Thomas de Baccellis eidem Statuto, & obſervantiæ obtemperando veluti Forenſis idoneam præbuit Cautionem de Iudicio ſiſti, & judicatum ſolvendo, viceverſa meritò inſtitit contrà D. Marchionem Aloyſium Bentivolum, ut pari cautione, tamquam & ipſe Forenſis, Judicium inter eos de præſenti pendens ſirmaret, Verum Prætendente eodem D. Marchione, ad hujuſmodi cautionem urgeri non poſſe, exoritur propterea dubitatio, an prædictus D. Marchio cavere teneatur, & non obſtantibus promotis exceptionibus affirmativè proculdubio eſt decernendum.

Clara namque, & litteralis emicat determinatio memorati Statuti *in quarta diſtinctione*, ubi cum denegetur Forenſibus, ſive non Subditis ſuffragium Statutorum, niſi iidem Forenſes, ſeù non Subditi Actores, vel Rei exiſtentes in quibuſcumque Iudiciis idoneos præſtiterint fidejuſſores de Iudicio ſiſti, & judicatum ſolvendo, de plano ſequitur, quod præfato D. Marchioni, niſi huic oneri ſatisfecerit, denegari quoque debeat audien-
38 tia, cùm de validitate hujus Statuti dubitari non valeat, imò in univerſa vigeant Italia, quemadmodùm de hoc ipſo Statuto comprobat *Soccin. Sen. in conſ. 120. ex n. 12. & ſub n. 17. verſ. ſecundo lib. 1.*, ac de cæteris Statutis late uidere eſt penes *Modern. Gob. conſult. 133. n. 30. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 44. per tot. lib. 1. Pignat. ad Stat. Ferrar. lib. 2. rub. 13. Card. de Luc. de Credit. diſc. 100. n. 5. verſ. ſecundo*, ubi peragit de Statuto Bononiæ *Carpzov. de Juriſprud. Foren. par. 1. Conſt. 5. defin. 1. n. 6. & 7.* Adeòut ipſimet Clerici in Foro ſæculari litigantes huic Statuto indubitanter ſubijciantur, ut proſequitur in individuo *Carpan. d. lib. 1. cap. 44. num. 7.*, plene *Ciriac. controv. 144. n. 32.* ubi refert originalem doctrinam *Calderin. Imol. Abb.*, omniumque fere Canoniſtarum, *Pignat. ad Statut. Ferrar. dicto lib. 2. rub. 13. n. 8. Flav. Tort. ad Statut. Papien. rub. 37. n. 17.*

Diximus, quod aliàs denegari debeat D. Marchioni audientia; licet enim præcise id non exprimatur in memorato Statuto, dum tamen ibidem diſponitur, quod niſi Forenſes, ſeu non ſubditi prælaudatam cautionem præſtiterint, *quoad beneficium, & favorem ipſorum Conſtitutiones prædictæ in aliquo non attendantur, & attendi poſſint, ſeu debeant* (ſunt uerba præciſa) *à quocumque Juſdicente, & Officiali noſtræ Civitatis, & totius dominii*, profecto idem eſt, acſi præcise in hoc caſu Statutum denegaſſet, Juſdicentes, & officiales poſſe talem forenſem, ſeu non Subditum audire ſicuti familiare habemus exemplum in Conſtitutionibus, & Brevibus Pontificiis continentibus clauſulam *ſublata*. quæ cum tol-
40 lat quibuſcumque Iudicibus quacumque authoritate fulgentibus facultatem judicandi, pernecesſe etiam claudere dicitur os Parti, adeout per neceſſarium conſequens nullo modo poſsit audiri, ut docent *Ruin. conſ. 21. n. 16. lib. 1. Pariſ. conſ. 1. n. 38. & ſeqq. & conſ. 38. n. 7. lib. 4. Rebuff. ſuper concord. Franc. tit. de form. & irrevocab. Concord. verſ. 8. vult. Judices quoſcumque &c. Gratian. diſcept. 791. n. 12. Rota Bononien. diverſ. dec. 33. n. 47. Bonden. collect. legal. 34. n. 143. Alden. ad Pamphil. dec. 705. n. 5. & 6., & in rec. dec. 49. n. 14. & dec. 262. n. 8. par. 19.*

Fortiùs verò, quia ſecundùm alterius Statuti ſanctionem *in cap. 284. diſt. 1.*, cubitaliter decernitur, quod Magiſtratus, Iusdicentes, & Officiales Civitatis Senarum nullam aliam exercere poſsint Iuriſdictionem = *niſi prout, ſicut, & quatenus ab eiſdem Statutis, &*

Con-

*Conſtitutionibus Civitatis Senarum ipſis Iudicibus, & Officialibus tribuitur*: undè dum in præcitata altera *Rubr. diſt. 4.* adimitur Forenſibus, ſeù non ſuppoſitis beneficium Conſtitutionum, & quis non videt, quod ſublata quoquè remanſerit facultas obtinendi audientiam, cùm ex beneficio dumtaxat earumdem Conſtitutionum Iuriſdictio cognoſcendi Cauſas, ac audiendi litigantes profluat in Officiales,
41 & Iusdicentes; antecedenti etenim deſtructo nullum eſt dare conſequens, ut inquit *I. C. in l. 1. §. Hujus rei, ff. de off. eius*, cum concord. apud *Crauett. conſ. 202. n. 38. & conſ. 231. num. 2. Menoch. deciſ. Florent. 39. n. 16. Rot. coràm Mant. dec. 15. n. 5. & dec. 199. n. 9.*

Et ſanè intantum quis Iudex eſſe poteſt, & miniſtrare Partibus Iuſtitiam illaſque au-
42 dire, inquantum conſimilem facultatem, & Iuriſdictionem nanciſcitur à Statutis, ſeù Conſtitutionibus, ut cum *Bald. in Authent. caſſa, C. de Sacroſan. Ec. Dec. conſ. 8. verſ. ſecunndò principalitèr, & conſ. 38. num. 5. in fin.* optimè tradit *Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 47. num. 1.* & ſuperaddito *Borell. de præſtant. Reg. Cathol. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 5. cap. 5. ſub n. 2. & ſeqq.* Quamobrem idem profectò eſt, quod Statutum dixerit = *non gaudeat beneficio noſtrarum Conſtitutionum*, quàm ſi dixiſſet = *non audiatur*, cùm ſublatis Conſtitutionibus deficiat Iuriſdictio in Iusdicentibus, & conſequentèr non Iudices, ſed homines priuati exiſtant, qui carent Iuriſdictione, ut eſt notorium.

Abſquè eo, quod hujuſmodi palpabilis defectus, ac cœteroquin impoſſibilitas obtinendi audientiam evitari poſſit ſub prætextu, quod Iuriſdictio, mediante delegatione Sereniſſimi M. Ducis, extiterit DD. Iudicibus in hac Cauſa communicata, ſecundùm tradita per *Merlin. Pignattell. cent. 1. cap. 13. num. 6. & ſeqq.* Nihil enim aliud firmat ibidem *Merlin.*, niſi quod omnis Iuriſdictio à Principe promanat, quod utiquè eſt innegabile; ſed non idcircò reſultat, quod Supremus Princeps iſtam Cauſam delegando voluerit impartiri DD. Iudicibus Iuriſdictionem diſtinctam ab ea, quæ regulatur à præſcripto, ſeù qualitatibus, & conditionibus iniunctis per Conſtitutiones huius Civitatis, quæ ab eodem Supremo Principe fuerunt ſemper in ſuo primæuo robore relictæ, &
43 confirmatæ: quin etiam ſi in ipſo reſcripto delegationis adfuiſſet Clauſula, *non obſtantibus Statutis &c.*, numquam tamen per eam cenſeretur derogatum huic Statuto particulari, non enim præſumitur Princeps voluiſſe unquam tollere Statuta Civitatis, ut ex *Felin. Rot. Meart. & Menoc.* in ſpecie tradit *Barboſ. clauſ. 82. num. 16. & 17.* Et in hoc quotidianum paritèr ſtat exemplum Sacræ Rotæ Roma-
44 næ, cuius Auditores etſi habeant delegatam Iuriſdictionem, itant abſquè præcedenti Commiſsione Sanctiſsimi procedere non valeant, ut habetur penes *Coccin. annot. 149. poſt primum vol. deciſ. Card. de Luc. in relat. Cur. Rom. diſc. 32. num. 5. & ſeqq.*, idemque eſt in Con-
45 ſiliarijs Sacri Conſilii Neapolitani, ſicuti patet ex *Ronit. in Rubr. Pragm. de Offic. S. R. Conſil num. 4.*

Nihilominùs per hujuſmodi delegationes, ſiuè ſpeciales Commiſſiones ſemper intelligitur illis communicata Juriſdictio compatibilitèr cum obſeruantia Statutorum Vrbis, ac Rotalium Conſtitutionum; Quodque de
46 reliquo conſimilia Statuta præſeferentia necesſitatem dandi Cautionem æqua lance procedant in quacumque Cauſa ſiuè ordinaria, ſiuè delegata, ex *Marſil. Miur. & Aiden. ad Rot. Bonon.* demonſtrat *Pigant. ad Statut. Ferariæ lib. 2. Rubr. 13. num. 9.*

Eoque certius, quià non ſolùm eadem delegatio prodijt ad inſtantiam D. Baccelli, undè imperceptibile eſt, quod Sereniſsimus Princeps voluerit illius precibus annuere, & contextualitèr ejus indemnitati præiudicare, tribuendo nouam Juriſdictionem diſtinctam ab ea, quæ noniſi præſtita Cautione conceditur à Statutis loci; verùm etiam, quia quamuis non viderim formam ejusdem delegationis, attamen difficile eſt quod illa præſeferat delegationem effectiuam, & non ſit potius ſimplicitèr excitatoria præcedentis Juriſdictionis, quæ eiſdem DD. Iudicibus ad normam præfatarum Conſtitutionum com-
47 petebat, & non aliàs, cùm regularitèr Memorialia, & reſcripta Principis nouam non tribuant, ſed veterem tantumodò ſuſcitent Iuriſdictionem ut egregiè probat *Text. in cap. licèt, ibi = ſuæ Iuriſdictioni ſubiectus = & per tot. ibiquè gloſſ. penult. de Offic. Ordin. Iaſ. in l. ius ciuile num. 2. ff. de Iuſt. & Iur. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſ. 16. num. 24. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 2. allegat. 93. num. 8. Card. de Luc. de Iudic. diſc. 3. ex num. 18. cum ſeqq.*, ubi optimè materiam exemplificat, & explanat,
48 concludendo, quod ſolùm cenſetur effectiua delegatio, non autem ſimplex excitatio Iuriſdictionis, quando Ordinario aliquid committitur, ad quod (citrà Commiſſionem) poteſtatem non habeat, collaudando *Barboſ. & Rot. cor. Bich.*

Firmato igitùr, ut credimus, uſquè ad exuberantiam, quod habeamus litteram Statuti denegantis audientiam, ſeù, quod idem eſt, beneficium Statutorum Forenſibus, ac non ſuppoſitis, niſi Cautionem præſtiterint, quodque ulterius inconcuſſa ex Mihi præſuppoſitis accedat obſervantia,
49 quæ omnem adimit difficultatem, etiamſi non fuerit obtenta in contradictorio Iudicio, ut inquit *Gilian. ad Statut Peruſ. verb. ſucceſſio num. 90. & 93.* cum allijs per *Manſ. conſult. 170. n. 73. & ſeqq. & num. 76. & 77. lib. 2.* & poſt eos *Palm. Nepot. alleg. 68. num. 86. lib. 1.*

Hinc proindè irritus videtur eſſe labor reſ-

ponderandi ad ponderationes, ſive obiecta in oppoſitum excitata, nempè quod præfatum Statutum *quarta diſtinctione Rub. quod Conſtitutiones &c.* loquatur dumtaxat de deciſorijs, non verò de ordinatorijs, ex quo illa verba = *ſub iugo noſtrarum Conſtitutionum eſſe recuſant, ſeu recuſare poſſunt* = verificari nequeant in ordinatorijs Iudicij, cùm in eiſdem ordinatorijs Statutum liget Forenſes litigantes in Foro Statuti. Siquidèm operæ pretium eſt ad vim iſtius argumentationis, ſiuè obiecti percipiendam diſtinguere, quod vel Statutum prò deciſorio habendum eſſe contenditur in ejus ſubſtantia, ſcilicèt quatenùs jubet, præſtari fideiuſſionem de iudicio ſiſti, & judicatum ſoluendo, & hoc repugnat
50 communiſsimæ ſententiæ, iuxtà quam ideò conſimilia Statuta ligant Clericos, aliaſque perſonas Eccleſiaſticas, nec non etiam Forenſes, quia dum mandant ſatisdationem præſtari, reſpicere dicuntur ordinatoria, non autem deciſoria Iudicij, teſte *Imol. Abb. Soccin. Gemin.* cœteriſque ſub hac præciſa ratione cumulatis per *Cyriac. contr. 244. num. 14. & ſeqq. Carpan. ad Statut. Mediol. d. cap. 44. n. 62. & 7. lib. 1. Pignat. ad Statut. Ferrar. d. lib. 1. Rubr. 13. num. 8.*

Aut verò contentio verſatur in eo, quod dum præfatum Statutum aufert beneficium Conſtitutionum Forenſibus, & non ſuppoſitis præbere recuſantibus fideiuſſionem, hoc intelligatur circà deciſoria, nimirùm, quod ſi Forenſes, & non ſuppoſiti abnuunt præbere Cautionem, nequeant poſtmodùm implorare beneficium eorumdem Statutorum in deciſoriis Cauſæ, undè cum D. Marchio non intendat recurſum habere ad eadem Statuta in præfatis deciſoriis, compelli idcircò non valeat ad ullam ſatisdationem. Et tunc intellectus iſte, reverà nimiùm ſubtilis locum ſibi forſan vindicare poſſet, quandò Statutum ſubiunxiſſet, quod in hoc caſu Forenſes, & non ſuppoſiti deperderent privilegia Statutaria, & audirentur ſecundùm Iuris communis cenſuram, ſicuti contingit in pluribus Statutis, & ſignantèr in illo *Ianuen. lib. 6. cap. 4.*, ubi generalitèr demandatur, quod perſonæ Eccleſiaſticæ audiantur in omnibus, & ſingulis litibus ſecundùm Iura Romana, in his namquè terminis Statuta non intellexerunt providere ſecuritatibus Iudiciorum, ſeù quod Iudicia propriorum Officialium non remanerent eluſoria, ſed tantummodò in abſtracto noluerunt commoda Statutaria impartiri non ſuppoſi-
51 tis, & hic eſt caſus, proptèr quem nequeunt de violatione Eccleſiaſticæ Immunitatis redargui, cùm Statuentes dicere poſſint, Amicè non facio tibi iniuriam, tolle quod tuum eſt, & vade ut præ cœteris in individuo reſpondit *Bald. in l. ſi quis Curialis tu. verſ. deindè nota, C. de Epiſc., & Cleric., & in d. Authent. caſſa num. 3. C. de Sacroſ. Eccleſ. Catell. de Immun. Eccleſ. lib. 2. quæſt. 65. num. 21. & 56. Graſſ. de eff. cl. Cleric. eff. 2. num. 17. verſ. licèt cum ſeqq. Ciarlin. contr. 45. num. 10. & ſeqq. Olrva de for. Eccleſ. par. 2. quæſt. 33. n. 15. & ſeqq. Hyer. Palm. Aunt conſ. 29. per tot.*

Sed cùm in præſenti noſtrum Statutum intendat cavere, ne (ut præmiſimus) judicatum à proprijs Officialibus reddatur eluſorium, utiquè finem non foret aſſecutum, quotiès ſat eſſet quod Forenſis declararet, nolle uti in deciſorijs Cauſæ eorumdem Statutorum beneficio, cùm rari nimiùm ſint caſus, quod in Iudicijs Statuta producant Forenſibus aliquod beneficium, & nihilominùs ſemper redimus ad idem, nam ſi D. Marchio cogitat abnuere beneficium Statutorum, per conſequens abnuis etiam audiri, cùm non niſi ex beneficio earumdem Conſtitutionum facultas cognoſcendi promanet in ſufficientes, ut latiùs huiuſquè manifeſtavimus.

Nec in aliquo congruunt, aut applicantur
52 *deciſ. 108. & 109. coram Belmont.*, diſceptabatur etenim in eiſdem Deciſionibus, an Statutum *Ferrariæ lib. 2. Rubr. 64.* certum terminum Cauſis civilibus prò peremptione Inſtantiæ præſcribens ſuffragari etiam valeret Clerico, & reſponſum fuit affirmativè, non obſtante, quod in vim alterius Statuti *lib. 1. Rubr. 5* generaliter decerneretur, quod Statutum Ferrariæ Clericis non prodeſſet, quoniam dictum fuit, quod cùm memoratum Statutum elapſo certo termino perimens Inſtantiam reſpiceret ordinatoria, activè, & paſſivè ligabat Clericum, undè conveniens erat, quod ſicuti peremptione Inſtantiæ ligabatur Clericus tamquam de materia reſpiciente ordinatoria, ità ad ſervandam æqualitatem, ac ex identitate rationis Statutum illud prodeſſe debebat eidem Clerico.

Ac proptereà, quidquid ſit de ſubſiſtentia iſtarum *deciſionum* in ſuo caſu, dum non ità
53 de facili procedit præſuppoſitum, quod Statuta perimentia Inſtantiam ſint ordinatoria potiùs, quam deciſoria, (nam oppoſitum optimè diſtinguendo intèr ſimplicem diminutionem appellationis, ac effectivam peremptionem Inſtantiæ, edocuit *Honded. Rot.* alijſque relatis *Gratian. diſceptat. 521. num. 49. Flan. Cherubin. in compend. ſuper Conſtit. 61. Gregorij XIII. verſ. quod lapſo*) Certum tamen eſt, quod ad præſens minimè dubitatur, utrùm Forenſis gaudere valeat abbreviatione alicuius Inſtantiæ, ſed quæſtio eſt, an Forenſis ſatagens audiri teneatur aſſecurare Iudicium; cumque, ut oſtendimus, Statutum in decernens reputetur in rei veritate ordinatorium, potiùs ex diametro retorquentur *Deciſiones Belmont.*, qui ſi ulteriùs firmavit *in deciſ. 108. num. 6., & deciſ. 109. num. 9.* quod aliàs ubi tolleretur Clericis in ordinatorijs beneficium.

Sta-

Digitized by Google

Statutorum, læderetur Eccleſiaſtica libertas,
adimendo Clericis jus quæſitum de Iure
communi, per quod illi ſubjacent active,
& paſſive in ordinatorijs legibus Fori, in
quo Cauſa agitatur, hoc ipſum mirabiliter
favet hodiernæ petitioni, dum quoties Cau-
ſa tractaretur etiam cum Clerico, iſte de Ju-
re communi detractare non poſſet præbere
ſecuritatem expoſtulatam veluti de materia
reſpiciente tantummodò ordinatoria, in qua
tàm Laici, quàm Clerici ſubijciuntur legibus
illius Fori, in quo Cauſam agunt.

Quibus denique prò coronide adſtipula-
tur illa æquitas, & ratio deducta ex *tit. ff. quod
quiſque Iuris*; nàm ſi Civis aliquis Senenſis
52 vellet comparere coràm Iuſdicentibus Fer-
rariæ, & ſic in Patria D. Marchionis, arcta-
retur conſimilem dare Cautionem, ut ſupe-
riùs vidimus cum *Pigant.*, & latiùs firmat
*Bonden. collect.8. ex num.45.*, ubi *ſub num.*108.
cùm *Leoncill.*, & eodem *Pigant.* ſubjungit,
nec eſſe neceſſariam petitionem hujus Cau-
tionis ad finem ipſo Iure repellendi foren-
ſem à limine Iudicij: Ita ad eamdem æqua-
55 litatem obſervandam, omninò conſonum
videtur, ut D. Marchio compellatur ad ca-
vendum coram Iuſdicentibus iſtius Almæ
Civitatis, ut in puncto arguit *Faber. in Cod.
lib.2. tit.39. defin.7. Jo. Ant. ab Ecclcſ. obſerv.42.
num.22. lib.1.*

*NOVA ADDITIO.*

EX *num.37. Eodem modo* ſuperior Annotatio,
& Additio agit de Cautione præſtanda *de
Judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo*, vel, quod
idem eſt, prò aſſecutione Iudicij, utique
56 (teſte *Card. de Luc. de Judic. diſc.12. n.1.*) illa
non habet locum in Curia, ſeù in Vrbe,
ſignanter prò refectione expenſarum; quod
duriſſimum Mihi videtur, & valde indigens
57 moderamine, quia poſſet quis ab Extero,
vel à notorio inope diù defatigari cum ſe-
quela illarum expenſarum, & ærumnarum,
quibus lites abunde ſcatent, unde ſaltem,
quia nihilominùs practicarunt in Curia in
alio propoſito aliæ Cautiones, nec non ſe-
queſtrationes, ex eadem ratione conſulerem
indemnitati collitigantis quocumque alio
modo poſſibili: Et de facto quoties tracte-
58 tur de Reo, ſi quid ab eo petatur, & timea-
tur, ne Iudicium ab Actore promotum red-
datur eluſorium, Sac. Tribunal *in decis.121.
num.3. & ſeqq. cor. Bich.* cenſuit, quod idem
Reus teneatur præſtare Cautionem, ut ſal-
tem fructus rei petitæ ponantur ſub ſeque-
ſtro, cujus medicina poteſt eſſe poſtea ea-
dem Cautio; unde etiam, quia de cętero
59 Cautio hæc petenda venit ab initio introdu-
cti Iudicij, aliàs videtur Actor agnoviſſe
Reum prò idoneo, ideòque is imputare ſibi
debeat, ſi hujuſmodi Cautione non petita



Iudicium inchoavit cum eo, qui non erat
ſolvendo, per doctrinam *Angel. in l. ſi ab arbi-
trio ff. qui ſatiſd. cogant. Hering. de fideiuſſor. cap.5.
num.44. Mart. vot.100. num.9.* Nihilominùs
*eadem Rota cor. Bich. ubi ſuprà*, agnoſcens for-
60 ſan ſupradictam duritiem firmavit *ſub n.12.*
quod ſcientia hujus inopiæ concludenter
probanda eſt in Actore per Reum ab ipſo
exordio litis, aliàs ſemper peti poteſt; &
male in ſubſtantia pariter recipiendo hanc
conſuetudinem, quæ pro meo Iudicio non
eſt æqua non ſolùm reſpectu Rei, ſed etiam
Actoris divexare intendentis ſuum Adverſa-
rium, devenit ad alias limitationes ferme
æquipollentes huic Cautioni, ut videre eſt
*in d. deciſ.121. per tot. cor. Bich.* prout invenen-
61 do contrà hanc conſuetudinem, quæ præ-
tenditur derogaſſe ſanctioni Iuris expreſſæ in
*Authent. generalitèr, C. de Sacroſ. Ecc. & in Auth
libellum, C. de lit. conteſt.*, & adducendo exem-
pla plurium Statutorum Cautionem hanc
demandantium, recte demonſtrat *Gobb. in
ſuo conſultat.133. per tot.*, & per conſequens
ſaltem exoptabile eſſet, quod quando agi-
tur de Extero, & inope examinaretur (audi-
ta hac oppoſitione) probabilitàs boni Iuris
in ipſo Actore per Tribunal ſuper hiſce
commiſſionibus Cauſarum à Principe de-
putatum.

Hinc nuper *Rota in una Melevitana Commen-
dæ ſuper ſequaeſtro 23. Jan. 1710. cor. R. P. D. meo
Aldrovando*, etſi non iniunxerit Cautionem
illam ſuper fructibus, de qua in memorata
*deciſ.121. cor. Bich.* immò etſi non eſſet locus
(ſtante poſſeſſione triennali) diſpoſitioni *Cle-
mentinæ unicæ de ſequeſtrat. poſſeſſ., & fruct.*
62 adhùc, ne Iudicium redderetur eluſorium,
cùm tractaretur de Epiſcopo in gravi ætate
conſtituto, & qui nullas mortis ſuæ tempo-
re probabiliter relinquere poterat faculta-
tes, practicavit idem Sequeſtrum ſi non di-
recte ad normam *Clementinæ*, ſaltem per mo-
dum juſtæ, & æquitativæ proviſionis, ſe-
quendo bene in hoc propoſito obſervata per
*Card. de Luc. de Benefic. diſc.98. num.11 & 35.,
& de Iudic. diſc.13. n.12.* qui hoc ſequeſtrum
appellat ſequeſtrum proviſionale, de quo
etiam extant alia exempla practice obſerva-
ta per *Rot.*, & ſignanter *in una Ianuen. Pecu-
niaria 12. Octobris 1640. per tot. cor. Card. Hiero-
nymo Veroſpio, & in Taurinen. Decimarum 27
Aprilis 1668. paritèr per tot. coram Calataiù*,
quæ nullibi de cętero reperiuntur impreſſæ
forte ob incuriam eorum, qui Volumina
*Deciſ. Recent.* compilarunt.

BARCHINONEN. BENEFICIJ.

*Lunæ 14. Aprilis 1698.*

## ARGUMENTUM.

Gratia impetrationis Beneficij per tertium poſſeſſi, dicitur Gratia piſcatoria, & odioſa, & ideo omninò reſtringenda, & impetrans tenetur probare negativam concludentèr, ſi in ea ſuæ intentionis fundamentum conſiſtat. Juriſpatronatus qualitas gentilitia probatur ſufficientèr per centenariam, etiamſi in contrarium ſit fundatio, ac etiamſi titulus fuerit productus ab habente centenariam, dummodò ad illum ſe non reſtrinxerit. Diſtributiones quandò veniant appellatione fructuum Beneficij.

## SUMMARIUM.

1 *Gratia Beneficij certo modo impetrati, quæ dicitur* Piſcatoria, *reputatur odioſa.*

2 *Gratia obreptitia, vel ſubreptitia exequtionem non meretur.*

3 *Exceptio*, tua non intereſt, *repellit agentem.*

4 *Quilibet poteſt accuſare in delictis publicis.*

5 *Negativa coarctata debet probari ab eo, qui in illa ſe fundat.*

6 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatam.*

7 *Executor cenſetur ritè, rectè que omnia geſſiſſe, niſi contrarium probetur, & n. 12.*

8 *Executor merus, cenſetur, & præſumitur neceſſariam ſumpſiſſe informationem circa ea, quæ concernunt exequutionem Gratiæ ſibi pro executione directæ.*

9 *Deſcendentia ex quibus probetur, & num. 10.*

11 *Sententia lata in Cauſa ſtatus cum legitimo contradictore, facit jus quoad omnes.*

13 *Status Beneficij liberus à Jurepatronatus, ex quibus probetur, & quæ requirantur.*

14 *Clauſula*, dummodo alteri non fuerit ius quæſitum, *non tribuit ius tertio, ſed tantummodò præſervat illud, quod jam habebat.*

15 *Obſervantia immemorabilis, vel centenaria attenditur in Jurepatronatu, licèt ſtet in contrarium tenor fundationis.*

16 *Centenaria tribuit facultatem allegandi meliorem titulum de Mundo.*

17 *Centenaria non tollitur per exhibitionem tituli, qui non fuit productus ab eo, qui allegat pro ſe ipſam centenariam.*

*Amplia, id procedere, etiamſi talis titulus fuiſſet ab eo productus, quotiès non conſtat, quod intellexerit ſe ad illum coarctare, num. 18.*

19 *Patroni in fundatione Beneficij quaslibet conditiones ſibi magis benè viſas poſſunt apponere.*

20 *Obſervantia quadragenaria ſufficit, quando agitur de qualitate Iuriſpatronatus, non de illius ſubſtantia.*

21 *Dictio*, præſertim, *eſt ampliativa, & indicat faciliorem inductionem.*

22 *Argumentum à contrario ſenſu non procedit in dictis* Doctorum, *ac* Deciſionum.

*Præcipue, quando dicta* Doctorum, *aut* Deciſionum *non ſunt revera contraria, ſed directa, & ad ſummum ampliativa, n. 23.*

24 *Appellatione* hæredum, & ſucceſſorum *in materia Jurispatronatus, veniunt regulariter hæredes, & ſucceſſores bonorum.*

*Attamen ex circumſtantiis, & conjecturis veniunt ſolum hæredes ſanguinis n. 25.*

26 *Juspatronatus gentilitium, ſeu maſculinum ex quibus probetur.*

*Et talis qualitas præcipuè juſtificatur, quando adfuerunt fœminæ hæredes, & adhuc ſoli maſculi præſentarunt, n. 27.*

28 *Quando verbo* hæredibus *adjungitur illa qua*litas ſuis, *facilius id intelligitur de hæredibus ſanguinis.*

29 *Juſpatronatus mixtum, ultrà qualitatem gentilitiam, requirit etiam hæreditariam.*

30 *Fiſcus dicitur durus Adverſarius.*

31 *Juſpatronatus etiam hæreditarium non tranſit ad Fiſcum, ſed remanet Beneficium liberum.*

32 *Actus violenti non faciunt ſtatum, nec habentur in conſideratione.*

33 *Centenaria quaſi poſſeſſio præſentandi ſufficit ad probationem Jurispatronatus in perſonis privatis.*

*Secus in perſonis potentibus ex diſpoſitione* Sac. Conc. Trident. *de qua ibid. n. 34.*

35 *Statuta Florentiæ excludunt fœminas propter agnatos maſculos uſque ad octavum gradum.*

36 *Diſtributiones quotidianæ, an, quomodo, & ad quem effectum habeantur in conſideratione ad finem dignoſcendi verum valorem Beneficii, & n. 37. & 38.*

39 *Diſtributiones quotidianæ ſuccedunt loco Prabendæ, quando Beneficium nullam habet Præbendam, vel tenuiſſimam.*

## DECISIO XXXVIII.

NON acquieſcens Ioſeph reſolutioni Tribunalis, & Decreto deneganti retardationem litteris Apoſtolicis, quas obtinuerat Coſta uti ab ipſa fundatione vocatus ad Beneficium erectum ſub titulo S. Luciæ, novam aſſequi procuravit Commiſſionem ſuſpenſivam earumdem litterarum, ac Decreti Rotalis; ſed hodie DD. rurſus ad normam novi reſcripti Signaturæ per Me requiſiti, citrà hæſitationem reſponderunt, procedendum omninò eſſe ad legitimam præfatarum litterarum, & Decreti Rotalis exequutionem.

Quamvis enim ſtylus S. Sedis, ſive Datariæ Apoſtolicæ prudenter, ac iuridice paſſim permittat, ut quoties ſub inſubſiſtenti, & mendaci præſuppoſita aliquis extorſerit à largitione ejuſdem S. Sedis proviſionem, ſive litteras ſuper Beneficio alias ad collationem Papæ ad normam Iuris, & Regularum Cancellariæ pertinente, valeat alter tan-

tanquàm denunciator præfati mendacij, ſive
opreptionis, mediante Gratia, ac impetra-
tione, quam nuncupant *certo modo*, in quod-
dam præmium reportare conſequutionem
1 eiusdem Beneficii, quamobrem hujuſmodi
Impetratores, veluti ſatagentes turbare pri-
ſtinum obtentorem, & plerumque poſſeſſo-
rem, forte, non immeritò juxtà vulgare
adagium nuncupentur, *Piſcatores*, quia
nempe in turbido impetrationis antecden-
ter per alium factæ abſque alio titulo, quam
deſtructivo præcedentis proviſionis, ſeu col-
lationis capiſcari conentur idem Benefi-
cium, & ideò regulariter reputentur non
minus apud *Scribentes*, quam penes Tribuna-
lia parum favorabiliter ſuſcipiendi, ſed po-
tius odioſi, uti liquet apud *Hoſtien. in cap. cùm
in multis ſub num. 4. verſ. providè, & ſub num. 9.
verſ. verùm, de reſcript. in 6. Lotter. de re benefic.
lib. 2. quæſt. 44. n. 2. & ſeqq. Card. de Luc. de Bene-
fic. in ſupplem. par. 4. diſc. 134. num. 2. Rot. coràm
Royas deciſ. 269. num. 4. & deciſ. 303. num. 10., &
in Romana Cappellania 27. Novembris 1680. §.
Ideò non applicantur in fine, coram cl. mem. Card.
Vicecomite.*

Hinc non mirum, ſi Iuſtitia ita de per ſe
exigente, non parum in hodierna piſcatione
ſeſe fefellit Ioſeph; Pro fundamento nam-
que, ac baſi ſuæ Gratiæ adverſus Coſtam
conquiſitæ Summo enarravit Pontifici,
quod prædictum Beneficium S. Luciæ, utpo-
te vacatum in Menſe Apoſtolico, libere ad
S. Sedem ſpectaret, non autem (ut expreſſe-
rat Coſta) ex charactere infixo fundationi
debitum foret certo generi perſonarum,
quin etiam, ubi potuiſſet cenſeri alicui per-
ſonarum generi affectum, nulli amplius ade-
rant capaces aſſequutionis hujuſmodi Bene-
ficij: quæ ſane præſuppoſita quandò ſubſti-
tiſſent, de plano ſequebatur, Gratiam impe-
trationis à contrario reportatam per Co-
2 ſtam, veluti precum veritate deſtitutam,
nullam dubio procul exequutionem prome-
reri, vulg. Iur. *in cap. ad aures in fin., & cap. ad
Audientiam il 2., ibique Abb. num. 5., & Felin.
num. 22. de reſcript. Rot. deciſ. 153. num. 7. coram
ſa. mem. Alex. VIII., & deciſ. 148. n. 12. par. 19.,
& in Reatina Archipresbyteratus 13. Ianuarij
proximè præteriti §. 1. in fin. coràm R. P. D. meo
Muto.*

Verum totus iſte diſcurſus, & fundamen-
tum minime, tamquam ex ore Ioſephi pro-
ſiliens, ad Iuſtitiæ lances valebat appendi,
quià cum Ioſeph proprias litteras, quarum
verba recenſentur *in præcedent. Deciſione R. P.
D. mei Caprara ſub die 10. Maij 1697. §. Idem
Beneficium*, non adhuc juſtificaverit coràm
noſtro Auditorio, nullam gerebat veſtem
Nuptialem, propter quam uti legitimus
contradictor, vel impugnator litterarum
Coſtæ poſſet admitti, urgente contrà eum-
3 dem Ioſephum notiſſimo Adagio: *Tua non
intereſt*, de quo paſſim in alio propoſito ha-
betur *in deciſ. 63. num. 6. coram Cerillo, deciſ. 378.
num. 9. par. 17., & in Romana Prælaturæ de Vec-
chiarellis 9. Decembris 1697. §. final., & 10.
Martij proximè præteriti §. Cùm itaquè in fin.
coràm Me*: quemadmodum enim mendacium
obreptionis, vel ſubreptionis præbet juſtam
cauſam S. Sedi, ut denunciatori conferat
illud idem Beneficium, quod ab alio fuerat
falsò extortum; ità ex oppoſito nequit im-
partiri licentiam cuicumque non juſtificanti
ſuam impetrationem, ut poſſit iuſte ſe op-
ponere, & comparere, ex quo conſimiles
obreptiones, vel ſubreptiones non apparent
4 connumeratæ inter delicta publica, ſuper
quibus ad univerſalem Reipublicæ vin-
dictam unicuique permittitur accuſare, &
ſtare in Iudicio, iuxtà cenſuram *Text. in l. qui
cœtu, §. fin. ff. ad leg. Iul. de vi publ.* cum con-
cord. apud *Farinac. in prax. quæſt. 22. num. 8,
Rainald. in Comm. ad Bannim. gener. Bonon. lib. 3.
cap. 34. a 10. num. 3.*

At forte non immeritò deſtitit Ioſeph ab
exhibitione, ſeu iuſtificatione ſuarum litte-
rarum, quià conſimile præſuppoſitum ſuæ
piſcationis, ſive impetrationis involvens
duplicem e diametro adverſantem ſuppoſi-
tionem, nempe, & non affectionis certo ge-
neri, vel non ſuperexiſtentiæ perſonarum
5 capacium, debuiſſet per quaſi impoſſibilem
negativam coarctatam, veluti ſubſtentacu-
lum propriæ Gratiæ, per Ioſephum compro-
bari, ad tradita per *Rot. coram Burat. deciſ. 176.
per tot. ibique Adden. n. 21., & deciſ. 948. n. 1.
& 2. & deciſ. 2. n. 9. coram Ubago, & in rec.
deciſ. 50. num. 2., & deciſ. 341. n. 5. par. 16.* cum
cæteris *in dicta Deciſione diei 10. Maij 1697. §.
penult. coram R. P. D. meo Caprara.*

Quapropter Domini potius ex officio, ob
exequutionem litterarum Coſtæ eiſdem de-
mandatam, inquirentes de veritate narrato-
rum per enunciatam Coſtàm adinvenerunt,
& ſubſiſtere radicem Iuriſpatronatus paſſivi
ad favorem deſcendentium à Fundatore, &
palmitem deſcendentiæ coprobatum à
Coſta: Circa namque primam partem, id
6 effulſit ex poſitivo fundationis Inſtrumento,
quod facit (ut dicunt noſtri *Scribentes*) pro-
bationem probatam, ad no. per *Bart. in l. 1.
num. 8. ff. de oper. nov. nunciat. Bald. in l. quoties
in fin. C. de Iudic., & in l. intereſt num. 2. C. de
ſolut. Rot. deciſ. 356. par. 14. rec. & deciſ. 276. cor.
Priolo utrobique num 1.*, & alibi millies.

Abſque eo, quod refragari valeret multi-
plex obiectio per Ioſephum alias citrà legi-
timam (ut diximus) figuram in hodierna
contentione ſuſcitata, videlicet, & quod
præfatum Inſtrumentum foret penitus in-
forme, ac neſciretur, unde fuiſſet extractum,
ex quo, ſi qua aderat extractio, ſequuta no-
ſcebatur lite pendente ſine prævia compul-
ſatione, ac Partis citatione, quodque ex il-
lius

liùs facie præſeferret ſpeciem meri ſumpti
deprompti ex alio ſumpto, & idcircò non
eſſet forſan, ut oportebat, productum coram
Vicario Barchinonen. deputato litterarum
Coſtæ Exequutore: Sed ultrà quod infor-
mitas corruebat ex oppoſita facie, ac legali-
tate Inſtrumenti recenſiti ex parte Coſtæ in
ejus *Summario impreſſo num.3.*; & de extractio-
ne conſtabat à ſucceſſore Regente Scriba-
niam Laurentij, qui fuerat de prædicto ro-
gatus Inſtrumento, ut pariter *in Summario*
Coſtæ *dicto num.3. in fine*; à fundamentis
obiectionem evellere viſa eſt productio Te-
ſtamenti ſubſequuta coram Executore, in
quo noſcebatur, Aromirium fundatorem
demandaſſe erectionem Beneficij, de quo
agitur; cum reſervatione Iuriſpatronatus
activi favore Beneficiatorum, ſeu Cappella-
norum, quorum Beneficia, ſeu Cappella-
nias ipſe Aromirius vel in vita, vel poſt obi-
tum ab initio erigi curaverat: Unde etſi Ju-
dex Exequutor litterarum Coſtæ abſtinuerit
à demandanda in Actis poſitiva exhibitione
Inſtrumenti fundationis, certe vel eadem
exhibitio non erat neceſſaria, ex quo nemo
comparuerat impugnans exequutionem lit-
terarum Coſtæ, vel præſumitur, quod ad
parcendum expenſis, ſemper à Iudice quan-
tùm fieri poteſt tollendis, ſeſe extrajudicia-
liter informaverit de effectiva erectione,
ejuſque Inſtrumento ad Tabulas Teſtamen-
tarias Aromirij coram ſe jam producto
conſecutivo, idque planum eſt, ac de conſe-
quentis juridicæ illius præſumptionis, juxtà
7 quam Exequutor cenſetur recte, valideque
omnia geſſiſſe, niſi manifeſte probetur con-
trarium, ut generaliter habetur apud *Pam-
phil. deciſ.588. n.11. Merlin. deciſ.418. num.3.,
& deciſ. 90. num.6. coram fa. mem. Alex. VII.*,
& in propoſito Executoris meri, ad diffe-
8 rentiam mixti, quod idem merus Exequutor
præſumatur ſufficientem ſumpſiſſe infor-
mationem circà ea, quæ Gratiæ ipſius exe-
quutionem reſpiciebant, *Rot. coram Buratt.
deciſ.842. num.6., & coram Dunoz. Jun. deciſ.75.
n.2 & deciſ.1481. num.7 & ſeqq. coram Cocci-
no, & in Illerden., ſeù Tarraconen. Beneficij 5. Ju-
lij 1683. §. Non obſtat, coram bon. mem. Guaxar-
do, & in præterita Deciſione hujus Cauſæ §. Nec
adverſatur, coram R. P. D. meo Caprara*.

Neque minoris luciditatis effulxit juſtifi-
catio alterius partis contentæ in litteris Co-
ſtæ, nempe quod idem Coſta foret de de-
ſcendentibus ab Aromirio: quoniàm hujuſ-
modi deſcendentiam Coſta comprobavit
non ſolum mediante depoſitione Teſtium,
*dicto Summario impreſſo num.6.*, ac fide Bapti-
ſmatis non tantum proprii, ſed ejus quoque
Progenitorum, verum etiam per alia publica
monumenta, de quibus *in eodem Summario*
9 *num.8. & ſeqq*, qui ſane ſunt modi regula-
riter præſeferentes perfectam probationem
deſcendentiæ, ut ait *Butr. in cap. ſeries num.8.*
ibiquè etiam *Fælin. num.3. in fin. de Teſtib. Rot.
coram Millin. deciſ.10. per totam, & coram Bu-
ratt. deciſ.709. n.3. & ſeqq., & deciſ.43. n.1.
coram Ubago, & in Lunen. Sarzanen. Cappellaniæ
25. Iunij 1685. § Impugnabatur, coram bon. mem.*
10 *Pauluccio*; Maxime, ubi quæſtio non ſit in-
ter alios de eadem deſcendentia, quo caſu
exigi meritò ſolet firmior juſtificatio per
gradus diſtinctos, ex animadverſis per *Garz.
de Benef. par.7. cap.15. n.28. cum ſeqq. Mare-
ſcot. var. reſolut. lib.2. cap.70. n.3. Rot. coram
Seraphin. deciſ.578. per tot. Pen. deciſ.333. num.3.
& 4., & deciſ.346. num.10. & 11. Bich. dec.154.
num.15. Carill. deciſ.117. num.7., & in rec. deciſ.
255. num.6., & deciſ.301. num.11. par.10., &
deciſ.422. num.11. par.18., & in Corduben. Cap-
pellaniæ 26. Martij 1696. §.1. poſt med. coram
R. P. D. meo Mito*.

Superacceſſit ad eliminandam exceptio-
nem, quam ſine veſte, ut diximus, nuptiali
objiciebat Ioſeph contrà Teſtes tanquam
abſque Partis citatione, ideòque ſine con-
ſuetis Interrogatorijs inductos, ſententia
formiter comprobativa, quam reportavit
Coſta circà ſuam deſcendentiam de Anno
1687.; quamobrem ſicuti certa videbatur
prætenſio citationis Partis, quandò nulla
Pars aderat, quæ foret (niſi per ſpiritum di-
vinationis) expectanda, & citanda, ità me-
11 morata ſententia, utpote lata in Cauſa ſta-
tus, ac cum legitimo contradictore, faciebat
proculdubio Ius contrà omnes, juxtà cele-
brem *Text. in l. ingenuum ff. de Stat. homin. Gon-
zal. ad regul. Cancell. gloſ.9. §.1. n.84., & ſeqq.
Rot. coram Bich. deciſ. 284. num.4., & deciſ.98.
num.14. coram fa. mem. Alexandro VII.*, & ob-
ſervat *præcedens Deciſio R. P. D. mei Capraræ
§ Iuſtificatio in fin.*

Parumque officiebat ad everſionem utri-
uſque juſtificationis factæ reſpectu ſuæ Gra-
tiæ per Coſtam illud objectum, quod cum
Aromirius gemina, ut dictum fuit, erexerit
Beneficia, circa unum conſtitutum in Altari
Sancti Iacobi non minus apparerent præſen-
tationes, quàm continuatæ Inſtitutiones in
deſcendentibus ab Aromirio, quòad verò
controverſum Beneficium S. Luciæ nec de
præſentationibus, nec de Inſtitutionibus hu-
juſmodi deſcendentium per ſpatium trium
fere ſæculorum edoceretur: Quoniam in-
quantum objectum iſtud tendere poterat ad
deſtructionem Iuriſpatronatus paſſivi ſuper
Beneficio S. Luciæ, illud proſternabatur
evidenter nedum ex Teſtamento Aromirij,
ſed etiam ex ipſo Inſtrumento fundationis,
quinimò confeſſio Joſephi in una parte di-
ſpoſitionis ejuſdem Aromirij, nempe circà
Beneficium S. Iacobi, nimium vehementer
conferebat ad præſumptionem alterius, &
12 maxime juncta exequutione conceſſa per
Exequutorem litterarum Coſtæ, pro qua
ſem-

Digitized by Google

ſemper eſt præſumendum, ut præter ſuperiùs adductos *ſub §. Abſque eo quod* comprobat Rot. *cor. Montanedo deciſ.* 155. *num.* 3. 4. & 5., & *coram Merlino dec.* 687. *n.* 12. & 13., & *dec.* 93. *n.* 14. *par.* 16. *rec.*

Inquantum autem idem obiectum ferie bat probationem deſcendentiæ, jàm profligabatur ex juſtificationibus ſuperius ennunciatis, & nihilominus ſat non erat aſſerere, vel probare, quod per ſpatium trium ſeculorum, ac multo magis in ultimo ſtatu Beneficium extitiſſet uti liberum à ſervitute Iurispatronatus benigne admiſſa per Sac. Canones collatum, quia ad hoc, ut res ſuper hac exceptione ſolidari poſſet, oportuiſſet

13 ſimultaneè demonſtrare, quod etiam quando vacare contigit Beneficium S. Luciæ extarent actu deſcendentes ab Aromirio fundatore, iique petiiſſent Inſtitutionem, fuiſſentque ſpreti, vel excluſi, aliàs namque vel non ſatagentium incuriæ, vel non exiſtentiæ tunc perſonarum capacium de eadem deſcendentia de prædicto tempore ſucceſſæ vacationis totum de facili tribuendum erat abſque læſione, & præjudicio ipſius Iurispatronatus, & inſtantiæ hodie promotæ per Coſtam capacem, & deſcendentem ab Aromirio repertum, per ea, quæ in hoc ipſo, vel non diſſimili propoſito animadverterunt adducti per Rot. *dec.* 3. *num.* 11. *coram ſan. mem. Alex. VIII.* & *dec.* 82. *n.* 5. & *ſeqq. par.* 19., & *in Dertuſen. Erectionis Cappellaniarum* 16. *Februarii* 1686. *§. Etenim cor. Reverendiſs. D. meo Decano*, & firmat *præterita Deciſio R. P. D. mei Capraræ in §. Quod autem*.

Atque ex his, adhæſivè de cætero ad fundamenta uberrimè extenſa *in præcitata Deciſione R. P. D. mei Capraræ*, DD. non putarunt magis inſiſtendum ſuper inculcatione non probati, ſeu male expreſſi valoris pro parte Coſtæ; quia cum is fortaſſe meliùs informatus, exprimendo deinceps verum, & effectivum valorem aſſequutus eſſet à S. Sede Gratiam, quæ nuncupatur, *Perinde valere*, undequaque ſanatoriam hujuſcemodi defectus malæ expreſſionis, ſubalterna replicatio Joſephi, quod eadem Gratia, *Perinde valere*, contineret clauſulam modificativam = *valeat a data præſentium tantum* = valuiſſet fortaſſe ſuffragari Joſepho, quotieſcumque de tempore ejuſdem gratiæ exhibuiſſet, vel juſtificaſſet ſuas litteras certo modo (ut expoſuimus) obtentas, vel particularem gratiam reportaſſet à Dataria ex hoc præciſo capite male expreſſi valoris per Coſtam: de cætero namque cum Joſeph nullum jus ex vi ſuæ impetrationis neque tunc haberet, neque expoſt habere demonſtraverit; profectò non poterat propria inſubſiſtentia, vel ſaltem non juſtificata jura intermiſcere ad infringendam hujuſmodi Sanatoriam, quæ etſi fuerit conceſſa cum præfata clauſula

14 gratiam temperante, non tamen eſt apta aliquod jus Tertio tribuere, & elargiri, ſed ſolum capax conſervandi illud Jus, quod alteri oſtenderetur quæſitum de præfato tempore datatæ, ut dicunt, Supplicationis, teſte *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 9. *Epiſc. de Roſa de execut. litt. Apoſt. par.* 1. *cap.* 5. *n.* 334., & conſonat *Rot. deciſ.* 303. *num.* 28. *par.* 16. *rec.*, & *in Aurien. Cantoriæ* 8. *Iunii* 1696. *coram R. P. D. meo de la Tremoille*, confirmata 10. *Decembris ejuſdem Anni cor. R. P. D. meo dell'Olmo, utrobique §. final.*

Et ita utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

IN ſequelam hujus deciſionis, quæ reperitur etiam impreſſa poſt *Antonell. de jur. & oner. Cleric. in ordine la* 24. & *inter collect. ad ornatam Card. de Luca tom.* 4. *in Mantiſſ. ſub tit. de Benefic. dec.* 3. deventum ſucceſſive fuit ad expeditionem Cauſæ ſub die 7. Junii 1698., & credo, quod Joſeph devictus judicato paruerit, liſque remanſerit terminata.

Subiecta materia alias non patitur additiones; ſolumque in propoſito Iurispatronatus, utrum ex non facta præſentatione per longiſſimum tempus ab aliqua Familia ſufficienter argui poſſit, quod ea Ius non haberet, addendas cenſui allegationes per Me enucleatas ſub Anno 1689. ſuper articulo, an Iuspatronatus præſumatur rigoroſè agnatitium, ſeu maſculinum, ex quo fœminæ nuſquam per longiſſimum tempus præſentarunt *in una Florentina Canonicatus*, non ſine aliquali ſenſu veritatis, illæque incipiunt =

Duo jam ſecula defluxere, a quibus uſque ad præſens conſtans, & perpetua præfulget obſervantia Juris præſentandi ad Canonicatum, de quo agitur, nimirum ab Anno 1497.; Cumque, ut præmiſimus, in tam numeroſa, & nobili Familia ſemper, & citrà ullam interruptionem præſentaverint maſculi de eadem Familia, fœminis ſemper aliiſque extraneis hæredibus ab hujuſmodi præſentatione abſtinentibus: crederem propterea, quod non obſtantibus iis, quæ doctè, ac ſolidè de more objiciuntur in hac Cauſa, omni Iure debita ſit inſtitutio D. Laurentio de Groſſis, uti præſentato à DD. Bajulivo Sigiſmundo, & Fratribus della Stufa, non autem D. Nicolao de Ruinis exhibenti præſentationem obtentam à D. Marchioniſſa Thereſia Maria pariter della Stufa.

Ad hunc autem effectum, & priuſquam proprius oggrediamur reſolutionem earumdem dubitationum, nonnulla videntur omninò præmittenda, quantumvis exiſtant principia potiùs apud Sapientiſſimum Iudicem ſupponenda, quàm rationum, & *Authoritatum* numero cumulanda; Et primò, quod etſi in Actu iudicare debentis appareat producta

Digitized by Google

ducta aſſerta, vel etiam vera fundatio controverſi Juriſpatronatus, quæ unam qualitatem, vel alteram in Patronis, ſeu ſucceſſoribus à fundatore, vel acquiſitore Juriſpatronatus vocatis, deſignare, imò & exigere videatur, non tamen remanet impeditum,
15 quominus, ubi contrarium, vel diverſum ſtatum Patronalem impreſſerit obſervantia immemorabilis, vel centenaria, attendi magis debeat quid fuit obſervatum, quàm quod fuit cautum in fundatione, quemadmodum in ſpecie, & ſine contradictore tradit *Rot. deciſ.*224.*n.*9.*& ſeqq.*, & ſignanter *num*.11.*verſ. quod quando par.*3.*lib.*3.*diverſ.*, & plenè, ac magiſtraliter *in deciſ.* 218. *ex num.*7. *uſque ad fin. par.*6.*rec.*, *& deciſ.* 29. *n.*28.*& ſeqq. ferè uſque ad fin. par.*7., in quibus citrà inutilem transcriptionem firmatur, quod etſi conſtet de aliquo titulo, vel fundatione, ſubſequens centenaria præbere poſſit titulum omnino diverſum, & ei, de quo conſtat, præferendum; & in propoſito Teſtamenti, ſeu fundationis contrariæ dictum quoque fuit *in deciſ.*290.*ex n.* 14. *verſ. neque ad evertendum par.*18.

Et ratio eſt manifeſta, quoniam ſtat ſimul & nullatenus repugnat, quod à principio fuerit per Patronos certa qualitas ſtabilita, ſed ſucceſſivè remanſerit illa immutata de communi conſenſu eorumdem Patronorum, & quatenus oporteat, ſuperaccedente Summi Pontificis, vel alterius legitimi Superioris authoritate; ideoque concurrente prædicta obſervantia nuſquam alterata per tempus immemorabile, vel ſpatium centum Annorum, non eſt amplius neceſſe præcisè, & ſignanter docere de hàc unanimi, & legitima qualitatis Patronalis alteratione, ſed ipſa ſimplex obſervantia centenaria, vel im-
16 memorabilis abſque alia extrinſeca probatione præbet facultatem allegandi quemcumque meliorem titulum, magiſque alleganti proficuum (ut dici ſolet) de Mundo, ſicuti egregiè admittitur in dubitationibus §.*Quia reſponderi*, ibi *a quæ centenaria produ it meliorem titulum de Mundo*, & notant ad ſatietatem congeſti per *Rot. dicta dec.*254. *n.*9. *& ſeqq. p.*3 *lib.*3. *diverſ. Card. de Luc. de Iurepat. diſc.*65. *n.*4. *Rot. cor. Priol. dec.* 318. *ex nu.*16. *cum ſeqq. & n.*27. *&* 28. *& dicta dec.*290. *n.*20. *par.*18.

Fortiùs vero, quoties, ut ad præſens,
17 fundatio, ſive titulus Juriſpatronatus productus non fuit ab eo, qui allegat qualitatem diverſam ab apparente in eadem fundatione, vel titulo, quia tunc facilius unus titulus alterum non excludit, ut punctualiter arguit *Rot. dec.*731. *n.*20. *par.*1. *diverſ. & deciſ.*489. *n.*4. *par.*2. *rec.* cum aliis *in dictis dec.*29. *n.*41. *& ſeqq. part.* 7., *& deciſ.*809. *num.*8. *coram Dunoz. Iun.*; quin etiam à fortiori nec etiam ſufficit, quod talis titulus fundationis, vel acquiſitionis Juriſpatronatus reperiatur productus pro parte illius, qui deinceps allegat titulum, vel qualitatem diverſam, niſi
18 inegabiliter conſtet, & manu palpetur, quod producens talem titulum ad illum ſe voluerit coarctare, cum intret regula, *non probat hoc eſſe &c.*, & unus titulus productus benè compatiatur, & non excludat alium titulum non productum, ſed meliorem, ut ſupra, de Mundo allegabilem à producente, ut proſequuntur relati *in dicta dec.*29. *ex n.*45. *uſque ad fin. par.*7., & prius *deciſ.* 250. *ex n.* 5. & præſertim *n.*9. *par.*4. *tom.*2. *Card. de Luca de Iurepatr. diſc.*65. *n.*4., & prius *diſc* 57. *n.* 31. *verſ. eſt benè verum*.

Secundo præmitti pariter valet, non eſſe in Jure ſtabilitam certam qualitatem, quam habere debeant ſucceſſores in Patronatu, quin potiùs tàm circa perſonam præſentantium, quàm præſentati Iura Sacrorum Ca-
19 nonum benignè indulſiſſe ad alliciendos Fideles, ut in fundatione, redotatione, aut alibi conditiones, ſeu qualitates quaſcumque pro eorumdem Patronorum, vel fundatorum libito adiiciant, ut inquit *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.*60. *n.*77. *Card. de Luc. de Iurepatr. diſc.*20. *n.* 15. *& diſc.* 68. *n.* 9. *&* 10. *Rot. coram Duran. dec.*228. *n.*7., *& coram Burat. dec.*605. *n.*5. *&* 6. *Add. ad eamdem dec.*751. *n.*15. *cum ſeqq.*, *& ad Pamphil. dec.* 54. *n.* 16. *& dec.*90. *n.* 10. *& deciſ.* 399. *num.*5. *& ſeqq. par.*13. Quamobrem non repugnat, quod Ius præſentandi pertineat vel ad familiam in genere, vel ad certos Columnellos ejuſdem familiæ, vel ad hæredes ſanguinis abſolutè, vel cum qualitate maſculina, vel ad hæredes bonorum dumtaxat, vel copulative habentibus qualitatem hæreditariam ſanguinis, &
20 maſculinitatis, cum ſimilibus, ubi adeout quando ſermo eſt, ſive tractatur non jam de ſubſtantia Juriſpatronatus, ſed de ſola illius qualitate detegenda, ſola quadragenaria obſervantia ſufficiat, ut poſt *Rot. dec.*407. *num.*1. *par.*1. *diverſ. & dec* 146. *num.* 5. *& deciſ.* 251. *num.*3. *part.*2. *rec.* cum aliis dixit *eadem Rota cor. Priolo dec.*46. *n.* 20. *&* 21. *& ſub num* 28. *&* 29., ubi addit, quod obſervantia efficax etiam eſt ad alium effectum dandi intellectum diverſum ab eo, qui aliàs de Jure verior exiſteret.

Advertendo obiter, quod ea, quæ motivantur in Dubitationibus *ſub* §.*Firmata igitur ex dec. Merlin*, 563. *n.*9., & 10., nimirum, quod obſervantia ſubſecuta etiam per ſpatium 200. Annorum (& juxtà quam ad iſtum Canonicatum præſentarunt ſoli maſculi familiæ della Stufa) non ſit attendenda, quando conſtat de contraria fundatione, ſed ſolum quatenus non conſtet de eadem fundatione, vel dotatione; Advertendum inquam videtur, utique verum eſſe, quod dicit præfata Deciſio *Merlini*, ſcilicet ut obſervantia

per

per ſpatium fere 200. Annorum ſufficiat ad probandam naturam, & qualitatem Patronatus, *præſertim* ( ut ſunt verba Rotæ ) *quando non conſtat de fundatione, & dotatione*.

Verum non idcirco ex eo, quod per modum ampliationis, & facilioris inductionis
21 dictum fuit in prædicta *deciſione*, ſicuti indicat illa dictio *præſertim*, & notavit per modum ampliationis Summator Indicis illius *ſub num.9.*, videtur a contrario ſenſu deduci poſſe conſequentia, ergo ubi conſtat de tenore fundationis, ſeu dotationis etiam contrariæ, obſervantia 200. Annorum non eſt attendenda, ſed prævalere debet eadem fundatio contraria: ultra enim, quod licita non
22 eſt argumentatio circa dicta *Doctorum*, vel Tribunalium a contrario ſenſu, teſte *Franch. deciſ.87.ſub n.16.verſ.item dicebatur, Oſaſch. deciſ.58. num.30. Maſtrill.deciſ.293.n.63.Berlich.deciſ.260.in fin.Sperell.dec.185.n.78.Rot deciſ.189. n.8.coram Millin., & deciſ.89.n.24. coram Arguell.*; & ultra etiam, quod ſenſus
23 præfatæ *deciſionis* non eſt contrarius, ſed ampliativus roboris, & efficaciæ manantis ab obſervantia, prout diſtinguunt in propoſito *Dec.conſ.110.n.5., & conſ. 364. n.3. & ſeqq. Barboſ.loc.argum.27.n.2.Bond.collutl.2.n.36. lib.1.Peregrin.conſ.144.n.6. lib.5. Manſ. conſult.170.n.52. & ſeq.Rot.cor.Burati.dec.116. n.11., & cor. Bich. deciſ.200. num.14. & 15.*, profecto quoties a contrario ſenſu vellemus ratiocinari, eſſet deſtruere baſem, & principia tot *Doctrinarum, & Deciſionum*, quas ſuprà adduximus *ex §. Ad hunc autem cum ſeq.*

Tertiò ( quantumvis ex abundanti ) facilius admittitur obſervantia tàm diuturna, nunquamve, interrupta, quoties tenor fundationis reverà non eſt omnino contrarius: nam etſi in fundatione, ex gr., reſervatum appareat Iuspatronatus Titio, ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, de Iure autem in ſubiecta materia regulariter veniant hæredes, & ſucceſſores bonorum indiſtinctè, ut bene per *Rot.* in Dubitationibus adductam *cor. Cerrin.dec.250.* certum nihilominus eſt, quod diametraliter
24 non impeditur, quod vocabulum *hæredis*, & *ſucceſſoris* poſſit intelligi de hæredibus, & ſucceſſuribus ſanguinis, vel maſculis, ut ex *Succin.Iun.conſ.57.n.4.l.3., & Peregr.conſ.49. num.4.lib.1.* dixit *Rot.deciſ.563 n.21. coram Merlin., & cor.Celſ.deciſ.106.num,10.* Itaùt ad iſtud propoſitum optime congruant ea, quæ ſuperius advertimus; ut etiam obſervantia quadragenaria exuberet ad tribuendum talem intellectum, licet verior de Iure ſit intellectus, quod appellatione hæredum, & ſucceſſorum veniant omnes bonorum hæredes indiſtinctè.

His itaque præmiſſis; & ad rem noſtram applicando, non video, quod in præfatis Dubitationibus controvertatur, (prout eſt incontrovertibile in facto, quod a prædicto Anno 1497. uſque ad præſentem diem ſemper, ac ſoli præſentaverint maſculi Familiæ della Stufa: cumque admodum inveriſimile
26 ſit, quod in tanto temporis decurſu, & in adeo numeroſa Familia aliqua fœmina numquam extiterit, quæ fuerit hæres, vel aliquam ratam hæreditariam non acquiſiverit; ex hac idcirco ſola inveriſimilitudine ſufficientem elici probationem qualitatis gentilitiæ, ſeu maſculinæ, perpetuo firmavit *Rot.*, & ſignanter *coram Buratt. dec. 183. num.23.*, quæ prodiit in altera *Florentina Canonicatus de Carducijs, & deciſ.46.n.17.coram Prial., & deciſ.113.n.17 & 18. cor. eadem*, & conſonat *deciſ.716. n.8.cor. Dunozett. Iun. Card. de Luc. de Iurepatr. diſc.24. ſub num.6.*

Sed quod ex præmiſſis tueri ſat eſſet ex ſola naturali inveriſimilitudine, habemus palmare, & manifeſtum in facto; Nam ex Antonio, qui ſine maſculis obiit de Anno 1534. ut in Arbore, quatuor filiæ fœminæ fuere ſuperſtites, & reſpective conſecutæ ſunt hæreditatem nedum Antonii Patris, ſed etiam Iuvenci, & Hieronymi Patruorum, & quod plus eſt, huiuſmodi fœminæ, veluti nuptæ in quatuor diverſis familiis de Bonſis, Martellis, Medicis, & Borgiannis, prout etiam altera filia, & hæres Angeli della Stufa tamquam tranſlata in domum de Millanenſibus, in plures ſucceſſive deſcendentias propagatæ extiterunt: cumque nulla ex eiſdem fœmi-
27 nis, & nemo ex eiſdem deſcendentibus, etiamſi hæreditaria qualitate ſuffultis, umquam in tot ſucceſſivis vacationibus præſentaverint, ſed privative ad eaſdem fœminas, & deſcendentes ſoli maſculi de prædicta familia ad præſentationem devenerint, in his proinde terminis nullam ſubeſſe difficultatem quoad efficaciam prædictæ obſervantiæ, tam quoad effectum interprætandi fundationem, quatenùs oporteret, quàm allegandi titulum independentem, & meliorem de Mundo, concorditer præmonuit in ſpecie fœminarum; earumque deſcendentium, quando conſtat, eas adfuiſſe, ſed non præſentaſſe, *Rot. dec.258. num. 6. par.5., & coram Celſ. dec.106. n.9.*

Neque idcirco obſtant ea; quæ in memoratis Dubitationibus objiciuntur: Jam enim quoad tenorem fundationis, qui ſupponitur eſſe clarus, dupliciter, ut ſupra, manet reſponſum; Primò nempe, quod licet Iuſpatronatus relictum hæredibus, & ſucceſſoribus ſit tranſitorium de ſui natura ad extraneos, attamen cùm omninò non implicet, quod intelligatur de maſculis hæredibus, & ſucceſſoribus ſanguinis inſimul, & bonorum,
28 & maxime inſpecto illo verbo *ſuis*, ut ponderatis per *Bero.conſ.110.n.52.vol.2.* quem ſequitur *Menoch.conſ.958.ſub n.11.verſ.octavo, Fuſar.de ſubſtit.quaſt.339.n.26.* & cum *Tondut.*

*quæſt. Benef. Pariſ.* aliiſq. *Modern. Epiſc. Rocca ſelect. diſput. cap.* 193. *n.*10. ſola obſervantia quadragenaria ſuperabundaret ad hunc intellectum, etſi de Iure minus verum, capeſſendum, ut *in d.* §. *Ad hunc autem*.

Rurſus quoties tenor fundationis per diſcurſum non admitteret hanc interpretationem, & compatibilem conciliationem, ſed neceſſe foret titulum diverſum ex integro efformare, tunc pariformiter centenariam obſervantiam eſſe ſufficientem tradiderunt ſupra relati *à d.* §. *Ad hunc autem cum ſeqq.*

Quovero ad illas accuratas, & indicioſas reflexiones, nempe, ut ex præſentationibus factis de Annis 1497. 1527. 1566. & 1603., vel aliis, elucefcat, præſentantes maſculos Familiæ della Stufa ratam, & portionem, pro qua præſentarunt, vel etiam titulum hæreditarium expreſſiſſe, ſuppetit ſemper, & recurrit eadem reſponſio, quod ſolum exinde argui poſſit, ut vel compatibiliter, & declarative requiratur ultra maſculinam agnatitiam qualitatem, etiam altera qualitas hæreditaria, præcipuè, quia non eſt novum
29 imò frequens, quod in Patronatu mixto non ſufficiat qualitas maſculina agnatitia, ſed copulative deſideretur etiam altera hæreditaria, ut penes *Pariſ. conſ.* 48 *n.*9. *libr.*4. *Rot. cor. Seraph. dec.*456. *n.*5. *& par.* 6. *recent. dec.*267. *n.* 2. *&* 3. *& deciſ.* 136 *num.* 3. *coram Priol. & dec.* 223. *num.* 16. *par.* 19. *& dec.* 90. *n.*16. *&* 17. *poſt* Torr. *de pact. fut. ſucceſſ. Card. de Luc. de Jurepatr. diſc.*24. *n.*9., & in puncto pro excluſione fœminarum, earumque deſcendentium in Patronatu mixto, *Rot. coram Celſ. dec.*106. *n.* 6., & melius num. 10. & 11. omnino videnda, quia reſpondet enunciativis, & expreſſioni qualitatis hæreditariæ factæ per maſculos familiæ de Carolis; vel in omnem caſum obſervantia hæc uniformis per lapſum duorum ſæculorum practicata capax eſt efformandi ſtatum omnino contrarium, ac requirentem concurſum utriuſque qualitatis, ut ſupra.

Majorem prima fronte vim facere videtur altera ponderatio, quod ad præſentandum admiſſa fuerit perſona extranea, prout obiicitur in dictis Dubitationibus §. *Ulterius*: Verum cum iſta perſona extranea ſit Fiſcus,
30 qui durus eſt Adverſarius, & alia patitur epytheta, de quibus *Franciſc. Marc. dec.*338. *num.*18. *par.*1. *Cyriac. contr.* 13. *n.* 33. *&* 34. & ad evidentiam abuſive ſe intruſerit in hujuſmodi præſentationibus ex perſona Joannis Baptiſtæ della Stufa, ex notiſſima propo-
31 ſitione, quod etiam dato Jurepatronatus hæreditario Fiſcus numquam admittitur ad præſentandum, itaut potius Beneficium remaneat liberum, quàm devolvatur ad manus Fiſci pœnalis, ut unanimiter habetur ex *gloſſ. in Clement. Paſtoralis verb. ſubiectæ, ibique Imol. n.*71. *cum ſeqq. de re judic.* cum cæteris copioſe apud *Lotther. de re Benef. lib.*2. *qu.*14. *n.* 28. *& ſeqq. Maſſin. de confiſc. qu.* 37. *ex nu.*3. *cum ſeqq. Cabal. reſol. Crim.*40. *n.*2. *& per tot. Barboſ. de Jur. Eccl. lib.*3. *c.*12. *n.*239. *& ſeqq. Card. de Luc. de Jurep. diſc* 37. *n.*3. *& per tot.*; hinc proinde quis dicat, quod ex hoc actu, etiam in terminis Iuriſpatronatus indubitanter hæreditarii ſemper intruſivo, & injuſto
32 & cui non erat facile reſiſtere, ut eſt notorium, & oſtendunt exempla Iuriſpatronatus ſpectantis ad DD. de Freſcobaldis, cenſeri poſſit obſervantia interrupta, vel in minimo offuſcata, contra ea, quæ in proximis terminis monuerunt adducti per *Giurb. conſil.*59. *n.*56., & melius ad rem *Bouden. collect.*38. *n.*188. *&* 189. *lib.*2.

Nilque videtur refragari ſubalterna replicatio, quod cum abinde citra Fiſcus per ſpatium centum annorum, & ultra præſentaverit, hæc centenaria, ut dicitur in §. *Quia reſponderi*, producat quemlibet meliorem titulum de Mundo favore Fiſci; Aſſentimur namque, quod Fiſcus per hanc efficaciam centenariæ forſan in præjudicium Compatronorum potuerit acquirere Ius præſentandi, ad tradita per *Rot. dec.* 218. *n.* 22. *& ſeqq. par.*6., licet (cum eadem *Deciſio* loquatur in perſonis privatis) res non tranſeat ſine diffi-
34 cultate, dum Fiſco tamquam potenti reſiſtit Cenſura *Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *de Reformat. cap.* 9. ſicuti videre eſt apud *Lotther. de re Benef. lib.*2. *qu.* 13. *num.*124., *&* 125. *Rot. apud Coccin. dec.*25. *n.* 2. *& dec.* 90. *num.* 8. *part.*12. *& dec.*782. *n.* 4. *& ſeq. part.* 18. *Card. de Luc. de Jurepatr. diſc.* 58. *ſub n.* 5. *verſ. negativam*, ubi quod hic articulus non fuit formiter diſputatus in Foro.

At retorquetur argumentum; nam ſi favore Fiſci odioſi, & pœnalis concedi videtur, quod centenaria valeat producere meliorem titulum de Mundo, neſcitur, quare facilius eamdem vim ſortiri non debeat eadem centenaria favore hæredum maſculorum de familia adverſus fœminas ejuſdem familiæ, vel extraneos, qui etiam per antea numquam admiſſi fuerunt ad præſentandum, contra vulgata Jura *in l. eum, qui ædes ff. de uſucap.* cum concord. per *Barboſ. axiom.*135. *n.*7., & multipliciter exemplificat, & exornat *Gonzal. ad reg. Cancell.* §.6. *proœm. ex n.*63. *cum pluribus ſeqq. cum aliis vulg.*, & maxime
35 Florentiæ, ubi ad excluſionem fœminarum tàm religioſe, & rigide obſervatur, & præfertur agnatio maſculina, *Card. de Luc. de ſucceſſ. diſc.*8. *n.*10. *& de Fideicomm. diſc.*92. *n.*11. *& de Iurepatr. diſc.*22. *n.*5., ubi quod Florentiæ Statuta, & mores proximi ſunt legibus Romanorum in propoſito excluſionis fœminarum.

Quidquid igitur fuerit uſquedum in hac Cauſa deductum, vel diſputatum, & quidquid ex hac parte prius inſiſteretur ſuper In-

ſtru-

Digitized by Google

ſtrumento donationis celebratæ Per Petrum Franciſcum filium legitimatum Nicolai, pro meo Judicio cenſerem, quod novitàs hæc introduci nullo modo debeat in hac Familia per admiſſionem fœminarum, ſed quod, ſi qua adeſt mixtura hæreditaria in præteritis præſentationibus expletis per ſolos maſculos ejuſdem Familiæ, vel ea deſerviat pro compatibili interpretatione fundationis, aut in omnem eventum, cum eadem obſervantia duo ferme Sæcula attingat, præbeat anſam citra aliam juſtificationem legitimè allegandi, quod inter Patronos pro tempore fuerit conventum cum omni Iuris, vel facti ſolemnitate, ut fœminis, & extraneis ſemper excluſis, ſoli maſculi hujus Nobiliſſimæ Familiæ poſſint, ac debeant præſentare. *Hactenus reſponſum*.

Et ad id, quod dicitur *in §. fin.* præinſertæ *Deciſionis* de ſuppletione valoris malè narrati in impetratione Beneficii, non omnino difforme exiſtimavi ſubnectere ſenſum, quem liberè pateſeci ad requiſitionem Officialium Supremi Principis, utrum in computo valoris ad effectum litigandi extra Statum adſcribendæ veniant Diſtributiones quotidianæ, poſito, quod per concordata, vel Privilegia Apoſtolica reperiatur Indultum, ut eſt, ex. gr., Florentiæ, quod Cauſæ non excedentes importantiam, & valorem biſcentorum florenorum trahi nequeant extra Statum; uernaculo itaque idiomate ſatisfaciens requiſito ſic opinabar.

E' vero, che le diſtribuzioni quotidiane
36 di loro ordinaria natura non ſi computano trà i frutti del Benefizio, o ſia ualore di eſſo, quando ſi tratta di conſiderare il ualore, e frutto del medeſimo Benefizio in ordine al pagamento dell'Annate, o più groſſa ſpeſa, che ſuol farſi nella ſpedizione delle prouiſioni Apoſtoliche, come anche a fine di ſoſtenere, o riſerbare le Penſioni, poiche ſi conſiderano per un ſtipendio perſonale correſpettiuo all'intereſſenza, e ſeruizio, che ſi rende al Coro, & alla Chieſa, e queſto è cio, che dicono *il Garz. Ricc. Pignattell.*, & altri, che ſi poſſono allegare.

Ma ſe ſi tratta ad altri diuerſi effetti, e
37 principalmente al fine di ſapere, quanto effettiuamente rende il tal Canonicato, o Benefizio per riconoſcere, ſe l'importanza del conſeguimento di eſſo ſia tale, che non ui concorra la ragione di non metter conto di litigare in Curia Romana, allora certa coſa è, che le Diſtributioni quotidiane ſi hanno in conſiderazione, perche fanno, che effettiuamente il Benefizio renda tanto, come beniſſimo ſpiega *il Card. de Luc. de Impetr. diſcurſ. 10. ex n. 3. cum ſeqq.*, doue eſaminando il caſo d'una Communità, che pretendeua il Padronato in concorſo di certi di Caſa Orſucci, i quali parimente lo pretendeuano, perche aueuano augumentato i frutti del Benefizio, conſiſtenti in ſei ducati di Camera, in altri ſcudi ſei, colla ſucceſſiua conferma di Leone X., e Paolo III., conclude, eſſere aſſurdo, che per sì piccolo aumento poteſſe eſſere acquiſtato il Padronato, mentre ſebene i frutti della Prebenda non eccedeuano ſcudi ſei, tuttauia ui erano le Diſtribuzioni quotidiane, le quali a fine di ſtimare il uero ualore, e rendita del Benefizio ſi doueano computare, ciò che ſia a gl'altri effetti ſopr'accennati, come più diffuſamente ſi puole appreſſo di eſſo uedere, e particolarmente *ſotto il n. 11. & ſeqq.* doue auuerte, che deueſi hauere in conſiderazione il fine, di cui ſi tratti, e la ſoſtanza della uerità, non la formalità delle parole: Onde ſiccome non poteuaſi dire acquiſtato il Padronato col ſemplice aumento di ſcudi ſei, mentre ſebbene i frutti certi non eran'altresì più di ſcudi ſei, tuttauia ui concorreuano le Diſtribuzioni, che lo rendeuano un Benefizio, e Priorato pingue; così deue dirſi nel caſo noſtro, mentre il fine della Sinodale Taſſa hà riguardo alla tenuità de' frutti in conſiderazione delle ſpeſe della lite, il che in uerità non ſi può dire, quando il Canonicato è tale, che ſi rende conſiderabile per le Diſtribuzioni, che uan-
38 no ſeco unite, e queſta opinione fu anco fermata dalla Rota nella *deciſ. 449. par. 14. per tot.* oue *al num.* 8. ſi fa ſpecialmente queſta diſtinzione.

Inoltre ſe il Benefizio non ha alcun frutto, o sì poco, che ſi poſſa hauere in conſiderazione di nulla, e in tal caſo perche la ſpartizione, che ſi fà in Diſtribuzioni quotidiane, ſi dice fatta per miglior ſeruizio dell Chieſa, e Culto Diuino, & acciocchè i Benefiziati allettati dal lucro adempiſchino il
39 loro offizio, allora ſuccedono in luogo della Prebenda, come fu dichiarato dalla Sagra Congregazione del Concilio appreſſo *il Garz. e Barboſ.*, che vengono riferiti *dal Corrad. in prax. Benef. lib. 2. cap. 5. n. 13. & ſeqq.* e più latamente *d. lib. 2. cap. 16. n. 30. & ſeqq.*, ove dice, che così è lo ſtile, e la commune prattica della Rota ivi = *quia ſic eſt ſtylus, & communis praxis Rotæ, quod in cauſis beneficialibus ſuper Beneficiis capitularibus non ſit aliqua condemnatio, niſi in fructibus perceptis, & ſub verbo* fructibus *ſemper comprehenduntur diſtributiones quotidianæ, quia licet in impetrationibus beneficiorum in valore non computetur diſtributiones quotidianæ, illæ tamen comprehenduntur ſub fructibus, cum aliud ſit dicere, quod in valore fructuum non computentur, & aliud, quod ſint de fructibus*, e l'isteſſa limitazione ſi ammette *dal Pignattell. conſult. canon. tom. 6. conſult. 77. n. 4. Rot. deciſ. 242. num. 5., & ſeqq.*, & ſignanter *num. 6. par. 12.*, ove ferma, che *quotieſcumque Diſtributiones quotidianæ rediguntur in maſſa pro illis diſtribuendis ſingulariter certis temporibus cuilibet,*

*illæ ſuccedant in locum Prabendæ. & veniant appellatione fructuũ, qui dicuntur groſſi, juxta gloſ. ſiu. verbo plus dico in cap. unic. de Cler. non reſid. in 6.* il che ſi conferma nella *deciſ. 260. n. 18. & 19. d. par. 12.* dove ſi da l'eſempio delli Canonici, e Benefiziati di S. Pietro di Roma.

Credo finalmente, che col fatto s'atterri ogni dubio, oſſervando il pagamento, che ſi farà alle Decime Eccleſiaſtiche, poiche ſe quello (come ſuppongo) ſi regolarà con havere in conſiderazione la rendita anco di queſte diſtribuzioni, non vi reſta più luogo di controvertere, che per neceſſario antecedente ſi computino nel valore, e ne' frutti, a ragione de i quali ſi fà il detto pagamento.

## SPOLETANA PRIMITIARUM.

*Veneris 18. Aprilis 1698.*

### ARGUMENTUM.

Communitas, & ejus burſa, eſt quid diſtinctum a burſa particularium, nec illa tenetur ad onera iſtorum. Primitiæ videntur debitæ de Jure Divino, & licet debeantur regulariter Paroco, poſſunt tamen ex conſuetudine alteri eſſe debitæ; maxime quando agitur de Eccleſia Matrice, a qua fuit facta diſmembratio pro commoditate habitantium. Tranſactio erronea non ſubſtinetur, maxime facta à Communitate ſine ſolemnitatibus, & cauſa. Baro loci tenetur ad onera Cameralia pro bonis, quæ poſſidet in ſuo Feudo. Immunitas conceſſa ob benemerita, quando non continetur in generali revocatione.

### SUMMARIUM.

1 *Burſa Communitatis eſt diverſa a burſa particularium perſonarum ejuſdem Communitatis.*

2 *Primitiarum, & Decimarum præſtatio, ſecluſa conſuetudine, provenit a Iure Divino.*

3 *Communitas, quæ habet propria bona diſtincta ab illis particularium perſonarum, pro illis tenetur ad onera.*

4 *Communitas, quæ nulla bona poſſidet, non tenetur ad Decimas, vel Primitias.*

5 *Tranſactio habet vim rei judicatæ, præſertim concurrente illius obſervantia.*

6 *Tranſactio, & quæcumque alia conventio facta per Univerſitatem ſine juſta, & legitima cauſa, non ſubſtinetur, & n. 10.*

7 *Tranſactio facta ſine præcedenti lite, aut ſaltem probabili timore litis inferendæ, non ſubſtinetur.*

8 *Intereſſe Communitatis eſt diverſum, & ſeparatum ab illo Particularium.*

*Itaut, quod ſinguli debent, non debeatur à Communitate, nec è converſo, ibid.*

9 *Communitas non tenetur ad onera, & debita Particularium, nec è contra.*

10 *Communitas gaudet privilegiis Pupillorum.*

11 *Tranſactio facta a Communitate ſine ſolemnitatibus non ſubſtinetur.*

12 *Conſenſus, vel Beneplacitum Superioris ex curſu 30. Annorum cum obſervantia præſumitur.*

*Limita, ut n. 13. 14. & 15.*

16 *Solemnitas, & juſta cauſa copulativè requiruntur in contractibus Univerſitatis.*

17 *Mandatum Procuræ probatur etiam ex conjecturis.*

18 *Primitiarum præſtatio an ſit debitum voluntarium, vel potius obligatorium, ſeu de præcepto, & num. 19.*

*Præſertim, quando concurrit conſuetudo illas præſtandi, num. 20.*

21 *Primitiæ debentur illi Paroco, in cujus Territorio bona exiſtunt.*

*Limita ſtante in contrarium conſuetudine n. 22*

23 *Primitiæ ſolent reſervari Eccleſiæ Matrici, licèt nova fuerit erecta Parochia pro commoditate habitantium.*

24 *Corruente obligatione Communitatis tamquam nulla, corruit quoque obligatio Particularium in ea obligatorum, & n. 26.*

25 *Concordia, & qualibet alia conventio, quæ tractu temporis efficitur nimis gravans, & iniqua, reduci debet ad terminos æquitatis.*

*Intellige, ut n. 28.*

27 *Tribunalia ſuprema debent reſecare jurgia, & æquitati, ac rationabili Iudicio inniti.*

29 *Læſio non habet locum in iis, quæ ſe æquè ad lucrum, & damnum poſſunt habere.*

30 *Repartitio onerum quomodò fiat inter plures perſonas bona oneribus ſuppoſita poſſidentes, & num. 31.*

32 *Barones in eorum Caſtris dicuntur primi Cives.*

*Et pro bonis propriis ab eis poſſeſſis tenentur ad Onera Cameralia n. 33.*

*Quidquid ſit quoad onera perſonalia n. 34.*

35 *Barones non tenentur ad Collectas impoſitas a Communitatibus pro particularibus earum indigentiis.*

*Secus quando ſunt impoſitæ à Principe, cui ipſe Baro eſt ſubditus, & cui ille pariter ſubvenire eſt adſtrictus, n. 36. & 40.*

37 *Bona poſſeſſa per Baronem intra fines Feudi, an cenſeri debeant Feudalia, vel allodialia, & num. 38.*

39 *Nemo debet pro eadem re duplici onere gravari.*

41 *Immunitas conceſſa ex titulo oneroſo, vel ex cauſa, quæ titulo oneroſo æquiparatur, non ſubjicitur Conſtitutionibus revocatoriis Immunitatum.*

42 *Conſtitutio revocatoria Immunitatum non comprehendit illas, quarum ſpecialis, & individua mentio requiritur.*

43 *Immunitas ob benemerita impartita indiget ſpeciali expreſſione, nec continetur ſub generali revocatione.*

44 *Immunitas ex cauſa meritorum non dicitur privilegium, ſed dicitur beneficium latè, & benignè interpretandum.*

45 *Gratiæ Principum remuneratoriæ, licet à principio voluntariæ, evadunt tamen neceſſariæ, & induunt naturam contractus.*

46 *Merita ſufficientia pro obtinenda immunitate, ſunt labo-*

Digitized by Google

*labores pro amplianda Catholica fide, vel pro ſervitio Sanctæ Sedis impenſi.*

47 *Sanctitas conſiſtit in excellentia vitæ ſupra cæteros homines in beneficium Chriſtianæ Reipublicæ.*

48 *Sancti ſunt protectores hominum, & Civitatum apud Deum.*

49 *Immunitas, & exemptio conceſſa Conſanguineis Summorum Pontificũ non cadit ſub generali Conſtitutione revocatoria exemptionum.*

50 *Retractus coactivus non cadit ſuper Domo, in qua aliquis Sanctus, olim habitavit, & de ratione.*

51 *Devolutio Status Vrbini ad Sedem Apoſtolicam nequaquam vulneravit ejus priſtina Jura, exemptiones, & privilegia.*

*Idemque militat reſpectu Ducatus Ferrariæ poſt eius recuperationem ſecutam de tempore ſan. me. Clementis VIII., num. 52.*

53 *Devolutio Fœudi ad Principem infœudantem non alterat in primæva Jura, leges, & privilegia Vaſſallorum.*

54 *Immunitas à Supremo Principe conceſſa, & ab aliquo eius ſucceſſore confirmata, non compræhenditur ſub generali revocatione immunitatum, & exemptionum.*

55 *Obſervantia ſubſecuta eſt optima interpres immunitatum, & exemptionum.*

56 *Immunitas, pro cuius canonizatione adeſt res iudicata, eò magis eſt obſervanda.*

## DECISIO XXXIX.

TEneri Homines, non autem Communitatem ſolvere controverſas Primitias Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ B. Mariæ Terræ Villi, curam habitualem in Territorio, de quo agitur, obtinenti, non longè ab Iudicato in præcedenti inſtantia coram A. C., Domini reſponderunt.

Reſpectu namque Communitatis, contrà
quam acrius inſiſtebat Capitulum, ratio ne-
gativæ reſolutionis ſolidabatur in eo, quod
cum Communitas exiſtat in ſe quoddam
Corpus fictum, & inanimatum, & juxtà ſalu-
briter expoſt introductam collectionem Ho-
minum ſub certa Villa, Civitate vel Caſtro
conviventium, & non amplius ſine certa le-
ge, Iure, vel Rectore pervagantium, ut erat
ab initio, ex *Ovid. lib. 1. Metamorf.*, repræſen
tativum idcirco ipſius politicæ recollectio-
nis, ſive Univerſitatis, eſt omnino diſtinctum
a Particularibus ſub diverſo œconomico,
ac ſubalterno regimine Familiæ conſparſis,
1 & reſpectivè unitis, habenſque propterea
ſuam Arcam, ſive Burſam propriam, ac ſe-
paratam pro ſupportandis oneribus ipſum
Corpus, ſive Cives, vel Homines in com-
muni concernentibus, citra mixturam one-
rum, & Burſæ eorumdem Civium, Homi-
numque in particulari, ad trad. per *Pereg. in. de jur. Fiſc. lib. 1. tit. 1. n. 5. Caput. de Regim. Reip. cap. 7. §. 30. n. 8. cum duob. ſeqq. Merot. de Advoc. armat. cap. 16. n. 771. Cobel. ad Baſil. Bon. Regim. cap. 12. n. 1. & ſeqq.*, & ſignanter *n. 13. cum ſeqq. Card. de Luc. de Regal. diſc. 181. n. 11. in ſupplem. par. 1.*

Profecto debitum, & onus Primitiarum,
2 quod alias ſanctè, ac legitimè deſcendit (præ-
ciſive a conſuetudine locorum) ab ipſo Iu-
re Divino, prout *in Exod. cap. 20.* ibi = *Deci-
mas, & Primitias non tardabis reddere* =, &
*cap. 23.* = *Primitias frugum Terræ tuæ deferes
in domum Domini Dei tui* = cum aliis uberrime
deductis apud *Barboſ. de Jur. Eccl. lib. 3. cap. 25.
num. 1. & ſeqq.*, nullo modo poterat deberi,
3 ac ſupportari per Communitatem, niſi in
quantum Primitias ipſa, & fructus recolli-
geret ex propriis Terrenis, quia tunc, etſi re-
tineat figuram Corporis intellectualis, & po-
litici, adhuc bona tenendo, fungeretur vice
perſonæ particularis, & obnoxiæ ad ſolven-
da onera, quæ eiſdem bonis infixa ſunt con-
templatione Dei, vel Cæſaris, ſicuti anno-
tarunt *Berart. in ſpecul. Viſit. c. 23. n. 41. Gutier. de Gabell. q. 8. n. 10. in fin. & n. 14. & 15.*

Cumque propterea nullibi doceretur ex
parte Capituli, Communitatem aliquid de
proprio detinere, vel ſeorſim poſſidere bo-
na, quæ nuncupant Communitativa, veluti
fructum reddentia ad utilitatem ipſius Cor-
poris, vel Hominum in communi; clarum
4 erat, quod eadem Communitas de Iure, nec
obolum ſolvere teneretur pro Primitiis, ex
regula, *non entis nullæ ſunt qualitates*, & ex fir-
matis in propoſito per *Merot. de Collect. cap. 3.
n. 18. Claper. dec. Cauſ. Fiſcal. cauſ. 42. qu. 1.
ſub n. 16. verſ. Siquidem.*

Et quidem hujuſmodi fundamentum erat
adeo planum, & abſolutum, ut neque Capi-
tulum illud abſtractivè diffiteretur, ſed to-
tam ſuam prætenſionem fundabat in qua-
dam concordia inita de Anno 16[illegible]8.; cum
enim præceſſiſſet Mandatum quoddam de
manutenendo favore prænominati Capituli
uſque de Anno 1615. in quaſi poſſeſſione exi-
gendi Primitias adverſus Homines, & Inco-
las Caſtri S. Angeli, Villarumque annexa-
rum, Communitas ejuſdem Caſtri, Villarum-
que de Anno 2638. cenſuit deveniendum ad
trantactionem cum Capitulo, promittens lo-
co rubrorum quinque frumenti, in quibus
concorditer, & veriſimiliter fuerat liquida-
ta quantitas Primitiarum, exburſare annua
ſcuta quadraginta: quamobrem dum abindè
citra Communitas prædicta præfatam tran-
ſactionem impleverat, videbatur, quod nec
in poſterum recuſare poſſet ſatisfactionem
5 juxta rationem conuentam, ex quo tranſa-
ctio, & maxime obſervata inter Partes, ha-
beat vim rei judicatæ, eique in omnibus
comparetur, ad *Text. in l. non minorem, C. de
tranſact. Gratian. diſcept. 400. n. 27. Urceol. de
Tranſact. qu. 68. n. 17. & ſeqq. Rot. deciſ. 414.
num.* [illegible]

*n.2, par.2. rec.* & *deciſ. 220. n.26. par.9.* & *in Cracovien. Pecuniaria 1. Julii 1695. §. De credito,* & *4. Julii 1696. §. 2. cor. R. P. D. meo Caprar.*

Verùm Domini reflectebant ad rationes
ſuperius inſinuatas, quod hoc debitum mediante
concordia accollatum per Communitatem
nullatenus ad illam in radice ſpecta-
6 re valeret, non ſolum ex defectu cauſæ, quæ
requiritur etiam in tranſactionibus, & quibuſcumque
conventionibus, aliàs tanquam
exaratæ per errorem reſcinduntur, ut in his
terminis obſervat *Dec. conſ. 600. ſub n.2. verſ. Apparet ergo,* & *n.4. Hodiern. contr. 43. n.54.*
ſed etiam quia deficiebat in facto fulcimentum
litis, ſub quo velari poſſet tranſactio,
memoratum namque Mandatum de manutenendo
favore Capituli conceſſum, non erat
directum adverſùs Communitatem, ſed contra
Homines, & Incolas prænominati Caſtri,
& Villarum: ſicque ad terminos diſtinctionis
ab initio præmiſſæ, ceſſante lite præce-
7 denti, vel juſto, aut probabili timore litis promovendæ
cum ipſo Corpore Communitatis,
ſive Hominibus in communi, corruebat
quoque tranſactio, ut paſſim dicunt *Doctores* per *Text. in leg. 1. ff. de tranſact.* & *in leg. 2. C. eod.*; quemadmodum videre eſt apud *Cyriac. controv. 128. n. 10. Valeron. de Tranſact. tit. 2. quæſt. 1. per tot. Rot. dec. 164. n. 9.* & *10. coram Card. Cerro.*

Obſervando in idem, quod cum ſeparatum
ſit (ut diximus) intereſſe Communitatis
ab illo Hominum, & Perſonarum parti-
8 cularium, itaut quod debetur a ſingulis, non
debeatur a Communitate, nec è contra, per
*Text. in l. ſicut §. Si quid ff. quod cujuſq. Univerſ. nom. Roland. conſ. 53. n. 0. cum ſeqq. lib. 3. Veg. conſ. 59. n. 20. Valenzuel. conſ. 167. num. 4. cum ſeqq. Cobell. ad Bull. bon. Regim. d. cap. 12. n. 14.* & *cap. 47. n. 95. Rot. cor. Merlin. d. c. 182. n. 1.* & *2.* & in ſpecie, quod non compellatur, nec
9 debeat Communitas ſubire onera, collectas,
vel gravamina Particularium, proſequuntur
*Menoch. conſ. 726. n. 22. Cobell. d. cap. 12. n. 15.* & *cap. 17. ex n. 58.* & ſignanter *num. 63.* Hinc
eo ipſo quod Communitas abſque cauſa ſuſceperat
debitum alienum, remanſerat quo-
10 que enormiſſime læſa, proindeque non adſtricta
ad obſervandam tranſactionem, ſeu
conventionem, quæ non ligat Communitatem
(quæ jure merito gaudet privilegio Pupillorum,)
ſeſe inutiliter obligantem pro facto,
vel debito alieno, ad not per *Loſæ. de Jur. Univerſ. p. 3. cap. 10. n. 3. Hodiern. d. contr. 43. n. 56.* & *58.*

Addito demum, quod ultra inſubſiſtentiam
cauſæ, palpabilemque læſionem Communitatis,
deficiebat etiam ſolemnitas: Quia
cum, ut diximus, Communitates adinſtar
Pupillorum aliena indigeant adminiſtratione,
& tutela, optimè in Statu Eccleſiaſtico
per ſollicitudinem Apoſtolicam hujuſmodi
adminiſtratio, ac tutela demandata fuit Sac.
Congregationi appellatæ *de bono Regimine*,
ut in celebri Conſtitutione ſan. me. Clementis
VIII. regiſtrata apud *Cobel. in princ. ejus tract. ſeu comment. ad eamdem Bull.*, & reſpective
confirmatoria alterius ſancitæ per ſa. me.
Sixtum V. Inter ejus Conſtitutiones *ſu 42.*
Quapropter, dum in eadem Conſtitutione
Clementina provide, ac litteraliter cavet ut
ne poſſint obligari Communitates, earumque
burſæ, ſive bona, niſi præceſſerit expreſſa
licentia, ſive aſſenſus ejuſdem Sacræ Congregationis,
eaque nullo modo interceſſerit
11 in præſenti caſu, ex hoc etiam capite defectus
ſolemnitatis a Iure, & Pontifice ſtabilitæ
quoad ipſam Communitatem corruebat
tranſactio, ſicuti pluries reſpondit *Rota*, ut
apud *Buratt. dec. 751. n. 5.* & *in rec. deciſ. 365. n. 3. cum ſeqq. par. 15. dec. 87. n. 3.* & *4. par. 16.* & *dec. 55. num. 8. par. 18.*, & notarunt etiam
*Cenc. de cenſ. q. 23. n. 16. Pacion. de locat. cap. 7. ſub n. 48. Card. de Luc. in relat. Curiæ diſc. 26. n. 6. Modern. Epiſc. Verulan. ad Stat. Favent. lib. 1. Rubr. 4. n. 28.*

Abſque eo quod in aliquo relevaret lapſus
temporis ferme ſexagenarii cum poſitiva
obſervantia ſolutionum factarum per Communitatem,
quando tamen ad præſumen-
12 dum beneplacitum, vel aſſenſum Superioris
ſolus decurſus annorum 30. cum ſubſecuta
pacifica obſervantia videtur exuberare, ex
cumulatis *in Bononien. Emphyteuſis 4. Dec. 1686. §. Nec juvat cor. bo. me. Emerix Jun.* & *in Avellinâ, ſeu Nullitat. Præſtationum 29 Apr. ſuperioris Anni §. Tum etiam quia cor. R. P. D. meo dell'Olmo.*

Siquidem ad everſionem hujuſmodi objecti
nedum placuit reſponſio, quod lapſus
13 temporis 30., vel plurium Annorum non
efficit, niſi nudam, & meram præſumptionem
interventus Beneplaciti, & eadem præſumptio
videbatur ſufficienter enervari ex revolutione
Regeſtorum Sac. Congregationis, in
quibus juxta ſtylum inconcuſſum non apparebat
annotata hujuſmodi licentia, ſicque
juncto, quod nec in ipſo Inſtrumento prætenſæ
tranſactionis inſerebatur hujuſmodi
licentia, neque de ea fiebat ulla mentio, prout
apparebat accuratiſſime factum reſpectu
licentiæ, & Beneplaciti ex parte Capituli,
utique dici poterat ſufficientiſſime comprobata
negativa, quæ omnem contrariam præſumptionem
deſtruit, & infringit, ut inquit
*Surdus conſ. 28. n. 110.* & *ſeqq. Hodiern. d. controv. 43. n. 16. cum ſeqq. Adolin. reſol. 110. ex n. 5. uſque ad 22. Rot. dec. 334. num. 9. coram Ubald.*; & in ſpecie, quod præſumptio hujuſ-
14 modi conquaſſetur, ex quo omiſſa fuit regiſtratio
in parte, vel actu controverſo, & ſollicitè
fuit appoſita, prout hic, reſpectu alterius
actus, licentiæ, vel aſſenſus, *Decian. conſ. 24. ſub n. 28. verſ. Verum quando* & *n. 29.* & *ſeqq.*

*& ſeqq. lib.1. Gratian. diſcept.268. n.14. Acloliu. d. reſol.110. num.24.*

Verum a fundamentis evulſit omnem dif-
ficultatem deficientia cauſæ, ac enormiſſi-
ma læſio, cui ſe ſubieciſſet Communitas, pro-
mittendo Primitias debitas tantummodo ab
Hominibus in particulari, non autem ab
ipſo Corpore repræſentativo omnium in
communi, ut ſupra: ex hac namque læſione,
15 & deficientia cauſæ inſurgit non tantum
fortior præſumptio, quod nunquam repu-
tari queat, Sacram Congregationem, ſemper
intentam bono Regimini Communitatum,
deſcendiſſe ad conceſſionem hujuſmodi li-
centiæ penitus læſivæ, prout ad elidendam
præſumptionem Beneplaciti deductam ex
ſimplici lapſu temporis benè obſervat *Spàd. conſ.118. ex n.13. uſque ad fin. lib.3.* ſed quod
magis eſt, etiam ubi per poſſibile afuiſſet
hæc nuſquam præſumibilis licentia, ſuper-
abundabat, deficere cauſam ſeſe obligandi,
16 cum in hujuſmodi contractibus tam ſolem-
nitas, quam cauſa copulative requirantur,
quemadmodum liquet penès *Cenc. de cenſib. quaſt.23. n.14. & ſeqq. Hodiern. d. controv. 43. n.55. Andreol. contr. 406. n.28. Card. de Luc. lib.7. de alien. diſc.23. n.19. cum ſeqq. & diſc.24. ſub n.5. verſ. His tamen.*

E' converſo autem viſum eſt Dominis,
Homines in particulari obnoxios eſſe, & te-
neri ad ſolvendas hujuſmodi conventas Pri-
mitias, neglecta omnino exceptione Patro-
ni Cauſæ, quod reſpectu Hominum non ha-
beret Mandatum pro tuitione ejuſdem Cau-
ſæ, ſed illud reſtringeretur ad defenſionem
ſolius Communitatis: contrarium namque
17 ad oculum præſeferebant Iurium produ-
ctiones, actuſque geſti nedum in noſtro Au-
ditorio, ſed priùs coram A.C., itaut Man-
datum, quod ſolis coniecturis comprobatur,
ut ait *Rot. dec.350. n.1. cum ſeqq. part.4. diverſ. & dec.155. n.15. & ſeqq. cor. Card. Cerro & in Romana Fideicommiſſi de Maximis 4. Maii 1696. §. Non enim ſubſiſtit cor. bo.me. Emerix,* ex rima-
tione præfatorum actuum geſtorum tam
nomine Communitatis, quam ipſorum Ho-
minum ſub clauſula, *tàm conjunctim, quàm diviſim*, pluſquam ad evidentiam emergeret.

Reaſſumendo itaque obligationem Ho-
minum in particulari, jam uſque ad termi-
nos *Iuris Divini* demonſtratum extitit ſupe-
rius, Primitias Eccleſiæ, ac Domui Dei, ſivè
Parocho Curam Animarum exercenti om-
18 ninò deberi, adeout quantumvis nonnulli
voluerint, haſce Primitias referri ad debitum
voluntarium, tamquam volitas a Summo
Deo dumtaxat a ſponte dantibus, per *Sacrum Text. in Exod. cap.25.* ibi = (ſermonem habe-
bat ad Moyſem) *Loquere filiis Iſrael, ut tollant mihi Primitias; ab omni homine, qui offeret ultroneus, accipietis eas*; nihilominus ubi concur-
19 rat conſuetudo illas dandi, rectius exiſti-
maſſe videntur tenentes, quod ſolutio illa-
rum Primitiarum ſit de præcepto, prout *Theologi* non minus quam *Canoniſtæ* firmius opi-
nati ſunt, & præ cæteris *Suar. Caſtropal.* alii-
que, quos recenſet *Barboſ. de Iur. Eccl. d.lib.3. cap.25. num.4. & ſeqq.*, & ſignanter *num.6. & 7.*, *& de offic. & poteſt. Paroch. cap. 27. n. 6. Antonell. de Regim. Eccl. lib.5. cap.18. n.2. Rot. dec.25. n.2. & 3. cor. Ubag.*

In præſenti vero caſu dubitari nullo mo-
do valebat, extare conſuetudinem etiam im-
memorabilem; hæc etenim conſuetudo fue-
rat præciſè ſuppoſita, & enunciata abſque
Hominum contradictione in memorata
Concordia exarata de Anno 1638., quodque
plus eſt, capitulum Eccleſiæ B. Mariæ actu
reperiebatur in quaſi poſſeſſione illas exi-
gendi per Decretum Officialis, ſeu Vicarii
Epiſcopi Spoletani, qui tunc erat Maphæus
S. R. E. Cardinalis Barberinus poſtea ſan.me.
Urbanus VIII. editum uſque de Anno 1615.
citra reclamationem prætenſorum Homi-
20 num: quamobrem accedente, vel hac ſola
conſuetudine juſtificata per Decretum Su-
perioris Eccleſiaſtici, vel altera immemora-
bili præſuppoſita in concordia, planiſſimè
reſultabat, Homines excuſari non poſſe a ſo-
lutione Primitiarum, ex iis, quæ proſequun-
tur *Guttier. Canon. qu. lib.2. cap.21. n.11. Bleynian. in prax. benefic. lib.1. tit.4. ſub n.6. verſic. Nec Parocbiani, Bellett. diſquiſit. Clerica. p.1. titul. de bonis Cleric. §.3. n. 26. & 27. Boer. deciſ.236. ex n.2. uſque ad fin.*

Nullumque facere poterat obſtaculum,
quod prædicti, ut prætendebant, Homines
Sacramenta reciperent a proprio Paroco re-
ſidente in Caſtro S. Angeli: Nam, quid-
21 quid eſſet in facto, licet de Jure Primitiæ
debeantur illi Parochiæ, in qua Prædia exi-
ſtunt ad *Rot. deciſ. 559. n.1. & 2. apud Poſth. de manut. & cor. Pamphil. dec. 272. n. 4. & cor. Zurat. dec.65. n.16. & dec.208. n.1. cum trib. ſeqq. & per tot. par.17. rec.*; hoc tamen citra
22 ſcrupulum limitatur, quoties concurrat con-
ſuetudo in oppoſitum, teſte *Barbos. de Iur. Eccleſ. d.lib.3. cap.25. & de Paroch. d.cap.27. utrobiqu. n.8. Rot. dec.382. n.1., & ſeqq. part.16.*
& maxime, quando eadem conſuetudo vel
ſit immemorabilis juxta ſuperius inſinuata,
vel quadragenaria, ut habetur *in cap.1. cum ibi not. per Scribentes de præſcript. in 6. Rot. cor. Coccin. deciſ.847. num.3. & d. dec.559. num.8. penes Poſth. de manut.* alias *dec. 261. eod. n.8. par.6. rec.*

Quinimo & eadem conſuetudo immemo-
rabilis, vel quadragenaria nimium veriſimi-
liter fulciri poterat titulo valde probabili,
nimirum alicujus Matricitatis, unde etſi ad
majorem commoditatem Caſtri, & Homi-
num in Villis finitimis degentium fuerit ere-
cta hæc Parochia, juxta *Text. in cap. ad audientiam il 1. de Eccl. ædific.* cum concord. *in Faven-*

*tina*

Digitized by Google

*tina Iurium Parochialium* 28. *Iun. Anni præter.*
23 *lapſi coram me*; attamen in ſignum ejuſdem
Matricitatis fuerint reſervatæ Eccleſiæ San-
ctæ Mariæ, ejuſque Capitulo Primitiæ, quod
paſſim, & plerumque contingere animadver-
tunt *Lotther, de re Benef. lib. 1. quæſt. 28. n. 53.
Barboſ. de offic., & poteſt. Paroc. cap. 28. §. 2. ſub
n. 19. verſic. Et non eſt neceſſe, Rot. cor. Martin.
Andr. dec. 59. n. 7., & in rec. dec. 376. num. 3.
par. 1. dec. 497. n. 2. & 4. par. 4., & in Medio-
lanen. Decimarum* 17. *Decemb.* 1612. § *Pro par.
autem, cor. Pirovano*.

Sola igitur, & vera ratio ambigendi in hac
Cauſa remanere poterat in geminis pondera-
tionibus, altera, quod data nullitate obli-
gationis, & concordiæ reſpectu Communi-
24 tatis, collabeſceret quoque ex vi ſaltem
ipſius Concordiæ obligatio Hominum in
particulari, ſecundum ea, quæ in ſuo caſu
reſpondit *Hodi. rn. d. controv. 43. ex n. 60. ad fin.*

Et altera, quod conventio de ſolvendis
annuis ſc. 40. cenſenda foret læſiva, tamquam
procedens ab appretio frumenti, quod in
dies variatur, proindeque illius valutatio ad
conſtantem rationem ſcutorum octo pro
25 quolibet rubro poſſet de injuſtitia ex tractu
temporis redargui, & idcirco reduci mere-
retur, ad normam *Text. in c. ſuggeſtum, de De-
cim.*, cum concord. per *Mandell. conſ. 34. n. 16.,
Menoch. conſ. 156. n. 8. cum ſeq. Roderic. de ann.
reddit. lib. 2. quæſt. 15. n. 95. Pacion. de locat.
cap. 45. num. 49., & ſeqq.*

At neutra ex prædictis objectionibus retra-
here in hodierna hypotheſi potuit Dominos
a reſolutione, quod homines in particulari
tenerentur ſatisfacere conventis primitiis in
prædicta quantitate ſcut. 40.; Nam circa pri-
26 mam, quæſtio non erat de obſtringendis il-
lis particularibus, eorumque hæredibus, qui
induendo pannos Syndicorum, & Officia-
lium tranſactionem inierant, ut eſt caſus,
de quo loquitur *Hodiern. d. contr. 43.*, & diſ-
ſerunt *Donat. Anton. de Mar. reſol. quotid. l. 2.
cap. 59. n. 3. & ſeqq. Capyc. Latr. conſult. 150.
ex n. 53. uſquè ad fin., Cæſar. de Affl. el. contr. 12.
num. 4. cum ſeqq.* ſed agebatur de Hominibus
particularibus acto bona tenentibus intra
circumdarium Caſtri, & Villarum, & de
Iure Divino, ac humano (concurrente con-
ſuetudine) obſtrictis ad exſolvendas Primi-
tias, adeout in ordine ad debitum Primitia-
rum in genere, res eſſet palpabilis, & jam
canonizata per Decretum Vicarii, ſeu Offi-
cialis Spoletani uſque de Anno 1615.

Circà ſecundam verò oppoſitionem de
præfinitione annuorum ſcutor. 40. jam præ-
dicti Homines de Anno 1638., quantumvis
tunc repræſentantes Communitatem, agno-
verant, quantitatem Primitiarum aſcende-
re habita commenſuratione unius anni ad
alterum ad rubra quinque frumenti, eadem-
que appretiarunt ad prædicta ſcut. 40., vide-
licet in ſcut s octo pro quolibet rubro, quod
ſane judicium, & appretiatio ad reſecandas
lites, ac diſpendioſa diſſidia viſum eſt (mu-
tata ſolum figura, nempe à Communitate
ad Homines in particulari) omni jure poſſe
ſubſiſtere, prout accidit, quando Tribuna-
lia judicium Peritorum, Virorumque infor-
matorum de re ipſa, quemadmodum erant
Homines, qui de prædicto Anno 1638. con-
cordiam inivere, ſubſequuntur, ad regu-
lam *Text. in l. 1. ff. de ventr. inſpic., & in l. ſe-
ptimo menſe, ff. de ſtat. homin.* decet enim ma-
27 gna Tribunalia reſecare jurgia, & æquitati,
ac rationabili Judicio ſemper inniti, ut ad-
monet *Lancell. Gall. conſ. 56. n. 46. Treutler.
conſ. 114. n. 19., Rot. decif. 3. n. 3. poſt Modern.
Setin. de Iur. Prælation.*

Abſque eo, quod attendi poſſe videretur,
quod forſan de præſenti valor rubri frumen-
ti non pertingat ſcuta octo; quia hujuſmo-
di præfinitio, & taxatio facta fuit, prout erat
ab initio verus valor frumenti, & abinde ci-
28 tra doctum non fuit, quod hujuſmodi va-
lor adeò decreverit, ut conſtantem aliquam
læſionem progigneret, quæ ad limites præ-
fati *cap. ſuggeſtum, de Decim.* mereretur mo-
derationem, ac reductionem, ideòque non
erat reſcindibilis illa præfinitio, quæ erat
eventualis, & modò ad plùs, modò ad mi-
nus ſeſe poterat habere, ità namquè practi-
catur in omnibus caſibus, ac taxationibus,
circà res, quæ circumcircà veriſimilitudi-
nem habent in futurum, &, ut præmiſimus
ad plus, & minus ſeſe poſſunt convertere,
ut advertunt *Gratian. diſcept. 756. ex n. 8. cum
ſeqq., Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 1. ſub n. 253.
verſ. ſecùs ubi contractus, Olea de ceſſ. jur. tit. 6.
quæſt. 10. n. 16. Rota decif. 408. ex n. 7. uſquè
ad 12. par. 16. recent.* & eſt regulare, quod
29 quælibet concordia, vel contractus num-
quam reſcinditur, aut poteſt de læſione in-
crepari, quandò æqua lance habere ſe valet
ad commodum, & incommodum, ut pro-
ſequitur *eadem Rot. coram Coccin. decif. 1544.
num. 21. & 22. & coram Peuting. decif. 49. n. 2.
& ſeqq., & in rec. dec. 374. n. 14. cum ſeqq.
par. 13. decif. 225. num. 10. par. 15. & decif. 660.
num. 2. par. 18.*

Immutatio tandem figuræ, & modi ſol-
vendi à Communitate, ſive ipſo Corpore
in communi ad Incolas, & bona tenentes in
particulari citrà infractionem burſæ ejuſdem
Communitatis, inquantum eſt peculium di-
ſtinctum, & ſeparatum ab eiſdem Homini-
bus in particulari, facile (quantumuis hoc
ad Dominos ſtrictè non pertineret) pro eo-
30 rumdem Particularium commoditate po-
terit practicari, ſi extrà mixturam publicæ
repræſentationis Caſtri, & Villarum iidem
bona tenentes in particulari per ſpeciem
quamdam ſubalternæ, & accidentalis Com-
munitatis inſimul conveniant de legitima,

ac

Digitized by Google

ac proportionabili partitione oneris Primitiarum juxtà menſuram bonorum, ac reſpective fructuum unicuique Particulari veriſimiliter de Anno in Annum obtingentium, ſeu poſſeſſorum, ſecundum exempla, quæ frequenter habemus, & Creditorum per capita convenientium per ſpeciem univerſitatis, ad *Text. in l. & ſumm, §. Hodiè, ff. de pact. & in l. fin. ff. de bon. author. Jud. poſſit. Modern. Lucen. conſult. 156. num. 1. & conſult. 783. ſub n. 11. verſ. ad ſecundam, & n. 15. Card. de Luca de Iuriſdict. diſc. 83. num. 3. propè fin. Rota deciſ. 1. n. 6. poſt Urceol. de tranſact., & in Forolivien. Appaltus 12. Febr. 1670. ex §. Adducebant cum plur. ſeqq. coram clar. me. Card. Matthæio*, & in proximioribus terminis, quoties divi-
31 duntur Decimæ Eccleſiaſticæ inter Clericos, & perſonas ad invicem, ut par eſt, juxtà valorem propriorum reddituum contribuentes, ad trad. per *Del Ben. de Immun. tom. 1. cap. 5. dub. 19. num. 2. cum ſeqq. Dian. reſol. mor. par. 5. tract. 1. reſol. 11. quæſt. 2. Milazz. aſſert. 44. n. 27. Panimoll. deciſ. 6. annot. 1. n. 31.*

Et ità utraque, &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

POST publicationem præſentis Deciſionis, quæ nunc habetur etiam impreſſa apud *Torr. var. quæſt. Jur. tom. 5. in Miſcellan. par. 2. tit. 12. deciſ. 5.*, ſuccombentes probabiliter acquieverunt, quia actum amplius non fuit de Cauſa, adeout nec etiam fuerit expetita pro parte Capituli victoris, ut moris eſt, ejuſdem Cauſæ expeditio, ſive Sententia.

Ad ornatum hujus materiæ, & concluſionum allatarum in Deciſione annotari poteſt caſus, qui valdè ſingularis videtur; prætendentibus namque Communitatibus Status Eccleſiaſtici, quod Duces, Principes, Marchiones, aliique Barones ejuſdem Status tenerentur concurrere ad ſolutionem Collectarum, ſive onerum Cameralium, ſæpius in Curia promota fuit hujuſmodi controverſia inter ipſas Communitates, præfatoſque Barones, utrum ſcilicet hi pro rata bonorum contribuere deberent, quemadmodum contribuebant reliqui Cives, & bona tenentes intra circumdarium, & territoria earumdem Communitatum, illaque nuſquam remanſit effective terminata, niſi *ſub hoc Anno* 1703. glorioſe Sedem Vaticanam implente Clemente XI., inter cujus ſollicitudines Paſtorales non modicum urgente charitate levandi Subditos, prævia avocatione à quibuſcumque Tribunalibus Cauſam, *appellatione remorta*, commiſit particulari Congregationi ſeptem Prælatorum, qui tandem *ſub die* 20. *Febr. currentis Anni* 1703. ſententiando definiverunt, Barones Fœudatarios teneri, & obligatos eſſe ſolvere onera Cameralia, prout tenentur cœteri Cives tàm pro Bonis poſſeſſis de tempore impoſitionum, quàm poſtea acquiſitis, & in futurum acquirendis, contra quam ſententiam recurrentibus Baronibus ad Signaturam Gratiæ, *ſub die* 22. *Maii* ſubſequentis denegata fuit ab eodem Sanctiſſimo, ejuſque Signatura quilibet ulterior recurſus, ſeu appellatio tam in ſuſpenſivo, quam in devolutivo, mediante reſcripto, *Nihil*.

Principale fundamentum tàm Sententiæ præcedentis, quam reſcripti ſubſecuti fraternizabat cum propoſitione ſuperiùs adducta, quod ſicuti Communitas bona tenens communitativa tenetur ad eorum ratam exſolvere onera non minus Cameralia, & temporaria, ſed etiam ſpiritualia; ità idipſum practicari debeat cum Baronibus ibidem bona detinentibus, cum, & hi habeantur loco
32 Civium, imo primi Cives eſſe cenſeantur, & conſequenter niſi de aliqua ſpeciali exemptione edocerent, obſtringerentur ad ſolutionem illorum onerum, quæ ſubire reliqui compelluntur, ut circa primam propoſitionem *Capiblanc. de Baron. & eorum offc. pragmat. 12. n. 1. Cobell. ad Bull. boni Regim. c. 36. n. 39. Joſ. de Roſ. conſult. 9. num. 25.*, & quoad
33 ſecundam probat *Textus in l. omnium, C. de Vectigal., & commiſſ. & in l. omnes omninò, C. de Annon. & Tribut. lib. 10.* Flores *de Mena variar. quæſt. lib. 1. quæſt. 21. n. 261.*

Nec Barones adjuvit triplex exceptio, prima videlicet deducta ex eorum Magnatitia, & admodum illuſtri qualitate; ſecunda, ratione fœudalitatis; & Juriſdictionis; & tertia, ex capite longiſſimæ obſeruantiæ negativæ non ſolvendi. Quia cirà primam, obje-
34 ctio procedebat quoad onera mere perſonalia, per *Text. in l. ab illuſtribus, C. de excuſat. muner. lib. 10.*, & reſpectu Juriſdictionis,
35 ea potuiſſet ſuffragari, quoties Communitas ipſa pro propriis indigentiis collectas impoſuiſſet, ex *Valaſc. conſult. 111. n. 56. & 65. Thamaſ. de collect. cap. 15. num. 15. Balmaſed. eod. tract. quæſt. 40. n. 18.*

Secus autem res ſe habebat, quando (prout hic tractabatur de impoſitionibus factis
36 a Principe Supremo, cujus reſpectu omnes Subditi cenſentur, & quem ſublevare Subditi pariter omnes ex vi pariformiter ſubjectiva compeltuntur, ſicuti tradiderunt *Pur. purat. conſ. 582. n. 14. Flores de Mena d. quæſ. 21. n. 251. de Roſ. conſult. 11. num. 29. Balmaſed. de collect. d. quæſt. 40. n. 20. Sol. ad Conſtit. Sabaud. ſub tit. de Jure Emphyt. gloſ. 2. par. 3. n. 13.*

In ordine verò ad alteram qualitatem Fœudalem, non modica verſabatur in ab-
37 ſtracto amaritudo, an bona detenta per Barones intra confinia propriorum territoriorum reputanda eſſent vere Fœudalia; prout cenſuerunt *Medeſlin. Piſtor. conſ. 11. num. 46. vol. 2.* cum aliis apud *Ager. de Ærar. advot. ad Moles de Jure Dohanæ ad quæſt. 14.*

Vel è converſo non oſtenſo tenore Inveſtiturarum, vel poſita conſuetudine paſſim diſtrahendi per contractus emptionis, & ven-
38 ditionis cum ſimilibus, hujuſmodi bona libentiùs æſtimanda forent allodalia, juxta ea, quæ in ſuis caſibus animadverterunt *Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius, verb. & Uxorem nomine Adelaſiam, de teſtament. dec. 2. n. 14. ad 22. Menoch. conſ. 127. n. 16. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 736. num. 59. Rot. in Romana, ſeu Veliterna Succeſſionis* 11. *Junii* 1698. §. *Non minus, cum quatuor ſeqq. cor.* R. P. D. *de Tremoille impreſſ. poſt Antonell. de Jurib. & onerib. Clericor. dec.* 46.

Semper tamen idem contrà Barones concludendum videbatur, quia niſi illi demonſtrarent actu eſſe gravatos ad aliquod perſonale ſervitium Supremo Principi impenden-
39 dum, in quibus terminis non deberent pro eadem re duplici onere gravari, ad *Text. in l. privatè, C. de excuſat. muner. lib.* 10. *Luc. de Penn. in l.* 2. *C. de bon. vacan. Albert. Brun. conſ. Feud.* 103. *n.* 2. *Frec. d. Feud. lib.* 2. *deſuit.* 11. *n.* 10.

Recepti Juris, & praxis exiſtit, quod Barones quoquo modo, præſertim ſi (ut in Statu Eccleſiaſtico per Bullas Pontificias *Pau-*
40 *li III. & Pii V.*) legantur expreſsè nominati in impoſitionibus, arctantur ad hanc ſolutionem ſubeundam, ex connotatis in terminis per *Cobell. ad Bull. bon. Regim. cap.* 50. *n.* 127. *in fine*, & in propoſito Auhoæ Regni Neapolis *Jacob. de Gell. de Ju. Adhoæ n.* 37. *Capy, Galeot. controverſ.* 18. *n.* 11. *& ſeqq. lib.* 2. *De Pont. deciſ.* 3. *num.* 11. *&* 19. *& Afflict. deciſ.* 252. *num.* 2. *&* 3.

Reſpectu demùm negativæ obſervantiæ, placuit, illam remanere ſatis interverſam ex mala fide Baronum, nec non ex introductione litis ſecutæ de Anno 1607., juncto quoque decreto irritanti appoſito per Pontifices in hiſcè impoſitionibus, ut plenè examinata materia habetur apud *Cobel. ad Bull. bon. Regim. d. cap.* 50. *n.* 120. *& ſeqq.*

Ex oppoſito verò conſului, etiam in ſenſu veritatis, in altero non minùs ſingulari caſu, videlicet, an Familia de Baldaſſinis, a qua prodierat *Divus Ubaldus* Epiſcopus Eugubinus, manutenenda foret in ſua exemptione, quam fuerat conſecuta ob inſignia merita Divi hujus Antiſtitis ab Urbini Ducibus, non obſtante, quod ſubſecuta devolutione hujus Status ad Sanctam Sedem em naverint nonnullæ impoſitiones pro indigentiis Cameræ Apoſtolicæ indictę, necnon ſucceſſivè familiares in omni novo Pontificatu Conſtitutiones cum clauſulis prægnantiſſimis revocatoriæ Franchitiarum, & exemptionum, cenſui etenim, haſce Conſtitutiones locum ſibi vindicare non poſſe pro vulneranda exemptione tanti Civis, ſive in gratiam, & contemplationem Sancti tàm emeriti conceſſa, exordiens in hunc modum,

Contemplatione meritorum Glorioſiſſimi Divi Ubaldi Epiſcopi, ac Protectoris Civitatis Eugubii cenſuerunt uſque ab antiquo recol. mem. Duces Urbini ejuſdem Sancti Familiam, & Agnationem de Baldaſſinis aliquo præcipuæ exiſtimationis, & tanti Divi teſtimonio decorare, illis præ cæteris tribuendo omnimodam exemptionem à ſolutione vectigalium, & collectarum, ut abſque ulla penitus alteratione fuit conſtantiſſime ſervatum, donec prædictus Urbini Status ſub Guberno eorumdem Ducum perduravit: Verùm ſecuta deinceps illius devolutione ad Sanctam Sedem, non ſolum Sa., & glor. mem. Pontifex Urbanus VIII., tunc temporis Romanam regens Eccleſiam, omnia privilegia, facultates, & Indulta per præfatos Duces quibuſcumque, & quomodolibet elargita generice confirmavit, ſed ſpecialiter, & præciſe iſtammet exemptionem Apoſtolicæ authoritatis munimine roboravit, adeout illius vigore Familia de Baldaſſinis deſuper obtinuerit publicum Inhibitionis Inſtrumentum à clar. mem. Cardinali Antonio Barberino ejuſdem Papæ Nepote, ac S. R. E. Camerario Generali, prout habetur ex eodem Inſtrumento Inhibitionis, quæ per extenſum datur.

Quamvis itaque hujuſmodi exemptio fundaretur in adeo rationabili cauſa, & primordio conceſſionis, necnon etiam diuturna fulciretur obſervantia, ac ſpecifica confirmatione Sanctæ Sedis, ſucceſſive tamen placuit Collectoribus, ſeu Univerſitati Eugubinæ illam in controverſiam trahere ſub prætextu earum Conſtitutionum, quę nuncupantur revocatoriæ Franchitiarum, & exemptionum, quævе de more per quemlibet Summum Pontificem noviter aſſumptum ſolent edi, & promulgari, ſed ab hujuſmodi vexationibus firmiter, ac judicialiter deguſtato ſæpius negocio reportavit ſemper Familia de Baldaſſinis abſolutionem, prout ex pluribus Sententiis, quæ pariter exhibentur, & quibus Univerſitas præfata, ſeu Collectores tandem acquieverunt.

Quando ex abrupto repullulare cœpit iſta altercatio in Civitate Senogallien., ubi eadem Familia de Baldaſſinis, ſeu unus illius Palmes, & Columnellos Eugubio translatus ſedem fixit; unde cum in præſenti iterum revocari ad trutinam contingat, an præfata Immunitas, & exemptio ſubjaceat revocationibus, & Conſtitutionibus, de quibus ſupra, negative pro ſenſu etiam illius veritatis, quæ mihi videtur, crederem reſpondendum.

Siquidem præfatæ Conſtitutiones Franchitiarum revocatoriæ geminam, ac ſolemnem patiuntur limitationem; Primò nempè, quo-
41 ties Immunitas legantur attributa ex cauſa vere oneroſa, vel ea, quæ ex Juris communis

nis determinatione titulo correſpectivo, &
oneroſo adſimiletur, ac de jure eamdem ſo-
leat obtinere firmitatem, ut in ſpecie dd.
Bullarum animadvertit *R.P.D. meus de Luc.
de Regal. diſc.47. n.16.* & generaliter *Cyriac.
contr.154. n.17. Rot. deciſ.101. par.10. recen.
num.30. & dec 229. num.30.coram Eminentiſſ.
Ottobon.*

Secundò locum illæ ſibi non vindicant in
eis caſibus, in quibus ad effectum derogandi
42 ſpecifica, & individualis mentio conceſſio-
nis, ſeu exemptionis exigatur, prout egre-
gie proſequendo notat *R.P.D. meus de Luc.de
Regol. diſc.93. & per tot. Cobell. ad Bull. bon.
Regim. cap.28. n.76.*, & in proximis late fir-
mavit *Rot. in una Calciaten. Iuris corrigendi
22.Iunii 1678. §. Non obſtante coram Reveren-
diſſimo Albergato Decano.*

Applicando igitur ad rem noſtram, utra-
que limitatio mirificè aſſiſtit, & adaptatur
caſui noſtro; cum etenim, ut in facto præ-
miſimus, præſens exemptio fuerit impartita
ob inſignia merita Divi Ubaldi Antiſtitis, &
Protectoris illius Regionis, & ſignanter Ci-
vitatis Engubii, dubitari poſſe non videretur,
43 quod eadem conceſſio, tamquam remune-
ratoria, ſub qualibet revocatione non ca-
dat, ex iis, quæ plenè cumulantur in ſpecie
Immunitatis ob benemerita impartitæ per
*Roman. in l.ſi verò §. De viro, ff. ſol. matr. Ro-
land. conſ.13. n.28. lib.3.* cum aliis in propo-
ſito relatis *per Peregrin. conſ.7. n.16. vol.3.,
& in tract. de Iur. Fiſc. lib.1. tit.3. nu.29. Clar.
in §. Donatio quæſt 3. n.1. & per tot.* egregiè
*Tondut. reſol. Civil. cap.44. n.8. & ſeq. Valen-
zuel. conſ.99. n.29. & ſeq. Solorzan. de Iur. In-
diar. lib.2. cap.27. num.58. Borell. de Reg. Ca-
tholic. præſtant. cap.64. n.64. Molin. reſol.1.
n.26. & ſeq. Caſtil. de Tert. Decim.* alias *lib.6.
Controv. cap.18. n.58. & ſeqq.*

Idque adeò verum, ut in his terminis com-
muniter ſentiant *Doctores*, quod privilegium
44 Immunitatis ex cauſa remuneratoria attri-
butum amittat nomen privilegii, & nuncu-
pari potius mereatur beneficium latè, & be-
nigne ſemper interpretandum, juxta firma-
ta per *Bartol.in l.penult.ff.de Serv.legat.Soccin.
conſ.84. n.12.& ſeq.lib.3. Menoch. de præſumpt.
lib.3. præſumpt.103. num.20. & 21. Tiraquell.
in l. ſi unquam verbo donationis largitus num.48.
C. de revocan. donat. Tondut. d. cap.44. nu.12.
Cyriac. controv.622. n.6. & ſeq. Molin. reſol.1.
n.29. & ſeqq. Solorzan. de Iur. Indiar. lib.2. d.
cap.27 n.43. & ſeqq.*

Non adverſante illorum opinione, qui
putarunt, exemptionem conceſſam ob bene-
merita dumtaxat induere naturam tituli cor-
reſpectivi, & oneroſi, quandò eadem me-
rita exiſtunt talia, quæ parerent actionem
benemerito experibilem in Judicio: Com-
munius etenim, & verius exiſtimatur, quod
ex cauſa meritorum oriatur quædam natu-
ralis obligatio, quæ licet de ſtricto jure non
arctet ad retributionem, nihilominus indu-
cat quamdam antidoralem neceſſitatem, &
præcipue reſpectu Univerſitatum, & Princi-
45 pum, quorum gratiæ, & remunerationes ab
initio voluntariæ, neceſſariæ poſtmodum
efficiuntur; & tranſeunt in contractum, ad
tradita per *Rebell.de obligat.Iuſtit. pag.222. Pe-
tra de poteſt. Princip. cap.32. quæſt.2. nu.48. &
quæſt.3. num.84.* latiſſimè *Caſtill. d. lib.6.Con-
trov. cap.28. num.58. & ſeq. lib.3. Carol.Tapp.
deciſ.5. ex num.31. Solorzan. de Jur. Indiar. d.
lib.2. cap.27. n.57. & ſeqq.*

Poſito itaque, quod Immunitatis conceſ-
ſio facta alicui Univerſitati, Collegio, vel
Familiæ propter benemerita, vel nequeat
prorſus de poteſtate ordinaria revocari, vel
ſaltem ex altero defectu voluntatis ſub gene-
rali exemptionum revocatione non veniat;
procul dubio exiſtimarem, quod nulla in
præſenti caſu cadere poſſit dubitatio circà
applicationem iſtius propoſitionis, quodque
abſque alia neceſſitate comprobandi hujuſ-
modi aſſumptum habeat Familia de Baldaſ-
ſinis pro ſe ante oculos omnium merita An-
tiſtitis adeò Glorioſi, & Sancti adeò celebris,
de quo copioſe diſſerit *Ughell. in Ital. Sacr.
par.1. fol.677. n.33. in verbo Engubini Epiſco-
pi*, ubi quod merita tanti Divi fuerunt per
Cæleſtinum III. Beatificatione, & Paulum V.
Sanctificatione recognita, & Aris Fidelium
expoſita.

Siquidem ſi *Scribentes* in hoc unanimi vo-
46 to conveniunt, quod merita ad effectum,
de quo agitur, ſufficientia dicantur illa, quæ
concernunt actiones, & labores in amplian-
da Catholica Fide, vel pro ſervitio Sanctæ
Sedis impenſos, juxta cauſas relatos per *Pariſ.
conſ.50. n.35. lib.4. Tondut. quæſt. Civil.44. n.5.
lib.1. Maſtril. dec.261. n.81.*

Quis neget, quod Divus Ubaldus, iſta,
& majora merita non contraxerit, pluſquam
contrahere potuiſſet quilibet egregius Exer-
cituum Dux, aut Propugnator? non ſolum
attenta particulari protectione ab eo in illa
Regione ſuſcepta, ſed etiam perſpecta mera
47 definitione Sanctitatis, quæ dicitur, ſive
conſiſtit in excellentia vitæ ſupra cæteros
homines in beneficium Chriſtianæ Reipu-
blicæ, ut notant *Doctores, & Canoniſtæ in cap.
venerabili, de Teſtib. Divus Thom. ſecunda ſecund.
quæſt.81. art.8. in reſponſ. ad primum*, ubi quod
eſt = *quædam generalis virtus complectens omnium
virtutum actus, quos per Imperium ordinat in bo-
num Divinum, hoc eſt refert in Deum omnium vir-
tutum opera*, & proſequitur *Card. Baron. ann.43.
num.15. Contilor. de Canonizat. Sanctor. cap.14.
n.3. & 4. Caſſan. in Catalog. glor. Mund. par.3.
conſiderat.43. & 49. Frances de Eccleſ. Cathedr.
cap.15. n.126. & ſeq.* & plenè *Modern. Epiſc.
Sancti Severi de Canonizat. Sanctor. par.1. cap.1.*

Quinimò beneficium a præfata excellen-

ſtia vitæ derivans, cum ipſa vita non capiat, ut cætera mundana beneficia. ſed fuſiùs protenditur poſt egreſſum ab hac lacrymarum valle, Sanctorumque translationem in
48 Cœlum, ubi continuis interceſſionibus Populos, & Rempublicam humanam apud Deum promovent, & tuentur, prout de Angelo Raphaele habetur *in Tob. al 12.*, ibi = *quando orabas cum lacrymis, ego obtuli orationem tuam Domino*, & plurimis Sanctorum exemplis exornat *Divus Auguſtin. in Epiſt. 120. ad Honoratum cap. 29. Beyerlinch. in Theatr. vitæ human. verbo Sanctus fol. 80. litt. G. & ſeqq.*, & tradit *bo. me. Pignat. in cap. quidam n. 6. de celebrat. Miſſar.*

Quodque revera non potuerit diverſimode ſe habere, intentio Pontificum conditorum Bullæ revocatoriæ, quodque noluerint ea reſecare privilegia, & exemptiones, quæ contemplatione meritorum Inſignis Viri, ac Sancti fuerunt illius deſcendentibus, ſive Agnatis attributæ, ſicuti non cenſerentur revocatæ exemptiones attributæ in conſiderationem alicujus eximii Ducis, qui Fidem propagaſſet, vel Sanctam Sedem protexiſſet cum Armis, optime deſumi poſſe videtur ex
49 eadem Bulla rigidiori, *Sa. me. Innocentii X. inter ſuas la 13.*, ubi *ſub* §. 25. litteraliter præſervat exemptiones, immunitates, & privilegia conceſſa Fratribus, Nepotibus, & Conſanguineis Romanorum pro tempore Pontificum; quod ſane non poteſt alteri fundamento inniti, niſi quod decet, ea privilegia eſſe manſura, quæ conceduntur illis Familiis, quæ produxerant Summos Pontifices de re Chriſtiana optime meritos, ut de per ſe patet ad ſenſum, & conferunt deducta per *Rot. deciſ. 19. poſt Puitell.*

Quibus adſtipulatur proximum exemplum Conſtitutionis Gregorianæ. ſuper Retractu coactivo ad ornatum Urbis Sancito; quamvis enim præfata Conſtitutio loquatur indefinite, & prægnantiſſime complectatur quælibet ædificia, adhuc tamen plenum Cameræ
50 Tribunal nuper determinavit pro Monaſterio Turris Speculorum, illam non compræhendere quemdam ſitum, ſeu Domum, in quo fama erat, inhabitaſſe Sanctam Franciſcam Romanam, cum alienum ſit ab intellectu, & a ratione, quod Summi Pontifices voluerint tangere ea, quæ memoriam Sanctorum concernunt, prout habetur ex Diſcurſu edito in hac Cauſa per *R. P. D. meum de Luc. ſub tit. de ſervit. in ſupplem. diſc. 100. n. 4. & 5. par. a.*, ubi adducit in proximis definita per *Rot. dec. 372. & dec. 676. par. 1. rec.*

Verum ſecundo loco non minùs ſolide concurrit ad favorabilem iſtius Cauſæ reſolutionem altera limitatio deducta ex confirmatione, non ſolum generica privilegiorum, quæ fuerant conceſſa durante Gubernio Ducum Status Ubinaten., cum San., & glor.
51 mem. Urbanus VIII. in ejus Motu proprio de tempore illius devolutionis exarato *ſub die 16. Septembris 1642. impreſſ. poſt 7. deciſ. Puitell.*, noluerit in aliquo immutare vetera Iura, Indulta, & facultates ante devolutionem adeptas, prout etiam obſervaverat San.
52 mem. Clemens VIII. in recuperatione Ferrariæ, nihil prorſus ab illis Ducibus attributum immutando, ut teſtatur in propoſito *R. P. D. meus de Luc. lib. 7. de donat. diſc. 35. n. 13. verſ. imitando id, quod prudenter egit Clem. VIII.*
53 ac de jure ſervandum eſſe firmavit *Bartol. in l. ſi convenerit 18. §. Si nuda ff. de pignorat. action. Alex. conſ. 114. n. 12. lib. 4. Rot. dec. 340. n. 19. par. 12. & dec. 239. n. 2. par. 17. R. P. D. meus de Luca dicto diſc. 35. n. 13. de donat.*

Sed etiam ex confirmatione ſpecifica, & individuali iſtius præciſi indulti, & exemptionis conceſſæ, ut ſupra per eundem Vrbanum, ac Inhibitione Camerarii munita; quando enim privilegium Immunitatis ex-
54 plicite fuit a Succeſſore confirmatum, non comprehendi in generali revocatione, ſi in puncto Immunitatis attributæ cuidam Communitati ob benemerita per Ducem Mediolani, & deinde confirmatæ per Carolum V. contra prætenſam revocationem Philippi ejus filii, reſpondit *Rulandin.* in memorato *conſ. 13. n. 21. & ſeq. & num. 59. & per tot. vol. 3.*, & generaliter proſequitur *Roman. conſ. 436. nu. 14. Rebuff. in prax. benefic. in præfat. ad Rubric. de collat. verſ. item quandò privilegium.*

Accedit etiam diuturna obſervantia, & quaſi poſſeſſio non ſolvendi, quamvis de cætero adeſſent Conſtitutiones revocatoriæ, quæ, ut diximus, a quolibet Pontifice noviter aſſumpto promulgantur: unde, quando
55 etiam eſſemus in ambiguo, omnem ob hujuſmodi obſervantiam ceſſare difficultatem, exclamat *Bald. in l. fin. nu. 15. verſ. undè ſi per liberos, C. ſine Cenſu &c.*, cujus verba refert *Cæſar de Afflict. conſ. 47. n. 11. & 12. Henric. Bæcer. de Jur. Collectar. cap. 11. n. 98. & ſeqq. Caren. reſol. 173. n. 3.*

Denique mirabiliter aſſiſtit res judicata ſecuta, ut ſupra, in Civitate Eugubii, cui præfata Vniverſitas, & Collectores acquie-
56 verunt: quantum etenim facienda ſit res judicata in materia Immunitatis, & quantum juvet illos, qui ex eodem fonte propria Iura deducunt, nemo eſt, qui ignoret, & tradunt *Natt. conſ. 627. ſub n. 5. Bertazzol. conſ. Crim. 476. ſub num. 4. & 5. Surd. conſ. 262. num. 20. Cyriac. contr. 297. num. 54.*

A primo itaque ad ultimum, & attenta meritorum adeò inſignium circumſtantia, & ſpecifica confirmatione una cum obſervantia, & re judicata, non eſſe vulnerandum, nec cenſeri revocatum ſub generalitate præfatum Privilegium crederem indubitanter.

LY-

## LYCIEN. FRUCTUUM DOTALIUM.

*Lunæ 21. Aprilis 1698.*

### ARGUMENTUM

Fructus dotales debentur Marito ratione onerum Matrimonii, & etiam ratione fructuum amiſſorum, quando datus fuit fundus in ſolutum, illeque fuit evictus. Dos ad pompam quando cenſeatur conſtituta, & de conjecturis id excludentibus. Confeſſio dotis receptæ quandò, & in quibus caſibus probet veram numerationem, maxime, quando apparet de vera numeratione partis notabilis ejuſdem Dotis.

### SUMMARIUM.

1 *Judex licet ſupplere valeat ea, quæ Juris ſunt, non tamen poteſt id facere circà ea, quæ in nudo facto conſiſtunt.*

2 *Marito debentur fructus dotis promiſſæ proptèr onera Matrimonii, etiam abſquè interpellatione.*

*Et hujuſmodi actio mortuo Viro tranſit ad ejus hæredes, num.3.*

4 *Contractus implicitus emptionis, & venditionis ineſt, ubi dos conſtituitur in pecunia, & fundus aſſignatur pro ſolutione quantitatis.*

5 *Fructus debentur ratione fundi inſolutum dati, & evicti.*

6 *Dos nunquam præſumitur ad pompam conſtituta, niſi id concludenter probetur.*

*Et maximè, quando non adeſt Antapoca, quæ in tali caſu fieri ſolet, num.7. & num.17.*

8 *Teſtis conſanguineus in Iudiciis non admittitur, nec probat.*

9 *Teſtes contra publicum Inſtrumentum requiruntur omni exceptione majores.*

10 *Teſtis, qui fatetur, ſe non fuiſſe præſentem ſtipulationi Inſtrumenti, nequit adduci ad illius everſionem.*

11 *Multa diſcurruntur, & tractantur, quæ non concluduntur.*

12 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatum.*

13 *Confeſſio receptæ dotis non poteſt dici emanaſſe ſub ſpe futuræ numerationis, quando fuit renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ.*

14 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non poteſt opponi poſt biennium in materia Dotium.*

15 *Dos ad pompam non præſumitur inter Iugales æqualis conditionis, & num.16.*

18 *Donatio inter Conjuges cum Iuramento aſſertorio, & promiſſorio valet, & tenet.*

19 *Confeſſio dotis receptæ facta per Maritum favore Soceri excludit ſuſpicionem præſumptæ donationis inter Virum, & Uxorem.*

20 *Confeſſio dotis receptæ etiam ſine adminiculis probat contra Creditores poſteriores, & n.21.*

22 *Succeſſor non poteſt de mendacio ſuum Authorem redarguere.*

23 *Solutio notabilis partis dotis probat veritatem confeſſionis de recepto circa reſiduum.*

24 *Dotis numeratio arguitur ex ſolutione Gabellæ.*

25 *Libri Gabellarum probant affirmativam introductionis; vel ſolutionis in quantitate in eis expreſſa, & de ratione.*

26 *Liber memoriarum perſonæ defunctæ, quando, & quantum probet, & n.27.*

28 *Pecunia numerata quomodo requiratur in creatione Cenſus.*

29 *Confeſſio dotis receptæ ex quibus adminiculis remaneat.*

30 *Verba,* a conto, *ſupponunt ſolutionem non fuiſſe per antea integrè ſecutam.*

31 *Sententia conceſſa pro parte debiti non inſtuit in abſolutionem quoad aliam partem, de qua non fit mentio.*

32 *Sententia lata in Curia majorem præſumptionem habet boni Iuris, quàm alia lata in Partibus.*

33 *Crediti Iuſtitia, quando eſt canonizata per Signaturam, non poteſt controverti.*

34 *Simulatio in dubio non præſumitur.*

### DECISIO XXXX.

Et ſi Sacrum Romanæ Rotæ Tribunal paſſim conſueverit in ſequendo veſtigia Cæſarei Juris per Pontificios Canones approbati ad normam reſcripti Imperatorum *Diocletiani*, & *Maximiani*, quod legitur regiſtratum *in 2. lib. C. tit. 11.*, *ut quæ deſunt Advocatis Partium Iudex ſupleat*, reſpondere, ac etiam judicare in contingentia caſuum contra ipſam Partem in Auditorio noſtro
1 comparentem, & informantem; quia tamen nec poteſt, nec debet ſupplere ea, quæ in nudo facto conſiſtunt, juxta prænotata per *gloſ. in eadem l. unic. ſub t. 11. lib. 2. verb. Advocatis*, & uberius explicat *Brunneman. in Comment. ad eumd. tit. 11.*; nemine idcircò hodie comparente, ac inſtantibus Franciſco, & Catharina pro aſſecutione fructuum dotalium conſtante Matrimonio decorſorum ad favorem Joannis Thomæ Mariti Lauræ, tamquam habentibus ab eo cauſam, ambigere non potuerunt in Jure Domini, quominus ad formam dotalis Inſtrumenti celebrati inter eumdem Jo. Thomam, ac Matrem, & reſpectivè fratrem Lauræ [ non obſtante Sententia intermedia A. C.) prout cenſerat in prima Inſtantia Vicarius Lycien., & ipſi Domini reſponderint, fructus deberi.

Clara namque, & litteralis viſa eſt obligatio contenta in præfatis Tabulis Nuptialibus de conſtituendo in Dotem Io: Thomæ futuro Viro duc. 5000. perſolvendos ſuper Maſſaria nuncupata, *li Carretti*, ſub ulteriori præciſo pacto, & promiſſione, quod ubi ad ſimilem valorem non aſcenderet eadem Tenuta, ſeu Maſſaria, tantundem ſupplere tenerentur Promiſſores ex parte Lauræ: unde cum ſecuta poſtmodum æſtimatione fuerit repertus valor in ſola quantitate duc. 4500., ipſaque Maſſaria fuerit in parte totaliter evicta per

per Decreta Judicialia Tribunalis compe-
tentis, & reſiduum ſubjerit infortunium ſe-
queſtri in totum auferentis perceptionem
fructuum rei pro dote aſſignatæ ad commo-
dum Joannis Thomæ ſubſtinere e converſo
obnoxii incommoda Matrimonii, & ſuper-
accederet etiam interpellatio; incontrover-
tibilis proinde Juris remanebat, quod mo-
dernis inſtantibus, ac repreſentantibus Ioan-
nem Thomam prædefunctum citra ſcrupu-
lum deberentur interuſuria per Iudicem il-
larum Partium taxata ad ducatos quinque
2 pro centenario Capitalis, ex quo ſecundùm
præſcripta utriuſque Juris Pontificii, & Cæ-
ſarei *in cap. ſalubriter de Vſur. l. inſulam §. Vſuras, ff. ſolut. Matrim., & l. cum poſt, §. In do-
mum ff. de Jur. dot.* Marito etiam citra inter-
pellationem debentur interuſuria, ſive fructus
compenſativi dotales ab ipſa die, qua ſup-
portavit onera Conjugii, ubi dos vel nullo
modo, vel quoad ſubſtantiam, & effectum
fruitionis fructuum correſpectivorum eiſ-
dem oneribus tradita non fuit, prout ſona-
bat promiſſio, ex frequenter firmatis per
*Scribentes*, & præſertim *Capyc. Latr. conſult. 37. n. 1. Poſth. reſol. 108. num. 3. cum ſeqq. Thomat. dec. 83. n. 1. Sa. mem. Paul. V. in ejus Vot. im-
preſſ. in rec. dec. 428. n. 1. cum ſeqq. par. 3. Rot. deciſ. 281. num 2. & ſeqq.*, & ſignanter *n. 6. par. 14. deciſ. 95. num. 11. coram Celſ & dec. 879. num 2. coram Cerr*, itaut hujuſmodi actio con-
3 ſequendi hæc interuſuria, mortuo Viro in-
dubitanter quoque tranſeat ad illius hære-
des, ut proſequuntur *Alex. conſ. 63. nu. 4. lib. 4. Dec. conſ. 561. ex n. 3. uſque ad fin. Natt. conſ. 495. n. 9. cum 2. ſeqq. Thomat. d. deciſ. 83. num. 6. 7. & 8. Mart. M dic. dec. Senen. 60. ſub num. 4.*, & prius *exam. 37. num. 2.*

Validius autem roborari videbatur reſo-
lutio ex alio capite conventæ evictionis,
quia dato (ut præmiſſimus,) etiam pro alte-
ra majori parte ducat. 4500. ad quam aſcen-
debat valor Maſſariæ, ſecutam fuiſſe forma-
lem evictionem, & reſpective in reſiduo ple-
nariam avocationem, & jacturam fructuum,
conſequens erat, ut Marito, conſiderato
etiam tanquam Emptori per illum implici-
4 tum contractum emptionis, & venditionis,
qui ineſt ubi conſtituitur Dos in pecunia,
& fund s traditur in ſolutum ipſius quanti-
tatis, ad *Text. in l. plerumque, §. Si ante Matri-
monium, ff. de Jur. dot., & in l. quoties, C. eodem*,
debeatur omninò reſtaurum mediante refu-
5 ſione fructuum, quos amiſit ex re in ſolutum
ſibi data, ſeu coempta, ut habetur *in l. evicta & l. venditor, ff. de evict., & in l. non dubitatur, C. eodem*, cum concordan. per *Rot. cor. Priol. deciſ. 409. num. 15.*, & recentiùs *in Firmana Im-
miſſionis 25. Junii 169. §. Admiſſa, cor. R. P. D. meo Caprara*, ac noviſſime *in Bononien. Evictio-
nis ſuper fructibus 10. Martii nupèr elapſi ex §. Nitebantur, cor. R. P. D. meo Molines.*

Nec retardare viſum eſt ex officio, & præ-
ſcripto *Rubricæ* ſuperiùs inſinuatæ unicum
objectum, quod contrà ſe promovebant,
ſeù præſupponebant Inſtantes, nempè quod
Dos pro parte ducat. 500. conſtituta foret in
meram apparentiam, & (ut dicitur) ad
pompam: Quia ultra reſiſtentiam legalis
6 præſumptionis, quæ eſt in oppoſitum, nimi-
rum quod Dos nuſquam præſumatur ad
pompam ſtabilita, niſi hoc per aſſerentem
concludentèr probetur, ex deductis per *Card. de Luc. de Dot. diſc. 24. num. 6. Rot. cor. Gregor. dec. 409. per tot. dec. 198. ex num. 1. cum plur. ſeqq., & per tot. par. 9. rec., & dec. 192. num. 41. & 42. par. 10.*, & maximè dum nulla vel
7 præceſſit, vel ſubſecuta eſt Antapoca, quæ
ab intereſſe habentibus negligi non ſolet,
quoties Dos ad ſolam pompam, oſtentatio-
nem. ſeu honorificentiam deſignatur in In-
ſtrumento Dotali, quemadmodum bene
perpendit *Card. de Luc. de Dot. diſc. 216. num. 6. Rot. dec. 390. num. 15. par. 17.*, & liquet in ca-
ſibus, de quibus peragit *eadem Rota coram Bu-
rat. dec. 775. Duran. dec. 98. Merlin. dec. 555. Bich. deciſ. 99. Arguell. dec. 63. dec. 490. par. 9. rec., & in Romana Dotis 23. Februarii, & 7. Aprilis 1628. coram bo. mem. Ghiſilerio.*

Appenſi nihilominus duo Teſtes, qui ad
hanc ſimulationem, ſeù pompam compro-
bandam adducebantur pro altera Parte in
præcedentibus Inſtantiis, adinventi ſunt nul-
lius omninò ponderis, & relevantiæ: eo-
rum ſiquidem unus evidenti ſuſpicione
claudicabat ob nimis arctam Conſanguinita-
tem cum promiſſoribus, & cum ipſa Lau-
8 ra, cujus erat Patruus, notorium quippe eſt,
Teſtem Conſanguineum in Judiciis genera-
liter non admitti, aut probare, ut per *Rot. dec. 327. num. 14. par. 12. dec. 404. n. 8. par. 13. dec. 177. n. 7. par. 14. & deciſ. 54. num. 12. p. 17., & in Cavallicen. Pecuniaria 10. Junii 1696. §. Ulteriùs, coram R. P. D. meo dell'Olmo*, & in
ſpecie noſtra *eadem Rot. dec. 192. num. 41. p. 10. recen.*

Et ob id, quandò etiam alter perfectiſſi-
mum gradum probationis conſtituere va-
luiſſet, adhuc tamquam unicus minime (ex
vulg.) ſuffeciſſet: ſed neque de per ſe in ulla
haberi poterat conſideratione, cum enim
9 Teſtes in hac materia, veluti deponentes
contrà publicum Inſtrumentum, exigantur
omni exceptione majores, ut per *Rot. coram Cavoler. dec. 206. num. 3. & coram Vbald. de-
ciſ. 391. num. 13. & dec. 44. n. 13. & 15. par. 12. rec.*, & alibi paſſim.

Profectò Teſtis hic duplici claudicabat
circumſtantia, nempe & quia ingenue fate-
10 batur, ſeſe non adfuiſſe celebrationi Inſtru-
menti, quapropter minime poterat illud in-
fringere, vel offuſcare, ut in his terminis ha-
betur *in dicta deciſ. 409. num. 3. in fin. verſ. rur-
ſus, & num. 4. coram Ludoviſ. & dicta dec. 391. num. 6.*

*num 6. & 7. cor. Vbald.*, & quia tota ejus depoſitio verſabatur in antecedentibus notitijs, diſcurſibus, ſeù tractatibus, quod ſanè non attenditur ad everſionem publici Inſtrumenti ſucceſſivè exarati, ſub ea palpabi-
11 liſſima ratione, quod multa in hoc humano rerum commercio quotidie uno modo diſſeruntur, ac tractantur, & alio penitùs contrario ſtringuntur, & concluduntur, quemadmodùm (omiſſis generalibus) punctualitèr ad rem noſtram reſpondit *Rot. coram Ludoviſ. dictis deciſ. 409. ſub n. 3. verſ. præterea, & coram Vbald. dicta deciſ. 391. n. 8. cum 3. ſeqq., & in Sabinen. fructuum dotalium 10. Februarij 1656. §. Non obſtant Teſtes, cor. bo. me. Bevilaqua, & in Romana Salviani 2. Decembris 1682. §. Tùm etiam quia, coram bon. mem. Emerix Decano.*

Et ità, citato Patrono alterius Partis non comparentis, veluti Domino litis effecto, reſolutum fuit, informantibus dumtaxat Franciſco, & Catharina.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

PRæſens Deciſio emanavit in contumaciam Partis ſuccumbentis, & pariter in illius contumaciam deventum extitit ad expeditionem, ſivè Sententiam ſub die 16. Maij ejuſdem Anni 1698., & credo, quod Rei penitùs acquieverint, vel Cauſam concordaverint, cùm de ea ampliùs actum non fuerit.

Occaſione autem præmiſſæ materiæ circà dotem, quæ prætendatur eſſe ad pompam conſtituto, conſultus ſub Anno 1682. in una *Bononien., ſeù Florentina Dotis*, in qua prodierat Deciſio contraria credito dotali Catharinæ Geraldinæ *coram Card. Vicecomite ſub die 28. Februarij 1678.*, exiſtimabam, bonum ius aſſiſtere Catharinæ agenti pro prædicto ſuo credito dotali in concurſu cum alijs Creditoribus Ioannis Podij Celleſij ejus Mariti, ſcribens, ut ſequitur, abſquè perfecta notitia exitus hujus Cauſæ.

Deciſio, quæ revidetur, proculdubio eſt reformanda non ſolum reſpectu anterioritatis, ſed quod magis eſt, magiſque conſentaneum Iuſtitiæ, graduanda primo loco venit D. Geraldina, non pro ſolis ſcutis bis mille, ſed pro integra ſumma ſcut. 9000., quæ Ioanni Celleſio Viro exburſavit; habet enim
12 illa pro ſe publicum, & juratum Inſtrumentum, quod ex notiſſimis facit probationem undique probatam, ut ait *Natta conſ. 569. n. 3. Dunoz. Jun. deciſ. 658. n. 3. Bich. deciſ. 50. n. 16. & deciſ. 223. num. 5. coram Celſo.*

Non adverſante unico adverſæ Deciſionis fundamento, videlicèt, quod de hujuſmodi integrali ſolutione non appareat, niſi per meras confeſſiones de recepto, ideoque enunciatæ ſolutiones, præſertim in præjudicium Creditorum, præſumi debeant ſimulatæ: Quia præterquàm poſſet hodiè ex Iuribus, & probationibus novitèr repertis ſtrictè, & recto tramite patefieri veritas earumdem ſolutionum, nihilominùs ad omnem ſubmovendam difficultatem, & ut lucidiùs *Doctrinæ* in eadem Deciſione allegatæ detegantur inapplicabiles, operæ prætium videtur materiam iſtam altiùs diſtinguere, & inveſtigare; ſiquidem, ut egregiè ponderavit *Card. de Luca lib. 6. diſcurſ. 159. n. 5.*, quod conſimiles confeſſiones de recepto in dubio cenſeantur defectivæ, procedit, vel quia præſumantur factæ ſub ſpe futuræ numerationis, vel quia ad pompam, & ad ſimplicem honorificentiam, vel quia in fraudem prohibitæ donationis inter Conjuges, vel demùm, quia in fraudem, & præjudicium Tertij: quamobrèm accurate trutinando ſingillatim præmiſſos caſus, & effectus, manifeſtiſſimè palpabitur, quod præfatæ noſtræ confeſſiones exiſtunt prorsùs immunes à qualibet ſuſpicione, quodque forte in tot Deciſionibus editis ab hoc Sacro Tribunali caſus non dabitur, in quo concurrent tot circumſtantiæ veritatem ſolutionis pleniùs ſuadentes, ut in præſenti.

Incipiendo enim à prædicta ſpecie, ſeù prima ratione, vanum profectò eſt excogitare, quod noſtræ confeſſiones emanaverint ſub ſpe futuræ numerationis, & ex hoc capite arcere à Dotis ſuæ recuperatione D. Catharinam; quoniam pro nunc prætermiſſis cœteris iuſtificationibus inferiùs loco ſuo recenſendis, exuberat reſpondere, quod tàm in prima quietantia ſcutorum 7000. quàm
13 in altera ſcutorum 2000. ad litteram fuit exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciatum, ideòque ad hujuſmodi aſylum recurri non poſſe in his terminis ſine contradictore tradiderunt *Mantica de tacit. lib. 11. tit. 20. n. 10. Boſſ. de Dot. cap. 10. n. 37. Rot. poſt Salgad. in Labyr. Credit. deciſ. 22. n. 11. & poſt Z. ff. de legitimat. Proceſſ. deciſ. 36. n. 14.*, & alibi millies.

Quinimò ad effectum tollendi iſtam præſumptionem, & per conſequens inefficaciam confeſſionis exindè reſultantem, ſat eſſet,
14 quod ſimplicitèr lapſum foret biennium, ad quod de Iure hujuſmodi coarctatur exceptio, per *Text. in authent. quod locum habet, C. de dot. caut. non numer.*, & paritèr nomine contradicente *Covarr. lib. 1. var. cap. 7. n. 6. in fin. verſ. quod ſi velimus, Mantica de tacit. dicto lib. 11. tit. 20. n. 9. & 29. Afflict. dec. 402. n. 10. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 12. num. 10. Andreol. controverſ. 186. n. 2. & ſeq. Palma Nepos alleg. 32. n. 57. Boſſ. de Dot. cap. 19. n. 21. Coccin. dec. 411. num. 2. deciſ. 451. n. 1., & d. c. 499. n. 8. Modern. Angel. de Confeſſ. lib. 3. quæſt. 10. n. 30.*, & priùs *lib. 1. quæſt. 8. limit. 6. n. 14. & num. 104. cum pluribus ſeqq.* præcipuè reſpectu Creditorum poſteriorum, ex *Marc. ſcot. variar. lib. 1. cap. 8. n. 20. Scop-*

*pacc.*

*pucc. de Salvian. quæſt. 11. n. 3. & 4. lib. 1. Gratian. deciſ. Marchiæ* 103. *n.* 19., ubi quod Creditores debent habere cauſam pendente termino ad opponendam hanc exceptionem.

Neque minùs incongrua dignoſcitur applicatio alterius ſpeciei, videlicèt quod hæc confeſſio receptæ Dotis prodire potuerit ad pompam, ſeù ad majorem honorificentiam: ultrà enim, quod dubietas, & ſuſpicio iſta
15 non cadit, niſi quandò Conjuges inter ſe diſparis exiſtunt conditionis, & ſignantèr Mulier inæqualis eſt Marito, ex quo tunc præſumitur, Virum voluiſſe ſub hoc fuco colorare diſparitatem matrimonij, juxtà ea, quæ perpendenda eſſe firmavit *Covarr. de Sponſal. par. 2. cap. 3. §. 3. n. 2. Facchin. contr. Iur. lib. 8. cap. 33. Sanchez. de Matrim. lib. 6. diſp. 9. n. 8. Card. de Luca de Dot. diſcurſ. 159. num. 15. verſ. in contrarium, & verſ. verum iſtæ*, ubi quod in hanc partem & præſuppoſitum inclinavit *Rota in deciſ. 22. & deciſ. 23. poſt Salgad.*
16 ad præſens autem Coniuges æqualis prorſus erant conditionis, & conſequenter hoſcè terminos adaptari non poſſe individualitèr reſpondit *Rota in celebri Romana Reſidui Dotis coram Mutio impreſſa deciſ. 198. n. 12. par. 9. recen. Card. de Luca in diſcurſ. 71. n. 15. verſ. & è converſo, de Dote.*

Attamen tantum abeſt, quod de hac nugatoria apparentia Partes cogitaverint, quin potiùs totum contrarium eluceſcit, dum Pater D. Catharinæ in utroque Inſtrumento voluit obligare ad reſtitutionem Dotis in integra quantitate ſcutorum 9000. non ſolum Joannem Maritum, ſed etiam Sebaſtianum Patruum, & Marcum Antonium Patrem, proindèque quomodò valet ſomniari dotis conſtitutionem ad pompam præceſſiſſe, quando è converſò non tantum nulla in hiſcè caſibus honorificæ oſtentationis ſo-
17 let ſtipulari reſtitutio, & fideiuſſio, quinimò conficiuntur Antapocæ, & declarationes liberatoriæ ipſius Mariti, ut in puncto huic eidem obiecto occurrendo conclamavit *Rot. in deciſ. 390. num. 14. & 15. par. 17.*, & habetur practicatum *in dicta deciſ. 198. par. 9. recen.*, & priùs *coram Buratt. deciſ. 775. num. 1. & dec. 99. num. 9. cor. Bichio.*

Eiuſdem debilitatis eſt tertia ſpecies, ſeù ponderatio, quod iſte confeſſiones proſilire potuerint in fraudem prohibitæ donationis inter Coniuges: quia quotiès Joannes voluiſſet fauore Catharinæ deuenire ad huiuſmodi donationem, utique non in tot vicibus, totque diſtinctis modis faſſus eſſet ſatisfactionem, ſed recta via, & palàm donaſſet; non exiſtente enim Florentiæ, ſicuti contingit in Vrbe, aliquo Statuto, quod Iuramentum in eiſdem Donationibus præſumat dolosè
18 extortum, quis ignorat, quod cum ſimplici Juramento aſſertorio, & promiſſorio donatio ſubſiſtebat abſque vlla neceſſitate adhibendi velamen receptæ Dotis? proùt ad rem noſtram firmavit *Bald. Novell. de Dot. par. 10. n. 10. & in l. 1. ff. ſolut. matrim. n. 204.* ibiquè *Barboſ. par. 6. n. 48. Gabr. de donat. concluſ. 3. n. 5. Menoch. dicto lib. 3. præſumpt. 12. n. 27. Facchin. lib. 9. contr. 77. Merlin. de pignor. lib. 3 quæſt. 58. n. 108. Tondut. reſolut. Civil. par. 2. cap. 185. n. 7.* abundè, & elegantèr viden. *Boſſius de Dot. cap. 10. num. 85. Card. de Luc. in Supplem. par. 3. obſeru. 44. ſub tit. Conflict. leg. & ration.*

Idque certiùs, quia motiuum prohibitæ donationis ſpectatur ſolummodò, quandò confeſſio ad commodum ſolius Uxoris ema-
19 navit: ſed cùm illa in caſu noſtro Socerum reſpiciat, nequit confeſſio ſub hoc prætextu reſcindi, Martius enim nullo Iure prohibetur Socero donare, ut ait *Salicet. in Auth. ſed iam neceſſe n. 4. C. de donat. antè nupt. Bald. Novellus de Dot. par. 10 n. 14. verſ. tertiò limita, Surd. conſil. 290. n. 52. Ludovic. deciſ. Peruſ. 66. n. 21. Rot. Lucen. apud Andreol. dicta contr. 86. n. 12. & ſeqq. Palma Nepos dicta allegat. 32. n. 51. Rot. deciſ. 214. n. 15. par. 14. & deciſ. 305. n. 9. & deciſ. 407. n. 7. coram Celſo, Eminentiſſ. D. meus dè Luca de Dot. diſcurſ. 159. n. 57.*

Remanet itaquè dumtaxat poſtrema ſpecies examinanda, quod nimirum noſtræ confeſſiones poſſint irritari, tamquam tendentes in præjudicium Tertij: Sed in hoc æquivocum redditur pluſquam manifeſtum; univerſæ etenim *Authoritates*, quæ laudantur in contraria Deciſione, & ſignanter in §. *Nec de illa*, vel percutiunt caſus, & effectus ſuperiùs examinatos, & ex defectu applicationis reiectos, vel pertractant de præjudicio illius Tertii, cui de tempore emiſſæ confeſſionis foret jus quæſitum, vel ſaltem paulò poſt contraxerit, undè aliqualitèr ſuſpicari poſſit, quod confeſſio fuerit ad Creditores fraudandos præparata: ſed quandò (proùt hic) apparet, quod Joannes de anno 1633. in quo ſeſe ad Dotis reſtitutionem mediante publico, & jurato Inſtrumento obligavit, nullo ære alieno premebatur, quoniam excepto leviſſimo credito Monialium proveniente ab hæreditate, quæ potiùs exiſtebat lucroſa, & opulenta, ſolummodò poſt quindecim Annorum defluxum, nempè de Anno 1648., ex titulo paritèr lucrativo aditionis hæreditatis Paternæ quaſi contraxit illa debita, quæ hodiè cum Bancherijs diſpun-
20 guntur; ſicque comperto, quod ſola quæſtio verſatur cum Creditoribus poſterioribus, quinimò accidentalitèr ſuperventis, non tantùm collabeſcit, ſeù deficit anſa excogitandi ullam fraudem, cauſamque ſimulandi in D. Ioanne confitente, verùm etiam eoſdem Creditores cenſendos eſſe loco hæredis, ac Vxorem ſatisfaciendam eſſe, etiamſi nullo adminiculo confeſſiones ipſæ fulciren-

tur

tur de facto bis judicaſſe Senatum Cathala-
num refert *Solgad. in labyr. Credit. par. 3. c. 13.*
*num. 34.* & in ſpecie tradidit quoque *Alto-*
*grad. conſil. 35. in princip. lib. 1. Mantica de tacit.*
*lib. 11. titul. 27. n. 3. Andreol. controv. 186. n. 5.*
*& 6. Madern. Angel. de confeſſion. lib. 3. quæſt. 10.*
*num. 18. Palma Nepos alleg. 32. n. 54.* Gratian.
*diſcept. 362. n. 21. Rota coram Merlin. dec. 652.*
*num. 13., & coram Celſo deciſ. 306. n. 8. & de-*
*ciſ. 190. num. 5. par. 17. recent.*

Et quidem, ſi præter omnem dubitandi
rationem Ioannes poteràt de præfato An-
no 1633. libere de rebus ſuis diſponere, ſe-
que ad ſui libitum obligare etiam per viam
donationis, &, ut ita dicam, diſſipationis
in præjudicium quorumcumque futuro-
21. rum, quomodò poſſunt Creditores post
adeò longum tempus inopinate ſuperventi
redarguere, ſub prætextu non probatæ nu-
merationis, haſce confeſsiones geminata? id
enim ſapere claram irrationabilitatem ob-
ſervavit *Card. de Luc. in dicto Conflict. obſerv. 44.*:
& in durioribus *ſub tract. de Dot. diſcurſ. 159.*
*num. 39. verſ. crederem autem*, & conſonat *Ro-*
*ta in deciſ. 82. num. 31. & ſeqq. & deciſ. 148. n. 32.*
*& ſeqq. par. 10.*

Portius verò, quia DD. Oppoſitores in
hoc Iudicio hæredis quoque perſonam re-
22. præſentant, ac propterea non poſſe pro-
prium Authorem objurgare, & repræhen-
dere de mendacio, maximè quoties, ut in
præſenti, aliqua adſtipuletur conjectura ve-
ritatem ſuadens, uno ore volverunt conge-
ſti per *Angel. de Confeſſion. lib. 1. quæſt. 8. limit. 6.*
*n. 68. Duran. deciſ. 409. num. 6. Arguell. dec. 43.*
*n. 24. cum ſeqq. & deciſ. 55. num. 37.*, cum
cæteris plenè per *Addent. ad Pamphil. dec. 105.*
*num. 12. & 13.*

Cæterùm in caſu noſtro non ſolum ali-
quæ adnumerantur conjecturæ, quæ verita-
tem confeſſionis enucleant, ſed quodammo-
dò verſamur hodiè in probationibus liqui-
diſſimis: conſtat enim, quod non ampliùs
ad oculum Iuſtificatur dumtaxat ſolutio
ſcutorum 3000., quæ fuerunt in Deciſione
beneficata, ſed effectivè noſcuntur exbur-
ſata ſcuta 6133. videlicet ſcuta 1633. per Ban-
cum DD. de Capponibus, ſcuta 1000. per
alium paciformiter Bancum publicum DD.
de Orlandinis, unde jungendo quietant am
pro alijs ſcutis 1000. repertam inter ſcriptu-
ras hæreditarias Patris D. Catharinæ, & ſcu-
ta 500. conſiſtentia in Arredijs, ſeu dona-
mentis, ſicuti idcirco redditur indubitata
neceſsitas reformandi Deciſionem, augendi-
que ſummam ad prædictam veram; ac rea-
lem juſtificationem ſcutorum 6133.: ita ve-
hementiſsima, & ab omnibus admiſſa exo-
ritur præſumptio, quod etiam pro omnimo-
da quantitate ſcutorum 9000. ſolutio præ-
23. ceſſerit, cùm ad hunc effectum plerique vo-
luerint, ſufficere veritatem ſolutionis in ali-
qua parte, omnes verò nemine diſcrepante
concordent, quod ſolutiones juſtificatæ ſu-
prà, vel circa dimidiam exuberent pro co-
adjuvanda, & de neceſſe ſupponenda ſolu-
tione totius, ex innumeris propemodùm al-
legatis per *Angel. de Confeſſ. dicto lib. 1. quæſt 8.*
*limit. 6. n. 118. 119. & 120. Palma Nepos ci-*
*tata allegat. 32. num. 52. Rot. deciſ. 32. n. 9. p. 11.*
& prius *deciſ. 148. num. 9. par. 10.*, ubi contra-
rijs reſpondet, *Boſſius de Dot. d. cap. 10. n. 129.*
*poſt med. Card. de Luca eodem tract. diſcurſ. 149.*
*num. 47. & 48. Celſ. deciſ. 306. n. 10.* cæterique
apud iſtos.

Atque ex his profectò non oporteret ulte-
riùs progredi. Sed adhùc, quia veritas eſt
una, & ſemper eadem, illa remanet expla-
nata pro reſiduali ſumma ab alijs nimium
ſtringentibus ponderationibus; & primò per-
ſpecta ſolutione integralis Gabellæ quidquid
enim dicere videantur congeſti in Deciſione
*ſub §. Nèc minùs obſtat*, exponentes, quod hu-
juſmodi ſolutio fiat cum Partis præſentia,
atque alias de per ſe non probet, contractum
in eadem quantitate fuiſſe celebratum: id
profectò remanet inapplicabile ad rem no-
ſtram, quoniam quod contractus Matrimo-
nij fuerit initus cum promiſsione Dotis ſcu-
torum 9000., non juſtificatur ſimpliciter ex
hac ſolutione Gabellæ, ſed patefit ex publi-
co, & indubitabili Inſtrumento; Credito-
rum autem præſentia adhiberi non poterat
in actu ſolutionis; cùm de tempore, quo fuit
illa ſecuta, non forent in rerum natura,
ideòque ſicuti ex *Coccin. deciſ. 653. n. 5. & ſeqq.*
pariter in dicta Deciſione contraria laudato,
admittitur, quod iſtæ ſolutiones Gabellæ
fiant ad acquirendum exercitium actionis,
ecce, quod in primis enervatur occaſio di-
cendi, quod Dos fuerit conſtituta ad pom-
pam, dum Sponſus ſolvendo Gabellam vo-
luit adipiſci exercitium actionis: cumque
nemo præſumatur tàm fatuus, ut velit jacta-
re ſuum, præcipue ad tam rigoroſam ratio-
nem ſcutorum ſeptem, & ultrà pro centena-
rio quæ Florentiæ ſolvitur pro Dote, omnes
24. *Doctores* in illis Partibus verſati tradiderunt,
quod ſolutio iſtius Gabellæ importet. Do-
tem revera fuiſſe numeratam, ut in termi-
nis habetur per *Card. Tuſch. lit. G. conclus. 13.*
*n. 7. & 12. Decius conſ. 596. n. 5. Rota Lucen.*
*apud Andreol. controv. 186. n. 10. Palm. Nep.*
*dicta alleg. 32. num. 53.*

25. Et ſane ut ponderavit *Rota coram Bichio*
*deciſ. 503. num. 3. cum ſeqq.* Liber Gabellarum
ſemper probare conſuevit affirmativam ve-
ritatis pro ſumma expreſſa, quia potiùs ho-
mines curant diminuendo quantitatem con-
tractus Gabellam fraudare, quam in eorum
præjudicium augere.

Creſcit efficacia iſtius probationis ex no-
tulis poſtmodùm, & de recenti repertis in-
ter ſcripturas Prioris Coſinç Patris Cathari-

næ; ibi namquè non ſolùm fit mentio promiſſionis pro tota ſumma, de qua diſceptatur, ſed etiam legitur adnotatum tempus, & modus deſtinatæ ſolutionis, quodque magis eſt reperiuntur de ejuſdem Coſmæ manu peculiaritèr dinumeratæ vices, & modi ſolutionum factarum; proindèque duplex inſurgit præſumptio excluſiva ſimulationis, una nempè, quod iſti Libri memoriarum,
26 quotiès (ut ad præſens) confecti fuerunt à Viro præfulgentis Nobilitatis, qualis erat Prior Geraldinus Præfectus Palatio Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ, pleniſsime probant, ut in ſpecie de conſimili ſcriptura adinventa poſt obitum Scribentis, ac perſonæ Illuſtris habetur ex *Soccin. conſ.* 14. *n.* 3. *lib.* 1. *& conſ.* 187. *n.* 16. *& ſeqq. lib.* 2. *Felic. alleg.* 44. *n.* 7. *lib.* 3. *Genua de Scriptur. privat. lib.* 1. *quæſt.* 12. *num.* 5. *Rota deciſ.* 225. *n.* 1. *& ſeqq. par.* 10., ubi adamuſſim tractat de probanda ſolutione per Librum privatum cum annotatione partitarum, ex quo & Perſona, quæ ſcripſerat erat qualificata, & erat jam mortua de tempore controverſiæ.

Et altera, quod ferme exiſtit extrà credu-
27 litatem, quod ubi tàm diſtinctè adnumerantur modi, vices, & tempora, voluerit Vir Nobilis, & probatæ integritatis præbere anſam quod ex contraria probatione convinci poſſet de mendacio, ex animadverſis in ſpecie per *Soccin. conſ.* 122. *num.* 2. *lib.* 3. *Cephal. conſ.* 121. *n.* 10. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 82. *num.* 30. *par.* 10. *recen. Card. de* Luca *de Dot. diſcurſ.* 159. *num.* 51.

Accedit paritèr ab initio inſinuata conſideratio, quod Socer, ſiuè Pater Geraldinæ voluit non ſolùm obſtringere Ioannem Virum ſub promiſſione reſtituendi Dotem, ſed etiam curauit exigere, & reportare fidejuſſionem tàm Marci Antonij Patris, quam Sebaſtiani Patrui, quodque magis eſt, ſæpiùs reiteravit obligationes, & reſpectivè aſſumpſit dilationes ad ſolvendum reſiduum; ad quid enim tot cauthelas practicare, quandò, ſi voluiſſent ſimulare, poterant uno verbo, vel ſub unico Inſtrumento facere donationem, ut ſuprà, vel practicare illam apparentiam, quæ multotiès contigit in conſtitutione Cenſuum exhibendo, Sacculos coràm Notario, poſteàque confidentialitèr pecuniam ad ſe retrahendo, cùm, ut præmiſimus,
28 neque in ipſa impoſitione Cenſuum, in quibus adeſt expreſsè diſpoſitio Bullæ Pianæ, requiratur actualis numeratio, ſed ſufficiat, quod appareant Sacculi, quodque Partes pecuniam habuerint pro numerata, ex collectis per *Cencium de Cenſib. quæſt.* 51. *in fine, Rota poſt eumdem deciſ.* 436. *n.* 5. *&* 6. *& in Tarentina Cenſus* 5. *Decembris* 1663. *cor. Card. Taya*, & alibi frequentèr.

Ac propterea dum habemus tot circumſtantias, & probationes non ſolùm ſuadentes, ſed etiam impellentes Iudicem ad credendum, quod reverà Dos expromiſſa fuerit effectivè exburſata, ſupervacaneum eſt conſarcinare cæteras præſumptiones, & magis genericas circumſtantias ſuper illis ponderationibus, quod, attenta Perſonarum qualitate Dos dici non poteſt exceſsiva, & incongrua, quodque duplex interceſsit Juramen-
29 tum, quodque per ſpatium quadraginta annorum Martius nunquam reclamavit, ſed pacificè præſtitit alimenta, quod confeſsiones ſemper emanarunt de tempore non ſuſpecto, & quandò nulla excogitari poterat cauſa ſimulandi, prout de hiſce, & minoribus præſumptionibus contenta fuit *Rota in dicta deciſ.* 306. *coram Celſo, deciſ.* 34. *par.* 7. *coram Pamphil. deciſ.* 651. *& in deciſ.* 190. *par.* 17. *rec.* cum cæteris, quas tamquàm notiſsimas indecorum eſſet allegare.

Iacta igitùr hac ſolidiſsima baſe non merentur in oppoſitum attendi conjecturæ recenſitæ in adverſa Deciſione; Illa ſiquidem quod in Sententia graduatoria lata in eadem Civitate Florentiæ D. Catharina fuerit graduata pro ſola quantitate ſcutor. 2000., nullius momenti dignoſcitur ex pluribus replicationibus, quarum ſingulæ ſufficiunt, inſimul verò junctæ ſuperabundant; Et primò, quoniam præfata Sententia non excludit, quod Dos reſtituenda veniat D. Catharinæ in majori, imò integra quantitate ſcutorum 9000., dum ſimpliciter dicit, *Conto*,
30 hujuſmodi enim verba præſupponunt potiùs, quod ſolutio demandata non ſit integra, ad tradita per *Soccin. conſ.* 257. *n.* 2. *lib.* 2. *Rot. in Romana Multiplici* 18. *Maij* 1654. *§. Non obſtat, coram Meltio*, confirmata in deciſ. 56. *num.* 4. *par.* 12. *recent.*

Secundò magis, quia aliàs oporteret redarguere de manifeſta injuſtitia eamdem Sententiam, dum hodie mediante eodem Banco de Capponibus, & altero de Orlandinis convincitur, quod alia ſcuta 2633. fuerunt effective perſoluta; ſicque potiùs ſub-
31 intrat plana, receptaque propoſitio, quod conceſſa per Judicem Sententia ſolùm in parte totius debiti petiti, nulla quoad alteram reſultat abſolutio, ſed in ſuo prorsùs primævo eſſe relinquitur, ad *Text. in l. elegantèr* 16. ubi *Bartol. & in l. ſi ad te* 98. *§. ſi quis fundum, C. de exception. rei judic.*, cum quibus lato Calamo procedit *Salgad. in labyr. Credit. par.* 3. *cap.* 1. *§. Unico num.* 37. *uſquè ad* 41. *& in altero Tract. de Regia protect. part.* 4. *cap.* 8. *ex num.* 52.

Tertiò certiùs, quia in Curia coram A.C. Cavallerino fuit relaxatum Mandatum non ad limites ejuſdem graduationis Florentiæ, ſed pro tota ſumma ſcutorum 9000.; ideòque nulla ratio poteſt inducere, quod magis attendenda veniat Sententia de Partibus, quàm illa in Vrbe prolata, quando potiùs

totum

fotu:n eſt in oppoſitum, cum Sententiæ pro-
32 nunciatæ in Curia majorem præſumptio-
nem boni Iuris, quam illæ de Partibus habe-
re dicantur, ad tradita per *Rot. coram Buratt. dec.22. num.36. & ſeqq. & dec.256. n.9. coram Merlin.* & latius *in illa Catacen. Beneficii coram Bevilacqua impreſſ. dec.179. per tot. par.16. rec.* ubi ex hoc fundamento conceſſum fuit Sequeſtrum ſuper fructibus Beneficii vigore unius Sententiæ Curialis, quamvis poſſeſſor haberet pro ſe alteram de Partibus.

Quarto denique ſine ſcrupulo, quia Signatura Iuſtitiæ inter has Partes reſcripſit Mandato A. C. Cavallerini cum Clauſula, *ſine*
33 *præjudicio*; unde accedente Iudicio etiam
integri Tribunalis non tantùm corruit obje-
cta Sententia Florentina, ſed neque de rigore foret ulterius indaganda Iuſtitia noſtri crediti, Mandatique, ad notata per *Scacc. de appellation. quæſt.17. limit.6. membr.7. num.22. & 24. Ridolphin. in prax. par.5. cap.13. n.492. Rot. coram Gregor. XV. dec.210. n.25. deciſ.15. n.8. & ſeqq. coram Zaratt. & dec.219. num.11. par.10. recen.*

Minorem poſtremò reſponſionem deſiderat altera conſideratio, quod veriſimile non ſit, Priorem Geraldinum perſolviſſe tantam ſummam Iuveni ſuſpecto de dilapidatione, quando ſummam ſcutorum 2000. nonniſi per medium Banchi ejus genitori exburſavit; Siquidem quod Ioannes hujuſmodi ſuſpicione laboraret, gratis præſupponitur; ſed ad hoc objectum repellendum non oportet multum elaborare, dum ipſamet experientia poſtmodum edocuit, quod alia ſignantèr ſumma ſcutorum 2633. tradita fuit eidem Ioanni, ac propterea quemadmodum iſta ſuſpicione non laboravit Geraldinus circa hanc majorem ſummam indubitantèr ſolutam per Bancum de Capponibus, & alterum de Orlandinis, quare oppoſitum eſt præſumendum de reſiduo, ut de ſe patet ad ſenſum, & tamen ſuperabundaret, quod conje-
34 cturæ forent in conflictu, ad hoc ut ceſ-
ſante ſimulandi cauſa, præcipuè in Viris Nobilibus, ſtatuendum foret regulæ ſimulationis indubio excluſivæ, ad Theoricam *Bald. in l.1. ſub num.4. verſ. unde quæritur. C. de privileg. Dot. Rot. coram Seraphin. dec.795. nu.1., & coram Gregor. dec.491. num.7., & cor. Celſ. dec.306. num.12.* cum cæteris notiſſimis.

## ROMANA ASSECURATIONIS NAVIS CITTA' DI COOPENAGHEN.

*Lunæ 28. Aprilis 1698.*

### ARGUMENTUM.

Contractus aſſecurationis an dicatur ſponſionis, vel fidejuſſionis; Naufragium, ſeù caſus ſiniſter probatur indiciis, & conjecturis. Quando Gubernator habet dominium Navis, ſeu Mercium, ſuper quibus fit aſſecuratio, tunc ejus culpa gravis ſufficit ad excuſandum aſſecuratos à Barattaria Quando vero ipſe non eſt dominus, tunc requiritur culpa graviſsima ad dolum ordinata. Cudens Monetam bonam, & juſti ponderis ſub imagine tamen alterius Principis, qua pœna plecti debeat; Quid in Mercatore extero eas recipiente, qui data ignorantia, & non probata plenè per Fiſcum ſcientia, debet abſolvi.

### SUMMARIUM.

1 *Aſſecuratio dicitur contractus ſponſionis ſuper Navi ſalva.*

*Seù fidejuſſio pro periculo Navis*, num.2.

3 *Obligatio alternativa ſufficit, ut in parte verificetur.*

4 *Aſſecurationis contractus a quo tempore originem deſumpſerit.*

5 *Probatio Naufragii debet fieri in loco proximiori eo, ubi illud ſecutum fuit.*

*Declara, & intellige*, ut num.8.

6 *Naufragium probatur ex eo, quia a multo tempore nulla habita fuit notitia Navis.*

7 *Mors præſumitur ejus, de quo poſt longum temporis ſpatium nulla fuit habita notitia.*

9 *Iudex ſufficit, ut ſit ex circumſtantiis moralitèr informetur de caſu Naufragii.*

10 *Aſſecuratus an debeat currere riſicum alicuius partis periculi*, & num.11.

12 *Barattaria debet plene, & concludenter probari ab Aſſecuratoribus illam allegantibus.*

13 *Barattaria quandò eximat, necnè Aſſecuratores à ſolutione quantitatis aſſecuratæ, & qualis culpa Capitanei Navis in hoc propoſito requiratur*, & num.14.

15 *Aſſecuratores non tenentur, quandò Capitaneus oneravit ſuper Navi pecuniam extrahi prohibitam, ob quam merces cum Navi fuerant confiſcatæ.*

16 *Princeps, cujus in cuſſione Monetæ ſub ejus imagine fuit offenſa majeſtas, punire poteſt contravenientes.*

17 *Iudex loci, in quo delictum conſumatur, eſt ſemper competens, ſaltem cumulativè.*

18 *Moneta dicitur adulterata, quando fuit cuſſa ſub imagine alterius Principis abſque ejus licentia.*

19 *Monetæ, licèt juſti valoris, & ponderis, fabricatio ſine Principis licentia, dicitur crimen laſæ Majeſtatis.*

*Hoc tamen procedit reſpectu Subditi, & illius, qui cudi facit, ſecùs reſpectu non ſubditi, & Mercatoris, cui tales Monetæ fuerunt directæ, cujus reſpectu non poteſt intrare, niſi arbitraria pœna*, num.20. & 23.

*Et declarantur in hoc propoſito* Farinac. conſ. 49. & Spad. conſ. 115. lib.1., *ibidem* n.24.

*Quæ autem in hoc caſu ſit pœna arbitraria, & an intret confiſcatio Monetæ*, n.25. & 27.

21 *Princeps cudens Monetam in ſuo Territorio, in quo jus habet id faciendi, non poteſt id facere cum effigie alterius Principis.*

22 *Princeps in propria Statu poteſt permittere*

*Subditis quomlibet Monetæ ſpeciem.*

26 *Codex* Theodoſianus *poſt novum Codicem* a Juſtiniano. *confectum, nullam habet authoritatem, nec attenditur.*

28 *Expendem ſcientèr falſam Monetam punitur pœna arbitraria, ſecus ſi ignoranter.*

*Quod autem ſcientèr illam expenderit, probari debet à Fiſco, & quidem concludenter, n.30.*

*Maximum tamen indicium ſcientiæ reſultaret ex magna quàntitatæ falſa Monetæ apud expendentem reperta, num.31.*

*Dummodo Moneta habeat aliquod ſignum falſitatis, alias ſi falſitas difficile dignoſcatur, expendes eſſet abſolvendus ex capite ignorantiæ, num.32.*

29 *Auxiliator non debet puniri majori pœna, quam principalis delinquens.*

33 *Turcæ non poſſint fraudari in Commercio mediante ſolutione Monetæ falſæ pro Mercibus ab eis receptis.*

34 *Fabricator falſæ monetæ non punitur pœna ordinaria, quando eadem moneta non eſt expendibilis ob ſui viſibilem falſitatem.*

35 *Moneta falſa in liga, vel pondere, Confiſcationi ſubjacet.*

*Si vera eſt bona, ſed cuſſa ſub alterius Principis imagine, debet deleri ſignum, n.36.*

## DECISIO XLI.

NAufragium Navis nuncupatæ *Città di Coopenagben.*, quod ad Oras Regni Anglicani, in loco, quem appellant, *Tombai*, ſecutum fuiſſe aſſerebant Mercatores, quorum intuitu præfata Navis onerabatur, præbuit anſam hodiernæ novæ propoſitioni; Quamvis enim & prius ſub certa præſuppoſitione, ac probatione ejuſdem Naufragii coram A.C. Thomato, & deinceps in noſtro Auditorio coram R. P. D. meo Caprara conſtanter definitum fuerit eiſdem Mercatoribus ſuccurrendum eſſe exequendo ſtipulationem, quam in hujuſmodi caſu Naufragii cum pluribus aliis Mercatoribus, ſeu perſonis de Urbe iniverant ſub ea formula contractus, quem in ſua Regione ſub nomine = *Apoſtæ = Petrus Santerna Luſitanus in tract. de aſſecurat.* patrio ſermone exprimit; Nihilominus eamdem executionem vel effugere, vel differre ſatagentibus Aſſecuratoribus, ſaltem reſpectu expenſarum Judicii, dubitavi Ego ad normam novæ Commiſsionis per eoſdem Aſſecuratores impetratæ = *An eſſet procedendum ad ulteriora*, ſed DD. non dubitarunt correſpondere ſuffragio affirmativo.

Cum enim de more Aſſecuratores prædicti non ſolum ſuſceperint in ſe omnia infortunia, periculum, & Naufragium, quod Navi obtigiſſet, excepto dumtaxat caſu fraudis, & colluſionis, quem ſub rudi, barbaroque vocabulo dicunt, *Barattariam*, verum etiam præciſam legem ſubiverint denunciandi intra terminum ſex menſium, ubi Navis aſſecurata reperiretur, hinc jure merito in hanc ulteriori repropoſitione ſtringebat nodus dilemmatis pro parte Mercatorum; qui ad eorum ſecuritatem de ſtipulatione convenerant, nempè quod, vel ob ſolitam Maris inconſtantiam ſpiritu procellarum remanſerat abſorpta Navis, & caſus erat planus, quia nimirum ſtipulatio erat litteralis, & ab eiſdem Aſſecuratoribus ionegabilis, ex quo adamuſsim hujuſmodi contractus radicatur in periculo, adeout ſecuto Naufragio, ac deperditione ſive Navis, ſive alterius (ut ajunt) Baſtimenti antequam ad locum, pro quo fuit ſuſcepta aſſecuratio, perveniat, commiſſa citra dubium cenſeatur ſtipulatio,
1 ſive hæc forma contrahendi ad contractum ſponſionis ſuper Navi ſalva, ſive ad alterum fidejuſsionis ejuſdem periculi referatur, juxta ea, quæ certant tenentes pro ſponſione *Giballin. de univ. rer. humanæ negoc. tom.2. lib.4. cap.11. art.3. confect.2. verſ. ſexto quæritur, Medern, Ferolivien. in annot. ad Rom. conſ.39. n.3. & 5. & Rot. dec.597. n.8. cor. Merlin., dec.66. n.6. poſt Vrceol. de tranſact. dec 369. num.95. & ſeq. par.19. rec., & in Romana Aſſecurationis 4. Junii 1681. § Ità etiam., & 19. Januarii 1682. ex §. Subſtantiatur tamen uſque ad fin. m, cor. bo. me. Emerix Decano*; Et pro fidejuſsio-
2 ne *Valaſe conſult.18. num.5. Scacc. de Commerc. & Camb. §.1. quæſt.1. ſub. n.129. & ſub n.503. verſ. comprobatur ſecundò, Manſon. de de cauſ. exec. prælud.2. n.5. Caſtill. dec.3. n.2. Miſtrill. dec.182. n.9. & ſeqq.*

Aut vero ex oppoſito Navis adhuc erat incolumis, nullumque paſſa erat Naufragium, tuncque ſubingrediebatur alterum pactum denunciandi notitiam, ubi tale Lignum extaret, juxta illa verba = *E ſe ſi ſteſſe M. ſi ſei che il d. Capitano &c., non ne fuſſe vera notizia, gl'infraſcritti Signori aſſecuratori debbano dare, e pagare &c, tanto quanto haviſſero aſſecurato ſenza eccezzione alcuna*. Quapropter cum non ſolum intra defluxum ſex Menſium, ſed neque intra circulum trium Annorum, & ultra ulla notitia Navis ad Mercatores, qui aſſecurationem procuraverant, ex vi pacti, & ex facto Aſſecurantium delata noſceretur, remanebat citra dubium orta ex hoc ſubalternante motivo actio eiſdem Aſſecuratis, adeout Aſſecuratores juxta illud vulgare Carmen (non abs re a materia) *Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim*, vel ex hoc vel ex primo capite promiſsionis ſemper ad ſolvendam ſponſionem, aut ſuſceptæ fidejuſsionis obligationem obſtringerentur; in promiſsio-
3 nibus namque alternativis alterutram partem verificari ſat eſt, ad trad. per *Rot. dec.24. n.6. & 7. par.6. rec. & dec.54. ſub num.3. verſ. Nec pariter, & n.4. cor. Royas, & in Romana Aſſecurationis Navis S. Bonaventuræ 28. Januarii*

*rii 1697. §. In nihilo refragante, cor. R.P.D. meo
dell'Olmo*, & magis punctualitèr *in Romana Aſ-
ſecurationis Navis Stella Dorata 28. Junii ejuſ-
dem anni §. Minus urget, cor. R.P.D. meo Pio
impreſſ. poſt modern. Tract. de inconſtant. in Iu-
dic. dec. 64. num. 12.*

Atque ex his ſuperfluum efficiebatur inſi-
ſtere ſuper rigida probatione Naufragii: Sed
adhùc Domini inherentes reſolutis *ſub die
22. Martii 1697, cor. R.P.D. meo Caprara*, cen-
ſuerunt, illam ſufficientiſſimè, ac per æquipol-
lens emergere; quia etſi hujuſmodi contra-
ctus Aſſecurationis, tamquam antiquiori Ju-
4 ri noſtro ignotus, a tribus, vel quatuor Sæcu-
lis pro faciliori rerum humanarum commer-
cio introductus, ut fuit etiam animadverſum
*in tract. de Commerc. & Mercat. diſc. 70. n. 6.*,
nullis proindè juridicis regulis claudatur, &
tantummodò vigore quarumdam conſuetu-
dinum, quæ Barchinionæ ex tacito, vel ſuper-
vento Mercatorum conſenſu fuerunt com-
pilatæ, ſicuti teſtatur *Card. de Luc. de Credit.
diſc. 107. cum duob. ſequen.* receptum apparet
5 quod probatio Naufragii fiat in loco proxi-
miori mediante Conſtituto, ſeu depoſitione
illarum perſonarum Navis, quæ ſupervixe-
rint infortunio, per viam Conſulatus; qui a
Conſulibus retineri ſolitis in Portubus per
Nationes, vel Mercatores nomen recipit, ad
hoc ſequendo, ſive applicando doctrinam
*Bart. in l. a. num. 1. & 2. de Naufrag. lib. 11.* de
qua *Franciſ. Rocc. reſponſ. 28. ſub n. 10, lib. 1. &
in tract. de aſſecur. not. 59. ſub n. 202. Capyc. Latr.
dec. 60. num. 2. Rot. dec. 119. n. 3. cor. Coccin. &
dec. 327. num. 7. cor. Priolo, & deciſ. 99. num. 3.
cor. Ubego*,

Attamen circumſtantiæ enarratæ *in Deci-
ſione R.P.D. mei Caprara ſub §. Nec obiici valet*
(quatenus etiam præciſive ab enunciato di-
lemmate Cauſa reſolvi debuiſſet ſuper fun-
damento probati, vel non probati Naufragii)
viſæ ſunt rursùs pluſquàm æquipollentem
juſtificationem Naufragii præſeferre: Con-
currebat namque Conſtitutum, ſive examen
de proximo factum ſuper ipſo Naufragio
Amſtelodami, ubi Navis Capitaneus compa-
ruit, & depoſuit, & ſic in majori fortaſſe
Foro, ſeù frequentiori Orbis Terrarum Em-
porio, in quo facile de mendacio redargui
potuiſſet a ſingulis, & univerſis Mercatori-
bus Portum ipſum adeo celebre in ſubſtan-
tia conſtituentibus: Concurrebat pariter te-
ſtificatio Proxenetarum de publica voce, &
6 fama ipſius Naufragii; intercedebat ceſſatio
ullius amplius notitiæ præfatæ Navis, quæ
ſanè circumſtantia non tantum, ut ſupra, ve-
ſtiebat dilemma, ſed etiam intendebat ad
eumdem ſcopum probationis Naufragii, ut
nuper potiſſimè conſideratum fuit *in dicta
Romana aſſecurationis Navis Stella Dorata cor.
R.P.D. meo Pio impreſſ. poſt Card. Albit. de In-
conſt. in Judic. d. dec. num. 7.* Quemàdmodum
enim Naufragium, vel Incendium Cymba-
rum, ac Navium mors dici poteſt ſimilium
Lignorum, ac machinarum ab induſtria, &
neceſſitate naturæ adinventarum, ſequitur,
quod ad ſimilitudinem mortis naturalis in
7 homine mors præſumatur interceſſiſſe, quo-
ties poſt tempus proportionatum nullum
Nuncium de ejuſdem hominis ſuperviven-
tia habitum fuit, ex animadverſis per *Rot. cor.
Buratt. dec. 253. n. 17. & in Romana Fideicomm.
de Cribellis cor b. m. Albergato impreſſ. dec. 280.
n. 9., & 12. par. 17.* confirmata 20. *Martii
1673. §. final. cor. eodem, & in Romana admini-
ſtrationis 26. Junii 1679. fere per tot. cor. b. m.
Bourlemont.*

Ac denique ſuperaccedebat teſtificatio
nonnullorum Ianuenſium, ad quorum Con-
cives, Merces vehendæ, & transferendæ
erant, quive ab aſſuetis inter Mercatores lit-
teris ſuorum Correſponſalium id accepiſſe
aſſerebant; unde præter ea, quæ ad efficien-
dum æquipollentem gradum probationis in
his terminis, & ad explicationem memora-
tæ doctrinæ *Bartol.* adducuntur *in præcitata
Deciſione R.P.D. mei Capraræ ſub d. §. Nec obii-
ci valet*, quam noviſſimè in eodem propoſito
ſecuta eſt *Rot. d. dec. 64. num. 8. cum 3. ſeqq.
poſt Card. Albit. ubi ſupra*; placuit etiam refle-
8 ctere, quod niſi obſtet aliqua probabilis du-
bitatio colluſionis, aut fraudis, non ſit præ-
ciſe de forma, Teſtes examinari ſuper Nau-
fragio in loco adamuſſim viciniore, ſed exu-
beret, æquipollenter de ea, ac juridicè con-
ſtare, eadem namquè ratio, quæ ad bonum
Commercii præfatas conſuetudines Barchi-
nonenſes, quaſi pro lege recepit, expoſcit
etiam, ut hujuſmodi Cauſæ Mercatorum de
bono, & æquo tractentur, itaut idem Iudex
9 induendo naturalem, ſeu moralem certitudi-
nem, exuendoque apices Iuris certus ſit de
probatione ex circumſtantiis (prout caſus
exigit) roborata, ut præter allegata *de Com-
merc. & Mercat. in d. dec. R. P. D. mei Capra-
ræ*, nempe *in dicto diſcurſ. 70. num. 15.* habetur
*ex diſcurſ. general. ejuſdem tract. n. 1. & ſeqq.*

Super objecto non demonſtrati valoris
Navis, & Mercium, vel defalcationis octavæ
10 partis, quam ſubire tenetur aſſecuratus ad
ſui periculum, ut ita facilius evitentur frau-
des, & Baratteriæ, quodque proinde nuncu-
parur, *riſico dell'ottava parte*, quia nempe non
eſt veriſimile, Aſſecuratum velle ex fraude,
& Barattaria deperdere Navim, in qua octa-
vam partem damni, & infortunii ſentiret,
minime putarunt Domini immorandum:
Quidquid enim in hac parte de Jure diſputa-
ri poſſet, ex traditis *in dicto diſcurſ. 70. n. 25.
& ſeqq. de Commerc. & Merc.*, & per *Card. de
Luc. d. diſc. 107. ſub n. 6. de Credit.* quem ad
hunc effectum laudavit *Rot. dec. 420. num. 23.
par. 16. recen.* ſubmota remanſit difficultas ex
facto, quia non de tota Navi, & Mercibus
fuit

Digitized by Google

11 fuit inita Aſſecuratio, ſed pro certa quanti-
tate, in quibus ſane terminis non minus ob-
jectum, quam ratio ejuſdem objecti evane-
ſcit per ea, quæ bene diſtinguit *eadem Rota di-
cta dec.420. num. 17., & 24. par. 16. & deciſ. 58.
n.2., & 5., & n.14. par. 19., & in Romana Aſ-
ſecurationis ſuper rejectione articulorum 4. Iulii
1685. §. Verum his omnibus cum 3. ſeqq. cor. Re-
verendiſs. Hervault Archiepiſcopo Turonen.*

Et ita, Aſſecuratis dumtaxat informanti-
bus, aſſecuratoribus vero pluries monitis,
& informare non curantibus, reſolutum
fuit &c.

*ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

CAauſa hæc terminavit cum præſenti Deci-
ſione, ob demandatam ſucceſſivè ſub die
7. Julii 1697. illius expeditionem, Aſſecura-
toribus amplius non reclamantibus, imò &
taxationi expenſarum factæ in ſequelam rei
judicatæ acquieſcentibus.

De materia autem aſſecurationis frequen-
ter tractatur apud Scribentes *de Mercatura*,
& Ego plura diſſerui *in Tract. de Commerc. di-
ſc.6. 12. & 70.*; Plures etiam habentur Deci-
ſiones Rotæ, tam ſuper probatione Naufra-
gii, quam ſuper incluſione, vel excluſione
12 Barattariæ, circa quam cum plena exigatur
juſtificatio, ex adductis *per Me d. diſc.70. n.18.
Rot. dec.99. n.9. cor. Ubago, & in Romana Aſſe-
curationis 28. Ianuarii 1697. §. Nec impictum,
cor. R.P.D. dell'Olmo.*

Fuit habita in altera *Romana Aſſecurationis
Navis Stella Dorata 28. Iun. 1697. cor. R.P.D. Pio*
13 diſtinctio, quod aut agitur de Aſſecuratione
facta ſuper Navi, cujus proprietas, vel Mer-
ces in parte, vel in totum pertineant ad
ipſum Capitaneum, ſeu Navis Gubernato-
rem, eoque caſu ad excuſandos Aſſecurato-
res, ne compellantur ſolvere valorem rerum
aſſecuratarum, culpa ipſius Gubernatoris, ſi
fuerit gravis, ſufficiat ex *Vameſ. conſ.25. n.2.
cent.4. Mut. dec.3. n.10. Rot. in Romana Aſſe-
curationis 4. Februarii 1696. §. Nec applicentur
cor. R.P.D. de la Tremoille.*

Aut vero Gubernator nullum dominium
vel participationem habet ſuper Navi, vel
Mercibus reſpective aſſecuratis, & in his ter-
14 minis exigatur ad concludendam veram Ba-
rattariam talis culpa in ordine ad ſiniſtrum
eventum, quæ fuerit ad dolum poſitive præ-
ordinata, ex *Card. de Luc. de Credit diſc.106.
n.30. & ſeqq. Balducc. ad Ramon. conſ.39. ſub
n.18. verſ. Et quatenus*, & plenius *in d. Romana
Aſſecurationis Navis Stella Dorata 28. Iun. 1697.
§. Et removetur cum ſeqq. cor. R.P.D. Pio.*

Concluſum tamen nuperrimè fuit contra
Aſſecuratos, etiam non informantibus Aſſe-
curatoribus, in caſu, quo Navis nuncupata
*S. Gio. Battiſta Capitan Criſtoforo Madrigliani*,
paſſa fuerat infortunium, ſive Confiſcationem
15 in Portu Gadicenſi ex cauſa, quod Capita-
neus ſuper ea Monetam extrahi prohibitam
oneraverat, cum Aſſecuratores neutiquam
cenſerentur ſuſcepiſſe caſum hujuſmodi, ſed
ſolum ſe obligaſſe, ſi & quatenus Navis ci-
trà contraventionem ullam ſolviſſet à litto-
re, ſeu Portu, ut per *Text. in l. cum proponas,
C. de nautic. Fœnor. Angel. conſil.219. Rocc.
diſput.97. n.26.* habetur *in d. Cauſa Romana,
ſeu Ianuen. Aſſecurationis 13. Februarii 1702.
cor. R.P.D. Pio.*

In hoc autem ipſo propoſito Monetarum
oneratarum, fabricatarum, vel expenſarum
contra publica Bannimenta, ſuppreſsis no-
minibus conſultus fui ſub initio, ſeu Tyro-
cinio Advocationis, de Anno ſcilicet 1676.
ſuper quodam caſu admodum ſingulari, ut
habetur in ſequenti Reſponſo, quod incipit.

Quidam Mercatores, ut quæſtum face-
rent tranſmittendo in Turcarum Regiones
Monetas inſignis Reipublicæ, illas fabricari
curaverunt in extera Ditione, obtenta prius
facultate cudendi a Principe loci fabricatio-
nis; Cumque de facto tranſmiſerint pecu-
niam taliter efformatam in Orientem, aliam-
que tranſmittendam commiſerint Corre-
ſponſali in Portum alterius, diverſique Do-
minii ibidem proinde reperta, atque inſtan-
te Republica ob ſpretam ejuſdem Imagi-
nem, exorta eſt de pluribus dubitatio, primò
videlicet, ad quem ſpectet Cauſæ cognitio,
& ſecundò, quale delictum dicatur commiſ-
ſum, & quæ pœna veniat in conſequentiam
tribuenda.

Prima difficultas de facili ſuperatur, quia
16 licet propter Monetæ falſificationem ſub
Imagine unius Principis, illius dicatur offen-
ſa Majeſtas, & proinde ad ipſum pertineat
punitio: juxta ea, quæ in ſpecie tradere vide-
tur *Gig. lib.1. tit. quis de crim. læſ. Majeſt. co-
gnoſc. poſſ. n.4. & 8 Decian. tract. crim. lib.7.
cap.26. n.1. Farin. conſ. crim.48. n.26. in fin. &
in Vot. ibidem impreſſ. n.36* ubi *Grammat.*, &
*Afflict.* aliique referuntur.

Attamen, quia Crimen, ſi quod eſt, prove-
nit a mandato, & deſtinatione expendendi,
aut ab ipſa expenſione, Juriſdictio læſa dici-
17 tur utriuſque, ſpectatque ſemper cognitio
in his caſibus Judici ejus loci, in quo deli-
ctum conſumatur, ſaltem cumulative, ex re-
latis per *Laurent. deciſ. Avenionen. 114. num.5.
verſ. Verùmtamen, Farin. d. conſ.18. n.6. & in
eodem Vot. n.42.* & ita fuit practicatum apud
*Spad. conſ.515. lib.1.*

Tota diſputatio cadere poteſt in ſecunda
inſpectione, in qua tamen reſolutivè proce-
dendo, cum tres ſpecies aſsignentur per *Scri-
bentes* adulterationis Monetæ, nempe reſpe-
ctu ſubſtantiæ, reſpectu materiæ, & reſpectu
formæ, clare patet, nos in præſenti caſu ver-
18 ſari in tertia ſpecie defectus formæ prove-
nientis ex appoſitione Cunei alterius Princi-
pis

Digitized by Google

pis ſinè facultate, juxtà ea, quæ cæteris addu-
ctis ponderantur apud *Barboſ. de Epiſc.par.3.*
*alleg.51.n.57.& ſeqq.Decian. in tract.crim.lib.7.*
*cap.23. Carpzou. in prax.crimin.par.1.quæſt.42.*
*& 43. per tot.* latiſſimè *Gobb. tract. de Monet.*
*quæſt.11.*

At quia duæ ſunt perſonæ, quæ conſidera-
ri poſſunt, videlicèt Mercator, qui Mone-
tam cuſſit, & ille, qui recepit; reſolutio pro-
pterea pendet ab animaduerſione, an Merca-
tor, qui pecuniam recepit, & retinet, me-
rus Mandatarius fabricantis, an potius Do-
minium tranſiverit in recipientem, & ſic
nullatenus adſit Intereſſe Cudentis, ſed reci-
piens illam habeat ad proprium commo-
dum, & periculum.

Nam primo caſu, quamvis Monetam abſ-
19 que permiſſione Principis etiam in juſto
pondere, & valore fabricare cum illius Ima-
gine reputetur Crimen leſæ Majeſtatis, *l. 2.*
*C. de falſ.monet.*, cujus diſpoſitionem uberri-
mè expendunt *Farin. quæſt.115. Carpzou., &*
*Gobb.ubi ſuprà, Conciol. reſol. crim. in verb.falſa*
*Moneta reſol.1. & 2.*, tale tamen dicere non
20 poſſumus, cùm delictum leſæ Majeſtatis ca-
dere nequeat in non Subdito, & Mercatores,
tamquam alieni Principatus, pœnâ præfatâ
plectendi non ſunt, ſed intrat extraordina-
ria, ſeù arbitraria, ut reprobato *Menoch.* com-
muniter firmant *Vermigliol.conſ.219. n.6. &*
*ſeqq. Farin.conſ.48.n.5. Carpzou.par.1.quæſt.43.*
*n.27. & ſeqq. Conciol. ubi ſuprà reſol.2.num.7.*
*Gobb.d.quæſt.11.n.17. Mar. Anton.lib.3. reſol.*
*44. in fin.*

Et parùm relevat aſsiſtentia, quam fabri-
canti præſtat Princeps loci, in quo fuſa fuit;
21 quia, quidquid dicant. *Morales*; Princeps
unius Territorij nequit in proprio Moneta
Imaginem alterius infigere, *Giballin. de uni-*
*verſ. rer. human. negociat. cap.4.art.15.num.12.*
*tom.1. Io. Aquila in tract.de Monet. cap.9.verſ. ter-*
*tio fit., Carpzou.ubi ſuprà quæſt.43.n.21.& 25.*

Solùmquè præfata aſsiſtentia ſuffragari po-
teſt cudenti in eo, quod locum ſibi non vin-
dicèt limitatio volens, fabricantem pœnâ
mortis, & bonorum publicationis eſſe ple-
ctendum, ſi Moneta ſub Imagine alterius
Principis efformata expendibilis ſit in loco,
ubi fabricatur, *Peguer. deciſ. ſeù cap.46. n.15.*
*Barboſ. d.alleg.51.nu.71.& ſeqq. Capy. Latr. de-*
*ciſ.179. n.30.par.2. Conciol. d.reſol.2. num.8.*,
22 quià Princeps ergà proprios Subditos libe-
ram habet poteſtatem in foro externo quam-
libet permittendi Monetam, quidquid diſpu-
tent in interno relati per *Decian.d.lib.7.c.23.*
*num.28.*, & paſsim apud alios.

Sublata igitur pœna Confiſcationis, & le-
23 ſæ Majeſtatis, nulla alia valet exerceri, niſi
arbitraria, & ea, quæ ratione mandati, ſeù
tranſmiſsionis ſolet practicari, ut in puncto
habetur ex *Laurent. dec.114. Anconitan.*, quem
ſicco pede referunt *Novar. ſuper Pragm. de falſ.*
*monet. collect.3. n.16 Rovit. in dict. Pragmat.1.*
*num.11. & 12.*

24 Et quamvis *Farin. in d.conſ.48 & Spad.con-*
*ſil.115. lib.1.* relat. à *Gobb. d.quæſt.11.nu.20.*,
ferant exemplum Subditi alterius Principis,
ejuſque bona cenſeant cofiſcanda, fundan-
tur tamen in eo, quod efformata eſſet Mone-
ta ſub Cuneo Sedis Apoſtolicæ, atque Bo-
noniam tranſmiſſa, ideòque non mirum, ſi
Confiſcationis pœna Sedes Apoſtolica in in-
juriam propriam vendicabat.

25 Ad quantum verò extendatur arbitrium,
de quo ſupra, non ita facile apud *Doctores* de
hac materia tractantes ad invenitur, & præ-
cipuè, an hujuſmodi pecunia ſit confiſcan-
da, ſolumque *Decian.d. lib.7. cap 28.n.15.* annu-
merando pœnas à Jure Monetariis attribu-
tas recenſet amitti Aurum, & Argentum in
totum, vel ſaltem pro duabus uncijs, quam-
vis pecunia ſit bona, ad *Text. in l. 6. & 7. C.*
*Theodoſian. de falſ.mon.*; Sed eas ad caſũ noſtrũ
26 applicare foret incongruum, tùm quia poſt
novum *Codicem Iuſtinianeum*, nullam amplius
illæ leges habent authoritatem, ex copioſè
congeſtis per *Merlin. Pignatell. lib.2. Controv.*
*cap.26.* Tum etiam, quia revera loquuntur
in caſu diverſo, ut videre eſt in fonte, atque
bene obſervat *Giballin. d. lib.2. tom. 1. cap. 4.*
*art.45. num.2 circa fi.*

Applicando propterea ad rem, & retinen-
do præſuppoſitum, quod pecunia ſpectet ad
fabricantem, non alia pœna, quam pecuniâ-
27 ria mulctandus veniret, atque ideo poſſet
illius pecuniæ pars confiſcari, dum fortaſsè
deerunt aliæ ſubſtantiæ, ſuper quibus exerce-
ri valeat pecuniaria pœna, qua mulctandum
dicunt in ſimili *Marſil. conſ.47. n.4. verſ. Sed*
*dubit. Cabed. dec. Luſitan.89. par.1.* quem refert
*Rovit. in d. Pragm. num.12. Laurent. d. dec.114.*

Quatenus autem verſemur in ſecundo
membro diſtinctionis, quodque pecunia
translata ſit in dominium recipientis, in eo
28 practicari poteſt pœna retinentibus, aut ex-
pendentibus falſam Monetam attributa, &
in hoc proceditur cum diſtinctione inter
ſcientiam, & ignorantiam, ut ſi ſciverit, pa-
riter intret arbitraria pœna, *Farin. quæſt.115.*
*de crim. læſ. Majeſt. num. 115. Carpzou. dicta*
*quæſt.43. n.99. & 102. Merlin. Pignatell. dicto*
*cap.26. num.10. & ſeqq. Conciol. d. reſol.4. n.1.*
*& 15.*, ubi de variis generibus ſcientiarum
fit explanatio.

Eoque clarius, quia ſi ex ſupra affirmatis
arbitraria pœna torquendus eſt Principalis,
29 mitiori profectò condemnari debet expen-
dens, ne plus puniatur auxiliator principali
delinquente, *Marſil. dicto conſ.47. num.9. Car-*
*pzou. ubi ſupra num. 99. Gobb. dicta quæſt. 11.*
*num.41.*

Verùm veriſimile eſt quod ſcientia non
30 juſtificetur à fiſco, qui eam probare tene-
tur concludentèr, *Grat. conſ.151. lib.2. n.8.*
*& ſeqq.*

*& ſeqq. Farinac. d. quæſt. 115. n. 15. & ſeq. Concil. dicta reſol. 4. num. 7.*, quia conjecturæ, quæ deduci poſſent ab aſſiſtentia Principis ejus loci, in quo Moneta fabricata fuit, & à magna
31 pecuniarum quantitate, quæ maximum præbere ſolet indicium ſcientiæ, juxtà Theoricam *Marſil. in l. qui falſum num. 97. & 98. ff. ad l. Cornel. de falſ. Bald. conſ. 155. per tot.*, & ſignanter *in verſ. etiam ex qualitate*, *Franch. deciſ. 401. num. 5.* ſuas patiuntur exceptiones, eaſque perſcrutari debet in facto Judicis religio, cui hæc materia relinquitur, poſitaque
32 ignorantia, quæ reſultare videtur ex bona qualitate Monetæ, quæ ex inſpectione nullam habet maculam falſitatis, eſſet abſolvendus ex capite dictæ ignorantiæ ab omni pœna ex *Menoch. d. caſ. 316. ex num. 50. Giballin. d. art. 16. n. 12. Barbat. conſ. 51. verſ. ſed veritate inſpectâ col. 4. lib. 3. Faber in C. lib. 19. tit. 15. definit. 2. n. 2. Decian. d. cap. 27. in princ. & Farin. d. quæſt. 115. num. 153. & ſeqq.*

Multoque magis, quoniam nullum damnum irrepſit Juriſdictioni, aut Populo Principis, ubi Cauſa vertitur, cum pecunia, vitium non contines in ſe, ſit in manu cujuſlibet expendibilis, & idcirco difficile alias eſſet juſtificare identitatem earum, quæ ſine authoritate fuſæ fuerunt, & diſtinguere copiam ab originali, *Giballin. dicto art. 15. cap. 4. num. 3.*

Cœterum motivum tranſmiſſionis ad
33 Turcas non relevaret, quia licet eos fraudari poſſe permittat in puncto *Menoch. conſ. 1208.*, quem referunt *Rovit. d. Pragmat. 1. n. 16. in fin. Gobb. dicta quæſt. 11. nu. 72.*; ejus Doctrina fundatur in eo, quod Moneta non erat expendibilis in locis Italiæ, aut Chriſtianitatis,
34 tuncque proculdubio pœna infligenda non erat; quia etiam fabricans probam Monetam ordinaria pœna non punitur, ex quo fraudare non poſſit, damnumque inferre Nationibus illam uſu non recipientibus, *Marſil. in d. l. qui falſam num. 53. & 57. ff. ad l. Cornel. de falſ. Barboſ. d. alleg. 51. n. 61. Peguer. dicta dec. 46. num. 15. Gobb. dicta quæſt. 11. num. 85.*

Atque iſta (pro meo judicio) veritas videtur, procedendo ſemper cum eodem præſuppoſito, quod Moneta ſit bona; ſolumque
35 deficiat in forma, alias ſi eſſet falſa in liga, aut pondere, intraret de facili Confiſcatio; & maxime locum haberent Bannimenta, quæ prohibere ſolent introductionem talium Monetarum, viderique poterunt in hoc propoſito *Azzevod. Farin.*, aliique, quos refert *ibidem Gobius d. quæſt. 11. num. 24.*

Non omittendo tamen, quod ad Reipu-
36 blicæ ſatisfationem delenda eſſet, in omni caſu bonæ fidei, ignorantiæ, Imago, & ſignum ejuſdem Senatus, qui tali modo ſuum recuperabit intereſſe, fietque illud, quod præcipitur *in cap. 22. Math. redde quæ ſunt Cæſaris Cæſari &c.*, quem *Text.* ponderant, & adducunt in ſimilibus *Bald. conſ. 376. Menoch. cent. 4. d. caſ. 316. num. 44. & 45.*, & fiet reſtitutio, de qua loquuntur in hoc caſu *Morales relati per Molin. de Juſt. & Jur. tract. 2. diſp. 702. num. 10. & Giballin. d. art. 15. n. 5.*

## PISAVREN. RESCISSIONIS CONTRACTVS.

*Lunæ 5. Maij 1698.*

## ARGUMENTUM.

Rota non exequitur ſua Mandata, ſeù Sententias poſt curſum decem annorum, ſed tunc denuò mandat diſputari Dubium; Hoc tamen non procedit, quando propter Adverſarij præpotentiam, Mandata non potuerunt habere effectum. Liberatio à moleſtijs importat refectionem omnium damnorum, & intereſſe. Donatio facta contemplatione certi, & determinati Matrimonij ſubjacet collationi, & quandò talis dicatur, & licet fiat Nurui, tamen cenſetur facta contemplatione filij.

## SUMMARIUM.

1 *Auditores Sac. Rotæ in pronunciando cenſentur veluti Judices delegati.*
*In procedendo autem habentur tamquam Judices Ordinarij, n. 4.*
2 *Judex delegatus nequit poſt Annum exequi propriam Sententiam.*
3 *Auditores Sac. Rotæ antiquitùs non poterant executioni demandare proprias Sententias, niſi conſulto, & approbante Pontifice.*
5 *Via executiva non præſcribitur, niſi per ſpatium 30. Annorum.*
6 *Sententiæ, ſeù mandata Rotalia non demandantur executioni poſt ſpatium 10. Annorum, ſed de novo diſputatur Dubium, & n. 50.*
*Intellige, ut num. 51. & ſeqq.*
7 *Relevatio, & liberatio à moleſtijs debetur illi, qui eas paſſus eſt.*
8 *Liberatio à moleſtijs trahit ſecum omne intereſſe, & omne damnum, quod ſucceſſivè promanat à talibus moleſtijs,*
*Stante maximè expreſſa promiſſione refectionis omnium damnorum, & intereſſe, num. 9.*
10 *Ceſſio nulla validè reportari poteſt, quando agitur de extinctione, vel redemptione Cenſus.*
11 *Tertius poſſeſſor fundi cenſiti poteſt dimittendo Cenſuarium reportare ceſſionem tranſlativam, & n. 13.*
12 *Clauſula*, quam, & quas, *complectitur omnia emergentia, & dependentia à negocio principali.*
14 *Præſcriptio in Cenſibus non currit pro annis 25. quia tot cenſentur credita, quot anni, & num. 15.*
16 *Præſcriptio contrà Pupillos, & Minores vel non currit, vel inefficax redditur.*
17 *Negligentia eſt mater præſcriptionis, & ideò ceſ-*

Digitized by Google

ceſſante non habet locum præſcriptio.

18 Præſcriptio requirit curſum temporis integrum, itaut ea excludatur per unum ſolum diem, qui deficiat.

19 Lites in Sacro Rotæ Auditorio redduntur quadoque immortales ob incuriam Litigantium in illas proſequendo.

20 Deciſiones non extenſæ ab Auditoribus Sac. Rotæ defunctis, vel Promotis, extenduntur ab illorum reſpectivè ſtudiorum Adjutoribus.

21 R. P. D. Peregrinus Maſerius Forolivienſis laudatur.

22 Donatio facta contemplatione certi, & determinati Matrimonii debet conferri, quidquid ſit de donatione ſimplici, vel contemplatione Matrimonii in genere.

Quod procedit, ſivè donatio facta ſit immediate ipſi filio, ſive ad commodum Nurus, dummodo reſpectu, & contemplatione filii principaliter emanaverit, num. 23.

24 Donatio facta, non ſervatis Statuti ſolemnitatibus, eſt omnino nulla.

25 Donatio Cauſa Matrimonii non ſubjacet ſolemnitatibus Statutariis.

Declara, id procedere, ubi Matrimonium fuit cauſa finalis donationis, ſecùs ſi fuerit ſolum cauſa impulſiva, num. 26.

27 Valor Ducatorum 200., de quibus loquitur Statutum Urbis de inſinuandis donationibus, ad quanti hodie aſcendat.

28 Computatio juxta Text. in l. Hæreditatum ff. ad l. falcidiam, habet locum in annua donatione facta ad vitam Donatarii, & n. 29.

30 Clauſula, hinc eſt, donat cauſam finalem.

31 Matrimonium non poteſt dici cauſa finalis donationis, quando jam antea reperiebatur conclaſum.

Limita, quando intercedit brevitas temporis, itaut unus actus alteri cenſeatur correſpectivus, num. 32.

33 Sponſalicia largitas fit occaſione futuri Matrimonii, non jam contracti.

34 Donatio propter Nuptias apud antiquos erat neceſſaria.

Hodie tamen receſſit ab Aula, num. 35.

Et quomodo hodiè conſideretur, num. 36.

37 Donatio facta poſt Matrimonium jam perfectam requirit inſinuationem.

38 Conjecturæ debent eſſe efficaces, & urgentes ad effectum, ut donatio collationi non ſubjaceat.

39 Donatio quælibet de ſui natura eſt translativa dominii, & dat facultatem Donatario de re donata liberè diſponendi.

40 Expreſſio ejus, quod tacitè ineſt, nihil operatur.

41 Onus conferendi donationem non excluditur ex verbis adjectis in donatione = da ſpenderli come li parerà, e piacerà.

42 Bona donata cum prohibitione alienandi, vel aliàs cum vinculo fideicommiſſi, non ſubjacent collationi.

Intellige, ut num. 45.

43 Soror conſuccedere volens tenetur conferre Dotem, ubi jam ſit ſoluta; ubi autem ſit ſolùm promiſſa, tenetur cavere coheredibus adverſùs petitionem, ſeù moleſtias ſui Viri.

44 Annua, ſeu menſtrua præſtatio donata per Patrem, debet per filium imputari, ſeu conferri.

46 Veſtes prætioſæ, & Iocalia Nurui donata per Socerum debent conferri per filium, quia ipſum ſublevant à tali onere.

47 Deciſio 169. par. 3. rec. explicatur.

48 Ex diverſis non fit illatio.

49 Collatio ſemper fieri ſolet inter filios cohæredes, quando alias non facta collatione reſultaret inter eos inæqualitas.

52 Præſcriptio etiam tricenaria interrumpitur, quando executio eſt jam incæpta.

53 Executio habetur pro incæpta in odium eam impedientis.

54 Manutentio, licèt poſt decennium amiſſæ poſſeſſionis non competat, tamen, quando Actor impeditus fuit facto Adverſarii, ea datur.

55 Iudicantis arbitrio relinquitur, an quis habuerit animum amittendi poſſeſſionem.

## DECISIO XLII.

Quamvis non omnium, quæ à Majoribus conſtituta ſunt, ratio reddi poſſit, ut dicebat *Julianus I.C. in lib. 55. Digeſt.* aliàs *in l. non omnium 20. ff. de legib.*, præſentis tamen Cauſæ propoſitio, quæ Me coegit proponere Dubium bipartitum = *An ſit ſtandum, vel recedendum eſſet à deciſis uſque de anno 1696. cor. b. mem. Ottalora*, & reſpectivè = *itanc relaxandum eſſet Mandatum pro liberatione à moleſtiis*, impulit quoque (juxta ſuffragium receptum à DD. meis & pro perſiſtentia in deciſis, & pro relaxatione Mandati) rationem reddere, ob quam neceſſarium fuit ex facti contingentia, vel litigantium oſcitantia utrumque Dubium oculis, ac reſolutioni DD. meorum ſubiicere.

Reportaverat namque Julius Cæſar, cujus jura hæreditaria proſequebatur Gulielmus, aliique fratres de Gulielmis, *coram præfato Ottalora* Deciſionem, quæ legitur regiſtrata *in par. 16 rec. in ordine la 126.*, ſub qua adverſùs Andream ſatagentem infringere quamdam venditionem initam cum Gulielmo Sen. Patre Julii Cæſaris ſub prætextu enormis, ſive enormiſſimæ læſionis, & in gradu reſtitutionis in integrum decidi obtinuerat, conſtare de re judicata, non autem de eiſdem cauſis reſtitutionis in integrum, cum ſucceſſiva, ut moris eſt, taxatione expenſarum facta per *clar. me. Cardinalem Vicecomitem* ipſius *Ottalora* in hujuſmodi Cauſa ſucceſſorem; ſed quia neglexerunt Patroni, vel litigantes exequi Mandatum memoratæ taxationis, illud coram Me poſt intercapedinem Annorum 27. exequi intenderent, tam de Jure, quam de ſtylo noſtri Tribuna-

lis oportuit Cauſam iterum ad trutinam diſputationis appendi cum præfata prima parte Dubii, utrum perſiſtendum, vel recedendum eſſet a deciſis. Siquidem cum *Cæleſti-*
1 *nus III.* injunxerit, Judicem delegatum (quālis eſt noſtrum Tribunal, ſivè ſingularis Auditor in pronunciando, teſte *Coccin. in ejus an. not. 294. num. 3. & in dec. 1533. la 2. num. 51., & ſeqq.*) poteſtatem exequendi ſuam ſenten-
2 tiam non habere, niſi intrà Cancellos unius integri Anni, quemadmodum in reſponſione, ſeu lege tradita ab eodem *Cæleſtino* Priori S. Frigdiani habetur *in cap. quærenti, de Offic. deleg.*, quin etiam ob facilem acceſſum, quem tamquam proprii, & veri Cappellani habebant ad Principem, ſeu Papam,
3 noſtri Ordinis Auditores non poſſent antiquitus exequi ſuas Sententias, niſi concurrente approbatione, & placito Papæ, excepto caſu commiſſionis Cauſarum in Partibus, & quarum expeditiones relaxabantur ſub Plumbo, ſicuti proſequitur *idem Coccin. in præfata dec. 1533. ex num. 58. cum ſeqq.*

Hinc conſervando etiam alteram figu-
4 ram, quam ſuperventis novis Conſtitutionibus, tamquam inſimul Judices Ordinarii retinent iidem Auditores in procedendo, ob hanc ipſam intermixtam repræſentationem conſtantèr practicarunt, ut eorum reſolutiones, Mandata, vel Sententiæ nuſquam executioni demandarentur poſt effluxum Annorum decem; nam etſi quæcumque via
5 executiva regulariter non præſcribatur, niſi per ſpatium Annorum triginta, ad tradita per *Innoc. in cap. fin. de except.* quod ſane *Bald. ibidem* notabile dignum reputavit, ut ait *Rot. dec. 2111. num. 3. coram Coccin., & in Valentiana Executorialium 1. Iulii 1697. §. Fundamentum, cor. R. P. D. meo Molines*: Nihilominus in hoc conflictu, ſivè promiſcuo concurſu Juriſdictionis delegatæ, & ordinariæ reſpectivè, quarum prima expiraret, ut præmiſimus, per ſpatium unius Anni dumtaxat, & altera ſolummodo per decurſum Annorum
6 30., Sacra Rota determinavit tempus Annorum decem ad exequenda propria Iudicata, mediam ſic quodammodò viam ſolidè, ac rationabiliter eligendo, ſub ea ſatis vivida ratione, quod ſi Pars victrix ex incuria, vel alia de cauſa ſinat elabi præfatum ſpatium Annorum decem, ex hac ipſa taciturnitate merito poteſt ſuboriri præſumptio, vel non juris ejuſdem Partis victricis, vel quod eidem Parti victrici placuerit habere litem, & negocium pro derelicto, unde non congrueret ſubitò, & expeditè illud executioni demandari, ſicuti innixa antiquæ *deciſ. Caſſador. la 5. ut lit. pend.*, & reaſſumendo ſtylum noſtri Tribunalis, inſimulque rationem liquet ex præfata *deciſ. 2111. n. 4. & ſeq.*, & prius *dec. 1919. n. 6. cum ſeqq. coram Coccin. & dec. 406. num. 6. & 7. par. 12. & dec. 362. num. 1. & 2. par. 19.*, & concordat *Card. de Luca in relat. Cur. Foren. diſc. 32. num. 94.*

Cœterum, præciſivè a præfato laudabili ſtylo, clariſſima apparuit occaſio decernendi perſiſtentiam in deciſis: Ipſa namque Pars, quæ ſuccubuit, deſperans fortè receſſum, informare non curavit, ex eo, ut veriſimile eſt, motivo, quod fundamenta hujus Cauſæ reſpectu reſciſſionis Contractus, de quo agebatur, nempè circà læſionem ab initio promotam ab Andrea ejuſdem Partis Authore, ſubſiſtere undequaque viſa ſunt; ſignanter ex nuſquam probata (ut opus erat) enormi, aut alias ſufficienti læſione; cum Teſtes ad id adducti tàm in Partibus, quam coràm A. C. nullo modo ad intentum Partis, quæ eos induxerat, conferrent, per ea, quæ uberius diſcuſſa, & determinata leguntur *in præfata dec. 126. par. 16. rec.*, & priùs *ſub die 15. Iunii 1665. coram bo. mem. Bevilacqua*, & quibus non diſconveniunt, ſed benè conſonant in ſimili propoſito firmata *in Aſculana Dotis 11. Martii 1680. §. Ideòque cum ſeq. confirmata 27. Ianuarii 1681. coram bo. me. Rondinino.*

Conſtitutio itaque de ſubſiſtentia præfatarum reſolutionum in ordine ad eliminandam læſionem prætenſam ab Andrea, ſuccedebat innegabilis relaxatio Mandati pro liberatione a moleſtiis decreta in ſecunda parte hodiernæ propoſitionis; nam eo ipſo, quod Guglielmi validè, & juſtè conquiniverant Fundum, in claram emergebat conſequentiam, quod cùm præfati Guglielmi paſſi ſuper eodem fundo moleſtationes à Pompeo, aliiſque de Mazzis congruè interpellaverint Andream venditorem quoad ſuperventas moleſtationes, & ad effectum dimittendi veros, & hypothecarios Creditores, quales erant illi de Mazzis, qui contra Fundum egerant, obſtricti fuerint Cenſum paſſivum ſuperimponere, eumdemque creare ad favorem Monialium S. Mariæ Magdale-
7 næ, omni Jure eiuſdem de Guglielmis deberetur reſervatio, ejuſque vice liberatio à moleſtiis, ſicuti providè reſpondit *Scævola in l. creditor 54. §. Prædium, ff. de act. empt.*, & dixit *Rot. dec. 795. num. 1. coram. Dunozett. iun. dec. 266. n. 1. cum ſeqq. cor. Bich., & in Romana, ſeù Sabinen. liberationis à moleſtiis 28. Ianuarii 1667. §. Ejus namque coram bo. mem. Emerix Sen., & in Vrbevetana Cenſus 23. Iunii 1679. §. Iuſtitia namque, coram Bourlemont.*

Hujuſmodi verò Mandatum; quod hodiè exiſtimarunt Domini relaxandum generaliter pro liberatione a moleſtiis, conſecutivè comprehendebat etiam fructus, quos obligati extiterunt refundere, ſeu exſolvere memoratis Monialibus iidem Guglielmi impoſitores; liberatio etenim a moleſtiis trahit
8 in conſequentiam omne intereſſe, omneque damnum, quod ſucceſsivè promanat ab eiſdem moleſtiis, ut ait *Rot. coram Seraphin. deciſ.*

*ciſ.671. n.7. & cor. Dunozett. jun. deciſ.104. n.1. & d. deciſ.266. n.7. & 16. coram Bich. & in Rom., ſeu Neapolitana liberationis a moleſtiis 10. Maii 1688. §. Quo enim ad primum coram b. m. Benincaſa*: Et maxime (prout hic)
9 accedente expreſſa ſtipulatione deſupèr conventa in primo Inſtrumento venditionis inito per Andream non tantum nomine proprio, quam uti etiam Patrem, & legitimum adminiſtratorem Ioannis Philippi ejus filii, ſicuti proſequitur *eadem Rota deciſ.383.n.6. & deciſ.787. n.1. & 2. & num.10. coram Seraphin. dec.479. n.2. poſt Cenc. de Cenſ. & dicta deciſ. 104. num.2. cor. Dunozett. Jun. deciſ.188. coram Royas, & dec.270. cor.Card. Celſ.* utrobique *n. 3., & deciſ. 330. num. 8. par.10. rec.*

Verùm quia ulteriùs Guglielmi poſſeſſores poſt ſolutos Monialibus fructus Cenſus intermediè decurſos pariformiter exburſarunt ſortem non per viam puræ redemptio-
10 nis, ſivè extinctionis, in quibus ſanè terminis, vel nulla potuiſſet reportari ceſſio, vel tamquam mere redemptiva, & extinctiva remanſiſſet inutilis, ut habetur *in deciſ 165. n.7. poſt Pacific. de Salvian., & dec.543. n.5. coram Merlin. & dec. 274. n. 8. coram Card. & dec. 129. n.4. coram Card. Cerr.* ſed per viam ſubintrationis, & acquiſitionis jurium
11 translative ſicuti licet cuicumque extraneo, multoque magis Tertio poſſeſſori Fundi vexati, ex iis, quæ bene firmantur per *Roderic. de ann. reddit. lib.1. qu.12. n.30. in fine, Carleval. de Iudic. tit.3. diſput. 35. n.23. Capyc. Latr. deciſ.16. n. 20. & ſequ. & n.28. cum ſeqq.*

Conſequens non minùs erat, quod idem Mandatum pro liberatione à moleſtiis contineret, ſtante Clauſula (ut moris eſt) adie-
12 cta in Commiſſione Mihi oblata, *quam & quas*, quæve regulariter amplectitur omnia dependentia, emergentia, ut conſequentia à Judicio principali, teſte *Ridolphin. in prax. par.1. cap.13. n.392., Rota deciſ.97. num.33. part.7. rec. Bich. deciſ.198. num.6. Cerr. deciſ.169. n.7.* totum id, quod ab eodem Iudicio principali reſultabat, videlicet ſubalternam relaxtionem Mandati etiam pro
13 fructibus activis in poſterùm decurrendis commodo ipſorum de Guglielmis, qui, ut diximus, fuerant ingreſſi per ceſſionem translative conquiſitam in Jura Monialium, *ad Rot. deciſ.97. num.7., & dec. 324. num.3. cum 2. ſeqq. cor. Ubald., & in rec. deciſ.278. n.1. & ſeqq. ac per tot. par.15. dec.330. ex n.5. uſque ad 9. part 17., & in Romana evictionis 23. Junii 1687. §. Minus relevare, & ſeqq. cor. bo. me. Benincaſa.*

Abſque eo quod reſolutionem captam enervare poſſet obiectio, quod tranſactis 30. annis intrare poſſet præſcriptio; Præterquam-
14 quod enim in materia Cenſuum reſpectu annorum 29. præſcriptio tricenaria non currit, inquantum cenſentur eſſe tot Credita, quot ſunt anni, ut per *Rot. deciſ.303. num.3 & dec.304. n.2. poſt Cenc. de Cenſ. & dec.23. n.16. cum 2. ſeqq. & n. 27. cor. Bic. & dec.67. n.4. par.17. rec.*, triginta verò Annis tranſactis præſcriptæ remanſiſſent ad ſummum illæ priores annatæ, quæ habebant legitimum tempus inductivum præſcriptionis contra ſe, nempè Annorum triginta, itaut in effe-
15 ctu omnia illa credita, ſive annualitates dici poſſent præſcriptæ, quæ ſupra ſpatium annorum triginta non reperiebantur exactæ, nec petitæ per Creditorem, juxtà deciſa *apud Merlin. dec.386. n.3. & dec. 178. n. 17. coram Card.Cerr.*, & alibi paſſim; quapropter applicando ad rem, quia ſolum effluxi apparebant anni 36., quæſtio reducebatur ad ſeptem dumtaxat annualitates.

Adhuc pro fundamentali everſione hujuſcemodi objecti evulſit, & placuit Dominis biceps reſponſio allata pro Guglielmis, nempè, vel quod iidem Guglielmi, hactenus informantes, de tempore, quo prætendi poterat pedem figere poſſe præſcriptionem,
16 reperiebantur conſtituti in ætate pupillari, vel minori, & idcirco contra eos vel inchoari non potuit, vel ſuſpenſa, & inefficax remanſit præſcriptio, *vulg. Iur.* ut apud *Mandell. conſ.355. n.24. & 25. Urſill. ad Afflict. deciſ.13. n.11. Rot. cor. Duran. dec.426. n.11. & cor. Zarat. dec.75. num.13., & in Romana reſciſſionis contractus 4. Apr. 1677. §. Firmata, & 25. Iunii 1678. §. Præſcriptionis verò refugium cor. bo. me. Bourlemont., & in Urbevetana relevationis indemnitatis 20. Junii 1685. §. fin. cor. bo. me. Paulluccio.*

Vel quod neque etiam in rei veritate poterat reputari conſumatum integrum ſpatium tricenarium, quia cum ſolum de Anno 1662. orta fuerit actio præſentis Judicii ſuper liberatione a moleſtiis cum ſucceſſiva victoria, & antequam ſuperveniret Annus trigeſimus, nempe de Anno 1691. Guglielmi petierint *coram bo. me. Benincaſa* ſucceſſore *clar. mem. Cardinalis Vicecomitis* moderari inhibitionem circa appellationem interpoſitam non tantum a Iudicato bo. me. Ottaloræ, quàm a ſubſequenti taxatione expenſarum facta à Cardinali Vicecomite, eidemque inſtantiæ ſe oppoſuerint habentes cauſam ab Andrea, non poterant ullo modo (ut ex oculari ſupputatione) cenſeri integraliter præterlapſi triginta anni; quapropter ex hujuſ-
17 modi actibus ceſſante negligentia, ceſſare viſa eſt Mater præſcriptionis, quæ eſt eadem negligentia, ex deductis per *Surd. deciſ.236. n.15., Rot. dec.17. n.3. in fin. par.4. rec. dec.407. n.16. par.5. deciſ. 270. n 5. par.6. dec.79. n.6. & dec.243. n.13. part.15.*, quan-
18 do tamen præſcriptio, utpote in Jure noſtro odioſa, exigit conſumptionem temporis

plenariam, & perfectam, & uno die, qui deficiat contentatur ad ſuimet excluſionem, juxtà notata per *Everard. Jun. conſ.39. n.36. lib.1. Rot.deciſ.519. n.2.par.4. tom.3. rec. deciſ.226.num.49.par.7. deciſ.290. num.9.par15. deciſ.21.n.8. & deciſ.518.n.15. & 16.par.18.*

Et ità, informantibus dumtaxat illis de Guglielmis, fratribus verò de Alexandris jamdiù monitis, & dilationem inopportunè petentibus, reſponſum fuit &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO*

VT legitur in ſupradicta Deciſione, agitur de ſtylo Tribunalis non exequentis propria Mandata, ſivè Judicata ſine nova trutinatione Cauſæ, poſtquàm ab ultimo Judicato tranſacti noſcuntur Anni ſuprà decem, cumque in præſenti Cauſa *Piſauren.* actum quidquam non audiverim poſt publicationem hujus Deciſionis, facile eſt, quod iterùm idipſum oporteat ob ſocordiam Partis in poſterùm practicare; Quædam etenim
19 videntur Fata Cauſarum, ut diutiùs ex incuria litigantium obſoletæ dormiant, & poſteà exſurgant de repentè, & ità non jam ex defectu Tribunalis, ſed per ipſorum Collitigantium negligentiam Cauſæ redduntur immortales.

Accidit hoc ipſum in quadam Cauſa *Præneſtina Fideicommiſſi*, in qua cum *coram Vrſino* prodiiſſent duæ interpolatæ Deciſiones, altera *ſub die 26. Junii 1686.*, & altera *ſub die 30. Aprilis 1688.*, rursùs conceſſa nova Audientia propoſita, & reſoluta fuit eadem Cauſa *ſub die 13. Junii 1689.*, ſed Pars, quæ favorabilem reſolutionem obtinuerat, neglexit inſiſtere pro extenſione, & publicatione noviſſimè Deciſionis, cumque poſt lapſum duodecim Annorum neceſſarium foret ad normam ſtyli prælaudati Cauſam reproponi, cæpit Cecconus victor in ſupradicta ultima reſolutione exorare Dominos, ut interim defuncto *Vrſino*, aliquis alius Auditor ſub nomine ejuſdem *Vrſini* Deciſionem extenderet juxtà fundamenta per Informantes oblata in die diſputationis: At quia nulla extabant veſtigia Suffragiorum, quæ relinqui ſolent in manibus Ponentis, rejecta fuit inſtantia & *ſub die 27. Martii 1702. coram Reverendiſs. D. Molines Decano* extitit reſcriptum *Proponatur Cauſa* & ſic quoadmmodò ex integro; ſibi namque imputare debebat Cecconus hoc tale quale infortunium: Jura enim inquit *Scævola in l.pupillus 24.in fin.ff.quæ in fraudem Creditor. = vigilantibus, & non dormientibus Iura ſuccurrunt.*

Vbi verò contigat, aliquem ex Auditoribus præmori, vel abeſſe à Tribunali ex cauſa Promotionis ad Epiſcopatum, vel Cardinalatum cum ſimilibus, prius quam extenſa fuerit per eumdem Deciſio, tunc ſtylus eſt,
20 ut ejuſdem Auditoris ſtudiorum Adjutor Deciſionem extendat, ſed antè illius publicationem tranſmittat, una cum Suffragiis, vel ad Reverendiſs. Decanum, vel ad eoſdem Dominos, qui ſuffragati fuerunt, ut meo tempore contigit præ cæteris per obitum *bo. mem. Vrſini, & Jacometti*, nec non per diſceſſum *R. P. D. dell'Olmo* tranſlati ad munus Magni Cancellariatus Mediolani, idque ne prædicti Auditores fraudentur illa exigua recognitione, de qua meminit præclarus
21 olim *Rondinini* Adjutor, nunc pluribus Prælaturæ Magiſtratibus meritò condecoratus *Peregrinus Maſerius in ſuo Praxi Legationis Avenionis, ac Æmiliæ lib.1.cap.31.n.33.& ſeqq.*

In concernentibus verò materiam Deciſionis, de qua ſupra, nempè liberationis à moleſtiis, illiuſvè practica, & effectibus, caſum habui de tempore ſuſceptæ Advocationis, in quo Raphael Marcheſius Franciſco Antonio filio ſuo tradens in Vxorem Eleonoram, futuræ Sponſæ, ſeù Nurui promiſit mediante Apoca perſolvere ſcuta tria menſtrua pro illius ornatu ſivè diurnis expenſis, & (ut dicitur) *per le ſpille*; quapropter cùm poſt obitum ejuſdem Raphaelis Eleonora, opportunè reportaſſet Mandata contra ejus bona hæreditaria, Iacobus Vincentius, alterve frater Franciſci Antonii Judicium retorſerunt contrà ipſum Franciſcum Antonium pro liberatione à moleſtijs prævia ſaltem collatione dotis per eum habitæ ab Eleonora, emanavitque tunc Me non ſcribente Deciſio favorabilis Franciſco Antonio *ſub die 1. Julii 1680.* confirmata *4. Julii 1681. coram Paaluccio*: aſſumptus autem ad tuenda jura Fratrum ſuccumbentium reſpondi, ut ſequitur, & ſucceſsive reaſſumpta diſputatione noviſsimis temporibus (Me tamen penitùs à ſuffragando abſtinente) tandem *ſub die 29. Ianuar. 1703.* revocatum fuit *Paaluccii* Judicatum mediante reſcripto= *Sententiam eſſe informandam*; Reſponſi verò tenor incipit.

In Deciſione, à qua benignè conceſſa fuit nova audientia, duo revera Juris ſolidiſsimæ propoſitiones non impugnantur: Prima ni-
22 mirum, quod ſi donatio, de qua agitur, facta noſceretur contemplatione certi, & individui Matrimonii per D. Adverſarium cum D. Eleonora contracti, intrare poſſet onus illam conferendi, nemine etenim contradicente ità diſtinguendo inter hunc caſum, & donationem ſimplicem, vel ex cauſa Matrimonii in genere firmarunt *Peregrin. de Fideic. art.36. num.134. Melia.de ris.nupt.lib.3. quæſt.21.num.14. Roland.conſ.70.num.14.lib.4. Fab. de error. pragm. decad.4. error. 9. num.6. verſ.denique, Michalor. de Fratr. par.1.cap.10. num.22. Giovagnon.reſponſ.73.num 63 lib.2. Altograd. conſ.7. num.40.lib.1.Cyriac.controv. 368. num.6. Barrij de ſucceſ. lib.14.tit.4.in fin. Fontanell. de Pact. nupt.clauſ.4.gloſ.1. num.40.& ſeq.*

Coa-

Digitized by Google

*Conciol.alleg.*75. *n.* 33. *&* 34. *Fragoſ. de regim. Reip. Chriſtianæ par.*3.*lib.*5.*diſput.*4.§.9.*n.*294. *Ludovic. Bell.conſ.*19.*n.*6.*& ſeq.* optime *Torr. de pact. fut. ſucceſ.lib.*3.*cap.*13. *num.*280. *cum pluribus ſeqq. Card.Celſ. dec.*183.*num.*7. *Rot.deciſ.*389. *num.*2. 3. *&* 4. *par.*12. *& deciſ.*31.*n.*9. *&* 10. *poſt eumdem Torr.*, & conſonat *Rot. deciſ.*64. *num.*1.*& ſeq. par.*16. *rec.*

Et altera, quod nulla differentia interce-
23 dat, ſive donatio facta legatur directe, & immediate ipſimet filio, ſive ad Commodum Nurus, dummodò contemplatione ejuſdem filii à Patre emanaverit, quoniam in hoc pariter adeſt clara, & litteralis diluc datio *gloſſ. in l. ut liberis*, *in verbo diſcretione*, *C. de collat.*, ibi = *nulla diſcretione intercedente, utrum in ipſas Sponſas pro liberis ſuis memorati Parentes donationem contulerint* = *& in l.dotem dedit.*, *ff. de collat. bonor.*, quorum Jurium diſpoſitionem egregie enucleat *Faber. de error. pragm. dec.*41. *error.*1.*n.*6.*per tot. Ant. Gomez. ad l.*29. *Taur. num.*15.*Valaſc. de partit.cap.*13.*n.*44.45.*&* 46. *Carval. de utraque quart.par.*4. *cap.*1. *n.*60. *in fine*, *verſ.ampliatur etiam*, *Parlador.in ſequiſcentur. differ.*5.§.3. *num.*16. *Merlin. de legit.lib.*2. *tit.*2.*quæſt.*20.*num.*10.*Hermoſill.ad ll.partitarum gloſſ.*6. *l.*3. *tit.*4.*par.*5. *num.*47. *Michalor. de Fratr. par.*1. *cap.*28.*num.*4. juncto *num.*7. , cum quo aliis relatis concordat in fortioribus *Cirocc. diſcept.* 67.*num.*26.*Theſaur.dec.*48. *per tot.* & ſignanter *num.*4. *Rot. dec.*389. *n.*28. *&* 29. *par.*12.*rec.* , *& deciſ.*31. *num.*12. *poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ.*

Tota itaque ratio adverſæ reſolutionis unice vel ſaltem Præcipue fundatur in eo, quod præſens donatio non habuerit præfatum Matrimonium pro cauſa finali, ſed ſolummodo pro cauſa aliqualitèr impulſiva, unde eadem Deciſio proſequitur, quod in ſubſtantia, ipſa donatio, tanquam ex mera, & ſpontanea liberalitate proveniens, dici mereatur ſimplex, proindeque collationi minime ſubjecta, pròut habetur *in* §. *Undè cùm*, ubi *in fin.* concluditur per hæc verba = *Ideò tamquàm donationem ſimplicem, nec imputandam, nec conferendam fuit concluſum*.

Verum, admiſſo pro nunc hujuſmodi præſuppoſito, (quod tamen ex infra deducendis minime ſubſiſtit) hic profectò verificatur Adagium illud, quod Pars adverſa *incidit in Scillam, capiens vitare Carybdim*: ſi etenim controverſa donatio conſideranda venit uti ſimplex, & ex mera liberalitate procedens, Cauſa ex hac Parte ponitur in tuto, cùm ad evidentiam pro deſtruenda radicitùs eadem donatione ſubintret gemina cenſura noſtri Statuti, tam *in cap.*149., quam *in cap.*150., In primo namque mandatur, quod hujuſmodi donationes ſimplices minime ſubſiſtant, niſi Donans in ipſa Scſrptura coràm Notario, & Teſtibus manu propria illicò, & incontinenti in ipſius actus celebratione ſubſcripſerit, vel niſi ſaltem duo Teſtes adhibeatur eodem tempore, quo Donans ſe ſubſcribat, quinimò præcipitur, Inſtrumenta aliter celebrata nullam prorſus fidem facere in Judicio, vel extrà, nec aliqua etiam extrinſeca probatione juvari poſſe, vel adminiculari: In ſequenti autem *cap.*150. demandatur, conſimiles donationes excedentes ſummam Ducat.200. inſinuari debere; ideòque cum tàm prædict e ſolemnitates, & ſignanter ſubſcriptio bo. mem. D. Raphaelis coram Notario, & Teſtibus fuerint in Apoca prætenſæ donationis omiſſæ, ulteriuſque deficiat demanda-
24 ta inſinuatio, corruit manifeſtiſſime ex defectu utriſque formæ ſubſtantiali ipſa donatio, & habetur, acſi per bo. mem. D. Raphaelem exarata non eſſet, ut ab expreſſis verbis ejuſdem Statuti colligitur, ibique *Fenzon. num.*39. *&* 40. *Rota coram Dunoz. Jun. deciſ.*554.*num.*4., *& dec.*676.*num.*38.*& dec.*173. *num.*1. *par.*14. *rec.* *& in Romana Pecuntaria* 7. *Junii* 1676.*cor. R. P. D. meo Taja in princ.*, & de ſubſcriptione Donatoris in Matrice Inſtrumenti ad perfectionem actus requiſita, *Rota dec.* 285. *num.*6. *par.*11. *rec.*

Atque hinc nequit amplius recurri ad pri-
25 vilegium, & cauſam Matrimonii, unde donatio dici mereatur ob cauſam, & per conſequens exempta à Juris Municipalis ſanctione; quia tunc illa ſuffragari poſſet, quoties Matrimonium in caſu noſtro fuiſſet individualiter contemplatum, & ex illius cauſa finali deventum ad donationem, ſed cum Deciſio contraria ſupponat, & definiat, do-
26 nationem fuiſſe ſimplicem, ſolumque ab ipſo Matrimonio deſumptam fuiſſe cauſam impulſivam, iſta non alterat naturam donationis, & ob id tàm præfatæ ſolemnitates, quàm inſinuatio per neceſſe deſiderantur, ut in puncto proſequitur *Fenzon. in dicto cap.*149. *num.*43. ubi allegat *Rota poſt Pich. dec.*22. *n.*8. *& ſeq.*, & individuo pariformiter tradiderunt *Cravett.conſ.*85.*num.*3.*Gabr.conſ.*57.*lib.*2. *per tot. Giovagnon. conſ.*83. *num.*46. *lib.*1., itàque etiam diſtinguit *Gratian.diſcept.*984.*n.*26. *Manter. dec.* 10. *n.*1.*&* 2.*Rota d.dec.*64.*n.*1.2. *&* 3.*par.*16. ubi quod ad effectum, quod donatio dici poſſit ob cauſam, requiritur contemplatio certi, & individui Matrimonii.

Neque dicatur reſpectu prænominati defectus inſinuationis, quod quantitas in do-
27 natione compræhenſa non excedat quantitatem ab eodem Statuto præfinitam, videlicet Ducatos biſcentum juxtà hodiernum valorem conſtituen. ſummam ſcut.150., ut optime notavit *idem Fenzon.in d.cap.*150.*n.*31. *Rota in Bononien. Dotis* 28.*Junii* 1647.§.*Nec obſtat*, *coram bo. mem. Meltio*, *& in Romana Donationis* 26. *Februarii* 1674. §.*Neque dubitarunt*, *cor.* R. *P. D. Rondinino*.

Quoniam, ultrà quod remanet ſemper in ſuo robore, & efficacia alter inſanabilis defectus

fectus ſubſcriptionis, de quo ſuprà in vim
*cap.149.*; indubitati tamen Iuris eſt, quod
28 quandò (pròut hic) donatio concepta le-
gitur ad vitam donatarij, locnm ſibi vindicat
computatio ad normam *Text. in l. hæredita-
tum. ff. ad l. facild.*, & attigente quantitate
ad ſummam prohibitam, donatio proculdu-
bio venit inſinnanda, ut probat littera *Text.
in l. ſancimus, §.Sin autem cohæredum*, ibi = *vel
adiiciatur tempus vitæ vel Donatoris, vel ejus,
qui donationem accepit*=*C.de donation,Capyc.de-
ciſ.203.ſub n.1.3.& ſeq.Rot.in dicta Bononien.
Dotis 28.Junii 1647.§.Nec obſtat,cor.bo.mem.
Meltio, & in d.Romana Donationis 26.Februa-
rii 1674.§. Aut donatum fuit, coram R.P. D.
Rondinino*, cujus particula in opportunis da-
tur in calce.

Applicando autem ad rem, quis dubitat,
29 quod facta computatione prætenſæ annuæ
donationis ſcut.36. ad vitam D. Eleonoræ
tunc conſtitutæ in ætate Annorum 28.,
quantitas donata ſupercedat fermè ſc. 8ɔɔ.,
cùm *in d.l.hæreditatum*, aliàs *l.computationi, ff.
ad l.falcid.vita hominis computatur* (ſunt verba
præciſa *ejuſdem l.*) *ab Annis 25. uſque ad An-
nos 30. A ınorum 25.*

Cœterum, ut præmiſimus, nullo modo
ſubſiſtit, quod præſens donatio facta per Ra-
phaelem non habuerit pro mera cauſa finali
ipſum Matrimonium cum D. Eleonora con-
cluſum, cùm id ad litteram convincatur ex
illi verbis = *havendo trattato, e concluſo il Ma-
trimonio &c. di qui è, che con la præſente mi ob-
bligo &c.* dictionem etenim, *hinc eſt* cauſam
30 finaliſſimam importare, præter notata apud
*Scribentes in can. inferior 21.diſtinct. Gozadin.
conſ.9.n.36. Cened.ſingul.59.n.3. Barboſ. dict.
284.n.4.*, perbellè firmavit *Rot. in dec.383.
n.13.par.12.rec., & in Peruſina Cenſus 21.
Aprilis 1669.§.Siſtis namque circa med. cor.Re-
verendiſs. Bourlemont.*

Non adverſante, quod jam de facto Ma-
31. trimonium reperiretur concluſum, ideòque
contemplatio ejuſdem matrimonii reſolva-
tur in meram cauſam impulſivam, ex *Torr.
pact.fut. ſucceſſ. lib.3. cap.13. n.269.*; quia
hujuſmodi *Authoritas* allegata fuit in obie-
cto, non autem in reſponſione, in qua oſten-
dit, quod ſtante (ut ad præſens) vicinitate
32 temoris inter Capitula matrimonialia &
donationem, iſta proculdubio præſumitur
correſpectiva ad idem Matrimonium, præ-
cipuè, quia alias non fuiſſet Donans dona-
turus, vel ſaltem in his terminis aſſumit na-
turam augumenti dotalis ex parte Soceri, un-
dè ſemper locus exiſtit imputationi, & col-
lationi, pròut videre eſt *apud præfatum Au-
thorem ex num.272. cum pluribus ſeqq.*, & con-
ſonat deducta per *Giovagnon. d. reſponſ.33.
n.48. lib.1. DeLuca de donat.lib.8.diſc.31.n.9.
& diſc.32. num.11. verſ. attamen.*

Quinimo quotiès ſubſiſteret hujuſmodi
fundamentum deſumptum ex donatione
inita poſt concluſum Matrimonium, ex dia-
metro pugnaret cum §. *penultimo* ejuſdem
contrariæ Deciſionis; ibi etenim reſponden-
do *l. ut liberis C. de collat.* animadvertitur,
quod præfatus *Text.*, ſeù Conſtitutio *Leonis*
loquitur de dote, vel donatione antè, vel
propter nuptias, à quo (ut proſequitur ea-
dem Deciſio) nequit inferri ad caſum iſtius
donationis, ex quo illa aliud nomen non pro-
mereatur, quam Sponſalitiæ largitatis, &
tamen ob iſtam met cauſam, quod donatio,
33 de qua eſt quæſtio, facta dignoſcitur poſt
Matrimonium jam concluſum, nuncupari
non poteſt largitas Sponſalitia, cum de hujus
natura ſit, ut non contracti, ſed futuri Ma-
trimonii contemplatione celebretur, ad tra
dita in ſpecie per *Adden.ad Ludoviſ. deciſ.563.
lit. B. Durun.deciſ.129. num.3.*, & in hoc eſt
*gloſſ. in §. Eſt, & aliud, Inſtit. tit. de donat.* latè
*Pignat.ad Stat.Ferrar.lib.2.Rubr.121.n.2.& 5.*

Remanet itaquè hujuſmodi donatio, quæ
reperitur confecta poſt concluſum Matrimo-
nium, ſeù Sponſalia, antequàm tamen illud
fuerit contractum, in puris, & veris terminis
donationis emiſſæ ex cauſa finali ejuſdem
certi, & individui Matrimonii, & ob id ab
aliquibus, licèt impropriè, nuncupatur pro-
34 pter nuptias, quoniam cùm donatio propter
nuptias apud antiquos non ſolum frequens,
ſed etiam neceſſaria, ut colligitur ex *Text.in*
35 *l. fin. C.de donat.antè nupt.*, nunc diſceſſerit ab
Aula, ex firmatis per *R.P.D. meum de Luca de
donat. diſc.31.n.3., & 4.* late *Fontonell.dec.489.,
& de pact. nupt. clauſ.4.gloſ.1.n.6., & clauſ.7.
gloſſ.1.par.3.n.18.Cutelli.de donat.tract.1.diſc.1.
partic.unica à num.5.*; conſideratur hodiè, &
36 hujuſmodi denominatione fulcitur tantum-
modo ad effectum, an donatio fuerit facta ex
præciſa cauſa Matrimonii, ac utrùm Donans
fuiſſet aliter donaturus, ut exindè aſſumat
vim, & efficaciam donationis propter nup-
tias, ex *Ludoviſ. de dec. 563. n.2. & ſeq.Gio-
vagnon.d.reſponſ.83.n.48.verſ.non obſtat., lib.1.*

Et in omnem caſum, quoties mallemus
perſiſtere in eo, quod iſta donatio, tanquàm
exarata poſt Matrimonium concluſum, illud
non habuerit pro cauſa finali, impoſſibile
redditur evadere determinationem noſtri
Statuti *in d. cap.150.* ad ea, quæ ultra ſuperiùs
laudatos plene firmat *Gratian.diſcept.297.* ubi
poſtquàm *ex n.1. cum ſeqq.*, nixus eſt pro
effugienda collatione demonſtrare, quod do-
natio in eo caſu facta per Patrem ex cauſa
Matrimonii erat ſimplex, ut potè impulſivè,
& non finaliter proveniens ab eodem Matri-
monio, fateri cogitur *ſub n.6.*, quod ipſa
requirebat inſinuationem, ideinque ſub eo-
37 dem fundamento Matrimonii jam perfecti
voluerunt *Gabr. conſ.10.per tot.lib.1. Cravett.
conſ.54 n.36. Spad.conſ.169. n.2., & 3. lib.3.
Coccin. dec.433., & dec.469.n.4. & 5.R.t.de-
ciſ.241.*

ciſ.241. n.2. & 3. par.7., & deciſ.40. n.13. cor.
Celſ. R.P.D. meus de Luca de donat. diſc.31.,&
diſc.32. utrobique num.11.
Firmato igitur, quod quòcumque ſe ver-
tat Pars adverſa, vel locus eſt collationi, vel
donatio collabeſcit ex palpabili defectu ſo-
lemnitatum, & inſinuationis; parùm juvat
habere refugium ad mentem, & intentionem
Donantis, quaſi quod ipſe voluerit, hujuſ-
modi donationem immunem reddi a colla-
38 tione: quia vel ad hunc effectum requirun-
tur verba expreſſa, vel ſaltem conjecturæ de-
bent eſſe efficaciſsimæ, ac per neceſſe con-
cludentes, ut conciliando Text. in l. ex parte,
§. Inteſtato, ff. famil. ercisc. cum diſpoſitione
Auth. ex teſtamento C. de collat. §. Illud Auth.
de tricut., & ſemiſſ. fuſe notatur apud Mainard.
Illuſtr. quæſt. lib.8. cap 57. Valaſc. in prax. par-
tit. cap.34. n.17. & ſeq. Riminald. in d. Auth.
ex Teſtamento C. de collat. Bolognett. in l. eman-
cipati n.41. C. eodem, Bellon. conſ.19. n.30. Surd.
conſ.361. n.34., & omnium latiſſimè Torr. de
pact. futur ſucceſſ. lib.3. cap. 13. n.297. cum ſeqq.
Nulla autem verba in caſu noſtro repe-
riuntur, quæ iſtam collationem expreſsè
prohibeant, neque conjecturæ in eadem De-
ciſione ponderatæ alicujus exiſtont roboris,
& momenti; ſiquidem illa, quæ depromitur
ex illis verbis = da ſpenderli come li parrà, &
piacerà, explicant dumtaxat id, quod inerat
39 de Jure, quælibet enim donatio eſt transla-
tiva dominii, tribuitque proinde facultatem
Donatario de ea libere diſponendi, ut ait
gloſ., & Aretin. in §. Alia autem, Inſtit. tit. de
donat. Capr. conſ.144. n.5. Ludovic. dec. Peruſin.
29. n.6. cum ſeq. Rota apud Poſth. de manut. dec.
58. n.18. & ſeq., undè, ſi hujuſmodi conjectu-
ra relevaret, neceſſe foret, quod nullæ dona-
tiones eſſent conferendæ, & tamen contra-
rium communi, ut ſupra, Doctorum calculo
40 receptum eſt, ſicque tamen expreſſio ejus,
quod inerat de Jure, nihil operatur, vulgato
axiomate, de quo apud Barboſ. axiom.89. n.15.
41 & in puncto, quod iſta verba præciſa nullo
modo importent receſſum à collatione, tra-
dit videndus Cirocc. diſcept.67. n.31. verſ. quia
hæc cum ſeqq.
Fortius verò, quia potiùs concluſio mili-
42 tat in oppoſitum, qoia ne locus exiſtat colla-
tioni, vel imputationi, oportet, quod bona
donata ſint prohibita alienari, ſub ea ratio-
ne, quod non debent in portionem liberæ
hæreditatis commenſurari res, & bona vin-
culata, ad Text. in l. omnimodò, §. Imputari,
C. de inoff. teſtam. Joann. Faber in §. final. ſub
n.3. Inſtit. tit. de hæred. qualit. & different. Cra-
vett. conſ.136. n.3. Caval. quæſt.682. n.6. Gra-
tian. diſcept.159. n.29., & ſub num.30. Aloyſ.
Manſ. conſult.155. num.16.
Ejuſdemque irrelevantiæ detegitur altera
ponderatio deſumpta ex eo, quod nullum
dominium, aut Jus conſtante Matrimonio,
vel eo ſoluto ſuper iſta donatione pertineat
ad D. Adverſarium, ſed ſtatim Matrimonio
ceſſante expiret donatio: quatenus enim per-
tinet ad aſſertam neceſſitatem acquiſitionis,
equivocum videtur eſſe manifeſtum, quia
non prætendimus, quod ipſe actualiter con-
ferre teneatur aliquam proprietatem corre-
ſpondentem annuo redditui ſcut.36., vel
quod ipſum annuum redditum, quem non
acquirit, phyſicè ponat in maſſa hæreditatis,
ſed quod cum, ex ſupra deductis, ejus con-
templatione Pater devenerit ad hanc men-
ſtruam proviſionem, ipſeque in ſubſtantia
ſentiat commodum (ut infrà) iſtius levami-
nis, & donationis, liberare idcirco obſtrin-
gatur à moleſtiis DD. Principales, prout ha-
43 bemus practicatum in materia collationis
dotium, in qua licet ipſius dominium, & jus
pertineat ad Maritum, adhuc tamen quando
filia intendit ſuccedere in paterna hæredita-
te cavere cogitur fratribus cohæredibus ad-
versùs Viri prætenſionem, juxta gloſſ. in l.2.
ff. de collat. in verb. liberent, ibi = ve cavit de in-
demnitate, quando ſoluta non eſt, eamque in pun-
cto proſequitur Caſtrenſ. num.1., & 3 cum aliis
per Vrceol. conſuit. cap.40. n.16., 17., & 18.,
& concordat Michalor. de fratr. par.1. cap.21.
num.3.
Quovero ad expirationem donationis
Matrimonio diſſoluto, Mangil., & Merlin.
cæterique ad id allegati loquuntur de impu-
tatione, vel collatione, quæ prætenditur in
ipſa proprietate, durum etenim eſſet, quod
(ex. gr.) ſi Pater filiis, vel filiæ donaret Præ-
dium ab eo ſecuta morte alteri reſtituen-
dum, teneretur filius, vel filia ipſum in cor-
pore, & ſubſtantia conferre, vel imputare,
quoniam maxima induceretur inæqualitas
contra naturam, & introductionem colla-
tionis, dum cœteri filii haberent bona libera,
& alienabilia, ipſe vero Prædium vincula-
tum. quod tanti minus ex notoriis exiſtima-
tur; ſed non dicunt, quod ſi fratres conten-
derent, ut ille poneret in communi fructus
ipſius Prædii, quos ultra æqualem portionem
habitam cum fratribus perciperet, non tene-
44 tur; undè, ne vagemur per extranea argu-
menta, in his præciſis terminis menſtruæ præ-
ſtationis, illam ſubjacere collationi indivi-
dualiter firmarunt Flor. de Men, in addit. ad
Gamm. dec.140. n.3. & idem Gamm. dec.164. n.4.
verſ. hæc tamen intelligerem, & per tot. Molin. de
juſtit., & jur. tom.1. diſp.238. verſ. Gamm., Her-
moſill. ad ll. partitarum gloſſ.6. l.3. tit.40. par.5.
num.56., & quod ipſum commodum, qoam-
45 diu dorat, debeat imputari, vel conferri, di-
ſtinguendo tradit idem Tiraqu. in contrarium
laudatus in l. ſi unquam, verbo ſuſcederit liberos
n.173. verſ. quod intelligunt, juncto num.174.
verſ. quod, & ſimiliter intelliges, & in puncto
etiam reſpondit videnda Rota dec.87. n.20., &
ſeq. par.15. rec.

Ne-

Nequè ex eo, quod hujuſmodi donatio *per le ſpille*, concernat cultum, & ornatum Uxoris, immunis reddi potuit a collatione: quia ultra quod adhuc D. Adverſarius commodum exinde reportat, cum liberetur ab eis vexationibus, quibus pro ſimilibus indigentiis ſolent Mulieres Viros infeſtare, idem
46 adamuſſim quotidie practicamus in Veſtibus, & Jocalibus pretioſis, quæ per Socrum Nurui tribuuntur, nam quamvis iſtæ reſpiciant cultum, & ornatum Uxoris, quia tamen donatæ ſunt contemplatione filii, ipſumque ſublevant à tali onere, eaſdem Veſtes pretioſas conferendas eſſe ſine contradictore tenuerunt *Ripa in l.in quartam num.152. ibique Pich.n.155.ff. ad l.falcid. Alex. conſ.27. circa fin. lib.5 Gomez ad l. Tauri 29. n.15.Petr. de Vbald.de duob.fratr. par.6. q.20 num.21.Michalor. de fratr. p.1. cap.30. n.15. Hermoſill. ad ll. partitarum d.gloſſ.6 l.3. tit.4 par.5. n.48.*

Non turbante idcirco *dec.169. par.3. recen.*,
47 quæ in adverſa reſolutione dicitur reſpondere *Text. in l.ut liberis, C.de collat.*, & *Theſaur. dec.46.*; Quia ibidem tractabatur, an Nepos cum Amita conferre obſtringeretur donationem propter nuptias factam ejus Matri, unde bene *Rota* in eo caſu reſpondit negative, quia Nepos nullum commodum reportaverat ex præfata donatione, quæ apud Matrem adhuc vivam reſidebat, imo *Rota* agnoſcendo ſpem probabilis ſucceſſionis in Nepote reſpectu ejuſdem donationis, voluit, ipſam ſpem ab eo fore interim conferendam, ſicque vel hujuſmodi *deciſio* retorquetur, vel
48 hìc profectò ſubintrat adagium, quod à diverſis fieri nequit illatio, *l. Papinianus exuli, ff. de morib.*

Tandem ſubſtineri poſſe non videtur, quod facta hujuſmodi collatione inſurgeret inæqualitas inter filios, ex quo in portionem alterius fratris obvenerint annua ſc.66., unde demptis ſcut.36. remanerent ſolummodo ſcut.30.; Iterum etenim replicamus, quod non volumus, ut ipſe nobis reſtituat ſcut.36., ſed quod nos liberet à moleſtiis, eo adhærente, latis ab Uxore, ne ſcilicet ultra præfata ſcut.66., quæ etiam relinquuntur intacta, perfruatur commodo aliorum ſcut.36., ideoque ad oculum potius in hac parte manifeſte inſurgeret inæqualitas, adverſus ea, quæ conclamat *Soccin. Jun. conſ.160. n.20. lib.2.*

A primo igitur ad ultimum, vel iſta annua præſtatio tamquam facta contemplatione certi Matrimonii conferenda eſt, ſeu loco collationis exequendum Mandatum à R.P.D. Ratta relaxatum pro liberatione a moleſtiis, vel ſi velimus eamdem donationem ſimplicem, & extra cauſam individui Matrimonii reputare, impoſſibile eſt effugere cenſuram annullativam vigore Statuti, tam *in cap.149.* quam *in cap.150.*, de quibus ſupra meminimus.

Cœterum redeundo ad ſtylum Auditorii noſtri, de quo ſuprà, de non exequendo propria Mandata, vel rem judicatam poſt lapſum decem Annorum abſque deguſtatione validitatis, & Juſtitiæ noviter facienda, regula, ſive ſtylus hic quandoque limitatur, ubi ulla negligentia imputari non poſſit Victori, quominus executioni demandaverit Judicata Tribunalis, ſed potiùs appareat, id proveniſſe ex præpotentia, vel impedimento allato per ſuccumbentem, ceſſat etenim tunc ratio inductiva præfati laudabilis ſtyli, atque ita ſub Anno 1682. practicavi ſcribens in eadem *Rota* ſuper famoſa cauſa *Toletana Juriſdictionis* inter Dignitatem Archiepiſcopalem Toletanam, & Prioralem Ordinis S. Joannis Caſtellæ, & Legionis; cum etenim eadem Dignitas Archiepiſcopalis fuerit præpedita, ne poſset executioni demandare rem judicatam ſuper Locis attinentibus ad Dignitatem Prioralem, ceſſato impedimento inſtetit pro conſequenda Declaratoria ſuper incurſu Cenſurarum, quatenus Dignitas Prioralis deinceps impediret eamdem executionem: nam quantumvis præfata Dignitas Prioralis ſeſe oppoſuerit conceſsioni Declaratoriæ ſub prætextu, quod foret ad normam memorati ſtyli iterùm deguſtanda Juſtitia, & validitas præcedentium Executorialium, *Rota* ſub die 29. Aprilis 1682. *coram Pauluccio*, limitando præfatam regulam proceſsit ad ulteriora. Scribens igitur ſuper præcitato Dubio dicebam.

Habetur in facto, quod Executoriales, ob quarum ſpretum expoſtulatur Declaratoria, fuerunt relaxatæ ſub die 17. Iunii 1669. fueruntque præſentatæ, illarumque petita executio ſub die 8. menſis Novembris ejuſdem Anni 1669. una cum ſucceſsivis notificationibus per totum menſem Novembris ejuſdem Anni 1669.

Cumque res ageretur cum Sereniſsimo D. Duce Ioanne ab Auſtria, agnitum fuit, non poſſe adverſus illum de facto practicari ea remedia, quæ contra cœteras quaſcumque perſonas adhibentur, ideoque procuravit bo. mem. Cardinalis de Aragonia Anteceſſor Eminentiſsimi Ordinarii, quod Sa. mem. Clemens X. uſque per viam Brevis hortatorii eidem Sereniſsimo Joanni directi prona obtineretur obedientia, iſtudque Breve ſubſignatum ſub die 11. Octobris 1670. fuit ab Eminentiſsimo Mareſcotto, tunc temporis Nuncio Apoſtolico. ſub die 19. Auguſti 1671. mediante ope Michaelis Petri, eidem D. Ioanni præſentatum; cumque nihilominùs nullum fas fuerit recipere reſponſum, nedum celerem aſſequi executionem, idcirco die 10. Septembris 1673. coactus fuit memoratus Cardinalis ab Aragonia ſolemnem proteſtationem emittere coram præfato Mareſcotto, aliiſque Teſtibus ad hunc actum adſci-

Digitized by Google

ſcitis, quo mediante declaravit, animum retinuiſſe firmiſſimum pro conſervatione jurium ejus Eccleſiæ, quodque eadem dilatio ortum non habuit ex ejus negligentia, vel mora, ſed ex quo non potuit de facto ulteriùs procedi.

Donec igitùr in vivis extitit, & reſpectivè in poſſeſſione magni Prioratus remanſit Sereniſſimus D. Joannes, perduravit impedimentum, de quo ſupra, ſed eo ab humanis prærepto, ſucceſſoque in Dignitate D. Don Innico de Velandia, illicò, videlicet ſub die 17. Decembris 1680., proceſſum fuit ad novam Executorialium intimationem quapropter, retenta hac facti ſerie, minimè applica-
50 tur unica oppoſitio, quod ſcilicet jus, & efficacia noſtrarum Executorialium per decennii lapſum expiraverit, & conſequantèr ſicuti de ſtylo hujus Sacri Tribunalis abſquè guſtatione boni Iuris nequeunt eædem Executorialès executioni demandari, ità nec etiam concedi debeat Declaratoria: quoniam id
51 utiquè procedit, ubi dilatio referri valeat ad aliquam negligentiam obtinentis, tunc enim tam diuturna, & inveriſimilis negligentia aliquam redolet probabilem ſuſpicionem, ut per hæc verba iſtius ſtyli rationem examinando animadvertit *Car. de Luca in relat. Cur. Rom. diſc. 32. n. 94. tom. 15.*, & patet ex omnibus *deciſionibus* in contrarium adductis.

At in præſenti totum eſt in oppoſitum, cùm ex præmiſſis undique eluceſcat, omnem poſſibilem diligentiam fuiſſe adhibitam, uſquè ad procurandum Breve Pontificium; ideòque ne detur anſa impediendi de facto executionem rei judicatæ ad effectum exinde reportandi Cauſæ immortalitatem, ſicuti in materia habente, prout hic, tractum
52 ſucceſſivum ſufficit, executionem fuiſſe cæptam, nè intret adversùs Executoriales præſcriptio ne dùm decennalis, ſed nequè etiam tricenaria, ut habetur in plena *dec. Bich. deciſ. 544. num. 12. uſque ad finem*, ità in odium
53 impedientis habenda venit executio pro cæpta, juxtà celebrem doctrinam *Bartol. in l. publicari n. 8. C. de Teſtam. Felin. in cap. quoniam frequentèr n. 7. ut lit. non conteſt. Decius conſ. 36. ſub n. 2. verſ. Sed ratio, Farinacc. conſ. 26. n. 8. Rot. cor. Ludoviſ. dec. 327. n. 10.*, & in durioribus *Spad. conſ. 89. n. 5. verſ. non obſtat lib. 2. Rot. dec. 203. n. 13. par. 16.*

Atque hinc cùm manutentio pari paſſu quoad hoſce Iuris effectus deambulet cum Executorialibùs, ut dixit *Rot. in Vicen. Prioratus cor. Pamphilio impreſſa dec. 283. n. 4. poſt 2. vol. Farinac.*, licèt tranſacto decennio competere non ſoleat manutentio, attamen
54 quandò (prout hic) Actor impeditus fuerit, vel ob præpotentiam Adverſarii dubitabatur de ſcandalis, eo ſanè caſu lapſum decennii non relevare tradiderunt *Giovagnon. conſ. 40. n. 19. lib. 2.* latiſſimè *Poſth. de manut. obſervat. 58. n. 33. uſquè ad finem, Rot. cor. Puteo deciſ. 266.* alias 269. *n. 6. lib. 1. & cor. Buratt. deciſ. 365. num. 11.*

Quamobrem an quis habuerit animum
55 amittendi poſſeſſionem, & reſpective incurrendi in præſcriptionem, non ſolum definitur decennii decurſus, ſed ex facti circumſtantiis judicare debentis religioni remittitur, ut tradit *Pontan. de Spolio lib. 3. cap. 3. ſub nu. 114.* cum aliis per *Poſth. d. obſervat. 58. n. 34. 35., & 36.*; ſicque applicando ad rem noſtram, relinquimus cogitandum, an poſſit imputari, negligentiæ, ac timori mali Iuris retardatio executionis, ſive potius contumaciæ, & (ut ita dicamus) dolo Adverſarii, qui nequit illi patrocinari, ex vulgatis.

Et ex his reſponſum remanet ad omnes *deciſiones* exadverſo congeſtas; quia vel in eiſdem caſibus agebatur de Sententia lata in contumaciam per Contradictas, vel fuerant elapſi pluſquam 30. Anni, vel denique non conſtabat de ſolertia Actoris intra decennium, & reſpectivè impedimentis cauſatis per Partem adverſam, ut in præſenti.

## VENETA, SEU ANCONITANA PECUNIARIA.

*Veneris 9. Maii 1698.*

### ARGUMENTUM

Conciliantur in hac Deciſione duo *Textus*, qui inter ſe contrarii videntur; Unus ſcilicet *in l. ejus, qui in Provincia ff. ſi cert. petat.*, & alter *in l. ſi quis mancipiis* 17. §. *Si impubes, ff. ſi de Inſtitor. act.*, Et declaratur, in quibus terminis uterque procedat, & concluditur, Inſtitorem expreſsè præpoſitum, ac per Præponentem notificatum Correſponſalibus per litteras oblatorias, obligare poſt mortem ipſius Præponentis etiam ejus hæredes, licèt Pupillos, & Minores.

### *SUMMARIUM.*

1 *Ferro viam aperit, qui per contrariam tranſit.*
2 *Facultas inſtitutoris ceſſat mortuo præponente.*
*Maximè quando Præponens in ſuo Teſtamento* Fideicommiſſum ordinavit ſuper omnibus ſuis *bonis, num. 3.*
4 *Extinctio veteris Cambii inducitur per contrapoſitionem partitarum, & creationem novi.*
5 *Obligatio libera, & generalis contenta in litteris oblatoriis, obligat etiam hæreditatem Præponentis poſt ejus mortem.*
6 Fidejuſſio *eſt ſuſceptio in ſe alienæ obligationis.*
7 *Obligatio fidejuſſoria tranſit ad hæredes ipſius* Fidejuſſoris.
8 *Novatio non inducitur, niſi fiat expreſsè, vel per actuum incompatibilitatem.*
9 Fidejuſſio *eſt ſtricti juris, nec extenditur de re ad rem, de tempore ad tempus, nec de perſona ad perſonam.*
10 *Mutatio nominis, nec error in nomine officit, quando conſtat de ſubſtantia.*

11 *Litteræ oblatoriæ attenduntur inter Mercatores, & eorum tenor, nihil curato de eo, quod Socii inter ſe ipſos pacti fuerint, dum id non deduxerunt ad notitiam Correſponſalium.*

12 *Inſtitor generalis obligat hæredes Præponentis, etiam Pupillos.*

13 Doctor *decidens caſum in individuo, quando non habet contradictorem, habetur pro lege.*

14 *Tutor relictus Pupillo, ſi non removit Inſtitorem, imputet ſibi Teſtator, ſi talem Tutorem reliquit.*

15 *Tertius contrahens cum Inſtitore non remoto a* Tutore *filiorum Præponentis, non debet ſub bona fide remanere deluſus.*

16 *Geſta cum Tutore, antequam ſolemnia conficiat, ſubſtinentur, ne Contrahentes ſub bona fide decipiantur.*

17 *Differentia aliqua an ſit inter Inſtitutoriam tacitam, vel expreſſam, & qualis, & n.19.*

18 *Pater videns, aut ſciens, proprium nomen expendi ab ejus filio in negociis ſuæ tabernæ, videtur illum tacitè in Inſtitutorem deputaſſe.*

20 Fideicommiſſum *nunquam aptum eſt ad abolendam debita fideicommittentis, ſed valet in eo, quod ſupereſt.*

21 *Judex in omni materia attendere debet veriſimilitudinem.*

22 *Contrapoſitio partitarum non ſemper importat ſolutionem, vel extinctionem debiti, & quando.*

23 *Judicium Mercatorum in materia mercantili plurimum attendi debet.*

24 *Extinctio debiti non reſultat per acceptationem nominandi debitorum, qui recipiantur non pro ſoluto, ſed pro ſolvendo.*

25 *Inſtitoria quando cenſeatur particularis, vel univerſalis.*

## DECISIO XLIII.

ACtis præſentis Cauſæ diſceptatio originem deſumpſit ex aſſueta quadam obſcuritate, non jam Legum in ſe, ſed vel ipſorum Interpretum, vel quod (ſæpiùs contingit) ob paſſionem Litigantium, qui ex ipſa ab eis ſuppoſita obſcuritate Legum, Arcem in contingentia caſuum extollunt propriæ defenſionis, ſibi, quod magis expedit, ſuadentes: Cùm enim conſultus *Africanus* ſuper Teſtamento ejus, qui deceſſerat in Provincia, & in Urbe per Dominum extiterat præpoſitus Calendario, nempe muneri exigendi Calendarias, vel alio nomine appellatas centeſimas Uſuras, videretur, ex quo idem decedens in Provincia in præfato Teſtamento libertati reſtituerat Stichum Servum, & ex parte hæredem ſcripſerat circa negocia ſuæ præpoſitionis, differentiam feciſſe inter exactionem ipſi Mancipio demandatam ad effectum liberandi Debitores, & inter contractus ab eo celebratos, ut habetur in reſponſo *ejuſdem Africani lib.7. quæſt.3.* aliàs *l. ejus, qui in Provincia* 41. *ff. ſi cert. pet.*

Hinc Leonardus, Octavius, & Ludovicus filii Joannis Petri ad evitandam ſolutionem Cambiorum, quæ contraxerat Joſeph Maria ſub Patris nomine cum Joanne publico Campſore Venetiarum, mordicus inſiſtebat, quod non obſtante præpoſitione facta de Joſepho Maria per Joannem Petrum communem Patrem adhuc viventem, omnia Cambia, omnia debita contracta per præfatum Joſeph poſt obitum Joannis Petri præponentis ſub cenſura *d. l. ejus qui Provincia* includerentur, & conſequenter, quod illa Cambia, illa debita, quæ ad favorem Joannis noſcebantur inita poſt mortem Joannis Petri, corruerent, ſaltem ad finem, ne poſſent afficere Leonardum, alioſque filios in pupillari ætate relictos per eumdem Jo: Petrum Patrem, & præponentem; Verùm introducta contentione primariò coram clar. mem. Cardinali Thaurusio tunc A. C. Locumtenente, eodemque dumtaxat cenſente retaxari ſub illa clauſula proviſionali (*pro nunc*) Mandatum contrà bona hæreditaria prænominati Joannis Petri pro ſumma ſcutor. 30751., reſtaurata fuit petitio pro integrali ſatisfactione crediti, & Cambiorum in ſumma ſcut. 46126. 64. apud R. P. D. Origum in Locumtenentia ſucceſſorem, eaque cum fuerit (ut par erat) exaudita, placuit etiam hodie Dominis poſtremum Judicatum confirmare mediante reſcripto, quod Mandatum A. C. foret exequendum.

Et quidem, ſicuti dicebatur per *Bald. in l. præcibus n.48. C. de Impub., & aliis ſubſtitut.*,
1 ferro viam aperit, qui per contraria tranſit, cum Domini poſt tertiam propoſitionem adſcito, ut fieri ſolet, ſuffragio quinti, & ſexti Correſponſalis accurate ponderaverint objecta, quæ pro parte Leonardi, aliorumque Fratrum minorum adducebantur, ſtatim agnoverunt, non poſſe ſuffragari, quominus Mandatum R.P.D. Origlii, ut ſuprà, mereretur executionem; licet enim primo loco ad normam præfati *Textus*, ſive reſponſi dati per *Africanum I.C. in d. l. ejus, qui in Provincia* diceretur, quod ex præpoſitione facta per Joannem Petrum de Joſepho, qui debita, & Cambia contraxit cum Joanne, non eſſent in iſta referenda ad calculum contra Leonardum, alioſque filios Joannis Petri, & impuberes, ſeu Minores relictos, ex palpabili mutatione ſtatus, quæ obtigit per obitum Patris in Joſepho præpoſito, cum is de filio familias effectus fuerit ſui juris, unde ſicùti fortaſſe ad mentem prænominati *Africani* poſſet Joſeph perſeverare in ſua inſtitoria, ſeu præpoſitione circa negocia, quæ concernerent diſſolutionem, & terminationem negociorum, quæ inita fuere in vita Patris præponentis, adhuc
2 poſt ſubſecutam hujuſmodi ſtatus mutationem illico expiraverint ejus facultates, itaut quæſtio reduceretur ad puram liquidationem debi-

debitorum, ac negociorum, quæ radicabantur in vita Præponentis, non autem extendi poſſent ad negocia, & Cambia ſucceſſiva, juxtà ea, quæ gloſſando, & proſequendo memoratum reſponſum, ſivè *l. ejus, qui in Provincia*, adnotarunt *Soccin. Sen. conſ.11. n.13. poſt med. verſ. Tertiò principalitèr vol.1. Gratian. diſcept.342. n.2., & ſeqq. Stracc. de Mercat. tit. de mandat. ſub num.49. Mozz. de contract. tit. de mandat. Rubr. quomodò annulletur &c. ſub n.31. limit.30. ad med. Ancbaran. Jun. quæſt. famil. lib.1. quæſt.23. n.2. Goliu. de Procurat. part.3. cap.5. n.79. Capyc. Galeot. Contr. Jur. lib.2. controv.28. n.41.*

Et eò maximè, quia idem Joannes Petrus ſupposuerat univerſum ejus patrimonium Fideicommiſſo ad favorem Leonardi, & aliorum Pupillorum non minùs, quàm Joſephi, cœterorumque Fratrum majorum, quibus libuit continuare Tabernam, non obſtante obitu Patris: quapropter durum videbatur, quod ex facto eorumdem Majorum, qui ſivè ex oſcitantia, vel ex infortunio fecere lapſum propriæ ſubſtantiæ, teneri poſſent citrà propriam culpam, & factum etiam filii, & reſpectivè Fratres minores, quia ſic non ſolum fraudati remanſiſſent intedata, eiſque debita ſucceſſione Patris, ſed etiam deluſi, & innocentèr fruſtrati à Paterna providentia illos vocante per arctiſſimum Fideicommiſſum ad bona poſt ejus obitum re-
3 ſtantia, quemadmodum ex hoc ipſo fundamento Fideicommiſſi per Patrem, ac præponentem ordinati rectè, ac rationabilitèr firmarunt *Grat. diſcept.832. n.22., & ſeqq. Card. de Luc. de Fideicom. diſc.191. n.11., & ſeq. Rot. dec.169. n.33. par.17. rec., & in Romana Fideicommiſſi 4. Decembris 1676. §. Culpa verò, & ſeq. cor. bo. me. Bourlemont.*

Secundo autem loco ſubjungeretur, quod vel facta diſcriminatione Cambiorum, & contractuum vivente adhuc Joanne Petro celebratorum, debitum recenſibile ad onus hæreditatis non excederet ſcut. 16. mill. circitèr, per ea, quæ ſatis irricate circa factum involvebant Defenſores Leonardi, aliorumque Fratrum minorum; Vel demum tertiò, quod nec ullum extaret debitum, quod aliquam poſſet habere dependentiam ab obligatione Joannis Petri, ſive in vim præfatæ Inſtitoriæ, & præpoſitionis factæ per eumdem in perſonam Joſephi Mariæ filii, ſivè in vim cujuſdam fidejuſſionis initæ pro quodam Matrice Hebræo, ex quo ſingulis hebdomadis fiere innovatio hujuſmodi Cambiorum etiam in libris ejuſdem Joannis Cre-
4 ditoris mediante contrapoſitione partitarum, quæ àd oculum præſeferebant extinctionem præcedentium Cambiorum, & contractuum, quantumvis cum ſucceſſiva creatione aliorum; undè ex hac ipſa contrapoſitione in limine obitus Joannis Petri continuata reſultaret extinctio veterum quorumcumque debitorum, quæ alias afficere valerent hæreditatem communis Patris, ad tradita per *Adden. ad Gregor. dec.366. n.8. Conſal. dec. Lucen.11. n.16. Rota dec.107. num.5. poſt Merlin. de pignor., dec.50. n.1. apud Zacch. de Salar., dec.272. n.27. par.17. rec., & in Bononien. Pecuniaria 5. Maii 1681. §. Potiſſimum, & 22. Iunii 1682. §. Sicuti etiam, & §. Indubitatus, cor. clar. mem. Card. Matthæio.*

Invaluit nihilominus apud Dominos reſponſio attributa per Defenſores Joannis Creditoris: Et quidem ſufficere viſa eſt prima, quæ radicitus ſubvertebat ſecundam, & tertiam ſubalternantem oppoſitionem; quia dilucidè introſpecto, & examinato præfato reſponſo *Africani in dicta l. ejus, qui in Provincia*, ſtatim effulxit, illud minimè applicari præſenti caſui: tota namque quæſtio, quæ oriebatur ex prædicto reſponſo, reſpiciebat utique factum Stichi Servi præpoſiti ad exigendum Calendarium priùs quam ſciret, ſeſe per Dominum extitiſſe liberum, & hæredem ex parte effectum, quapropter contractus, qui videbantur excedere præpoſitionem meri Calendarii, ſivè exactionis, & de novo poſt mutationem ſtatus ejuſdem Stichi geſti fuerant, maximas peperere quæſtiones, quæ leguntur penes *Interpretes, & Gloſſatores ejuſdem legis*, non jam circa poſitivam obligationem ejuſdem Stichi reſpectu ſuæ ratæ, ſed reſpectu portionum aliis Cohæredibus competentium, eædemque proindè quæſtiones, omiſſis ſuperfluis; rectè conciliatæ extiterunt inter favorem liberationis debitorum, & inter contractus paſſivos, an poſſent, vel non poſſent præjudicare Cohæredibus ſucceſſivè detectis in Teſtamento decedentis in Provincia: Sed figuratio caſus, ſuper qua reſpondit idem *Africanus*, non erat ullo modo adaptabilis reſolutioni præſenti, in qua Joſeph Maria non extiterat præpoſitus particulari muneri, videlicet exactioni Calendarii, ſed in materia Cambiorum generalitèr, & indefinite præpoſitus Tabulæ Campſoriæ cum generali, & indefinita obligatione Ioannis Petri præponentis mediante tranſmiſſione litterarum ejuſdem Ioannis Petri facta ſuis Correſpondalibus, quæve idcircò nuncupantur oblatoriæ, ut ibi = *Dovendo in avvenire per ſodisfazione del Sig. Giuſeppe Maria mio figliuolo, il quale deſidera trattenerſi in negotii di Cambii, per quello puol ſeguire del proprio conto; per tanto ne porto à Voi la notizia, acciò vi compiacciate di preſtar fede alla ſua mano &c., e per quello foſſe di valervi all'incontro, vi offro il mio obligo &c. Summario concordato num.4.* Ex quibus ſane verbis cum in Materia Cambiorum, de quibus dumtaxat agebatur, & quæ regulariter de ſui natura conſtituunt veram Menſam Bancariam, ſive Campſeriam, appareret de generali, & indefi-

deunita præpoſitione, non intrabat amplius
reſponſum, ſeu cenſura *dictæ l. ejus, qui in Provincia*, loquens de particulari præpoſitio-
ne, eaque tunc conveniente magis Servo,
5 quàm Libero, dum obligatio per prædictas
litteras oblatorias generaliter, & abſolutè
concepta ligabat Præponentem, ejuſque hæ-
reditatem, quæ etiam ex vulgatis repreſen-
tat defunctum, quemadmodum ad intelle-
ctum præfatæ *l. ejus, qui in Provincia*, bene di-
ſtinguentes obſervarunt *Ronchegall. in l. eam-
dem rem ſub n.133. verſ. ſed illud procedit, ff. de
duobus Reis, Caball. conſ.145. num.13. lib.2. Cu-
jac. in comment. ad African. tract.8. col.7. lit. E.
verſ. eſt etiam ratio, Gratian. diſcept.342. num.4.
& 5. Trentacinq. var. reſol. lib.2. cap.10. num.5.
Golin. de Procurat. par.3. cap.4. n.26. Vincent.
de Franch. dec.456. num.3. Rot. dec.151. n.10.
& ſeq. par.10. recen.*

Atque ex his per verba ſuperius recenſita,
contentaque in litteris oblatoriis Ioannis
Petri, antequam deſcenderent Domini ad in-
dividualia Jura determinantia, ut mox oſten-
demus, teneri ex facto Præpoſiti nedum hæ-
redes Præponentis, ſed & hæredes Pupillos,
videbatur eiſdem Dominis, poſſe præfatas
6 litteras præſeferre etiam fidejuſſionem, cum
in ſubſtantia fidejuſſio aliud non ſit, quam
ſuſceptio in ſe alienæ obligationis, per *Text.
in l.1. C. de conſtit. pecun., & in princip. Inſtitut.
tit. de Fidejuſſ. Caball. conſ. 161. num.58. lib.1.
Valentin. Franc. de fidejuſſ. cap.1. num.4. & ſeqq.
Hering. eodem tract. cap.3. num.2. cum ſeq. Rota
coram Duran. deciſ.175. num.6. & dec.366. n.4.
par.18. recen.* quod ſatis perſpicuè dici pote-
rat ex notitia, quam dabat Correſponſalibus
Joannes Petrus de deſiderio Filii, & de obli-
gatione, quam intendebat ſuſcipere = *per
quello foſſe di valervi all'incontro*: regulariter
namquè (ut notum eſt quibuſcumque cal-
lentibus Mercaturam (propriæ, & veræ In-
ſtitoriæ nullatenus concipiuntur per præ-
miſſa verba, ſed notificatio, quæ fit in litte-
ris oblatoriis, cantat de aperitione Tabernæ
ſeù alicujus Negocii ſub nomine talis, vel
talium perſonarum, iique ſunt veri Inſtito-
res, & Accomandatarii reſpective; quando
ad præſentes præmiſſæ litteræ oblatoriæ præ-
ſeferebant potius novum, ac proprium ſin-
gulare Negocium, quod inire intendebat
Joſeph Maria, pro quo in ſe aſſumebat obli-
gationem Joannes Petrus, ſicque concurren-
te in hujuſmodi caſu aſſentia, & proprietate
7 fidejuſſionis, conſequens erat, quod non
obſtante morte ejuſdem fidejuſſoris duraret
obligatio in illius hæredibus ex cauſa, ſive
facto, pro quo fidejuſſor moriens ſeſe ipſum
obſtrinſerat, ut habetur *in l. fidejuſſoris 24.
C. de fidejuſſ., & in §.2. Inſtit. eodem. tit. Rolan.
conſ.58. num.1. lib.1. Franc. de fidejuſſ. cap.5. ex
num.63. cum ſeqq. Hering. in ſimil. tract. cap.20.
§.10. n.21. & ſeq. Tranchedin. conſult.82. n.17.
cum duobus ſeqq. Rota deciſ.110. nu.12. & 13.
par. 18. recen.*

Non adverſante in hoc propoſito, quod
idem Joſeph Maria, poſt conſumptum Annum
exercitæ Tabulæ ſub ejus proprio no-
mine notificaverit Joanni Creditori, quod
in poſterum Negocium continuaſſet ſub no-
mine Joannis Petri ejus Patris adhuc viven-
tis, ſub ea ratione = *il quale ha terminato lo
Stralcio, e continuarà il ſolito ſuo nome, Summa-
rio concordato num.* 12. Nam quia circa hanc
diverſificationem nominis nullum interceſ-
ſit factum Joannis Petri, neque ex illis par-
te ſubſecuta fuit aliqua innovatio, non abs
re videbatur, quod ſicuti Joannes Petrus
proculdubio remanebat obligatus tamqam
fidejuſſor ex quibuſcumque geſtis, & geren-
dis à Joſepho Maria, ita pari modo reman-
ſerit obligatus ſub eadem qualitate fidejuſ-
ſoria pro hoc præciſo facto reverſionis, ſeù
mutationis nominis, quævc potius erat apta
multiplicare novam obligationem, ſi Joan-
nes Petrus ſcivit, & paſſus eſt nomen pro-
prium uſurpari per Filium, quam tollere præ-
8 cedentem; ad innovandam namque aliquam
obligationem, vel exigitur expreſſa revoca-
tio, vel actuum incompatibilitas, ad nor-
nam *Text. in l. final. C. de novat., & in §. Præ-
terea, Inſtit. quib. mod. toll. oblig. Amat. Panorm.
reſol.50. n.2. cum ſeqq. Capic. Latr. conſult.120.
num.2. & 3. Capon. de pact. & ſtipul. diſputat.6.
num.20. Mart. Medic. deciſ. Senen. exam.41. n.3.
& per tot. Rot. deciſ. 122. num.1. & 2. par.14.
recent., & in Romana Fideicommiſſi de Miſſoriis
19. Junii 1690. §. Quò verò ad voluntatem, in
fine, coram bo. me. Benincaſa.*

Ex eo præſertim, quia in præfatis litteris
oblatoriis in quibus (in diximus) contine-
tur obligatio Joannis Petri ſonans in fidejuſ-
ſionem, non dicitur, quod Joſeph Maria,
pro quo ſe obligat Joannes Petrus; nomine
proprio, vel Patris ſui Tabulam in poſterum
regeret Nummulariam, ſed ſolum habetur
= *deſidera trattenerſi in negozi de Cambi*, & ſub-
jungitur Correſponſalibus, ut contentaren-
tur = *di preſtar fede alla ſua mano*, quæ ſemper
eſt eadem, ſivè Paternum, ſive proprium
nomen inſcribat; proindeque urgebat dilem-
ma, quod aut Pater mutando conſilium
ſciens mandavit mutari nomen, & hoc ipſum
non variabat ipſam ſubſtantiam, ſicuti non
variaſſet, ſi ab initio denunciaſſet Corre-
ſponſalibus, quod Ioſeph Maria filius geſſiſ-
ſet in poſterum negocia ſua ſub nomine Jo-
annis Petri, pro quorum Contractibus, &
Cambiis intendebat ſe obligare: Aut verò
mutatio iſtius nominis proceſſit ignorante
Patre, & tunc pro hoc ipſo facto, quod ni-
hil faciebat ad rei quidditatem, obligabatur
Joannes Petrus fidejuſſor, qui (ut præmiſi-
mus) ſubivit obligationem alienam, non
ſpecificando nomen, ſive intitulationem
Ne-

Digitized by Google

9 Negocii; quamvis enim natura fidejuſſionis ſit ſtrictiſſimi Iuris, & non duret, vel extendatur de re ad rem, de perſona ad perſonam de tempore ad tempus, ex deductis per *Maur. de fidejuſſ. par. 2. princ. ſect. 5. cap. 2. ex n. 34. cum ſeqq. Salgad. in Labyrint. Credit. par. 1. c. 9. n. 76. & ſeqq. Rot. dec. 646. n. 12. & 13. coram Bichio, & dec. 161. num. 5. par. 14. recen., & in Eugubina Pecuniaria 28. Januarii 1686. §. Neque obſtat, coram bo. me. Benincaſa*: Attamen non deſint obligare, quando hujuſmodi variatio, & extenſio intercedit, quia perſona formalis ipſius Negocii in caſu noſtro non arctabatur ad intitulationem Negocii, ſed ad materialem perſonam, & ſubjectum filii, qui contraxit in concernentibus Menſam Bancariam, & Cambialem, ſivè unum, ſivè alterum nomen adhiberet; in
10 omnibus namque materiis, & in longè fortioribus, habemus, quod conſtito de ſubſtantia non officit obligationi, ac diſpoſitioni nedùm mutatio nominis parum relevans, ſed nec etiam error poſitivus in nomine, ad *Text. in l. ſi in nomine, C. de Teſtam., & in §. Si quis in nomine Inſtit. de legat. Pariſ. conſ. 15. ſub n. 8. verſ. tamen quando conſtat lib. 4. Rot. cor. Celſo dec. 126., & coram Cerro dec. 295.* utrobique *num. 3., & in Romana Aſſecurationis Navis S. Bonaventuræ 13. Maii ſuperioris Anni §. Quamvis enim, & §. fin. coram R. P. D. meo dell'Olmo*.

Potiſſimè attenta importantia iſtarum litterarum, quæ oblatoriæ nuncupantur, quævè adeò religiosè cuſtodiuntur, & cuſtodiri debent inter Mercatores, ut eæ ſemper fixè, & inviolabiliter ſervandæ ſint, donec per actum retroſimilem, & innovativum notificetur contrarium Correſponſalibus, itaut
11 non ſolum quæcumque immutationes non ſubſtantiales, ſed nec etiam pacta eſſentialia & deſtructiva, non deducta tamen ad notitiam Correſponſalium, minime attendantur ad infractionem obligationis contentæ in eiſdem litteris oblatoriis, ex benè perpenſis per *Rot. dec. 151. n. 10. & n. 21. par. 10. rec., & deciſ. 66. n. 4. & 5. & n. 8. apud* Torr. *de pact. futur. ſucceſſ., & in Romana Pecuniaria, ſeu Cambii 21. Februarii 1687. §. Probata autem, & ſeqq.* confirmata 30. *Januarii 1688. §. Et licèt, & ſeqq. coram Reverendiſs. D. meo Decano*.

Cæterùm præciſivè etiam ab hoc fundamento fidejuſſionis, quod cauſam ponebat in claro, & præciſivè etiam à diſtinctione ſuperius tacta circa intellectum *Text. in dicta l. ejus qui Provincia* in ordine ad præpoſitionem, & Inſtitoriam particularem, de qua agit *idem Text.*, & Inſtitoriam generalem, de qua tractabatur in præſenti; verſari compertum eſt eamdem Cauſam in clariſsimis ex magis individua diſpoſitione Legum figurantium adamuſsim ſimilem caſum Inſtitoriæ, obitum Inſtituentis, ſeù Præponentis, & ſucceſsionis Impuberum, ſeu Pupillorum, & Minorum in hæreditate ejuſdem Inſtitutoris, ſeu Præponentis: In eodem namque ſubſequenti *lib. 13. Digeſtorum*, & poſtquam
12 actum fuerat *de rebus credit.* reſpondens *Ulpianus* ad titulum præciſum de *Inſtitor. action. in l. ſi quis Mancipiis 17.*, ità *ſub §. Si impubes* ait = *Si impubes Patri habenti Inſtitores hæres extiterit deinde, cum his contractum fuerit, dicendum eſt, in Pupillum dari actionem, propter utilitatem promiſcui uſus*, quod, & prius *idem Ulpianus* reſponderat in *l. 11. ſub eodem tit.*, ibi = *Sed & ſi Pupillus hæres extiterit ei, qui præpoſuerat, æquiſſimum erit, Pupillum teneri*; Qua-
13 propter ſi ſimplex *Doctor* magis in individuo differens, & firmans caſum, nullumque habens Contradictorem, pro lege tenendus eſt, teſte *Vincent. de Franch. dec. 363. num. 4. Surd. dec. 229. num. 36. Mart. Vot. Piſan. 6. num. 7. Sperell. dec. 176. num. 20. Rot. dec. 560. num. 3. par. 18., & in Gerunden. Beneficii 8. Mart. 1697. §. Secùs autem, in fine, coram R. P. D. meo Muto*, quid dicendum de *Jureconſulto* per Imperatorem adſcito, & approbato per viam ipſius legis in Codice Imperialium determinationum?

Concomitantibus præcipuè hujuſmodi præciſa, & individualia Iura geminis rationibus non ſolum ex mente Interpretum, ſed ex ipſa littera legum expreſsis, & ambabus præſenti hypotheſi undequaque congruentibus in facto; quarum una eſt ea, quæ deſcendit *ex d. l. 11.* immediatè ad verba ſuperiùs tranſcripta, ibi = *removendus enim fuit à Tutoribus, ſi nollent opera ejus* (nempe Inſtitutoris) *uti*; In noſtra ſiquidem facti ſerie Mater, & Tutrix Leonardi, aliorumque Pupillorum, loco removendi Inſtitorem factum a Ioanne Petro communi Patre, approbavit, ſeu confirmavit Complementum ejuſdem Ioſephi Mariæ, ut pariter liquebat *ex Summario concordato num. 23.*; ideoque ex hac ipſa ratione quemadmodum Tutor ipſe, niſi occurrat particularis proviſio Statutorum, capax eſt ad obligandum efficacitèr pupillum, quia imputandum eſt Patri, ſi talem Tutorem elegerit, ita a fortiori quando Tutor nihil de novo agit, ſed approbat factum ejuſdem Patris, imputandum eſt dupliciter ei-
14 dem Patri, à quo cauſam metitur filius Pupillus, & hæres, ſi hujuſmodi Inſtitorem, & hujuſmodi Tutorem, qui poterat eum removere, & non removit, ſed approbavit, Filio pupillo deſtinavit, ut in ſequendo præfatam *l. ſed & ſi Pupillus* videre eſt apud *Duaren. in Comment. ſuper Pandect. tom. 2. tit. de Inſtit. act. cap. 2. col. 2. verſ. magna fuit dubitatio fol. 1305. Ant. Fabr. in rational. ad dictam l. ſed & ſi Pupillus ex verſ. ſicut imputaretur tom. 4. Gen. de ſcript. priv. lib. 4. cap. 11. tit. de libr. ration. Inſtit. num. 27.* Franciſc. *Rocc. de Mandato ſeù Complement. not. 63. per tot.*

Alte-

*n.12. in fin: verſ. hæc autem, & num:13. Berlic. dec.252. n.5. Cenſal. d. deciſ. Lucen.47. num.7. cum ſeqq. Scopp. ad Gratian. deciſ. Mareb.522. n.10. & 11. Rot. d. dec.204. n.3. & n.16. & 17. par.9. rec.*, & loqueus præcisè de hoc eodem Complemento Ioſephi Mariæ *eadem Rota in Anconitana Pecuniaria 31. Jun. 1689. §. Nec dubitatum fuit, coram R.P.D. meo Caprara*.

Et idcircò parùm, immò nihil curari poterat de fideicommiſſo ordinato per Jo: Petrum ad favorem Filiorum majorum, & minorum; quia non ſolum hujuſmodi ordinatio præceſſerat Inſtitoriam vel tacitam, vel expreſſam factam in perſonam Ioſephi Mariæ, fideicommiſſum quippè fuit factum de Anno 1673. *Summar. concordato num.17.* Inſtitoria verò expreſſa mediantibus litteris oblatoriis ſecuta eſt de Anno 1675. *dicto Summar. num.4.*, & tacita ad omne pejus continuavit etiam poſt Codicillos, nempè uſque ad obitum; Verùm etiam, quia tunc fideicommiſſi inſtitutio cenſeri poſſet apta ad infringendam vim Inſtitoriæ, quando de ejuſdem fideicommiſſi ordinatione innotuiſſet Correſpondentibus, & inſimul in Teſtamento ordinatorio fideicommiſſi contineretur præceptum Fideicommittentis de interſecatione, & terminatione Negocii, vel ageretur de nova erectione Negocii ex integro facta per hæredes, ſicuti loquuntur *Authoritates* ſuperiùs in objecto adductæ *in §. Ex eo maximè*, aliàs namque fideicommiſſum, quod
20 de ſui natura nunquam aptum eſt ad abolenda debita Fideicommittentis, intelligitur inductum in eo, quod ſoluto ære alieno ſuperſit, ad notata per *Bellon. Jun. conſ.36. n.5. cum ſeqq. Rot. cor. Merlin. dec.459. n.6. & 7. & in rec. dec.320. n.7. cum duob. ſeqq. & dec.426. num.3. par.13. & dec.775. num.1. & 2. coram Cardin. Cerro, & in Romana Pecuniaria 4. Iulii 1696. §. Et quidem, coram R. P. D. meo Pio*.

Firmata autem, ex uberiùs forſan, quàm oporteret, hucuſque allatis, obligatione Jo: Petri, ejuſque hæreditatis, ſupervacanea remanſit diſpunctio ſubalternantium objectorum; Illud namque, quod concernebat liquidationem prætenſam pro parte Leonardi & Fratrum minorum circà debita contracta in vita, vel poſt obitum Io: Petri communis Debitoris, præcipitabat eo ipſo, quod oſtenſum fuit, teneri Præponentem, ejuſque hæreditatem, vel ex capite fidejuſſionis, vel ex altero Inſtitoriæ non revocatæ per Tutores Impuberum hæredum Præponentis: & de cœtero facti apparentia demonſtrabat, totum fermè debitum fuiſſe contractum in vita ipſius Jo: Petri, cùm is ad inſtantiam Ioannis Creditoris verentis, nè pecunia credita periculum pateretur, paulo ante obitum confeſſus fuerit, ſeſe remanere debitorem in ingenti, ſeu, ut ibidem dicitur *in molta ſomma* ad favorem ejuſdem Ioannis, *Summario concordato num.25.*, ac de recenti poſt obitum Io: Petri, videlicet poſt novem circiter Menſes Filii confeſſi pariter fuerint, & agnoverint debitum cum Ioanne pro hac eadem ſumma, pro qua R.P.D. Origus relaxavit Mandatum ſub ulteriori expreſſione, quod foret ſumma debita a Io: Petro communi Patre, idque cum poſitiva datione in ſolutum æquivalentium bonorum ſtabilium, *dicto Summ. num.34.* Quamobrem & ſi metu Conſtitutionum Apoſtolicarum vetantium, ne bona ex quocumque titulo citrà permiſſionem Pontificiam diſtrahantur in Exteros, fuerit hæc datio in ſolutum per benevolam etiam condeſcendentiam Ioannis ex præfata cauſa juſti metus ſublata de medio, ut in *dicto Summar. num.35.* attamen hæc vicinitas temporum, & agnitio debiti cum facto poſitivo dationis in ſolutum, multum (quatenus opus fuiſſet) conferebant ad palpandum, quod totum debitum contractum fuiſſet in vita Patris: intercapedo ſiquidèm novem Menſium dumtaxat non poterat in ſumma conſiderabili debi-
21 tum etiam giratarum per Nundinas augere, cum in his materiis Iudex alias potuiſſet, ac debuiſſet induere veriſimilitudinem, per ea, quæ in propoſito dixit *Rot. coram Merlin. deciſ.265. num.7. & 8. & deciſ.341. num 2. & cor. Duran. dec.325. num.5. & in rec. dec.326. n.17. par.14.*

De contrapoſitione denique partitarum, quæ ex ſuperiùs figurato, & ad alios effectus fortaſſe vero objecto potuiſſet importare ſatisfactionem, nulla penitùs habita fuit conſideratio, non minus ex ipſo facto, quàm de Iure: Et quidem ex ipſo facto, cum in eadem Hebdomada, in qua Io. Petrus mediante præfata Apoca ſeſe in multa, ſeu conſiderabili ſumma Debitorum Ioannis confeſſus fuerat, appareret nihilominus hæc contrapoſitio partitarum, quæ proinde non poterat importare verám, & effectivam ſatiſfactionem; De Iure autem, quidquid ſit in
22 ſuis terminis diverſos longè caſus ferientibus, ut conſtat ex adductis per *Altograd. conſ.6. ſub num.46. verſ. ſecundò quia, & n.47 & ſeq. lib.1. Marc. Medic. dec. Senen.66. ſub n.24. verſ. cùm igitùr, & num.25. & ſeqq.* cum cœteris ſuperius in objecto relatis *ſua §. Secundò autem loco*: utique in præſenti ſimilis contrapoſitio partitarum idonea non erat ad extinguendum verum debitum, ſed ſolum cenſebatur more Mercatorum facta in propriis Libris ad finem regulandi girum Cambio-
23 rum, ut probè etiam teſtabantur in hac Cauſa Mercatores Periti, & quorum Iudicio in dubio *Rota* ſemper adhæſit, ut conſtat ex adductis *in Bononien. Pecuniaria 5. Maii 1681. §. Certiùs, coram clar. mem. Car. Muthæio, in Romana Mercium 14. Martii 1689. §. Quia objectum*

Digitized by Google

*ctum in fin. cor. Eminentiſs. Coccia Archiepiſcopo Mediolanen., in Bononien. litterarum Cambii* 19. *Iunii* 1699. §. *Hoc autem*, & 27. *Februarii* 1692. §. *Nec contrarium, cor. Reverendiſs. D. meo Decano*, & recentius *in Romana litterarum Cambii* 13. *Maii* 1690. §. *Quandoquidem, cor. R. P. D. meo dell'Olmo*.

Et ſanè hujuſmodi contrapoſitio, quæ in omnem caſum non eſt, niſi ficta ſolutio, nequit ullo modo præjudicare ipſi veritati, quia intantùm quis contraponit partitas in ſuis Codicibus, inquantum eo ipſo, quod contraponit, eamdem pecuniam girat, & tranſmittit ad novas Ferias, in quibus ſi poſteà non ſolvantur, ut quandoque contingit, remanet idem Creditum in ſubſtantia pullulans ab eadem radice, itaut eadem ficta ſatisfactio nullum producere valeat effectum, quia cenſetur facta animo recipiendi ſolutionem ejuſdem pecuniæ iterum giratæ; eo-
24 dem modo, quo dicimus, non importare ſatisfactionem dationem nominis, vel effectuam, qui non recipiantur pro ſoluto, ſed pro ſolvendo, ex communiter notatis per *Surd. conſ.* 22. *num.* 11. *Cancer. var. reſol. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 168. *Rot. cor. Duran. dec.* 266. *n.* 16. & 17. *Royas deciſ.* 362. *num.* 3. *cum duob. ſeqq. Celſ. deciſ.* 54. *num.* 4. *Priol. dec.* 397. *num.* 8. 9. *deciſ.* 47. *num.* 5. & 6. *part.* 10. & *deciſ.* 62. *n.* 6. *par.* 16. *rec.*

Innixi itaque principaliter Domini fundamento præfatarum ll.; quas habemus præciſas in materia Inſtitoriæ, & in quamdam exuberantiam inhærentes etiam præmiſſis, ità reſolverunt, utraque &c.

## *ADDITIO.*

HÆc Deciſio (quæ poſt primam editionem hujus Voluminis reperitur etiam impreſſa *in Mantiſs. ad ornatum Card. de Luc. to.* 3. *ſub tit. de Credit. dec.* 30., & apud *Tor. var. quæſt. Iur. tom.* 2. *tit.* 11. *de Mercat. dec.* 12.) fuit poſtmodum coram Me confirmata, ut inferius loco ſuo exponetur, ibique annotabitur exitus Cauſæ: ex concernentibus autem vim reſultantem a litteris oblatoriis, & *legis* 1. *ac l.* 17. *C. de Inſtitor. act.*, hanc quoque Deciſionem ſequuta eſt *Rota in Romana Tranſactionis* inter March. Nunnez, & Thomam Baccellum *ſub die* 17. *Iunii* 1701. §. *At non ſic erat*, & 20. *Ianuarii* 1702. § *Atque eo quod*, & §. *Non minoris coram Me, & cor. R. P. D. Scotto ſub die* 15. *Decembris* 1702. § *Et nihilominus.*

Ad materiam verò Inſtitoriæ quidquam ſuperaddere ſuperfluum videtur, quia non ſolùm plene agitur in præſenti Deciſione, ſed etiam, quia paſſim de ea tractum videre eſt *de Commerc.*, & *Mercat.*, ubi etiam ſparſim diſſeritur de obligatione fidejuſſoria, de qua in præſenti Deciſione.

Quia verò in figuratione caſus allata per ſupradictum *Text. in l. ejus, qui in Provincia* 41. *ff. ſi cert. petat.*, exprimitur præpoſitio ſervi facta circà Kalendarium, diſputari ſo-
25 let apud *Scribentes*, an hujuſmodi præpoſitio ſuapte natura concernens exactionem uſurarum, quæ per ſingulas Kalendas fieri ſolebant per Creditores à ſuis Debitoribus ad rationem unius pro centenario, unde & eædem uſuræ appellabantur *Centeſimæ*, dici mereretur præpoſitio ſive Inſtitoria particularis, vel ſapiens in ſuo genere univerſalitatem non minus pro tradendo fœnori pecunias, quam illas exigendo, in propoſito ſufficiet habere ſe remiſſive *ad Text. in l. qui filium* 64. *ff. de legat.* 3. *Iaſon. in dict. l. ejus, qui in Provincia* §. *Placebat ſub num.* 1., ſeu *col.* 2. *verſ. lectio obſtat*, ibidemque etiam *Alciat. n.* 4. *Dec. n.* 1. *Marc. Maut. num.* 4., qui omnes ſtare videntur pro univerſalitate præpoſitionis.

Et e converſo, quod hæc præpoſitio non ſit vere Inſtitoria univerſalis, ſed potius æqniparetur Mandato particulari per mortem Mandantis expiranti, fuit tractum in Deciſione.

## ROMANA, SEU VENETA IMMISSIONIS.

*Lunæ* 12. *Maii* 1698.

## ARGUMENTUM.

Furoris plures ſunt ſpecies, ſed non omnes tollunt factionem Teſtamenti, ſed ea ſolum, quæ eſt continua & inſanabilis: Nam ea, quæ habet lucida intervalla, permittit factionem Teſtamenti, & illud præſumitur ſemper factum tempore lucidorum intervallorum, maximè, quando diſpoſitio eſt prudens, niſi contrarium præciſe probetur. Prodigo debet dari Curator; ſed quæ requirantur ad talem effectum: & quis verè dicatur Prodigus.

## *SUMMARIUM.*

1 *Facultas teſtandi poſt mortem, provenit ex mera legis benignitate.*

2 *Teſtamentum Furioſi furore perpetuo non ſubſiſtit, & num.* 3.

*Secus, ſi furor ſit tantummodò temporalis, vel accidentalis, num.* 6.

3 *Furioſorum tres ſpecies in Iure, & apud* Doctores *recenſentur, quarum prima eſt illa, quæ ſecum trahit perpetuum mentis defectum.*

*Secunda ſpecies eſt illorum, qui aliquando habent dilucida mentis intervalla, n.* 4. & 7.

*Tertia verò eſt illorum, qui appellantur Lunatici, ſeu Melanchonici, num.* 5.

8 T*eſtamentum Furioſi habentis dilucida intervalla præſumitur conditum tempore habili, ſeu de tempore ipſorum intervallorum, donec contrarium probetur.*

*Præſertim; ſi ex ejus tenore conſtet, diſpoſitionem eſſe prudentem, ac rationabilem, n.* 23.

9 Te-

Digitized by Google

9 *Teſtes contra inducentem plene probant.*
10 *Teſtes meliores, magiſq. informatos ad ſui favorem ab initio induxiſſe quilibet præſumitur.*
11 *Furioſus quis præſumitur, ſi ei tanquam Furioſo fuit datus à Judice Curator, & fortius, ſi uti talis fuit traductus ad Hoſpitale dementium, & n.17.*
*Declara, ut n.12. 13. 16. & 18.*
14 *Furioſus habens lucida intervalla poteſt validè contrahere.*
*Etſi de facto contrahat de tempore, quo habet dilucida intervalla, non indiget authoritate, ſeu conſenſu Curatoris, n.15.*
19 *Furor, aut dementia ſuperveniens Teſtatori poſt conditum Teſtamentum non vitiat illius diſpoſitionem.*
20 *Furor, aut dementia ad hoc, ut irritet Teſtamentum, probari debet de tempore præciſo ipſius teſtamenti.*
21 *Furor, aut dementia Teſtatoris excluditur ex aſſertione Notarii de ejus ſana mente in rogitu Teſtamenti teſtificantis, donec contrarium probetur.*
*Rursùs excluditur ex tenore diſpoſitionis, quæ appareat rationabilis, & prudens, n. 22.*
*Item ex aliis circumſtantiis, de quibus n.24. cum duobus ſeqq.*
25 *Furioſus furore perpetuo nequit contrahere Matrimonium.*
27 *Prodigalitas, vel contrarium vitium extrema avaritiæ, ſunt ſpecies furoris.*
28 *Aſſettamentum Fori Capitolini ex quibus perſonis componatur.*
29 *Nemo ſine cauſa legitima privari debet ſuorum bonorum adminiſtratione.*
30 *Curator ad hoc ut validè detur Prodigo, vel Furioſo, quæ requirantur, remiſſivè.*
31 *Prodigo ad hoc ut dari valeat Curator, debet aſſeri prodigalitas concludenter, & univocè juſtificari.*
*Et probationes deſuper adductæ debent eſſe immunes à qualibet ſuſpicione mali animi, vel intereſſe Conſanguineorũ aſſ. Prodighi n.33.*
52 *Prodigus æquiparatur Furioſo, & Mentecapto, & de ratione.*
34 *Teſtes vilis conditionis nullam fidem merentur.*
35 *Teſtis famulus inducentis non probat.*
36 *Teſtis ſolummodo ad perpetuam examinatus non probat.*
37 *Prodigalitas præſumitur eſſe nota Vicinis, aliiſque Conſanguineis, qui ideo examinari debent.*
38 *Teſtes deponentes de prodigalitate, & amentia, debent cauſam ſcientiæ reddere, & quidem præciſum, & concludentem.*
39 *Prodigus quis propriè dicatur, & n.40. 41. & 43. ubi multipliciter exemplificatur.*
42 *Teſtes de ſana mente deponentes præferuntur teſtibus de furore, ac prodigalitate teſtantibus.*
44 *Judex decretum ſuum interponens ſuper contractu præſeferente improvidam diſſipationem, peccat.*
45 *Prodigalitas in contractu Mulieris excluditur ex Decreto Judicis, qui illum tanquam utilem approbavit.*
46 *Prodigalitas ad effectum deputandi Curatorem minimè reſultat ex erogatione modicæ ſummæ in vanas, & fruſtratorias expenſas.*
47 *Curator ex capite prodigalitatis regulariter datur maribus, non fœminis, & de ratione, & n.49.*
48 *Prodigus æquiparatur pupillo.*
50 *Curator debet dari Mulieri luxurioſè viventi.*
*Et quando fœmina dicatur luxurioſè vivere, & quid requiratur ad talem effectum, ibidem.*
51 *Remedio extraordinario non eſt locus, ubi ſuppetunt remedia ordinaria.*
52 *Curator debet removeri, quando ceſſat cauſa, ob quam fuit datus.*

## DECISIO XLIV.

ADEO' inter ſolatia miſeræ humanitatis
Jura indulſere, quod quilibet ad communem
ſuperiorem Patriam redire debens
non privaretur ea phyſica dulcedine
diſponendi de rebus, quas in hoc noſtro exilio
placuit Summo Deo tribuere, ut Teſta-
1 menti factionem conceſſerint ad finem, quod
etiam poſtquam occumbens in humanis nihil
relinqueret, niſi Cadaver, & Cineres, frueretur
tamen levamine diſponendi de eiſdem rebus,
& facultatibus, quas vivens a Divina conſequutus
fuerat Providentia, quemadmodum
ad Populum loquendo dicebat *Conſtantin. Imperat. in l.1. C. de Sacroſ. Eccl.* & reaſſumpſit
*Juſtinian. in §. Diſponat itaq., Authen. de nuptè* cum concordan. apud *Treutler. conſ.23. n.48. Thoming. dec.13. n.41. Card. de Luc. de Fideic. diſc. 14. n.28.*, & nuper inſinuatum habetur
*in Bononien. Succeſſionis 3. Martii proxim. præteriti ſub principio, coram Me.*

Et idcircò factionem Teſtamenti præfata
noſtra Jura non impediverint, niſi in caſu,
quo prius quis mortuus eſſet, quàm moreretur,
nimirum ſi voluntate, quæ Regina
eſt cæterarum potentiarum Animæ, care-
2 ret, & ſic præ cæteris inibuere, ne carens
hujuſmodi voluntate per perpetuum furorem
teſtaretur, juxtà *Text. in l. 2., & in l. filiusfamilias 16. §. Marcellus, & l. ſeq. ff. de teſtam., & in §. Præterea, verſ. item furioſi, Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. Burg. de Paz. conſ.11. n.12., Connan. lib.9. Comment. Jur. Civ. cap.4., Donell. lib.6. Comment. cap.5. Novar. dec. Regn. Neap. 167. n.3., Mart. Medic. dec. Senen. exam.9. n.1. cum ſeqq.*

Verùm quia ſemper in Jure prævaluit deſiderium,
quod Homines hujuſmodi conſolatione
gauderent teſtandi, non omnis idcirco
ſpecies furoris credita eſt ſufficiens ad
impediendam ejuſdem Teſtamenti factionem;
Tres etenim ſpecies furoris adnume-
3 rant eadem Jura, noſtrique Doctores, quarum

prima, & lacrimabilior eſt illa, quæ ſecum trahit perpetuam mentis alienationem, unde privetur homo velle, & nolle ſemper, & inſanabiliter, juxta diſtinctionem, quam faciunt referendi etiam inferius in proxima ſecunda claſſe furioſorum, & ſignanter *Hotoman.obſer.lib.4.cap.6. lit.A. Richter.in l.furrioſum.9.n.4.C.qui Teſtam.fac.poſſ., Everard. Spec. Kan.quæſt.Jur.cent.1. quæſt.43. num.1., Barry. de ſucceſſ. lib.1, tit.7. num. 42. verſ. in qua quæſtione*,

Secunda ſpecies furoris non perpetui, ſed
4 temporalis cenſetur eſſe ea, quæ quodammodo pro regula habet ipſum furorem, ſed pro limitatione ſublevatur per inducias reverſivas ad priſtinum naturalem ſtatum, quæve idcirco a recuperatione lucis pariter naturalis nuncupatur lucidum intervallum, ſicuti bene diſtinguendo primam ab hac ſecunda ſpecie proſequuntur *Valentin. Franc. de fidejuſſ.cap.2.num.9., Hering.eodem. tract.cap.7. num.114., Argel. de acquir. poſſ. quæſt. 3. art.1. num.66 cum ſeqq., Franciſc. Rocc. reſponſ. 75. num.31. & 32. lib.1., Rot.cor.Rembold.dec.203. num.3.*

Tertia demum irregularis, & veluti quædam intermixta ſpecies eſt eorum, qui laborant humore malenchonico, quive in extremitate morbi valde aſſimilantur primæ ſpeciei, ſed quia morbus iſte, vel a natura, vel ab accidente aliquo extrinſeco, aut intrinſeco promanans, non tangit eſſentiam ſubiecti, ſed eſt pura accidentalis, merito
5 conſtituit tertiam quamdam claſſem, quæ facit, & non facit furorem, ſolumque hujuſmodi infirmitate laborantes appellantur Lunatici, Melanchonici, ex quo proprie dici nequeunt furioſi, & vere Phrænetici, ut videre eſt apud *Theſaur. quæſt. for. lib. 3. quæſt.34. num.6. in fin., Argel. d. quæſt.3. art.1. n.69.& ſeq. Rocc. d. reſponſ.75. nu.33., Rot. cor. Dunoz. Seq.dec.191. n.7. cum ſeqq. & deciſ.772. num.6., & 7. cor. Merlin.*

Reaſſumendo itaque ab initio inſinuatam, ad benignam Iuris noſtri determinationem, quemadmodum incluſi ſub prima ſpecie furioſorum impeditam habent factio-
6 nem Teſtamenti, ut ſupra diximus in §. *Et idcirco*, ita cœteri Furioſi, etiam compræhenſi ſub ſecunda ſpecie illorum, quibus datum eſt gaudere dilucidis intervallis, nullatenus impediuntur, quo minus teſtari poſſint, ut diſcrete ſancivit *Imperator Juſtinian. in l.furioſum 9.C.qui Teſtam.fac.poſſ., & in l.cum aliis 6. §. Nos itaque in fin., ibiquè gloſſ verb. competant, C. de Curat.furioſ., & in d.§. Prætereà, verb.furioſi autem, Inſtit. quib. non eſt permiſſ.fac. Teſtam., Cujac.in l.3. recept.Centen.Iulii Paul.tit.4.Hjeron. Schiurrh.conſ.53.n.4. cent.3. Treutler.conſ.102. n.7. Valenzuel. conſ.31. n.51. Capriol. de ſucceſſ. ab inteſt. in præfat. num.254., Gaſp.Manz.de Teſtam.tit.2.n.65.Boſſ. Oper. Moral.to.2.tit.12.de Teſtam.§.3. num.132., Antunez.de donat.Reg.lib.3.cap.15. nu.24.*, & præter hos reliqui plena manu congeſti *in antecedenti Deciſione hujus Cauſæ cor. R.P.D. meo de la Tremoille impreſſ.dec.51.nu.10. poſt Card. Albit. de Inconſt. in Judic.*

His itaque præmiſſis, cum rurſus ad inſtantiam Patrum S. Auguſtini Venetiarum coram Me in quarta ulteriori inſtantia, nempe poſtquam iiſdem PP. Auguſtiniani reportaverant reſolutiones, ac Sententias reſpectivè favorabiles ſuper validitate Teſtamenti initi per Franciſcum Antonium tam coram A. C., quam coram Reverendiſſimo Urſino Decano, ac demum coram R. P. D. meo de la Tremoille, cum ſucceſſiva canonizatione Signaturæ Iuſtitiæ reſcribentis cum Clauſula, *ſivè præjudicium trium*, coacti nihilominus fuerint ad finem perimendi litem diſputare Dubium = *An conſtaret de re judicata, ſeù potius de cauſis reſtitutionis in integrum* nulla fuit hæſitatio, quominus reſcribendum foret = *conſtare de re judicata*, quodve proindè juſta vulgatam regulam, *incluſio unius &c.* præſeferebat de ſui natura reſponſionem etiam ad alteram partem alternantem, videlicet è converſio = *non conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum*,

Cum etenim tota defenſio; ſeu prætenſio Ioanne Druſillæ, quæ tamquam Amita Franciſci Antonii ſatagebat ſuccedere ab inteſtato, conſiſteret in evertendo Teſtamentum confectum favore Patrum S. Auguſtini Venetiarum ſub unico fundamento dementiæ, ac furors, quo Franciſcus Antonius ejuſdem Ioanne Druſillæ Nepos teneretur, viſum eſt dominis, ad normam præcedentium ſententiarum, rerumque judicatarum nullo modo convinci, quod idem Franciſcus Antonius ità male in articulo Teſtamenti valeret, ut recenſeri poſſet inter Furioſos primæ ſpeciei, ſeù Claſſis, & quidem ex defectu probationis hujuſmodi continuati, ac perpetui furoris quando præſertim juxta indulgentiam noſtrorum Iurium, de quibus ſupra, favor ultimæ voluntatis expetit, ut niſi comprobetur hujuſmodi perpetuus furor, ſed appareat, eum, qui teſtatus eſt, ha-
7 buiſſe ſaltem dilucida intervalla, quæ ſub alia nuncupatione = *tempus intermiſſionis* = appellat *I. C. in l.2.C.de contr ben.empt.*, & = *laxamentum, ac inducias* = *in l. cum aliis 6. C. de Curat.furioſ., & in l.furioſum 9.C. qui Teſtam. fac.poſſ.utrobique in princip.*, præſumatur quoque condidiſſe Teſtamentum de tempore magis naturali mentis dilucidæ, quam caligioſæ, & præoccupatæ ab ipſo furore, per ea, quæ habentur ex *Text. in l. quod meo, §. Si furioſo, ff. de acquir. poſſeſſ.*, & notat *Ludovic.Bell.conſ.101. num.10. & 11., & num.14. Modern. Lucen. conſult.29. num.33. Rocc. d. reſponſ.75. num.25. lib.1., Rot. deciſ.57. num.16.*

*poſt*

Digitized by Google

*poſt Zucch. quæſt. Medicoleg.*, *& dec.* 202. *n.*9.
*coram Priolo*.

Iu præſenti namque iidem Teſtes inducti
à Ioanna Druſilla ingenuè profitebantur,
Franciſcum Antonium neutiquam perpetua
mentis inſania fatigari, ſed quandoque
per intervalla fulciri ſolida ejuſdem mentis
firmitate, prudenterque ſe gerere; quapro-
pter, & deficiente probatione contrarii, &
potius ptæponderante adverſa depoſitione
Teſtium circa hujuſmodi intercapedinem
Iudicii, ſive lucida intervalla, ultra præ-
ſumptionem in dubio ſemper tenendam, po-
tius contra Ioannam Druſillam facere vide-
9 bantur Teſtes, qui adversùs inducentem
plenius probant, vulg. Iur. apud *Cravett.
conſ.*201. *n.*7. *verſ. & adeo*, *Cenſal. dec. Lu-
cen.* 46. *n.*1. *&* 2. *Rot. dec.* 182. *ſub n.*7. *p.* 1.
*recent.*, *deciſ.*117. *n.*22. *par.*10., *& dec* 120.
*num.*8. *cum duob. ſeqq. par.*17., & excludunt
de facili maiorem probationem, cum regu-
10 lariter quilibet reputetur Teſtes meliores ad
ſui favorem induxiſſe, ad not. per *Poſth. re-
ſolut.*86. *n.*26., *Rot. cor. Buratt. dec.*23. *n.*3.,
*& cor. Coccin. dec.*920. *num.*6., *& coram Ca-
vill. dec.*106. *ſub n.*3. *verſ. & tamen præſumi-
tur*, *& dec.*238. *n.*6., & alibi frequenter.

Parum obſiſtentibus conjecturis, & pro-
bationibus, quæ in præcedentibus diſcuſſio-
nibus, & inſtantiis promovebantur ex par-
te Ioannæ Druſillæ, nimirùm quod Fran-
ciſcus Antonius plures geſſerit actus ſpiran-
tes dementiam, vel fatuitatem, quodque
11 præciſis eidem deputatus fuerit in Curia
Eminentiſſimi Vicarii Curator, quem leges
jubent dari in cuſtodiam mentis furioſæ, per
*Text. in l.*1. *& tot. tit. C. de curat. furioſ.* quod-
que pariter effectivè fuerit traductus ad Ho-
ſpitale ex pontificia, & publica pietate ere-
ctum pro hujuſmodi Infælicibus: Siquidem
ultrà quod omnibus iſtis conjecturis, & pro-
bationibus accuratiſſimè, & ſolidè reſpondit
*Rota in præcedentibus deciſionibus*, & uberius
*in ultimo dici* 14. *Maii* 1696. *cor. R. P. D. meo de
la Tremoille impreſſ. dicta deciſ.* 52. *poſt modern.
Tract. de Inconſt. in Judic.* Adhuc illæ magis
ſubſtantiales probationes deputationis Cu-
ratoris, & abductionis ad Hoſpitale, non ca-
12 rebant omninò tali quali ſuſpicione, quod
id contingere valuerit per induſtriam illo-
rum, qui ſucceſſionem inteſtatam Franciſci
Antonii poterant expectare, juxtà præſum-
ptionem, quam alias opportunè præ oculis
habuit *eadem Rot. dec.*62. *ſub n.* 33. *verſ. quia
quidquid ſit, poſt Zacch. qu. Medicoleg. dec.*772.
*ſub n.* 17. *verſ. non obſtat*, *coram Merlin.*, *&
dec.*127. *ſub num.* 16. *verſ. nec relevat*, *coram
Card. Cerro*; addito præſertim, quod ſola de-
13 putatio Curatoris non concludit perneceſſe
dementiam, ac integralem mentis defectum,
ſed prudentem, & in ſuis caſibus laudabilem
providentiam Iudicum, & Tribunalium, quæ
recte conſulentia non benè idoneis ad geren-
das res proprias ob aliqualem mentis inſuffi-
cientiam provident de Curatore, ut præter
adductos *in d. antecedenti Deciſione hujus Cau-
ſæ la* 52. *ſub n.*40. *verſ. ineſſicax*, *& num.* 41.
*cum duob. ſeqq. poſt Card. Albit. ubi ſupra*, ap-
poſitè conſiderarunt *Richter in d. l. furioſum
n.*15., *& duobus ſeqq. C. qui Teſtam. fac poſſ.*,
*Bero quæſt. famil.* 122. *num.*3. *Mart. de ſucceſſ.
legal. par.*4. *qu.*1. *artic.*2. *num.* 28. *De Marin.
reſol. Jur. lib.*2. *cap.*225. *num.* 8. *Rub. de Te-
ſtam. cap.*19. *n.*702. *& ſeqq.*, *Rot. deciſ.*298.
*n.*17. *cum duob. ſeqq. par.* 7. *rec.*, *& dec.* 701.
*ſub. n.*18. *verſ. minùs relevat cor. Dunoz. Jun.*

Et ob id hujuſmodi deputatio Curatoris
nullatenus proficiebat ad intentum Joannæ
Druſillæ, quia cum ipſa deputatio, ut dixi-
mus, non arguat perpetuam (ut opus eſt)
mentis ſubverſionem, non impeditur quis uti
præmiſſa benignitate Iuris pro Teſtamenti
14 factione, quemadmodum non impeditur ha-
bens dilucida intervalla contrahere, ad *Text.
in l.*2. *C. de contrab. Empt.*; quinimò authori-
15 tas Curatoris quieſcit eo ipſo, quod aſſertus
Furioſus habet, vel habere præſumitur dilu-
cida intervalla, ſicuti ordinavit *Imperator
in d. l. cum aliis* §. *Nos itaque ad fin. verſ. ſed per
intervalla C. de curat. furioſ.* & notarunt *Ant.
Faber de Juriſprud. Papin. tit.* 13. *de Tutel.
princ.*4. *illat.* 18. *Ubert. de citat. cap.* 9. *n.*309.
*Gaſp. Manz. de Tut. & Curat. par.* 2. *tit.*10.
*quæſt. alt. num.* 40. *Rub. de Teſtam. d. cap.*19.
*n.*703. *Rot. dec.*203. *n.*11. *cor. Rembold.*, *& in
d. Dec. hujus Cauſæ la* 52. *n.*45. *poſt Card. Al-
bit. de Inconſt. in Judic.*

Abductio verò ad Hoſpitale nimium de
facili referri poterat ad ſollicitudinem Con-
ſanguineorum, qui ſucceſſiſſent ab inteſta-
16 to: Unde preterquam talis abductio fuit
ephimera, dum ipſemet Franciſcus Anto-
nius ſanæ mentis in hoc (&, ut præſumitur,
in aliis rebus) ea via, quæ aliis verè Furioſis
non ſolet benè patere, vix poſt duos dies con-
cluſus aufugit per Tecta: Sed & hæc proba-
17 tio, etiamſi in aliis caſibus, & ſecundùm
contingentias per religionem Iudicis pen-
ſandas, admodum urgere poſſet, ut reputa-
runt *Vermigliol. conſil.*65. *n.*7., *Calà de mod.
articul.* §.2. *gloſſ. unic. n.* 291. *Virgil. de legit.
perſon. cap.*9. *ſub n.*5. *verſ. item ſi fuerit*, *Va-
lent. Franc. de fidejuſſ. cap.* 2. *n.*7., *Pagnan. in
cap. eam te n.*45. *de ætat.*, *& qualit. Epiſc.*,
*Rocca ſelect. diſp. Jur. cap.*135. *n.*18.

Nihilominus in hoc caſu prorsus irrele-
vans viſa eſt talis conjectura, ſive probatio,
18 quoniam hæc abductio ſubſequuta eſt poſt
jam conditum Teſtamentum à Franciſco
Antonio, quapropter, dato etiam, quod
ingreſſus in Hoſpitale fatuorum, ſeu Men-
tecaptorum importare valeret, & induceret
veram probationem omnimodæ fatuitatis,
& dementiæ, adhuc remanebat ineſſi.ax,



Digitized by Google

quia non percutiebat tempus ipſius Teſta-
19 menti, & ſic etiam ubi poſt eexaratum Te-
ſtamentum invaſiſſet dementia Franciſcum
Antonium Teſtatorem, id ſanè non erat ap-
tum ad rumpendas illius Tabulas, quæ ut
ſupra, cenſentur in dubio conſcriptæ de tem-
pore firmitatis judicii, & non penitus offu-
ſcati, & deturbati, itaut neceſſe exiſtat do-
20 cere de dementia, quæ feriat diem, vel tem-
pus exarati Teſtamenti, ut in terminis pri-
mæ Concluſionis habetur *in §. Præterea in fin. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac Teſtam.*, *Gaſp. Manz. de Teſtam. tit. 2. n. 67. Rub. eod. Tract. c. 14. n. 153. cum ſeqq. Gonzal. Tellez in cap. dilectus 24 ſub n. 7. de ſponſal.*, *Card. de Luca de Teſtam. diſc. 41. n. 3.*, & reſpectu ſecundæ con-
ſtat ex traditis per *Coler. in cap. auditis n. 41. de præſcript. impreſſ. poſt ejus Tract. de Proceſſ. exec. Franciſc. Palm. conſult. 86. n. 8.*, *Carol. de Mean. ad Jus Civ. Leodien. obſer. 312. n. 27. verſic. probatio enim*, *Andreol. controv. 223. n. 1. Rot. dec. 34. n. 4. & 11.*, *& deciſ. 57. num. 15. poſt Zacch. qu. Medicoleg.*, *& dec. 228. n. 10. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ.* cum reliquis *in ultima deciſ. hujus Cauſæ la 52. poſt Card. Albit.*, quam poſtmodum ſequuta fuit *eadem Rota in Romana, ſeu Balneoregien. Immiſſionis 14. Jan. 1697. §. Abſque eo quod, & in Senogallien. Legatorum 13. Junii ejuſdem Anni §. Taliter quod, cor. R. P. D. meo Molines.*

Hæc itaque pleniùs etiam diſcuſſa, & ani-
madverſa *in præcedentibus Deciſionibus* & præ-
ſertim *in poſtrema* mox enunciata *R. P. D. mei de la Tremoille*, ſuperabundare videbantur,
ſtante præcipuè hodierno ſilentio Ioannæ
Druſillæ; Sed in hac qualicumque conſide-
rabili dubietate prævaluit apud Dominos
21 nedum generalis aſſertio Notarii de ſanitate
mentis Ioannis Franciſci in actu, ſeu rogitu
conſignationis Teſtamenti acta, ſicuti vo-
luere *Bartholom. de Boſco conſ. 169. verſ. ſecundum, quia Notarius. Jo. Franc. Schenard. conſ. 22. n. 139. & ſequ.*, *Ludovic. Bell. conſ. 101. n. 20. Franciſc. Racc. reſp. 75. n. 21. lib. 1. Palm. Nep. alleg. 68. ſub n. 19.*, *Rot. in d. Romana, ſeu Balneoregien. Immiſſionis §. Sed etiam quia, & in dicta Senogallien. Legatorum §. Cæterum cor. R. P. D. meo Molines, & in d. deciſ. 52. apud Card. Albit. n. 21. & ſeqq.*

At quoque (ut par erat) introſpecta fuit
prudens, & rationabilis diſpoſitio, quam in
ſubſtantia inivit Franciſcus Antonius, qui
inſtituit hæredem Conventum Venetiarum
Patrum S. Auguſtini, quod ſane non ſolum
tanquam concernens Cauſam piam appare-
bat animadverſione dignum, ſed fulciebatur
circumſtantia Cauſæ piæ (ut ita dicamus)
extraneæ, & proinde immunis à ſuppoſitio-
ne, & inſtigatione omnium, qui deſuper in
Urbe habere poterant intereſſe; concurrente
22 namque prudentia in forma, & in fine di-
ſponendi, eò magis includi, ac ſupponi fas
eſt, quod vel Teſtator nunquam vere fuerit
fatuus, ut pluries cenſuit Rota, & præſertim
*in dec. 29. n. 10. & deciſ. 57. n. 20. poſt Zacch. quæſt. Medicoleg.*, *& inter c. dec. 293. n. 21. & dec. 294. n. 7. & 8. par. 8. & cor. Bich. dec. 305. n. 15. & dec. 328. num. 17. apud Torr. de pact. futur. ſucceſſ.*, *& in d. Romana, ſeu Balneoregien. Immiſſionis 14. Jan. 1697. d. §. Sed etiam quia ad med.*, *& in d. Senogallien. Legator. 13. Junii ejuſd. anni §. Series coram R. P. D. meo Molines*: Vel quod ſaltem verſaretur in ſe-
23 cunda ſuperius enunciata ſpecie furoris, &
de tempore, quo lucida effulgebant interval-
la, prout egregiè ponderarunt *Treutler. ſelect. diſput. Jur. tom. 2. tit. de Teſtam. diſp. 10. lit. C. verſ. niſi Teſtamentum*, *Anton. Gomez in l. 3. Tauri n. 8.*, *bo. mem. Duran. de condit. impoſſ. par. 3. cap. 1. n. 18. cum duob. ſeqq.*, *Calvin. de æquit. lib. 2. cap. 194. ſub n. 4. verſ. quæritur, & n. 8. cum duob. ſeqq.*, *Didacus de Mari in addit. ad Gizzarel. deciſ. 35. n. 6.*, *Autunez de Donat. Reg. lib. 3. cap. 15. n. 35. verſ. ſi verò dubitatur*, *Rot. dec. 701. n. 15. verſ. quæ facilius coram Dunoz. Jun. dec. 64. n. 18. cor. Carill.*, *& d. c. 202. n. 13. cor. Priolo.*

Adſtipulabatur ulterius conſideratio, quod
24 idem Teſtamentum fuit ab ipſo Io. Franci-
ſco conſcriptum propria manu, non autem
vel a tertia ſuſpecta perſona, vel ſimpliciter
à Notario extenſum, quod non parum facit
ad excluſionem dementiæ, ſucceſſive etiam
profligatæ ex quodam indicio perſeverantiæ,
dum idem Franciſcus Antonius eamdem
ſuam diſpoſitionem rogitu Notarii jam com-
munitam a ſemetipſo exemplavit, & hujuſ-
modi exemplar manu pariter propria tran-
ſcriptum ad PP. S. Gregorii legatarios tranſ-
miſit, ſeu conſignavit, adeout in longe for-
tioribus terminis congrue applicari videren-
tur ea, quæ conventus de ſimplici ſubſcri-
ptione tradidit *Hieron. Treutler. d. conſ. 102. ſub n. 8. verſ. Sextò*, & ex animadverſis *in Firmana Legatorum 8. Februarii 1692. cor. Reverendiſſimo Hervault. Archiepiſc. Turonen.*, proſequitur *poſtrema Deciſio R. P. D. mei de la Tremoille dicta dec. 52. num. 31. poſt Tract. de Inconſt. in Judic.*

Denique contemni non merebantur re-
flexiones, quæ generice pro excluſione qua-
rumcumque conjecturarum, & probationum
dementiæ circumferri valebant, nempe,
25 quod & prius Franciſcus Antonius ſanæ
mentis fuerat undequaque reputatus, ſtante
licentia, & permiſſione contrahendi Matri-
monium effectivum, prout contraxit, teſte
*Treutler. dicto conſ. 102. n. 5.*, *Vivius dec. 377. n. 15.*, *Rot. dec. 70. num. 10. poſt Zach. quæſt. Medicoleg.*, *& in Faventina Manutentionis 11. Maii 1682. §. Non fuit, cor. bo. me. Paulnccio* & ultra hos cæteri relati *in ſæpius allegata deciſione hujus Cauſæ la 52. ubi ſupra n. 19. & 20.*
quodque pariter Genitor ejuſdem Franciſci
An-

26 Antonii cum inſtituit hæredem in legitima, nec non in aliis ſcutis mille, ipſique filio ſuo ſic inſtituto de nullo Curatore providit, quamobrem, ( & ſi ad majorem, ut diximus, exuberantiam vel excluſæ, vel non probatæ dementiæ ) non erat facile ſuadendum, quod Franciſcus Antonius per hujuſmodi antecedentes actus laboraret eo principio dementiæ, ut poſtmodùm ſtantibus iis, quæ ſufficientèr ad everſionem eius dementiæ demonſtravimus, ita inſanire valuerit, ut mentis integrale dominium deperdiderit per carentiam velle, & nolle, adeòut in illo actu phyſico, quo teſtatus eſt, teſtari non potuerit, quemadmodùm de facto agnoverunt reliqui cum Ioanna Druſilla aliàs ab inteſtato ſucceſſuri, qui litem huiuſmodi, & moleſtationem adversùs PP. Sancti Auguſtini Venetiarum hæredes deſeruere, ad latiùs firmata *in præcitata noviſſima Deciſione hujus Cauſæ cor. R.P.D. meo de la Tremoille* apud *Card. Albit. d.dec.52. num.32., & 33.* juncto *n.57.* ubi & diluitur objectum alterius ſpeciei furoris, quæ ab iracundia promanat, quamvè *Deciſionem* etiam in hoc propoſito, & laudat, & ſequitùr *eadem Rota in d. Senogallien. Legatorum 18. Junii 1597. §. Sublata coram R.P.D. meo Molines.*

Et ità informantibus dumtaxat Patribus hæredibus, Ioanna verò Druſilla pluribus intimationibus laceſſita, & non comparente, reſponſum fuit &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

Expedita fuit hæc Cauſa ſub die 4. Auguſti ejuſdem Anni 1698., eademque expeditione mediante deventum fuit ad taxationem expenſarum, abſquè eo, quod Cauſa ampliùs progreſſum habuerit.

Cumque hæc Deciſio ( quæ nunc impreſſa etiam legitur *inter collect. ad ornatum Card. de Luca in Mantiſſ. tom.4. lib.16. ſub tit. de Conflict. legal. dec.20.*) plenè agat de materia furoris, & dementiæ, opportunum erit indicare, quod de hac ipſa materia tractatum deinceps fuit ſub Anno 1700. in una *Tiburtina donationis* paritèr *coram Me*, ut inferiùs, Deo dante, ſuo loco regiſtrabimus. Intereà verò,
27 quia tres ſpecies furoris in præſenti Deciſione diſtinctæ extiterunt, non erit paritèr incongruum ſuperaddere quartam, quæ conſiſtit in caſu veræ prodigalitatis, ac etiam extremæ avaritiæ, ut per *Virgil. de legitimat. perſonar. cap.9. n.1., & ſeqq.*

In hac itaque quarta ſpecie prodigalitatis evocatus ad tuenda iura nobilis Mulieris in
28 Affettamento Fori Capitolini, quod componitur à Senatore Urbis, duobus Collateralibus, ac Iudice, quem nuncupant *Maleficiorum*, una cum Auditore ejuſdem Senatoris, credidi, & obtinui, quod iniuſtè eadem nobilis mulier nomine Magdalena divexaretur à quibuſdam eius Conſanguineis inſtantibus pro deputatione Curatoris, idquè ex fundamentis allatis in ſubſequenti Diſcurſu, qui incipit.

Iuſtè enim expoſtulat D. Magdalena declarari, conſtare de Cauſis reſtitutionis in integrum, & infirmandas eſſe Sententias adversùs eam prolatas ſuper appoſitione, ſeù deputatione Curatoris ex cauſa ſuperimpictæ Prodigalitatis, cùm non minùs nullitèr,
29 quam iniuſtè ſpoliata remanſerit naturali, & legitima bonorum ſuorum adminiſtratione, & amenti, ac furioſæ extiterit comparata in grave ſui præiudicium, quod Iura ſummoperè abhorrent, & deteſtantur, quemadmodum in ſpecie conclamarunt *Fulgoſ. Soccin. Maſcard.* aliique collecti per *Hodiern. Controv. cap.41. n.24., & 25., Altimar. de nullit. Rubr.11. quæſt.9. ſub n.26. verſ. Cùm tractetur.*

Et ſanè prætermiſſis nullitatibus, cùm pæ-
30 nitùs neglecta noſcantur quinque requiſita ad hunc effectum in Iure præſcripta, & omninò ſervanda, ac de quibus *Virgil. de legit. Perſon. cap.9 n.4., & ſeqq, Hodiern. contr.41. n.21., & ſeqq., Altimar. de Nullit. Rubr.11. quæſt.9. n.22., & ſeqq., Rocc. reſp.78. n.4. lib.2.* & ſtrictè deveniendò ad ſubſtantiam boni Iuris, conſtat evidenter de iniuſtitia prædictarum Sententiarum, & reſpectivè de invalida deputatione Curatoris, ex pluribus;

Et primò, quia cùm prodigalitas ad præmiſſum nimis præiudicialem effectum privandi Dominum adminiſtratione rerum ſuarum, & declarandi aliquem mentecaptum minimè præſumatur, ſed concludentiſſimè debeat iuſtificari per probationes claras, & univoce patefacientes fatuitatem, itàut ad alium titulum actus geſti nequeant referri, ut uno ore monuerunt adducti per *Paz Jordan. var. lucubr. lib.14. tit.17. n.412.*, & proinde intantùm, ut præmiſimus, furioſo, & men-
32 tecapto Prodigus æquiparetur, inquantum dicitur in res ſuas exercere furorem, ut proſequuntur per *Text. in l. bis qui 12. in fin. ff. de Tutor., & Curat. dat.* cum concord. *Paſſarell. de donat. lib.1. quæſt.11. ex n.26. cum ſeqq.*, & præſertim *n.30. Maſcard. de probat. concluſ.1234. num.12.* ubi optimè loquitur, & materiam explanat, & *num.16.* ubi idem refert *Riminald. Sen. conſ.531. n.8. & 9 lib.3. Rocc. reſp.78. num.11., & 12. lib.2.* ubi quod debent exhiberi contractus, ex quibus Prodigalitas arguatur.

Videamus quæſò, quid ad iuſtificationem huiuſmodi prodigalitatis, ſeù furoris fuerit adductum; præmiſſa namque illa pondera-
33 tione, quod Iudices cavere debent, ne probationes deſumptæ fuerint ſtudio, & malo animo Conſanguineorum ad capeſſenda ſub hoc prætextu bona, & hæreditatem alterius, ut præciſe notat poſt *Caſtrenſ. in conſ.248 n.4. lib.2.*

*lib.2.*, & *Rot. cor. Cavaler. dec.273. n.4. Altimar. de nullit. d. Rubr.11. q.9. n.27.*

Profectò ad duo probationum genera reſtringuntur iuſtificationes conſtructæ, unum nempè ope duorum Teſtium, & alterum ex effectiva alienatione quorumdam locorum Montium deſumptum: Sed quatenùs pertinet ad Teſtes, facili negocio diluuntur, tùm quia ſunt peſonæ viliſſimæ, & actu inſervientes unico Conſanguineo inſiſtenti ſuper deputatione Curatoris, & ideò nil probant, maximè, quia concernunt materiam obiectivam, ſuntque ſimplicitèr ad perpetuam
34 examinati, ſicuti reſpectu vilis conditionis plena ſunt volumina, ut videre eſt apud *Buccatt. dec.599. n.7. & decif. 200. num.2. part.6.*
35 *recen.* reſpectu famulatus tradit *Contr. diſcept.54. n.6. Conciol. alleg.53. num.9. Palm. Nep. alleg.186. n.24. Thomat. dec.50. num.40. Rot. dec.317. n.5. par.2. diverſ.*, & *dec.86. num.32. par.8. recen.*, & *dec.150. num.1. cor. Celſ.*, &
36 circà materiam obiectivam, & deniquè quòad examen ad perpetuam. *Rot. coram Cavaler. dec.21. n.3.*, & *coram Dunozett. Jun. dec.464. num.12.*, & *dec.316. num.15.*, & *20. par.19. rec.*

Tùm etiam, quia non ſolùm deſupèr loco Teſtium erant examinandi, & perquirendi cœteri Conſanguinei Magdalenæ, illiuſque
37 Vicini, cùm data Prodigalitate, illa, ut diximus, tanquàm ſpecies furoris facilè innoteſcat Vicinis, & multò magis aliis Conſanguineis, ſicuti reſponderunt, & faciendum eſſe teſtantur *Fab. in C. lib.5. tit.40. defin.7. Rot. cor. Cavaler. d. dec.273. n.3. verſ. Et an eſſent*, *Hodiern. d. contr.41. n.28. Altimar. de nullit. d. Rubr.11. quæſt.9. n.31.*, ſed etiam quia minimè concludunt actus præciſos, qui ſapiant
38 veram prodigalitatem, & amentiam, nec individuant caſus, & perſonas, cum quibus, & in quibus eadem D. Magdalena eoſdem actus exercuerit, ſcientiæ cauſam opportunè reddentes, ad tradita in ſpecie per *Bertrand. conſ.222. antè num.3. verſ. Præterca par.1. lib.3. Fab. in C. d. lib.5. tit.40. defin.7. ſub n.6. in fin.* egregie *Hodiern. d. contr.41. n.26.27.* & *28.*

Potiſſimè, quia licèt per *Text. in l.1. ff. de*
39 *Curat. furioſ.* Prodigus reputetur ille, *qui neque tempus, neque finem expenſarum habet, ſed bona ſua dilapidando, & diſſipando profundit*, nec ità perfectè in eodem *Textu* explicetur caſus in concreto, ſeù quando quis dici poſſit verè non habere tempus, neque finem expenſarum, bonaque dilapidare, & diſperdere; nihilominùs exemplificando *Doctores* tradunt
40 exempla *Eſau*, qui pro modica eſca Ius primogeniti vendidit, *Liſimachi*, qui pro parvo potu aquæ ſe Hoſti tradidit, cum ſimilibus eruditè congeſtis apud *Paſſarcl. de Donat. lib.1. quæſt.11. ex n.5. cum plur. ſeqq.* fusè etiam *Urceol. de Tranſact. quæſt.36. n.1.*, & *2. Petra ad Rit. M. Cur. Rit.166. n.95.*, ubi refert deſcriptionem de Prodigo factam à *Cic. lib.2. de offic.*; & à *Coſtant. Imper. in l. fin. §. Minor il 2. C. de ſentent. paſſ.*, & alii deſcendendo ad actus ma-
41 gis practicos exemplificant in eo, qui patrimonium conſumit luxurioſè vivendo, ludendo, donando, fidejubendo, pretiis vilibus, & citrà cauſam alienando, itaut ex his reſultet omnimoda carentia ſenſus, & intellectus, uti videre eſt penès *Bertrand. d. conſil.222. par.1. lib.3. num.3.*, ubi adamuſſim reprobat in hoc propoſito dicta Teſtium, *Maſcard. de probat. dicta concluſ.1234. num.12. Antunez de donat. Reg. lib.3. cap.15. n.34.* benè *Tranchedin. conſult.37. ex n.55.*, & præſertim *num.59.*, & concordat *Virgil. de legit. perſon. cap.9. num.5. Altimar. de nullit. dicta Rubr.11. quæſt.9. ſub nu.5.*, ubi paritèr benè exemplificat, & *n.30. Hering. de fidejuſſ. cap.7. n.140.*, qui paritèr loquitur in propoſito Teſtium, ſequitur *Petr. ad Rit. M. Cur. ubi ſuprà*; utrùm verò id poſſit deſumi ex dicto, & informi depoſitione præfatorum Teſtium, relinquimus unicuique cogitandum.

Tùm, & deniquè, quia Teſtes iſti viliſſimi, & mendicati longè confliclantur, & ſuperantur à Teſtibus in contrarium allatis, qui ſunt Sacerdotes, & curam Animarum regentes, & alter eorum Medicus, *Summ. num.2.* undè dum habemus pro excluſione furoris, & prodigalitatis Teſtes tàm inſignes, & gubernare conſuetos mentis, & corporis ſanitatem, illaque gaudere D. Magdalenam deponentes, profectò opus non eſt ad deſtruenda dicta contrariorum Teſtium recurrere ad vulgarem illam propoſitionem, quod magis
42 ſtetur Teſtibus de ſanitate mentis, quam de furore, ſeù de prodigalitate deponentibus, ut patet ex collectis per *Siebard. conſ. Teſtam.2. num.47. Gaill. conſ.11. n.11. lib.1. Boer. dec.23. num.93. Caren. reſol.171. n.27. Rab. de Teſtam. d. cap.15. n.381.*, & *ſeqq. Cerr. dec.127. n.22.* qui omnes ampliant concluſionem, nempè, quod magis credatur duobus Teſtibus de ſana mente, quam mille de inſania, & furore deponentibus.

Quò autem ad alienationem locorum Montium, ante omnia præmittimus, quod iſta non fuerunt viliori pretio diſtracta, ſed pro majori in Platea decurrente; & generaliter ſi vellemus Prodigum, & amentem declarare, quia pro ſuis indigentiis cogitur in dies loca Montium alienare, de facili cum ſola fide D. Urſayæ poſſemus dare Curatorem pleriſque etiam ex prudentioribus Urbis, pluresque adinvenirentur, qui Cura indigerent, quàm qui Curatores eſſe poſſent: Sed adhùc quomodò dici poteſt, profusè, &
43 citrà honeſtatis finem ſubſtantia ſua abuſam fuiſſe Magdalenam in hac diſtractione locorum Montium, proùt definiendo prodigalitatem docet *idem Paſſarcll. de donat. dicto lib.1 quæſt.11. n.21.* & *ſeqq.*, dum excepta ultima

alie-

Digitized by Google

alienatione duorum locorum Montium ſecuta ſub die 13. Aprilis 1686, ex quo judicialitèr fuerat vinculum dotale ſublatum, præcedentes omnes extiterunt factæ cum Decreto, causâque in ſcriptis regiſtratâ, & examinata per Judices iſtiuſmet Aſſertamenti, qui modum etiam implicandi pecunias præſcripſerunt; quamobrem has venditiones, vel receptiones prætii jam extracti tuendo à nota prodigalitatis, vererer eoſdem, & Judices offendere, quia ſupponerem delictum in eis poſitiuum, & peccatum, præter enim obligationem, quia injungit noſtrum Statutum
44 Urbis, de Iure eſt, quod Judex Decretum ſuum interponens ſuper improvida diſſipatione, delinquat, & peccet, ut inquit, & probat *Ancharan. conſ.*83. *n.* 3. cum cœteris apud *Velaſc. de privil. miſerab. perſon. queſt.*3. *n.*155. & concordat *Card. de Luca de alien. diſc.*36. *n.*6.,
45 neque fas erit invenire *Doctorem* attentantem arguere de prodigalitate Contractum, quem Judex pro Tribunali ſedens, tamquàm neceſſarium, vel utilem approbavit.

Remanet itaque vindicanda prædicta venditio duorum locorum Montium; ſed cum à die 9. Junii 1685. uſque ad prædictam diem 13. Aprilis 1686. D. Magdalena caruerit fructibus locorum Montium extractorum, & ſteterit ex facto Conſanguineorum in litibus involuta, & deinceps uſque ad diem 21. Maii 1687., & uſque ad præſens non appareat quidquam percepiſſe, aut alienaſſe, credimus proculdubio, quod conſiderata neceſſitate Alimoniæ pro ſe, & familia, diſpendiis cauſa morborum, quibus frequenter opprimebatur, ac demum ſumptibus litium, imperceptibile ſit, alienationem duorum locorum Montium importantium ſcuta ſolùm 200., poſſe umquam per ſomnium referri ad prodigalitatem, furorem, & amentiam, prout deſiderant, & exemplificant *Doctores* ſupra allegati, præſertim, quia ſi quid etiam per
46 diſcurſum impendiſſet ex hac tenui ſumma in vanas, & fruſtratorias expenſas, non idcirco locus eſſet Curatori, ut in puncto *Guidepap. conſ.* 196. *per tot.*, & eo relato *Sanfelic. deciſ.*338. *num.*41. *lib.*3.

Secundo deregitur iujuſtitia earumdem Sententiarum, quoniam ea, quæ hucuſque
47 dicta ſunt, procedunt reſpectu hominis, ſeù maris, non autem reſpectu fœminæ, quarum improvidis alienationibus citrà aliam neceſſitatem extraordinarii remedii ſatis abundè lex ſemper povidit de Curatore, ut eruditè demonſtrat *Petr. Gregor. in Syntagm. Jur. univ. lib.*11. *n.*9. *Tiraquell. de ll. connub. gloſſ.*1. *par.*1. *n.*72., *& ſeqq.*, & patet expreſſe in noſtro Statuto *cap.*151. *lib.*1.; undè nullibi invenietur, quod fœminæ in praxi datus fuerit umquam curator ex capite prodigalitatis, quia cum
48 Prodigus equiparetur Pupillo, omneſque ſolemnitates requiſitæ in alienatione bonorum Pupilli requirantur in alienatione Prodigi, ut tradit *Gluſſian. de dat. in ſolut. cap.*23, *Novar. de elect. for. ſect.*2. *n.*2., *&* 3., & poſt utrumque *Add. n. ad Sanfelic. dicta dec.*338. §. *Prodigus fol.*68. *Vinc. de franch. dec.*672. *n.*7., *&* 8. *Alti-*
49 *mar. de nullit. Rubr.*11. *quæſt.*9. *n.*3. hinc ſicuti fatuitas eſſet dare Curatorem Pupillo, tamquam Prodigo, ita & abſurdum exiſtit illum feminæ deputare, cui jam, ut præmiſimus, ſtatutum *in cap.* 113., *& d. cap.*151. *lib.* 1. ad exuberantiam de Curatore, & Judice providit.

Et quidem deſcendentes præciſè *Doctores* ad examen, utrum fœminæ dari poſſit Cura-
50 tor ex cauſa prodigalitatis, tantum modò reperitur, quod per *Text. in l. ſi Mulieri, ff. de Curat. furioſ.* Mulieri luxurioſè viventi valeat interdici, ſeù dari Curator, an autem ad hoc, ut luxurioſè Mulier vivere dicatur, attendatur pudicitiæ violatio, ac intemperantia, & luxuria, ſive potius ex quo Mulier nimis pretioſis veſtibus, aliiſque rebus utatur, non modica controverſia reſidet apud *Scribentes*, uti videre eſt penet *Rebuff. de ſentent. prov. ar.*3. *gloſſ.*4. *n.*11. *Facchin. lib.*2. *Contr. cap.*65. *in fin. Hodiern. d. contr.*41. *n.*10. *& ſeqq. Paz. Jordan. var. lucubr. lib.*14. *tit.*17. *num.*411. plenè *Altimar. d. Rubr.*11. *quæſt.*9. *n.*58. *& ſeqq.*, *& n.*62., & alios cumulat *modern. Sabell. in Summ. diverſ. Tract. lit. P.* §.50. *n.*20. *verſ. quod Prodigus*: Verum utcumque velimus id interpretare, non credimus, quod exadverſo unum, vel alterum vitium poſſit per immaginationem impingi D. Magdalenæ notoriæ honeſtatis, & quæ neceſſariis etiam caret indumentis.

Tertio denique omnem tollit amaritudinem altera circumſtantia particularis, quæ in caſu noſtro concurrit, quia ſi ceſſante fine
51 legis ceſſat etiam lex, & ſi ubi ſuppetunt remedia ordinaria recurrendum non eſt ad extraordinaria ex *Iuribus* notiſſimis: profectò D. Magdalena, quando etiam vellet, & foret (ut exageratur) prodiga, quin etiam formiter furioſa, non poſſet debita contrahere, vel obulum alienare, nam ſi debita contrahit ſinè cauſa, ſibi ipſi imputabunt Contrahentes; & quoad duo ſolummodo loca Montium, quibus vinculum, ut ſuprà fuit judicialiter deletum, poterit ad majorem canthelam apponi ſolitum, *nihil transeat*, quo pariter mediante remanebit conſultum Patri, quæ, ut ait, veretur, ne D. Magdalenæ ad egeſtatem ex imprudentia redactæ ſubminiſtrare alimenta teneatur, itaut ex hac ſola reflexio-
52 ne, quando etiam valide fuiſſet de præterito datus Curator, eſſe mox amovendus, ad ea, quæ in propoſito ceſſationis cauſæ prænotarunt *Bart. in l. ii cui bonis n.*5. *ff. de verb. oblig. Gaill. pract. obſerv. lib.*2. *obſerv.*85. *n.*4 *& ſeqq.*, & præcipuè *num.*6.

ASSI-

## ASSISIEN, PECUNIARIA.

## DECISIO XLV.

*Veneris 16. Maii 1698.*

### ARGUMENTUM.

Hæres bsnefieiatus non reddens legitimam rationem, habetur, acſi eſſet hæres purus, & contra eum relaxatur Mandatum. Continentia Cauſæ dividi non debet eſſe Judex etiam ad favorem illius contra Authorē laudatum, qui ad indemnitatem poſſeſſoris tenetur.

### *SUMMARIUM.*

1 *Liberatio à moleſtiis importat de ſui natura refectionem omnium damnorum, & intereſſe.*
2 *Tertius poſſeſſor fundi cenſiti poteſt Cenſum ſuper illo impoſitum translative acquirere.*
3 *Fidejuſſor in contractu Cenſus poteſt illum translativè acquirere adverſus principalem debitorem.*
4 *Debitor non remanet liberatus, niſi per ſolutionem.*
5 *Hæres cum beneficio legis, & Inventarii non confundit propria Jura, & actiones, ſed reputatur tamquam Procurator, ſivè administrator hæreditatis.*
6 *Hæres beneficiatus non reddens rationem de bonis hæreditariis, habetur pro hærede ſimplici, & n.10.*
7 *Credita allegata per hæredem beneficiatum in actu redditionis rationis non attenduntur niſi plenè, & clarè juſtificentur.*
8 *Hæres beneficiatus tenetur reddere rationem de fructibus hæreditatis favore Creditorum defuncti.*
9 *Hæres beneficiatus dolosè omittens aliquam rem deſcribere in Inventario tenetur ergu Creditores ad duplum, ſed non ob id amittit beneficium Inventarii.*
11 *Judicium pro liberatione à moleſtiis non alibi moveri poteſt, quàm coram Judice ipſarum moleſtiarum.*
*Et de ratione, n.12. 13. 16. & 22.*
*Amplia, ut n.19. 20. & 23.*
12 *Cauſæ connexæ, & unitæ debent coram uno, & eodem Judice terminari.*
14 *Author laudatus veniens ad Judicium vocatus, poteſt dicere de Injuſtitia ſententiarum.*
15 *Obligatus ad liberandum a moleſtiis tenetur litem juribus ſuis, & Inſtrumentis munire.*
*Et tenetur litem defendere in eo Foro, in quo Cauſa cum poſſeſſore agitatur, licet reſpectu ipſius Authoris laudati Iudex eſſet incompetens, n.17.*
18 *Fideicommiſſum ordinatum à Debitore ſuper ſuis bonis non facit; quominus illius Creditores ſuper eiſdem bonis valeant propria credita experiri.*
21 *Agens contra eum, qui Fiſcum habet pro relevatore, tenetur coram Iudicibus fiſcalibus eum convenire.*

PAulus Æmilius Comes de Fluminibus obtinuerat à tunc Locumtenente A. C. nunc emerito S. R. E. Cardinali Eminentiſſimo Cavallerino, Mandatum non minus contra bona hæreditaria Comitiſſæ Hieronymæ Nutæ de Fluminibus, quàm contra bona propria Comitis Guidonis filii ejusdem Hieronymæ pro liberatione a moleſtiis, quas à Monialibus S. Claræ paſſus fuerat idem Paulus Æmilius in vim fidejuſſionis, quam pro quodam Cenſu Hieronymus Rodulphus ejus Genitor, & Author ſubiverat ad favorem Hieronymæ principalis impoſitricis, quando ad recurſum, ſive ſupplicationem Partis ſuccumbentis Signatura Juſtitiæ Mihi reſcripſit, ut præſervata jurisdictione Judici a quo cum clauſula = *ſine præjudicio legitimæ executionis quoad bona hæreditaria ejusdem Hieronymæ*, cognoſcerem, an Mandatum quoad bona propria ab eodem Eminentiſſimo Cavallerino relaxatum reſpectu Co. Guidonis filii, & hæredis beneficiati Hieronymæ eſſet exequendum; at quia poſt hujuſmodi Judicatum mediante effectiva ſolutione Capitalis præfati Cenſus, idem Paulus Æmilius translative acquiſivit etiam Jura prælaudati Cenſus à Monialibus Creditricibus, neceſſe fuit conſulere Dominos non tantum reſpectu primi Judicii, ſive Mandati pro liberatione a moleſtiis, ſed etiam occaſione prædictæ acquiſitionis activæ reportatæ per Paulum Æmilium à Monialibus, videlicet = *An conſtaret ne credito, itaut relaxandum eſſet Mandatum non dum contra bona hæreditaria Hieronymæ, ſed etiam exequendum contra bona propria Co. Guidonis filii*, = & negligente comparere in hodierna Audientia Comitiſſa Eleonora ejuſdem Com. Guidonis Vxore, & Hærede. DD. citra ſcrupulum in utroque capite affirmative reſponderunt.

Nulla namque ſuberat difficultas in ordine ad primam partem, nimirum, quod de Credito conſtaret tam circa originale Iudi-
1 cium liberationis à moleſtiis ſecumferens refuſionem, ſive refectionem damnorum, & intereſſe debitam a Hieronyma in ſequelam ipſarum moleſtiarum, ad Text. *in l. Creditor 54. §. Prædium ff. de act. empt.*, verum quoque in ordine ad creditum reſultans per acquiſitionem factam a Paulo Æmilio de Cenſu Monialium S. Claræ, ex quo idem Paulus Æmilius per publicum Inſtrumentum oſtendebat, mediante effectiva pecunia, Cenſum, pro quo illius Pater fidejuſſerat, redemiſſe à Monialibus S. Claræ Creditricibus Hieronymæ, & reſpective coemiſſe procedendo non per viam ſimplicis redemptionis, ſed poſitivæ acquiſitionis Jurium, ſicque (ut dicitur)
2 translative, non extinctive, juxta ea, quæ in terminis tertii poſſeſſoris ex *Roderic. Carleval. & Capyc.*

Digitized by Google

*& Capyc. Latr.* nuperrime reſoluta extiterunt
*in Piſauren. Reſciſſionis Contractus 5. currentis*
*Menſis* §. *Verum quia*, *cor. Me*, & præciſius in
3 propoſito fidejuſſoris ejuſdem Cenſus *Olea de*
*ceſſ. Jur. tit.5. quæſt.2. n.3. & 4. Rot. dec.503.*
*n.22. cum ſeqq.* & ſignanter *n.10. poſt Cenc. de*
*Cenſ. & dec.330. num.5. & ſeqq. par.17. & in*
*Romana Cenſus*, *ſeu repetitionis indebiti cor.*
*Card. Cerr.* inter ſuas *dec.911.* repetit. *dec.277.*
*par.15. rec. utrobique n.1. cum duob. ſeqq.* con-
firmata *ſub die 2. Martii 1671.* §. *Etenim cum*
*plur. ſeqq. cor. bo. me. Albergato*.

Reducebatur itaque (ſi qua aderat) dubi-
tatio ad ſubſequentem Dubii partem reſpe-
ctu relaxationis Mandati, nedum, ut præmi-
ſimus, contra bona hæreditaria Hieronymæ
principalis debitricis, ſed an foret quoque
exequendum contra bona propria Co. Gui-
donis, quod utique manifeſtum erat circa
4 bona hæreditaria Hieronymæ, cum nonniſi
per ſolutionem debitor liberetur, vulg. Jur.
*in l. nulla, C. de ſolut. & in* §. *1. Inſtit. quib. mod.*
*toll. oblig.*

Verum quoad bona propria Co. Guidonis
obſiſtere videbatur beneficium legis, & In-
ventarii, ſub cujus tantummodo præſidio
hæreditatem Hieronymæ Matris adiverat
Guido, quod ſane regulariter ex nova, beni-
gnaque introductione *Juris Juſtinianæi* ope-
5 ratur, ne amplius hæres cenſeatur una, ea-
demque perſona cum defuncto, ſed repute-
tur potius effectus Procurator, & Admini-
ſtrator hæreditatis ad finem excludendi ne-
dum ſolutionem, ſeu gravamen ſuper bonis
propriis pro debitis a defuncto relictis, ſed
etiam confuſionem actionum, quam ſimplex
aditio hæreditatis alias, mediante ſuperius in-
ſinuata identitate perſonæ defuncti, & hære-
dis efficeret, quemadmodum præter inſinuata
*in Romana Cenſus 3. Junii 1697.* §. *Non con-*
*trovertebatur cor. Me*, communiter habetur
apud *Modern. Melphiten. de plural. hom. legal.*
*cap.34. n.8. Conciol. de hæred. art.1. n.306. &*
*ſeqq. Card. de Luc. lib.5. de Cenſib. diſc.29. n.7.*
*& lib.8. de Credit. diſc.36. n.23. Rot. Florrent.*
*inter dec. diverſ. collect. per Modern. Palm. de-*
*ciſ.143. n.27.*

At quia ſeparatio hujuſmodi, ex benignita-
te noviſſimi Juris proſiliens, non debet ex op-
poſito fraudem importare, quoque hæres be-
neficiatus ſeſe ſupponens dumtaxat effectum
Procuratorem, ſeu legalem Adminiſtrato-
rem hæreditatis non reddat rationem de bonis
hæreditariis, & per eum (ut fingitur) in ad-
miniſtrationem detentis; idcirco quia Guido,
illiuſque vice Eleonora ſufficientem rationem
non reddidit præfatæ hæreditatis Hieronymæ
debitricis, decreta quoque fuit relaxatio Man-
dati contra bona propria ejuſdem Guidonis,
ex quo non reddens rationem de hujuſmodi
6 bonis indignum, ſeu incapacem ſe reddit be-
neficio legis, & titulo adminiſtrationis, & re-
manet, ut prius, hæres ſimplex, & obligatus
ſatisfacere Creditoribus defuncti, ut paſſim, &
bene reſpondit *Rot. cor. Merlin. dec.721. n.3. &*
*cor. Priol. dec.374. n.5. cum duob. ſeqq. dec.132.*
*n.23. par.15. rec. dec.26. n.8. & 9. cor. Ubalg.*
cum cæteris *in d. Romana Cenſus 3. Junii Anni*
*præteriti* §. *Verum reſponſum fuit, cor. Me, &*
*in Aſculana Dotis, & legitimæ 1. Junii ſubſe-*
*quentis* §. *1. cor. Reverendiſs. D. meo Decano*,

Non enim ſufficiens dici poterat illa red-
ditio rationis, quam prætendere valebat Gui-
do in vim bini Proceſſus in Partibus confe-
cti: in primis, quia etiam eiſdem Proceſſi-
bus inhærendo, mediante relatione Periti
apparebat, Guidonem ſeſe ex mero capite
perceptionis fructuum ex bonis hæreditariis
Hieronymæ debitorem conſtituiſſe in ſum-
ma ſcut. 2397. 14., ut in Reſtrictu ejuſdem
Peritiæ *litt. A.*; Pro obtegenda autem, vel
abſorbenda hac ſimplici quantitate, fruſtra-
toria viſa eſt oppoſitio viginti, & unius par-
titæ, quam, ſeu quas ad ſui Creditum con-
traponebat Guido, ex quo de tam ingenti
numero tres tantummodo partitæ remane-
bant ex præfata relatione Periti juſtificatæ, &
hoc non in totum, ſed pro medietate, ut in
7 eodem Reſtrictu *litt. B.* Unde idem erat, ad ef-
fectum contraponendi in hac prætenſa red-
ditione rationis, nullum allegari Creditum,
vel non probari, ut inquit *Rot. dec.498. n.13.*
*par.4. tom.2. rec. dec.442. n.5. par.9. dec.57.*
*n.9. par.11. & dec.151. n.22. par.12.*

Subtractis itaque, ſeu defalcatis etiam hu-
juſmodi tribus partitis pro medietate, adhuc
effulgebat ex Calculo debitor Guido in ſum-
ma ſcut. 2002. 22.; Sed ulterius defectuoſa
noſcebatur ſuppoſitio fructuum percepto-
rum, quia Guido omiſerat calculare ad ſui
debitum, & conſequenter non reddebat ra-
tionem de penſionibus quarumdam Apothe-
carum aſcendentibus ad ſcut. 915., ut in di-
cto Reſtrictu *litt. C.* quibus ſane (ut par erat)
adauctis, Creditum hæreditatis progredie-
batur ad ſcut. 2917. 14., non enim in Jure erat
8 dubium, quod vel hæres beneficiatus, vel
alius quilibet adminiſtrator compellatur
reddere rationem de univerſis fructibus hæ-
reditatis, vel adminiſtrationis, ad trad. per
*Capyc. Latr. conſult.63. n.67. Rot. dec.535. n.*
*1. & nu.12. par.5. rec., & dec.521. num.7. &*
*ſeq. part.14.*

Fortius accedente, quod neque pariter
Eleonora ex perſona præfati Guidonis, nec
idem Guido adhuc in humanis exiſtens, in
præfatis duobus Proceſſibus rationem red-
debat pretii medietatis Juriſdictionis Caſtri
Sterpeti, quam Hieronyma principalis debi-
trix enunciati Cenſus deliberari obtinuerat
ad favorem ipſius Guidonis, & Ulderici fra-
tris, & reſpective filiorum ejuſdem Hierony-
mæ pro ſumma ſcut. 3000., prout in ſæpius
allegato Reſtrictu Peritiæ *litt. D.*, quin etiam,

quia nec hanc medietatem Juriſdictionis de-
9 ſcripſerat Guido in Inventario, ſi non ex hoc capite ceſſabat beneficium prædicti Inventarii, intrare poterat (ſtante fortaſſe dolo) condemnatio ad duplum, juxta ſententiam, quam tenet *Rot.* ut in *dec.* 181. *n.*4. *cum ſeqq. par.*6. *dec.*466. *n.*29. *&* 30. *par.*9. *& dec.*343. *n.*39. *cum n.*2. *ſeqq. par.*12. *rec., & in Romana redditionis rationis* 31. *Jan.*1689. §. *Præterea in fin. cor. Eminentiſs. Caccia Archiep. Mediol.*

Nec in minimo Eleonoram relevare valebat ad effectum, de quo agebatur, altera prætenſio, quam in primordiali Judicio coram A.C. ſuſcitaverat Guido circa retentionem, ſeu contrapoſitionem plurium Creditorum, quæ translative acquiſiviſſe dicebat in ſcut. 8000., & ultra: Quoniam ex prædicta Peritia conſtabat, eadem aſſerta credita non ſubſiſtere, niſi in ſcut. 1700. 50.; quamobrem recte in eadem Peritia concludebatur, Guidonem omnibus prætenſionibus ejuſdem (prout Juſtitia exigebat) ſubductis, ſemper remanere debitorem etiam citra dupplicationem condemnationis ratione omiſſæ deſcriptionis medietatis Juriſdictionis Caſtri, ut ſupra, in ſcut. 4216. 72., quæ nedum proculdubio exuberabant pro ſatisfactione Pauli Æmilii,
10 ſed etiam operabantur, ut Guido non bene reddens rationem de hæreditate, & bonis Hieronymæ pari teneretur executionem, Mandati etiam adverſus bona propria; ex *Juribus* uberrime ſupra congeſtis.

Et ita informante ſolum Comite Paulo Æmilio &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

Confirmata fuit hæc Deciſio, quæ prodierat in contumaciam, etiam altera Parte poſtmodum comparente, quemadmodum annotabitur inferius: Cumque de reliquo præſens Deciſio duobus innitatur articulis, altero circa liberationem a moleſtiis, & altero circa male, vel bene redditam rationem de bonis hæreditariis, quoad hunc poſtremum articulum, ex quo paſſim ille videtur diſpunctus in Voluminibus Tribunalis, ac etiam ſæpiſſima tactus in Deciſionibus editis coram Me, ſuperfluum redditur alias ſubnectere annotationes, vel additiones, ſolumque ad ornatum, & ad pleniorem ſedem ejuſdem materiæ examinatæ tam ſuper legalitate, ſeu validitate Inventarii, quam ſuper conſecutiva redditionis rationis bonorum in eodem Inventario deſcriptorum, non abs re erit indicare Deciſiones in propoſito uberrime editas, nempe *in Romana Pecuniaria* 7. *Martii* 1701. *coram R.P.D. Muto, in Romana Pecuniaria, ſeu Locorum Montium* 4. *Maii* 1699., *&* 13. *Junii* 1701., *coram R.P.D. dell'Olmo, & in Romana prætenſæ redditionis rationis* 16. *Januar.* 1702. *coram R.P.D. Caprara, & in Romana annuæ præſtationis* 26. *Martii* 1703. *coram R.P.D. Scotto.*

Reſpectu vero liberationis a moleſtiis mihi contigit caſum differere, in quo pulſatus ad ſolvendum quoddam Cambium Chriſtophorus Campſerius coram A.C. uti filius, & hæres Vincentii, Judicium revelationis hujuſmodi moleſtiarum introduxit contra Claram filiam Honuphrii Campſerii obligati ad hanc relevationem faciendam: ſed allegante iſta, quod Judicium ſuæ ſucceſſionis in bonis Patris penderet in Rota, declinare contendebat Forum A.C.; quapropter Ego adſcitus a Chriſtophoro, & ſcribens in Signatura Juſtitiæ, in quo Tribunali Judicum competentia definitur, dicebam, ut ſequitur, ſicque fuit judicatum.

Abſque ulteriori progreſſu, ac examine rationum, ſeu concluſionum Juris, quas optime nos docet Supremum hoc Tribunal, ſuperabundare videtur præmiſſa ſimplex expoſitio facti, ac celebre in terminis terminantibus exemplum, & Judicium iſtiuſinet Tribunalis in illa Cauſa *Romana, ſeu Bononien. Moleſtiarum* inter Marchionem Gregorium Spadam cum Marchione Horatio Spada, & Principe Ludoviſio; cum etenim ipſe Princeps coram A.C. moleſtias intuliſſet Marchioni Gregorio ſuper quibuſdam bonis ab eo poſſeſſis, Marchio autem prætenderet liberationem ab iſtis moleſtiis a Marchione Horatio tanquam hærede Cardinalis Bernardini Spadæ, iſte vero reſponderet, quod articulus prætenſæ obligationis de liberando a moleſtiis maneret ſub Judicio Rotæ, Cauſa acriter diſcuſſa proponente R.P.D. Rimbaldeſio prioribus vicibus, nempe ſub die 18. Novembris, & 16. Decembris 1683. reſcriptum fuit *ad A. C.*; ſed deinde, videlicet die 13. & 27. Januarii 1684., non obſtante reclamatione Principis dicentis, eum quidquam non habere agere cum prætenſa inter DD. de Spada relevatione, ſeu controverſia liberationis a moleſtiis, ſed Cauſam fore terminandam coram A.C., ubi fuerat cæptum Judicium, ac D. Marchio Gregorius expreſſe conſenſerat, prodiit reſolutio - *omnia ad Rotam cum facultatibus A. C.*, ut ex tenore eorumdem reſcriptorum, & Poſitione, quæ datur in manibus, R.P.D. Ponentis.

At nihilominus ulterius procedendo, clari, & indubitati Juris videtur, quod Cauſa
11 moleſtiarum, & illa liberationis ab eiſdem moleſtiis ſunt ad invicem ita connexæ, & inſeparabiles, ut nullo modo cognoſci valeant coram diverſo Tribunali, ſed prævia, quate-
12 nus opus ſit, avocatione debent coram uno Judice uniri, ne diverſas ferri Sententias contingat, ut individualiter per notata a *DD. in l. venditor, ff. de Judic. Ang. Soccin. Butr. alioſque* tradit viden. *Marcheſan. de Commiſſ. par.*1. §.2. *n.*37. *cum* 2. *ſeqq. fol. mihi* 790.

Quodque revera contingere poſſet, diverſas

ſas pronunciari Sententias, apertiſſime li-
13 quet, nàm A.C., valet per hypotheſim con-
demnare D. Principalem in tanta, & tali ſum-
ma, procurante autem Chriſtophoro obti-
nere relevationem ejuſdem ſummæ, pro qua
fuit condemnatus, ab Adverſaria in Rota,
poteſt illa ibidem obtinere Sententiam, quæ
dicat, quod nihil prorſus, vel longe minor
ſumma debeatur Creditori, qui obtinuit
14 Mandatum ab A.C., cum Author laudatus
pro relevatione indemnitatis poſſit ſemper,
& quandocunque provocatus dicere de in-
juſtitia, vel nullitate ſententiarum, ut poſt
*Rot. dec. 480. ſub n. 2. verſ. Alias ſi emptor p. 1.
in rec.* punctualitèr tradit *Uber. de Citat. cap. 6.
n. 109.* egregiè etiam ad rem *Petr. Barboſ. ad
dict. leg. venditor de Judic. ex n. 82., & ſeqq.
Guzman. de evict. quæſt. 6. ex n. 44.*, & ſignan-
tèr *num. 47.*

Clarius vero, & præter umbram hæſita-
tionis: quomodo enim practicari valet, quod
liberatio à moleſtiis expetenda ſit in Rota,
Iudicium verò moleſtiarum fiat coram A.C.,
15 quandò liberatio à moleſtiis nihil aliud im-
portat, niſi quod obligatus teneatur litem
Iuribus ſuis, & Inſtrumentis munire, tueri,
& inſtruere, ut per *Text. in l. Inſtrumenta, C.
de fideic., & Bald. in Margarita verb. evict. q. 1.*
inquit *Rebuff. in Comment. ad Conſtit. Gall.
tom. 3. tit. de dilat. art. 5. gloſſ. unica n. 49. Pa-
cian. de probat. cap. 63. n. 146. lib. 1.*; cumque
16 obligatus liberare, ac defendere aliquem,
reputetur de Iure illius Procurator, neceſſe
eſt, ut defenſio ſequatur in eodem Tribunali
conventionis, vel quod unum, idemque ſit
Tribunal conventionis, & illius, qui tan-
quam Procurator defendere tenetur, ut pro-
ſequitur *Guzman. de evict. dicta quæſt. 6. ſub
num. 1. verſ. Et quia venditor.*

Ac propterea, vel utraque Cauſa remit-
tenda venit, ut præmiſimus, ad A.C., quem-
admodum prioribus vicibus reſcripſerat Si-
gnatura in præfata altera Cauſa *Romana, ſeu
Bononien. Moleſtiarum*, cum omnia Iura cla-
17 ment, obligatum liberare, imò etiam ſim-
plicitèr de evictione, teneri litem ſuſcipere
coram Iudice moleſtiarum, quantumvis exi-
ſtat perſona privilegiata, ipſeque Iudex mo-
leſtiarum ſit pœnitus incompetens obligati,
ut contingit in Iudice Laico reſpectu Cleri-
ci, aut cujuſvis perſonæ Eccleſiaſticæ, ad lit-
teram præcitati *Text. in l. venditor ff. de Judic.
ubi Barboſ. ex n. 99. cum ſeqq. Scacc. de Judic.
lib. 1. cap. 30. n. 51.*, ubi ampliat, etiamſi Iu-
dex moleſtiarum eſſet delegatus, ejuſque Iu-
riſdictio eſſet improrogabilis, *Mangil. de evict.
quæſt. 6. ſub n. 1. Carleval. de Judic. lib. 1. diſp. 2.
n. 663. & ſeqq. Nicol. Burgund. de evict. cap. 68.
num. 2.*, ubi eamdem adducit rationem, quod
litem ſuſcipere debens habetur veluti Procu-
rator, nec debet Procurator comparere in
uno Tribunali, & in alio fieri Iudicium.

Non ſubſiſtente, quod Cauſa ceſſionis pen-
deat per appellationem in Rota; quoniam
ſive Clara ibidem declaretur hæres fidejuſſo-
ria Honuphrii, ſivè non, pertinet ad præ-
ſentem quæſtionem, quia coràm A. C. expo-
ſtulavimus, & obtinuimus Mandatum pro
liberatione contrà bona hæreditaria ejuſ-
dem Honuphrii, undè ſufficit, quod eadem
Clara detineat hujuſmodi bona, uti de facto
detinet, ex quo fideicommiſſum ordina-
18 tum ab Honuphrio debitore, vel com-
præhendat, vel non compræhendat ipſam
Claram, non tollit, quod bona non ſint hæ-
reditaria, & pro ſolutione æris alieni obli-
gata, vulg. *Text. in l. C. ad Trebell. cum ſuis
concord.*

Quando tamen lubeat perſiſtere quoad
Claram in reſolutis, omnia exoramus remit-
ti ad Rotam, tum ex præcitato exemplo inſi-
gnioris Cauſæ, tum ex rationibus ſuprà pon-
deratis, nec non individuitate hujuſmodi
Iudicii; ſuperaddendo ſolum, quod adeò
repugnant Iura, quod quis moleſtias patia-
tur in uno Tribunali, & in alio teneatur com-
19 parere pro liberatione, ut non tantum com-
muniter habeatur, eumdem Iudicem tenere
ſimul, & ſemel relaxare Mandatum favore
Rei conventi, ac condemnati contrà obliga-
tum pro liberatione, ſeu relevatione, ad trad.
per *Rebuff. in d. comment. ad Conſtit. Gall. tom. 3.
tit. de dilat. art. 5. gloſſ. unica ex n. 1. Cagnol. in
d. l. venditor n. 22. Caballin. de evict. §. 3. n. 129.*
20 Verum etiam permittunt, quod ad evitan-
dos circuitus, Mandatum, ſeu res judicata
executioni demandetur recta via contra ip-
ſum obligatum liberare, & relevare, ut pro-
ſequitur *ex Jo: Fabr. in §. fin. Inſtit. de ſatiſd.
Rebuff. ubi ſuprà ex n. 2. cum ſeqq. & n. 14.* &
prius *ſub n. 5.*, ubi loquens coram quo Iu-
dice repeti valeant expenſæ moleſtiarum,
inquit, ne continentia Cauſæ dividatur, quod
Iudex, qui cognovit de moleſtiis, ſuper ex-
penſis etiam judicare teneatur.

Atque hinc videmus, quod ubi ex com-
muniori praxi, & ſententia in ſuis caſibus
Fiſcus tenetur pulſatum in Iudicio liberare
21 à moleſtiis, non ſolum agere intendens pro
liberatione adverſus Fiſcum obſtringitur co-
ram Iudicibus Fiſcalibus comparere, ſed ex
eadem ratione individuitatis etiam Actor,
ac moleſtator eoſdem Iudices ſubire com-
pellitur, ad *Text. in l. ſi minori, C. de Jur. Fiſc.
lib. 10. Barboſ. in d. l. venditor n. 140. & 149. ff.
de Judic. Pereg. de Jur. Fiſc. lib. 7. tit. 1. n. 9.
Farin. in fragment. litt. F. n. 183. Cancer. var.
reſol. par. 2. cap. 16. n. 23. Poſth. de ſubbaſt. in-
ſpect. 54. n. 52.* Nam, ut bene conclamando
22 obſervat in propoſito ſimilium privilegiato-
rum *Carleval. de Judic. d. diſput. 2. n. 668. in fin.*
eſt regulis ſcripti juris conforme, & æquitate
pleniſſimum, ne Cauſa moleſtiarum cum
magno litigantium ſumptu cognoſcatur in

 uno

Digitized by Google

uno Tribunali, & illa liberationis in alio, in quo denuò eſſet inchoanda; immò in
23 valde fortioribus, quod etiam ubi pulſatus pro liberatione negat obligationem liberandi (quod non accidit in caſu noſtro, dum obligatio eſt litteralis, & agitur dumtaxat contra bona hæreditaria) quod inquam in uno, eodemque Foro moleſtiæ, & obligatio liberandi ſint cognoſcendæ, definitum refert *Carol. de Mean. ad Ius Civ. Leodien. par. 2. obſerv. 182. num. 2. & in fin.*

A primo igitur ad ultimum, nec Tribunal A.C., nec Sac. Rotam reſpuimus, ſed unice exoramus, quod continentia harum Cauſarum non ſcindatur, proindeque quod vel moleſtiæ transferantur, ubi debet eſſe liberator, vel idem liberator nos defendat, & tueatur, ubi moleſtiæ ipſæ nos cruciant.

## ROMANA PRÆLATURÆ DE VECCHIARELLIS.

*Lunæ 2. Junii 1698.*

### ARGUMENTUM.

Recurras pro contentis in Deciſione ad argumentum *dec. 36.* Fœmina an, & quando veniat appellatione proximiorum, & quando admittatur ad excluſionem maſculi remotioris. Fœmina quando comprehendatur in Fideicommiſſo agnatitio, etiam non extantibus maſculis, & quæ requirantur ad hoc, ut ea etiam in tali caſu non valeat admitti.

### SUMMARIUM.

1 *Exceptio tua non intereſt, repellit agentem.*
2 *Teſtator poteſt etiam de re aliena diſponere.*
*Stante maximè acceptatione, & approbatione hæredis, num. 3.*
4 *Hæres non poteſt impugnare factum ſui authoris.*
5 *Purificatio conditionis facit ceſſare ſubſequentem ſubſtitutionem conditionaliter factam.*
6 *Fideicommiſſum non complectitur niſi bona per fideicommittentem relicta de tempore obitus.*
7 *Exceptio melioramentorum ſolummodò oppoſita in tertia inſtantia non attenditur pro retardanda immiſſione per Actorem obtenta.*
8 *Melioramenta quando non ſunt liquida, ſufficit Cautio de illis reficiendis, quando erunt liquidata.*
*Maximè, quando illa fuerunt reddita turbida ex fructibus pendente lite perceptis, n. 9.*
10 *Valor rei non poteſt æſtimari, niſi deducta ſervitute.*
11 *Sententia, a qua non fuit appellatum, tranſit in rem judicatam.*
12 *Tertius veniens ad Cauſam in ſtatu, & terminis afficitur re judicata præcedenter lata inter alios collitigantes.*
*Neque idcircò poteſt retardare executionem ipſius rei judicatæ ſub prætextu poſſeſſionis rei controverſæ per eum adeptæ poſt ſcientiam 13. inter alios deſuper pendentis, n. 13.*
14 *Poſſeſſio adepta cum clauſula* = ſine præjudicio habentium meliora, & potiora Iura = *reſolvitur ſtatim, ac conſtat de meliori, ac potiori jure alterius.*
15 *Hæres beneficiatus paratum ſe offerens reddere rationem de bonis hæreditariis, nequit moleſtari in perſona, vel bonis propriis.*
16 *Solemnitates per Mulierem adhibitæ in Mandato facto ad contrahendum, vel adeundam hæreditatem, non eſt opus, ut iterum adhibeantur in ipſo contractu, vel aditione.*
17 *Solemnitates non requiruntur in aditione hæreditatis facta per Mulierem, vel Minorem cum beneficio legis, & Inventarii.*
18 *Hæres quilibet, etiam pro parte, tenetur in ſolidum præſtare factum individuum defuncti.*
19 *Retentio ex capite antiquioris fideicommiſſi non competit hæredi, quando ejus poſſeſſio eſt vitioſa, ſeu aliàs reſoluta, ſed debet bona dimittere, poſteaque agere in ſeparato Iudicio.*
20 *Tranſactio facta bona fide ab hæredibus fideicommiſſariis afficit etiam omnes alios ſucceſſivè ex propria perſona vocatos ad fideicommiſſum.*
21 *Immiſſio an concedatur Fideicommiſſario etiam ad bona civiliter tantùmmodò poſſeſſa a fideicommittente de tempore ejus obitus, remiſſivè.*
22 *Fœmina etiam nupta in aliena Familia continetur appellatione* proximiorum de Domo, *& num. 34.*
*Limita, quoties fuit contemplata agnatio n. 23.*
*Et quando ad hunc effectum conſtare dicatur de contemplatione agnationis n. 24.*
25 *Non repugnat, quod Teſtator reſpexerit ad agnationem non univerſaliter quoad omnes vocatos, ſeu ſubſtitutos, ſed ſolummodò quoad Inſtitutos, eorumque deſcendentes.*
26 *Fœmina in pari gradu cum maſculo in fideicommiſſaria diſpoſitione cenſetur ab eo excluſa, ſtante Statuto excluſivo fœminarum propter maſculos.*
27 *Fœmina ex ultimo maſculo Agnatum remotiorem excludit, niſi adſint in contrarium urgentiſſimæ conjecturæ.*
28 *Fœminæ etiam ad fideicommiſſum agnatitium cenſentur vocatæ in pefectum maſculorum.*
*Limita, & reſpectivè declara, ut n. 29. & 30.*
31 *Teſtator ſicut ubi voluit qualitatem maſculinitatis illam expreſſit, ita ubi eam non expreſſit, noluiſſe cenſendum eſt.*
32 *Vocatio proximioris expirat primo admiſſo, deficientibus contrariis conjecturis.*
33 *Qualitas maſculinitatis non cenſetur repetita in capite diſtincto, & ſeparato.*
35 *Probibitio alienationis conſecutiva ad præcedens fideicommiſſum, illud non extendit.*
36 *Identitas probatur ex deſcriptione in teſtamento, & ex Veſtibus.*
37 Fulgoſ. conſil. 145. *approbatur.*
38 *Deſcendentia ex quibus probetur.*
39 *Alteratio aliqua nominis non tollit probationem identitatis perſonæ.*

DE-

Digitized by Google

## DECISIO XLVI.

IN hac hodiè effecta triangulari controverſia rursùs inſurgentes Sorores, & reſpectivè filiæ Mariani Iun. ex una, & ex altera Valerius adversùs Vincentium adſpirantem ad munus Prælaturæ ordinatæ per R. P. D. Marianum Petrum Sen., obiiciebant primæ retentionem ſuper bonis contentis in Sententia A.C. Thomati, quæve fuit in præteritis *Decisionibus* æditis *cor. Me* in omnibus approbata; Valerius verò ultrà prætentionem, quod nequiret ipſe tanquam Forenſis affligi, vel ſubiici Statuto Urbis de duabus conformibus habentibus vim trium, ut *in cap*, 180. *lib.* 1. iterùm impugnativè ad ſecundam præ cœteris Deciſionem diei 10. Martii proximè præteriti, & enervare conabatur qualitatem hæreditariam reſpectu alterius Vincentii Patris ſui tranſigentis, & penitùs deſtruere alteram qualitatem hæreditariam in ordine ad Pompejum; Sed Domini, qui tertiam uſquè indulſere Audientiam, non obſtantibus iis, à deciſis recedi nullo modo poſſe crediderunt.

Reſpectu namquè Sororum, inutilis viſa eſt prima oppoſitio, nimirùm quod in Sententia A. C. Thomati inter reliqua bona hæreditaria conditoris Prælaturæ numerarentur tres Apothecæ in via, quam nuncupant *de Coronari*, quando tamen ad ipſum conditorem nullatenùs attinebat proprietas earumdem Apothecarum, ex quo mediante diviſione inter ipſum, ejuſque fratres exarata de bonis Vincentii Sen. communis Parentis, non in ſubſtantia ipſæ Apothecæ, ſed illarum dumtaxat fructus, ſive Penſiones aſſignatæ legebantur ipſi conditori, ſub ulteriori expreſſione, vita tantummodò durante: Etenim in primis, ubi etiam ſubſtitiſſet talis oppoſitio, dum jam Sorores per Iudicatum Tribunalis (cui ſponte liti renunciantes acquievere) compertæ ſunt nihil habere agere cum Fideicommiſſo Vincentii Sen., recurre-
1 bat nimis ad oculum legale dicterium adductum, & exornatum in præcedentibus Deciſionibus *tua non intereſt*, nempe in prima *diei* 9. *Decembris* 1697. *§. fin*, & in ſecunda *diei* 10. *Martii præterelapſi §. Cùm itaquè, & in Barchinonen. Beneficii* 14. *Aprilis proximè præteriti §. verùm, coram Me*.

Verum prolalebatur difficultas in facto
2 ſucceſſivè ſecuto; quia cùm quilibet Teſtator de re prorsùs aliena diſponere valeat, ad *Text. in l. unum ex familia §. Si rem, ff. de leg.* 2., R.P.D. Marianus Petrus ordinator Prælaturæ nominatim, & expreſſe eaſdem Apothecas legavit Pompejo ejus Fratri ſub onere, & præcepto poſitivo, quod poſt ejuſdem Pompei obitum incorporari deberent, ſeù reincidere in Fideicommiſſum Prælatitium: quapropter concurrente ob nominalem diſpoſitionem certiſſima voluntate Teſtantis, ad *Text. in l. ſequens quæſtio, ff. eodem*, intercede-
3 bat quoque poteſtas incontrovertibilis, ſtante ſpecifica acceptatione ipſius Pompei in ordine ad onus, & legatum ex iis, quæ formitèr, ac pluriès firmata fuerunt per *Rot*, ut *in Urbevetana Fideicommiſſi* 8. *Februarii* 1686. *§. Quia cùm ex jam dicta, coram Reverendiſs. Hervault. Archiepiſcopo Turonen.*, & *in Romana, ſeu Verulana Fideicommiſſi* 10. *Martii* 1690. *§. Minùs fuit dubitatum, & ſeq.* confirmata 21. *Junii* 1697., & 21. *Februarii proximè præteriti cor. R.P.D. meo Caprara*.

Cùmque propterea memoratæ Sorores
4 extiterint mediatæ hæredes Mariani hæredis fideicommittentis, & Pompei, onus, & Fideicommiſſum ſuper hujuſmodi Apothecis acceptantis, neque voluntatem, neque poteſtatem alterutrius, vel utriuſque valebant amplius impugnare, per Iura apertiſſima *in l. cùm à Matre, C. rei vindic*, cùm reliquis allatis *in præcedenti Deciſione hujus Cauſæ ſub die* 10. *Martii præteriti §. His nihilominùs, & ſeq. & §. Fortiùs, cor. Me*, & priùs in his præciſis terminis *in d. Urbevetana Fideicommiſſi* 8. *Februarii* 1686. *§. Quandoquidèm, cor. Reverendiſs. Turonen.*

Pari paſſu corruebat altera objectio reſpicien bona Hippolyto, cœteriſque fratribus per eumdem R.P.D. Marianum Petrum relicta jure inſtitutionis; Quia; ut paritèr animadverſum fuit *in prima Deciſione diei* 9. *Decembris* 1697. *§. fin.*, & hæc bona poſt obitum Hippolyti, aliorumque fratrum reverti debebant ad Aſſem fideicommiſſi Prælatitii: Replicatio autem, quod hujuſmodi reverſio noſcatur tantummodo demandata in caſu, quo per deficientiam lineæ maſculinæ legitimæ, & naturalis Hippolyti, aliorumque proximiorum de Domo Vecchiarellia ſucceſſio aperiretur naturali maſculo primogenito ejuſdem Domus, qui non evenit profligata abundè remanſit tàm ex litera Teſtamenti, quam ex veriſimile voluntate Teſtantis; Illa namque verba = *voglio, che ricada ad uno, con tutto, che foſſe Baſtardo &c. aſſiem con li legati fatti di ſopra a tutti trè li miei fratelli* = emicant adjecta ad ſimplicem excluſionem fœminarum, quas Teſtator videbatur abhorruiſſe, ut ibidem ſubſequitur = *perchè in queſta mia Eredità non voglio, che poſſino ſuccedere le femine*, non autem ad excluſionem Fideicommiſſi Prælatitii, quod primordialitèr, & ſignanter toto corde exoptavit R. P. D. Marianus, dum prius antepoſuit Baſtardo (quem finaliſſimè, & per modum deſperatæ Prælaturæ in potentia, vel in actu vocabat) perſonam capacem aſſumendi Prælaturam pro aſſequenda integra ejus hæreditate: ſicquè dum extat hodie Vincentius habens ad id opportuna requiſita, non eſt curandum, quid foret agendum in caſu contrario, immò

5 mò implementum talis conditionis ceſſare
facit ſubſequentem, ac dependentem voca-
tionem illegitimi, ut eſt de natura cujuſcum-
que conditionis purificatæ, vel impletæ ad
tradita per *Peregrin. de Fideic.art.16. n.116.&*
*ſeq. Cyriac. contr.521. n 6. & 7. Fuſar. de ſub-*
*ſtit. quæſt.379. ſub n.59. Rot. cor. Celſ. dec.411.*
*n.1. & dec.164. n.9. par.18. rec.*

Compertò igitur, quod ex neutro capite
quidquam prorſus retinere valebant Sorores,
parum profuit eiſdem adducere, quod in
Sententia A.C. Thomati comprehenderetur
Domus in Clauſtro Hæbreorum, ſuper qua
Marianus Iun. illarum Pater expenderat in
melioramentis ſcuta circiter mille, pròut
etiam includeretur Vinea ſita propè Forna-
ces ſine diſcretione Vici. quem ipſe Maria-
nus, ſeu Ferdinandus ejus frater fuerat ade-
ptus ex Provincia largitate Sa. mem. Cle-
mentis IX., quodque idcircò ſaltem ex his
retardanda foret immiſſio conceſſa Vincen-
6 tio; cum eadem amplecti nequeat, niſi bona
relicta per fideicommittentem de tempore
obitus, *vulg. l. fin.* ibi = *mittatur quidem in*
*poſſeſſionem earum rerum, quæ Teſtatoris mortis*
*tempore fuerunt* = *C. de ed. Div. Hadr. tollen.*
ibique *Bart. n.12., & Caſtren. n.6. Peregrin.*
*de Fideic. art.44. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.616.*
utrobiquè *n.1.*, eum cœteris notiſſimis.

Siquidem, eircà melioramenta, multiplex
attributa, & per Dominos meritò exaudita
extitit reſponſio: Poſthabita namquè ea,
7 quod retentio ex hoc fundamento meliora-
mentorum, veluti non allata in duabus præ-
cedentibus Inſtantiis, non videbatur admo-
dum attendenda, ex his, quæ alias reſpondit
*Rota dec.496. n.20. coram Bieb., & dec.233.*
*n.13. cor. Card. Celſo.*

Nihilominus ſuperabundans apparuit illa,
quod vel ſufficere poſſet Vincentio aſſueta
8 Cautio de reficiendis hujuſmodi meliora-
mentis, donèe eodem eitato, ac audito me-
lius liquidarentur, juxtà praxim, quam tra-
dunt adducti *in decif.53. num.23. & dec.387.*
*n.22. coram Priol., & decif.406. num.12. &*
*13. par.19.*, & alibi paſſim: vel quod hie, &
9 nunc effecta prorsus remanſerint turbida, &
illiquida nedum ex penſionibus perceptis ab
eadem Domo, ſed etiam ex aliis fructibus
durante lite antè, & poſt obitum Mariani
Iun. de reliqua hæreditate, ſeu Fideicommiſ-
ſo Prælatitio perperam à Mariano Iun., eiſ-
demque Sororibus, ac filiis reſpectivè uſur-
patis, ſicuti pariformitèr ad eliminandam
prætenſionem ex motivo melioramentorum
paſſim reſponderunt adducti per *Pacion. de*
*locat. cap.54. §.4. n.15. Thomat. dec.160. n.16.*
*Rot. dec.62. n.9. & dec.66. n.20. cor. Ubagb. &*
*dec.545. n.5. par.18. rec., & in Romana Pecu-*
*niaria 11. Decemb. 1697. §. Prout etiam, cor.*
*R.P.D. meo Muto.*

Et quòad Vicum donatum, & annexum
Vineæ, placuit non minus Dominis exaudi-
re oblationem ingenue factam à Vincentio
de reficiendo, ſolvendoque illius valore, de-
ducta tamen importantia correſpectivæ ſer-
vitutis impoſitæ ſuper eadem Vinea ex lege
Papalis concesſionis, nimirum ſuſcipiendi
tranſcurſum, & impetum Aquarum pluvia-
lium in eumdem Vicum irruentium; non
10 enim poterat in obulo liquidari pretium
rei, ſeu Vici donati, niſi prius ſubduceretur
valor, & importantia ſervitutis, quæ aut
abſorbet quandòque, vel ſemper minuit valo-
rem, ad *Text. in l. quotiès. & l. fin. ff. de edilit.*
*edict., & in l. Julianus, ff. de act. empt. Grat. diſcept.*
*361. n.1. & ſeq. Mangil. de evict. quæſt.24. n.1.*
*cum ſeq. Pecch. de Aquæduct. lib.1. cap.4. q. 4.*
*n.20. Epiſcop. Rocc. Select. diſp. cap.140. n.5.*

Hæc quoad Sorores; Quòvero ad Vale-
rium, fruſtrà relevare poſſe viſum eſt obje-
ctum de ſua forenſitate ad evadendum Statu-
tum Urbis, de quo ſuprà, eircà duas Sen-
tentias ſortientes efficaciam trium: Quia
cum præcedenter anhelans conſecutioni Præ-
laturæ fuerit poſthabitus Vincentio, & a ſen-
tentia R.P.D. mei Muti præferente eumdem
Vincentium, non appellaverit, conſequens
eſt, quod ad conſtituendam rem judicatam
adverſus ipſum, non oporteat inquirere de
vi Statutariæ Cenſuræ. ex quo idipſum,
quod operatur Statutum, operatur non in-
11 terpoſita per eum appellatio, cujus omiſſio
facit tranſire ſententiam in rem judicatam:
juxta determinationem *Text. in cap. cum in-*
*ter, & cap. quoàd conſultationem, de ſentent. &*
*re judic. Rot. dec.174. num.5. cor. Priol.*, &
alibi millies.

Quatenùs autem in nuperrima tertia In-
ſtantia comparavit ut tertius ad offuſcandam
immiſſionem Vincentio datam per eaſdem
Sententias ſub prætestu Jurium antiquioris
Fideicommiſſi Vincentii Senioris, ſatisface-
re videbantur reſponſiones aliàs attributæ
*in ſecunda Deciſione diei* 10. *Martii præteriti*
*ex §. fortiùs autem uſque ad fin*, in quibus
luculentèr oſtenditur, Valerium, & tam-
quam hæredem Vincentii Iun. Patris, ac
Pompei ejus Patrui, qui in eorum tranſactio-
nibus initis cum Cardinali Odoardo remiſe-
rant vetera Fideicommiſſa favore, & con-
templatione præcedentis Fideicommiſſi Præ-
latitii, nedum non poſſe eamdem remiſſio-
12 nem hodiè impugnare, ſed ex hac ipſa fi-
gura Tertii comparentis ultroneè ad Cau-
ſam in ſtatu, & terminis, feciſſe omnia Acta
ſua, ideòque etſi Valerius tamquam Foren-
ſis non ligaretur Statuto, ligabatur tamen re
judicata, quæ ſolum extiterat ſuſpenſa per
Signaturam Iuſtitiæ cum Clauſula *conſilio de*
*duabus*, ex his quæ unanimiter tradiderunt
*Gratian. diſcept. 850. n.13. Add. ad Gregor. de-*
*ciſ.259. n.8. Rot. dec.98. num.5. par.1. rec. de-*
*ciſ.353. n.4. & ſeq. par.6. deciſ.185. n.6. par.8.*
*& dec.*

Digitized by Google

*& dec.*133. *n.*2. 3., *&* 4. *coram Card. Cerro.*

Quin rohur aliquod exceptioni huic addere potuerit poſſeſſio horum bonorum, quam cœpiſſe contendebat Valerius: cum
13 etenim eadem poſſeſſio fuerit per ipſum appræhenſa poſt judicata A.C. Thomati, & Tribunalis, ipſeque certam haberet horum Judicatorum, litiſque pendentiæ notitiam, nequit in hoc Judicio poſſeſſorio directo ad ipſa bona effugere executionem rei judicatæ, teſte *Grat. diſcept.*502. *ex n.*22. *cum ſeqq. Carleval.de Judic. lib.*1.*diſp.*2. *n.*933, *Noguerol.alleg.*29. *n.*238. *Rot. dec.*209. *cor.Royas, & dec.*70. *poſt Salgad. in labyr.Cred.utrobiq. n.*3. *cum ſeqq. & dec.*153. *ex n.*7. *uſque ad fin. cor. Bich. & dec.*182. *n.*1., *&* 2. *num.*26.*par.*11. *rec.* Præcipue, dum Valerius non eſt nactus abſolutam poſſeſſionem, ſed temperatam cum clauſula - *ſine prejudicio habentium melio-*
14 *ra, & potiora Iura*, quæ conſtito (prout hic) de meliori, & potiori Jure Vincentii, incontinenti reſecat factum, & jus cujuſcumque poſſeſſionis, quemadmodum citra contradictorem affirmant *Poſth. de manut. obſer.*50. *n.*3. *cum ſeqq. Add. ad Greg. deciſ.*332. *n.*6. *Rot. dec.*116. *n.*14. *&* 15., *cor. Sa. mem. Alezand.VIII.*, *& in rec. dec.*323. *num.*7., *&* 8. *par.*15. *dec.*24. *n.*3., *& ſeqq. par.*16., *& in Maceraten.hæreditatis* 12.*Maii* 1681. §.*Quod autem*, *cor. R.mo D. meo Decano.*

Et ex his, ut præmiſimus, cum Valerius extiterit hæres non ſolum Vincentii Patris, ſed etiam Pompei Patrui; in nihilo refragabatur Valerio Aſylus, quod Vincentius illius Genitor renunciaverit dumtaxat pro tertia parte, dum Pompejus Patruus alter ex tranſigentibus in univerſum renunciavit per illa effrenatiſſima verba — *E perchè anco promette per ſè, ſuoi Eredi, e ſucceſſori, & anco per li chiamati alli d. Fideicommiſſi per alcun tempo mai in vigore di d. aſſerti Fideicommiſſi &c. per d. terza parte, ò altra qualſivoglia parte de i beni à lui ſe, ſuoi Eredi &c. e chiamati alli medemi aſſerti fideicommiſſi ſpettanti &c. e che poteſſe ſpettare &c. moleſtare, nè far moleſtare &c*, & conſequenter, vel ex perſona primi, vel ex altera ſecundi ſemper obſtringebatur ſervare factum unius, ac alterius defuncti, ut obſervatum fuit *in præterita Deciſione diei* 10. *Martii præterlapſi ſub* §.*Fortius, autem*, *cor. Mo.*

Minuſque faciebat ad inſtractionem hujuſmodi qualitatis hæreditariæ, & effectuum abinde reſultantium, & quod illius Avia ſine ſolemnitatibus adjuerit hæreditatem Pompei, & quod Valerius extiterit hæres
15 Pompei pro ſexta parte dumtaxat, quodque demum paratus eſſet reddere rationem de bonis hæreditatis, qua mediante hæres beneficiatus, nec de proprio, nec in bonis ad ſe Jure proprio pertinentibus poteſt urgeri, ut dictum fuit *in Romana Cenſus* 3. *Junii* 1697. §. *Et de facto in fin.*, *coram Me.*

Circa namque primam oppoſitionem,
16 non ſolum Avia Valerii ſolemnitates adhibuerat in præambulo Mandato ad adeundum, quod ſufficit, juxta perpenſa per *Pelliccion. illuſtr. q.*41. *cap.*31. §.1., *&* 2. *Vrceol. de Tranſact. quæſt.*14. *n.*14., *Rot. deciſ.*361. *n.*2. *&* 3. *par.*5. *rec.dec.*608. *n.*9. *cor.Dunozet. Jun. & dec.*200. *num.*2. *cor. Card. Cerr.*: ſed etiam eo ipſo, quod adhibuit beneficium
17 legis, & Inventarii præſervativum, ut diximus, ab omni nocumento in rebus, juribuſque propriis, nullæ amplius ex motivo excluſæ ad evidentiam poſſibilis læſionis exigebantur ſolemnitates, ut habetur apud *Thomat. dec.*170. *n.*19., *& dec.*265. *num.*14. *Rot. cor.Priol. dec.*137. *n.*22., *& in Camerinen. Pecuniaria* 15.*Febr.*1675. §.*Nec obſtat in fin.*, *cor. bon. mem. Bourlemont.*

Quota vero hæreditaria, ſive in ſexta, ſive in altera parte, non poterat juvare Valerium, dum Pompejus ad tenorem verborum, quæ ſupra regiſtravimus, voluit teneri pro toto facto remiſſionis Fideicommiſſorum favore Prælaturæ, proindeque in his obligationibus defuncti factum individuum
18 concernentibus non ſcinditur paſſiva hæredis adſtrictio pro rata, vel quota, ſed ipſa obligatio, tamquam individua in defuncto de tali facto præſtando, ſub eadem qualitate deſcendit in hæredem, ſive majori, ſive minori quota repræſentantem defunctum, ſicuti diſtinguendo inter obligationes facti individui, vel crediti, alteriuſque promiſſionis dividuæ, liquet ex animadverſis per *Craſſ.recept. Sentent.* §.*Hæreditas q.*12. *n.*17. *Merlin. de pignor. lib.*2. *quæſt.*15.*n.*52. *Olea de ceſſ. jur. tit.*4. *quæſt.*6. *n.*16. *Torr. de pact.fut. ſucceſſ. lib.*2. *cap.*11. *n.*39. *Conciol. de hæred. art.*1. *n.*610. *Vrceol.de Tranſact.quæſt.*80.*n.*24. *Rot. dec.*468. *n.*19. *cor.Bich. dec.*610. *n.*6., *& dec.*696. *n.*5. *cum plur. ſeqq. par.*18. *rec.*, *& dec.*586. *n.*4. *cor. Card. Cerro.*

Oblatio demum diſpungendi, reddendique rationem, non potuit in hoc jam terminato, & agonizante Judicio apud Dominos exaudiri; quia poſita, ut ſupra, infectione poſſeſſionis in Valerio ex vitio litigioſi, vel reſoluta poſſeſſione mediante prædicta Clauſula — *ſine præjudicio habentium &c.* ipſe amplius non tractat, ſeu tractare valet de retinendo, unde tueri ſe poſſit in ſua valida, legitimaque poſſeſſione, ſed compellitur in
19 alio Judicio (induendo perſonam Actoris) prius reddere rationem, & poſtea ex hoc capite ſublata qualitate hæreditaria opportunius inſtare pro conſequendo quidquid ad ſe putet ſpectare vigore antiquiorum Fideicommiſſorum, ſicuti pariter diſtinguendo prænotarunt *Card.de Luc. de Cred. diſc.*63.*n.*5. *cum* 2. *ſeqq.*, & melius *alter de Luca Melphiten. de plural. homi n. legal. cap.*34. *n.*8. *&* 9.

Om-

Digitized by Google

Omniaque hæc ſingulariter potius ad exuberantiam, quam quod revera neceſſitas expoſtularet, mature per Dominos conſiderata ad finem, ne munus Prælaturæ in honorem totius Familiæ ardenter volitum & ab ipſo Fideicommittente, & a cunctis ejus Fratribus, aliiſque Senioribus ejuſdem Familiæ amplius ſtaret in ſuſpenſo, roborabantur pro Coronide ex ipſo motivo honorificentiæ, & ad quam ipſe Valerius aſpiravit, quave effecit, ut ex lectura Tranſactionum convince-
20 retur, eaſdem Tranſactiones initas fuiſſe nedum bona, ſed optima fide, & ob id, etiam ſeorſim ab hucuſque præmiſſis, affici, & ligari omnes, & quoſcumque non alio Clypeo, quam vocationis Jure proprio ad antiquiora Fideicommiſſa excludere ſatagentes immiſſionem, quemadmodum ultra *Authoritates* recenſitas *in antecedenti Deciſione diei* 10. *Martii nuper elapſi ſub* §. *Non attenta*, ſæpiſſime cenſuit *Rot.* & præſertim *dec.*287.*n.*8., *& deciſ.*437. *n.*6. *cor. Royas*, *dec.*101. *n.*3. *cor. Celſ. dec.*127.*n.*8. *cor. Priol.*, *in Romana Tranſactionis* 3. *Julii* 1684. §. *Hinc minime*, *cor. bo. me. Albergato*, *& in Romana Cenſus* 10. *Iun.* 1693. §. *Præterea*, *cor. Rm̃o D. Manuel. Epiſcopo Zamoren.*

Et ita ex ſuffragio omnium Dominorum reſponſum fuit, Partibus informantibus &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

IN hac Deciſione, quæ eſt confirmatoria duarum precedentium, quaſve ſupra regiſtravimus, agitur de pluribus articulis, prout Partes trifariam contendentes illos promovebant; Rota quippe Judicium proferens circa ea, quæ illi in Facto proponuntur, poſteave pandens ſuas Deciſiones, liberam relinquit anſam ſuccumbentibus inſiſtendi pro nova audientia, quæ eis conceditur, ubi aliquid relevans adducatur, alias, vel devenit ad expeditionem, & Sententiam, vel ad ſummum, ſi quod adeſt objectum parum urgens, ſed tamen aliquali reſponſione dignum, injungit extenſori præcedentis Deciſionis, quod aliam brevem Deciſionem efformet in actu expediendi Cauſam, ne detur occaſio ſub prætextu motivi non evacuati in præterita Deciſione impetrandi novam appellationem cum Partium diſpendio, & Juſtitiæ detrimento, & quandoque etiam Impartitur in Cauſa plures, ut diximus, articulos involvente novam audientiam ſuper aliquo articulo tantum, quod videtur præſupponere, anteactam Deciſionem non mereri reviſionem in reliquis, ut accidit in hac Cauſa, ſecundum ea, quæ apparebunt inferius, ſive loco ſuo occaſione inſerendi quartam, & ultimam Deciſionem editam coram Me.

Quia vero expediens non videtur ſuper ſingulis articulis in præſenti Deciſione conſparſis immorari; idcirco ſolum annotabo, quod in propoſito immiſſionis tantummodo concedendæ ad bona per Teſtatorem poſſeſſa de tempore mortis ſuæ, fuit acerrime diſpu-
21 tatus articulus in Tribunali, utrum ſatis eſſet in Teſtatore poſſeſſio civilis, ſive animo retenta abſque naturali, & effectiva poſſeſſione, & copulative quando diceretur ad hunc effectum remanſa in hæreditate Teſtatoris de tempore illius obitus hæc poſſeſſio civilis, in una *Romana Fideicommiſſi Proſperi Sen. de Caſſarel. dec.*429. *& dec.*456. *cor. Priolo*, *dec.*72. 73. *&* 74. *coram Burlemont poſt Vrceol. de Tranſact.*, *&* 30. *Apr.* 1688. *coram Rondinino*, *&* 1. *Junii* 1699. *&* 10. *Jun.* 1701. *cor. R. P. D. Lancetta*, & denique 25. *Iun.* 1703. *cor. Me.*

Pront quoque cum agatur perfunctorie in Deciſione de excluſione fœminarum a Fideicommiſſo per modum regulę libuit etiam recenſere caſum, ſuper quo de Anno 1676. conſultus fui pro veritate in una *Ariminen. Fideicommiſſi*, ad hoc, ut etiam aliquid in hoc primo Volumine tangatur de materia Fideicommiſſaria, cum non præbuerit occaſio in hiſce primis Deciſionibus ullas illarum extendere in hoc propoſito Fideicommiſſorum, prout contingit ſæpius in ſubſequentibus, quæ Divina protegente miſeratione in poſterum edentur. Tenor itaque præcitati Reſponſi pro veritate ſic ſe habet.

Licet in hac Cauſa videatur breviter poſſe expediri reſolutio favore Franciſcæ actricis, adhuc tamen, quia plura etiam ſtare pro fœminarum excluſione videntur, ideo latiori Calamo materiam examinando, quæ apud *Doctores* nimis apparet involuta, fas erit plures caſus diſtinguere, in quibus fœminæ prætendant admitti ad Fideicommiſſum, agnitoque noſtro, in quo verſamur, quid Juris ſit pro veritate reſpondere.

Primo ſiquidem aſpectu dicendum abſolute veniret, quod cum Teſtator inſtitutis ſibi hæredibus Bonzino, & Sebaſtiano ex Fratre Nepotibus, eos, eorumque deſcendentes maſculos in infinitum reciproce ſubſtituerit, & poſtmodum deficiente ipſorum linea maſculina ordinaverit, quod bona devenire deberent ad proximiores Domus illo-
22 rum de Provaſiis, appellatione Proximiorum fœmina proculdubio compræhendatur, etiamſi nupta ſit extra Familiam, ut ex *Text. in l. pronunciatio* 195. *in fin. de verb. ſignif.*, *& l. voluntas*, *C. de Fideicom.*, communiter deducunt *Scribentes*, & ſignanter *Peregr. de Fideicom. art.*22. *n.*46. *& ſeqq. Rot. cor. Buratt. dec.*454. *n.*1., *ibique Add. n.*5. *&* 6. *Celſ. deciſ.*284. *n.*5. *Dunoz. Jun. dec.*131. *per tot. Otthobon. dec.*111. *n.*5., *&* 6., *& par.*5. *rec. dec.*151. *n.*2., *& in Romana Fideic.* 26. *Jun.* 1675. §. *Cujus vocatio*, *cor. Rm̃o Decano.*

Verum regula præſata limitatur non pro-
23 cedere, quoties agnatio ſit contemplata, ut

ut pariter habetur ex communiter recepta concluſione apud *Gratian. diſcept. for. cap. 491. n. 3. & ſeqq. Cyriac. contr. 283. num. 9. & 10. Coccin. dec. 1036. & dec. 1076. Royas dec. 72. n. 5. & ſeqq. & in rec. dec. 203. n. 8. par. 2. & dec. 34. num. 8. poſt. Torr. de pact. fut. ſucceſſ.* Quodque fuerit contemplata agnatio negari non po-
24 teſt, tum ex longa ſubſtitutionum ſerie, tum ex millies repetita qualitate maſculinitatis, & excluſione fœminarum, ex qua reſultat non ſolum prædilectio ſexus, ſed etiam agnationis conſideratio, juncta præſertim litterali expreſſione ejuſdem agnationis adjecta poſt prohibitam alienationem, ex late deductis per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 499. num. 25. & ſeqq. Ludoviſ. dec. 464. ex n. 5. Rot. dec. 95. ex n. 9. par. 11. rec. repetit. dec. 17. poſt Cenſal. ad Peregr. de Fideicom.* cum aliis late in notiſſima *Romana Primogeniture de Bubalo 6. Februarii 1673. §. Tacita vero, coram* R. P. D. *Vicecomite*, confirmata in aliis Cauſæ propoſitionibus.

Tota propterea Cauſæ difficultas in eo reducitur, an abſolute, & generaliter habita fuerit ratio agnationis per ſolos maſculos conſervandæ, fœminas excludendo per modum regulæ, ſive potius temporaliter, & in
25 certis caſibus, cum nulla adſit implicantia, quod agnatio ſit contemplata in deſcendentia Inſtitutorum, non vero reſpectu aliarum ſubſtitutionum, ut optime animadvertunt *Surd. conſ. 316. n. 15. verſ. bene verum eſt, Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 449. n. 25. Andreol. contr. 218. num. 21. Rot. dec. 195. n. 12. par. 5. rec., & cor. Ottbob. deciſ. 111. n. 16. & dec. 74. & dec. 140. utrobique ex num. 6. cor. Dunoz.*; unde pro majori dilucidatione materiæ, & quando nam fœminæ excludantur, ut præmiſimus, neque ſub nomine communi compræhendantur, oportet diſtinguere tres caſus præcipue.

Primus eſt, quando concurrit maſculus cum fœmina æqualis gradus, & tunc conceſſa maſculo prælatione facillime reſultat excluſio fœminæ, quamvis non adſint urgentes conjecturæ pro agnatione conſidera-
26 biles, ſufficiente illa, quæ ex ſolo Statuto fœminarum excluſivo deſumatur, cum ita dicantur ſubſtitutæ per poſterius, quaſi in ſecundo gradu ſubſtitutionis, *Peregr. de Fideicom. art. 25. n. 50. & 52. Fuſar. de ſubſtit. qu. 385. n. 9. & 10. Molin. de Primog. lib. 1. cap. 18. n. 22., & lib. 3. cap. 4. n. 10. & 12., & cap. 5. num. 32. Ludoviſ. dec. 464. n. 8. & 9.* Rot. *dec. 133. n. 16. par. 9. dec. 7. n. 25. part. 10. & dec. 25. poſt Paitell.*, iſtæque *Authoritates* poni merentur ad partes, illæque ſimiles, quæ iſtum caſum percutiunt.

Extraneæ etiam ſunt, quæ peragunt de ſecundo caſu, quando fœmina deſcendit ab ultimo maſculo in propria linea, & dubitatur, an iſta ad excluſionem Agnati remotioris faciat deficere conditionem *ſi ſine filiis*, ſive ſub nomine collectivo, & indifferenti dica-
27 tur compræhenſa, eoque caſu, niſi dentur validæ conjecturæ, ex quibus appareat agnatio rigoroſe contemplata, fœmina maſculum remotiorem excludit, cum quædam ſpecies eſſet iniquitatis, ut proprii Patris ſui bonis privaretur, juxta doctrinam *Alex. in l. ſi dotali n. 5. ff. ſolut. Matrim. Andreol. contr. 218. num. 13. Surd. deciſ. 84. Peregr. conſ. 42. n. 10. lib. 5. Fuſar. de ſubſtit. qu. 385. n. 12. qu. 402. num. 27.*, fuitque perpetua *Rotæ* opinio, ut apud *Seraphin. dec. 1216.* Duran. *dec. 126. Royas dec. 172. n. 8., & in Romana Fideicommiſſi de Spiritibus cor. Bichio dec. 112.*, ubi *n. 7.* plures aliæ *deciſiones* coacervantur.

Tertius caſus eſt noſter præciſus, quando ultimus maſculus contendat de libertate bonorum, velitque fœminam excludere, quia Fideicommiſſum ſit omnino maſculinum, atque ab eo arceantur fœminæ indefinite, & (ut *Doctores* ajunt) pro regula, & in iſtis ter-
28 minis non ſolum adeſt regula favore fœminarum, ſed etiamſi habita fuerit ratio agnationis, adhuc intelligantur vocatæ; ex quo, maſculis defectis, de agnatione, & Domo, ac Familia eſſe dicantur, ex late firmatis *in Bononien. Fideicommiſſi de Boatteriis cor. Merlino dec. 864. & 890.*, & pulchrius in eadem Cauſa *cor. Cerro dec. 133. par. 9. rec.*, cum qua pertranſeunt alii relati per *Addolin. reſol. 115. num. 6.*

Et licet etiam in iſtis terminis adſint plu-
29 res *Rot. Romana Deciſiones*, quę fęminas etiam nullis exiſtentibus maſculis excluſerint, & pro libertate bonorum pronunciaverint, ut patet ex *deciſ. 203. & 217. par. 2. rec. Buratt. dec. 272. & 454. Merlin. dec. 890. n. 1. & n. 5., & ſeqq. Dunoz. dec. 651. n. 32. & deciſ. 34. n. 9. poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ. & deciſ. 616. n. 6. par. 18. rec.*; attamen diverſæ erant circumſtantiæ, quæ in caſu non militant, ut egregie caſum a caſu diſtinguendo videri poteſt ex *Peregrin.* in celebri *conſ. 159. lib. 5.* & in aliis allegatis per *Rot. dec. 462. n. 15. cum duob. ſeqq: par. 14.* & prius *deciſ. 380. n. 13. part. 12. Celſ. deciſ. 341. num. 14.*, & *in* Romana *Donationis 10. Januarii 1676. §. Quia hac, coram* Rondinino.

Quando enim vel ab initio ſtat prohibitio realis, & abſoluta alienationis cum expreſſione agnationis, & repetita ſæpius qualitate maſculinitatis tam in parte ante, quam in parte poſt vocabulum, ſeu nomen collectivum, fœminiſque conveniens, tunc recte intrat bonorum libertas, & excluſio perpe-
30 tua fœminarum; ſecus vero, quando poſt vocationem maſculorum devenitur ad ſeparatam ſubſtitutionem, quæ tam maſculos, quam fœminas amplectatur, quia tunc apparet, voluiſſe Teſtatorem in defectum maſculorum fœminas vocare, *Peregr. d. conſ. 159. n. 5. verſ. tertius caſus eſt, lib. 5.*



Digitized by Google

Eoque fortius locum ſibi vindicat præfata
concluſio non repetendæ maſculinitatis,
quando mutantur perſonæ, & gradus, ut in
noſtra facti ſpecie contingit, imo retorque-
31 tur argumentum, quod ſicuti Teſtator in
præcedentibus ſubſtitutionibus qualitatem
maſculinitatis toties expreſſit, ita ſi illam in
poſtrema ſubſtitutione proximiorum de Fa-
milia voluiſſet, non fuiſſet contentus verbis
communibus, juxta *conſ. Curt. Iun. 49. n. 7.
verſ. ex præmiſſis lib. 2. Rot. cor. Ludoviſ. dec. 514.
n. 6. verſ. non obſtat, quod in ſubſtitutione, &
poſt conſ. Farinacc. dec. 350. n. 6. Dunoz. de-
ciſ. 45. num. 19. & ſeqq.*

Idque ad evidentiam demonſtratur, dum
non vocavit proximiores in perpetuum, vel
ſub verbis *ſemper*, & ſimilibus denotantibus
tractum ſucceſſivum, juxta caſum examina-
tum in adducta *dec. 203. n. 5. & dec. 217. n. 3.
par. 2. rec.*, ubi integrum Factum enarratur;
32 ſed ſimpliciter vocantur proximiores, pro-
indeque intrat Theorica *Cuman.*, quod Fidei-
commiſſum uno admiſſo expiret: atque ideo
non eſt veriſimile, Fideicommittentem etiam
in iſta poſtrema ſubſtitutione contemplaſ-
ſe agnationem, dum unum tantum, &
non alios in infinitum proximiores vocavit,
ita in puncto *Berſatt. conſ. 300. n. 63. Andreol.
contr. 218. n. 20. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 6.
tit. ult. n. 5. & 6. Ludoviſ. deciſ. 464. num. 17.*
optime *Dunoz. Iun. dec. 132. per tot.*

Augetur demum ponderatio ex verbis præ-
fatæ ſubſtitutionis, in qua vocavit proxi-
miores = *quo magis, & melius, ac validius de
Iure fieri potuiſſet*: ac propterea evidenter ap-
33 paret, in hoc capite ſeparato non ſolum no-
luiſſe repetere qualitatem maſculinitatis, ad
*vulg. conſ. Aʒan. 22. Rot. dec. 151. n. 23. & 24.
deciſ. 195. n. 6. par. 5. rec. Royas deciſ. 72. n. 19.
Add. ad Baratt. dec. 272. n. 19. D. meus de Luc.
lib. 10. de Fideic. diſc. 43.*; ſed aperte relaxaſ-
ſe, maſculis defectis, rigorem veræ agna-
tionis maſculinæ, quoniam certum eſt de
34 Jure (ex firmatis in principio) venire fœmi-
nam appellatione proximiorum, ideoque
dum non ſolum tacite, ſed expreſſe Juris in-
terpretationem admiſit, fœmina remanet
capax: cui etiam conſonant alia verba = *me-
lius, & validius*, quia magis voluntas, & in-
tentio Teſtatoris aſſervatur, quando maſcu-
lis defectis Fideicommiſſum non extingui-
tur, ſed adhuc fœmina vivente continua-
tur, *Gratian. diſcept. 621. num. 34. Peregr. in
conſ. 42. num. 10. verſ. ubi maſculis, lib. 5. Rot.
deciſ. 133. n. 10. 11. & 12. par. 9. rec.*

Non refragante, quod prohibita aliena-
tione aſſignaverit rationem conſervationis
35 agnationis; Quoniam evidenter pendet a
præcedenti Fideicommiſſo, ibi = *ejus bona
ſemper ſubjacere Fideicommiſſo ſupradicto*; & de-
mum ex perſonalis, & intra certos gradus
reſtricta, ibi = *Quod dd. Sebaſtianus, & Bongi-
nus, & eorum filii Maſculi, ut ſupra &c.* illud-
que propterea non ampliat, aut extendit, ut
*ex conſ. Dec. 636.* declaravit *Rot. dec. 532. n. 5.
par. 2. rec. Othob. deciſ. 111. num. 17. & ſeqq.,
dec. 15. par. 7.* cum aliis in magiſtrali *dec. 228.
apud Celſum, Bich. deciſ. 546. n. 7. & ſeqq., &
Merlin. deciſ. 864. n. 22.*, ubi fuerat prohibita
alienatio pro manutentione, conſervatio-
ne bonorum Familiæ, & Caſatæ illorum de
Boatteriis.

Firmato itaque Fideicommiſſo ad favo-
rem Franciſcæ, obſtare nequeunt objecta,
quæ ſuper probatione identitatis bonorum,
& deſcendentiæ deducuntur: Prima etenim
36 comprobatur ex Teſtibus, & ex deſcriptio-
ne facta in Teſtamento, ad receptum *conſ.
Baloi 89. n. 3. lib. 1. Celſ. deciſ. 173. n. 4. Du-
noz. Jun. deciſ. 243. n. 3.*, & *in Romana Fidei-
commiſſi 26. Junii 1675. §. Identitas vero, cor.
Reverendiſſ. Albergato*; & in omnem caſum
37 intraret alterum *conſ. Fulgoſ. 145.*, quod cum
bona de quibus agitur, ſint in eadem Con-
trata a Teſtatore deſcripta, fideicommiſſaria
præſumantur, niſi de intermediis hæredum
acquiſitionibus doceatur, *Celſ. d. deciſ. 173.
num. 7. Peuting. dec. 397. in fin. & dec. 13. n. 30.
par. 12. rec.*

Deſcendentia demum ſolum controverti
poteſt ſuper identitate Bongini, quoniam
de cæteris gradibus, & perſonis abunde ju-
38 ſtificatur ex pluribus enunciativis Inſtru-
mentorum, Teſtium examine, & Fide Ba-
ptiſmatis, ex relatis apud *Baratt. deciſ. 709.
num. 2. Bich. 154. num. 12. & ſeqq. & deciſ. 180.
n. 6. & ſeqq. Arguelles dec. 79. num. 41., dec. 3.
n. 3. poſt Cenſal. ad Peregr. de fideic.* licet ali-
quando *Rota* proceſſerit rigoroſe in iſta pro-
batione deſcendentiæ, ut habetur *in dec. 388.
& 389. par. 13. rec.*

Et quod Bonginus ſit idem Abundius, be-
ne deſumitur ex Inſtrumento celebrato de
Anno 1610., ubi Antonius Franciſcæ Pater
enunciatur ſilius Abundii, ſive Bonzini, con-
trahendo ſuper re ad Bonzinum ſpectante,
nempe ſuper ſolutione legati Lucretiæ, Ca-
tharinæ, & Margaritæ relicti, & præſente
Dominico filio Sebaſtiani alterius lineæ, qui
utique talem denominationem non permi-
ſiſſet, ſi revera pro ſynonimis habenda non
eſſent nomina Abundii, & Bonzini, ut ſæ-
piſſime ſolet evenire, juxta exempla, quæ
referuntur per *Venturin. conſ. 49. ex num. 112.,
& conſ. 50. ex num. 64.* cum perſonæ, ſive no-
39 minis levis alteratio nullatenus identitatem
excludat, ut in propoſito *Menoch. de præſum-
pt. lib. 6. præſ. 15. n. 45. Excobar. de Nobilit.
quæſt. 16. num. 32. & ſeqq.*, & dixit *Rot. coram
Bichio dec. 180. ſub n. 7. verſ. non obſtat.*



Digitized by Google

## GERVNDEN. PAROCHIALIS, SEV RECTORIÆ DE VILOBI.

*Veneris 6. Iunii 1698.*

### ARGVMENTVM.

Vnio Beneficiorum debet probari concludentiſſime, & per actus neceſſariò illam inferentes, maximè, quando ultimus ſtatus eſt collativus. Eccleſiæ duæ Cathadrales ſimul unitæ per Pontificem, quandò cenſeantur æquè principaliter unitæ, & à qua ſumi debeat denominatio; & an habeat locum inter eas alternativa, & in quibus: Quando Pars paratam ſe offert ad parendum, non eſt opus recurrere ad aggravatoriam, ſeu Index poteſt exequi Mandatum: Declaratio verbalis in incorporalibus idem importat, ac vera traditio.

### *SVMMARIVM.*

1 *Contradictor legitimus ad impediendam executionem litterarum Apoſtolicarum dici non poteſt, qui parem titulum non habet alicuius Gratiæ Pontificiæ.*

2 *Vnio probanda eſt, vel per publicum Inſtrumentum, vel per rem Iudicatam, vel per immemorabilem, ſeu quadragenariam cum titulo.*

3 *Scriptura, quæ caret rogitu Notarii, & Teſtibus, dici non valet publicum Inſtrumentum.*

4 *Scriptura privata in nulla omninò conſideratione haberi poteſt.*

5 *Iudex Compulſorialis nequit citrà nullitatem ſe ingerere circa recognitionem manus, ſeu caracterem, quibus ſcripta ſunt iura compulſanda.*

6 *Recognitio manus per comparationem facta poſt interpoſitã appellationẽ eſt attentata.*

7 *Vnio ineffectuata non habetur in aliqua conſideratione.*

8 *Vnio in parte effectuata præſumitur in totum effectuata.*

*Et è converſo ineffectuata in parte, præſumitur in totum ineffectuata, n.9.*

10 *Obſervantia interpretativa, modico temporis ſpatio contentatur.*

11 *Centenaria facit præſumere meliorem titulum de mundo ad excluſionem unionis.*

12 *Vnio Beneficii de directo pugnat cum ſtatu collativo eiuſdem, & n.14.*

13 *Cura Animarum an, & quando valeat à duobus, vel pluribus inſolidum exerceri.*

15 *Primitiæ ex conſuetudine vel privilegio poſſunt deberi etiam illi, qui nõ eſt Parochus.*

16 *Vnionis probatio requirit actus omnino univocos, & concludentes.*

17 *Enunciativa affectata redditur ſuſpecta.*

18 *Exceptio turbida unionis non eſt apta retardare executionem litter. Apoſtolicarum.*

19 *Vnio niſi clarè, & incontinenti probetur, non poteſt allegari, quando ultimus ſtatus eſt collativus.*

20 *Vnio duarum Eccleſiarum Cathedralium facta per Pontificem cenſetur æque principalis.*

*Tom. I.*

*Maximè, quando Epiſcopus ab utraque denominatur, n.21.*

22 *Præcedentia in nominatione debetur antiquiori, & de ratione, & num.27.*

23 *Alternativa prænominationis quando habeat locum in duabus Eccleſiis unitis, & in quibus caſibus, & num.24. & 25.*

26 *Alternativa ordinata in certis caſibus, non extenditur ad alios.*

28 R. P. D. Corradinus Auditor SS. D. N. Clementis XI. *digne Commemoratur.*

29 *Executio Mandati Rotalis poſt obtentam Declaratoriam quando poteſt obtineri, non eſt opus recurrere ad Aggravatoriam.*

30 *Executoriales Rotales, quæ ſonant in ſimplicem monitionem, an, & in quo differant ab iis, quæ præſeferunt ſpeciem Mandati executivi.*

31 *Paritio Mandatis Rotalibus ex quibus verbis ſufficienter reſultare dicatur.*

*Et an ſimplex acquieſcentia poſt intimationem Mandatorum Rotalium habeat vim paritionis, num.33. & 38.*

*Et an quidquam detrahat paritioni præſervatio propriorum iurium facta per ſuccumbentem in actu parendi, n.35. & 36.*

32 *Reproductio Executorialium Rotalium non eſt neceſſaria, quoties ſubſecuta eſt paritio Partis ſuccumbentis.*

34 *Correctio inſtantenea eſt omnino vitanda in qualibet diſpoſitione, vel actu.*

37 *Reſponſio debet interpretari ad limites interrogationis.*

39 *Declaratio verbalis in incorporalibus idem importat, ac actualis traditio.*

40 *Executio cœpta habetur pro completa in odium impugnantis illius plenariam effectuationem.*

41 *Terminus paritioni præfixus non impedit, quin paritio poſſit anticipatè præſtari.*

42 *Terminus ad aliquid faciendum præfinitus non impedit, quin actus valeat præventive expleri.*

*Exemplifica, ut n.43. cum duob. ſeqq.*

45 *Hæres qui conveniri non valet pendente termino ad conficiendum Inventarium, ſi illud ſtatim conficiat, poteſt immediate conveniri.*

### DECISIO XLVII.

FRanciſcus uſque ab initio præſentis Cauſæ flagrans retardare executionem litterarum Apoſtolicarum, quas obtinuerat Petrus veluti præelectus in Concurſu ad controverſam Parochialem, ſeù Rectoriam in Menſe Apoſtolico vacatam, præſuppoſuit, eamdem Parochialem, ſive Rectoriam unitam eſſe Archidiaconatui Sylven.; cumque non obſtante huiuſmodi ſuppoſitione Petrus prævijs duabus Deciſionibus coràm R. P. D. meo Pio Sententiam fuerit aſſecutus pro earumdem litterarum Apoſtolicarum executione, & deinceps à R.P. D. meo

Caprara Mandatum de immittendo in ſequelam alterius Deciſionis editæ ſub die 11. Decembris præcedentis Anni, adhuc hodiè ſubſtinere ad inſtigationem eiuſdem Franciſci coactus eſt novam luctam, *an ſcilicèt eſſet procedendum ad leggittimam executionem*, prout vice Santiſſimi rurſus examinari cenſuit, ac reſcripſit Signatura Juſtitiæ; ſed & in hac tertia colluctatione de nouo pcrpenſis juribus præfatæ oppoſitionis, Petrus victor affirmative à domini reſponderi, Juſtitia ad id impellente, ſortitus eſt.

Licet enim ad repellendum Franciſcum ſufficere poſſe videtur, quod ipſe prædictam colluctationem promovens deſcedebat in Theatrum ſine gladio, & Clypeo aſſ. propriæ nominationis in ſui perſonam (vt aſſerebat) factæ ab Archidiacono Sylven.,
1 minuſque induceret fulcimentum, ſeù Loricam Gratiæ Pontificiæ deſuper expeditæ, quamvè nuncupat *pro preſentato*, & per conſequens reputari non poſſet legitimus contradictor, juxta ea, quæ latius animadverſa fuerunt *in Barchinon. Beneficij. 14. Aprilis proxime elapſi* §. *Verum, coram Me*. & prius dixerat *Rot. cor. Bich. deciſ. 392. n. 11. & deciſ. 594. num. 15.*

Attamen, admittendo etiam ex benignitate Dominorum eumdem Franciſcum prò legitimo contradictore, cum tota vis ſtaret in aſſerta, & præſuppoſita Vnione, nullibi compertum eſt, eandem Vnionem (ut oportet) legittimè comprobari, quando tamen ad finem impediendi collationem Ordinariorum, & determinationem Sacroſanti Concilij Tridentini definientis ex Divino afflatu, Parochiales conferri per Concurſum, vt exinde melior ad regendam Curam
2 Animarum eligatur, Vnio ex ſucceſſivo etiam intellectu *Doctorum* probanda eſt, vel per Inſtrumentum publicum ipſius Vnionis, vel per rem indicatam, vel denique per immemorabilem, aut quadragenariam cum titulo, ad not. per *Garz. de Benefic. par. 12 cap. 2. ex n. 226. cum plur. ſeqq. Lotther. de re benefic. lib. 1. quæſt. 28. n. 105. Turric. de Vnion. cap. 11. num. 5. & 9. & nu. 23. Frances de Eccleſ. Cabtedr. cap. 8. ex num. 181. cum ſeqq. Rot. cor. Priol. dec. 277. num. 9. & dec. 656. n. 5. coram Card. Cerro, & in alia Gerunden. Parochial. 4. Iulij 1696.* §. *Non obſtat, cor bon. mem. Emerix Iun., confirmata 23. Ianuarij 1697.* §. *Nec iterum, cor. R. P. D. meo Muto*.

Nullum ex prædictis generibus probationum adductum extitit pro parte Franciſci; quandoquidem unicum, ſive potiſſimum fundamentum reſultabat ex aſſerta quadam Scriptura ſubſcripta (ut prætendebatur) de Anno 1263. à tunc Epiſcopo Gerunden., & nonnullis Canonicis, ac Dignitatibus, & in qua huiuſmodi Parochialem, ſeù Rectoriam vnitam apparere Archidiaconatui dicebatur: Sed ultra quod hujuſmodi Scriptura non poterat obtinere ullo modo vim publici Inſtru-
3 menti, cum careret rogitu Notarij, & Teſtibus, prout neceſſe eſt ad conſtituendum in eſſe quodcumque publicum Inſtrumentum, ex ſantione *Text. in cap. fin. de fid. Inſtrum.*, & *in* §. *Sed et ſi Inſtrumen.*, *Authen. de Inſtrum. caut. & fid.* cum ſuis notiſſ. concord.

Et ultra etiam, quod eandem Scriptura nullum robur, ſeu firmamentum poterat ſaltem deſumere à religione loci, in quo noſceretur aſſervata, quia nimirum neque fuit extracta ex aliquo publico Archivio, neque ad minus regiſtrata in Actis Curiæ Epiſcopalis, ſed ſimpliciter reperta eſt in manibus ipſius Partis, nempe Archidiaconi Sylven.,
4 quo caſu privatiſſima Scriptura (ſicuti ex præmiſſis erat hæc) in nulla prorius haberi poterat conſideratione, ad tradita per *Rot. deciſ. 452 nu. 1. & deciſ. 816. nu. 8. & 9. par. 18.* cum cæteris *in antec dicti Deciſione huius Cauſæ 11. Decembris 1697.* §. *Neque ad impediendam, cor.* R. *P. D. meo Caprara*.

Eſto millies, quod eadem Scriptura foret in ordine ad legalitatem veriſſima, itaut recognitio manus Epiſcopi perperam à Franciſco tentata per fallaciſſimum modum comparationis Caracteris poſt tot Sæcula adhibitum mereretur attendi, non obſtante, quod & huiuſmodi comparatio facta effulgeret nulliter, & attentate, quia Iudex Compul-
5 ſorialis, veluti merus Executor ad compulſandum, non poterat extra ſperam Provinciæ ſibi demandatæ ſeſe ingerere, ac devenire ad extraneum actum recognitionis, iuxta firmata punctualiter per *Rot. cor. Cerr.*
6 *dec. 152. num. 7. & ſeqq.*, & maxime poſt interpoſitam a Petro appellationem, quæ etiam de per ſe eamdem recognitionem efficeret attentatam, vt proſequitur *dicta deciſ. 152. num. 10. cor. Cerro*.

Nichilo tamen minus nullibi de effectuatione conſimilis Vnionis eluxit, ſicuti omnino requiritur ad effectum, vt ex prædicta determinatione Tridentinæ Synodus valeat Unio eiuſdem Oecumenicæ Synodus cenſuram in collatione Parochialium præſcriptam per Concurſum evitare, vt habetur *in ſeſſ. 7. cap. 6. de Reform.* vberius etiam, & indefinite per modum regulæ explica per ſuperventas Romanorum Pontificum Conſtitutiones, quaſuè nuncupant Regulas Cancellariæ, & ſignanter in Regula Sanctiſſimi Principis, ac Papæ dominantis *la. 13.*; quamobrem,
7 data quoquè veritate ſcripturæ, adhuc de illa, tamquam ineffectuata, nulla prorſus ratio poterat haberi, juxta not. per *Lotter. de re beneſ. lib. 1. quæſt. 28. n. 181. Rot. dec. 446. n. 1. & num. 17. par. 4. tom. 2. recen. dec. 337. ex n. 20. ad fin. & deciſ. 371. n. 13 & ſeqq. par. 9. dec. 282. num. 16. coram Celſ. & dec. 261. num. 6. & 7. coram Sant. mem. Alex. VIII.*

Ineſ-

Ineffectuatio autem manifeſtiſſime palpabatur, primo quia in prædicta Scriptura inſimul continebatur Unio aliarum duarum Parochialium, nempe locorum, quæ appellant *de Caldes*, & reſpective *de Salitia*, & tamen certum eſt, quod reſpectu tam vnius, quam alterius Parochialis de Caldes, & de Salitia, neque vna demonſtrata eſt proviſio per modum, ſeu viam Unioni correſpondentem, vſque per integram intercapedinem Annorum 434., ſed tam ſuperventa ordinatione Sac. Concilii, quam per antea conſtantiſſime, & ſemper geminæ hæ Parochiales libere per eumdem Ordinarium collatæ extitentur;
8 proindeque ſicuti partialis ſaltem effectuatio prædictæ Scripturæ, ſive Unionis in ea aſſertæ præferre valuiſſet urgentem fortaſſe præſumptionem effectuationis in reliquis, vt ad rem dictum nuperrime fuit *in d. Barchinonen. Beneficij* 14. *Aprilis proxime præteritis* §. *Parumque officiebat*, *coram Me*: ita
9 præcognita ineffectuatione circa duas ex tribus partibus eiuſdem Scripturæ, validiſſima inſurrexit præſumptio ineffectuationis in totum, ad ea, quæ in ſimili ponderavit *Rot. dec.*1379. *num.*4. *coram Pæn.*, *& dec.*628. *n.*21. *verſ. tum ex eo*, *& n.*22. *& ſeqq. par.*18.

Secundo evidentius, quia in hac præciſa Parochiali de Vilobi, ſignanter poſt publicationem Sacri Concilii, conſtitit à contrario juſtificatum à Petro per ſpatium vnius Sçculi, & ultra, citra ullam interuptionem collatam fuiſſe eamdem Parochialem, gratis hodie controverſam, ab Epiſcopo per viam Concurſus; quapropter tantæ remanebat efficaciæ centenaria hæc, & numquam interrupta obſervantia, vt non ſolum eadem deſerviret ad oſtendendum, quod per diſpoſitionem Conciliarem remanſerit (veluti non effectuata) revocata Unio, de qua agebatur
10 juxta vulgarem effectum cuiuſcumque obſervantiæ interpretativæ, quæ longe minori ſpatio contentatur, ex congeſtis per *Rot. dec.*316. *n.*14. *&* 15. *par.*9. *dec.*520. *n.*9. *&* 10. *par.*13. *& dec.*824. *num.*7. *coram Cerro*.

Verum etiam, quatenus oportuiſſet, ex ſe foret æque ideonea, ac ſufficiens, præcipue favore libertatis Beneficii, & ſalubrioris illius diſpoſitionis per excitamentum
11 Concurſus, ad præſumendam ſine alia juſtificatione vel diſſolutionem talis Unionis legitima authoritate ſubſecutam, vel novationem, aut tranſactionem, vel alium quemcumque titulum, quem noſtri dicunt meliorem de Mundo, ad plene firmata *in Barchinon. Parochial. de albyniana* 1. *Junii* 1696. §. *Seù per dictam*, *coram R. P. D. meo Muto*, *in Gerunden. Parochial.* 23. *Januar.* 1697. §. *Tum etiam quia*, *coram eodem*, *in Barchinonen. Hebdomdariæ Majoris de Palau Tordera* 22. *Martii eiuſdem Anni* §. *Ex dicta namque*, *coram Reverend ſ. D. meo* Decano, & noviſſime *in Terraconen. Parochialis* 2. *Maii nuper elapſi coram* R. *P.* D. *meo dell' Olmo*.

Atque his firmiſſime ſtabilitis corruebant ad oculum actus, aſſertiones, & ratiocina, quæ Franciſcus, etſi non eſſet, ut diximus, legitimus contradictor, promovere conabatur circa hanc præciſam Parochialem de Vilobi, quia jam de reliquis (vt annotavimus) neque ullum minimum veſtigium aſſertæ Unionis afferebat: Quod enim Archidiaconus Sylven. aliquando in anteactis Sæculis Parochialem hanc contulerit, præbuerit conſenſum permutationibus, ac reſignationibus factis de eadem Parochiali, cum ſimilibus, utique neglecta etiam rimatione talium actuum, illiſque citra præjudicium admiſſis, cum tamen prodierint ante Concilium, & ſonarent in ſimplicem, & independentem collationem, non poterant reportare ſoliditatem, & robur à prædicto titulo, ſeu Scriptura Anni 1264., quæ ad ſenſum Franciſci, & ad litteram cantat de Unione; collatio ſiquidem, & conſenſus, vel ad titulum Jurispatronatus, vel ad alterum Juris conferrendi, convenientem quandoque ex conceſſione Pontificia Inferioribus, ad ſummum poterat referri, ſed numquam ad verificationem
12 Unionis, quæ veluti extintiva præcedentis, ac proprii tituli Beneficii directe pugnat cum collationibus, ſive ſtatu collativo, ut tradunt *Spad. conſ.*147. *n.*2. *lib.*3. *Lotter. de re Beneſ. lib.*1 *quæſt.*28. *n.*104. *Card. de Luc. de Par. diſc.*12. *n.*14. *Rot. dec.*179. *n.*3. *&* 4. *cor. Sa. mem. Alex. VIII.*, *& dec.*32. *n.*10 *par.*18., *& in Aprutina Præpoſituræ de Nereto* 14. *Maii* 1696. §. *Cum igitur*, *& ſeqq. coram. Reverendiſſimo D. meo Decano*.

Atque idcirco ſub eadem æquivocatione remanebat incluſa, & pænitus fruſtatoria conſideratio, quam adhuc ad ſubſtinendam Unionem obiiciebat Franciſcus, nempe quod circa Annum 1582. Curam Animarum huius Eccleſiæ exercerent duo Rectores, quorum unus circa idem tempus ſuppreſſus extitit ab Epiſcopo ad præces Archidiaconi, quodque hic, & nunc Archidiaconus percipiat Primitias, quaſi in ſignum veræ, & perfectæ Curç habitualis præſeferentis Unionem: Quoniam in ordine ad primum actum, ex quo non reſultabat, niſi argumentum ab abſurdo vitando Poligamiæ Spiritualis, & ſic præſumendam Curam habitualem in Archidiacono, ut alias ratiocinata eſt *Rota in Novarien. Portionum Parochialium* 4. *Iulii* 1696. §. *Præterea*, confirmata 26. *Iunii* 1697. *coram R. P. D. meo Molines*.

Optime ponderatum fuit, in primis non eſſe abſolute verum, quod ob deputationem,
13 exiſtentiam duorum Rectorum inſurgat vera Poligamia Spiritualis, dum æque bene unicitas formalis neceſſaria in hoc ſpirituali Coniugio inter Eccleſiam, & Rectorem concur-

currere ſane poteſt in pluribus , quando hi,
& ſi materialiter duo , formaliter tamen ſe
habeant ad modum unius , ſicuti late reſpon-
dit *Rot. in Mediolanen. lur. Parochialium cor.
clar. mem. Cardin. Matt. impreſſ. decıſ.225. ex
num.2. cum plurib. ſeqq. par. 19. recent.*, & ad,
miſſum fuit *in Faventina lurium Parochialium
28 Iunii 1697. §. Non adverſante , coram Me.*

Et in omnem caſum tota circumſtantia
huius facti potius retorquebatur contrà
Franciſcum ; quia in Inſtrumento ſuppreſ-
ſionis huiuſmodi exibitio per eumdem
Franciſcum evidentiſſime , ſive expreſſe ſup-
ponebatur , hodiernam Rectoriam ſolitam
eſſe conferri in titulum , prout non minus
alteram , quæ fuit ſuppreſſa , quæve tunc va-
14 cabat : Nihil autem magis repugnat Unio-
ni , quam quod Beneficium aliquod confera-
tur , in titulum , vel in eo conſideretur vaca-
tio , ut præter ſuperius inſinuatos animad-
vertunt *Noal. conſ.46. num.14. Murg. de Benef.
quæſt.2. n.193 & ſeqq.* Rot. cor. *Panſil. dec.686:
num.3. ibique Adden. n.6. & coram San. mem.
Alex. VIII. decıſ.179. n.7. in Pampilon. Bene-
fic. 15. Ianuarii 1687. §. Collationes vero , coram
bo. me. Emerix lun., & in dict. Aprutina præpo-
ſit. de nereto 9. Decembris 5695. §. Et quidem,
& §. E contra aut., cor. Reveren.* D *meo Decano.*

Præceptio autem Primitiarum valet qui-
dem in ſuis caſibus infundere mentibus Judi-
cantium aliquod adminiculum pro arguen-
da Cura habituali , & conſequenter Unione
Beneficii pœnes illum , a quo Primitiæ exi-
gantur , ſed huiuſmodi judicium non eſt tan-
ti ponderis , ut nequeat referri ad diverſum
omnino titulum alicuius Juris ſpecialis , nem-
15 pe quod aut ex conſuetudine , vel privile-
gio , vel legittima conventione Primitiæ tri-
buantur etiam illi , qui non eſt Parochus , ex
recepta Doctrina *Abb. in cap. exboſui. in fin. de
Præbend.* Rot. cor. *Pæn. decıſ.1208. n.2. & de-
cıſ.32. num.14. & 15. par.18. recent. in Gerun-
den. Sacriſtiæ 28. Iunii 1694. §. Minuſque ,
cor. R. P. D. meo Pio : & in Gerunden.* Benefi-
cii 10. *Februarii 1696. §. Eiuſdem irrelevantiæ,
coram R. P. D. meo Scotto* ,

Nihilque pariter influebant ad Unionem
vel informes depoſitiones Teſtium ſuper eo ,
quod Archidiaconus in die feſto S. Margari-
tæ per Organum delegati ab eo Sacerdotis
functiones exerceat Parochiales nedum in
altera Eccleſiæ Santæ Margaritæ , ſed & in
Parochiali , de qua eſt quæſtio , quodque non
deſint enunciativæ emiſſæ ſuper ipſa Unio-
ne , altera in Viſitatione Anni 1582. , & alte-
ra in eſſerta quietantia inita ad favorem
Archidiaconi per quemdam Præsbiterum
occaſione ſervitii præſtiti in hac ipſa Paro-
chiali in præcitata die , ſeu feſtvitate Sanctæ
Margaritæ : Etenim quoad prædictos infor-
mes Teſtes , nulla fides eiſdem præſtari pote-
rat , cum eorum depoſitio , & tanquam in
Actis non producta , & tamquam lite penden-
te procurata non probet ; *ex vulgat.* ; quin
etiam ubi pleniſſime probaret aſſertum , non
tamen inſerviret ad probationem Unionis
nimis ad exuberantiam ex ſupra deductis
profligatæ , quia nempe conſimile exercitum
functionum Parochialium in tali ſtatuta die ,
vel ad quamdam ſuperioritatem , & præmi-
nentiam ratione maioris dignitatis , vel ad
aliquam Concordiam initam cum Paroco
ambiente in hoc Feſto concurſum Archidia-
conalis Dignitatis , vel alterius eam repræ-
ſentantis referri valet , ideoque ſemper hic
16 actus prænoſcitur æquiuocus , & ſic inutilis
ad ſtabiliendam Unionem , quæ actus univo-
cos , & omnino concluſivos expoſcit , ex de-
ductis per *Card. de Luc. de Par. d. diſc.12. n.11.
Rot. dec.138. n.6 & 16. cor. Vbald., & d. d. e.179.
n.18. cum ſeqq. cor. S. me. Alex. VIII. & dict.
dec.32 n.16. par.18. recen., & in d. Aprutina
Præpoſit. de Nereto 9.* Decembris *1695. §. Ho-
die Patres , & 14. Maii 1696. §. Et quidem, cor.
Reverendiſſ. D. meo* Decano.

Eiuſdemque propterea irrelevantiæ palem
notabatur præfitæ enunciatiuæ ; quia
prior emiſſa in Viſitatione , vel nihil opera-
tur tamquam & hæc ( vt præmiſimus ) æqui-
uoca , ut ubi = *ad quem Ius conferendi , ſeu præ-
ſentandi &c. pertinet &c.* vel potius tamquam
involens Jus conferendi pugnat cum Unio-
ne , ex jam firmatis : Poſtrema vero emiſſa
in præcitata quietantia Presbiteri deputatis
tamquam nihil habens commune cum cauſa
mercedis . & ſervitii per eum præſtiti , jure
17 merito affectationis nota laborabat , ac tan-
quam fortaſſe ab ipſo Archidiacono procu-
rata , reddebatur undique ſuſpecta , ideoque
ſpernenda , ut generaliter Rot. *in Vrbanien. Ca-
nonicatus 15. Martii 1694. §. Denique in fin. cor.*
R. P. D. *meo Muto , & 27. Ianuarii 1696 §.
Minus obſtat , cor.* R. *P.* D. *meo Caprara* , & in
ſpecie *eamdem* Rot. *cor Gregor. dec.77. n.8. &
coram Peutinger. dec.135. num.6. , & cor. San.
me. Alex. VIII. dec.223. n.14. , & decıſ.203.
num.9. & 10. par.19. recent.*

Collabente igitur ex omni parte oppoſi-
tione facta per Franciſcum alias illegitimum
Contradictorem , & evidentius excluſa , quam
comparative incluſa , & ullo modo compro-
bata Unione , pro coronide Domini ( ut de-
cet Magna tribunalia ) ad obtruncandas
omnes diſputationes ſublungebant , quod ex
his omnibus Unio , quæ alias prælaudata tria
genera probationum tantummodo admit-
tit , rei judicatæ , Inſtrumenti publici , vel
immemorabilis , aut quadragenariæ cum
titulo , in omnem utique euentum non po-
18 terat reputari , niſi turbidiſſima , & conſe-
cutive non apta ad retardandam in hac ter-
tia pertinaciori Inſtantia litterarum Apoſto-
licarum executionem , ut generaliter docue-
runt pleuius relati *in Cortonen.* Beneſic. 18. *Mar-
tii*

Digitized by Google

*tii 1697. §. fin. cor. Me*, & in propoſito objectæ Unionis, *Rot. dec. 430. n. 12. cor. Duran.*, *ac dec. 282. n. 21. cor. Card. Celſ. & deciſ. 150. num. 8. & 9. par. 17. recen.*, *& in dicta Aprutina Præpoſituræ de Nereto 9. Decembris 1695.* §. *Præſuppoſita*, *&* §. *Cum igitur*, *coram* Reverendiſſimo *D. meo* Decano.

Accedente præſertim pro coronide, quod ad favorem Petri militabat ultimus ſtatus; licet enim noviſſimo loco hujuſmodi Parochialis collata fuerit per reſignationem, ſeu permutationem, attamen præcedenter, ſubſecuta vacatione per obitum, proviſio emanavit per Concurſum ad formam memoratæ ordinationis Sacri Concilii Tridentini: unde quando omnia alia deceſſent, niſi indubitate conſtaret per probationes in petitorio eumdem ultimum ſtatum undequaque abſorben-
19 tes, ſubingrediebatur plana concluſio, quod inutiliter, concurrente eodem ultimo ſtatu collativo, excipitur de Unione, ut in his præcis terminis Parochialis vacatæ per obitum Reſignatarii, quando is ſucceſſerat proviſo per Concurſum, amplexa eſt *Rot. in præcitata Aprutina Præpoſituræ de Nereto 28. Ianuarii 1695. §. Status quidem*, *coram Reverendiſſ. D.* Decano, & generaliter concordat *eadem Rot. dec. 59. n. 9. par. 11. rec.*, *deciſ. 310. n. 11. & dec. 406. n. 4. par. 16.*, *& in Barchinonen. Parochialis de Albyniana 1. Iunii 1696.* §. *Deciſio namque in fin. cor. R. P. D. meo Muto*, *& in Gerunden. Parochialis 4. Iulii ejuſdem Anni*, *coram bon. mem. Emerix*, confirmata 23 *Ianuarii 1697. coram præfato R. P. D. meo Muto*, utrobique §. *final.*

Et ita utraque &c.

### *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

Expedita fuit hæc Cauſa per Sententiam ſub die 4. Auguſti ipſius Anni 1698. cum totali terminatione Judicii; quia vero principaliter in præſenti Deciſione tractatur de excludenda Unione Parochialis, quæ allegabatur per ſuccumbentem, ſupervacaneum videtur aliquid annotare, vel ſuperaddere in eodem identifico propoſito probatæ, vel non probatæ Unionis, cum de hac re ſæpius actum habeatur nedum in meis Deciſionibus, ſed etiam paſſim, & quotidie in cæteris noſtri Tribunalis, diverſificantibus ſolum inter ſe caſuum circumſtantiis, ſed firmis remanentibus Theoriis, ut unuſquiſque poterit opportune recognoſcere.

Solum adhæſive ad eamdem materiam non erit incurioſum recenſere quamplures diſputationes, quæ habitæ extiterunt occaſione etiam Unionis majorum Eccleſiarum, quarum aliqua vel æque ſe prætendat eſſe Cathedralem, vel, ſuppoſita coæquali Cathedralitate, contendat præeminentiam adverſus alteram, aut etiam privative præſumat in ſe habere Jura Cathedralitatis: ſuper hoc autem poſtremo caſu quæſtio habita fuit de recenti *in Placentina Cathedralitatis cor. Reverend. Molines Decano ſub die 22. Iulii 1703.*, nam Eccleſia Sanctæ Juſtinæ hanc prærogativam Cathedralitatis excluſive ad aliam S. Antonini mordicus prætendebat, & quamvis de tempore antiquiſſimo Eccleſia S. Antonini appareret tractata, atque recognita pro Cathedrali, vicit tamen altera Eccleſia S. Juſtinæ, ex quo mediante quadam Concordia remanſit tranſlata eadem Cathedralitas in ipſam Eccleſiam S. Juſtinæ, tam ex obſervantia ſubſecuta, quam ex pluribus, pluribuſque fundamentis recenſitis *in Deciſione* deſuper edita *ſub prædicta die cor. Reverendiſs. Molines* Decano, in qua ulterius conciliatur, & explicatur vetus Judicatum in illa celebri *Cæſarauguſtana Cathedralitatis*, de qua *Card. de Luc. de Præeminent diſc 3. 4. & 5.*, Rot. *dec. 353. par. 5. dec. 85. 91. 102. & 177. par. 6. rec. dec. 640. & 665. cor. Bich. dec. 566. & dec. 657. cor. Cerr. & in alia ejuſd. poſt collect. Bond. la* 84.

Super ſecundo autem exemplo, ſive caſu, acre fuit diſſidium in Sacra Congregatione Conſiſtoriali inter Eccleſias, ſive Capitula Provinciæ Aprutinæ *Pennen.*, *& Adrien.* cum etenim unaquæque illarum, de cætero conſtituentium per modum Unionis æque principalis diſtinctam, ac ſeparatam Cathedralitatem, ſibi uſurparet præcedentiam in denominatione, quæ fieri contingebat in expeditionibus actuum Conſiſtorialium occaſione providendi utrique Eccleſiæ de novo Epiſcopo. ambæ proinde jura ſua deduxerunt cum Informationibus Advocatorum tam oretenus, quam in ſcriptis, abnuentes unam alteri poſtponi, juxta illud *Tacit. lib. 3. Annal.*, in quo Julia Auguſto ſtatuens, ſive dican effigiem, *Tiberii nomen ſuo poſt ſcripſerat*: ſuperavitque, ſeu vicit Eccleſia Pennen, ſub die quippe 21. Septemb. 1699., Me etiam in ipſa Sacra Congreg. ſuffragante, reſcriptum fuit = *prænominandam eſſe Eccleſiam Pennen.*, *nec eſſe locum alternativæ*.

Fundamentum hujuſce reſolutionis fuit, quod cum Eccleſia Pennen. foret indubitata Cathedralis antequam Eccleſia Adrien., quæ tunc erat de ipſa Diœceſi Pennen., erigeretur in Epiſcop., ſub videlicet ſub Anno 1252. & Innocentius IV. ſublimaverit ad ſtatum Cathedralitatis Eccleſiam Adrien. ſub illis verbis = *per hanc unionem nolumus*, *eas in ſuis juribus pati aliquod præjudicium*, *vel jacturam*,
20 conſequens erat, quod unio utriuſque Eccleſiæ volita per eumdem Pontificem cenſeri mereretur æque principalis, ad tradita per *Card. de Luc. in Miſcellan. lib. 14. diſc. 1. n. 37.*
21 *& 58.* præſertim addito, quod Epiſcopus ab utraque Eccleſia denominaretur, ut ſubdit *Turricell. de Union. cap. 3. num. 17. Rot. deciſion. 330. in fin. coram Cavaler.*

Poſi-

Poſita vero Unione æque principali, deno-
22 minatio debebatur antiquiori, ut erat Ec-
cleſia Pennen. reſpectu alterius Adrien., quæ
erat præcedenter de illius Diœceſi, cum re-
pugnet, filiam, vel ſubditam præcellere um-
quam poſſe propriæ Matri, ſeu Dominæ, uti
generaliter *Text.* eſt *in Canon. Epiſcop. diſt.* 17.
*& in cap.* 1. *de majorit. & obed. Barb. Axiom.* 69.
*n.* 1. *Frances de Eccleſ. Cathedral. cap.* 33. *n.* 109.
*& ſeq.*, & in terminis obſervant *Fagnan. in
cap. cum certum n.* 30. *verſ. deinde reſpondetur,
de majorit. & obedient.* Rebuff. *in prax. Benefic.
tit. de Union. num.* 15. *&* 16. *Gonzal. ad reg.* 8.
*Cancellor. gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 31. *Frances de Ec-
cleſ. Cathedr. cap.* 8. *num.* 368. *&* 369.

Et quidem Eccleſia Adrien. potius inſiſte-
bat ſuper jure alteruativæ, quam ſuper po-
23 ſitiva præcellentia, adducens in hoc indivi-
duale teſtimonium *Lucæ de Penn.* Concivis *in
l. unica n.* 12. *poſt princ. verſ. & ſimiliter, C. de*
Metrop. *Beryt. lib.* 11. *Vermigliol. conſ.* 151. *n.* 1.
*& ſeqq. & per tot.*, necnon tenorem Bullæ
unientis, in qua ſignanter Pontifex videba-
tur injungere, quod electio Epiſcopi, ad
normam Juris explenda per Capitula, ab
utroque Capitulo in prima vice expleretur
24 in Civitate Adriæ, atque ita etiam pro alter-
nativa tenuerat in ſimili contentione Eccle-
ſiæ Vaden., & Urbanien. Rot. *in Vaden., ſeu
Urbonien. prænominationis* 20. *Junii* 1687. *co-
ram Emerix. Iun.* inter ſuas *la* 765.

Sed circa hanc alternativam reſpondebant
Informantes pro Eccleſia Pennen., & defini-
vit eadem Sacra Congregatio, quod hujuſ-
25 modi alternativa procederet in actibus ab
Epiſcopo faciendis, atque concernentibus
ſtatum harum Eccleſiarum, nempe ſi Epiſco-
pus in alterutra Eccleſia reſideret, vel actus
concernentes unam potius quam alteram
Eccleſiam expleret, ut in ſubſtantia deduce-
batur ab ipſa Bulla erectionis, & Uunionis reſ-
pective factæ per Innocentium IV. & de Jure
authumarunt *in cap. novit, ne Sed. vacan. Io: de
Anan. n.* 4., *& Ancar.* pariter *n.* 4. *verſ. tertia
modo, Pocion. de probat. lib.* 1. *cap.* 27. *n.* 62.
*Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.* 8. *n.* 379. *Grat.
diſcept. forenſ. cap.* 655. *n.* 41. *& ſeq.*, & reſoluit
Sacra Congregatio Concilii inter Civitates
*Coſtellanam, & Hortanam* ſub die 8. Junii 1624.
ut videre eſt apud *Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib.* 3.
*cap.* 16. *n.* 23. *&* 24., *Frances de Eccleſ. Cathedr.
d. cap.* 8. *n.* 361. *&* 366., & circa electionem de
Epiſcopo faciendam illa alternativa potius,
quam privativa localitas, intelligebatur ad
normam ejuſdem Juris communis, quemad-
modum ſpeccfice adnotavit *Io: de Anania,
Ancaran., Pacian., & Gratian. ubi ſupra*,
26 abſque eo, quod alternativa ordinata, vel
competens in certis actibus extendatur ad
alios, ad tradita per *eumdem Gratian. d. di-
ſcept.* 685. *n.* 40. *& ſeqq.*

At non ſic erat in expreſſione facienda
in Bullis Apoſtolicis, & in Decreto interpo-
nendo per Papam in Conſiſtorio occaſione
præficiendi Epiſcopum utrique Eccleſiæ,
tunc etenim, quia non agebatur de Epiſcopo
æque debente pertractare utramque Sponſam,
vel de actibus concernentibus modo unam,
27 modo alteram Eccleſiam, Papa, qui ſem-
per loquitur de Jure, debebat prænomina-
tionem impartiri dignori, ſive antiquiori,
accedente etiam peæcipue vetuſtiori conſue-
tudine, ſeu obſervantia, de qua in Bullis,
& ſtatibus rencenſitis per *Ughell. Ital. Sacr.
tom.* 1. *litt. P. fol.* 61. *& ſeqq.*

Reſpectu demum tertii exempli, ſeu ca-
ſus, celebris fuit, & adhuc pendet diſcepta-
tio inter Cathedralem Terracinen., & Ec-
cleſiam Setinam; cum enim hæc una cum Ec-
cleſia Pipernenſi fuerit unita dictæ Cathedra-
li Terracinen., contendebat Setina potiri
eodem Jure Cathedralitatis, & ſuper hac
28 prætenſione copioſam, & eruditam diſſer-
tationem Typis emandaverat R.P.D. Corra-
dinus ſtrenuæ pugnas pro ſua Patria Setina:
verem ad excluſionem Cathedralitatis præ-
tenſæ cum ſuppoſito, ſeu fundamento, quod
hæc Eccleſia Setina fuerit unita Terracinen.
per modum incorporatiuum, & ſubjectiuum,
contraria prodiit in Tribunali noſtro reſolu-
tio, ut in opulenta *Deciſione* promulgata *ſub
die* 23. *Iunii* 1702. *coram* Reverendiſs. *D. Mo-
lines Decano*, ubi etiam alia motiva hyſtori-
ca, & juridica expenduntur.

Hæc circa materiam unionis: Sed quoad
ea, quæ reſcipiciunt miniſterium Executoris
Executorialium, ſeu Mandatorum Sacræ
Rotæ, ut ſcilicet nequeat is ſeſe immiſcere
extra meram executoriam, ſecundum firma-
ta in præinſerta Deciſione, habui caſum for-
miter diſputatum in una *Toletana Juriſdictio-
nis coram Pauluccio, & Urſino*; nam cum Di-
gnitas Archiepiſcopalis Toletana reportaſſet
rem judicatam per tres conformes ſuper Ju-
riſdictione plurium locorum poſſeſſorum a
Dignitate Priorali Caſtellæ, & Legionis San-
cti Joannis Hieroſolymitani, & parere de-
trectaſſet Magnus Prior, opportuit deinde ve-
nire ad comminationem Declaratoriæ, Gra-
vatoriæ, & Reaggravatoriæ cum præfinitio-
ne termini, ſeu Menſium ad parendum, &
quia Executor deputatus ad hanc Declarato-
riam intimandam a Magno Priore fuerat aſ-
ſequutus verbalem paritionem, & acquie-
ſcentiam, & ob id tradiderat Dignitati Ar-
chiepiſcopali poſſeſſionem Juritdictionis, op-
ponebatur, quod idem Executor nequiviſſet
devenire ad hanc traditionem, & proinde
inſtabatur pro revocatione ejuſdem poſſeſ-
ſionis tanquam attentate traditæ: Sed Ego
contrarium ſubſtinui enuncleando *Doctores,
& Autboritates*, quæ in oppoſitum ſtare vide-
bantur, & ita fuit reſolutum *die* 4. *Maii* 1685.
*cor. Pauluccio, &* 16. *Ianuarii* 1686. *cor. Ur-*

*ſino*

ſino; Tenor verò Reſponſi (reſecatis aliis ad rem non facientibus) ita ſe habet.

Nulla datur, aut dabitur *Doctrina*, ut opus
29 eſſet, quæ firmet, quod ſi executio poſt prolatam Declaratoriam, & diſpunctas, rejectaſque cauſas contradicendi abſque præmiſſis ulterioribus remediis potuit obtineri, adhuc neceſſarium exiſtat recurrere ad Aggravatoriam, & Reaggravatoriam, non enim *Veſtr. in prax. lib.8. cap.ult. ex n.16. cum ſeqq., Barboſ. vot.8. n.4. & 5. lib.1., Rot.cor.Dunozett.Sen.deciſ.338.per tot., & cor.Jun.dec.541.n.1. & ſeqq.* cum aliis ſolitis exadverſo cumulari, hoc dicunt, aut dicere poſſunt, cum intantum ſtylus, de quo ſupra, rationabilitèr fuerit introductus, inquantum quouſque edita non fuiſſet Declaratoria, apparere non potuiſſet de juſtitia, vel injuſtitia cauſarum contradicendi, ſicuti originalitèr teſtatur *Felin.* olim Sac. Rotæ Auditor *in cap. ad probandum num.6. de ſentent. & re judic.*, ubi hæc ait: *Itâ fuit judicatum tempore meo in Rota, nam licet Executoriales excommunicent, ut ex tunc, & etiam mandent denunciari excommunicatum, tamen in omnibus intelligitur conditio, ſi non paruerit, quod autem non paruerit ſine juſta cauſa, non priùs conſtat, quam fuerit lata Declaratoria, ad quam Rota præmittit quatuor citationes monentes eum, ut doceat, cur non paruerit*, & ſequitur ſub hac præciſa ratione *Barboſ. d.vot.8. n.5. lib.1., Poſtb. de manut. obſerv.103. n.24., Rot. dec.283. n.2. in med. poſt ſecundum volum. conſ. Farinacc., & cor. Penting r. deciſ.168. num.1. & ſeqq.* cum aliis per *Adden. ad Pamphil. dec.125. n.5.*

Secundò, quod noſtræ Executoriales non
30 important ſimplicem monitionem, ſed potius Mandatum executivum, quo præciſè injungitur Excellentiſſimo Magno Priori, quod ſtatim ſe abſtineat à moleſtando, inquietando, & perturbando Eminentiſſimum Archiepiſcopum in uſu, & exercitio Juriſdictionis, neque permittat, quod alii id agant quovis colore, & prætextu, ut *in præſenti Summario num. unico, litt.B. & C.*, in hoc namque caſu præmiſſum ſtylum non intrare, adducto *Poſtb. pluribuſque Rotæ deciſ.* firmat viden. *Barboſ. vot.29. ex num.11. cum ſeqq.* ubi *ſub num.13.* refert verba Executorialium illius Cauſæ, quæ fraternizant cum noſtris; quinimò ubi obligatio parendi, prout hic, eſt notoria, quod neceſſe non ſit adire Rotam, teſtificantur *Theodoſ. Rub. in ſingul. Rot. par.2. verb. Declaratoriæ litteræ §.2. in princ., Barboſ. dict. Vot.8. n.8. circà fin. lib.1.*

Tertiò ceſſat omnis hæſitatio, quia conſtat de poſitiva verbali paritione Excellentiſſimi Magni Prioris, veteri *Summ.* Partis *num 5.* & noſtro ſuper attentatis *num.1.* ibi = *Dixit, ſe audiviſſe, & ſe habere pro citato, & ut obediens filius S. Sedis Apoſtolicæ imponere ſuper Caput ſuum, & quantum in ſe eſt non impediet executionem litterarum Executorialium Suæ Sancti-*



31 *tatis, & Sacræ Rotæ &c.* quod enim prædicta verba = *ſe audire, obedire, & ponere Executoriales ſuper Caput ſuum* = præſeferant ſufficientem paritionem, individualitèr reſpondit *Rot.cor. Coccin. deciſ.1243. n.1. verſ. quæ quidem paritio,* & de illis -- *per ſe non ſtare &c. eadem Rot. cor. Coccin. dec.1093. num.2. & ſeqq.*; proindeque
32 data paritione, & conſenſu Partis, ceſſare officium Judicis, nullamque requiri reproductionem, ex *Speculat. Pariſ. & Rot. cor. Giptio* profitetur *Rub. in ſingul. par.1. circà deciſ. Caſſador. fol. mihi 281. verſ. declaratur ſecundò, & par.2. circà ſtyl. & obſerv. Rotæ fol 23. verſ. declaratur iſte ſtylus, Barboſ. d. Vot.8. n.3. in fin. lib.1.* Imò quod ſimplex non oppoſitio, ſeù
33 non reclamatio intimationi à principio factæ ſufficiat, *idem Barb ſ. d. lib 2. Vot.29. n.4. & 5. Rot. dec.2. ut lit. pendent. cor. Creſcent.*

Neque turbat, quod per illa ſubſequentia verba - *Et ſe requirere præſenti infraſcripto Notario, ut tribuat illi tranſumptum in forma legali dictarum litterarum, & illius reſponſionis pro conſervatione ſui juris, & ſuæ Dignitatis*, videatur idem Excellentiſſimus Magnus Prior ab eodem conſenſu receſſiſſe: Non ſolum, quia
34 interpretatio hæc præſeferret inſtantaneam correctionem in omni actu vitandam, ex *Text. in l. non ad ea 88. ff. de condit., & demonſtrat.* verùm etiam, quia præmiſſa verba vel intelligenda veniunt compatibilitèr quoad ea, quæ favore ipſius Dignitatis Prioralis præſervabantur in Executorialibus, vel denique hujuſmo-
35 di præſervatio nequit obeſſe quoad expreſſa, & jam pollicitam paritionem, ut in puncto conſenſus præſtiti executioni litterarum Executorialium cum clauſula -- *ſalvis quibuſcumque juribus -- Theodoſ. Rub. d. par.1. circa deciſ. Caſſador. fol.281. ſub d. §. Declaratur ſecundò, verſ. & quod hoc procedit*, & ſecuta eſt *Rot. in altera Toletana* apud *Gonz. de Beneſ. par.6. cap.3. n.145 verſ. non obſtante condemnatione*, ubi quod
36 condemnatus non tenetur cedere, nec approbare Sententiam contrà ſe latam, ſed ſufficit, quod pareat, etiamſi proteſtetur, ſibi præſervari quidquid vult, benè etiam *Rot. cor. Coccin. d. dec.1093. n.7.*, & in fortioribus *d. deciſ.1243. n.2. cor. eodem.*

Minuſque meretur opponi, quod per ea verba -*quantum in ſe eſt*- ſolùm Magnus Prior ſpoponderit paritionem uti privatus; Jam enim ex *d. dec.1093. num.2. verſ. in caſu, coram Coccin.* oſtenſum fuit, illa verba -- *per ſe non ſtare* -- quamvis prolata à Præpoſito condemnato nomine Dignitatis, plenariam importare paritionem, idemque profectò eſt dicere -- *per ſe non ſtare* -- vel -- *inquantum in ſe eſt*: & nihilominùs cùm Executoriales, ac Declaratoriæ intimatæ reſpicerent Dignitatem Prioralem, non perſonam Magni Prioris,
37 clarum eſt, quod ad limites requiſitionis interpretari debeat reſponſio, & non aliàs, juxtà *Text. in cap. præterea, Inſtit. de inut. ſtipul. Rot.*

*cor.Coccin.dec.1791.n.27.*, *& cor.Celſ.dec.217.n.9.*, *& dec.87.n.14.par.15.rec.*

Denique nil facit, quod poſtmodum Magnus Prior exaraverit aſſertum Mandatum ad contradicendum: Tùm quia ſat eſt ex *Autho-*
38 *ritatibus* deductis in noſtra Deciſione *ſub* §. *Non primum in fin.* cum aliis ſuprà laudatis *in* §. *Tertiò ceſſat*, quod fuerit ſemel præſtitus conſenſus, imò non facta reclamatio de tempore intimationis; quibus licet ſine ulla *Authoritate* in oppoſitum exadverſo reſpondeatur, eas loqui ad effectum evitandæ Declaratoriæ, tamen & quis non videt, quod ſi hæc verbalis declaratio non importaret effectivam paritionem, nullatenùs Declaratoria ipſa effugeretur; Tùm etiam, quia ſicuti quotiès Magnus Prior actualitèr tradidiſſet poſſeſſionem alicujus rei corporalis cadentis ſub re judicata, nequiviſſet poſteà contradicendo efficere attentatam ipſam traditionem jam conſumatam, ut faſſus fuit unus ex DD. exadverſo Scribentibus in Memoriali pro nova Audientia *ſub* §. *Barboſa verò*, ità neque valuit id
39 efficere poſt verbalem declarationem, quæ in materia Juriſdictionali idem operatur, ac realis traditio, ex quo in hoc caſu condemnatus non tenetur aliquid poſitivum facere, ſed exuberat, quod animo poſſeſſionem dimittat, ad *Text.in l.3.§.In amittenda, & l.ſi quis §. Differentia, ff.de acquir.poſſeſſ.*, ut per *Adden.ad Buratt.dec.17.n.7.& ſeq.*, *Merlin.dec.20.n.4.* alioſque recenſitos *in noſtra Dec.ſub §.Non primum.*

Fortiùs, quia aſſertum Mandatum confectum dignoſcitur ſub die 10.Decembr. 1682. *d. Summ.* Partis *n.8. litt.B.* paritio verò ſubſecuta fuerat uſque ſub die 8. Octobris præcedentis, *d. Summ.* Partis *n.5.* cumque intermedio tempore cæpta jam foret executio, ut pa-
40 tet ex ipſiſmet actibus recenſitis *in d. Summ.* Partis *n.17.* illa habetur pro completa etiam antè ſuppoſitam pœnitentiam, ad tradita per *Adden. ad Pamphil. dec.337.n.11.*, *Kot.dec.35.n.6.& 7.par.11.*, *& dec.544.n.21. coram Bich.*, *Card. de Luca de Judic. diſc.38 n.14.*

Cœterùm ea, quæ dicuntur ſuper præfixione termini ſex Menſium ad parendum præſcripti Magno Priori, undè interim abſtinendum eſſet ab executione, nimis ocularitèr collabeſcunt; indubitati namque Juris eſt, quod non
41 obſtante hac aſſignatione poteſt quis quandocumque, & eodem termino durante parere, ut docet *gloſſ. in Clement. quamvis, verb. intra dictum, de appellat.* optimè *Luc. Pæt. in prax. lib.5.cap.3.n.12.*, *Ubert. de Citat.cap.10.n.395.* proindeque cum in præſenti Magnus Prior mediante prædicta declaratione animi ſui ſufficientèr paruerit, utique potuit Executor pro-
42 cedere non expectato fine ſemeſtris, cùm ceſſante cauſa termini, ſeù dilationis, ceſſet terminus, & dilatio, nec ampliùs officium Judicis remaneat impeditum, ut pulchrè probat *Jaſ.in l.cum dubitatur 3. n.14.& 15. C.de Iur.*
43 *emphyt.*, ubi quod ſi Judex ſtatuit terminum ad comparendum, vel reſpondendum Poſitionibus ad tres dies, & quis compareat incontinenti, Judex intrà illos tres dies valet ad ulteriora procedere, & ſequuntur *Georg. Nats. in repet.Clem.ſæpè de verb ſignif.ſub n.197.verſ. ſed fallit primò*, *Bart.conſ.164.n.2.* aliique congeſti per *Gabr.comm.concl.lib.2.tit.de dilat. concluſ.1.n.7.* punctualitèr etiam *Gratian. diſcept. 301.n.20.& ſeqq.*, & præcisè *ſub n.24.* *Paz Iordan.var.elecubr.lib.14.tit.8. de dilat n.59.*, *Lancellott. de attent.par.2. cap.7. n.14.*, *Rovit. in Pragm.23. de Fæud.n.15.*, ubi ſivè terminus fuerit à Judice, vel à lege ſtatutus, *Adden.ad dec.192.n.68.par.9.rec.*, ubi quod ſi alicui præ-
44 ſcribitur tempus ad declarandam voluntatem ſuam, ſi antè declaraverit, ceſſat præfixio temporis: Indeque videmus, quod hæres, qui conveniri nequit pendente termino ad con-
45 ficiendum Inventarium, ſi intrà tempus à lege præfixum illud perficiat, illicò poteſt conveniri, ut pluribus adductis *Conciol. de hæred. art.1.n.330.*, *Rub.in addit.ad d.dec.192.n.55.cum ſeqq.par.9.*, *& in tract. de Teſtam. cap.62. n.78.*

## ROMANA TESTAMENTI.

*Lunæ 9.Iunii 1698.*

## ARGUMENTUM.

Legitima licet debeat deſcendentibus in Teſtamento relinqui, non tamen anullatur Teſtamentum, quando aliquid eis fuit relictum ex hoc titulo; Teſtamentum ad hoc, ut tanquam conditum ob iracundiam, vel ad alterius ſuggeſtionem valeat irritari, plura requiruntur, & quoad ultimum probationes concludentes. Legitima Matris licèt ſit tertia tertiæ, quando concurrunt Fratres, & Sorores in ſucceſſione, id tamen intelligitur, ſi id, quod aufertur Matri, applicatur præfatis perſonis, nam ſi agitur de extraneis, legitima Matris eſt tertia totius. Renunciatio alia eſt tranſlativa, alia abdicativa, ſeù extinctiva, & de utriuſque effectibus: Trebellianica ex quibus cenſeatur prohibita.

*SUMMARIUM.*

1 *Inteſtati cauſa ceſſat, ubi concurrit teſtamentum.*

2 *Teſtamenti pro validitate, in dubio eſt judicandum.*

3 *Aſcendentes tenentur legitimam relinquere deſcendentibus, aliàs teſtamentum annullatur.*

4 *Præteritio filii reſultat, ex quo Pater reliquit illi in cauſam legitimæ aliqua bona, quæ credebat ad ſe ſpectare, et poſteà detecta ſunt aliena, et n.5.*

6 *Legitima cenſetur, ac dicitur quota hæreditatis, quando agitur de conſervando Teſtamento à vitio præteritionis.*

7 *Teſtamentum conditum calore iracundiæ non ſubſtinetur.*

*Et quæ iracundia ad hunc effectum requiratur, ibid. et n.8.*

*E:*

*Et an iracundia, ejuſque probatio reſultet ex verbis Teſtamenti, in quibus Teſtator conqueratur de illa, vel illis perſonis, quas excludebat ab ejus hæreditate*, n.10.

*Quid autem, ſi Teſtator per aliquod tempus ſupervixit poſt conditum Teſtamentum abſque illius mutatione, an id excludat præſumptionem iracundiæ*, n.11.

9 *Teſtamentum ſemper, & quandocumque uſque ad obitum poteſt à Teſtatore immutari, ac penitùs revocari*.

12 *Teſtamentum ad hoc, ut corruat tamquàm extortum per importunas ſuggeſtiones, quid requiratur, remiſſivè.*

*Et an hujuſmodi ſuggeſtiones dici poſſint probatæ ex depoſitione unici Teſtis, & præſertim Mulieris*, n.13.

14 *Legitima aſcendentis præteriti eſt tertia pars ejus, quod ei contigiſſet ab inteſtato, quando adſunt Fratres, vel Sorores defuncti. qui cum eo ab inteſtato ſucceſſiſſent.*

*Intellige, id procedere, quando illud, quod aufertur Matri, vel Aſcendenti, cedit ad beneficium Fratris, vel Sororis, aliàs legitima eſt tertia totius*, & n.15. & 16. & n.36.

*Et de ratione*, n.17.18.& 19.*junctò* n.31.& 32.

20 *Legitima Matris, vel alterius Aſcendentis eſt tertia totius, quando Fratres, vel Sorores defuncti cedunt proprio Juri ad favorem ipſius legitimarii*,

21 Deciſio 63. Franchi *eſt communiter reprobata*, & n.35.

22 *Renunciatio extinctiva, & abdicativa operatur, ac ſi renuncians mortuus eſſet*, & n.23.

24 *Renunciatio translativa quoad hæreditatem tertiæ perſonæ operatur, ac ſi Renuncians adiret hæreditatem, & eam poſteà cederet Renunciatario, ſeù ejus hæredibus.*

25 *Renunciatio translativa non comprehendit hæreditatem ipſius Renunciatarii.*

*Et de ratione, ibidem*, & n.27.

26 *Ceſſio, & renunciatio ex quibus verbis, & clauſulis cenſeatur ſimpliciter translativa, non verò abdicativa.*

28 *Renunciatio poteſt eodem tempore eſſe extinctiva, & translativa quoad diverſos effectus.*

29 *Renunciatio, quantumvis realis, adhuc expirat deficientibus perſonis in ea contemplatis.*

30 *Clauſula Codicillaris operatur, ut hæredes ab inteſtato cenſeantur rogati reſtituere hæreditatem hæredibus in teſtamento ſcriptis.*

31 *Hæres, qui eſt tantùm puro nomine, non habetur pro hærede, nec diminuit legitimam Aſcendenti*, & n.32.

33 *Trebellianica cenſetur prohibita, quando Teſtator mandavit, ut bona* integrè, *vel* in totum *deveniant ad ſubſtitutos.*

*Item quando Teſtator prohibuit alienationem cujuſlibet partis hæreditatis*, n.34.

37 *Trebellianica poteſt prohiberi tàm in Teſtamento, quàm in Codicillis.*

38 *Legitima, & Trebellianica, & ſic duæ quartę deduci nequeunt ex fideicommiſſo purè reſtituendo.*

*Intellige, id procedere, quando utraque quarta detrahi prętendatur ab una, eademque perſona, ſecùs ſi favore diverſarum perſonarum, ibidem.*

*Et quomodò in hoc caſu fiat detractio inter Legitimarium, ac Trebellianiſtam*, n.39.

## DECISIO XLVIII.

POſtquam à Sententia lata per Reverendiſſimum Decanum provocantes DD.de Mutis obtinuerunt coram Me declarari, eamdem Sententiam eſſe infirmandam ex capite exceſſus ſupergredientis normam præcedentium Deciſionum contrà ſtylum Tribunalis, & præſcriptum Conſtitutionum, ſalubrius capeſſendo conſilium R. P. D. Franciſcus Maria Carafa Actor in præſenti Cauſa, tamquàm hæres inſtitutus à bon. mem. D. Laura, protinùs eidem renunciavit Sententiæ, Dubiumque ab initio datum ex integro reproponi curavit, ſcilicèt = *An Teſtamentum D. Lauræ ſubſtineatur*, & Domini affirmativè reſpondendum cenſuere, neglecta ſecunda parte ejuſdem Dubii= *ſeù potiùs danda eſſet immiſſio Dominis de Mutis*, veluti prolabente in ſequelam primæ partis, ſeu reſolutionis.

Quemadmodum enim cauſa inteſtati, cui
1 nitebantur DD. de Mutis, ceſſat eo ipſo, quod Teſtamentum, & cauſa teſtati concurrit, juxtà præclara Jura laudata *in Romana, ſeù Veneta Immiſſionis* 28.*Iunii* 1694. *cor. Reverendiſſimo D. meo Decano*, confirmata 14.*Maii* 1696. *cor. R.P.D. meo de la Tremoille, utrobique* §.1., & nuper *in Romana Fideicommiſſi de Alberiniis* 10. *Martii proximè præteriti* §. *Eademque, cor. R.P.D. meo Lancetta*; redigebatur idcircò quæſtio ad enunciatam, ac primam Dubii partem, cumque controverſia non eſſet in ordine ad validitatem reſpectu formæ teſtandi, & binæ dumtaxat promoverentur exceptiones contrà Teſtamentum D. Lauræ, altera in veteribus, ſeù præambulis *Deciſionibus* Reverendiſſimi D. Decani ſedulò diſpuncta, utrùm legitima Dominis de Mutis ejuſdem Lauræ Nepotibus fuiſſet ſufficientèr relicta, & altera, an ex vitio iracundiæ mentem pervertentis rueret Teſtamentum, viſum eſt, neutram exceptionem ſubſiſtere, non ſolùm ex regula, quam *Iura*; & Majores noſtri tenendam ſerió exiſtimarunt,
2 ut ſemper in dubio pro validitate Teſtamenti arbitrandum, ſivè judicandum veniat, ex prænotatis per *Vveſembec. conſ.* 130. *num.*54., *Pruckman. conſ.*1.*n.*33., *Fuſar. conſ.*41. *n.*39.;



Digitized by Google

*Auograd. Iun. contr. 16 ſub n.22., Reuſner, dec.8. n.31. par.1., Adden. ad Pamphil. dec.56 n.7., Rot. dec.203. n 7. cor. Sa. mem. Alex. VIII.*

Verùm etiam introſpecto tenore diſpoſitionis, de qua agebatur, quoniam ex toto contextu conjiciebatur, D. Lauram efficere voluiſſe hæredem R.P.D. Caraſam, & idcircò quantumvis in Teſtamento non inſtituerit perſpicuitate omninò palpabili in legitima Nepotes ſuos, ut natura exigebat, adhuc tamen oculis Dominorum præfulxit ex ſubſtantia veritatis, quod eadem D. Laura intellexerit ſatisfacere legi, inquantùm neceſſitas urgebat circà legitimam, ſed reſpectivè ſeſe profuſit in demonſtrando, quod, ut præmiſimus, intendere faciebat hæredem R.P.D. Caraſam; licet enim *Iura* velint, quod Pater, & Mater, cæterique Aſcendentes inſequentes ordinem charitatis filios, vel nepotes ab eiſdem deſcendentes ſaltem inſtituant in legitima, & aliàs præteritis filiis, vel de-
3 ſcendentibus Tabulæ Teſtamentariæ rumpantur, ad *Text. in l. omnimodò, §. Sin verò, C. de inoff. Teſtam., & in l.2. C. de liber. præter.*

Atque ideò eadem *Jura* noſtra ſemper inſequendo ſpiritum naturæ voluerint, ut niſi filii, cæterique deſcendentes inſtituerentur hæredes, legitimæ relictio, quæ præſervat Teſtamentum à nullitate, fiat omninò expreſsè, vel modo prorsùs æquipollenti, proindeque ſi filium, vel deſcendentem apparet ex lectura Tabularum fuiſſe præteritum, & nullibi nominatum in inſtitutione, ſtatuant infringi diſpoſitionem, quando ſaltem ei non forent
4 jure ipſius inſtitutionis aſſignata bona pro legitima, quæ eſſent de patrimonio Teſtantis, ex quo tunc intantùm præſumatur filium, & deſcendentem præteriiſſe, inquantùm relinquens bona propria ad menſuram legis crederet ſatisfeciſſe neceſſitudini, & neceſſitati ejuſdem legis, itaùt aliàs potiùs eumdem filium, & deſcendentem inſtituiſſet hæredem, quàm privaſſet in ſuis bonis legitima omni Jure, & ratione debita ex proprio corpore deſcendentibus, ad ea, quæ benè in his terminis diſputata, & conſiderata fuerunt *in Cauſa Romana de Mareſcottis dec.526. n.4. par.1. rec., & dec.405. n.10. & ſeqq. par.9. repetit. deciſ.160. n.3. cum ſeqq. poſt Merlin. de legit., & in Romana Fideicommiſſi de Agazariis cor. Peutinger. inter ſuas dec.194. n.1., & dec.290. n.2.,* & animadverterunt etiam exteri Scribentes, nempè *Barry de ſucceſſ. lib.2. tit.1 n.5. ad med. verſ. ſimilitèr, Argel. de acquir. poſſeſſ. quæſt.3. art.16. n.911., Modern. Lucen. conſult.672. n.7.*

Applicando nihilominùs ad rem, agnitum fuit, ſtregiſſe quidem D. Lauram relinquere pro legitima bona, quæ jam vigore cujuſdam Tranſactionis initæ præcedentèr per ipſam D. Lauram, ejuſque DD. Nepotes, deinceps ab A. C. ac in Tribunali noſtro approbatæ, præciſivè à Jure legitimæ, & ſucceſſionis attinebant ad eoſdem DD. Nepotes, & ſic poſſe
5 in hunc ſenſum verificari, quod non reliquerit, ut tenebatur, Nepotibus bona propria; ſed hoc ex evidentia facti, & verborum Teſtamenti non poterat recenſeri ad errorem, qui ſecum traheret defectum intentionis in D. Laura circà non volitam inſtitutionem Nepotum præterquàm in legitima, adeoùt ſi eadem Laura ſciviſſet, bona compræhenſa in Tranſactione non fore ampliùs illius propria, ſed ſpectare ad DD. Nepotes ex cauſa memoratæ Tranſactionis promanantis à diverſo Jure, & titulo fideicommiſſi Nobilis, ac peremptæ familiæ de Jacovaccis, diverſimodè ordinaſſet, proindeque aut hæredes ex Aſſe inſtituiſſet Nepotes, aut alia bona indubitantèr propria reliquiſſet illis pro legitima, quemadmodùm eſt ratio medullaris præfatarum *Authoritatum*, Juriumque, & *Doctorum*, qui ab eiſdem *Deciſionibus*, & *Authoritatibus* referuntur, exornanturque, ut ſignantèr liquet ex *Bald. in l. ſi quis filium 33. ſub n.11. verſ. quartò quæritur, C. de inoff. Teſtam. & in l. cùm alienam n.10 & ſeq. C. de legat., & conſil.93. n.7. lib.3., Caſtren. conſ 455. ſub n.4. verſ. quantum autem lib 2, Alex. conſ.20. n.6. lib.3., Mareſcott. var. reſol. lib.2. cap.105. n.40. cum ſeqq., Card. de Luca de Teſtam. diſc 58. n.3.,* qui omnes ad effectum irritandi Teſtamentum parificant caſum ignorantiæ circà ſuperviventiam perſonæ inſtituendæ, & ignorantiam rei relictæ pro legitima.

Apparuit namque, quod Laura abhorrens inſtituere Nepotes, potiùs ſuperabundavit in voluntate excludendi eoſdem Nepotes, quàm deſecerit in intentione hujuſmodi pertinacis excluſionis, & quia certò ſciebat, Tabulas Teſtamenti paſſuras rupturam, & infractionem, niſi ex præmiſſo honorabili titulo inſtitutionis inſtitueret Nepotes in legitima; conata eſt in principio Teſtamenti præſupponere, quod bo. mem. D. Marchioniſſa Maria Iſabella filia immediata, & Mater reſpectivè DD. Nepotum extitiſſet *condecentemente &c. & oltre modo dotata* etiam ex bonis dotalibus ejuſdem Lauræ, vel ad ipſam ſpectantibus, & *in conſeguenza ſe foſſe ſopraviſſuta non haverebbe potuto pretendere coſa alcuna dall'Eredità, sì per detta eſcluſione, come per la rinunzia;* Deindè autem, quia paritèr intendebat, & curabat avellere à Nepotibus bona eiſdem correſpectivè conceſſa in Tranſactione, ſtuduit mediante dilemmate intentum proprium implere, ordinando, quod ubi Tranſactio ſubſtitiſſet, bona in eadem Tranſactione contenta ſtarent *per qualſivoglia loro pretenſione anco di legitima, e che ſi debbino imputare in quella*: In caſu verò contrario, quoties Tranſactio annullaretur, pariformitèr omne datum, & ſolutum, *sì per dote, come dopo alla ſuddetta Marcheſa Maria Iſabella, e ſuoi Creditori, vada in conto di leggitima*: Ac proptereà ſemper

Digitized by Google

per palpabile viſum eſt, quod Laura, ſi po-
tuiſſet, abſtuliſſet etiam à Nepotibus legiti-
mam, in quam imputari mandabat vel debi-
ta ad calculum ejuſdem legitimæ non refe-
ribilia, vel bona jam præcedentèr, & aliàs
diverſo titulo pertinentia ad Nepotes, quæ
ſanè forma, cæteroquin dura loquendi, nul-
lam involvit, ut diximus, ignorantiam in
Teſtatrice, immò confovet manifeſtiſſimam
ipſius intentionem nedùm circà ſucceſſionem
generalem, ſed etiam (ſi valuiſſet) circà le-
gitimam, quæ etſi ad alios effectus cenſea-
6 tur quota bonorum, eſt tamen ad hunc effe-
ctum quota hæreditatis, juxtà perpenſa per
*Altograd. conſ. 91. n. 83. lib. 1., & conſ. 42. n. 44. & 45. lib. 2., Merlin. de legit. lib. 1. quæſt. 2. per tot.* & ſignantèr *n. 10., Carvall. de utraqu. Quart. par. 4. cap. 1. n. 17. cum 2 ſeqq., Card. de Luca de legitim. diſc. 43. ſub n. 7.*

Et quoniam ſevera nimis hæc alienatio amoris Aviti, ac præcedens formula diſponendi non fuiſſet apta præſervare Teſtamentum à nullitate ob ſuperiùs inſinuatam Juris naturalis, & Civilis reluctantiam, quæ non patitur, ut deſcendentes legitima ſaltem portione fraudentur, cautè nimis concluſit per illa verba de per ſe ſtantia *nella quale* (ideſt in legitima) *l'iſtituiſco Eredi*, ut benè reſponſum fuit in omnibus *Deciſionibus* Cauſæ, nempè *ſub die 4. Martii 1695. §. Quamobrem cum ſeq. ſub die 23. Martii 1696. §. Abſque eo quod, & ſeq.*, & evidentiùs *ſub die 4. Februarii 1697. ex §. Nec quidquam facit, coram Reverendiſſimo D. meo Decano*, ubi oſtenditur, quod prædicta finalitas locutionis, juncta cum antecedenti ſemper ſuſpenſa, proculdubio importat ſufficientem inſtitutionem in legitima ſeorſim ubi oportet à dependentia caſuum antecedentium, ex quo per illa verba = *vadino per qualſivoglia pretenſione &c., vada in conto &c.* Laura intellexerat, inquantum poſſet, legitimam relinquere dependentèr à tranſactione, inquantum non poſſet, eamdem legitimam relinquere independentèr, & abſolutè à validitate, vel invaliditate Tranſactionis, concludendo = *nella quale l'iſtituiſco Eredi*.

Atque idcircò rectè DD. de Mutis per Dubium ſeparatum inſtetere pro deductione legitimæ, in qua reverà noſcebantur inſtituti, eiuſque competentiam ſub hodierna die declarari reportarunt coram Me, quantumvis circà quantitatem dilata fuerit reſolutio.

Secunda autem exceptio, quæ, ut ſuprà di-
ximus, eliiciebatur ex vitio iracundiæ, quæ
7 per ſpeciem furoris potuiſſet reddere phrene-
ticam D. Lauram, & ſic incapacem fruen-
di (durante iracundia) legitima factione Te-
ſtamenti, ex iis, quæ varias recenſendo ſpe-
cies furoris inhabilitativi Teſtamentariæ fa-
ctionis luculentèr habentur examinata *in Romana, ſeù Venetæ Immiſſionis 12. Maii mox elapſi coram Me*.

Profectò ex diametro pugnare videbatur cum prima exceptione; ſi etenim D. Laura ignorantèr ſe ſe habuiſſet, ac geſſiſſet, quando in cauſam legitimæ procuravit relinquere bona contenta in Tranſactione, aut quando prætenſa bona collata, ſivè aſſerta credita ergà D. Marchioniſſam Mariam Iſabellam in eamdem legitimam Nepotum imputari mandavit, itaùt ſi ſciviſſet, bona hæc, ſivè credita eſſe idæalia, aut aliàs inimputabilia, nequaquàm prætermiſiſſet inſtituere Nepotes; & quis non videt, quod hoc congruere non valebat ſuppoſita duratione iracundiæ non aliò tendentis, quam ad nolendam inſtitutionem Nepotum, ut ſine alia allegatione patet ad ſenſum.

Cæterum Domini ad partes etiam refle-
ctendo ad hujuſmodi obiectum iracundiæ com-
munitum cum prætenſis ſuggeſtionibus per
Hæredem adhibitis ad aſſequendam hæredi-
tatem, de qua agebatur, nullo modo cre-
diderunt conſtare, ex deductis per DD. de
8 Mutis, neque de ſufficienti iracundia, quæ
ad gradum neceſſarium, ſeù æquipollentem
furori poſſet aſcendere, neque paritèr de
ſuggeſtionibus, quæ valerent à conſecutio-
ne hæreditatis Hæredem repellere; Reſpectu
namque iracundiæ, ſola mutatio primi Te-
ſtamenti conditi ad favorem Nepotum non
erat de per ſe apta inducere iracundiam im-
peditivam, ut præmiſimus, factionis Teſta-
menti, hoc enim habet pretii, vel oneris hu-
9 mana natura, ut uſque ad obitum facilè im-
mutetur, & ab una non ſolùm in diverſam,
ſed etiam in oppoſitam habeat ſententiam,
ſicuti in propoſito Teſtamentorum adamuſ-
ſim conſiderant *Menoch. conſil. 329. n. 5., Mieres de Majorat. par. 4. quæſt. 1. limit. 1. n. 30., Capyc. Latr. conſult. 143. n. 50. & ſeq., Rot. deciſ. 626. n. 9. coram Pamphil., & dec. 300. n. 13. & ſeqq. cor. Priol.*

Minuſque congruam Iracundiam poterant
importare verba Codicillorum, ut ibi = *an-
che per l'ingratitudine di detti miei Nepoti, e lo-
ro mali portamenti arrivati al non plus ultrà, de
quali avanti Iddio, & avanti tutti gl' huomini mi*
10 *querelo*; Quia licèt probabilitèr quærimonia
hæc tranſcenderet omne fundamentum veri-
tatis, non tamen conſimilis injuſta perſua-
ſio mentem in radice vulnerat, & Cerebrum,
ſed tantummodò idonea eſſe valet ad inducenda, & præoccupanda Pathemata noſtrorum Cordium, quæ ſemper ubi aliquem præeligunt in hæredem, præſertim interverſo ordine, & impulſu naturæ, habent talem perſonam pro ſibi grata, & excluſam pro non grata, vel aliàs non volita, ſicuti quotidiana docet experientia, & innuit *Card. de Luca de Teſtament. diſcurſ. 33. ſub num. 28. verſ. Undè propterea*.

Potiſſimè accedente reflexione, quod à die conditi Teſtamenti ad illum Codicillorum præ-

Digitized by Google

11 præterlapſi ſunt plures, ac plures Menſes,
undè niſi de continuato intermedio liqueat
furore, profectò iracundia non præſumitur
per tantam intercapedinem durare, nam-
que -- *ira furor brevis eſt* -- canebat *Horatius*
*Epiſt.1. ad Lollium*, & animadvertunt etiam
noſtri *Scribentes*, ut penes *Bardellon. conſil.87.*
*n.24.*, *Altograd. conſ 90. n.100. lib.2.*, *Barry*
*de Succeſſ. lib.1. tit 7. n.24.*, *Carocc. decis.47.*
*n.17.*, *Senat.Mantuan. in deciſ.impreſſ. poſt Ad-*
*den.ad Ramon.tom 4.in ordine la 104.n.106.*, *Ro-*
*ta dec.52.n.ult.poſt Card. Albit.de Inconſt.in Iu-*
*dic.*, *& in Senogallien.Legatorum 13.Iunii 1697.*
*§.Sublata, cor. R.P.D. meo Molines*.

Quò denique ad ſuggeſtiones, illæ remane-
bant deſtitutæ ſoliditate facti, ac probatio-
12 num legitimarum, quemadmodum neceſſe
eſt cum tribus illis requiſitis ad finem ever-
tendi Teſtamenta, de quibus *Card. de Luc. de*
*Teſtam. d.diſc.33. n.18.*, *Rot.dec.230. n.14.poſt*
*Torr. de pact.fut.succeſſ.* Sola namque teſtifica-
tio Mulieris recenſita *in Summ. DD. de Mutis*
13 *n.5.* & tamquam unica, & tamquam fæmi-
na, ac demùm veluti ad esamen non revoca-
ta, nullo modo poterat attendi ad proſter-
nendam voluntatem per juridica documenta,
ſivè publicum, ac ſolemne Inſtrumentum de-
monſtratam in Tribunali, jubente Imperato-
re *in §. Diſponat, Auth. de Nupt. -- Diſponat*
*itaque unuſquiſque &c. & ſit lex ejus voluntas*,
& firmant in his terminis uno ore *Authores* re-
lati *in dec.109.n.46.& 47. par.17.rec.*, *& d.de-*
*ciſ 230.n.30. poſt Modern.Lucen. de pact.fut.ſuc-*
*ceſſ.*, *& in Foroſemproníen. Teſtamenti 17. Fe-*
*bruarii proximè præteriti §.fin. cor. Me*.

Et ità utraque &c.

## ANNOTATIO, ET ADDITIO.

DEciſio hæc reperitur etiam impreſſa *inter recollect.ad ornatum Card.de Luc.in Mantiſſ. to.4.lib.16. tit. de Conflict.legal. dec.16.* fuitque ſucceſſivè confirmata coram Me, ſicuti ſuo loco in hoc ipſo Volumine demonſtrabitur cum hyſtoria, & progreſſu Cauſæ; In propoſito verò materiæ rupturæ Teſtamenti ob non relictam honorabili titulò inſtitutionis legitimam deſcendenti, vel aſcendenti, & ſic ex cauſa omnimodæ præteritionis, illuſtris fuit caſus acerrimè diſputatus in Rota occaſione Teſtamenti conditi per Principem Nicolaum Pallavicinum, cum enim ipſe inſtituendo Cardinalem Lazarum ejus Patruum omninò præteriiſſet Joannem Baptiſtam Centurionum, cæpit is prætendere ſaltèm legitimam, abſtinens priori vice à contratabulatione Teſtamenti, ad hoc, ut recta via conſequi poſſet integrum trientem, & de facto Rota ab initio fuit in ſenſu, quod abſque neceſſitate alterius contratabulationis deberetur Centurioni integer triens, nam non redacta tunc ſucceſſionis cauſa ab inteſtato, nullum obſtaculum ad diminutionem ejuſdem trientis facere poſſe videbantur Sorores ejuſdem Principis, ceſſante quæſtione *Bartoli, & Butrigarii in l.Pater filium, ff. de inoffic. Teſtam.*, nempè quod concurrentibus Sororibus, & Legitimario legitima evadat tertia tertiæ portionis ab inteſtato competentis, juxtà opinionem *Angeli Aretini*, ut *in Deciſione Romana, ſeù Januen. Legitimæ 14.Junii 1680. coram Card. Matthæjo*.

Sed ad Cauſam admiſſis iiſdem Sororibus, non obſtante, quod Ego defendens jura Centurioni probabiliter exiſtimarem. *Standum eſſe in deciſis*, ut in meis Allegationibus impreſſis (licèt variato nomine *Anſaldi* cum *Anſelmo*) penès *Torr. de Primogen. Ital. par.2. quæſt.40. fol.264. & ſeqq.*, Rota exiſtimavit, neceſſariam eſſe hoc caſu contratabulationem, ut *in Deciſ 28. Aprilis 1681.*, *& 5. Aprilis 1683. cor. eodem Card. Matthæjo*.

Quamobrem reaſſumpta diſputatione etiam in terminis neceſſitatis contratabulandi, etſi Rota variaverit coram præfato Cardinali Matthejo, ut *in Deciſionibus ſub die 10.Martii 1685.*, conſtantèr tamen poſteà reſedit in ſententia, quod Centuriono competeret tertia pars totius hæreditatis, dempto dumtaxat ab ipſo triente emolumento, quod Sorores cæpiſſent ex titulo Trebellianicæ, vel alio conſimili ab ipſa hæreditate Principis Nicolai, ut *in Deciſ. 15. Iunii 1685.*, *& 23. Iannarii 1686. cor. eodem Matthæjo*, & deinceps *coram Benincaſa 27. Iunii 1686.*, *& 11. Decembris* paritèr 1686., & 14. *Aprilis* 1687. *cor. Card. Caccia*; cumque in hunc ſenſum Ego præcedentèr pro veritate conſultus abiiſſem, placuit hic inſerere meas Allegationes editas in præfato ſenſu veritatis tempore intermedio, videlicèt de Anno 1681., negligens recenſere alia Reſponſa quamplura per Me diſſerta occaſione ſubſequentium diſputationum, in quibus alii celebres in Urbe, & extrà Juriſconſulti fuerunt adſciti; Reſpondi itaque modo, quo ſequitur =

Quamvis attentis rationibus, & fundamentis pro D. Centuriono deductis ſperare fas ſit, quod in repropoſitione Cauſæ Rota recedendo ab ultimo loco deciſis, perſiſtat in prima reſolutione capta ad ejus favorem, nimirùm quod, ceſſante penitùs concurſu DD. Sororum ab inteſtato, legitima eidem D. Centuriono debita, tanquam Avo, ſit tertia pars totius hæreditatis; nihilominùs dato etiam per quamdam hypotheſim, quod Rota perſiſtat in judicando, neceſſe fore cauſam redigere ab inteſtato, hinc proindè requiſitus pro veritate de pluribus: Primò ſcilicèt, utrùm poſito, quod ob omnimodam præteritionem Teſtamentum adeò annulletur, ut pernaceſſe redacta cauſa ad ſucceſſionem inteſtatam reverà legitima remaneat tertia tertiæ, ſivè potiùs perduret in quanti-

tate,

Digitized by Google

tate, & taxatione integri Trientis ſub obligatione dumtaxat deducendi ab ipſo Triente Trebellianicam ex perſona Sororum: Secundò, an ex renunciatione, quam ipſæ DD. Sorores inierunt ad commodum Principis Nicolai, aliquod naſcatur impedimentum, propter quod vel quantitas legitimæ non minuatur, vel cedat Trebellianica ad commodum hæredum extraneorum ejuſdem Principis Nicolai: Tertiò quid dicendum, ſi ſubſiſtente ultimo Teſtamento condito ab ipſo Nicolao prohibita noſcatur detractio Trebellianicæ, an ſcilicet in hoc caſu facienda ſit aliqua diminutio Trientis debiti pro legitima: Quartò, an eadem prohibitio Trebellianicæ exiſtat operativa, ex quo appareat appoſita hæredibus ſcriptis in Teſtamento, non autem venientibus ab inteſtato, ad quos vigore Clauſulæ Codicillaris devolvitur ſucceſſio cum gravamine reſtituendi hæreditatem præfatis hæredibus in Teſtamento vocatis: Quintò denique, præſuppoſito, quod Trebellianica debeatur, ipſaque ſpectet ad DD. Sorores, vel ex earum perſona ad extraneos hæredes Principis Nicolai, quomodò in his terminis facienda ſit iſta computatio inter Avum legitimarium, & Creditores Trebellianicæ.

Reſpondendo quoad primam inſpectionem, licèt nonnulli velint, quod in his præciſis terminis intrare videatur notiſſima doctrina *Bartoli* contrà *Butrigarium*, nempè, quod ex quo annullato Teſtamento cauſa reducitur ad inteſtatam ſucceſſionem, & per conſequens in illa concurrentibus Sororibus prædefuncti Principis Nicolai, per *Text. in §. Si igitur defunctus, verſic. ſi verò cum aſcendentibus, Auth. de hæred. ab inteſt. venient.* Aſcen-
14 dens debeat eſſe contentus tertia parte illius portionis, quam foret conſecuturus ab inteſtato, reſiduum verò reſtituere cogatur in vim Clauſulæ Codicillaris hæredibus in Teſtamento inſtitutis, juxtà famigeratam *deciſ. Franch. 63. per tot.*, & ſignantèr *ſub n. 14. 15. & 16.*, *Scipio Theodor. alleg. 35. n. 5. & 6.*, *Rovit. dec. 22. n. 9. & 16.*, *Moles in alleg. impreſſa poſt Thor. in compen. par. 3. ſect. 2. n. 48. & ſeqq.*, *Capon. diſcept. for. cap. 316. n. 48.*, *Paſchal. de patr. poteſt. par. 2. cap. 4. n. 45.*

Idque non obſtante, quod Imperator Juſtinianus *in Authent. de Trient. & Semiſſ. ſub n. 1.* auxerit legitimam, ut pro numero liberorum modò eſſet tertia, modò ſemis totius hæreditatis, quia, ut inquit *Butr. conſ. 39. in princ.*, *Ruin. conſ. 27. n. 5. lib. 3.*, non idcircò ſequitur, quod non ſit portio portionis ab inteſtato competentis, ſed ubi priùs legitima erat quarta pars illius legitimæ partis, & ſucceſſionis, quæ ab inteſtato competiiſſet, hodiè in metienda iſta portione dicitur ob præfatum augumentum, quod ſit tertia, vel ſemis non totius hæreditatis ſemper, & inconcuſſè, ſed habito ſecundùm contingentiam perſonarum concurrentium reſpectu ad illam portionem, quæ ab inteſtato, ut diximus, competiiſſet, proùt eumdem *Butr.*, & *Ruin.* referendo proſequitur *Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 10. n. 14. & 15.*, & concordat *Merlin. de legit. lib. 1. tit. 4. quæſt. 7. n. 34.*

Adhuc tamen contrarium in ſenſu illius veritatis, quæ Mihi videtur, reſpondendum cenſeo, adeoùt pro meo Judicio impoſſibile ſit, quod Sacra Rota perſiſtat in hac opinio-
15 ne: Quoniam tunc ſolummodò Matris, vel alterius aſcendentis legitima diminuitur per concurſum Fratrum, vel Sororum, quando illud, quod Matri tollitur, cedit commodo ipſorum Fratrum, vel Sororum, & hic eſt caſus, ſeù termini, quos percutiunt *Mareſcott. d. lib. 1. var. cap. 10. n. 13. verſ. ultimus caſus eſt*, *Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 4. quæſt. 7. num. 24.*, *Rota poſt eumdem deciſ. 39.*, & benè declarant *Camill. Medic. conſil. 41. n. 9. verſic. & pro clara cum ſeqq. De Ponte conſ. 66. n. 1. verſic. & eatenùs legitima diminuitur*, & *conſ. 68. n. 6. cum pluribus ſeqq.*, *Sperell. dec. 34. n. 32.*

Cæterùm quoties, ut in præſenti, Sorores, quæ concurrere aſſeruntur ad ſucceſſionem, reverà illam non capiunt, ſed in vim Clauſulæ Codicillaris tenentur hæreditatem reſtituere hæredibus extraneis ſcriptis in Teſta-
16 mento, eò ſanè caſu Matris, vel alterius Aſcendentis legitima non evadit tertia tertiæ, ſed retinet integrum trientem, cum obligatione ſolummodò permittendi deductionem Trebellianicæ ex ipſius propria legitima; atque ità de facto articulo de more egregiè diſcuſſo videre eſt penès *Bellon. de Jur. accreſc. cap. 6. quæſt. 16. n. 49 & n 170. cum ſeqq.*, & antè eum *Gabr. conſ. 94. n. 17. verſ. tertium, & num 18. volum. 1.* & omnium pleniſſimè *R. P. D. meus de Luc. diſc. 10. n. 27. cum pluribus ſeqq.*, & *diſc. 40. ſub eodem tit. de legitim. ex num. 9. uſque ad num. 14.*, & conſonat (ut infrà) *Rot. deciſ. 732. num. 4. & ſeqq. coram Dunozet.*, & *deciſ. 152. poſt Merlin. de legitim.*, quæ eſt in eadem Cauſa *Imolen. legitimæ* apud *Dunozett. deciſ. 757. n. 3. & 4.*

Iſtaque ſententia fulcitur non ſolùm natu-
17 rali diſcurſu, ſed etiam legali ratione, ac præciſa determinatione: Cùm enim ex clara cenſura *Authentic. de Trient & Semiſſ. collation. 3. in princ. verſ. frequentèr, & §. 1. in princ.* poteſtas Teſtatoris, qui vel filios, vel Parentes habet, ità ſit reſtricta, ut integrum Trientem omnium bonorum debeat eis Jure legitimæ relinquere, & ſolùm de Beſſe, & ſic de octo unciis liberam habeat diſponendi facultatem; maximum profectò reſultaret abſurdum, ut filius Aſcendentem prætereundo, & ſic peccando contrà legem, augeret ſibi poteſtatem diſponendi ultra Beſſem:
18 Quinimò excreſceret irrationabilitas, ſiquidem admiſſa hac propoſitione, quod legiti-

ma

ma ſit portio portionis ab inteſtato compe-
tentis, etiam quando Fratres actu non cape-
rent id, quod Matri tollitur, & minuitur,
non ſolùm verificari poſſet, quod exiſtenti-
bus ſeptem, vel octo Fratribus, iiſdemque
præteritis, ac reſpectivè gravatis per Codi-
cillarem, Matris legitima exiſteret medietas
circitèr unius unciæ, & reliquum applicare-
tur hæredi extraneo, ut conclamat *Bellon. d.
cap.6. quæſt.16. n.65., & R.P.D. meus de Luca
dicto diſcurſ.40. n.13. de legitim.*; ſed etiam
19 prohibita venienti ab inteſtato (ut fieri po-
teſt) detractione Trebellianicæ, cum ſola
medietate unius unciæ, ut ſupra, ſatisfaceret
Teſtator obligationi legis, quæ tamen illum
impellit, & arctat ad relinquendum Trien-
tem, vel Semiſſem, cum cæteris aliis nimiùm
palpabilibus argumentis, quæ egregiè recen-
ſet *R.P.D. meus de Luca in d.diſc.4. diſc.10. &
diſc.40. de legit.*

Et quidem, ſi non deberet attendi com-
modum, & favor dumtaxat Fratrum, vel So-
rorum concurrentiùm, ſed id, quod per illo-
rum concurſum aufertur Matri, redundaret
in beneficium extranei, inutilis eſſet cau-
thela procurandi, quod Fratres, vel Soro-
res etiam poſt agnitionem cederent cuicum-
20 que Juri etiam ad favorem Aſcendentis, & ta-
men nemine diſcrepante admittitur, quod
hujuſmodi ceſſione reportata, ex quo tunc
perindè haberetur, ac ſi Fratres, vel Soro-
res non extarent, legitima Matris remanet
tertia totius hæreditatis, ut firmat *Carol. Ant.
de Luc. ad Franch. decif.63. num.1. in fin. Bel-
lon. de Jur. accreſcend. cap.6. quæſt.36. ex n.19.
verſ. aut deniquè*, ſignantèr *num.23. cum ſeqq.,
& num.132. & ſeqq.*, *Rota in dicta Imolen. legi-
timæ coram Dunoz. deciſ.732. num.4. & 5., &
deciſ.757. num.3. & 4.*, cum quibus etiam in
caſu Teſtamenti annullati ex capite præteri-
tionis proceſſum fuit in illa celebri *Romana le-
gitimæ* inter Principem Carboniani, & Duciſ-
ſam Baſſanellæ, ut *in d. diſc.40. n.7. R.P.D.
mei de Luca, de quo ſuprà*.

Quibus proindè non valent adverſari *Fran-
21 chus*, aliique ipſum, ut ſuprà, ſequentes;
Quoniam in primis *iſte Author* fuit inſecu-
tus *Bartoli* opinionem adversùs *Butrigarium*;
quando *Rota*, cæteraque Tribunalia tenent
contrariam opinionem, iſtamque proinde *de-
ciſ.63.* eſſe rejectam, & ſuſpectam dixit *Spe-
rell. deciſ.34. num.32., Sanfælic. in addition. ad
deciſ.289. verſ. legitimam Matris, Carol. Ant.
de Luc. dicta obſervat.63. num.3. verſ. præſentem
deciſionem*, & quoad Mareſcott. *Ruin., & Mer-
linum*, iſti loquuntur ad favorem Fratrum,
eorumque Intereſſe reſpiciunt, nunquam au-
tem ſomniarunt favere extraneo, ut parifor-
mitèr obſervavit *R. P. D. meus de Luc. in ſæ-
piùs citato diſc.40. num.11. circà fin. de legat. in
ſupplem.*

Deveniendo autem ad ſecundam inſpe-
ctionem, retentoque præfato certiſſimo præ-
ſuppoſito, quod ubi Fratres, & Sorores actu
ad ſui commodum non concurrunt, legiti-
mam Matris, vel alterius Aſcendentis non
minuant, in claram emicat conſequentiam,
quod reſpectu renunciationis procedendum
veniat cum diſtinctione: Vel enim renuncia-
tio, de qua agitur, cenſenda erit pro totali-
tèr extinctiva, & abdicativa, ſeù reali, eo-
que caſu præfatæ Sorores, tanquam mortuæ,
in nulla habendæ veniunt conſideratione, ea
enim eſt differentia renunciationis translati-
væ, & extinctivæ, ut ſicuti translativa ope-
22 ratur ad commodum Renunciatarii, ità è
converſo extinctiva ſubmovet omne impedi-
mentum, & habetur ad favorem cujuſcum-
que perſonæ deſuper habentis Intereſſe, ac ſi
Renunciantes in Mundo non eſſent, neque
unquam fuiſſent, ut optimè explicat *R.P.D.
meus de Luc. diſc.3. de renunc.num.4.in fin. Rot.
poſt Torr. de pact.fut. ſucceſſ. deciſ.200. n.12. in
fine*, ubi renunciationem realem appellat quo-
dammodò repudiationem anticipatam; & eſt
23 generale, quod renunciatio abdicativa, &
extinctiva mortuum totaliter efficiat renun-
ciantem, ut per *Mantic. de tacit. lib.13. tit.21.
n.20., Franch. deciſ.375.n.2., Rot. cor. Merlin.
dec.612.n.11.* cum aliis apud *Manſ.conſult.257.
n.9. tom.3., Carol. Ant. de Luc. ad Franch. di-
cta obſerv.375. n.4. in fine*.

Aut verò renunciatio cenſenda eſt pro tranſ-
lativa, tuncque ſubiutrat alia inſpectio ſeù
diſtinctio, quod nempè, vel non agitur de
hæreditate Renunciatarii, ſed alicujus tertiæ
perſonæ, eoque caſu dubium cadere non po-
teſt, quod ſtante ſtipulatione recepta *pro ſe,
& hæredibus* omne id, quod à Renunciantis
perſona acquireretur, cedat ad commodum
Renunciatarii, ejuſque hæredum, adeoùt
24 fingatur, quod Renuncians acquirat qui-
dem hæreditatem, vel legatum, cum ſimi-
libus, ſed quia illud mediante renuncia-
tione tranſtulit in Renunciatarium, ejuſque
hæredes, illicò mortuo Renunciatario te-
neatur reſtituere eiſdem hæredibus, in quos
potuit ipſe Renunciatarius diſponere, juxtà
*conſ. Alex.149. n.5. lib.7., Surd. conſ.244.n.20.
Mart. de ſucceſſ. legal. par.1. quæſt.14. artic.1.
n.11., Rota cor. Buratt. deciſ.894. num.4. in rec.
deciſ.75. n.1. in fine par.2., & deciſ.112. num.9.
poſt diſcept. Contrii, R.P.D. meus de Luc. de re-
nunc. diſc.3. n.5.*

Quod ſi è converſo pertractetur de hære-
ditate ipſius Renunciatarii, & in his termi-
nis, quotiès non verſemur in hæreditate de-
lata per viam Teſtamenti, ſed per alteram
ſucceſſionis ab inteſtato, omnis regula Juris,
& communis traditio *Doctorum* aſſiſtit Renun-
25 ciatario, ut ipſe, non obſtante renunciatio-
ne, admittatur ad ſucceſſionem, quoniam
hæreditas propria alicui donari non poteſt,
neque datur extremum, in quo hujuſmodi
tran-

Digitized by Google

translationis effectus verificari poſſit, ex iis,
quæ proſequendo firmat *R. P. D. meus de Luc.
in d. diſc.3. de renunc. n.8.*, ubi ait, quod de
hoc nemo dubitat, *Rot. poſt Torr. de pact. ſuc-
ceſſ. dec.16.n.14.*, *& dec.543.n.23.par.5.tom.2.*,
*& dec.234.n.4. & ſeqq.par.13.*, *& dec.253.n.12.
par.14. rec.*, & latè fuit dictum in memorata
*Romana Donationis* pro Principe Carboniani
*26. Iunii* 1680. §. *Maximè quia, cum ſeqq. coram
R.P.D. Vicecomite*, poſtmodùm in alia Cauſæ
propoſitione confirmata.

Applicando igitur ad rem, perſpecta for-
mula renunciationis factæ per DD. Sorores,
crederem indubitantèr, quod eadem renun-
ciatio cenſeri nunquam valeat abdicativa, ſed
26 merè translativa ad favorem Principis Nico-
lai: ità enim præſeferunt illa verba -- *ceſſerunt,
& cedunt, renunciarunt & renunciant ad commo-
dum, beneficium, & favorem D. Nicolai eorum
fratris &c. & ſuorum hæredum &c.* & in fine --
*tranſtulerunt, & transferunt &c. conſentien-
tes &c.* proùt latè demonſtratum fuit *in Auxi-
mana Dotium cor. Bichio dec.631. per tot.* quam-
vis ibi videatur etiam inſiſti in renunciatione
concepta per verbum *cedere* junctum accuſa-
tivo, & non dativo, & in eadem Cauſa ſcri-
bens coincidit *R. P. D. meus de Luc. diſc.8. de
renunc.* & faciunt pleniſſimè, & ad ſatietatèm
deducta per *Manſ. conſult 257. & 258. per tot.*,
*& conſult.297. tom.3.* adeoùt ſuperfluum vi-
deatur omnes *Deciſiones*, & *Doctrinas* apud
ipſum collectas reaſſumere.

Neque in contrarium urgere poſſunt ea ver-
ba -- *abdicantes ſe ab omni Iure, ratione, & actio-
ne &c.* quodque ſuperiùs appareat renuncia-
tum etiam bonis fraternis; Siquidem reſpectu
bonorum fraternorum id recipere valet intel-
lectum de altero Fratre naturali Principis Ni-
colai, non autem de ipſomet Fratre renun-
27 ciatario, cùm repugnet, quod ipſe ſibi cogi-
taverit acquirere propriam hæreditatem:
quamvis enim ſtipulatio etiam pro hæredibus
efficiat, quod ubi Renunciatarius capere non
poteſt, capiant hæredes ex illius perſona, id
tamen intelligitur de aliis hæreditatibus, non
autem propria, de qua occaſionem non habe-
bat reportandi renunciationem, cùm poſſet de
illa ad ſui libitum diſponere, unde eadem ſti-
pulatio interpretatur de illis effectibus, quæ
primariò poterant in perſonam Renunciatarii
firmari, licèt per accidens præmoriatur, non
autem de ſua hæreditate, quam pro ſe ipſo in
vim renunciationis acquirere non poterat, ut
per *Menoch. conſ.43.*, *& conſ.84. ſub n.14.*, *Al-
tograd. conſ.43. n.53. lib.2.*, & dictum fuit in
præcitata *Romana Donationis de Columna ex §.
Maximè autem, uſque ad finem*.

Quinimò eadem verba *abdicantes &c.* apud
*Doctores* etiam conciliantur cum vi & efficacia
renunciationis translativæ, videlicet, ut ad
effectum dumtaxat acquiſitionis Renunciata-
rii reſpectu paternæ hæreditatis, aliorumque
Jurium jam delatorum voluerit Renuncians
haberi pro mortuo, abſque eo quod facto ca-
ſu ſucceſſionis ab inteſtato impediatur Renun-
cians venire ad hæreditatem Renunciatarii,
& abſque eo quod ulla conſideretur incompa-
28 tibilitas, quod uno, eodemque tempore re-
nunciatio poſſit reputari pro translativa inſi-
mul, & extinctiva, ad tradita per *Bald. conſ.437.
lib.1. Montan. controv.10. Donad. de renunc. to.1.
cap.fin.n.28. & ſeqq. R.P.D. de Luca de renunc.
29 diſc.6.n.13.*; & in durioribus, quoad realitas
expreſſa in renunciatione non tollat, quod ipſa
renunciatio deficientibus perſonis contempla-
tis non expiret, plenè *Torr. de pact. fut. ſucceſſ.
lib.2.cap.10.n.42. & ſeqq. Paſſerin in cap. Quam-
vis pactum n.52. & ſeqq. de pact.* cum aliis ple-
niſſimè per *Manſ. ubi ſuprà*.

Comperto igitur, quod renunciatio ex præ-
miſſis obſtare nequeat, quatenùs peragatur de
hæreditate Renunciatarii ab inteſtato, hic eſt
caſus hodiè præcipuus, dum juxtà ſenſum Ro-
tæ Teſtamentum prorsùs annihilatur, & in
30 vim Clauſulæ Codicillaris cenſetur venienti-
bus ab inteſtato hæreditas relicta cum onere,
ſeù deprecatione, ut Fideicommiſſum hæredi
ſcripto reſtituant, ad *Text. in l. fin. verſ. Illud,
C. de Codicillis, Valaſc. conſult.58. Fuſar. de ſub-
ſtit. quæſt 69. n 2. Barboſ. clauſ.2. n.14. & 27.*
cum cæteris infrà laudandis.

Idque adeò verum, ut ſi Pars Adverſa præ-
tenderet, quod venientes ab inteſtato, & ſi-
gnantèr ipſæ Sorores eſſent hæredes quidem in
ſolo nomine, ſed in effectu tota hæreditas abſ-
que diminutione pertineret ad ipſos hæredes
31 ſcriptos in Teſtamento annullato, tunc pro-
fectò (adhibito hoc intellectu) legitima Aſcen-
dentis eſſet, & permaneret in ſua vera taxatio-
ne integri Trientis, cum ij, qui nomine tan-
tùm manent hæredes, nunquam pro hæredi-
bus habeantur, ut per *Text. in §. Reſtituta,
Inſtitut. tit. de fideicom. hæreditat. Bellon. de jur.
accreſc. cap.6. qu.16. n.174. verſ. nec eſt contra-
rium, & cap.7. quæſt.69. per tot.*, & ſignantèr *n.27.
& ſeqq.*, unde rectè proſequitur *idem Bellon. d.
cap.6. quæſt 16. n.175.* quod in his terminis Fra-
32 tres, & Sorores Matri, vel Aſcendenti nullum
faciunt obſtaculum, ac ſi reverà non ſucceſſiſ-
ſent, adducendo *Textum* valdè punctualem in
*l.2. §. Sed ſi ſint ſui, ff. ad Tertullianum* ibi -- *&
tunc ei obſtent* (videlicet Matri) *quoties non ha-
bent nudum nomen ſui hæredit noceat matri*.

Quoverò ad tertiam inſpectionem, illa ſub-
dividitur in duas, unam nempè, an poſita ſub-
ſiſtentia ſecundi Teſtamenti appareat in eo
prohibita Trebellianica, & quatenùs affirma-
tivè, utrùm exindè remanentibus Sororibus,
ut ſuprà, in nudo nomine hæredum, minua-
tur legitima: Quod igitur tacitè, ſi non ex-
preſsè, Trebellianica prohibita videatur in
Teſtamento, ſatis clarè convincitur ex illis
verbis -- *e perche voglio, che la mia eredità ſi
conſervi ſempre intieramente per decoro della mia*



Digitized by Google

*Famiglia Pallavicina , proibiſco eſpreſſamente*
*l'alienazione d' alcuna parte di eſſa &c.* & infrà
*ſub* §. *Per l'iſteſſo*, ibì -- *e che in quello ſucceda in-*
*tieramente il chiamato ad eſſa;* quando enim bo-
33 na ex juſſu Teſtatoris integra, vel in totum de-
venire debent ad ſubſtitutos, Trebellianicam
cenſeri tacitè prohibitam, habetur ex doctrina
*Rip. in l. Centurio n. 130. ff. de vulgar. Menoch.*
*conſ. 1084. n. 20. & conſ. 1145. n. 18. Rot. dec. 142.*
*n. 31. & ſeqq. par. 9. & dec. 327. n. 4. par. 18. &*
*dec. 294. n. 2. cor. Priolo*.

Certiùs, quia pariformitèr legitur inter-
34 dicta alienatio cujuslibet partis hæreditatis,
in quibus terminis Trebellianicæ detractio-
nem vetitam intelligi, perpetuò tenuit *eadem*
*Rota*, & ſignantèr *cor. Coccino dec. 253. per tot.*
*& cor. Merlin. dec. 383. n. 13. & cor. Eminentiſſ.*
*Ottbobono dec. 28. n. 36. , & dec. 131. n. 12. & de-*
*ciſ. 199. n. 12. par. 17.*

Ac propterea cum Trebellianica noſcatur
35 prohibita, non puto obſtare poſſe *dictam de-*
*ciſionem Franchi 63. n. 14. & 15.* in qua licet
pia Cauſa eſſet ſubſtituta, & per conſequens
nulla deberetur Trebellianica, nihilominùs
firmavit, legitimam remanere tertiam tertiæ;
ſuperiùs enim vidimus, quod *iſtius Authoris*
*deciſio* repugnat communi, magiſque approba-
tæ *Doctoram* traditioni, ac denique non ſolùm
36 propoſitioni, de qua ſuprà, quod ſcilicet ad
effectum, ut legitima Matris, vel Aſcenden-
tis diminuatur, debent Sorores actu concurre-
re, ac eatenùs *ex Dunoz. de Luc. aliiſque*, Ma-
tris legitimæ præjudicium fiat in ſuo Triente,
quatenùs illud capiatur a Fratribus, vel Soro-
ribus, ſed etiam quia ità in individuo tenue-
runt *Gabr. conſ. 94. n. 18 lib. 1. Bellon. de jur. ac-*
*creſc. d. cap. 6. quæſt. 16. n. 174.*

Super quartò nullam adinvenio probabilem
difficultatem; ſi etenim ſubſiſtente Teſtamen-
to hæres ſcriptus abſque ulla hæſitatione non
poſſet Trebellianicam detrahere, nulla ratio
ſuadere poteſt, quod redacta cauſa ad ſucceſ-
ſionem inteſtatam, & exindè per Juris fictio-
nem ſub eadem conditione gravatis venienti-
bus ab inteſtato, contra ipſos militare non de-
37 beat eadem prohibitio, cùm de cætero abſolu-
tum ſit, ut in Codicillis eodem modo, ſicut In
Teſtamento, poſſit Trebellianica prohiberi, ut
inquit *Curt. Iun. conſ. 71. in fin. verſ. vel alitèr, &*
*tertiò reſpondemus, & conſ. 73. n. 26. Covarr. var.*
*reſol. lib. 9. cap. 2. n. 20. verſ. Quia, & ipſe, Rot.*
*dec. 4. n. 8. & 9. par. 17. rec.*, & in individuo Te-
ſtamenti annullati, & diſpoſitionis ſubſtenta-
tæ ex vi, & efficacia clauſulæ Codicillaris,
quod ſi prohibita fuerit Trebellianica in Teſta-
mento, eadem prohibitio locum ſibi vindicet
in Codicillis, ſeù diſpoſitione vigore Clauſulæ
Codicillaris confirmatæ, tradidit *Rot. in Rea-*
*tina Hæreditatis cor. Litta impreſſ. deciſ. 21. poſt*
*Merlin. de legit. per tot.*, & ſignantèr *n. 13. uſque*
*ad fin.* quam laudat *ead. Rot. d. dec. 4 n. 9. par. 17.*

Denique quoad poſtremum articulum, ſeù
inſpectionem, præſuppoſito, quod licèt duæ
38 quartæ in Fideicommiſſo purè reſtituendo non
debeantur, nihilominùs id veniat intelligen-
dum ad favorem ejuſdem Perſonæ, non autem
diverſarum, proùt hic, nempè Matris, & Soro-
rum, ut comprobat *R. P. D. meus de Luca in d.*
*diſc. 40. n. 8. verſ. Clarum, de legitim. in Supplem.*,
*Merlin. in addit. ad d. dec. 21. litt. A.* quodque
eædem quartæ deſumendæ veniant ex eadem
legitima, juxtà *Conſil. Gabr. 94. & Bellon. de Iur.*
*accreſc. d. cap. 6. quæſt. 16 n. 163.*, ubi conſiderat,
quod aliàs poteſtas diſponendi non eſſet libera
ſuprà Trientem.

Certum eſt, quod, vel dempto priùs integro
Triente pro legitima, debeatur quarta pro
Trebellianica Fratribus, & Sororibus, quæ ad
duas uncias reſpectu octo reſidualium reſtrin-
39 gitur, & quia non convenit vulnerari hæredi-
tatem ultrà Trientem, eædem duæ unciæ de-
trahi debent ex Triente aſſignando pro legiti-
ma, juxtà computationem, quam in ſubſtan-
tia (quamvis non ità dilucidè) facere videtur
*R. P. D. meus de Luc. d. diſc. 40. in Supplem. de*
*legitim.*, vel inſequendo alteram computatio-
nem *Bellon de Iur. accreſc. d. cap. 6. quæſt. 16. n. 94.*
quia quadrans Trebellianicæ in Triente legiti-
mæ continetur, idem quadrans dividitur inter
Matrem, & Sorores Jure Trebellianicæ, reſi-
duum verò remanet penès Matrem Jure legi-
timæ; ſicque in præſentibus facti circumſtantiis
cùm duæ ſint Sorores ab inteſtato inſimul cum
Avo gravatæ, quælibet ipſarum deducet un-
ciam pro Trebellianica, & altera uncia rema-
nebit Avo pro legitima, ſemperque effectus erit
idem, ut nimirùm duæ unciæ, & non tertia
tertiæ debeatur Avo, aliequæ duæ unciæ So-
roribus.

Ac propterea, omnibus inſimul concluſivè
conglobatis, quatenùs Rota perduret in ſenſu,
quod legitima peti non poſſit, niſi impugnato
Teſtamento, & conſequentèr reducatur ſuc-
ceſſio ab inteſtato cum gravamine in vim Co-
dicillaris, Ego in ſenſu illius veritatis, quæ
Mihi videtur, exiſtimarem, quod ſicuti ſubſi-
ſtente poſtremo Teſtamento Principis Nicolai,
ex quo tunc nulla deberetur, Sororibus Tre-
bellianica, legitima Avi in hoc caſu foret
Triens, ità eodem ſecundo Teſtamento cor-
ruente medietas Trientis pertineat ad Avum,
altera verò ad Sorores.

## ROMANA LEGITIMÆ.

*Lunæ 9 Iunii 1698.*

### ARGUMENTUM.

Impugnans Teſtamentum tanquam nullitèr fa-
ctum, licèt non valeat petere legata in eo ſibi re-
licta, rectè tamen poteſt petere legitimam ſibi de
Jure debitam. Non obſtante facultate libere di-
ſponendi de aliquibus bonis, adhuc ſuper eis de-
betur legitima, maxime quando dictio illa, *liberè*,
ad alia poteſt referri; Dos data Matri, an per Ne-
potes proprio jure ſuccedente, debeat in legiti-
mam

Digitized by Google

mam imputari. Funeris impenſæ, quæ habent prælationem omnibus Creditoribus, quæ compræhendant, & an ſub earum nomine veniant Miſſæ demandatæ celebrari per Teſtatorem poſt ipſius ſepulturam, & negative reſolvitur, niſi humatio fuerit facta de nocte, & in die immediate ſequenti celebrata Sacrificia.

*SUMMARIUM.*

1 *Tertius, pendente lite inter duos ſuper hæreditate, non prohibetur recuperare ab eadem hæreditate id, quod ſibi debetur.*

2 *Hæres, cui per alium mota ſit controverſia ſuper ſucceſſione, non prohibetur pendente eodem controverſia judicialitèr ſua jura particularia, & independentia experiri adversùs hæreditatem hinc indè prætenſam.*

*Exemplifica*, *ut n.*38.

3 *Succeſſio in hæreditate dicitur jus univerſale.*

4 *Legitima eſt portio portionis ab inteſtato competentis.*

5 *Impugnans teſtamentum non poteſt petere legatum vel fideicommiſſum ex eodem teſtamento, & n.6. ubi de ratione.*

7 *Impugnans Teſtamentum cadit ab omni legato, & commodo, quod ei competere poterat in vim ipſius Teſtamenti.*

8 *Legitima tamquam debitum legale detrabitur libera ab omni onere, & gravamine etiam contrà voluntatem defuncti.*

9 *De Cautbela* Soccini, *ſeù* Durantis *circà probibitionem legitimæ, remiſſivè.*

10 *Legitimarius dicitur defuncti, & ejus hæreditatis creditor.*

11 *Hæres, qui ſit Creditor defuncti, per aditionem deſinit eſſe Creditor ob confuſionem actionum.*

12 *In dubio favore petitionis legitimæ eſt pronunciandum.*

13 *Filius eodem tempore, quo contratabulare ſatagit Teſtamentum Paternum, poteſt inſtare, ut ſubſidiariè declaretur quantitas legitimæ ſibi in omnem caſum competentis; & ſuprà n.*3. *cum ſeqq.*

14 *Legitima debetur deſcendentibus in bonis aſcendentium.*

15 *Nepotibus ex filio, vel filia præmortua debetur legitima in bonis Avi, vel Aviæ.*

16 *Legitima proportionabilitèr debetur ſuper qualibet gleba, ſeù corpore.*

17 *Filius ratione legitimæ cenſetur habere quamdam ſpeciem Condominii ſuper bonis Paternis.*

18 *Condominium plurium ſuper eadem re operatur, ut quilibet habeat in ea par Jus, quodque unuſquiſque cenſeatur pro ſe, & inſimul pro aliis poſſidere.*

19 *Legitima an ſit quota bonorum, vel hæreditatis, remiſſivè.*

*Et ad quem effectum dicatur quota bonorum, num,*20. *&* 24.

21 *Legitima an competat ſuper aliqua ſpecie bonorum, de quibus Aſcendens habebat ex conſenſu legitimerii facultatem liberè diſponendi, & n.*23.

22 *Libertas diſponendi quoad unum effectum, non extenditur ad alium.*

25 *Facultas liberè diſponendi non adimit ea, quæ ſunt inducta de neceſſitate Juris.*

26 *Dictio, liberè, recipit reſtrictionem à Jure.*

27 *Deſcendentes tenentur in legitimam imputare, quidquid pro eis Aſcendens impendit.*

28 *Solvens debitum alienum efficitur creditor perſonæ liberatæ, ſaltèm actione negociorum geſtorum.*

*Iſtaque actio exercibilis eſt etiam adversùs hæredem perſonæ liberatæ, n.*29.

30 *Dos data Matri, an debeat per Nepotes in legitimam imputari.*

31 *Creditor remittens Debitori ſuo id, quod ſibi debebat, nequit ampliùs illum ad ſolutionem urgere.*

32 *Nemo poteſt facere, quin leges habeant locum in ſuo Teſtamento.*

33 *Tranſactio habet implicitum ſtatum validitatis, donec per tres conformes fuerit reſciſſa.*

34 *Dos conſtituta à Matre, vel ab alia perſona non obligata ad dotandum, reputatur tamquàm peculium adventitium fæminæ dotatæ.*

35 *Renunciatio contemplatione receptæ Dotis facta à Muliere favore ejus, qui nil de proprio in dotatione contulit, non ſubſiſtetur.*

36 *Renunciatio facta de hæreditate, vel ſucceſſione an comprehendat legitimam, remiſſivè.*

37 *Renunciatio Matris non obeſt filiis in iis, quæ ipſis ex propria perſona debentur.*

39 *Emptor agens pro reſtitutione pretii, quando poſteà poſſit variando agere pro liberatione à moleſtiis adversùs Venditorem.*

40 *Judicium petitionis hæreditatis poteſt uno, eodemque tempore ab hærede intentari unà cum Judicio poſſeſſorio immiſſionis.*

41 *Fructus in Judicio poſſeſſorio non veniunt, niſi à die motæ litis.*

42 *Fructus in Judicio petitionis hæreditatis veniunt uſque ab initio.*

43 *Expenſæ factæ per hæredem in celebratione Miſſarum poſt humatum Cadaver Teſtatoris, an ſint deducendæ antè, vel poſt detractam legitimam; & infrà.*

*Et declarantur* Merlin. de legit. & Rot. cor. Coccin. *in quibus firmari videtur, quod hujuſmodi Miſſæ recenſentur inter Funeris impenſas, n.*55. *et* 56.

44 *Legitima detrabitur deducto ære alieno, et funeris impenſa.*

45 *Funeris impenſa præfertur æri alieno, ea ratione, quia publicè intereſt, ne Corpora* inſe-

*inſepulta jaceant, & Aër corrumpatur, & n.46.*

47 *Expenſæ funeris debent eſſe moderatæ, non autem exceſſivæ in prejudicium Creditorum.*

48 *Legitima filio debita reputatur tamquàm ęs alienum Paternę hęreditatis.*

49 *Expenſę Funeris ſunt taxandę arbitrio Judicis, inſpecta qualitate perſonarum, & viribus hęreditatis, & n.60. & 62.*

50 *Conſuetudo Regionis debet attendi circà expenſas Funeris.*

51 *Expenſarum Funeris appellatione quid veniat.*

52 *Legitima detrahitur antè quęlibet legata etiam Pia, et n.61.*

53 *Expenſę Funeris omnes illę dicuntur, quę pręcedunt ſepulturam Cadaveris defuncti.*

54 *Miſſę celebratę pręſente Cadavere, veniunt appellatione expenſarum Funeris.*

58 *Veſtes lugubres poſſunt ex conſuetudine inter expenſas Funeris connumerari.*

*Miſſę autem celebratę ſepulta Cadavere tunc merentur inter Funeris impenſas referri, quando Cadaver eſt de nocte ſepultum, et in die ſequenti celebrantur, n.57.*

59 *Dialia, novendialia, et Anniverſaria, quando comprehendantur inter Funeris impenſas.*

63 *Quarta Funeralis Paroco de quibus debeatur.*

## DECISIO XLIX.

DUriſſima illa interverſio Charitatis, quæ nec placuit *Divo Auguſtino*, etiam quandò poſthabito ordine naturæ bona relinquerentur Eccleſiæ, ut in celebri *Canon. Quicumque 35. cauſ. 17. quæſt. 4.*, plures (quemadmodùm in his caſibus quaſi de neceſſè ſemper contingit) inter DD. de Mutis deſcendentes, ac Nepotes effectivos D. Lauræ, ac R.P.D. Caraſam ab eadem D. Laura hæredem penitùs extraneum inſtitutum, ſuſcitavit litium infractus; Undè ſicuti præ cæteris in una ex prædictis litibus ſub hac eadem die cenſuerunt Domini, conſtare de validitate diſpoſitionis, ſeù Teſtamenti conditi per ipſam D. Lauram, ità pariter, ut omnis æquitas, & Juſtitiæ ratio expoſtulabat, citrà ſcrupulum reſponderunt in altera, legitimam deberi ſuper omnibus bonis præfatæ D. Lauræ, etſi circà quotam, ſivè quantitatem ob ſciſſuram Suffragiorum non adhùc benè convenientium demandata Mihi fuit articuli repropoſitio.

In primis ſiquidem neglexerunt exceptionem priori loco propoſitam, & deinceps etiam ab ipſo R. P. D. Caraſa derelictam, nimirùm quod intempeſtivè nimis, & incompatibilitèr DD. de Mutis promoverent inſtantiam ſuper aſſecutione legitimæ, quaſi quod dum iidem Nepotes ex capite præteritionis impugnaverant Teſtamentum Lauræ, pendente idcircò eodem Judicio nequirent hactenùs convolare ad hodiernam intricatam, & diſpendioſam contentionem circà legitimam, ex quo, quidquid ſit de aliquo Tertio habente Jus ſeparatum ab ipſa hæreditate, & omninò proprium,
1 ac diſtinctum, in quibus ſanè terminis verior videtur eſſe praxis, & ſententia, quod idem Tertius impediri non valeat, quominus perdurante conflictu inter duos de ipſa hæreditate contendentes recuperare non debeat ab eadem hæreditate id, quod ad ſe pertinere prætendit Jure ſuo, ac prorsùs independenti, ad *Text. in l. fin.* ibique communiter Scribentes, *C. de petit hæreditat.*, *Tondut. de prævent. par. 1. cap 10. n. 8. cum 2. ſeqq.*, *Valeron. de Tranſact. tit. 5. quæſt. 8. num. 30. verſ. quia tamen*, *Carol. Anton. de Luc. ad Franch. deciſ. 596. num. 5.*, *Rot. deciſ. 21. num. 4. ſub tit. de Iudic. in antiquis, & in Romana, ſeù Ianuen. Trebellianicæ 21. Aprilis 1687. §. At non ità, cor.* Reverendiſſ. *D. meo Decano.*

Proùt etiam quidquid pariter dicendum veniat, quando alter ex dimicantibus ſuper univerſali ſucceſſione teſtata, vel inteſtata,
2 adhùc reduplicando figuram Tertii ſatagit interim vindicare, & conſequi aliquid de bonis in hæreditate relictis ex titulo pariformitèr independenti, & particulari emptionis, donationis, cum ſimilibus, quo caſu nulla ratio, vel Judicii particularis abſorpti ab univerſali, vel indirectà patefactio animi Judicantis, vel inutilis diſpendii vetat, quare is, cui contenditur ſucceſſio univerſalis, orbari debeat ea fruitione rei ſuæ, qua potiri poſſet, ſi viveret adhùc defunctus, nullaque lis circa ſucceſſionem ſuborta eſſet, quemadmodùm in hiſcè circumſtantiis admiſerunt *Angel. in l. ſi inter me 15. n. 1. ff. de except. rei judic.*, *Oſaſc. h. dec. 74. ſub n. 13. verſ. & comprabatur*, *Tondut. d. cap. 10. n. 11. & 12.*, *Rot. dec. 451. n. 17. cum 2. ſeqq cor. Merlin.*

Profectò dum in præſenti hypotheſi controverſia pendebat inter eaſdem Partes ſuper
3 Jure omninò univerſali, nempè ſucceſſionis in hæreditate D. Lauræ, ad *Text. in l. hæreditas, ff. de verbor. ſignif.* juncta *l. item veniunt, §. fin. & l. ſed & ſi, §. ult. ff. de petit. hæred. & in l. 1. in princip. ibique gloſſ. verb. de univerſitate, ff. de rei vindic.* pugnare, ac repugnare videbatur, DD. de Mutis aſpirantes ad totam ſucceſſionem D. Lauræ inteſtatam inſimul urgere alterum hæredem Teſtamentarium ſuper ipſa univerſalitate litigantem, & inſudantem cum intermedia, & contextuali petitione partis ejuſdem totius; Legitima quippè aliud
4 non eſt, niſi portio portionis ab inteſtato competentis, ut inquit *Text. in l. Papinianus, §. Quoniam, ff. de inoff. Teſtam.*, *Andr. Cenſal. conſ. 8. n. 2.*, *Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 4 quæſt. 7. n. 2.*, *Modern. Lucen. conſult. 16. n. 25. & conſult. 115. n. 1*, *Rot. dec. 15. n. 16. cor. Priolo.*

Quapropter frequentiſſimè videmus, quod ſi quis

Digitized by Google

5 ſi quis Teſtamentum impugnet, ſicque con-
tendat ſuper Jure univerſali, velitque eodem
tempore proſequi, vel ſubnectere prætenſio-
nem ſuper particulari conſecutione legati de-
biti etiam in caſu, quo Teſtamentum ſubſti-
neatur, omni Jure repellitur à limine ſuæ præ-
tenſionis, ad litteram *Text. in l. ſi quis liberta-
tem 7. ff. de petit. hæred.*, *Tondut. de prævent. d.
par. 1. cap. 10. ſub n. 14.*, *Rot. cor Gregor. dec. 271.
ſub n. 3. cum* 2. *ſeqq.*, quod & ex intrinſeca pa-
ritate, ſivè adæquatione legatorum cum Fi-
deicommiſſis, per *Text. in l. 1. ff. de legat. 1. &
in l. 2. C. comm. de legat.* optimè conſideravit *ea-
dem Rot. cor. Buratt. dec. 257. n. 2. & ſeqq. & per
tot.*, ubi rejecit alium agentem vigore cujuſ-
dam ſubſtitutionis, dum ipſe totam ſucceſſio-
nem judicialitèr tentabat obtinere.

Verùm Domini, etſi, ut præmiſimus, In-
formantes pro R. P. D. Carafa ſub hac die ab-
ſtinerent ampliùs reſtaurare hanc oppoſitio-
nem iteratò priùs excitatam, nihilominùs
quodammodò ex Officio toti Orbi ( ut moris
eſt Sacri noſtri Auditorii ) pandendo moti-
va, & fundamenta judicandi, diſſerendoque
articulum, atque non minùs æquitati, quàm
rationi defixi, reputarunt, omninò com-
patibilem fore hujuſmodi inſiſtentiam, ſivè
actionem cum altera impugnationis Teſta-
6 menti: Quoniam intantum negavere Tribu-
nalia, & *Doctores*, poſſe ab impugnante Te-
ſtamentum, vel ex titulo alterius Teſtamen-
ti præcedentis, vel jure ſucceſſionis inteſta-
tæ, & ideò bellante ſuper adeptione Juris
univerſalis, altercari etiam in vim legati, vel
Fideicommiſſi, alteriuſve colluctationis ſub-
alternæ, vel particularis, inquantum, ul-
trà inutile diſpendium, & indirectam pate-
factionem animi Judicantis, viget illa po-
tentior ratio, quod quis trahere ad Judi-
cium particulare valeat ſuum jam exiſtentem
oppoſitorem in Judicio univerſali, quando
ejuſdem agentis actio particularis promanat
ex eadem radice diſpoſitionis, ſivè Teſta-
menti, ſicuti occurrit in legatariis, ſivè Fi-
deicommiſſariis, quorum reſpectu manife-
ſta dubio procul eſt contradictio, & incom-
patibilitas, ut prætendant interim diſputare,
vel conſequi legatum, vel Fideicommiſſum
vigore illius Teſtamenti, ſeù diſpoſitionis,
quàm actualitèr controvertunt, & impu-
gnant, ut ſunt termini, quos percutit *Rot.
cor. Gregor. deciſ. 271. & cor. Buratt. deciſ. 257.
& in aliis*: quin etiam regularitèr Teſtamen-
7 tum, & diſpoſitionem impugnans cadit ab
ipſis legatis, & quocumque alio commodo im-
pugnatæ diſpoſitionis, ut habetur *in l. poſt le-
gatum, §. Si Pater, & in l. Papinianus, ibique
gloſſ. in figuratione caſus, ff. de his, quib. ut in-
dign.*, *Peregrin. conſ. 49. n. 12. lib. 5.*, *Rota cor.
Gregor. d. deciſ. 271. num. 13.*, *& in Melevitana
prætenſi Legati 14. Martii 1653. §. Primò quia,
cor. bo. me. Meltio*.

At non ſic eſt in contendentibus conſecutio-
nem legitimæ, cum ea nullam dependentiam
ſortiatur à Teſtamento, & idcircò legitima
8 nuncupetur, quia provenit dumtaxat à beni-
gnitate, & providentia legis, ſemperque de-
trahitur, nedum præter, ſed etiam contrà
voluntatem defuncti, immunis ab omni one-
re, & gravamine, juxtà *Text. in l. ſi arroga-
tor, ff. de adopt.*, *& in l. quoniam, C. de inoff.
Teſtam.*, niſi gravamen ipſum compenſetur
9 cum alio ſimili, vel pinguiori emolumento
adhibita cauthela *Saccini Iun. conſ. 122. n. 9.
lib. 1.*, ſeù potiùs ( ut alii volunt ) *Durant. de
art. Teſtam. tit. 5. cauth. 31. n. 6.*, & de qua plenè
*Caſtill. contr. Iur. lib. 5. cap. 107.*, *Peregrin. de Fi-
deic. art. 32.*, Rot. *in Carpentoraten. Legati Le-
gitimæ 24 Januarii 1695. cor. R. P. D. meo Ca-
prara*, & paſſim alibi.

Potiuſvè idcircò ex diametro detorqueban-
tur diſtinctiones, & *Authoritates* ſuperiùs in
obiecto allegatæ; pari namque modo, quo
non interdicitur hæredi univerſali ſuper eo-
dem Jure univerſali ſucceſſionis litiganti inſi-
mul agere ob aliquod ſuum particulare cre-
ditum independens ab univerſali cauſa ſucceſ-
ſionis, vigore ( ex. gr. ) contractus, aut alio
titulo particulari; ità nec etiam vetari debet
filio, vel alteri deſcendenti collacrymanti
pendulam, vel poſſibilem jacturam hæredita-
tis aliàs ſibi debitæ ab inteſtato, nè interim
ex ejus parte eadem jactura, & afflictio reſtau-
retur, ac reficiatur saltèm in aliquo per de-
clarationem legitimæ portionis ſibi ſemper,
10 & in omnem caſum competentis, quando ta-
men filius, vel deſcendens, inquantum per-
ſonam legitimarii repræſentat, cenſetur, &
eſt verus creditor defuncti, illiuſque hæredi-
tatis, prout notat *gloſſ. in l ſi quis legatum,
§. fin verb. non poſſe, ff. ad l. Cornel. de falſ.*, *Va-
lenzuel. conſ. 86. n. 2. & ſeqq.*, *Merlin. de legit.
lib. 5. tit. 1. quæſt. 1. num. 8. & 9.*, *Rot. dec. 169.
n. 19. par. 17. rec.*

Intantum verò legitima reputatur, prout
exiſtit, portio ſucceſſionis ab inteſtato com-
petentis, inquantum ex ſanctione alicujus
Statuti, ex vitio ingratitudinis, & ex pro-
prio defectu deſcendens excluditur ab ipſa
ſucceſſione, vel & meliùs, inquantum illud
æs, ſive debitum in ſe eſt indefinitum, va-
riabile ſolum, ac definibile juxtà numerum
concurrentium ſub eadem qualitate filiatio-
nis, & crediti, nam de cætero ſemper eſt de-
bitum in ſua eſſentia ipſo Juris gladio abſciſ-
ſum, & reſecatum ab hæreditate, vel in ſe-
miſſe, vel in tertia, ut in *Auth. de Trient. &
Semiſſ.*, undè ſi ſuppetente æquitate, & non
11 obſtante, quod agens ſuper ſucceſſione uni-
verſali, quotiès illam aſſequeretur, non poſ-
ſet creditum, ſivè contractum particularem
ſeparare à ſemetipſo effecto hærede ob con-
fuſionem, quam dicunt, actionum, ut ait
*Text. in l. debitori 7. C. de pact.*, cum concord.

per

Digitized by Google

per *Merlin.de pignor.lib.5.quæſt.14.n.1.& ſeqq.*,
*Rot. poſt eumdem deciſ.105. n.18.* adhuc idem
agens non prohibetur tempore intermedio
provocare, & agere ſuper petitione ſui Ju-
ris particularis, itaut in hoc caſu minimè
conſideretur inutilitas expenſarum: Et qua-
rè idipſum practicari non debet favore Cre-
ditoris legitimarii, qui ad plus, videlicet ad
totam ſucceſſionem, per eamdem legem vo-
12 cabatur? Et quando in dubio ſemper incli-
nandum eſt favore petitionis legitimæ, ad
tradita per *Bald. conſ.68. il primo ſub n.3. verſ.
nunquam enim lib.1.*, *Altograd. lun. controv.63.
num.143. cum ſeqq.*, *Rot. deciſ.57.num.27. poſt
Merlin. de legit.* maximè, quia in hoc nullibi
manifeſtatur animus Judicis reſpectu alterius
13 controverſiæ, cum, ut diximus, legitima,
quæ ſemper debetur Jure independenti, &
ex vi legis, & naturæ, nihil habeat commu-
ne cum Teſtamento, ejuſque validitate, vel
invaliditate, undè non poſſit intereà ejus
competentia definiri, prout in fortioribus
aliàs ſuper conſimili declaratione interim
expetita dixit *Rot. in Romana Fideicommiſſi 21.
Iunii 1631. §. Fuit enim reſponſum, coram bo: me:
Mutmanno.*

Stabilito igitur per Dominos primo lapi-
de congruitatis Judicii, facilè fuit ſuperæ-
dificare poſitivam reſolutionem competentiæ
legitimæ ſuper omnibus bonis; Quia circà
competentiam ejuſdem legitimæ in abſtracto,
res erat plana, & abſoluta, cum omnibus,
14 & quibuſcumque deſcendentibus, citrà pro-
priam incapacitatem ex nudo dumtaxat arbi-
trario facto defuncti Aſcendentis exclufis,
legitima debeatur ex ordinatione, & ſollici-
tudine legis, ut per *Mantic. de conject. lib.7.
tit.8.num.2. Feſar. de ſubſtit. queſt.296.num.29.*,
*Tort. de pact. fut. ſucceſſ. lib.2. cap.33. num.160.*,
*Rot. cor. Peutinger. deciſ.430. num.1.*, & in ſpecie
15 de Nepotibus ex filia præmortua, *Peregr. de
Fideicom. art.36. num.39. in fin.*, *Merlin. de legit.
lib.1. tit.2. quæſt.10. ſub num.1. verſ. ſecundus eſt
caſus*, *Modern. Mutinen. conſlut.76. num.1*, *Rot.
deciſ.61. & dec.119. utrobique num.1. poſt Merlin.
de legitim.*, & alibi millies.

Manifeſta paritèr erat ipſius legitimæ com-
petentia ſuper omnibus bonis, ex quo per viam
quotæ hujuſmodi legale debitum cenſetur, &
eſt infixum unicuique rei, vel Juri, adeoùt
16 niſi amicabilis, vel æquitativa Judicis circum-
ſpectio in facti contingentia legitimam aſſigna-
ret in hoc, vel illo corpore, aut alio modo,
proùt contingit in quibuſcumque Judiciis di-
viſoriis, eadem legitima proportionabiliter
ſpectaret ad legitimarium ſuper quacumque,
vel minima parte glebæ, vel Juris, ſicuti ad-
notarunt *Merlin. de legit. lib.2. tit.1. quæſt.1. n.1.
cum ſeqq.*, *Card. de Luc. eodem tit. diſc.26. n.13.*
*Rot. dec.102. n.3. apud Torr. de pact. fut. ſucceſſ.*,
*& in Romana Succeſſionis, & Legitimæ 13. Fe-
bruarii 1696. §. penult. cor. R.P.D. meo Scotto.*

Eaque eſt ratio, quod cum iſtud, ut di-
ximus, legale debitum proveniat potiùs ab
alio magis intrinſeco debito, ſeù dictamine
17 naturæ, quemadmodùm idcircò originali-
tèr deſcendit à quadam ſpecie dominii,
quod filius habere dicitur inſimul cum Pa-
tre, per *Text. in l. in ſuis, ff. de liber. & poſthum.*, *Merlin. de legitim. lib.1. tit.2. quæſt.1.
n.2. & lib.3. tit.2. quæſt.29. num.12.*, *Modern.
Lucen. conſult.24. num.72. & conſult.678. n.9.
& ſeqq.* Ità conceſſa poſtmodum Genitoribus,
& Aſcendentibus poteſtate diſponendi de dua-
bus ex tribus partibus eorumdem bonorum,
ut in prædicto *Authent. de Trient. & Semiſſ.*
ea tertia pars, quæ reſervatur filiis, & de-
ſcendentibus, conſervat naturalem eſſentiam
18 veri condominii, quod facit, ut ſuper una-
quaque parte totius unicuique condomino par
Jus attineat, & unuſquiſque pro alio, & pro
ſe ſimul poſſideat, & (ut explicatur) pro in-
diviſo, juxtà *Text. in l. Mævius 68. §. Duo-
rum, ibique gloſſ. verb. hanc eadem, verſ. Ius
enim intelligit, ff. de leg.2.*, *Gratian. diſcept.555.
n.1.*, *Amat. Panorm. reſol.54. n.13 & 14.*,
*Rot. in Romana Reſciſſionis Contractus 5. Apri-
lis 1677. §. Nec obſtat, poſt med., cor. bo. mem.
Bourlemont.*

Sublata ex hacmet ratione vetuſtiori pugna
19 *Doctorum*, utrùm legitima foret quota bono-
rum, vel quota hæreditatis, de qua *Facchin.
contr. Iur. lib.4. cap.65.*, *Argel. de acquir. poſſ. ff.
quæſt.17. artic.7.*, *Merlin. de legit. lib.1. tit.1.
quæſt.2. per tot.*, *Rittershuſ. ſuper Novell. Iuſtin.
par.6. cap.4. num.12.*, *Bellon. de Iur. accreſc. cap.9.
quæſt.24 ex n.71. cum plur. ſeqq.*, *Carval. de utra-
que Quart. par.4. cap.2. n.15. & ſeqq.*; nam cum
per hujuſmodi condominium Patris cum fi-
lio naſcatur quædam Societas attributiva
mandati pro contrahendo etiam ære alieno,
dummodò id fiat ſine fraude, & citrà vitium
inofficioſi, idcircò ex quo hæreditas tanquàm
Jus univerſale continet quidquid materiali-
ter in eſſe defuncti reperitur, ad *Text. ſuprà
alleg. in l. hæreditas, cum aliis concord.*, legiti-
ma nullo modo eſſe valet quota ejuſdem hære-
ditatis, ſed neceſſariò remanet quota eorum
bonorum, quæ Parens juxtà uſum, vel non
uſum prædicti mandati in eſſe effectivè reli-
20 querit, ad hunc etenim effectum adamuſſim
eſt quota bonorum, quia bona, ad differen-
tiam hæreditatis, intelliguntur ſemper detra-
ctis rebus, ſivè ære alieno, ex benè pondera-
tis per *Amat. Panorm. reſol.39 num.164. & ſeq.*
*Mart. de ſucceſſ. legal. par.1. quæſt.25. artic.9. n.1.*,
*Arias de Meſa var. reſol. lib.3. cap.49. num 26.
in fin.*, *Gaſp. Manz. de legitim. quæſt.62. per tot.*,
*Rot. deciſ.134. num.4. poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ.
& in recen. deciſ.230. num.10. par.10. dec.415.
num.12. & 13. par.13.*, *dec.198 num.5. par.15.*,
*& deciſ.338. n.1. par.18.*

Sola itaque poſt hæc indubitata principia
colluctatio redigebatur ad prætenſam ex par-
te

Digitized by Google

te R. P. D. Carafæ trutinationem ſpeciei bo-
norum, quæ D. Laura poſſederat, ac reliquerat;
Scribentes enim pro eodem R. P. D. Ca-
rafa ſeparare contendebant à promiſcua inſpe-
ctione bona effectivè dotalia, propriaque ip-
ſius Lauræ, & bona in ipſam obventa ex hæ-
reditate bon. me. R.P.D. Leonis de Maximis,
quævè per Tranſactionem ab ea celebratam
cum eiſdem DD. Nepotibus extitere dimiſſa
ipſemet D. Lauræ cum libera facultate diſpo-
nendi; quatenùs namque ſpectabat ad hæc
poſtrema bona, acritèr inſiſtebant, quod hæc
delenda eſſent de Maſſa obnoxia deductioni
legitimæ, idque per illam eamdem liberta-
tem, & facultatem, quam ipſi Nepotes eo-
rum Aviæ fuerant in viſceribus Tranſactio
21 nis impartiti, non enim potuiſſet dici liber-
tas, & facultas tributa diſponendi de bonis
prædictis, quoties ſucceſſivè deſuper Nepo-
tes prætenderent exigere debitum hoc lega-
le legitimæ, ut in propoſito legitimæ dixiſſe
videtur *Rot. decif. 433. rec. num. 14. cum ſeqq. cor.
Merlin. repetit. deciſ. 329 par. 5. recen.*, & conſo-
nat ad effectum, nè dictio *liberè* remaneat ſu-
perflua, per *Text. in §. Illud quoque, Auth. de
Monac. Rot. cor. Buratt. deciſ. 461. num. 10., &
deciſ. 143. n. 11. & 12. part. 16. rec.*

At conſimile obiectum illicò remanſit la-
befactatum nom minùs ex facto, quam de
Jure; Ex facto ſiquidem, quia illa inutilitas
facultatis liberè diſponendi plenariè tolleba-
tur habito ſolùm oculo ad contenta in ipſa
Tranſactione, in qua liquet, DD. de Mutis
prætendiſſe, bona dimiſſa Lauræ ſubiacere
Fideicommiſſo Nobilis, & perantiquæ Fami-
liæ de Jacobatiis, illudque proindè ad ipſo-
rum favorem eſſe purificatum, ac propterea
pluſquam abundè implebatur pactio circà li-
beram diſponendi facultatem, dum ejuſdem
pactionis vigore, ac mediante Tranſactione
remittebatur hujuſmodi vinculum, & Fidei-
commiſſum, abſque eo quod libertas, ſeù
22 liberatio tàm evidentèr feriens unum caſum
traheretur ad alterum longè diſparatum, &
diverſum, contrà regulam *Text. in l. Aurelius
29. §. Filias, ff. de liber. legat.* cum concordan.
per *Rot. deciſ. 25. num. 4. par. 4. rec. & deciſ. 37.
num. 2. & ſeqq. cor. Arguell, & deciſ. 260. num. 4.
& 5. cor. Card. Celſo*.

De Jure verò, quia præfata *deciſ. Merlin.*
ex lectura percutit terminos omninò extra-
23 neos, & ſignantèr, quia reſervatio in ordine
ad liberam diſponendi facultatem facta in eo
caſu per Aviam proceſſerat in datione vo-
luntaria Dotis, quam ipſa Avia tribuerat fi-
liæ, unde Nepotes induendo perſonam ejuſ-
dem filiæ non poterant ab ipſa datione om-
ninò voluntaria excludere contextualem le-
gem conventam ab Avia donatrice in ordi-
ne ad poteſtatem omnimodæ libertatis diſpo-
nendi de ſcutis mille, quod ſecùs eſt, quan-
do Nepotes (proùt hic) ex propria perſona
venire intendunt ad conſecutionem legitimæ
præciſivè à dote materna, in qua nulla fuit
appoſita conventio; Immò cum in Tranſa-
ctione nullo modo ageretur tunc de legiti-
ma, quo magis bona dimiſſa efficiebantur li-
bera Lauræ, eò fortiùs ſubiacebant detra-
24 ctioni legitimæ, ex quo legitima non debe-
tur, niſi ſuper bonis liberis Patris, Matris,
vel alterius aſcendentis, ex ratione ſuprà ta-
cta, quia legitima eſt quota bonorum, & ob-
ſervat *Rot. coram Coccin. deciſ. 2103. num. 20.
& 21., deciſ. 304. num. 4. & deciſ. 358. num. 18.
par. 15. recen.*

Addito, quod non omnis facultas attribu-
25 ta liberè diſponendi adimit ea, quæ ſunt in-
ducta de neceſſitate Juris, ut habetur *in l. ſi
quando, C. de inoff. Teſtam.* ubi licet proteſte-
tur *Imperator*, quod conceſſa unicuique fuerit
liberè licentia teſtandi, illa tamen ſemper in-
telligitur ad formam Juris, ejuſque ſolem-
nitate, ac determinatione ſervata, proùt
ponderavit etiam *Gratiam. diſcept. 975. num. 25.*,
& generalitèr poſt *Rebuff.*, *Menoch.*, *Vu pell.*,
*Barboſ. dict. 190. num. 21. & 22.*, & priùs *ſub
26 num. 20.*, ubi quod dictio *liberè* non excludit
Juris ordinem, recipitque reſtrictionem à Jure
ſecundùm aliarum legum præfinitionem, &
concordat in eiſdem terminis *Rot. cor. Buratt.
deciſ. 168. num. 23. in fin., & deciſ. 142. num. 11. &
12. cor. Carill.*

Corruere non minùs viſæ ſunt aliæ obie-
ctiones excitatæ quoad bona propria, ſive do-
talia Lauræ, quantumvis eædem obiectio-
nes bicipitem frontem extollerent, unam
ſuper eo, quod Laura adhuc vivens de pro-
pria Crumena diſſolviſſet quamplura debita
Marchioniſſæ Iſabellæ filiæ, ac Matris reſ-
pective DD. Nepotum, necnon aliàs feciſſet
expenſas ad commodum eorumdem Nepo-
tum, ſicque quemadmodùm indubitatum
27 erat, teneri Nepotes imputare in legitimam
quidquid ergà ipſos Aſcendentem erogaſſe
demonſtratur, teſte *Mangil. de imput. quæſt. 40.
num. 33. Card. de Luc. de legit. diſc. 15. ſub. num. 7.
Rot. cor. Merlin. deciſ. 469. num. 3., & deciſ. 3. n. 5.
& 6. part. 11. rec.*; ità clariſſimum videbatur,
ſi non per viam perfectæ imputationis, ſal-
tem æquipollentis compenſationis debere
Nepotes ad calculum legitimæ etiam referre
omne id, quod Avia profuſerat in diſſolutio-
nem debitorum Marchioniſſæ Iſabellæ Ma-
28 tris, ſolvens enim debitum alienum effici-
tur creditor perſonæ liberatæ, utili ſaltem ne-
gociorum geſtorum actione, ex firmatis per
*Mangil. de imput. dicta quæſt. 40. ſub num. 8. &
n. 14., Salgad. in Labyr. Credit. par. 3. cap. 8. n. 47.,
Add. ad Gregor. deciſ. 111. num 8. in fin., Rot. de-
ciſ. 55. num. 1. & ſeqq. par. 7. recen.*, & *in Romana
Pecuniaria 10. Martii 1681. §. Verum, coram clar.
mem. Card. Matthæjo*; & conſequenter Nepo-
29 tes in præſenti theſi hæredes ipſius Marchio-
niſſæ Iſabellæ haſce ſolutiones, ſeù credita
Aviæ

Digitized by Google

Aviæ non poterant non imputare, vel ſaltem ( quod idem eſt ) non compenſare, aut refundere, juxtà *Text. in l.cum hæredes,ff.de acquir. poſſeſſ. & in l.hæres 37. ff. de acquir. hæred., Urſell. concl.42. n.454. in fin., Rot. deciſ.59. ſub n.21. verſ. ex quibus, poſt Merlin. de legitim., & in d. Romana Pecuniaria cor. Card. Matthæjo ſub §. Et in hanc opinionem*.

Et alteram promanantem ex conſtitutione, & inſimul receptione Dotis ejuſdem Marchioniſſæ Iſabellæ, quamve Nepotes eamdem actu detinentes, vel abſtractivè tenebantur in propriam legitimam computare, vel ſtante inſuper ampliſſima renunciatione in concreto facta, ſive in ipſo actu dotationis per Marchioniſſam expleta favore nedum Marii Patris, ſed etiam ejuſdem D, Lauræ Matris, nequibant proinde etiam ex hoc ſecundo capite, inquantum induebant perſonam ejuſdem Marchioniſſæ, aſpirare ad legitimam, quæ erat portio portionis renunciatæ, adeoùt, poſita quoque nullitate, ſive injuſtitia renun-
30 ciationis, ad computum ſaltem obſtringebantur recenſere bona effectivè data in dotem, & correſpectivè ad eamdem renunciationem obtenta, ex his; quæ habentur apud *Dèc. conſ.181. ſub num.7. verſ. ex quibus omnibus, Surd. conſ.355. ſub num.43., Io: Philipp. Monſp lien. reſponſ.24.n.31., idem Surd. dec.167. n.13. & dec.314.n.4., Merlin. de legitim. lib.1. tit.2. quæſt.11.n.20., Rot. d. dec.329.n.19. par.5. recen.*

Reſponſum namque fuit, quod circà imputationem debitorum, aliarumque expenſarum juxtà primam obiecti frontem, quidquid eſſet de realitate talis extinctionis, ſive ſolutionis, tam reſpectu Marchioniſſæ filiæ, quam in ordine ad Nepotes, utique ex diametro reſiſtebat huic prætenſioni clariſſima, & litteralis remiſſio facta per Lauram in enunciata Concordia cum Nepotibus, qua-
31 propter nequibat creditum, ſi quod aderat, condonatum, & remiſſum, ad calculum, ſivè ad Judicium ullo modo ampliùs cenſeri, per *Text. in l.liberationis, ff. de verb. ſignif., Rot. cor. Coccin. deciſ.750. n.5., & cor. Dunozett. Iun. deciſ.895. n.3. & 4., & deciſ.280. n.6. & 7. cor. Card. Celſo*.

Nil relevante, vel quod D. Laura demandaverit in Teſtamento, bona è converſo per Nepotes in Tranſactione recepta computari in legitimam, vel quod in omnem caſum ſubſiſtentia, & validitas ejuſdem Tranſactionis maneat adhùc ſub Judice propter actualem deſuper in noſtro Tribunali pendentiam litis: Quò enim ad præceptum per Lauram adiectum in Teſtamento, ultrà quod paribus armis replicari poſſet, quod & ipſum Teſtamentum reſidet in pendulo ſine ulla uſque adhuc prolata Sententia ejuſdem Teſtamenti approbativa, ex quo illa, quæ pronunciata fuerat per Reverendiſſimum Dominum Urſinum Decanum, ex capite manifeſtæ nullitatis extitit infirmata coram Me, quodque plus eſt, eidem infirmationi, prævia per eum interpoſita renunciatione, R. P. D. Carafa acquievit; Nihilominùs ex ſupra firmatis neque debita, utì jam remiſſa, neque bona per Tranſactionem retenta, ſive obtenta à DD. de Mutis ex correſpectivo, diſtinctoque titulò fideicommiſſi de Jacobatiis, aliiſque de cauſis pariter diſtinctis, & ſeparatis, poterant de Jure in ſatisfactionem naturalis diverſi debiti legitimæ referri, proindeque memoratum præceptum nullam promereri poterat animadverſionem, cum, ceſſante excambio, nemo facere valeat, quin
32 leges locum habeant in ſuo Teſtamento, ex monito *l. C. in l. nemo poteſt 58. ff. de leg.1. Torniol. conſ.69. n.6., Mieres de Majorat. par.4. quæſt.1. limit.1, n.142., Franciſc. Stephan. deciſ. Aquen.33. n.2., Rot. deciſ.1944. n.14. cum duobus ſeqq. cor. Coccin., & deciſ. 368. n.2. par.18. recent.*

Reſpectu verò pendentiæ litis ſuper Tranſactione, illa in nihilo poterat attendi, & maximè ad effectum, de quo agitur, quia
33 ſi quælibet tranſactio habet pro ſe præſumptum ſtatum validitatis, & omnimodam meretur executionem, donec per tres conformes efficientes rem judicatam reſcindatur, aut irritetur, ſicuti pleniſſimè dictum fuit *in Bononien. Tranſactionis 19. Aprilis 1697. §. Et ſanè, coram* Me; Quid erat dicendum, quando ex oppoſito pro validitate ipſius Concordiæ pronunciaverat A. C., poſtmodùm cl. mem. Card. Tauruſius, illiuſque Sententia tranſitum fecerat in judicatum, & ſuper eadem Tranſactione non minùs in ſummariiſſimo poſſeſſorio *coram* R. *P.* D. *meo Priolo*, quam in reaſſumptione petitorii *coram bo. mem. Emerix Decano*, conſtantiſſimæ prodierunt reſolutiones noſtri Auditorii canonizantes validitatem ipſius Tranſactionis? ut ultrà cumulatos *in prædicta Bononien: proſequitur eadem Rota in Cavallicen. Tranſactionis propoſita ſub hac eadem die cor. R.P.D. meo Priolo §. Quæ omnia*.

Attrita non minùs incontinenti remanſit altera frons obiectionis concernens Dotem Marchioniſſæ Iſabellæ; Subdividendo namque ipſam ( ut par erat ) obiectionem, profectò inquantum agebatur de pura retentione Dotis maternæ præciſivè ab inita renunciatione, in primis non apparebat, quod vel obolum Laura contribuerit in Dotis hujuſmodi conſtitutione: & nihilominùs cùm nil dictum fuerit de imputatione, vel legitima, ſi aliquid D. Laura de proprio ſpontè, & voluntariè contribuiſſet, non erat id imputabile Nepotibus legitimam expetentibus Jure ſanguinis, & naturæ, propriæque deſcendentiæ, ac retinentibus è converſo Dotem ma-
34 ternam tamquam merum peculium Matris adventitium, quale ſemper reputatur etiam

omne

Digitized by Google

omne id, quod à Matre, vel ab alia perſona non obligata dotare conſtituitur, ſive recipitur pro Dote, ut in his propriis terminis ex communiter approbata Theorica *Soccin. Jun. in l. in Quartam n.138. ff. ad l. falcid., Mangil. de imput. quæſt.18. n.29. & n.35., Merlin. de legit. lib.2. tit.2. quæſt.13., Theſaur. dec.237. n.13., Torr. de pact. fut. ſucceſſ. lib.2. cap.24. n.188., Rot. coram Merlin. d. dec.433. num.14. cum tribus ſeqq., & in recent. deciſ.311. n.11. & ſeqq. par.11., & deciſ.352. n.5. cum ſeqq. coram Card. Cerro*.

Inquantum denique tractabatur de vi, ſivè obſtaculo renunciationis, illud ocularitèr remanſit infractum ex ſola lectura ipſius renunciationis: Præterquam enim non apparebat, uti diximus, quidquam de proprio fuiſſe Lau-
35 ram elargitam pro dotatione, undè, in ejuſdem dati correſpectivitatem, velamen alicujus Juſtitiæ induere valeret renunciatio favore ipſius Lauræ inita, quemadmodum neceſſarium eſſe dixerunt *Simon. de Præt. conſ.150. n.25., Caſſan. conſ.69. n.13. verſ. nec in hoc obſtabit, Oſaſcb. conſ.67. n.13. verſ. quod verò attinet, Fontanell. de pact. nupt. clauſ.9. gloſſ. unic. par.1. num.5. & ſeqq, Altograd. Iun. contr.23. n.7., Capon. de pact. & ſtipul. qu.60. n.9., Maynard. deciſ. Tholoſ. 21. per tot. lib.4.*

Adhùc cum in prædicta renunciatione, quam aliàs cenſuit perſonalem, & reſolutam *Rota coram bo. mem. Emerix in Romana Tranſactionis 15. Novembris 1694. §. Denique*, nullum verbum factum fuerit de legitima, undè
36 ſaltem intrare poſſet quæſtio, quam ad partes examinat *Torr. de pact. fut. ſucceſſ. lib.2. cap.19. per tot.* utrùm nempè renunciatio facta de hæreditate, vel ſucceſſione compræhendat quoque legitimam: ineluctabilis ex hac omiſſa mentione viſa eſt reſponſio, quod cum Nepotes ob prædeceſſum Matris Jure (ut præmiſimus) proprio venirent ad legitimæ petitionem, quælibet idicircò renunciatio, quæ etiam potuiſſet in ſuis caſibus obeſſe Matri, non erat apta in præſenti præjudicare filiis, qui non erant nominati, & conſequentèr nec etiam compræhenſi, aut voliti compræhendi in ipſa renunciatione, per
37 ea, quæ in terminis filiorum, & hæredum Matris renunciantis in ordine ad ea, quæ ex propria vocatione, vel jure debentur filiis, pleniſſimè firmarunt *Surd. conſ.332. n.12. in fin. Faber in Cod. lib.2. tit.3. defin.14. ex n.11. uſque ad 16., Theſaur. quæſt. foren. lib.2. quæſt.90. n.11. & ſeqq., Michalor. de fratrib. par.3. cap.12. n.29. cum plur. ſeqq.*, & ſignantèr *n.41., Marta de ſucceſſ. legal. par.1. quæſt.14. art.2. n.18., Rot. cor. Celſ. deciſ.181. ex n.21. ad 25., & in rec. deciſ.265. ex n.15. uſque ad fin. par.13., & dec.380. n.9. par.15.*

Et ex his, reſervata diſpunctione quotæ, Domini (ut ſuprà) circà legitimam in genere reſolverunt, utraque &c.

*ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

SUper præſenti Deciſione non fuit ampliùs habita diſputatio, quia cùm reſervatus fuerit articulus circà ratam legitimæ debitam DD. de Mutis, utrùm ſcilicet foret Triens, vel Semiſſis totius hæreditatis Aviæ, proùt ſuo loco connotabitur, R.P.D. Caraffa, nec non filiæ Oblatæ, ſeù Moniales ejuſdem Lauræ totam deinde defenſionem paravere quoad alteram reſervatam inſpectionem.

Inquantum verò tractatur de quæſtione, an impugnans Teſtamentum poſſet eodem tempore convolare ad petitionem legitimæ, cujus prætenſio tamquam partialis hæreditatis pugnare videbatur cum totalitate actionis intentatæ pro ſucceſſione inteſtata contrà Teſtamentum, quotidiè ſolent in Foro, & in Rota promoveri ſimiles diſſicultates, ſignantèr in
38 una *Romana Cambii coram Me*, in qua *ſub die 30. Aprilis* 1700. reſolutum fuit, quod non obſtante pendentia litis inter hæredem ex primo, & hæredem ex ſecundo Teſtamento, valeret hæres ex ſecundo, ſaltem ad finem deponendi, agere contrà hæredem ex primo vigore debiti contracti cum Teſtatore.

Iisdem proſequendo terminos non abſimilis oppoſitæ incompatibilitatis deciſum fuit in una *Romana Pecuniaria ſub die 11. Martii 1700. cor. R.P.D. de la Tremoille*, quod emptor cujuſdam Domus, qui eam uti liberam comparaverat cum promiſſione indemnitatis, ſeù liberationis à moleſtiis, unà cum pacto facultativo agendi ad reſciſſionem contractus, valeret poſt intentatam reſciſſionem ex capite paſſæ aſſociationis, & ſic petitam reſtitutionem pretii cum ſucceſſiva creatione Cambiorum ob pretium ſibi non reſtitutum, derelicto
39 veteri Judicio, in quo idem Emptor ſuccubuerat circà Cambia, actionem intentare pro liberatione à moleſtiis, ex quo ceſſare viſa eſt eadem incompatibilitas, cum utrumque judicium tenderet ad eumdem finem, & effectum, nempè conſequendi in ſubſtantia reſtitutionem pretii, ad tradita per *Carleval. de Judic. lib.1. tit.2. diſput.2. n.16., Card. Albit. de Inconſtant. in Judic. quæſt.14. n.3., Rot. dec.60. n.45. cor. Duran. deciſ.623. n.3. & 4. cor. Merlin. & deciſ.162. n.5. & ſeqq par.6. rec.*; imputare namque ſibi debebat Venditor, cur non ſolverit, ea *Fabr. in Cod. lib.7. tit.20. definit.4. n.4.*

Pariformitèr quoque in una *Romana, ſeù Leodien. Fideicommiſſi de Archis cor. Reverendiſs. Molines Decano*, abſolutus remanſit Nicolaus de Archis à prætenſis attentatis per Hoſpitium pauperum Leodien. (ut aſſerebatur) commiſſis, ex quo idem Nicolaus poſt in-
40 troductum Judicium in vim *l. final.* ex capite reciprocæ inſtitutionis ad bona Lamberti ejus fratris, ſimultaneè egerit ſuper petitione hæreditatis quoad bona Jacobi conſtituentis Fideicommiſſum: quamvis etenim diceretur, quod unum Judicium pugnaret cum altero,



Digitized by Google

itaut ſecundum non potuerit pendente etiam primo inſtitui citrà labem attentatorum, adhùc reſponſum fuit, ceſſare attentata, atque hæc Judicia fore compatibilia, ex quo Judicium immiſſionis vigore *l. final.* reſpectum habet ad nudum poſſeſſorium, petitio autem
41 hæreditatis concernit dominium petitorium, itaùt fructus in primo Judicio non veniant, niſi à die motæ litis, ex *Rot. dec. 384. n. 4. & 5. & d. c. 614. n. 2. & 8. par. 19 rec.*; quando in al-
42 tero, tanquam in ſequela dominii, regularitèr veniunt uſque ab initio, per *Text. in l. item veniunt, §. Fructus, ff. de petit. hæred., Card. de Luc. de hæred. diſc. 9. n. 5., Rot. deciſ. 474. n. 6. & 7. & dec. 843. n. 2. cor. Buratto*, prout uberiùs habetur in Deciſione edita *ſub die 25. Iunii 1703. cor. præfato Reverendiſs. D. Decano*.

De reliquo cum Deciſio, de qua ſuprà, declaraverit, legitimam deberi ſuper omnibus bonis, confutatis oppoſitionibus, quæ reſpectu nonnullorum bonorum fiebant à R. P. D. Carafa, & præcitatis Monialibus, ſivè Oblatis in celebri Monaſterio, ſeù Domo *Turris Speculorum*, non extraneum duxi regiſtrare Reſponſum olim à Me editum ſuper inſpectione, an legitima detrahenda eſſet etiam ex legato facto pro celebratione Miſſarum, poſtquam Corpus Teſtatricis fuerat tumulatum; ad interpretationem cujuſdam *Deciſionis*, quæ emanaverat in alia ſimili Cauſa *coram Coccino*, atque in eo (niſi Me mea feſellerit opinio, & affectio ergà Senatorem *Martium Medices* filium *Chriſtophori* paritèr celebris Senatoris, & Jureconſulti, ut in ſuis *Deciſionibus, & Examinationibus Senenſibus*, meique Conjuncti) exiſtimavi, non obſiſtere *deciſionem Coccini*, & reſpondi favore legitimæ modo ſequenti.

Cum præ cæteris, quæ emerſerunt occaſione deducendi legitimam favore Matris ſuper hæreditate, & bonis Marchioniſſæ de Rubeis, exorta quoque fuit dubitatio, an pecunia legata pro celebratione Miſſarum per ipſam Marchioniſſam ſub illa particula Teſtamenti: *e la prima mattina, che verrà doppo la di lei morte, ordina, e vuole, che li ſiano fatte celebrare numero mille Meſſe di requiem le più, che ſi potranno all'Altari privilegiati: e di più vuole, e comanda, che dentro al termine d'un Meſe ſuſſeguente al dì della ſua morte li ſi faccino celebrare altre Meſſe tremila di requiem, e non ſi poſſa dare per elemoſina meno d'un Giulio per ciaſcheduna*, detrahi debeat ab Aſſe hæreditario per antipartem, ſive antè deductionem ipſius legitimæ, vel potiùs ad damnum hæredis veniat referenda.

In hac itaque difficultate, in qua contrà
43 Legitimariam obiectatur *deciſ. Rotæ cor. Coccin. la 2103. n. 6.*, ubi firmatur, quod etiam expenſæ, quæ fiunt humato Corpore in Miſſis, detrahendæ ſint antè legitimam, opportunum cenſerem, priuſquam ſtrictè occurratur obiecto, materiam altiùs reaſſumere, & à principiis exordiri, ut faciliùs indè, & ad evidentiam *Authoritas* præfata valeat ſubmoveri, præſertim, quia eadem *deciſio Coccini*, quæ prodiit in una *Romana de Lantes*, ſuper hoc articulo non fuit ampliùs ad trutinam revocata, ſed extitit tantummodò repropoſita ſuper alia diverſa inſpectione, ut *in deciſ. 2119. & deciſ. 2158. cor. eodem*, nec ampliùs in Romanæ Rotæ Auditorio de hac quæſtione, revolutis omnibus Deciſionibus, habita legitur ulla diſputatio.

Regula igitur, quam habemus ſtatutam in hac materia per reſponſum *Ulpiani in l. Papinianus, ff. de inoff. Teſtam.* in quo *ſub §. Si quis*, originaliter præfinitur, & debitum, & quota legitimæ, indubitantèr decernit, quod illa
44 quarta, quæ antè immutationem *Iuſtiniani in Authentica de Trient., & Semiſſ.*, concedebatur deſcendentibus, & aſcendentibus pro legitima, non niſi deducto ære alieno, & funeris impenſa detrahatur, ut deinceps cavetur *ſub* § 4, & concordat *Text. in §. penult. Inſtit. ad l. Falcid.* cum aliis latè per *Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 15., D. Urceol. conſult. for. cap. 18. n. 23. Card. de Luc. de legit. diſc. 19. n. 10.*, aliique omnes ſine controverſia.

Verùm quia in præcitato reſponſo *Ulpiani* nulla deſignatur ratio, propter quam Funeris impenſa deduci debeat tamquam præcipua per antipartem, nec deſcenditur ad ulteriorem explicationem, an, & quæ expenſæ ſub hoc vocabulo Funeris in propoſito contineantur, hinc reſpectu rationis, geminæ adducuntur per Majores noſtros, quarum prima eſt, quod ſi ex cenſura *d. § 4.* æs alienum pariformitèr
45 detrahitur ante legitimam, multò magis deduci debeat impenſa Funeris, quæ magis privilegiata eſt, & in concurſu præfertur cætero æri alieno, ut obſervavit antiquioribus congeſtis *idem Merlin. de legit. d. lib. 2. tit. 1. quæſt. 15. ex n. 1. uſque ad 5.*, quemadmodùm expreſsè diſponitur *in l. impenſa 45. ff. de relig. & ſumpt. funer.*, & benè *Rot. d. deciſ. 2103. n. 3. 4. & 5. cor. Coccin.*

Secunda ratio, quæ reverà non de per ſe, ſed in comprobationem præcedentis, & tanquam ratio rationis allegatur, ea eſt, quia
46 nempè cum bonum publicum anteponi debeat privato, nil mirum, ſi expenſæ Funeris antecellant legitimam, & quodlibet aliud æs alienum, quia publicè intereſt, ne Corpora ob bonorum deficientiam inſepulta jaceant, & Aer corrumpatur, ut ex *Text. in l. ſi quis Sepulchrum, §. Prætor ait, ff. de Relig., & ſumpt. funer.* proſequitur, *Merlin. de legit. dicto lib. 2. quæſt. 15. n. 5. & ſeqq., Rodriqu. de privil. Cred. art. 3. n. 10., Hodiern. ad Surd. dec. 112. n. 4. & ſeqq., Gratian. diſcept. 94. n. 4., Maſtrill dec. 203. n. 10. & ſeqq., Capyc. Latr. dec. 47. n. 14. & ſeqq.*

Atque hinc, quia præfata ſecunda, ac ſubalterna ratio videtur reſtricta ad limites neceſſitatis, vel ſaltèm honeſtatis, *Doctores* omnes,

& Tri-

Digitized by Google

& Tribunalia hujuſmodi impenſas intrà quoſ-
47 dam modeſtiæ cancellos reſtrinxerunt, & ne
quis prodigalitèr impendat in Funus, ità præ-
judicando vel aliis Creditoribus, vel legitimæ,
48 quæ paritèr æs alienum reputatur, ut inquit
*Roland. conſ. 39. num. 24. & 25. lib. 3., Tondut.
quæſt. civil. par. 2 cap. 145. n. 13.*, & alibi paſſim,
49 unanimiter tradiderunt, quod eædem impen-
ſæ ſint taxandæ ex arbitrio, & religione Judi-
cis, inſpecta perſonarum, & virium hæredita-
tis qualitate, & circumſtantiis, teſte *Garz. de
expenſ. cap. 8. n. 1. verſ. quod quidem, & n. 3. in fin.
& n. 15., Guttier. pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 72. n. 5.,
Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſſ. 2. par. 5. n. 30.
& ſeqq., Capyc. Latr. d. dec. 47. n. 22 ibique* Gizz.
*in addit. n. 5. in fin., Hodiern. ad Surd. d. dec. 112.
n. 20 & 21., Mut. ad conſuet. Panorm. cap. 38.
n. 31. & 32., Vinc. de Franch. dec. 51. n. 10. ibique
Carol. Ant. de Luca §. Et anterioritas, Merlin. de
legit. d. lib. 2. tit. 1. quæſt. 15. n. 11. & de pignor.
lib 4. quæſt. 17. ex n. 24. verſ. fallit autem, Conciol.
de hæred. art. 1. n. 386. in fin., Rot. deciſ. 3. n. 3.
& 4. & deciſ. 86. n. 15. par. 11. rec.*, & admiſit
*eadem Rot. cor. Coccin. d. dec. 2103. n. 9., Ma-
ſtrill. d. dec. 203. ſub n. 23.*, ubi, licet expenſa
aſcenderet ad Aureos 8000., Senatus Panor-
mitanus illam reduxit ad 1500.

Inter cæteras autem præcipuas circumſtan-
tias principalem locum obtinet conſuetudo,
50 quæ vigeat in Regione circà modum practica-
ri ſolitum reſpectu perſonarum ſimilis condi-
tionis, ut declarat *Surd. dec. 255. n. 28., Ho-
diern. ad eumdem d. dec. 112. n. 22., Garzia de
expenſ. d. cap. 8. n. 18.* quin etiam agere volenti
pro hujuſmodi expenſis *Fontanell. in d. clauſ. 6.
gloſſ. 2. par. 5. n. 31. in fin.* dat conſilium, quod
non tantùm probet earumdem expenſarum
quantitatem, ſed quod fieri debuiſſent ſecun-
dùm perſonæ qualitatem, & conſuetudinem
Regionis, & ſequitur *Merlin. de pignor. d. lib. 4.
quæſt. 17. n. 26.*

Hucuſque igitùr res ſine difficultate proce-
dere videtur; ſed quæ nàm expenſæ ſub nomi-
ne Funeralium in ſubiecta materia compræ-
hendantur, non parùm ſe involvunt *Scriben-
tes*, licet in propoſito habeamus *Textum* ſatis
rotundum hoc explicantem *in l. funeris ſum-
51 ptus, ff. de Relig. & ſumpt. funer.* ibi = *Funeris
ſumptus accipitur quidquid Corporis cauſa eroga-
tum eſt, veluti unguentum, & pretium loci, in
quo defunctus humatus eſt, & ſi qua Veſtiaria
ſunt, vel Sarcophagi, & quidquid Corporis cauſa,
antequam ſepeliatur, conſumptum eſt, Funeris im-
penſam eſſe exiſtimo*; Nihilominùs, quippe di-
verſimodè, ſed præcipuè attenta locorum
conſuetudine id non ſine opinionum ſciſſura
determinant, ut videre eſt apud *Fontanell. d.
clauſ. 6. gloſſ. 2. par. 5. ex n. 30., Sebaſtian. Me-
dic. de Sepult. par. 2. quæſt. 1. & 2., Maſtrill. d.
dec. 203. n. 15. & ſeq., Surdus d. dec. 255. ex n. 26.
verſ. & quamvis, Merlin. de legitim. d. lib. 2.
quæſt. 15. n. 8., Hodiern. ad Surd. d. dec. 122. n. 8.*

*& ſeq., idem Merlin. de pignor. d. lib. 4. quæſt 17.
n. 27. & ſeqq., Gama dec. 308. per tot.* aliique
ſuperiùs, & infrà laudati.

Quamobrem applicando ad rem, nullate-
nùs cenſerem, quod pecunia erogata in ſatiſ-
factionem Miſſarum, quas Teſtatrix legavit
juxtà particulam ſuperiùs recenſitam, poſſit
intrà numerum expenſarum Funeris connu-
merari, ſed dumtaxat adſcribendam eſſe le-
52 gato Pio, quod detrahendum eſſe poſt legiti-
mam, cum iſta favorabilior ſit qualibet Pia
cauſa, ſecundùm celebrem ſententiam *D. Au-
guſtini in cau. ult. 17. quæſt. 4.* unanimitèr mo-
nuerunt *Zacch. de Salar. quæſt. 33. n. 2. & 3.,
Cyriac. contr. 304. n. 16. & ſeq., Merlin. de legit.
d. lib. 2. tit. 1. quæſt. 10. n. 2., Manſ. conſult. 16. n. 20.
& ſeqq., Rot. cor. Gregor. dec. 539. n. 5. & cor.
Priol. dec. 96. n. 3.*

Siquidem ſat eſſet, quod ex determinatio-
ne *Textus in d. l. funeris* præcisè caveatur,
53 quod expenſæ debeant præcedere ſepultu-
ram, ibi — *antequàm ſepeliatur*, ut notat etiam
*Gama d. dec. 308. n. 1. & 2.* plenè *Carp. de Exec.
Teſtam. lib. 3 cap. 12. n. 25. & ſeqq., Surd. d. de-
ciſ. 255. n. 26. verſ. & quamvis, Medices de Sepult.
d. par. 2. quæſt. 1. n. 5. & 6., & quæſt 5. n. 2.*, ubi
excludit eleemoſynas, & eum referendo *Mer-
lin. de pignor. d. lib. 4. quæſt. 17. n. 27., Angul. de
melior. l. 13. gloſſ. 1. n. 2.*, ubi quod hoc non habet
difficultatem in ſe, quia de eo ſunt leges ex-
preſſæ, *Rodriq. de concurſ. Credit. d. art. 3. par. 1.
n. 32.*, & benè de Miſſis cum præſuppoſito Ca-
54 daveris præſentis, *Hodiern. ad Surd. d. dec. 112.
n. 9., Coſt. de ration. rat. quæſt. 73. n. 2. & 3., Con-
ciol. de hæred. d. art. 1. n. 384.*

Nec proindè obſtat, quod *in d. dec. 2103.
cor. Coccin. ſub n. 6. verſ. Tertiò*, quodammodò
55 deſcendendo ad caſum noſtrum inter Funeris
expenſas adſcribantur etiam illæ pro Miſſis,
quæ humato Cadavere celebrantur, & hoc
ipſum dicere videatur *Merlin. de legit. d. lib. 2.
tit. 1. quæſt. 15. n. 8. verſ. tertiò ille*, quibus addi
poteſt ſimplex ejus relator *Poſtb. reſol. civil. 104.
n. 52.* Retenta etenim baſe præmiſſarum pro-
poſitionum, multiplex, & unaquæque præva-
lida inſurgit reſponſio.

Et prima, quia ſi *Doctrinæ*, & *Deciſiones* in-
telligendæ veniunt, ut eſt notorium, ſecun-
dum Authoritates, quas allegant, nullæ re-
verà ex citatis per *Merlin. & Coccin.*, loquun-
tur de Miſſis, quæ fiant humato Corpore, ſic-
56 que dum non conſtat, quod in dicto caſu
*Coccini* fuerint expreſsè bonificatæ Miſſæ reli-
ctæ, & celebratæ poſt humationem Cadave-
ris, non poteſt hujuſmodi *Authoritas* tàm va-
ga recipi ad deſtructionem litteræ *præfati Tex-
tus in l. funeris*, & contrà *Doctrinas* tàm præ-
clarè loquentes, quodque plus eſt, ad deſtru-
ctionem rationis ſuperiùs inſinuatæ *in §. Se-
cunda ratio*, quæ ſolùm hanc prælationem exor-
bitantèr indulget ſuprà dictam cauſam Piam,
& ſuprà cæteros Creditores, inquantum

Reipublicæ intereſt, Mortuos ſepeliri, hæc
etenim ratio publica nihil habet commune
cum privalis Suffragiis; & de facto tàm *Coſta*,
quàm *Gama*, quàm denique *Surd.*, hoc non
dicunt, imò potiùs contrarium, ut ſuprà, &
*Text. in Clement. dudum, ibique gloſſ. verb. Funeralibus, de ſepult.*, percutit terminos quartæ
Parochialis, ſeù quartæ funeralis Paroco debitæ ob Sacramentorum adminiſtrationem,
quæ longè diſtat à diminutione legitimæ, ut
intrà, & eoſdem paritèr terminos ferit *Petr. de Vbald.* à *Coccin.* & *Merlin.* allegatus.

Secunda reſponſio eſt, quod ad ſummum,
nè diſcedamus à littera *dicti Textus*, & ratione
enunciata, opus erit pernecesſè procedere
cum diſtinctione, quam cum *Tell. & Ciſuent.*
facit punctualiſſimè *Angul. de melior. d. l.13. gloſſ.1. n.3.* nempè quod *Miſſæ, quæ ſepulto jam*
57 *Corpore dicuntur, tunc valeant inter expenſas
Funeris connumerari, quando contigiſſet, Corpus
ſepeliri de nocte, & poſteà antequam divertatur ad
actus extraneos, die ſequenti efficiantur obſequia*,
& benè idipſum in fonte firmat *Tell. Fernand. ad l.30. Tauri n.3. §. In Textu.*

Tertia tandem reſponſio elicienda omninò
eſt ex vi alicujus conſuetudinis: nam quemadmodum cum *Surd. Hodiern.*, & aliis jam
58 demonſtravimus, conſuetudinem operari,
quod inter expenſas computentur Veſtes lugubres aliàs non computandæ cum ſimilibus;
ità ubi dicitur, computandas eſſe Miſſas, quæ
celebrantur poſt humationem Cadaveris, procederet, caſu, quo conſuetum ſit ex moribus
59 Regionis fieri Dialia, Novendialia, vel Anniverſaria, ſicut puræ conſuetudini innixus
tradit *Garz. de expenſ. d. cap.8. n.18.* & eum
cum *Spin.* inſequens *Rodriq. d. art.3. n.36.* quos
ſimpliciter laudavit *Rot. cor. Coccin. d. dec. 2103. ſub n.6.* Et de facto cum turpe eſſet, quod hæ-
60 res modicam faceret expenſam, quando qualitas perſonæ contrarium exigeret, ut poſt
*Gam.* proſequitur *Hodiern. ad Surd. d. dec. 112. n.10.* Ita ignominioſum eſſet non relinquere tot
Miſſas, vel tot Anniverſaria, quæ ſecundùm
ſtatum perſonæ à cæteris celebrari conſueviſſent.

At ceſſante conſuetudine, quæ in præſenti
facto eſt inallegabilis, impoſſibile eſt admittere exorbitantem hanc prælationem contrà regulas *Iuris*, & *Doctorum* traditiones, ac denique rationes ſuperiùs animadverſas, tum quia
expenſa hæc efficitur mere voluntaria, & foret abſurdum, quod is, qui debitor eſt legitimæ, conſumeret majorem partem Patrimonii
in hujuſmodi Sacrificiis, quando hac de cau-
61 ſa, quia legata quomodolibet Pia ſunt voluntaria, poſt legitimam deducuntur, imò nec
eleemoſynæ factæ in vita per Parentes attenduntur, ut poſt *Merlin. de legit.*, & reſpective
*Sanchez de Matrim.* comprobat *Manſ. d. conſult.16. num.20. 21. & 22.* & concordat *in conſult.324. n.25. & 26.* Tùm, & denique, quia ſi
62 hæc remittuntur arbitrio Judicis, ut admittit
ipſamet *Rota cor. Coccin. ſub n.9.*, quomodo
Judex poteſt arbitrari, id eſſe neceſſarium, ſi
non ab omnibus practicatur, & quando ab aliquibus practicaretur, pendet ex mera voluntate morientis, non enim eſt (ſecluſa neceſſitate) allegabilis ratio differentiæ inter legata
Pia pariter tendentia in Animæ ſuffragium,
& celebrationem Miſſarum.

Diximus, quod Quarta funeralis, de qua
loquitur *gloſſ. in Clement. dudum*, à noſtra diſtat hypotheſi: quia illa non tendit in diminutionem legitimæ, vel æris alieni, ſed eſt quædam alia ſpecies legitimæ, quæ debetur Eccleſiæ Parochiali tamquam Matri, ſive in recompenſam Parochi Sacramenta adminiſtran-
63 tis, unde & eſt certum, quod illa deberetur
de omnibus iis, quæ largo modo Funus concomitantur, & expreſsè pro legatis factis, &
Miſſis dicendis, & de omnibus aliis legatis,
ut latè apud *Barboſ. de Paroch. par.3. cap.25. ex n.36. uſque ad fin.*, *Caſt. de ration. rat. queſt.144. num.6.*, ubi de legatis etiam perpetuis; ſed &
ipſa legata, ex quibus detrahitur hujuſmodi
Quarta, legitimæ poſtponuntur.

## ROMANA SALVIANI.

*Ven. 13 Iunii 1658.*

## ARGUMENTUM.

Commoditas fructuum poteſt hypothecari, dummodo ſpecialitèr non ſit prohibita, nec comprahenditur ſub generali, & generaliſſima prohibitione alienationis, Hypotheca legitimè conſtituta ſuper emphyteuſi non extinguitur per reverſionem ad Dominum directum, quando id fit, & ſequitur ex cauſa voluntaria. Fæudum, & emphyteuſis pactionata, quando ex conſuetudine reddantur alienabiles in præjudicium comprahenſorum in Inveſtituris, & quæ requirantur ad probandam hujuſmodi conſuetudinem.

## *SUMMARIUM.*

1 *Injuſtitia operatur, ut ſententia nunquam tranſeat in rem judicatam.*

2 *Salvianum competit concurrentibus requiſitis, de quibus ibid.*

3 *Commoditas fructuum rei Emphyteuticæ quando cenſeatur prohibita hypathecari, & num.11.*

4 *Emphyteuta non poteſt rem emphyteuticam obligare in præjudicium concedentis.*

5 *Clauſula*, non aliàs, alitèr, nec alio modo, *removet conſenſum ab actu, ac ſi factus non foret.*

6 *Exceptiones, quæ competunt authori, competunt quoque illius ſucceſſori, ſeù ceſſionario.*

7 *Res Emphyteutica redit ad Dominum directum libera, prout erat ab initio, niſi ſpeciali-*

Digitized by Google

cialitèr conſenſum dederit illius hypothecationi.

8 Salvianum non competit ſuper re, cujus dominium non ſtabat penès Debitorem de tempore contracti debiti.

9 Actio perſonalis non datur contrà Tertium.

10 Emphyteuſis perpetua tranſitoria ad quoſcumque hæredes nunquam revertitur ad Dominum directum, niſi in concurſu Fiſci hæredis non veri, ſed anomali.

12 Prohibitio hypothecandi commoditatem fructuum non venit ſub generaliſſima prohibitione alienationis, ſi id in ſpecie non exprimatur, & n.13. 22. & 25.

Quod de plano procedit in Emphyteuſi ad quoſcumque hæredes tranſitoria, num.14. 17. & 19.

15 Bona Debitoris tranſeunt cum ſua hypotheca in quemcumque illius ſucceſſorem etiam titulo ſingulari, & oneroſo, & n.17.

16 Ceſſionarius non poteſt habere majus jus, quam haberet ſuus Author.

18 Hypotheca ſuper re Emphyteutica non tollitur per illius reverſionem ad Dominum, quando ea ſuccedit ex facto voluntario Emphyteutæ.

20 Salvianum exercetur quotidie contra tertium poſſeſſorem ignarum hypothecæ per ſuum Authorem impoſitæ.

21 Verbum uno modo in una parte diſpoſitionis acceptum, ità paritèr in alia parte ejuſdem diſpoſitionis capi debet.

23 Hypotheca vigore obligationis Cameralis competit etiam ſuper bonis ex poſt à Debitore acquiſitis.

24 Præſcriptio hypothecæ per lapſum 10. vel 20. Annorum non intrat data ignorantia alienationis in Creditore ex capite forenſitatis, vel abſentiæ.

26 Fructus bonoram Fideicommiſſi poſſunt aſſignari pro ſatisfactione Creditorum per gravatum abſque meta caducitatis, dummodò non ſit ſpecialitèr prohibita hypothecatio commoditatis fructuum, & n.27.

28 Succeſſores in Inveſtitura pacti, & providentiæ poſſunt avocare bona Emphyteutica à ſuis Authoribus alienata.

29 Fæuda Ducatus Mantuani non obſtante formula Inveſtituræ pactionatæ poſſunt liberè alienari etiam in præjudicium compræhenſorum in eadem Inveſtitura.

Undè compræhenſi in Inveſtitura eatenùs cenſentur vocati, quatenùs non ſequatur alienatio, n.31.

30 Bona Emphyteutica Abbatiæ Farſen. poſſunt ex conſuetudine alienari etiam in præjudicium compræhenſorum in Inveſtitura.

32 Conſuetudo alienandi bona Fæudalia, vel Emphyteutica etiam pactionata, probatur ex pluribus Inſtrumentis alienationum effectum ſortitarum.

Declara, & intellige, ut n.38. 40. 41. & 42.

Rursùs talis conſuetudo probatur ex ſententia, in qua eadem conſuetudo canonizata remanſit, n.33.

Si tamen eſſet unica ſententia, nil proficeret, cum requirantur tres, vel quatuor conformes, n.45. & 46.

34 Conſuetudo locorum vicinorum, ſeù confinantium ſemper attendi debet in interpretatione rei dubiæ.

Declara, ſeù diſtingue, ut n.48.

35 Conſuetudo alienandi bona Fæudalia, vel Emphyteutica ex pacto, & providentia, debet concludentiſſimè probari.

Amplia, ut n.36.

37 Conſuetudo in reſpicientibus ordinatoria Judicii probari poteſt per Inſtrumenta, ſecùs in reſpicientibus deciſoria.

39 Conſuetudo an, & quomodò probari poſſit per ſcripturas.

43 Conſuetudo contrà Jus publicum, vel privatum quomodo, & quibus requiſitis probari debeat.

44 Sententia lata in Tribunali Laico non debet executioni demandari à Judice Eccleſiaſtico, niſi priùs cognita illius validitate, & Juſtitia.

47 Conſuetudo probari debet, quod vigeret de tempore præciſo caſus, vel contractus, ad cujus definitionem, vel interpretationem allegatur.

48 Conſuetudo in his, quæ ſunt facti, non Juris, non extenditur de loco ad locum, nec de perſona ad perſonam.

49 Conſuetudo excluditur nedùm ex actibus oppoſitis, ſed etiam ex ſolo rumore in contrarium.

## DECISIO L.

UTrique Dubio per Me in hodierna propoſitione complicato, ſcilicet ex parte Aſtulphi ſuper prætenſa re judicata, & ex oppoſito ſuper immiſſione in Salviano ad inſtantiam Petri Pauli promota, reſpondentes Domini, ex eodem ſundamento, quo cenſuerunt, immiſſionem denegari non poſſe, in neceſſarium quoque antecedens minimè reputarunt, conſtare de re judicata.

Manifeſtum quippe erat, quod cum tota controverſia reſideret in expetita à Petro Paulo immiſſione, eo ipſo, quod in hoc promeruerat uſque ab initio exaudiri, contrariæ Sententiæ, ſive duæ (proùt hic) ad normam Statuti Urbis, ſive tres ad formam Juris, etiam concurrente temporis lapſu, ac poſitiva ſocordia provocantis in committenda Cauſa appellationis, nuſquam tranſire potuerant in rem judicatam; Nam ſi deinceps apud ulteriorem Judicem eniteat ratio fundamentalis primævæ petitionis, conſequenter earumdem adverſantium Sententiarum emi-

1 emicat injuſtitia, quæ eujuſcumque rei judicatæ nedum obſtaculum, ſed & nomen evertit, ac tollit, ità decernente notiſſimo *Text. in l.4. §. Condemnatum, ff. de re judic.*; cum quo millies proceſſit *Rot.*, & ſignanter *cor. Seraphin. dec.1123. n.6., et cor. San. mem. Alex.VIII. dec.161. num.1. et 2., et dec.185. num.6. par.19. rec., et in alia Romana Salviani 2. Decembris 1682. §.1. cor. bon. mem. Emerix Decano*.

Aggrediendo itaque cardinem Cauſæ, prima fronte non leves utique videbantur reſponſiones adductæ per Aſtulphum ad vindicandas ab injuſtitia Sententias, quas in geminis præcedentibus Inſtantiis obtinuerat; Cùm enim pro parte Petri Pauli fundata prætenderetur intentio in hujuſmodi Salviano ratione crediti dotalis, quod erat extra controverſiam vigens in ſumma reſiduali ſc. 100. una cum fructibus ſucceſſive, ac proportionabiliter decurſis, valide, & robuſte obiiciebat Aſtulphus, quod eadem intentio, ſive petitio claudicabat in duobus illis extremis copulative requiſitis ad effectum, ut adversùs Tertium, ac ſingularem ſucceſſorem in vim utilis Salviani interdicti tribui etiam vero, & indubitato Creditori poſſet immiſſio, nempe hypotheca infixa ſuper ipſa re deinceps in Tertium translata, nec non poſſeſſio ejuſdem rei penes Debitorem de tempore con-
2 tracti debiti, juxtà vulgaria principia, de quibus *Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed.3. n.161., Neguſant. de pignor. par.8. membr.1. ſub n.6. verſ. & propterea, Rot. dec.619. par.2. rec., et cor. Ubag. dec.23. et dec.48.* in omnibus *n.1.*, & alibi paſſim.

Reſpectu ſiquidem hypothecæ, licet Aſtulphus non impugnaret regulam, de qua inferiùs, circà hypothecam cadentem ſuper commoditate, non obſtante quacumque prohibitione alienationis adiecta in Inſtrumento conceſſionis Emphyteuticæ; Nihilominùs quia Domus, contrà quam Petrus Paulus immiſſionem expoſtulabat, aliàs ſub directo dominio DD. de Grimanis, relativè ad alias inveſtituras conceſſa apparebat Mattheo, ac Petro debitoribus ex cauſa dotis Petri Pauli non ſolùm ſub expreſſa, ampliſſimaque prohibitione alienandi, ſed ſub illa ſtrictiori conven-
3 tione, & pacto, ut neque memorati Conceſſionarii, ſeù Emphyteutæ valerent (ſuut verba præciſa) *eorum melioramenta, et alia, ut ſuprà locata, ac Jura aliis vendere, cedere, ſeù alienare alienationis vocabulo latiſſimè ſumpto, etiam cum Clauſula reſervato conſenſu Proprietarii, et non aliàs, alitèr, nec alio modo*; hinc proindè neque etiam idem jus, ſive commoditas percipiendi fructus affici potuerit hypotheca favore ipſius Petri Pauli, ad tradita in propoſito per *Card. de Luc. de Emphyt. diſc.44. num.5., Cenſal. deciſ. Lucen. 4. ex n.1. cum plur. ſeqq.*, Rot. *deciſ.103. num.20. et 21. poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ. repetit. deciſ.665. ſub n.16. cor. Card. Cerro*.

Perſtringentiùs autem, reflectendo ad duplicem circumſtantiam, quarum utraque de per ſe, multoque magis inſimul junctæ aberrare faciebant caſum à prædicta regula permiſſiva facultatis obligandi commoditatem fructuum rei Emphyteuticæ; quarum prima, & potentior videbatur illa, quod ad ſummum hujuſmodi facultas obligandi commoditatem fructuum rei Emphyteuticæ obſtringere valebat omnes, & quoſcumque ſucceſſores ipſius hypothecantis, etiamſi forent independentes, ac ſingulares, at nuſquam poterat eadem facultas retorqueri in præjudicium Domini directi, qui nullum hypothecationis præſtitit aſſenſum, immò in conceſſione rei ſuæ expreſſiſſimè diſſenſit per verba ſuperiùs recenſita, & per ea fortiora, quę ſubſequuntur = *niſi priùs habuerit expreſſum conſenſum in ſcriptis*, non enim poteſt Em-
4 phyteuta, & conceſſionarius onus infigere rei alienę, remque ipſam in effectu obligare in pręiudicium concedentis, ex animadverſis per *Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. tom.3. tit. de pignor. et hypoth. quæſt.25. n.2., Surd. dec.286. n.10., Rot. dec.502. n.15. cum duob. ſeqq. poſt Cenc. de cenſ., et dec.86. ex n.1. uſque ad 8. et n.33. et ſeqq. par.5. rec.*

Eoque magis, adaucto, perpenſoque pacto litterali in contrarium ſub illis clauſulis
5 reſolutivis incluſo = *non aliàs, alitèr, nec alio modo* = quę ipſam conceſſionem, cujus ſolummodò vigore poteſt pretendi facultas hypothecandi commoditatem, inficiunt, ac reſolvunt uſque ab initio, ac ſi Inveſtitura, ac conceſſio facta non foret, ex ſępiùs deductis apud *Scribentes*, & pręſertim *Gratian. diſcept.748. num.10. 12. et ſeqq., Modern. Palm. alleg.42. n.28. et 29., Rot. cor. Coccin. dec.1980. n.36., et cor. Card. Cerr. dec.93. n.17., et in recen. dec.74. n.7. et 8. par.13., et in Romana reintegrationis Fideicommiſſorum 18. Iunii 1696. §. Deſcendendo itaque, coram bo. mem. Emerix Decano*.

Quapropter ſicuti, reclamantibus DD. de Grimanis Proprietariis contra factum Matthei, & Petri, neceſſarium reddebatur hypothecationem illorum Domui per contraventionem ſuperinductam reſcindere; itadum Aſtulphus mediante affrancatione apud Partes non controverſa ſucceſſerat in locum eorumdem DD. de Grimanis, plenamque proprietatem conquiſiverat, valebat & ipſe proculdubio, & maximè per viam exceptionis elidere hanc hypothecationem in ſubſtantia perſecutoriam fructuum, & inductivam oneris ſaltem per indirectum in ipſa proprietate, ut eſt generale in omni, & quolibet ſuccedente in jus alterius, nempe quod
6 exceptiones, quę competiiſſent Authori, competant quoque ſucceſſori, ſeù ceſſionario-

rio, ex iis, quæ habentur *in l. emptor*, *cum ibi not. per DD.*, *C. de hæred. vel act. vend.*, *Bald. in l. 1. n. 5. & ſeq. ibique etiam Aret. n. 20. ff. ſi cert. pet. Valenzuel. conſ. 15. n. 27. cum ſeqq.*, *& ſignantèr n. 34.*, *Surd. deciſ. 308. n. 1. cum duob. ſeqq.*, *Rot. dec. 576 n. 16. cor. Dunozett. Iun.*, *& dec. 810. n. 6. cor. Card. Cerro*.

Quin etiam, ex quo idem Aſtulphus nedum ſimplex poſſeſſor hujuſmodi Domus, ſed effectus quoque reperiebatur ex titulo, & cauſa dotis pro ſumma ſcut 4000. ſucceſſor Petri ultimi Emphyteutæ, qui Agatham filiam nuptui tradiderat Aſtulpho cum datione in ſolutum prædictæ Domus pro enunciata quantitate ſcut. 4000., ceſſare ex illius parte ſubjungebatur omnis amaritudo, quia ex poſteriori hoc titulo nactus legitimè erat ſubalternum utile Dominium, ex prædicto autem ſeparato titulo affrancationis à Canone, & ſucceſſionis in locum DD. de Grimanis aſſecutus quoque fuerat directum: undè poſita conjunctione utriuſque Dominii utilis cum directo, ſuaptè natura concidebant onera quæcumque, nexus, hypothecæ, vel jura, quæ per intermedium Conceſſionarium quomodolibet in re, vel ſuprà rem imprimi potuiſſent, cùm nihil tam naturale ſit,
7 quàm quod res redeat ad Dominum, prout erat ab initio libera, niſi honorum natura, vel pactum obſtet, prout uno ore concludunt per *Text. in l. lex vectigali ff. de pignor. Corbul. de Emphyt. tit. de cauſ. privat. ob alien. limit. 33. num. 4. & 5.*, *Caldas de extinct. Emphyt. cap. 13. ſub n. 35. verſ. ſubiicit præterea*, *Guidopap. deciſ. 575. n. 2. & ſeqq.*, *Oſaſch. deciſ. 156. num. 9. & 10. plenè Modern. Palm. inter deciſ. Lucen. diverſ. deciſ. 140. n. 24.*

Altera circumſtantia, quæ ſimultaneè tangebat ſecundum extremum ſuprà indicatum, verſabatur in eo, quod quandò ad ſavorem Petri Pauli ſuſcepta fuit per communes Debitores obligatio, nullo modo Domus hæc in ipſorum Debitorum dominio, vel Patrimonio numerabatur; quamobrem & ceſſante
8 tunc extremo poſſeſſionis in Debitore, ceſſare quoque videbatur Salvianum, & non poterat conſiderari ulla ampliùs obligatio ſuper commoditate percipiendi fructus, ſi iidem fructus de eo tempore non naſcebantur in dominio Debitoris illos obligantis, ut in propoſito ratiocinatur *Neguſant. de pignor. part. 2. membr. 3. ſub n. 45. verſ. intellige*, *Surd. dec. 97. n. 12. & 13.*, *Amat. Panorm. reſol. 29. n. 10. & 11.* aliique apud iſtos.

Fortiùs, quia etiam ex poſt (ſuppoſita, ut ſuprà, translatione etiam ſimplicis dominii utilis in Aſtulphum) neque fructus, contrà quos dirigebatur Salvianum, naſcebantur in dominio obligati, ideòque pariter ex hoc capite clariſſimè emergebat, corruere in radice fundamentum petitæ immiſſionis, quod aliam rationem in ſe continere non poteſt, niſi illam, quod commoditas cenſetur eſſe quid ſeparatum ab ipſa re, & conſequentèr intantum non obſtante qualitate Emphyteutica, vel pacto Creditor fruitur illa commoditate, inquantum nihil intereſt Domino, vel officiat dominio, ſi fructus, qui colliguntur, potiùs percipiantur à Creditore, quam ab Emphyteuta, & poſſeſſore obligato; ſecùs autem, quotiès (prout hic) legitimè fru-
9 ctus percipiuntur ab alio inveſtito, & contrà quem illa actio perſonalis, quæ intentari poſſet contrà obligatum, & reductivè contrà fructus ab ipſo percipiendos, nullatenùs poteſt exerceri, ut acritèr examinando articulum proſequitur *Card. de Luca de Emphyt. dicto diſc. 44. ſub n. 5. propè fin. verſ. omninò tamen, & n. 6. & 7.*, *& diſc. 58. n. 18.*, *& ſub tit. de credit. diſc. 14. n. 4. & ſeqq.*, & innuit *Rot. in Romana Salviani 12. Iunii 1693. §. Præterea, cor. R. P. D. meo Caprara*.

Caterùm Domini non dedignantes materiam altiùs à ſuis principiis exordiri, quamvis de facili tranſire valuiſſent cum non diſſimilibus reſolutionibus aliàs editis in noſtro Auditorio, opinati ſunt, totam corruere maceriem oppoſitionum ex unico illo principio, quod cum in præſenti ageretur de Domo conceſſa Mattheo, & Petro communibus Debitoribus extrà naturam ordinariam Emphyteuſis regularitèr reverſivæ poſt extinctionem certarum generationum, vel terminationem unius, aut alterius lineæ ad ſui principium, ſivè ad reunionem, & conſolidationem cum dominio directo, ſed tractaretur de perpetua potiùs locatione, quam Emphyteuſi, & in omnem caſum de Emphyteuſi ſempiterna, vel, quod idem eſt, tranſitoria ad quo-
10 ſcumque hæredes, itaùt ex hoc capite numquam reverti poſſet ad Dominum, niſi in concurſu Fiſci hæredis non veri, ſed anomali, juxtà firmata per *Bellamer. conſ. 23. ex num. 5. uſque ad fin.*, *Peregrin. de jur. Fiſci lib. 4. tit. 3. n. 28.*, *Roſental. de Fæud. cap. 5. concluſ. 54. n. 4. & 5.*, *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 10. n. 386.* *Card. de Luca de Fæud. diſc. 72. n. 9. & 10.*, *Rot. dec. 236. n. 4. par. 17. rec.*

Clarum erat, quod niſi obſiſteret pactum
11 poſitivum intrà viſcera ipſius conceſſionis, & inveſtituræ concluſum, ut neque fructus, neque illorum commoditas umquam obligari poſſet, ut erat caſus, de quo *Cenſal. dec. Lucen. 4.*, *Card. de Luca dicto diſc. 44. de Emphyt. num. 5.*, *Rota coram Cerr. deciſ. 665. ſub n. 16.*, quibus addi poteſt *eadem Rota dec. 645. num. 8 cor. Merlin.*, quia tunc citrà aliam rationem ſervanda erat conventio præpediens, ne ulla prorsùs obligatio imprimi poſſet, etiamſi non tangeret præjudicium Domini, ac prohibentis, quia ſic placuit eidem Domino prohibenti rem ſuam alteri dare, & non aliàs, itaùt, quemadmodùm fert adagium, ſtet pro ratione voluntas, ad *Text. in l. in re*

man-

Digitized by Google

*mandata*, *C. mandat.* cum ſuis notiſſimis con-
cord.

Profectò, præciſivè à contraria prohibitio-
ne, vel pacto, facultas hypothecandi com-
12 moditatem nunquam comprehenditur ſub
quacumque effrænatiſſima prohibitione alie-
nationis, non ſolùm per doctrinam *Bart. in l.
Codicillis* 91. §. *Inſtituto num.*4. *ff. de leg.*2. ubi
firmat, poſſe Fæudatarium, vel Emphyteu-
tam etiam per ceutum annos ſeſe obligare ad
dandum fructus, quantumvis vigore prohibi-
tionis conſtituere nequeat ementi jus uſus,
quam ſanè Theoricam *Doctores* intellexiſſe
videntur ad limites obiecti ſuperiùs animad-
verſi, nempè ob efficaciam obligationis per-
ſonalis, ſicuti præſupponentes ex hac ratione
extinctionem obligationis cum perſona obli-
gati citrà ſcrupulum in hoc caſu tradiderunt
in praxi *Surd. de alim. tit.*4. *quæſt.*10. *num.*25.
*& ſeqq.*, *Bero quæſt. famil.*97. *num.*3. *cum duob.
ſeqq.*, *Negusant. de pignor. par.*2. *membr.*2. *n.*48.
*&* 49., *Gratian. diſcept.*43. *num.*11., *Molin. de
Primog. lib.*1. *cap.*20. *n.*11. *cum duob. ſeqq.*, *Va-
lenzuel. conſ.*56. *ex n.*1. *uſque ad* 13., *Fuſar. de
ſubſtit. quæſt.*527. *n.*5., *Ioſ. de Roſa conſult.*18.
*n.*27. *& ſeqq.*, *Card. de Luc. de Fæud. diſc.*61.
*n.*18., *Epiſc. Rocca ſelect. diſput. Iur. cap.*60. *ex
n.*29. *cum plur. ſeq.*, *Rot dec.*1444. *n.*10. *cum*
3. *ſeq. cor. Coccin.*

Sed & propriùs per alteram doctrinam *Ia-
ſon. in l. fin. C. de jur. Emphyt. num.*78. *in fin.*
13 ubi ſectando dictum *Io: Fabri in* §. *Item ſer-
viana*, *Inſtit. de action.* poſitivè loquens de
Fæudo fraternizante cum Emphyteuſi inquit,
ut quamvis Fæodum non poſſit oppignorari,
tamen fructus, & commoditas benè poſſunt
oppignorari, & cum *Iaſ.*, qui reverà diver-
ſum caſum, ſivè diverſam propoſitionem ef-
ſormat à *Bartolo*, proceſſerunt *Pacific. de Sal-
vian. inſpect.*3. *cap.*2. *ex num.*72. *ad* 77., *Cal-
das de extinct. Emphyt. lib.*4. *cap.*5. *n.*18., *Mer-
lin. de pignor. lib.*2. *quæſt.*8. *num.*61. *cum duob.
ſeqq.*, *Salgad. in labyr. Credit. par.*3. *cap.*3. *n.*47.
*& ſeqq.*, *& cap.*15. *num.*9. *cum ſeqq.*, *Paitell.
Iun. in annot. ad exped.*10. *n.*43. *cum* 4. *ſeqq.*,
*Cenſal. deciſ. Lucen.*16. *n.*32. *& ſeqq.*, & ſignan-
ter *num.*39. *&* 42., *Rot. Florent. apud Modern.
Lucen. conſult.*751. §. *penult.*, & perpetuò te-
nuit noſtrum Tribunal, ut videre eſt *in de-
ciſ.*21. *ex n.*6. *uſque ad fin. cor. Merlin. & cor.
Peutinger. dec.*123. *n.*8. *cum* 3. *ſeqq.*, *& dec.*71.
*n.*18. *poſt obſervat. foren. Mellii*, *& cor. Zarat.
dec.*59. *ex n.*11. *cum plurib. ſeqq.*, *& cor. Card.
Cerro dec.*92. *ex n.*9. *uſque ad* 16., *& dec.*144.
*n.*5. *& ſeqq.*, *& in rec. dec.*275. *n.*26. *par.*9. *&
dec.*77. *n.*4. *par.*17., *in Romana Salviani* 4. *Iu-
nii* 1693. §. *Secundò Domini*, *cor. Reverendiſſimo
Hervault Archiepiſcopo Turonen.*, *in Romana
Horti* 4. *Februarii* 1695. §. *Quæ ſanè omnia*, *cor.
R.P.D. meo Pio*, *& in altera Romana Salviani
ſub eadem die*, *& Anno* §. *Et in omnem caſum*,
*cor. R.P.D. meo Molines*, *confirmata* 4. *Iunii* 1696.
§. *fin. cor. eadem*. *&* 26. *Iunii* 1697. §. *Quæ ſi
procedunt*, *cor. R.P.D. meo Lancetta*.

Agnoverunt itaque *Doctores*, quod (niſi
præjudicium aliquod reverà inferatur ipſi Do-
mino directo, quotieſcumque caſus acciderit
naturalis, vel conventæ reverſionis rei Em-
phyteuticæ, ſive ſæudalis ad Dominum dire-
ctum,) habet Fæudatarius, ſive Emphyteu-
ta jus aliquod contradiſtinctum ab ipſa re, &
proprietate diſponendi ſemper de ea commo-
ditate, quæ per ipſam legem Inveſtituræ non
eſt prohibita in præjudicium hæredum, alio-
rumque habentium cauſam quomodolibet ab
Inveſtito in commercium venire; & hypothe-
14 cari, & idcircò ubi agatur de Emphyteuſi
hæreditaria abſque hæſitatione concludunt,
poſſe hujuſmodi commoditatem percipiendi
fructus ſeparatam ab infixione, vel impreſſio-
ne oneris, alteriuſve ſervitutis in ipſa re poni
ſub hypotheca juxta libitum, & conventio-
nem actu poſſeſſoris, quemadmodùm videre
eſt apud *Diduc. à Britto in cap. potuit de locat.*
§. 2. *n.*20., *Gratian. diſcept.*43. *n.*15., *Merlin.
de pignor. d. quæſt.*8. *n.*81. *&* 82. *lib.*2., *No-
guerol. alleg.*37. *num.*39., *Modern. Lucen. con-
ſult* 561. *n.*1., *& Modern. Mantuan. conſult.*110.
*n.*8. *cum duob. ſeq.*

Atque hinc deſcendentes Domini ad ca-
ſum, cum Emphyteuſis eſſet hæreditaria, &
donec extaret aliquis hæres, duratura, cor-
ruere illicò animadverterunt omnem oppo-
ſitionem, quæ ex parte Aſtulphi promove-
batur; Nam ſeparando, & quatenùs opus
eſſet conjungendo utramque perſonam, quam
idem repræſentabat Aſtulphus, utique circà
perſonam effecti utilis Domini, quia perſo-
na hæc, ſive titulus pendebat à facto Debi-
torum, qui præcedentèr hypothecaverant,
& poterant ex jam præmiſſis hypothecare
(teſte *Iaſ. cum ſequacibus ubi ſuprà*) commo-
ditatem fructuum, certe per hujuſmodi fa-
ctum Debitorum nequibat ullo modo deleri
illa impreſſio, quæ legitimè facta conjicie-
batur ſuper commoditate percipiendi fru-
ctus in futurum, hoc enim eſt infortunium
15 cujuſlibet ſuccedentis etiam ex titulo one-
roſo in re charactere legitimæ hypothecæ
jam obſignata, undè naſcitur Salvianum,
ad trad. per *Rot. dec.*619. *num.*2. *in fin. par.*2.
*rec.*, *& coram Bich. deciſ.*330. *num.*12., *& de-
ciſ.*212. *num.*2. *&* 3. *coram Card. Celſo*, cum
reliquis vulg.

Quoverò ad alteram perſonam, quam ci-
trà controverſiam per organum aſſignationis
induerat Aſtulphus, nimirùm Domini
directi, pariformitèr ſecundùm hactenus
inſinuata collabeſcere viſum eſt obiectum;
ſicuti namque DD. de Grimanis conqueri
minimè valuiſſent de ſubiecta hypothecæ com-
moditate fructuum, ex quo hujuſmodi ſubie-
ctio in nihilo lædebat ipſorum jura, nil-
que eorum intererat, ſi fructus, exſolutis
Cano-

Digitized by Google

Canonibus, percipiebatur à Petro Paulo, vel
à Mattheo, ac Petro, vel à quocumque alio
extraneo hærede, & quomodolibet ſucceſſo-
16 re, ità nec de eadem hypothecatione con-
queri juridicè poterat Aſtulphus, qui aliud
jus acquirere nequivit, quàm haberent in ſe
DD. de Grimanis, *vulg. l. nemo plus 55. ff. de
reg. jur., & in l. traditio 20. ff. de acquir. rer.
domin., & in cap. nuper 6. verſ. nos autem, de
donat. inter Vir., & Uxor., Rot. dec. 94. n. 21.,
& deciſ. 129. num. 8. & 10. coram ſa: me: Ale-
xand. VIII.*

Quodque ſuperiùs dicebatur de congruita-
te, & Juſtitia, ut res liberè reverti deberet ad
Dominum, prout liberè à Domino fuerat con-
ceſſa, utique applicari valuiſſet, quotieſcum-
que factus eſſet caſus devolutionis, ſed perdu-
rante tenore conceſſionis hæreditariæ, & tran-
ſitoriæ ad quoſcumque etiam in Aſtulpho, qui
ex hoc capite, & non alio conſecutus eſt da-
tionem in ſolutum ſibi factam à Petro Patre
Agathæ illius Uxoris, non poteſt hic, & nunc
cogitari de regreſſu, & libertate ab oneribus
validè (juxtà teſtimonium *Jaſon.*) circa com-
moditatem impreſſis per Mattheum, eum-
demque Petrum, ut ex jam ſtabilitis, & ex ſe
patet ad ſenſum: quodvè idcirco obiiciebat
*Card. de Luca* de actione perſonali non exerci-
bili adversùs Tertium translatarium, ad ſum-
mum locum ſibi vindicare poſſet figendo pe-
des in doctrina *Bartoli*, quæ tamen, juxta ada-
gium = *non probat hoc eſſe, quod ab hoc contin-
gis abeſſe*, minimè ac ſubſtantialitèr adverſa-
17 tur; At induendo firmamentum *Iaſonis*, qui
ſupponit expreſsè, fructus per Emphyteutam,
& Fęudatarium poſſe oppignorari, mole ſua
ruit difficultas, & illa legitima oppignoratio
intra ſphæram ejuſdem commoditatis afficit
quemcumque ſucceſſorem, ut præter ſuperiùs
allatos *in §. Agnoverunt* conſtantèr reſpondit
*Rot. cor. Zarat. d. dec. 59. num. 14. cum duobus
ſeqq., & cor. Cerro d. dec. 92. ex n. 17. uſquè ad
fin., & d. dec. 144. n. 9.* paritèr *uſquè ad fin.,
& in dicta* Romana *Horti 4. Februarii* 1695.
*§. Obiectum ſiquidem, cum duobus ſeqq., coram
R. P. D. meo Pio, & in d. Romana Salviani pro-
poſita ſub eadem die ex §. Nec dici poteſt, uſquè
ad fin., & 4. Iunii 1696. §. fin. coram R. P. D.
meo Molines, & 26. Iunii 1697. §. Nil refra-
gante, cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Et ſanè firma remanente baſe, quod com-
moditas, niſi tangat præjudicium Domini di-
recti, valeat hypothecæ ſubiectari, omnis, &
quæcumque æquitas in manifeſtam deflecte-
ret iniquitatem; Nam contrà Juſtitiam foret,
quod quis (ut erat in hac hypotheſi Petrus
Agathæ Genitor) poſt hypothecationem con-
tractam eludere valeret anteriorem Credito-
rem, qui de hujuſmodi hypothecatione pepi-
gerat, transferendo utile dominium in alte-
rum; & aſperum pari lance foret, ſi hic Tranſ-
latarius, utiliſque Dominus ex facto Debito-
ris effectus, nanciſci quoquè procuraret Jura
Domini directi, ſicque decipere eumdem an-
teriorem Creditorem per infractionem illius
hypothecæ, quam neque Dominus utilis, ne-
18 que directus capax erat irrumpere, quandò
tamen, ſi conſolidatio ſequatur ex actu vo-
luntario, omnia Jura clamant, firmas rema-
nere hypothecas, & obligationes contractas
ab Emphyteuta, ut patet ex *Roderic. de ann.
reddit. lib. 1. quæſt. 3. num. 7. propè fin. verſ.
quod ſublimitandum, Caldas de renov. Emphyt.
quæſt. 18. num. 17. in fin. verſ. quæ concluſio,
Fulgin. de Iur. Emphyt. tit. de renunc. quæſt. 3.
num. 4., & n. 8. & 9., Cenc. de Cenſib. quæſt. 22.
num. 9., De Marin. reſol. Iur. lib. 1. cap. 101.
num. 3. ibiquè Rodoer. in addit. num. 13., Salgad.
in Labyr. Credit. par. 3. cap 3. num. 68. & 69.,
Antonell. de tempor. legal. lib. 1. cap. 67. n. 10.,
& lib. 2. cap. 55. ſub n. 30. verſ. ſecùs eſſet, Vin-
cent. de Franch. dec. 226. n. 3. ad med. ibiq; Mo-
dern. Molphycten. n. 3. in fin., Vargas dec. Ara-
gon. 20. n. 24. cum duob. ſeqq., Rot. deciſ. 294.
n. 11. par. 1. rec., & dec. 523. n. 2. & 3., & n. 6.
par. 18.*

Amaritudo ſtetiſſet, quandò ad ſenſum
verborum Inveſtituræ illa prohibitio cedendi,
& alienandi etiam *Iura*, compræhendere poſ-
ſet Jus obligandi commoditatem, in hac enim
parte valida fuiſſet oppoſitio: Verùm non mi-
nùs ad mentem Juris, non minùs ad rationem
concomitantem, ac deniquè non minùs ad
intelligentiam ipſius Inveſtituræ præfulxit,
eamdem prohibitionem vendendi, cedendi,
ſive alienandi *Melioramenta, ac Iura*, intelligi
non poſſe de Juribus commoditatis, quæ pro-
priè non eſt Jus, ſed ſimplex facultas diſponen-
di de re ſua, videlicèt de fructibus jam (præ-
ſuppoſita ſolutione Canonis) in ſempiternum,
ſive durante hærede inveſtiti de ſanguine, ſi-
ve extraneo, alienatis à Domino directo; &
19 idcircò *Bartolus* optimè cenſuit, quemlibet
Emphyteutam poſſe ſe obligare ad dandum
fructus etiam per centum annos rei emphy-
teuticæ, quamtumvis nequiret ſeſe obligare
ad dandum aliquod Jus, quod revera foret
Ius, licèt minoris importantiæ, ut eſt illud
uſus: *Iaſon* autem admiſit, poſſe commodita-
tem percipiendi fructus libere oppignorari,
quia nempè hujuſmodi oppignoratio in ordine
ad commoditatem ſonat potius in facultatem
Domino directo non præjudicialem, quàm in
Jus, prout animadvertendo, quod hæc com-
moditas ſit quid diſtinctum à Jure emphyteu-
tico, principalitèr moventur tàm ſequaces
*Bartol.*, quàm *Iaſonis*, ut ex eorumdem con-
frontatione liquet.

Ratio autem, quæ mentem Juris, & *Do-
ctorum*, ut diximus, concomitatur, eſt illa
eadem, quam ſupra tetigimus, nempè, quod
nec Dominus directus conqueri valet de hy-
potheca infixa ſuper fructibus ad eum non re-
dituris, niſi advento caſu legitimæ devolu-

tionis, Dominus verò utilis poſt hypothecam jam impreſſam pari modo collacrymari non valet ullam jacturam, quia potiùs debet de ſe ipſo lamentari, ſi rem acquiſivit affectam
20 oneri hypothecæ, quæ efficit, ut contra Tertium etiam ignarum quotidiè exerceatur Salvianum, ſicuti ultra deductos tradiderunt *Argel. de acquir. poſſeſs. quæſt. 8. num. 828.*, *Poſth. reſol. 99. n. 12. cum duob. ſeqq.*, *Rot. cor. Pamphil. dec. 113. n. 4.*, *& dec. 17. n. 2. cor. Ninot*, *& dec. 110. n. 8. par. 17. rec.*

Lex deniquè Inveſtituræ idipſum ſuadebat; ibi namque dicitur ſucceſſivè = *Item cum expreſſo pacto, quod dd. Emphyteutæ, & ſui non poſſint eorum Iura, niſi integrè, & in totum cedere in perſonam tantummodò non prohibitam à lege, & præſertim non poſſint illa cedere in Fiſcum, Eccleſiam, Collegium, ſive Univerſitatem &c.* Quapropter, dum in hoc ſubſequenti Paragrapho repetitum legimus verbum, *Iura*, illudque nequit amplecti puram commoditatem, cùm parùm intereſſet, an fructus perciperet Eccleſia, Collegium, Univerſitas, vel Fiſcus, ſed tantummodò Jus ipſum emphyteuticum, inquantum Domino directo præjudicabat impedita reverſi rei ſuæ, ſi & ad haſce manus mortuas tranſiret, non debet proinde hujuſmodi vocabulum *Iura* capiens hunc intellectum, in
21 ſubſequenti parte diſpoſitionis diverſum ſenſum præferre ab eo, ſub quo exprimitur in antecedenti, juxta regulam, de qua *Bart. in l. Centurio n. 27. ff. de vulgar. & pupillar.*, *Torniol. conſ. 23. n. 59.*, *& conſ. 104. n. 7.*, *Rot. deciſ. 16. n. 4. verſ. ergò illa verba, par. 8. recen.*, *& dec. 3. n. 18. & 19. par. 19.*

Et ob id illud verbum, *Iura*, antecedentèr expreſſum interpretari non poterat, niſi reſpectu Juris verè realis, & tendentis in deſtructionem, ſive ſervitutem, ac damnum Domini directi, non autem circa commoditatem colligendi fructus, & quorum reſpectu non intereſt Dominum directum, ſi ab una, vel altera manu colligantur, donec durat conceſſio, quemamodum in ſubſtantia benè ſemper fun-
22 davit noſtrum Tribunal opinando, quod quæcumque probibitio alienationis adiecta in conceſſione minimè impediat facultatem oppignorandi commoditatem, ut prætèr *Deciſiones* latius ſupra recenſitas *ſub §. Sed & propriùs* videre eſt *in deciſ. 188. apud Modern. Lucen. de pact. fut. ſucceſs. repetit. dec. 173. par. 13. rec.* utrobique *n. 2. cum duob. ſeqq.*, & in ejus confirmatoria *la 57. n. 9.* paritèr *cum duobus ſeqq. par. 14.*, *& in Romana Salviani 7. Iunii* 1694. *§. penult. coram bo. me. Emerix Decano*, confirmata 28. *Ianuar.* 1697. *§. fin. cor. R. P. D. meo Muto*.

Ad obiectum ſubindè, quod eliciebatur circa carentiam extremi hujus Judicii in Salviano, ſcilicet poſſeſſionis Matthei, & Petri hujus Domus de tempore, quo contraxerunt debitum dotale favore Petri Pauli, inquantum illud feriebat exercitium actionis in ſubiecta materia ob translationem rei emphyteuticæ in alterum, jam hucuſque ſubverſum dignoſcebatur ex præmiſſis, quibus addi poteſt *Pacific. de Salvian. inſpect. 3. cap. 2. n. 76. & 77.*, qui benè diſtinguit, non agi in hac ſpecie obligatæ commoditatis de illis actionibus perſonalibus, quæ cum perſona obligati extinguantur: Inquantum autem idem obiectum tangit propoſitionem in genere, quod res, ad quam petitur immiſſio in Salviano, debeat eſſe in poſſeſſione Debitoris de tempore contracti debiti, ceſſabat illicò difficultas in facto, dum ex ipſomet *Summar.* Aſtulphi *n. 6. litt. B.* apparebat, Mattheum, & Petrum conquiſiviſſe pro majori parte Domum, de qua agitur, antè exarationem Inſtrumenti Dotalis cum Petro Paulo; Et tamen, etiam præciſivè ab hac animadverſione facti, plana ſubintrabat reſponſio, quod cùm ſub obligatione ampliſſima Camerali Mattheus, & Petrus obligaſſent Petro Paulo omnia bona, & jura præſentia, &
23 futura ſuperabundabat, eumdem Mattheum, & Petrum ex poſt Domum hanc acquiſiviſſe, & actu poſſediſſe, ad hoc, ut illa obligatio hypothecaria, futurorum bonorum, & jurium comprænhenſiva, ſculperet vinculum hypothecæ in ipſa Domo, juxtà tradita per *Neguſant. de pignor. par. 8. membr. 3. ſub n. 6. verſ. ſi autem hypotheca fuit generalis*, *Cyriac. controv. 55. n. 11. & ſeqq.*, *Antonell. de temp. legal. lib. 3. cap. 67. n. 1.*, *Rota dec. 12. n. 6. poſt Zacch. de oblig. Camer.*, *& dec. 675. n. 3. & ſeqq. par. 4. tom. 3. rec.*, *& cor. Pamphil. dec. 345. n. 1. ibiq; Add. n. 18.*, *& dec. 44. n. 29. cor. Card. Cerro*, *& in præallegata Romana Salviani 7. Iunii 1694. §. 1. cor. bo. me. Emerix*, *& 28. Ianuarii 1697. §. Indubitantèr, cor. R. P. D. meo Muto*.

Remaneret præſidium valdè labile præſcriptioni, cui ſubſidiariè nitebatur Aſtulphus, ex quo Petrus Paulus tacuerit per ſpatium 20., & ultra Annorum: At Domini conſiderantes agi de perſonis Forenſibus, & ignaris, quod Domus fuerit translata in Aſtulphum, faciiè tranſierunt cum regula, quod contra Forenſem, & ignarum præſcriptio allegari non poteſt, niſi illa longiſſimi temporis, quæ ratione publici Commercii, ne dominia ſtent in incerto, abſorbet Jura Privatorum, facitque præſumere vel ſatisfactionem, vel titulum melio-
24 rem, ut in propoſito hujùs ſimplicis præſcriptionis annorum decem, & viginti, data ignorantia ex capite forenſitatis, vel abſentiæ, vel alio conſimili favore inrentantis hypothecariam, vel Salvianum, communiter notarunt *Ioſ. Ludov. dec. Lucen. 31. n. 18.*, *Gratian. dec. Marbc. 15. n. 12. cum duob. ſeqq.*, *Thomat. dec. 26. n. 27.*, *& dec. 44. n. 25. & 29*, & reſpondit *Rot. cor. Royas dec. 137. n. 5.*, *& in rec. dec. 108. n. 5. cum duob. ſeqq. par. 14.*, *& dec. 231. n. 6. & 7. par. 19.*, *& in Urbinaten. Salviani 28. Iunii 1680. §. At fuit reſponſum, cor. cl. me. Card. Matthæi.*

Atque

Atque hæc adeò ſolida Dominis viſa ſunt, ut inopportunum cenſuerint deſcendere ad examen Statuti Urbis, quod ex peculiari privilegio Dotis admittit, hypothecari poſſe bona emphyteutica in vim *cap.*122. *lib.*1. ſatis eſſe credentes de Jure utrique Dubio reſpondere ad ſenſum præmiſſorum; Utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

COnceſsâ novâ Audientiâ adversùs hanc Deciſionem, (quæ extat etiam impreſſa *in Mantiſſ. ad ornatum Card. de Luca tom.3. ſub tit. de Credit. dec. 10.*) illa majus robur confirmationis obtinuit, ſicuti inferiùs oſtendetur in ſuperventa Deciſione confirmatoria, ſub qua exponetur quoque ulterior exitus, & terminatio Cauſæ potiùs reſpectu melloramentorum, quæ Reus opponebat, quam Juris in hac reſolutione firmiter ſtabiliti.

Semperque reverâ *Rota* cenſuit, faculta-
25 tem, ſeù commoditatem percipiendi fructus numquam venire ſub quacumque, licet effrenatiſſima prohibitione alienationis, ut laudando præſentem Deciſionem deinceps etiam dictum fuit *in Romana Caducitatis* 23. *Ianuarii* 1702. §. *Quamvis enim, coram R. P. D. dell'Olmo, & 3. Iulii ejuſdem Anni* §. *Exulat, cor. Reverendiſſimo Molines Decano*.

Idquè in contermina quæſtione prætenſæ caducitatis ab hæreditate, vel Fideicommiſſo promotæ per ſubſtitutum, excepto namque caſu, quo etiam ſub eadem prohibitione alienationis in littera præciſa, vel omninò æquipollenti interdicatur quoquè alienari hujuſmodi commoditas, ſeù facultas percipiendi fructus, juxta Deciſionem *in Romana Primogenituræ de Albericis* Divina permittente Clementia ſuo loco regiſtranda in aliis meis Codicibus, definitum fuit in præfata *Romana Caducitatis*, quod etiamſi fuerint per gravatum aſſignatæ Creditori in ſatisfactionem Cambii decurſuri penſiones cujuſdam Domus fideicommiſſariæ, ac alienari prohibitæ ſub Clauſulis prægnantiſſimis, itàut videretur translatus in Creditorem quidam uſusfructus formalis quodammodò diſtinctus à conſecutiva ſubjugatione commoditatis pediſſequæ contractui, ſive obligationi perſonali, ad Theoricam; & diſtinctionem *Bartoli in l. Codicillis*, §. *Inſtituto n.* 4. *ff. de legat.* 2., quam ſequuntur *Andr. de Iſern. in cap. Imperialem n.* 3. *de probib. Fœud. alienat.*, *Molin. de Primogen. lib.* 1. *cap.*20. *& lib* 4. *cap.*11. utrobiquè *n.*11. *& ſeq.*, *Lagunez de fructib. par.*2. *cap.*4. *n.*116. *& ſeqq.*, *Cancer. var. reſol. par.*1. *cap.*14. *n.*34., *Rocc. diſput. Iur. ſelectar. cap.*60. *n.*29. *& ſeqq.*

Nihilominùs ex quo directè talis ſubjugatio non erat ad effectum, ut jure proprio Creditor perciperet præfatas penſiones, ſed illas exigebat jure ipſius Debitoris, definitum fuit,
27 nullum per hoc fuiſſe in extraneum Creditorem translatum jus formalis uſusfructus, ſed correlativè ad ſimplicem hypothecationem eorumdem fructuum, ſeù commoditatis tranſfuſam extitiſſe meram facultatem percipiendi eoſdem fructus in cauſam quidem, & utilitatem propriam, ſed ſemper jure, & ex perſona proprii Debitoris, ſecundum ea, quæ explicarunt *Alberic. in rubric. ff. de Uſufruct. n.*6., *Bald. in Auth. hoc jus porrectum n.*8. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.*, *Ioſeph. Roſ. conſult.*18. *n.*29., *Lagunez de fructib. par.*2. *cap.*6. *n.*33. *& ſeqq.*, *Rot. cor. Merlin. dec.*386. *n.*38. *verſ. quò autem ad conſortium*.



Quandoque autem accidit (redeundo ad hypotheſim hujus noſtræ Deciſionis,) quod non ſolùm ſimplex commoditas diſtrahatur in extraneum, verùm ipſamet proprietas utilis dominii ſuſcepti per Emphyteutam ſub formula pactionata, ſive Inveſtitura à primo acquirente reportata *pro ſe, filiis, & deſcendentibus maſculis*, prætenditur autem, alienationem hanc ſubſtineri poſſe non obſtante formula Inveſtituræ ob localem conſuetudinem; quarè cum pluriès fuerim in olìm Advocatoria Paleſtra pro una Partium, vel ad ſenſum veritatis requiſitus in hoc puncto, ſubnectendas exiſtimavi Allegationes, quæ ſequuntur, ut indè perpenſis caſuum contingibilium circumſtantiis valeat ab ingenio Judicantium rectius veritas indagari: Quapropter dicebam conſultus in una *Fæſulana Bonorum* uſque de Anno 1681. pro Simeone, & Orlando de Biondis.

Cardo difficultatis unicè reſtringitur ſuper nudo facto, videlicèt, an ex præſuppoſita ſerie Inſtrumentorum, & ex Sententia, quæ in Laicis Tribunalibus aſſeritur prolata de Anno 1649., dici reverâ poſſit probata talis conſuetudo, quæ bona de directo Dominio Menſæ Fæſulanæ exiſtentia reduxerit ad inſtar allodialium, & non obſtante formula Inveſtituræ pactionatæ effecerit alienabilia in præjudicium compræhenſorum.

Sicuti enim, præſcindendo ab hujuſmodi conſuetudine, dubium cadere non poteſt, quod Simeon, & Orlandus tanquam empreſsè vocati, & compræhenſi ſub illis verbis Inveſtituræ ab Hieronymo eorum Atavo receptæ *pro ſe ſuiſque filiis, & deſcendetibus maſculis in perpetuum*, valeant in vim utilis Salviani, ſive
28 ad exemplum *l. finalis C. de edict. Div. Adr. toll.*, vindicare bona in tertios diſtracta, ex quo illorum Pater nequiverit in eorum præjudicium de controverſis bonis diſponere, ad tradita per *Pariſ. conſ.*98. *n.*10. *lib.*2., cum cæteris plena manu congeſtis per *Caldos de Emphyt. extinct. lib.*4. *cap.*20. *n.*1. *& ſeqq.*, *Fulgin. de Iur. Emphyt. tit. de Contract. qu.*24. *per tot.*, *& tit. de alienat. quæſt.*8., ubi ampliat, etiamſi tributa foret facultas Inveſtito alienandi bona cuicumque voluerit, Domino irrequiſito, *Rot. dec.*415. *ex n.*16. *uſq; ad fin. par.*4. *tom.*2. *rec.*, cum aliis in hac propoſitione notiſſimis.

Ità è converſo non minùs plana inſurgit concluſio, quod, ubi viget iſta conſuetudo, nullatenùs attenditur, quod Inveſtituræ formula præſeferat conceſſionem ex pacto, & provi-
29 dentia, ſed licitum exiſtit unicuique ex Inveſtitis alienare Emphyteuſim in extraneos, adeòut etiam Eccleſia repugnas præſtare conſenſum, poſſit à Judice compelli, & obſtringi, juxta ea,quæ de ſimili conſuetudine Mantuana reſpectu Fœudorum, quæ tanquam impropria in omnibus fraternizant cum Emphyteuſi, colliguntur ex *Giovagu, conſ.45, n.10. vol.1., Buſatt. conſ.3. n.47. , & conſ.29. n.3., Cyriac. contr.324. n.1., Rot. in Mantuana Bonorum 16, Maii 1654. cor. Cerro §, Quia omiſſis, Dunoz. Jun. dec.607. n.13. & 16., & dec.6. n.3. & 15.*
30 *par.4. tom.3. rec.*, & in ſpecie conſuetudinis Bonorum Abbatiæ Farſen. *eadem Rot. cor. Pænia dec.1221. per tot., & dec.365. n.6. & ſeqq. coram Priolo, Eminentiſs. D. meus de Luca de Emphyt. diſc.35. n.6. verſ. nihilominùs.*

Atque hinc reducendo ad concordiam conſimilem conſuetudinem cum formula pactionata, &, ut ſonat, reſtricta ad ſolos maſculos deſcendentes, animadvertere conſueverunt *Doctores*, quod in hoc caſu bona Emphyteuti-
31 ca remanent aſſimilata bonis Fideicommiſſo ſubiectis, cum facultate tamen gravatis elargita eadem alienandi; undè, niſi ſecuta ſit alienatio, ſuccedant filii maſculi per ſpeciem Fideicommiſſi vocati, ſecus verò facta alienatione per Inveſtitum, ut in terminis memoratæ conſuetudinis Mantuanæ peculiaritèr adnotavit *Manent. in conſ.160. n.29., Modern. Gob. in tract. de permiſſa Feudi,& Emphyt. alienat. quæſt.4. n.8.*

Aſſumendo igitur præmiſſum cardinem difficultatis, prima fronte videtur reſpondendum, ſatis, ſuperque fuiſſe probatam conſuetudinem: Primò, quia plurima præſupponuntur adeſſe Inſtrumenta, ex quibus apparet, non obſtante reſiſtentia legis Inveſtituræ pactionatæ fuiſſe factas alienationes, illaſque effectum in præjudicium comprehenſorum eſſe
32 ſortitas, ab hiſcè namque Inſtrumentis probari conſuetudinem allodialitatis, in ſpecie docuerunt *Cephal. conſ.307. n.40. & 43.* optimè *Surd. conſ. 105. n.15. verſ. quandò extant aliqua Inſtrumenta, Spad. conſ.24. n.5. & 6., Bonden. collect. 15. n.150. & 151., Niger de Laudem. par.1. qu.46. ſub n.9. verſ. Dicendum.*

Secundò facilius, perſpectâ præfatâ Sententiâ canonizante de Anno 1649. conſuetudinem, de qua eſt quæſtio, quoniam ex Senten-
33 tiis, rebuſque judicatis ſatis probari conſuetudinem, doctrina eſt originalis *Iacobi de Arena in l. cùm aliter, §. Occiſorum, ff. ad Syllanian.* cum qua procedunt *Peregrin. conſ.81. n.16. lib.1., & conſ.20. n.44. lib.4., Aldovin. conſ.100. n.44., Barz. dec.93. n.8. & ſeqq.*, quos ſuper adducta conſuetudine Mantuana refert in ſpecie *Gob. dict. tract. de permiſſa*

*Fœud., & Emphyt. alienat. quæſt.1. num.52.*

Tertiò maximè, jungendo ſimillimam conſuetudinem in proximè Archiepiſcopali Menſa Florentina militantem, ex ea paſſim rece-
34 pta propoſitione, quod in dubiis veniat ſemper recurrendum pro interpretatione ad loca vicina, & confinantia, ut perbellè ſcripſit *idem Surd. d. conſ.105. n.15. in fin., Urſin. de ſucceſſ. Fœud. par.2. art.2. ſub n.8., & par.3. qu.3. art.3. n.24., Ludovic. Bell. conſ.37. n.8. & 9., Hieronym. Palm. conſ.73. n.8.*

Verùm, his minimè obſtantibus, in ſenſu illius veritatis, quæ Mihi videtur, niſi in Proceſſu Cauſæ adiiciantur, quæ hanc probationem meliùs dilucident, & niſi eadem conſuetudo roboretur ex formali depoſitione Teſtium cum ſuis requiſitis, ut infrà, contrarium in præſenti facti ſerie reſpondendum centerem; Siquidem cùm Actoribus in hac Cauſa
35 aſſiſtat clara lex Inveſtituræ, onus proindè indubitantèr reiicitur in Partem Adverſam comprobandi concludentiſſimè hanc conſuetudinem, ut inſequendo terminos, de quibus agimus, firmavit *Malvaſ. conſ.2. n.33., Rip. poſt allegat. Melii in ſuo reſponſ. Fœudal. n.83. lib.1., idem Mell. allegat.72. n.47. lib.2., Bonden. d. collect.15. n.124., Fulgin. de Jur. Emphyt. tit. de renovation. quæſt.1. n.29., & qu.6. n.4.*; itàut apud *Scribentes* admodùm diffici-
36 lis, & quaſi impoſſibilis talis probatio reputetur, ut ſubnectit *Bonden. d. collect.15. n.128., Niger de Laudem. par.1. quæſt.46. n.8.*, & omnium pleniſſimè viden. *Gob. in d. tract. de permiſſ. Fœud. & Emphyt. alienat. quæſt.1. n.32. cum pluribus ſeqq.*, & ſignantèr *n.40.*

Hujuſmodi autem probatio reſultare pro meo judicio non poteſt ex præfatis Inſtrumen-
37 tis; tunc enim per Inſtrumenta remanet juſtificata conſuetudo, quoties agitur de actibus reſpicientibus ordinatoria Judicii, vel aliquas extrinſecas ſolemnitates, non autem quandò (pròut hic) controverſia eſt ſuper deciſoriis, ut poſt *Sim. de Prætis conſ.79. n.34. & ſeqq., Menoch. conſ.197. in fin., Rot. deciſ. 115. n.4. & 5. par.7.* reſpondit *eadem Rot. deciſ.164. n.4. par.17. rec.*

Non adverſantibus *Cephalo, & Surdo*, aliiſque ſupra in oppoſitum allegatis; iſti enim
38 non fundantur ſimpliciter ſuper Inſtrumentis præſeferentibus de facto allodialitatem, ſive alienationem eorum vigore effectuatam, ſed quod in eiſdem Inſtrumentis fuerit enunciata conſuetudo, ut patet ex eorum lectura, & habetur etiam explicitè per *Gob. d. tract. quæſt.1. num.64.* Tunc etenim mirum non eſt, quod comprobata exiſtat conſuetudo, ex quo non ipſum factum alienationis, ſed enunciativæ conſuetudinis emiſſæ in Inſtrumentis, quandò ſunt antiquæ, & obſervatæ, ipſam probant con-
39 ſuetudinem, iſteque eſt germanus intellectus illius concluſionis, quod conſuetudo probari valeat per ſcripturas, ad firmata, & perpenſa

per

per Scribentes *in l. rectiſſimam*, *C. de Jur. Domin. impetran. Eminentiſs. D. meus de Luc. de Empbyt. diſcurſ.37. n.7.* ubi refert *Rot. cor. Buratt. dec.435. n.8. & 9.*, *& cor. Dunoz. dec.644. n.2. & 3.*, & alibi frequenter.

Certiùs verò, quia ulterius oporteret, quod
40 duæ alienationes ſecutæ forent in præciſis terminis, & circumſtantiis noſtri caſus, nempè invito, & reluctante compræhenſo in Inveſtitura, pròut huic eidem objecto reſpondit *Rip. in d. reſponſ. Fæudal. poſt allegat. Mell. lib.1. n.101.*, *Roland. conſ.53. n.40. lib.1.*, *Malvaſ. conſ.2. n.33.*, *Bertazz. conſ. Civil.74. ſub n.26.*, *Schrader. de Fæud. par.10. ſect.20. n.165.*

Quodque demùm hujuſmodi alienationes
41 ſint in ſe tales, ut neceſſariò concludant, factas fuiſſe ex vi conſuetudinis, videlicet, quod verſentur circa Empbyteuſim antiquam, & inter extraneos inalienabilem; ſecùs autem, ſi percuterent alienationes factas à primo acquirente, ſive inter compræhenſos, aut aliter de Jure, vel ex pacto capaces, ſecundùm ea, quæ egregiè ponderarunt *Nevizan. conſ.9. n.33.*, *Bertazz. d. conſ.73. n.22. & 23.*, *& conſ. ſequen. ſub n.13. verſ. nec etiam*, *Gob. in d. tract. de permiſs. Fæud.*, *& Empbyt. alienat. qu.1. n.66. verſ. Imò quod*, & priùs *ſub num.50. & 51.*, *&*
42 *n.54.*, ubi quod etiam venit conſiderandum, an compræhenſi, & vocati in Inveſtitura ideò fortè non contradixerint alienationi, quia forent hæredes alienantis.

Et quidèm, ſi non ſex requiſita, quæ ad inducendam conſuetudinem pacto, vel Juri contrariam deſiderantur per *Roland. conſ.2. ex n.118. lib.1.*, *Bertazz. d. conſ.73. n.21. &*
43 *ſeqq.*, & alibi milliès; ſaltèm quatuor concurrere debent, quæ fermè redduntur impoſſibilia reſpectu illorum verificationis in hiſcè Inſtrumentis, nempè quod adſint reverà actus poſitivi, quorum vigore allegatur conſuetudo, quod iidem actus fuerint adeò frequentes, ac temporis diuturnitate firmati, ut exindè elici valeat tacitus conſenſus totius, vel majoris partis Populi, apud quem reſidet facultas condendæ, vel deſtruendæ legis, quodque demum, ut præmiſimus, iſti actus geſti fuerint animo inducendi conſuetudinem, ità namque poſt *Mareſcott. var. reſolut. cap.100. ex n.1. lib.2.*, aliòſque quamplurimos videre eſt penès *Rot. deciſ.53. n.5. & 6. par.18. recen.* plenè *Gob. d. quæſt.1. n.50. & 51.*, ubi quod ultimum requiſitum, actus fuiſſe geſtos animo conſuetudinem inducendi, debet præciſè articulari per allegantem, atque cum eo concordant per ipſum citati *Ripa*, *& Burſatus*.

Minùſque obiici valet Sententia, ut præmiſimus, lata de Anno 1649.; ultra enim, quod illa, tanquam pronunciata in alio, & quidem
44 laico Tribunali, non videtur attendenda in Foro, & Tribunali Eccleſiaſtico, alias enim foret illam implicitè exequi abſque eo, quod recognoſcantur Acta, & ejuſdem validitas, & Juſtitia trutinetur, quod nunquam practicari ſolet in magnis Tribunalibus, & præcipue alterius Juriſdictionis, teſte *Eminetiſs. de Luca lib.15. d. Iudic. diſcurſ.40. n.38. & 39.*, *& diſcurſ.77. de Fæud.*, & obſervat *eadem Rot. Romana*, ut in *dec.62. & dec.270. coram Cavaler.*, *& dec.362. n.5. par.13. rec.*

Nihilominùs ſuperabundat reſpondere,
45 quod ad hunc peculiarem effectum minime refragatur Sententia, ſi ſit (ut in præſenti) unica, ad tradita in individuo per *Mart. conſ. 170. n.5. & ſeqq.*, *Menoch. conſ.501. n.38.* ubi quod ſaltem duæ Sententiæ requiruntur *Gratian. diſcept.441. n.24.*, *Conciol. allegat.43. n.31.*, *Staiban. inn. reſolut.98. n.144. & ſeqq.* late *Gob. in ſæpiùs laudata qu.1. n.52. & ſeqq.*, apud quem alii coacervantur requirentes tres,
46 vel quatuor Sententias conformes, quodque Sententiæ latæ ſint in caſu prorsùs individuo, & non habentes ullam excuſationem, propter quam alias ſubſtineri poſſet alienatio.

Magis autem urgeret reſponſio, quoties ſicuti deventum fuit ad Sententiam de præfato Anno 1649., & ſic poſt motum Judicium in hac Cauſa, ità pronunciatum fuit pro conſuetudine ob probationes, quæ non percuterent
47 præciſum tempus noſtræ alienationis, hoc enim inter cætera expoſtulatur, ut conſuetudo vigeat de tempore ſubſecutæ, & controverſæ diſtractionis, ex collectis per *Surd. conſ. 382. n.102.*, *Corbul. de Iur. Empbyt. tit. de cauſ. privation. ob. lin. ſuit. n.32.*, *Mantic. de tacit. lib.22. tit.19. ſub n.33.*, *Adden. ad dec.26. n.9. & 10. par.3. recent.*

Poſtremò denique nullam vim facit conſuetudo, quæ dicitur adeſſe in bonis ab Archiepiſcopali Menſa Florentina receptis; cùm
48 quidquid ſit in terminis puræ interpretationis circa caſum in Jure ſubobſcurum, aut in Jure non deciſum, utique in hac ſtrictiſſima materia conſuetudinis nudum factum reſpicientis abſolutum eſt, quod minime fiat extenſio de perſona ad perſonam, nec de loco ad locum, ex deductis *in dec.217. n.14. & 18. par.17.*, & melius ad rem noſtram *Purpurat. conſ.577. ſub n.9.*, *Menoch. conſ.1.* cum cæteris allatis per *Bonden. collect.15. num.127.*, *Schrader. de Fæud. d. ſect.20. n.166.*, *Mell. allegat.26. n.48. lib.1.*, *& Gob. d. quæſt.1. n.21.*

Iſta itaque ſecundum præſentem Juſtitiam ſufficere videntur ad hoc, ut nimium probabilis exiſtimari poſſit receſſus à Sententiis uſquedùm in hac Cauſa prolatis, & reſpective obtineri expetita in integrum reſtitutio: Sed quando poſſet per viam Teſtium, vel per contrarias ſcripturas aliquo modo coadiuvari negativa iſtius libertatis alienandi, verſaremur
49 extra omnem anſam dubitandi, cùm pro omnimoda deſtructione conſuetudinis nedùm exuberent actus oppoſiti, ſed quod ſolus rumor obſtrepat in contrarium, ex *Juribus vulgatis*, fruſtraque ideircò tranſcribendis.

NUL-

## NULLIUS, SEU' CALAGURITANA QUARTÆ FUNERALIS DE NAXERA.

*Veneris 13. Junii 1698.*

## ARGUMENTUM.

Aggravatoria relaxatur contrà contumaces in parendo mandatis Rotalibus, maximè poſt Declaratoriam. Oblatio verbalis de parendo non ſufficit, quando factum requiritur: Cenſuræ in ſubſidium tantùm, & deficientibus aliis remediis, ſunt exercendæ. Conſors litis tàm in recurſibus ad Judices Laicos, quàm in materia attentatorum, tenetur pro alio Conſortæ: Impedimenta præſtita pro extractione ſcripturarum, cenſentur provenire ab eo, qui habet intereſſe, etiamſi ſub alterius nomine fiant. Litteræ hortatoriæ Judicis diverſi Territorii debent exequi.

## SUMMARIUM.

1 *Aggravatoria relaxatur contrà detrectantes parere Mandatis Rotalibus non obſtante Declaratoria eis formitèr intimata.*
2 *Pæna debet augeri ad menſuram contumaciæ.*
3 *Oblatio verbalis parendi non ſufficit, ubi paritio requirit factum poſitivum.*
*Et in hoc caſu eo ipſo conſtare dicitur de non paritione, quoties non docetur de implemento facti, quod erat implendum pro effectu ipſius paritionis, num.4.*
5 *Illiquiditas ſummæ non excuſat à paritione, niſi præcedat depoſitum alicujus etiam tenuis quantitatis cum obligatione ſupplendi quidquid fuerit judicatum, & n.6.*
7 *Exceptio requirens altiorem indaginem non eſt apta retardore executionem rei judicatæ.*
8 *Exceptio deductionis Congruæ, tamquàm expetendæ in ſeparato Judicio, non retardat executionem rei judicatæ:*
9 *Congrua Clerici Beneficiati, vel alterius perſona in Sacerdotali gradu conſtitutæ, qua ratione fuerit à Jure introducta, & num.10.*
11 *Paupertas, & impotentia aliundè vivendi probari debet plenè, & concludentèr à Clerico inſtante pro aſſignatione Congruæ.*
12 *Sacerdos nemo ordinari debet, niſi exiſtat proviſus de congrua ſubſtentatione.*
13 *Cenſuræ nonniſi in ſubſidium, ac deficientibus aliis remediis ſunt relaxandæ.*
14 *Cenſuræ non ſunt relaxandæ contrà Correum in ſolidum obligatum, donec extat ſpes, quod ſatisfactio reportari valeat ab altero coobligato.*
15 *Unus ex pluribus recurrentibus ad Judices Laicos non evitat Cenſuras, ſi, inquantum in ſe eſt, recurſui renunciet, niſi etiam omninò curet, quod & idipſum faciant ſui Conſocii.*
16 *Attentata commiſſa à pluribus litis Conſortibus ſunt ab omnibus purganda mediante repoſitione in priſtinum, adeòut non ſufficiat renunciatio proprio nomine facta ab uno ex attentantibus.*
17 *De litteris hortatoriis practicari ſolitis inter Judices, & Tribunalia diverſi dominii, remiſſivè.*
18 *Probationes habentur pro ritè, ac legitimè factis in odium alterius Partis illas impedientis.*
19 *Impedimentum præſtitum executioni litterarum Compulſorialium proveniſſe præſumitur à Collitigante, cujus fortè intererat, ne Jura compulſarentur, & n.30.*
*Limita, quandò datur ſumus, quod impedimentum potuerit provenire ex parte aliorum intereſſe habentium, num.20.*
*Declara, limitationem procedere, quando agitur de infligendis Cenſuris ex cauſa impedimentoram, & recurſum, ſecùs quoad alios effectus, num.21.*
22 *Impedimenta ab initio Cauſa præſtita per Reum conventum, ne Actor poſſet ſua Jura experiri, faciunt præſumere, quod & impedimenta poſtmodùm ſuperventa ab ipſo provenerint.*
23 *Præſumptio mali juris, & Conſcientiæ læſæ reſultat contrà eum, qui ſe opponit relaxationi litterarum Monitorialium.*
24 *Habent præſumotionem Juris contrà ſe gravatur onere probandi contrarium.*
25 *Impedimentum præſtitum examini Teſtium operatur, quod in ejus odium deferatur informibus, & extrajudicialibus Atteſtationibus.*
26 *Prima depoſitio Teſtis attenditur, non autem ſecunda, licèt jurata, & in Tormentis ratificata.*
27 *Epiſtola miſſiva plenè probat contrà Scribentem.*
28 *Epiſtola reſponſiva identificat, ſeù ſupponit aliam præcedentem.*
29 *Recognitio Epiſtolarum miſſivaram ſufficit, ut fiat per Teſtes habentes notam manum Scribentis.*
31 *Notarius non tenetur contrà ſe edere Prothocollum ad detegendam falſitatem alicujus Inſtrumenti, quæ ab eo prætendatur commiſſa.*
32 *Notarius debet conſervare Prothocolla, & illorum copiam exhibere Partibus intereſſe habentibus.*
33 *Copia extracta ab originali ad hoc, ut probet, quid requiratur in actu exemplationis, remiſſivè.*
34 *Pena falſi infligitur Notario deneganti exhibere Prothocollum.*

35 *In-*

35 *Inſtrumentum non probat, niſi inter Contrahentes, non autem contrà Tertium.*

36 *Judex non procedit ad executionem Sententiæ latæ in alieno Territorio, niſi viſis Actis, Partibus auditis, ac deguſtata juſtitia.*

37 *Judex requiſitus citat Partem ad opponendum, priuſquàm exequatur litteras hortatorias.*

38 *Statutum Florentiæ prohibet ſub pęna rebellionis, ne aliquis ex litigantibus compareat apud extera Tribunalia poſt Cauſam legitimè introductam in Curia Florentina.*

39 *Fori competentia ratione rei ſitæ quandò, & in quibus caſibus locum habeat.*

40 *Judex unius Territorii ſolet exequi amicabilitèr litteras hortatorias Judicis alterius Territorii.*

## DECISIO LI.

NEglectis hodiè tanquàm frivolis excuſationibus, quæ pro parte Cappellanorum Eccleſiæ S. Crucis ad colorandam debitam de cætero venerationem, & paritionem litteris Apoſtolicis noſtri Tribunalis adducebatur, neceſſarium duxerunt Domini proſequendo normam SS. Canonum, & ſignantèr ordinationis ſtatutæ in Generali Lateranenſi Concilio per Innocentium III., ac relatæ *in Cap. Quoniàm, de Offic. Iud. Ordin.* præfatos Cappellanos, jàm mediante Declaratoria excommunicationis mucrone percuſſos, & adhùc pertinaces, ac minimè reſipi-
1 ſcentes, ab omni miniſterio Eccleſiaſtico deponere per Mandatum, ſeù litteras, quas nuncupant Aggravatorias, ut poſt *Text. in Cap. Ex tua, § fin. de Cleric. non reſid., & in cap. Paſtoralis §. Nos itaquè de Appell.* notavit *Vbert. de mod. citan. par. 5. form. 1. verſ. aggravet*, & latiùs *formul. 7. per tot.*, & antè eum *Marcheſan. de Commiſſ. par. 1. cap. 5. num. 122. & ſeqq. fol. 215.*, & frequenter reſpondit *Rot.*, ut apud *Rembold. deciſ. 437. num. 1., & deciſ. 196. per tot. cor. Sa. me. Alex. VIII.*, *in Chelmen. Decimarum 1. Iulii 1676. coram bon. mem. Emerix Iun.*; *& in Nullius, ſeù Converſanen. Aggrauatoriæ 14.* Martii *1696. coram Eodem*;
2 ubi namque contumacia creſcit, augeri debet & pœna, ſicuti ſancivêre etiam Imperatores *in l. relegati ad fin. ff. de pen., & in l. quicumque in princip. C. de ſerv. fugit.*, & dixit *Rot. deciſ. 241. num. 1. & ſeqq. par. 10. rec., & deciſ. 385. num. 1. cor. Card. Cerr.*

Et ſanè cum vigore litterarum Executorialium debuiſſent (ut par erat) præfati Cappellani incontinenti, & effectivè conſignare Abbati Regalis Monaſterii S. Mariæ de Naxera Quartam Funeralem de iis, qui Sepulturam obtinent, vel eligunt in Eccleſia S. Crucis unà cum dimidia oblationum, nec non tertia parte Decimarum, aliiſque emolumentis conſiſtentibus in hordeo, Avena, Annumeratis *Deciſionibus Card. Vbaldi 53. 67. & 77.*, & in aliis ſubſequentibus tàm *cor. bo. me. Emerix* in gradu reſtitutionis in integrum *ſub diebus 31. Ianuarii, & 23. Iunii 1692., & 13. Februarii 1693.*, quàm occaſione Declaratoriæ *cor. bo. mem. Benicaſa ſub præfatis diebus 11. Ianuarii 1692., & 13. Februarii 1693.*

Conſtitit, quod hujuſmodi Cappellani poſt triennalem impugnationem, & vexationem reſpectivè ab eiſdem inflictam Abbati apud Regia Tribunalia, attamen in illis quoque deguſtata reclamantium tergiverſatione, ac injuſtitia, omne aliud proindè deſperantes remedium, polliciti quidem ſunt dimittere erga Abbatem præfatos fructus, & emolumenta ad formam litterarum Executorialium, & de facto (licèt perperam) abſente Abbate in manu Prioris dimisêre Claves Horreorum; Verum quia inſimul proteſtabantur intendere Congruam deducere ex eiſdem fructibus, & emolumentis, verbo in ſubſtantia tenùs tantummodò dimiſſis, in caſu contrario appellantes ad S. Sedem, viſum idcircò fuit Abbati Claves retrocedere, ac reſtituere, ac rurſùs apud Dominos promovere quærelam retardatæ executionis, cavè juremerito remanſit exaudita per hodiè decretas litteras Aggravatorias, ut ſuprà, quia ad effectum ob-
3 temperandi mandatis Superiorum non ſufficit verbalis, & captioſa pollicitatio, vel factum inutile, ſed opus eſt cum effectu conſignare, & tradere, quod tradendum erat, ſola namque paſſiva patientia, & vocalis pollicitatio non ſufficit, quando oportet facta, & non verba adhibere, ut paſſim in his terminis dictum fuit, & ſignantèr *in deciſ. 303. num. 4. & ſeqq. par. 6. recen., deciſ. 181. num. 1. apud Poſth. de manut., deciſ. 56. num. 2. cum 2. ſeqq. cor. Celſ., deciſ. 117. num. 2. & 3. coram Zarat., in Cracovien. Bonorum* 8. *Martii* 1697. *§. Nec juvit, & ſeqq. coram Reverendiſſimo D. meo Decano, & in Alerien. Expenſarum* 10. Martii *proximè præteriti §. Nec excuſari, coram R. P. D. meo Caprara.*

Debebant ſiquidem Cappellani, qui in noſtro Auditorio ſubiverant condemnationem tàm circa fructus, & emolumenta præterita, quàm circa fructus, & emolumenta in poſterum decurrenda, incipere à conſignatione fructuum, & emolumentorum decurſorum,
4 eoque ipſo, quod in præſenti de tali effectiva conſignatione non apparebat, dicebatur è converſo ſufficientiſſimè conſtare de non facto, ſeù de non ſecuta paritione, ut dixit *Rot. deciſ. 193. n. 6. penes Poſth. de Manut., deciſ. 582. coram Vbald., & coram Arguell. deciſ. 3. & deciſ. 94.* in omnibus *num. 2., & deciſ. 92. num. 3. & ſeqq. par. 17. rec.*

In nihilo relevante excuſatione, quod impoſſibilis foret traditio fructuum decurſorum,

rum, vel quia reperiebantur conſumpti, vel quia non erant ad liquiditatem redacti: Quoniam volentibus (ut par eſt) obedire, paratæ ſunt viæ ſatisfaciendi in utrumque caſum conſumptionis, & illiquiditatis, refundendo ſcilicet tantundem pro conſumptis, ac pro illiquidis deponendo aliquam ſummam quan-
5 tùmvis minimam, addita legitima obligatione ſolvendi quidquid poſtmodùm coram Judice fuerit liquidatum, ut habemus in omni materia, quæ ſecumferat illiquiditatem, etiam de ſtylo, & praxi, ex trad. per *Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 13. num. 615.*, *Rot. deciſ. 173. num. 1. par. 18.*, & in propoſito ne-
6 ceſſitatis faciendi ſimilem obligationem in ſpecie Declaratoriæ, ſeù Aggravatoriæ pluries expreſſit *Rot.*, & præcipuè *in dicta deciſ. 121. num. 2.*, *& dicta deciſ. 193. num. 7. in fin. apud Poſth. de manut.*, *deciſ. 532. ex num. 4. uſquè ad fin. coram Dunozett. Iun.*, *& deciſ. 136. num. 11. & 12. par. 19. recent.*, *& deciſ. 736. num. 2. cum duob. ſeqq. coram Card. Cerro.*

At major pertinacia in non parendo præfulsit ex oppoſitione deductionis Congruæ, quæ veluti percutiens præterita, & futura, poterat executionem offuſcare, vel eamdem ad tempus protrahere remotiſſimum, in manifeſtam ſupplantationem moderni Abbatis, quandò conſimilis exceptio, utpotè de ſui na-
7 tura altiorem expoſcens indaginem, non eſt apta poſt rem judicatam retardare litterarum Executorialium executionem, ut reſpondit *Rot. coram Mohedan. deciſ. 1. num. 2. de ſolut.*, *& deciſ. 418. num. 9 coram Rembold.* Cappellani namque, ſi quid Juris habuiſſent ſuper hujuſcemodi deductione Congruæ, tenebantur
8 priùs parere reverentèr litteris Apoſtolicis, & deinceps in ſeparato Judicio quatenùs de Jure inſtare pro ejuſdem Congruæ ſeparatione, ſive aſſignatione, ut proſequitur *eadem Rot. deciſ. 134. num. 9. 10. & 11. coram San. mem. Alex. VIII.*, *& deciſ. 37. num. 5. cum duobus ſeqq. par. 18. rec.*

Certius, quia incongrua reverà ſecundùm præſentem Juſtitiam apparebat hæc Congrua:
9 cùm enim illius ſubductio per Eccleſiaſtica, ac per Pontificia Jura in ſuis reſpectivè caſibus merito tribuatur, nè ſcilicet vituperetur Sacerdotale Miniſterium per contumelioſam mendicitatem, ut propriè eſt *Text. in Cap. Odoardus, de ſolut.*; vel nè Sacerdoti in
10 peculiari Officio Miniſtranti, & Altari inſervienti ſubſtentatio auferatur de ipſo Altari, unde non liceat claudere os Bovi trituranti, ut habetur in altero *Text in Cap. Cùm ſecundum Apoſtolum 16. de Præbend.*, *& Dignit.*; talis profectò neceſſitas uſquedùm nullo modo probabatur in facto, nempe quod tres ex partibus Quartæ Funeralis, & duæ de cæteris emolumentis commodo Cappellanorum remanentes, ſatisfacto Abbate de reſiduo,
11 ſatis non eſſent pro congrua eorumdem Cappellanorum ſubſtentatione, prout oſtendere neceſſe erat, ex adductis per *Scavvarol. de viſit. Carcer. lib. 3. §. 9. cap. 3. num. 11. & 12.*, *Rot. coram Rembold. dicta deciſ. 411. num. 4.*, *& in rec. dec. 207. n. 12. cum duob. ſeqq. par. 15.*, *& dicta deciſ. 374. ex num. 11. uſquè ad fin. par. 18.*, *& deciſ. 438. num. 8. coram Card. Cerro.*

Quinimò aliundè etiam hujuſmodi mendicitas, & inſufficientia ad congruam vitæ ſubſtentationem reddebatur improbabilis, & inveriſimilis ex geminis circumſtantiis, altera, quod Cappellaniæ hujuſmodi tanquam Regiæ, & ſic à Regia dotatæ, ac ditatæ munificentia, pingues obtinent redditus, *Summario Reſponſionis Abbatis num. 3.* Et altera, quod cùm nonniſi actuales Sacerdotes ad haſcè promoveantur Cappellanias, certum proindè efficiebatur, quod omnes Cappellani, ſeù Beneficiati jam citra redditus ipſarum Cappellaniarum ex poſt conquiſitos, proviſi eſſent de honeſta, & congrua ſubſtentatione, ex quo alias Sacroſancti Concilii Tridentini cenſura
12 vetat, quempiam ad Sacerdotium aſcendere, qui ſufficienti ad mentem ejuſdem Concilii Congrua proviſus non exiſtat, quemadmodùm præcisè cavetur *in ſeſſ. 21. de Reform. cap. 2.*, & tradunt *Vulp. in prax. for. Eccleſ. cap. 7. num. 4. & ſeqq.*, *Antonell. de regim. Eccleſ. lib. 2. cap. 2. à princ.*, & paſſim alii.

Et ità reſolutum de Jure fuit; Sed ex ſolita Eccleſiæ, ac Tribunalis benignitate demandarunt Domini præfixionem termini duorum Menſium à die intimationis faciendæ in Partibus, ut ità Cappellani rursùs excitati, & communiti valerent tandem mediante perfecta paritione ab eorum obduratione reſipiſcere, utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

PRæfixo, ut habetur in calce ſupradictæ Deciſionis, novo termino ad parendum Rotalibus mandatis, Beneficiati, ſeù Cappellani Eccleſiæ Sanctæ Crucis æquiori animo novam exhibuère paritionem, quæ ſatisfecit Tribunali, ut habebitur in ſucceſſiva Deciſione edita inter eaſdem Partes de ſubſequenti Anno.

Interim vero ad materiam poterunt nonnulla annotari, & ſignanter, quod cum *Sac. Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. de Regular. cap. 3.* ſtrictè animadvertat, quod Excommunicationis gladius ſobrie, magnaque circumſpectione ſit exercendus, Rota quotieſcumque poteſt obtinere obedientiam in alienis Principatibus, ſive extra Statum Eccleſiaſticum per diſtrictionem perſonarum, aut rerum juxta formam litterarum Apoſtolicarum, provide non minùs, quam pie abſtinet à fulminatione Cenſurarum, vel Aggravatoriarum, quæ ſunt ſequela declaratæ Excommunica-

nicationis, cum in ſubſidium tantummodò
13 adhibendæ veniant Cenſuræ, aliave Spiritualia remedia, & ita in Partibus Germaniæ animadverſum, & practicatum fuit in una *Monaſterien. Matrimonii 5. Iunii 1699. cor. R. P. D. Caprara*. Quinimò retenta hac theorica, quod Cenſuræ ſint in ſubſidium tantummodò evaginandæ, firmatum fuit in una *Mediolanen. Aſſictus 29. Martii 1596. coram Orano*, quod
14 ubi reperiantur duo inſolidum obligati, nequeat etiam in ſubſidium deveniri ad relaxationem Cenſurarum in vim obligationis Cameralis contrà unum, quando contra alterum Conſocium poteſt expleri Executorialis, vel perſonalis ſatisfactoria, ut liquet ex prædicta *deciſ. impreſſ. poſt Conſtantin. ad Statut. Vrb. deciſ. 32. num. 8. & 9.*

Itidem à contrario, quia gravius inſoleſcit delictum retardatæ paritionis, quando ſuccumbens (vice obtemperandi) contra Sanctiones ipſius Eccleſiæ abutitur recurſu ad ſæculares Poteſtates, ſæpius declaravit, quod ubi liqueat, plures Collitigantes extitiſſe ſocios in faciendo hujuſmodi recurſu, procurandove impedimento paritioni ſuorum Mandatorum, ſive Executorialium, ſatis non exi-
15 ſtat, quod aliquis etiam ampliſſime renunciet huic impedimento, & recurſui, niſi, ut quemadmodum cooperatus eſt in malo, cooperetur etiam in bonum, Conſocius in effectu ſinat, & faciat ex ſolo ſuo poſſe, quod Rotalia Judicata demandentur executioni, uti præ cæteris dictum fuit poſt *Rot. deciſ. 446. n. 11. coram Buratt. deciſ. 773. n. 13. par. 6., deciſ. 578. num. 4. coram Dunoz. Iun., in Savonen. Alimentorum, ſeù Cenſurarum 12. Ianuarii 1703. §. final. coram R. P. D. Kaunitz*, licet in eadem Cauſa circa conſiſtentia in facto ſuper hac complicitate, ſeù Conſortio rursùs nova pendeat Audientia.

Idque ad exemplum attentatorum, in qui-
16 bus non ſufficit Conſorti inſimul attentanti pro parte ſua offerre reparationem, & repoſitionem rerum in priſtinum, ſed oportet, quod efficaciter operetur, ut etiam ab ejus Conſociis inſimul attentantibus cuncta reponantur in priſtinum, alias namque aperiretur via nimis lata fraudibus, & oppreſſioni Juſtitiæ, quemadmodum pariter reſpondit *Rota in dicta Savonen. Cenſurarum dicto §. final. coram R. P. D. Kaunitz*.

Habui non longe a præmiſſis fungens in praxi munere Advocationis caſum, in quo Senator Florentinus *de Zatis* intendens compulſare Panormi quædam Jura facientia ad illius intentum, reperiit obſtaculum Regiorum Officialium tradere recuſantium nonnulla Acta, ſive Proceſſus; cumque non appareret de cauſa hujus reluctantiæ, quando fuerant per aſſuetas litteras hortatorias huma-
17 niſſime requiſiti, juxta illam viciſſitudinariam manum adiutricem, quam ſibi mutuo impartiuntur Tribunalia diverſi Dominii, ut apud *Cancer. variar. reſolut. par. 2. cap. 15. tit. de litter. requiſitor., Zipæ. de Iuriſdict. lib. 2. cap. 11., Tondut. de prævent. par. 2. cap. 60., Parrex. de Inſtrum. edit. tit. 2. reſol. 9., Card. de Luc. de Iuriſdict. deciſ. 98. num. 16.*; cæpit proindè prætendere Senator, quod hoc impedimentum proveniret ab ejus in Cauſa Adverſariis, ideoque inſtetit pro judiciali declaratione, quod præmiſſa Jura, quorum ſimpliciſſimam copiam exhibebat, habenda forent pro rite, & legitime compulſatis, ſicuti obtinuit ſecundum ea, quæ reſpondens quibuſdam Dubitationibus à Judice excitatis promovebam, ut ſequitur.

Pro faciliori reſolutione Dubitationum, quas Judex in hac Cauſa enuncleavit, conſtituenda venit in primis regula indubitata, ac in eiſdem Dubitationibus admiſſa, quod Jura noſtra adeò abhorrent probationes anguſtiari, ac ex illicitis Partium recurſibus, &
18 ſubterfugiis impediri, ut in odium ejuſdem Partis impedientis probationes omnes, quæ fieri curabantur, habeantur pro vere, & legitime factis, ſive agatur (ut ad præſens) de exhibitione Actorum, eorumque confrontatione, ſive de Teſtibus examinandis, ac denique de Proceſſu remiſſoriali, vel compulſoriali fabricando, juxta Theoricam *Bart. in l. publicari num. 8. C. de teſtam., Felin. in Cap. Quoniàm frequentèr num. 7. ut lit. non conteſt., Iaſ. in Authent. ſi quis in aliquo col. 4. in 7. fallent. C. de eden., Dec. conſ. 36. ſub n. 2. verſ. ſed ratio, Farinacc. conſ. 26. num. 8., Rot. coram Ludoviſ. deciſ. 327. n. 10.*, & in puncto litterarum Compulſorialium optime *Spad. conſ. 189. num. 1. verſ. ſi quarta verò, & num. 2. lib. 2., Rot. in Civitaten. Scholaſteriæ, & Canonicatus 24. Martii 1597. coram Pamphilio impreſſa apud Garz. de Benefic. par. 6. cap. 2. num. 187. col. 3. verſ. quò ſit*, alias *fol. 629. col. 1.*

Poſita itaque baſe iſtius ſolidiſſimi fundamenti, punctus ſtat, an in caſu, de quo agitur, appareat, illos de Barducciis, & Rondinellis præſtitiſſe impedimenta, quominus Curia Panormitana permiſerit executioni demandari litteras Compulſoriales, & Remiſſoriales Almæ Rotæ Florentinæ, quoties enim dignoſcetur ex infra firmandis, præfatam recuſationem, cauſaſque in eadem expreſſas nullo fundamento fulcitas eſſe, adeout impedimentum fuerit de facto, & non de Jure, inſurgit etiam altera propoſitio pariter recepta, & canonizata, quod hujuſmodi injuſtæ recuſationes, & impedimenta de facto ſecuta cenſeantur interveniſſe ex culpa, & inſtigatione illius Partis, cui intererat, ne veritas pateſieret, & Jura compulſarentur, ut per Doctrinam *Bartol. in l. fin. num. 5. verſ. item quod illa res, ff. de quæſt.* firmavit *Campeg. de Teſtib. regul. 394. verſ. 6. ille præſumitur*, bene *Rot. coram Buratt. deciſ. 335. num. 3., & deciſ. 203. num. 11.*

*num. 11. par. 16. recen.*, & proſequitur in individuo *eadem Rot. in dicta Civitaten. Scholaſteriæ apud Garz. ubi ſuprà fol. 6. 9. col. 2. verſ. quæ proviſiones præſumuntur obtentæ &c.*

Neque his obeſſe valet, quod hujuſmodi præſumptio reddatur æquivoca, proindeque
30 ad hunc effectum inefficax, ex quo non deſint alii habentes intereſſe in Prothocollo, qui, præſcindendo ab inſtigationibus Partis, potuerint iſtam recuſationem, & impedimentum producere, ad tradita per *Gregor. deciſ. 96. num. 2 & 3.*, *Merlin. deciſ. 179. num. 4. & 5.*

Quoniam præter egregias reſponſiones jam datas ab aliis DD. in hac Cauſa ſcribentibus, & omittendo pro nunc oculariter oſtendere, quod nemo reverâ ſomniari poteſt intereſſatus (ut infra) ad cauſandam iſtam reluctantiam, prout contingebat in caſu *Ludoviſii*, & *Merlini*, in quo impedimentum poterat proceſſiſſe ex facto alterius, ac majoris intereſſati, nempe Marchionis de Saluz præſentantis ad illud Beneficium; hic profectò placeat animadvertere ad ponderationem in ſuis terminis veriſſimam, & præcipue noſtris adaptabilem, nempe quod prælatæ *deciſiones* loquuntur ad effectum longe diverſum, & extraneum a præſenti, non ſolum enim pertractant de recurſu ad Judices Laicos, *Doctrinæ* autem omnes ſuperius ex hac Parte recenſitæ agunt de materia in differenti, & extra recurſum ad Judices ſæculares, ac præſumpta inſtigationes referenda ad habentem deſuper intereſſe, verùm etiam *Ludoviſius*, & *Merlinus* articulum examinarunt ad alterum effectum pœnaliſſimum, ſcilicèt Cenſurarum, quæ ſecundum Sacros Canones, & Bullam in Cœna Domini adverſus recurrentes ad abuſum ſæcularis Poteſtatis infliguntur: nos verò non
31 tractamus de Anima illaqueanda, ſed de re mere temporali, circa quam concordant omnes, ut ſupra, præſumptionem impedimenti ut ſupra, præſumptionem impedimenti referendam fore habenti clarum, & incontrovertibile intereſſe, ideoque nil mirum, ſi prædictæ *deciſiones* noluerint admittere eamdem præſumptionem, cùm in materia gravis præjudicii, quale in propoſito reputatur incurſus in Cenſuras, requirantur probationes concludentes, prout diſtinguendo inter infligendam declaratoriam Excommunicationis, & denegandam audientiam reſpectu temporalis intereſſe uno ore obſervarunt *Ubert. de Citat. cap. 4. num. 19.*, *Card. de Luca de Iudic. diſc. 19. num. 7.*, *Adden. ad Pamphil. deciſ. 107. num. 10.*, *Rot. deciſ. 751. num. 3. par. 2. recen.*, & *deciſ. 337. num. 7. apud Poſth. de manut.*, & *coram Coccin. deciſ. 1223. num. 5. & dec. 2322. num. 7.*, *Bich. deciſ. 195. num. 17. deciſ. 282. num. 21.*, & *deciſ. 641. num. 1.*, *Zarat. deciſ. 105. num. 6. & 7.*, *Priol. deciſ. 5. num. 3. & 4.* & alibi paſſim.

Magis autem attento, quod evidentiſſimè conſtat, eoſdem de Barducciis, & Rondinellis acriter ab initio ſeſe oppoſuiſſe uſque post duas conformes Rotales expeditioni litterarum Executorialium, & Compulſorialium, quando tritum eſt, eaſdem, nè probationes anguſtientur, retardari non poſſe, nec debe-
32 re; unde ex hac primordiali obſtinatione, & contradictione nimium roboratur, & incaleſcit eadem præſumptio, quod agnoſcentes damnum, quod ex compulſatione illis reſultare potuiſſet, inſtigaverint Officiales Panormitanos, ad hoc, ut ſub fucoſo prætextu Juriſdictionis denegarent præfatis litteris executionem, ut in individuo notavit *Baratt. d. deciſ. 335. num. 3. verſ. tùm ex actu præteritæ contradictionis*.

Atque hinc in valde proximis tradiderunt *Scribentes*, quod omnis præſumptio mali Ju-
33 ris, & Conſcientiæ læſæ facienda veniat adverſus illos, qui relaxationi Monitorialium nunquam denegari ſolitarum ſeſe oppoſuerunt, ex collectis per *Cravett. conſ. 181. num. 6.*, *Giurb. deciſ. 94. num. 19.*, *Genuen. in prax. cap. 1. num. 15.*, *Ricc.* paritèr *in prax. For. Eccleſ. reſolut. 234. per tot.*, quos refert, & ſequitur *Caren. reſol. 7. num. 1. & 2.*, & concordant *Lazar. de Monitor. ſect. 3. quæſt. 12. ſub num. 13.*, *Baron. de Citat tom. 2. in addit. ad quæſt. 16. numer. 113.*, *Barbat. de Fideicommiſſ. par. 1. cap. 5. num. 54.*

Cæterum licet iſta in nudo Juris articulo ſuperabundarent, nihilominùs non indigemus immorari ſuper meris præſumptionibus, dum habemus tot adminicula, circumſtantias, & probationes, ut rem undique ponant in claris, & tamen teneretur Pars Adverſa edocere de contrario, ac ad evidentiam demonſtrare, quod impedimentum aliunde provenerit, quodque reverâ, & per Juridica fundamenta Promotor Fiſcalis negativam executionis litterarum obtinuerit, cùm iſte ſit
34 potiſſimus effectus præſumptionis in Jure fundatæ, ut in alium transfundat onus oſtendendi contrarium, ad *Text. in Cap. Quia veriſimile, de præſumpt.* cum concord. per *Menoch. lib. 1. præſumpt. 4. num. 3.*, *Rot. dec. 353. num. 84. par. 5.*, & *deciſ. 333. num. 8. & 9. par. 11. rec.*

Tantum vero abeſt, quod Pars contrarium probet, quinimo ex hac Parte juſtificatum fuit, mediante Teſtium examine, quod impedimenta fuerunt ab illis de Barducciis, & Rondinellis actualiter procurata, eoſdemque Fiſcum, & alios Regios Miniſtros inſtigaviſſe, undè ad illorum inſtantiam moti fuerunt ad opponendum admiſſioni litterarum; & licèt prædicti Teſtes non ſint, citata Parte, formiter examinati, attamen regula eſt vulgatiſſi-
35 ma, quod in odium impedientis ſtatur ſimplicibus fidibus, ac Teſtibus nulliter examinatis, *quia ſi Pars fuiſſet citata, præſtitiſſet impedimentum per recurſum ad Curiam Regiam, ſicuti fecit ad impediendam executionem Compulſorialium*, ut per hæc præciſa verba, non in terminis

minis recurſus ad Judices ſæculares in Cauſis
Eccleſiæ, ſed in ſolo impedimento, quominus
Jura compulſarentur in Foro ſæculari, reſpon-
dit *Spad. conſ. 189. num. 5. verſ. non obſtat lib. 2.*,
& admiſit etiam *Rot. dec. 203. num. 13. par. 16.
recen.*

Non obſtante, quod Marcus Peregrinus, &
Dominicus Aurello, duo ex præfatis Teſtibus,
poſtmodum affirmaverint oppoſitum; quia
quidquid ſit, an præfatus Marcus, & Domi-
nicus ſint illimet, qui favore eorum de Zatis
depoſuerunt, certum eſt, quod non ſolum ex
hoc non enervatur fides, & depoſitio aliorum
Teſtium de per ſe ſufficientium, verum ne-
26 que per hanc ſecundam depoſitionem infracta
potuit remanere prima, cui ſemper ſtatur,
etiamſi ſecunda ſit jurata, & etiamſi ſecundam
Teſtis ratificaverit in tormentis, ut poſt *Inno-
cent. in cap. præterea, de Teſtibus cogen.*, *Fari-
nacc. eodem tract. quæſt. 66. num. 124. & ſeqq.*,
*Rot. deciſ. 346. num. 2. par. 1. diverſ. & in recen.
deciſ. 167. num. 10. par. 1., & deciſ. 413. ſub n. 3.
par. 2.*, *Buratt. deciſ. 176. num. 4.*, *ibiquè Adden.
num. 7*, *et deciſ. 58. num. 38. coram Eminentiſſi-
mo Ottbob.*

At quid plura? dum ad patefaciendam hanc
veritatem prodierunt in Scenam geminæ Epi-
ſtolæ, una ſcilicet Petri de Barducciis Americo
Fratri directa, & altera ejuſdem reſponſi-
va, quæ profectò non poſſunt eſſe magis claræ,
neque magis oſtendere requiſitionem factam,
ut clàm, & ſub occulto procurarentur impe-
dimenta, proùt de facto ſecuta fuiſſe germa-
nus Frater reſpondit, ideòque luce meridiana
27 clariorem emergere probationem adverſùs
ſcribentem, in puncto Epiſtolæ per Fratrem
alteri Fratri conſcriptæ dixit *Rot. cor. Coccin.
dec. 2214. num. 7.*, ubi plures cumulat con-
cordantes.

Neque turbat obiecta oppoſitio recognitio-
28 nis minùs legitimæ; quia præterquàm Epiſto-
la reſponſiva (quæ præcedentem perneceſſe
qualificat, explanat, & identificat, ut ait
*d. c. 64. num. 8. par. 6. rec.*) formitèr citata Par-
te, ejuſque Procuratore intereſſente apparet
29 recognita; exuberat ſemper ſtylus inconcuſ-
ſus etiam reſpectu alterius deveniendi ad re-
cognitionem per Teſtes habentes notam ma-
num, ad ea quæ in ſpecie Epiſtolarum teſta-
tur *Veſtr. in prax. lib. 6. cap. 1. num. 8. verſ. ni-
hilominùs*, *Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 2. nu.
138. et ſeqq.*, *Bald. conſ. 198. lib. 1.*, *Pariſ. conſ.
99. num. 22. lib. 3.*, *Scacc. de Iudic. lib. 2. cap.
11. num. 971.*, *Theſaur. Inn. quæſt. for. lib. 1.
quæſt. 4. num. 22.*, *Buratt. deciſ. 582. num. 5.*
*Bich. deciſ. 501. num. 1.*, *R. P. D. meus de Luca
lib. 15. de Iudic. diſc. 29. num. 37.*

Cùm itaquè veritas iſta ſatis, ſuperque pal-
petur, eam nullo modo deſtruit Atteſta-
tio Curiæ Panormitanæ; ultrà enim, quod
fortè non eſſet os ponere in Cœlum, ſi quis
diceret quod eodem modo, quo potuit Pars
eamdem Curiam inſtigando inducere ad inju-
ſtam recuſationem exequendi litteras hortato-
rias, ità valuerit conſimilem fidem extorque-
re; adhuc tamen ceſſat amaritudo, benignè
reflectendo, quod præfata Atteſtatio benè com-
patitur cum effectu, & realitate inſtigationis
ſtat enim ſimul, quod illi de Barduccijs, &
Rondinellis nec de per ſe, nec mediante Pro-
curatore comparuerint in Curia, & id eſt,
quod dicunt præfatæ Atteſtationes, & tamen
Fiſcum, alioſque Miniſtros ſecretè inſtigave-
rint, & extra Curiam, vel mediante alterius
opera per quamdam ſpeciem ſocietatis occul-
tæ huiuſmodi defentionem, copiam impedien-
do, ſubtraxerint, ut colligitur ex eadem Epi-
ſtola Petri, in qua commendatur, & iſiſtitur
in hac ſecreta operatione, & ad rem præmo-
nuit *Summus Pontifex Innocentius III. in cap.
conſtitutis, il primo, §. Si quis autem, verſ. quia
veriſimile, de Teſtibus*, cum quo concordat
*Barboſ. ibidem in collect. num. 3.* *Cyriac. contr.
226. num. 76.*

Et ex his profectò non opporteret deſcende-
re ad demonſtrandum, quod nulla in rei ve-
ritate concurrit ratio, propter quam Curia Pa-
normitana denegare debuiſſe executioni de-
mandare litteras derogatorias, quodque nemo
adeſſe potuit ad hunc effectum intereſſatus;
quoniam poſita comprobatione inſtigationis,
de qua ucuſquè edocuimus, impedimenta om-
nia ſub palliamento Regiæ Juriſdictionis, &
30 Fiſci exercita imputantur Partibus, quę de
facto per eorum recurſum, & inſtigationem
tribuerunt anſam eidem Fiſco colorandi ex
conſueto capite Jurisdictionis eorumdem Mi-
niſtrorum renitentiam, ut perpetuo neglecta
huiuſmodi excuſatione, & palliamento tenuit
*Rot. cor. Buratt. deciſ. 632. num. 3. 4. et 5.*, *Ca-
ualer. deciſ. 372. num. 3.*, *Bich. deciſ. 282. num.
20. et 21.*, *Celſ. deciſ. 49. num. 5.*

Et quamuis poſtremę illę *deciciones* loquan-
tur in terminis recurſus ad Iudicem *Laicos*,
à quibus, ut advertunt exhibitæ Dubitationes,
non videtur inferri poſſe ad caſum noſtrum,
ex quo nulla admittitur in hiſce recurſibus ad
abuſum Poteſtatis ſæcularis excuſatio, vel
conſuetudo; adhùc tamen ſupplicamus anim-
adverti, quòd aliud eſt, adeſſe differentiam
inter unum, alterumvè caſum reſpectu maio-
ris pœnæ, vel nullius excuſationis, & conſue-
tudinis, aliud vero, quod inter ſe materiæ
parificentur reſpectu probationis, ac præſum-
ptionis, quod impedimenta ſecuta, ac excu-
ſationes palliatæ referri debeant in utroque
caſu ad habentes intereſſe, ac poſitivè detect-
os inſtigatores, cùm in hoc propoſito nullum
proculdubio diſcrimen accedat, quinimò *Sa-
cra Romano Rota* deſumpſit concluſiones ſuas
in materia recurſus ad Iudices Laicos ab illis,
quæ in propoſito materię prophanę, & impe-
dimenti cauſati coram Eccleſiaſticis, ac extrà
puuctum recurſus ad Iudices Laicos deduce-

bantur ex *Bartol. in alleg. l. fin. n.5. verſ. item quod illa res, ff. de quæſt.* prout videre eſt penes *Baratt. deciſ.335. num.3. verſ. per quam Rota*, ubi loquendo de referendo impedimento tranſportationis Actorum ad Partem inſtigantem, & habentem intereſſe, & adducendo doctrinam *Bart.* ſubjungit = *per quam Rota ſæpiùs dixit, recurſus ad Iudices ſæculares præſumi habitos ab eò, de cujus intereſſe agitur*,

Verùm in quamdam exuberantiam aggrediendo motiva, ſeu intereſſe aliarum Perſonarum, à quibus cauſari potuiſſe dicitur impedimentum, invenietur, nullum reverâ extitiſſe fundamentum, nec intereſſe; Quatenùs enim pertinet ad Notarium, ſive illius heredem, tunc fortaſse locum ſibi vindicaret iſtius intereſſe ſubſiſtentia, quando principaliter in Iudicio Civili, vel Criminali tractaretur ad convincendum illum de falſo, quia tunc non ſolum potuiſſet obſtare ad hoc, ut Cauſa iſta diſcuteretur Panormi, juxta deducta per *Fabr. in ſuo Codice* in contrarium allegatum, ſed
31 etiam reſpuere exhibitionem Prothocolli, ex traditis per *Avil. de Cenſur. diſput. 4. dubit. 1. concluſ. 4.*, *Fragoſ. de regim. Reipub. Chriſtian. par.1. lib.5. diſp.12. §.10. num.240.*, *Parrex. de Inſtrum. edit. tit.8. reſol.1. num.46.*

At quęſtio, de qua ad pręſens diſceptatur, nullatenus tangit hujuſmodi Iudicium ſuper falſitate, cum illi de Zatis agant pro conſecutione hęreditatis in vim Teſtamentarię diſpoſitionis, ſolumque pro removenda exceptione aſſertę revocationis juſtificare contendunt, Inſtrumentum revocationis, tanquam minus legale, & ſolemne, fidem mereri non poſſe, quod proculdubio nullo modo tendit ad incuſandum, nedum puniendum Notarium de fal-
32 ſo, ſed concernit eam obligationem, quam contrahit Notarius, ejuſque hęredes, tam circa cuſtodiam Prothocolli, quam circa exhibitionem Partibus intereſſe habentibus faciẽdam, vt vno ore tradiderũt adducti per *Barboſ. in cap. quoniàm contrà num.12. et 13. de probat.*, *Gratian. diſcept.162. num.52. cum ſeqq.*, *Parrex. de Inſtr. edit. tit.1. reſol.3. §.1. num.42. verſ. quæ Scriptores*,

Et quidem actum eſſet de probationibus & de veritate indaganda, quoties Notarii dicerentur in hoc caſu habere intereſſe, & ob id
33 retardare poſſent exhibitionem, cùm notorij Iuris ſit, quod copia extracta ad hoc, ut probet, debet robur accipere, & originem à Prothocollo cum pluribus ſolemnitatibus contentis in §. *Illud, collat. 4. Authent. de Tabellion.*, *et in d. cap. quoniàm contrà, de probat. et cap. penult. de fid. Inſtr.*, *Couarr. pract. quæſt. cap. 19. Capill. lib. 2. contr. cap. 15. per tot. lib. 2.* late *Parrex. de Inſtr. edit. tit.1. reſol.3. §.1.*

Quinimò adeò oſtringuntur Notarij ad exhibitionem Prothocolli faciendam, vt ex iniuſta denegatione ſemper incurrant in id, quod evitare voluiſſe dicitur in caſu noſtro Nota-
34 rius, pœna quippè falſi ſtatutam eſſe contra Notarium denegantem exhibere Inſtrumentũ, & Prothocollum, habetur ex *l. Paulus, §. 1. ff. ad leg. Cornel. de falſ.*, *l. eum, qui, C. eodem*, *Maſcard. de probat. concluſ. 1099. num. 25. et ſeqq.*, *Menoch. conſ.94. et in tract de arbitr. caſ. 311. num.1. et 2.*, *Parrex. de Inſtrum. edit. reſol.1. tit.8.* vbi plene.

Eademque facilitate removetur ſomniatum intereſſe cęterorum, qui in eodem Prothocollo habere poſſunt Inſtrumenta; quoniam Florentię non eſt diſputandum, an cętera Inſtrumenta contenta in pręd ícto Prothocollo ſint valida, vel nulla, & tamen quando per
35 quemdam diſcurſum dicere vellemus, quod de iſtis conſecutive tractaretur, nullo modo poſſent illos afficere, ad vulgata Iura *in l. 1. et tot. tit. ff. et C. res inter alios acta*, *Rot. deciſ. 135. num.32. par.16. rec.*

Fortius vero, quia tantum abeſt, quod Sententia ferenda in Alma Rota Florentina poſſit pręjudicare Civibus Panormitanis habentibus, ut ſupra, Inſtrumenta in eodem Prothocollo, ut etiamſi per poſſibile ferretur nominatim Sententia contra ipſomet Cives, adhuc cum illa executioni demandari non poſſet, niſi Panormi, deberet ab eiſdem Iudicibus Panormitanis recognoſci, & tranſportatis Actis examinari, cum notoria ſit hodie propoſitio, ad
36 Sententię executionem non procedi, pręſertim per Iudicem alterius Territorii, niſi Iuſtratis Actis, Partibus auditis, & deguſtatâ Iuſtitiâ ejuſdem Sententię, ſecundum praxim, quam ſervare magna Tribunalia teſtatur *Rota coram Cæſar. de Graff. deciſ. 10 num.12. et 13. de ſent. et re judic.*, *Mohedan. eod. tit. deciſ.11.*, *Guidopap. deciſ.215. num.8.*, *Cavaler. deciſ.62. et deciſ.270.*, *Rot. dec.132. num.1. et ſeq. par.6. rec.* cum aliis apud *Merlin. deciſ.38. num.1.*

Denique non meretur allegari pro colorando impedimento motivum Iuriſdictionis, ac prętenſę cognitionis iſtius Cauſę in Tribunalibus Panormitanis: Quamvis etenim, quoties effective ſubſiſteret allegata Iuriſdictio, fortaſse potuiſſet denegari executio litterarum rogatorialium, nihilominùs antequam apertè demonſtretur, ut infrà, nullam adfuiſſe, nec adeſſe Juriſdictionem in hac Cauſa reſpectu Curiæ Panormitanæ, ſummoperè ponderan-
37 dum eſt, quod etiam in his terminis, in quibus uterque Iudex requirens, & requiſitus valet cognoſcere, ac reſpectivè requiſitus non exequi Rogatoriales, attamen tunc ex communi praxi idem Judex requiſitus proprio Marte non denegat executionem litteris requiſitoriis, ſed citat Partem ad opponendum, ſi quam habet exceptionem adversùs executionem, ut in individuo de hac praxi poſt *Oldrad. Bellamer. Boſſ. et alios* teſtificatur *Cancer. var. reſol. par.2. cap.15. tit. de litter. requiſ. num. 14.*

At in præſenti cum ſervata non fuerit hujuſmodi praxis, & citatio illorum de Barducciis,

ciis, & Rondinellis, ſignum evidens eſt, quod
allegata prætenſio Juriſdictionis ſolummodo
inſervivit pro mero prætextu, maximè, quia
nimium veriſimile eſt, quod etiam in hac par-
te ipſimet inſtigaverint Officiales Panormi
nolendo comparere, nè incurrerent in rigo-
38 roſam Cenſuram Statuti Florentini, prohi-
bentis ſub pœna rebellionis, poſt introductio-
nem Cauſæ in Foro Florentino, ejuſque com-
petentiam, in Tribunalibus Exteris compare-
re, ut in ſimili Statuto loquendo tradit *Con-
cer. var. par. 3. cap. 1. num. 76.*, *Carol. Anton.
de Luca in addit. ad Franch. obſerv. 389. num. 5.
et ſeq.*, *et obſer. 177. num. 9.*

Sed, ut præmiſimus, vana eſt prætenſio co-
gnoſcendi iſtam Cauſam in Foro Panormita-
no; quantum etenim pertinet ad ſubiectionem
reſpectu delicti falſificationis, jam ſatis re-
ſponſum fuit hucuſque, numquam ex parte il-
lorum de Zatis fuiſſe prætenſum, nec ad præ-
ſens ſomniari de inquirendo, vel incuſando
Notarium de falſo nec in Civilibus, neque in
Criminalibus; quòvero ad competentiam ra-
tione rei ſitæ, in primis ſuppono, quod iſta
ſubiectio deficiat in facto, cum ex Mihi præ-
narratis aſſeratur, bona fuiſſe jam diviſa pe-
nes hæredes ab inteſtato, inter quos adſunt
quoque plura Monaſteria, quodque ob iſtam
diviſionem effectus hæreditarii tranſlati fue-
rint Florentiam; undè cum ad præſens per-
tractetur de eiſdem effectibus recuperandis vi-
gore Teſtamenti, deficit proculdubio de iſto
tempore quælibet ſubiecto, & in omnem ca-
ſum facilis eſt in Jure replicatio, quod com-
39 petentia reſultans ratione rei ſitæ procedat
ſolummodò, quando Rei conventi appræhen-
duntur in eodem loco rei ſitæ, in quo profecto
appræhendi non poterant præfata Monaſteria,
cęterique Sęculares pro majori parte exiſten-
tes Florentię, juxta celebrem doctrinam *Ca-
ſtren. in l. hæres abſens num. 2. ff. de Iudic.*, *Cu-
jac. in Paratitl. ad tit. C. ubi de hæreditate aga-
tur*, *Franch. deciſ. 177. num. 2. et 4.*, *idem Car-
leval. de Iudic. tom. 1. diſput. 2. ſub num. 218, et
num. 357.*, *de Marin. ad Reverter. deciſ. 191.
num 8.*, *Marcheſ. de Commiſſ. par. 2. tit. de Com-
miſſ. avocat. Cauſ. §. 2. num. 147. et ſeqq. fol. 323.*

Idque comprobatur ex obſervantia corre-
ſpective habita Florentię, & de qua videre eſt
apud *Giovagn. reſponſ. 2. lib. 2. num. 9.*, ubi age-
batur de Marchione Riario Bononien. abſen-
te, ac de ejus Sororibus Domiciliariis in Urbe
Florentiæ, contra quas declaratum fuit, con-
venire non poſſe, etiam actione reali, Mar-
chionem Ferdinandum Fratrem, niſi quate-
nus Florentię reperiretur.

Atque hæc extra neceſſitatem diſcutiun-
tur, cum ex firmatis *in §. Et ex his*, conſtito
de inſtigatione tàm ex præſumptione Juris,
quàm ex facti circumſtantiis, & confeſſioni-
bus Partis mirificè comprobata, palliamenta
iſta Juriſdictionis cenſeantur provenire ex ea-
rumdem Partium inſtigationibus, ſub ea ſanè
potentiſſima ratione, quia de cœtero non ſo-
lent, nec debent hujuſmodi litteræ rogatoria-
les inter Judices amicabiliter non tradi exe-
cutioni, præcipuè (prout hic) ubi non age-
batur, niſi de rogatione Curiæ Panormitanæ,
ut ipſamet recognoſceret Prothocollum, Te-
ſtes examinaret ſuper praxi, obſervantia, &
40 Statutis ejuſdem Regni, quod adeo æquum
eſt, & rationabile, ut numquam denegari con-
ſueverit, recta adminiſtratione Principatuum
exigente, quod Judex unius Territorii liben-
ter exequatur conſimiles inſtantias alterius,
eo modo, & forma, quo ipſe exoptaret in ca-
ſu propriæ indigentiæ, ad ea, quæ in ſpecie
receptionis Teſtium, & ſimilium, tàm in Ci-
vilibus, quàm in Criminalibus Judiciis con-
clamat *Gratian. diſcept. 389. num. 18. verſ. et
omnia Iura*, *et num. 19.*, *Parrex. de Iuſtr. edit.
tit. 2. reſolut. 9. num. 4. et ſeqq.*, *Carleval. de Iu-
dic. diſput. 2. quæſt. 1. num. 17. et ſeqq. et num. 42.
verſ. 5. et verſ. 6.*, ubi ſubjungit, quod injuſtè
denegata executione iſtarum litterarum, hu-
manæ naturæ leges violarentur, ac foret ju-
ſtum motivum, & cauſa deveniendi ad Repræ-
ſalias, & Bellum.

## CRACOVIEN. SCHOLASTERIÆ.

*Lunæ 16. Junii 1698.*

### ARGUMENTUM.

Patronus, qui ſemel præſentavit, licèt poſſit
variare, id tamen poteſt facere cumulativè, non
autem privativè, ſeù excluſivè, niſi adſit juſta
cauſa, quæ, qualis ſit, explicatur. Anteriori-
tas deſumitur non à data præſentationis, ſed ab
illius exhibitione facta coram Ordinario. Iuſpa-
tronatus relictum alicui, & ejus deſcendentibus
maſculis in perpetuum, dicitur gentilitium, &
Nepotes ſuccedunt in eo cum Patruo, ſed in ſtir-
pes, repræſentando proprium Patrem.

### SUMMARIUM.

1 *Qui habet pro ſe majorem partem vocum Familiæ, ad quam ſpectat Iuſpatronatus, dicitur habere omnes voces ipſius Familiæ.*

2 *Electus à majori parte Capitularium dicitur habere vota totius Capituli.*

3 *Major numerus vocum attenditur in præſentationibus, dummodò præſentatus non ſit indignus, nulla habita ratione meriti, quod attenditur in electionibus tantùm; ſed vide num. 25.*

4 *Patronus poteſt variare in præſentando, per modum tamen cumulativum, non verò privativum, & n. 6. et 7.*

5 *Patronus unico contextu plures poteſt Epiſcopo præſentare, ut ipſe meliorem ſeligat.*

7 *Patronus poſt factam unius præſentationem nequit ad illius excluſionem devenire ad præſentationem alterius.*

*Limita, quoties prima præſentatio aliqua nullitate laboraret, pròut etiam quoties prior præſentatus foret indignus, vel*
*aliàs*

*aliàs incapax aſſequendi Beneficium*, *n*.8.

9 *Anterioritas præſentationis non deſumitur ex illius data, ſed ab exhibitione facta coram Ordinario.*

10 *Præſentatus ſufficit, quod ſit capax, & idoneus de tempore exhibitæ præſentationis coram Ordinario, licèt talis non eſſet de tempore datæ ipſius præſentationis.*

11 *Æquitas in Judiciis debet ſemper præ oculis haberi.*

12 *Error, aut negligentia Notarii non valet Partibus præjudicare.*

13 *Prius, & poſterius non datur in eadem ſcriptura.*

14 *Prior in tempore eſt potior in Jure.*

15 *Exceptio, quod Patronus poſt primam præſentationem nequiverit alium privativè præſentare, nequit opponi ab altero, quàm à primo præſentato.*

*Et de ratione*, *num*.17.

16 *Electio proptèr contemptum non annullatur, niſi ipſe contemptus opponat.*

18 *Clauſula*, pro hac vice, *non excludit jus, & actionem in aliis vacationibus.*

19 *Patronus non præſentans intrà tempus legitimum, vel præſentans indignum, non ideò amittit jus præſentandi in aliis ſucceſſivis vacationibus.*

20 *Poſſeſſio bonorum juſtificatur ex Inſtrumentis locationum, & Teſtium depoſitionibus.*

21 *Ultimus ſtatus attenditur in Jure præſentandi.*

22 *Voces diverſimodè computantur, quando Juſpatronatus competit Familiæ per Capita, & quandò competit ad ratam hæreditatis, ſeù bonorum, & num*.23.

24 *Præſentationes præventivæ antè vationem Beneficii non attenduntur.*

25 *Collatio numeri ad numerum ſufficit hodiè pro validitate Electionum, abſquè eo, quod ampliùs requiratur collatio meriti ad meritum, & zeli ad zelum.*

26 *Juſpatronatus relictum alicui, & ejus filiis maſculis in perpetuum, dicitur gentilitium.*

27 *Præſentatio in Jurepatronatus gentilitio fieri debet in Capita; & quomodò id intelligatur, num*.28. *&* 33.

29 *Juſpatronatus relictum alicui, ejuſque filiis, et deſcendentibus maſculis, deferri debet gradatìm, adeòut proximiores excludant remotiores,*

*An autem in his terminis Nepos in præſentando poſſit concurrere cum Patruo per viam repræſentationis proprii Parentis*, *num*.30. 31. *et num*.39.

32 *Juſpatronatus regulatur jure fideicommiſſi.*

34 *Obſervantia admodùm attenditur circà modum præſentandi.*

*Et illa præfertur, quæ provenit ex facto Fundatoris, vel eſt proxima fundationi,*

36 *Nepotes non continentur appellatione filiorum in ultimis voluntatibus.*

*Limita, quandò agitur de Jure honorifico, ad quod fuerint vocati filii maſculi in perpetuum*, *num*.37.

*Limita etiam, quandò Teſtator habuit pro ſynonimis nomen filiorum, & deſcendentium*, *num*.38.

40 *Jurepatronatus relicto alicui, & ſuis filiis jam natis, quilibet ex filiis dicitur habere ſuam vocem diſtinctam, et qualem.*

41 *Derogatio Apoſtolic ſuccedit loco gratificationis Ordinarii.*

42 *Ordinarius in paritate vocum poteſt gratificare, habita ratione meritorum.*

## DECISIO LII.

De tribus ab initio contendentibus ſuper adjudicatione Scholaſteriæ vacantis uſquè de Anno 1694. in Eccleſia Collegiata Voynicen., primo acquieſcens Judicato, jurgio ceſſit Stanislaus, ſed obduratâ pugnâ inter Franciſcum, & Thomam, anceps per geminas hinc indè Sententias ſtetit Victoria, donec delato Conflictu, eodemque ferociùs commiſſo coram noſtro Auditorio, ad lances veritatis, & Juſtitiæ triumphavit Franciſcus, cenſentibus Dominis, illi Palmam, ſive Scholaſteriam eſſe adjudicandam.

Cùm enim quæſtio non eſſet ſuper Jurepatronatus activè in hodierna noviſſima vacatione pertinente Nobil. Familiæ Vielovieyski, aliiſque bona tenentibus in Villa de Vielkavies, amaritudo redacta eſt ad ſupputationem vocum, juxtà normam determinationis habitę in Concilio Lateranenſi per Innocentium III. relatæ *in Cap. Quoniàm, de Jurepatr.*, ibi = *Si fortè in plures partes ſundatorum ſe vota diviſerint, ille præficiatur Eccleſiæ, qui majoribus juvatur meritis, & plurimorum eligitur, & approbatur aſſenſu*; quotiès namquè quis habet ſuf-
1 fragiorum pluralitatem, vel intrà Collegium,
vel intrà Familiam, cui competat Jus præſentandi, eo ſanè caſu ſivè introſpecta ratione individuitatis ipſius Iuris præſentandi, ſivè perpensâ alterâ ſuffocationis minoris numeri, cenſetur habere pro ſe totam vocem, totum Collegium, totam Familiam, ad trad. per *Imol. in Clem. plures n.*7., *ibiquè etiam Card. Zabarell. n.*13. *propè fin. de Jurepatr.*, *Lambertin. eodem tract. lib.*1. *par.*2 *quæſt.*1. *art.*25. *n.*17. *&* 18., *& art.*27. *n.*2., *Rot. cor. Pamphil. dec.* 649. *n.*3., *& dec.*653. *n.*14., *& cor. Dunozett. Jun. dec.*956. *n.*4., quod & contingit in Ele-
2 ctionibus, in quibus numerans ad ſui favorem
plura Vota habetur pro electo à tota Univerſitate, ſivè ab univerſo Capitulo, ut inquit Modern. *Epiſc. S. Severi in Comment. ad Concord. German. n.*26. *& ſeqq.*, *Rot. dec.*400. *n.*1. *&* 2. *par.*16., *dec.*796. *n.*5. *par.*18., *dec.*171. *n.*1. *par.*19., *& dec.*89. *n.*5. *cor. Ubag.*

Ea ſolùm in propoſito cadente differentia, quod

quod ubi in Flectionibus juſtus SS. Canonum
rigor expoſcit, fieri collationem etiam in or-
dine ad zelum, ſivè meritorum pręcellentiam,
ut expreſſè ſancitum fuit in eodem Concilio
Lateranenſi per celebre *Cap. Quia propter, de*
3 *Elect.*; In ſimplici tamen præſentatione, dum-
modò non adſit in pręſentato indignitas, vel
ineptitudo, toleratur pręponderantia numeri,
ut ad explicationem ſuperiùs recenſiti *Textus*
*in Cap. Quoniàm, verb. majoribus*, obſervat
*ibidem gloſs.*, & proſequuntur *Covarr. in ca-*
*pit. Peccatum de Regul. Jur. in 6. par. 2. §. 7.*
*n. 4., Gratian. diſcept. 211. n. 8. & ſeqq., Gut-*
*tier. Canon. quæſt. lib. 2. cap. 11. n. 20., Barboſ.*
*de offic., & poteſt. Epiſc. par. 3. allegat. 72. ſub*
*n. 198. verſ. Et ideò, Vivian. de Jurepatr. lib. 12.*
*cap. 8. n. 11., Modern. Gonzal. in d. Cap. Quo-*
*niàm ſub n. 2. verſ. Et in hac præſentatione, Rot.*
*coram Duran. dec. 94. n. 8. & 9., & cor. Pentin-*
*ger. dec. 202. n. 11., & dec. 384. n. 4 par. 18. rec.*

Numerando itaquè Vota, quæ in ſui claſ-
ſem recenſebat Franciſcus, alterum provenie-
bat ab Alexandro, & alterum à Michaele;
quamvis enim Thomas agnoſcendo, Fatum
victoriæ pendere à computatione vocis Ale-
xandri, fortitèr urgeret, vel quod potiùs ea-
dem Alexandri vox in ejus partem foret refe-
renda, vel quod in omnem caſum delenda eſ-
ſet ab utroque, placuit Dominis adſcribere
hujuſmodi vocem Franciſco: quia cùm appa-
reret, nonniſi poſt ſeptem dies ab illo primæ-
væ præſentationis Franciſci Alexandrum præ-
ſentaſſe etiam Thomam, de plano corruebat
poſterior præſentatio facta de ipſo Thoma; li-
cèt enim ad majus Eccleſiaſtici, ſinè Divini
ſervitii bonum Canones indulſerint Patronis,
ſeù Fundatoribus Beneficiorum intra quadri-
meſtre eiſdem pro facienda preſentatione at-
tributum vigore præfati *Cap. Quoniam, de Iu-*
*repatr.*, ut eiſdem licita quoque ſit facultas
4 variandi perſonam præſentati, per modum ta-
men cumulativum, ut ità, ſequendo ſpiritum
memoratæ Decretalis *in Cap. Quoniam*, queat
Epiſcopus faciliùs inter plures eligere melio-
rem, ſive qui majoribus juvetur meritis, quem-
admodum expreſſè diſponitur *in Cap. Quod*
*autem 5. Cap. Cùm autem 24., & Cap. Paſtora-*
*lis 29. eod. tit. de Iurepatr., Valenzuel. conſ. 63.*
*n. 90., Frances var. reſol. cap. 33. & 39., Add.*
*ad Pamphil. dec. 732. n. 12., Card. de Luc. de*
*Iurepatr. diſc. 43. n. 4. & 5., Rot. cor. Peutinger.*
*d. dec. 202. n. 8.*

Nihilominùs non omninò liberum, & abſo-
lutum iidem SS. Canones ad hunc effectum
reliquêre modum, ſeù formulam præſentandi,
ne alias de facili ſub prætextu cumulationis
adimeretur jus quæſitum primo præſentato,
quia ſecundum ſucceſſivè receptam explica-
tionem *Doctorum*, dupliciter contingere valet
5 præſentatio, quæ dici in rei veritate merea-
tur, & ſit cumulativa, primo nimirum, quo-
tiès (ut ſalubrius eſſet) Patronus unico con-
textu plures exhibet, ac pręſentat Epiſcopo,
qui tunc pro ſui Conſcientia, & providentia
meliorem ſeligit, ad *Text. in Clem. plures,*
*§. fin., de Iurepatr., Barboſ. de offic., & poteſt.*
*Epiſc. dicta allegat. 72. n. 158., Vivian. de Iure-*
*patr. lib. 10. cap. 1. n. 10., & cap. 3. n. 7. & ſeqq.,*
*Corrad. in prax. Beneſ. lib. 4. cap. 2. n. 33., Ca-*
*pon. diſcept. 74. num. 15., Rot. deciſ. 176. n. 8.*
*par. 15. recent.*

Et ſecundò, quando Patronus, etſi ordine,
& tempore differenti, alium accumulat, non
intendens à præcedenti præſentatione recede-
re, ſed tantummodo alterum quoque præſen-
tando uberiorem Paſtorali præelectioni Cam-
6 pum, ut par eſt, aperire, in his namque ter-
minis, quia prævalet Eccleſię bonum, con-
queri de Iuſtitia non poteſt prior præſentatus,
ſi deinceps ſecum antè Epiſcopalem inſtitutio-
nem, & præelectionem offeratur alius præſen-
tatus, & concurrens, ex his, quæ circa hanc
ſecundam ſpeciem cumulativæ pręſentationis
annorum *Rocc. de Iurepatr. verb. honorificum*
*n. 30., Barboſ. d. alleg. 72. ſub n. 158. verſ. Se-*
*cundo modo, Vivian. d. lib. 10. cap. 3. n. 9., Fa-*
*gnan. in d. cap. cùm autem num. 5. de Iurepatr.,*
*Corrad. d. lib. 3. cap. 2. n. 34. & 35.*

Applicando autem ad rem, dum (ut præ-
miſimus) antecellebat Franciſcus in tempore
ſuæ preſentationis initæ per Alexandrum ſub
die 15. Menſis Aprilis, utique dum idem Ale-
xander poſt ſeptem dies, nempè ſub die 22.
prędicti Menſis pręſentavit Thomam ſub ea
petitione, quod Epiſcopus = *hunc, & non alium*
*quomodolibet præſentatum inſtitueret, & inveſti-*
*ret*, de manifeſto conſtabat receſſu à priori
pręſentatione Franciſci, ſicque de ſubſecuta
pręſentatione privativa, non cumulativa,
7 quod ſane ex memorata ratione, ne tollatur
jus Tertio quęſitum in caſu, quo potiùs arcta-
tur, quam amplietur libertas Epiſcopalis, Iu-
ra vetant, itaut, niſi concurrat aliqua juſta
cauſa, noviſſima pręſentatio habeatur pro ir-
rita, & non facta, teſte *Abb. in cap. quod autem*
*n. 3. ibiquè etiam Modern. Gonzal. n. 5. de Iure-*
*patr., Io: Crot. in d. cap. cùm autem n. 3., & ibi*
*etiam Fagnan. n. 6. & 7. eodem tit., Garz. de*
*Beneſ. par. 5. cap. 9. n. 213., Capon. d. diſcept. 74.*
*n. 16., Modern. Argentan. collact. 13. n. 73. lib. 1.,*
*Rot. cor. Bich. dec. 154. n. 6., & in rec. dec. 176.*
*n. 9. par. 15. dec. 240. n. 9. & 10., & dec. 323.*
*n. 12. par. 16.*

Non poterat diffiteri Thomas, quod nulla
ſubeſſet cauſa recedendi à pręambula ſeparata
pręſentatione Franciſci, cum nec illa aliqua
8 nullitate claudicaret, nec Franciſcus ullo mo-
do dici poſſet incapax, & ineptus ad aſſecu-
tionem Scholaſteriæ, quę ſolum ſunt inter
cauſas, per quas licitum eſt Patrono ab ante-
cedenti pręſentatione reſilire, ſicuti de prima
cauſa conſtat ex *Io: Crot. in d. cap. cùm autem*
*n. 12., ubi etiam Fagnan. n. 9. & 10. de Iurepatr.,*
*Cravett. conſ. 63. num. 10., Rocc. de Iurepatr.*
*verb.*

*verb. honorificum n.33.*, *Mar. Anguiſſ. conſ.*127. *n.*16. *& ſeqq.*, *Valenzuel. conſ.*32. *n.*98., *Add. ad Pamphil. dec.*706. *n.*16., *& dec.*722. *n.*11., & in ordine ad ſecundam *Marcell. Vulp. in prax. for. Ecclеſ. cap.*49. *n.*23. *in fin.*, *Faguan. in cap. cùm voi n.*33. *de offic. Ordin.*, *Rot. deciſ.*91. *n.*4. *cor. Priol.*

Ac propterea in primis conabatur effugere hanc temporis anterioritatem opponendo, quod priùs reperiretur inſerta in Codicibus Cancellariæ Epiſcopalis prçſentatio facta de ſe, quam illa inita favore Franciſci, undè intrare poſſent ea, quç ad partes firmato articulo reſoluta fuerunt in *deciſ.* 37. *ex n.* 9. *vſquè ad fin. cor. Vbag. repetit. dec.*739. *n.*54. *& ſeqq. par.* 18., nimirùm, quod anterioritas etiam
9 in data prçſentationis nullum Jus tribuat primo Prçſentato, quoties anterior prçſentatio non fuit exhibita Ordinario, veluti actus imperfectus, & licitæ adhuc variationi, ſeu pœnitentiæ obnoxius, quam ſanè Theoricam, ſeù rationem ultra laudatos *in prædicta deciſione Vbag.* ſubſequuntur *Tondut. quæſt. beneſ. par.* 3. *cap.* 159. *n.* 15. *&* 16., *Corrad. in prax. benef. lib.*1. *cap.*5. *n.*175., *& lib* 4. *cap.*6. *n.*30., *Paſſerin. de Elect. cap.* 25. *ſub n.*339. *verſ. Quia per talem nominationem*, *Fraſſ. de Reg. Patron. Ind. cap.* 32. *ex n.* 20., & præcipue *n.* 23., *&* 27., *Rot in Nullius, ſeu Tamineu. Prioratus* 4. *Iulii* 1668. §. *Prætereà*, *coram Eminentiſſimo D. Card. Carpineo*, *& in Colonien. Beneficii, ſeù Perſonatus* 24. *Ianuarii* 5681. § *Nec exindè coram R. nereudiſſ.* D. *meo Decano*; & in propoſito, quod perfectio actus prçſentationis, etiam
10 in ordine ad qualitates ſupervenientes, conſideretur habito dumtaxat reſpectu ad tempus exhibitionis coram Epiſcopo, vel alio inſtituere debente, definitum fuit *in deciſ.* 147. *n.* 14. *& ſeqq. poſt Vivian. de Iurepatr.*, *& in Friſingen. Canonicatus* 4. *Iulii* 1692. §. *Neque obſtat*, *cor. R. P. D. meo Molines*, *confirmata* 5. *Iulii* 1694. §. *Non obſtat*, *& ſeqq. cor. R. P. D. meo Priolo*, *&* 18. *Aprilis* 1695. §. *Non relevante cum ſeqq. cor. R. P.* D. *meo Scotto*, *&* 26. *Iulii* 1697. §. *Abſquè eo quod*, *cor. R.P.D. meo Pio.*

In omnem verò caſum dicebat Thomas, pari vitio laborare prçſentationem Franciſci, quia nec ea fuit cumulativa, & emanaverat poſtquam Alexander prçſentaverat Stanislaũ ſub antecedenti die 14. Aprilis, ideòque ſicuti non poterat ad ſenſum Franciſci ſuſtineri prçſentatio poſterior ipſius Thomæ, ex Iuribus, & rationibus, de quibus ſupra, ità nec paritèr ſubſiſtere valebat ejuſdem Franciſci prçſentatio facta poſt prçcedentem de Stanislao, ſicque ad nullius calculum ad omne pejus recenſeri poterat vox Alexandri, tùm ex prçdicta
11 identitate rationis, tùm ad ſervandam æqualitatem, ſemper, & prçcipuè in Judiciis ab æquitate Stateræ pendentibus, præ oculis haberi dam, ex animadverſis per *Fontanell. deciſ.* 312. *num.*4. *cum ſeqq.*, *Capyc. Latr. deciſ.* 136. *n.*16. *& ſeqq.*, *Rot. deciſ.*570. *n.*12. *cor. ſan. mem. Alexan. VIII.*, cum aliis notiſs.

Verùm biſceps iſtud Telum in nullo viſum eſt capite ferire poſſe Franciſcum; Siquidem circa exhibitionem priori loco apparentem in Regeſtris Epiſcopalibus, oſtabat Clypeus ipſiuſmet ocularis inſpectionis, juxtà quam emicabat, ſub eadem, non autem differenti productione, vel die regiſtratas fuiſſe omnes tres prçſentationes, licèt ordine inverſo, quia forte Cancellarius, vel Notarius putans, etiam in hac materia, noviſſima derogare prioribus, primo loco regiſtravit ultimam prçſentationem Thomç, in ſecundo appoſuit intermediam prçſentationem Franciſci, & in tertio recenſivit prçambulam, & anteriorem Stanislai; quapropter cùm hæ omnes prçſentationes, ſubſtantialiter in data differentes, & per conſequens retinentes in ſe propriam anterioritatem, extiterint ſub eadem ſcriptura, ſeù pro-
12 ductione conglobatæ, vel hæc confuſa, & præpoſtera, licèt contextualis productio, tribuenda erat inſcitiç, aut oſcitantiç Notarii, quæ non valet Partibus obeſſe, ad trad. per *Rot. dec.*42. *n.*6. *apud Poſth. de ſubhaſt.* *& cor. Peutinger. dec.*328. *n.*3. *& n.*8. *& dec.*455. *n.*10. *cor. Priol.*; vel non poterat, data jam anterioritate prçſentationis per ſubſcriptionem anteriorem ſub intercapedine ſeptem dierum in
13 perſonam Franciſci, argui contrarium ex unicitate Scripturæ, in qua vulgati Iuris eſt, non cadere neque prius, neque poſterius, ad not. per *Gratian. diſcept.*646. *n.*18., *Rot. cor. Dunozett. Iun. dec.*453. *n.*38., *& in rec. dec.*232. *n.*10. *&* 11. *par.* 52. *& dec.*77. *n.*5. *par.*18.

Et ob id nullatenùs applicabatur ampliùs *dec.*37. *cor. Vbag.*; Ultra quod enim in illo caſu *Rota* ex conjecturis valdè dubitavit circa antidatam primæ prçſentationis, nulla verò in noſtra hypòtheſi allata eſt conjectura, quç hujuſmodi ingerere potuerit ſuſpicionem: Iàm mediante unicitate, ſeù contextualitate productionis ſatisſactum erat motivo imperfectionis, & poſſibilis pœnitentiæ tàm reſpectu prçſentationis Franciſci, quam Thomæ, quod ſanè non accidebat in caſu *Vbag.*, ubi antequàm prima prçſentatio producta extitiſſet, ſecundo loco prçſentatus propriam prçſentationem exhibuerat, & inſtitutionem ab Ordinario reportaverat; ideòque firmata paritate in ordi-
14 ne ad productionem, nullaque concurrente conjectura ſuaſiva antidatæ inter haſcè præſentationes, intrabat regula, de qua in *cap. qui prior, de regul. Iur. in* 6., *& in l. fin. ff. qui pot. in pign. hab.*, cum concord. apud *Gen. de ſcript. priv. lib.*1. *quæſt.*16. *concl.*3. *n.*108., *Merlin. de pignor. lib.*4. *quæſt.*15. *n.*33. *&* 34., *Modern. Lucen. conſult.*569. *n.*16., *Rota dec.*135. *n.*21. *cum duob. ſeqq. cor. Merlin.*

Secundum caput fortioris, ac penetrabilioris acuminis extitiſſet, quoties Stanislaus primo præſentatus vice acquieſcendi fuiſſet

in

in Cauſa, ipſe namque forſan valuiſſet obii-
cere, quod vox Alexandri, tamquam priva-
tive ſibi prius conceſſa, nequiret computari
ad commodum Franciſci; ſed cum idem Sta-
nislaus à ſua præſentatione reſiliiſſet, neuti-
15 quam poterat exceptio hæc de prohibita
multiplicitate variationis obiectari per alium,
quam per ipſum Stanislaum, ut punctuali-
ter, & more ſuo egregie reſpodit *Card. de*
*Luca de Iurepatr. diſc.43. num.8. & 9.*, & poſt
eum, & alios *Rot. in Valentin. Beneſ. de Mer-*
*cato 27. Novembris 1697. §. Nec dicatur in fin.*
*cor. R. P.* D. *meo Priolo*; idque non à diſſimili
16 habemus in propoſitio Electionis, quod con-
tempus alicuius eligere debentis nullatenus
infringat ſubſecutam Electionem, niſi ipſa-
met perſona contempta proſequatur ſuam
contentionem, juxta doctrinam *Abb. in*
*cap. in Geneſi n.10. de Elect.*, *Fœder. de Sen. con-*
*ſil.14. n.1. in fin. verſ. Item dico*, *Barboſ. de Iur.*
*Eccleſ. lib.1. cap.19. n.116. & Vot.78. num.11.*
*& ſeqq. lib.3. Rota deciſ.351. num.4. cor. Burat.;*
*& cor. Peutinger. deciſ.251. n.13. & deciſ.266.*
*num.6. & ſeqq., & in Cremonen. Præpoſituræ 5.*
*Aprilis 1683. §. Aut devolutio, cor. Reveren.*
*D. meo Decano*; ſublata namque de medio pri-
17 ma præſentatione, ſive ceſſante illius pro-
ſecutione, & effectu ob aliquam cauſam, ſe-
cunda præſentatio efficitur prima, & tertia
efficitur ſecunda, ut in proximis poſt *Lam-*
*bert. de Iurepatr. lib.2. par.2. qu.7. princ. art.21.*
*n.6. verſ. ex quibus*, affirmat, & obſervat *Fa-*
*gnan. in dicto cap. cum autem num.11., & 12 de*
*Iurepatr.*

Juridica igitur remanente adſcriptione
vocis Alexandri in partem Franciſci, jam
non erat in quæſtione, quod idem Franciſcus
legitime quoque numeraret in ſui favorem
alteram uocem Michaelis: quamuis enim ad
hanc quoque vocem adimendam opponere-
tur ex parte Thomæ, & Patrem Michaelis
fuiſſe reiectum in antecedenti præſentatio-
ne, ſeu vacatione, eumdem Michaelem
nulla bona poſſidere in Villa de Vielkavies,
illico cecidit, dilapſeque eſt oppugnatio; nam
reſpectu rejectionis Patris, lectura Sententiæ
latæ in Curia Epiſcopali manifeſte artaba-
tur ad illum tantummodo caſum, ut ubi
18 = *pro ac vice* — quæ ſane formula loquendi
potius includit, quam excludat Jus præſen-
tandi, prout familiariter contingit in pro-
viſionibus Apoſtolicis, quando Summus
Pontifex, vel intendit prævenire Ordina-
rium, vel in ſuis legitimis caſibus derogare
Juripatronatus etiam Laicorum, ad trad. per
*Vivan. de Iurepatr. lib.14. cap.2. num.26. Rot.*
*poſt eumdem deciſ.29. n.7., & deciſ.172. num.9.*
*in fin. par.3. rec., & in Mediolan. Prioratus 14.*
*Martii 1646. §. fin. cor. clar. me. Card. Corrado.*

Potiſſime, quia plures intercedere pote-
rant rationes, propter quas Pater Michaelis
a præſentando in præcedenti vacatione ju-
ſte remanſiſſet excluſus; vel quia tunc forte
nulla bona detineret, juxta odiernam, &
mox enunciatam ſecundam partem obiecti;
vel quia contra litteram *Text. in dict. cap. quo-*
*niam, de Iurepatr.*, præſentaſſet elapſo quadri-
meſtre; vel denique, quia fortaſſe ſcienter
præſentaſſet indignum, quemadmodum
enim in primo caſu excluſio reddebatur me-
re temporalis, & occaſionalis, ita in ſecun-
19 do, & tertio rejectio non officiebat juri præ-
ſentandi, ſed ſolam importabat jacturam vo-
cis in illa præſentatione remanente etiam
habituali Jure excluſi ſub præſentatione
aliorum, qui legitime præſentaverant, ut di-
cunt omnes, ſignanter *Tondut. reſol. Beneſ.*
*par.1. cap.118. num.33., & par.3 cap.195. nu.8.*
*in fin., Lotter. de re Beneſ. lib.2. quæſt.6. n.30.*
*Bell. de Iur. accreſc. ca.6. quæſt.48. n.29. & 30.,*
*Carol. Marant. reſpon.20. n.42. par.5., Card. de*
*Luca de Iurepatr. diſc.47. nu.2. & 8., Rota de-*
*ciſ.19. nu.20., & 21. par.9. recent., & dec.131.*
*num.11. apud Vivian. de Iurepatr., & in Urban.*
*Canonicatus 27. Junii 1696. §. Quo vero, co-*
*ram R. P. D. meo Caprara.*

Circa vero negatam hactenus poſſeſſionem
Bonorum in perſona Michaelis, parum inſi-
ſtere viſum eſt, ex quo tradita fuerunt In-
20 ſtrumenta locationum, Teſtium quoque
depoſitione vallata, & ex quibus inſimul
juntis opportune, & abunde juſtificari poſ-
ſeſſionem quotidie liquet, & preſertim *in de-*
*ciſ.322. & deciſ.655. apud Paſtb. de manut.* utro-
bique *n.1. & dec.71. nu.2. coram Zarat., & in*
*rec. deciſ.278. num.7. & 8. par.19.*

Addito; quod nec etiam in præfata ante-
cedenti vacatione fuit per Ordinarium ad-
miſſa præſentatio Joannis, & Alberti, à qui-
bus Thomas modernus Contradictor, me-
diante perſona Stanislai Dunin cum præſen-
tantis, Loricam induebat ſuæ præſentatio-
nis quia nempe admiſſa ſolum extitit præ-
ſentatio Thobiæ Patris Alexandri, cuius vo-
cem jam diximus abſcribendam eſſe ſoli
Franciſco; unde ſi rigide, & extra neceſſita-
21 tem inhærendum foret ultimo ſtatui, vicis-
ſet Franciſcus, qui habebat pro ſe ultimum
ſtatum Trobiæ Patris Alexandri, ad normam
*Text. in cap. Conſultationibus, de Iurepatr.* de
quo *Rot. deciſ.73. num.14. par.13. deciſ.296.*
*num.8. par.15. rec., in Compoſtellana Parochia-*
*lis 25. Junii 1696. §. Illius quippe, confirmat. 28.*
*Junii 1697. cor.* R. *P. D. meo Priolo, & in d.*
*Valentina Beneficii de Mercato 27. Novembris*
*ſubſequentis, §. Non impugnata, coram eodem*,
& alibi frequenter.

De reliquo, & præciſive ab hoc ultimo ſta-
tu, concurrentibus in Franciſco geminis præ-
ſentationibus Alexandri, & Michaelis, neceſ-
ſe erat, ut Thomas ſuccumberet, veluti non
habens pro ſe, niſi præſentationem Stanislai
Dunin, quia etſi prætendetur, poſſe hunc
repræſentare duas alias voces vigore duarum

 dona-

donationum, quas obtinuerat à Joanne, & Alberto ſupranominatis; nihilominus cum ad formam Inſtrumenti diviſionis initæ ſuper bonis Joannis Vielnvieyski primi, & antiquiori Patroni de Anno 1636. in tres ratas eàdem Bona ſita in prædicta Villa de Vilkavies diviſa per publicum Inſtrumentum noſceretur, & quarum vna devenerat in Michaelem, altera in Alexandrum, ac denique tertia in Stanislaum, ſive illius Auctores, profecto vox, etſi deſcenderet, & conflaretur a pluribus perſonis, cum tamen proveniret à facto poſſeſſionis Bonorum in Villa, non poterat Thomas ex perſona Stanislai repræſentare, niſi tertiam ratam eiuſdem poſſeſſionis à Joanne, & Alberto donantibus transfuſam in ipſum Stanislaum, cum hæc ſit differentia juris præſentandi, quod competat Familiæ per capita, vel inſimul (prout hic) ad
22 ratam hæreditatis, ſive bonorum, in prima etenim ſpecie plures habere cenſetur voces, qui plures ad ſui commodum perſonas, & Capita dinumerat, ut inquit *Carol. Marant. reſponſ.* 81. *n.* 17. *cum ſeqq.*, & ſignanter *nn.* 29. *par.* 5. *Card. de Luc. de Iurepatr. diſc.* 61. *n.* 11., *Rota deciſ.* 251. *n.* 5. *in fin. par.* 2. *rec.*, *& dec.* 4'. *num.* 7. *coram. Priolo*.

In ſecunda autem ſpecie, ipſa præponderantia non ſtat in Capitibus, ſeu perſonis tantummodo, ſed in præſentatione quotæ,
23 ſive ratæ hæreditariæ, illeque prævalet, qui fortius eſt præſentationem ab habente, vel habentius plures quotas bonorum, ſive hæreditatis, ſicuti bene explicando proſequitur *Sanchez. conſ. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 98. *n.* 2. *cum. ſeqq.*, *Lotter. de re. Beneſ. lib.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 137., *Rot. coram* Merlin. *deciſ.* 798. *nu.* 12. *&* 13., *dec.* 17. *n.* 2. *cor. ſa. me. Alexandro VIII.*, *& dec.* 273. *num.* 1. *par.* 13. *recent.*

Atque ita, vel quia ſola vox Alexandri militabat pro Franciſco, vel quia ei merebatur adiungi vox Michaelis, ideoque remanebat Thomæ unica, vel nulla vox Stanislai, concluſerunt Domini, utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

AB hac Deciſione (quæ modo impreſſa quoque noſcitur *poſt Antonell. de Iur., & oner. Clericor.*, & eſt *in ordine la* 49.) firmis remanentibus omnibus propoſitionibus Juris fuit ſubinde in iterato Cauſæ examine receſſum; ex quo ea præcedens exibitio præſentationis, quæ ſupponebatur ſtare favore Franciſci, facto poſt modum melius ex parte Thomæ ſuccumbentis enucleato ſuit adinuenta militare pro ipſo Thoma, quemadmodum apparebit in ſucceſſiva Deciſione 9. *Februarii* 1699. *cor. Me*, loco ſuo inferius regiſtranda.

Ad idèm vero propoſitum plurium præſentationum ab eodem Patrono emiſſarum, videlicet quænam ſit attendenda, diſputari contigit in Sacra Rota caſus, in quo cum Jus præſentandi ad Præpoſituram Eccleſiæ Collegiatæ *Voynicien.* ſpectaret ad Sereniſſimum Poloniæ regem, duo emerſere præſentati per Regem, Conſtantinus nempe, & Joannes Simeon; totum fundamentum Conſtantini verſabatur in eo, quod præſentatio facta de ſe ipſo foret tempore anterior, ſed cum ex Epiſtolis eiusdem Regis Tribunali noſtro directis, nec non ex confeſſione præfati Conſtantini edita coram Nuncio Apoſtolico liquerer, quod huiuſmodi preſentatio Conſtantini non eſſet precise facta ad Præpoſituram, precipuè poſt ſecùtam vacationem, ſed tantummodo contineretur in folio Regio, ſeu Charta precedenter exarata (vt dicitur) in albo, Tribunal cenſuit, poſthabendam eſſe huiuſmodi præſentationem Conſtantini, & ob id fore inſtituendum Joannem Simeonem, qui fuerat præſentationem fortius à Rege poſt vacationem Prepoſituræ, & precise ad ipſam præpoſitu-
24 ram: Sacri etenim Canones perhoreſcunt hàs preventivas preſentationes, & maxime pro incertis Beneficiis, ac vacationibus, ut ex jam dictis *in Floren. Præpoſiture* 23 *Ian.* 1702. *coram.* R. *P.* D: *Caprara*, firmatum fuit *in d. Cracovien. Præpoſituræ.* 5. *Maii.* 1702. *coram Eadem*, confirmata 26. *Martii* 1703. §. *Nec ea*, *coram* R. *P.* D. *Omaña*.

Circa autem ea, quę tacta extiterunt ſuper fraternizante materia Electionum, vt nempe fieri debeat collatio per Scutatores zeli ad zelum, & meriti ad meritum, animadvertendum eſt, quod hoc vtique procedit de ſtricta cenſura *Textus. in cap. quia propter*, & hoc ipſum poſt *Io: Andr.*, *Abb.* annotavit *Fagnan. ſub. num.* 57.; ſed ſuperventa diſpoſitione *Sac. Concilii Tridentini ſeſſ.* 25. *de* Regul.
25 *cap.* 3. nihil quoad hoc diſponentis, obſervantia prebuit, quod poſthabita collatione zeli ad zelum, & meriti ad meritum ſufficiat fieri collationem numeri ad numerum, dicendo = *talis habuit tot ſuffragia*, *talis tot*, ſicuti colligitur ex moderni Tractatu *Carol. Fælic. de Matt. de Cauſ. Conſiſt. ſeſſ.* 19. §. 3. *num.* 28. *&* 29., ubi allegatur celebris *deciſio* in Cauſa *Treviren. Abbatiæ cor. Coccino*, & bene explicat *Gonzal. ad d. cap. quia propter* 42. *num.* 7. *de Elect.*, & de facto Me confidente in Sacra Congregatione Conſiſtoriali numquam fuit ex hoc capite Electio irritata.

Redeundo autem ad materiam Iurispatronatus actui, conſultus olim de Anno 1688. in quadam *Florentina Cappellaniarum*, quomodo compuntandæ forent voces preſentantium in Iurepatronatus, quod proculdubio erat agnatium, an preſentatio juxta facti ſeriem mox fideliter recenſendam adhuc pertinet ad Nepotes in concurſu Patrui compatroni *in ſola Capita*, vel potius *in ſtirpes*, credidi (ſuppreſſis nominibus Præſenta-

ſentatorum ) de Jure fore reſpondendum, *in ſtirpes;* Tenor vero Reſponſi eſt, ut ſequitur.

Antonius Teſtator poſt ordinatam per viam ſubſtitutionis Primogenituram in nonnullis particularibus bonis favore Alexandri nati ex Laurentio de Paſſarinis, & deinceps eiuſdem Alexandri linea deficiente favore Dominici alterius filii Laurentii, geminas quoque erexit Cappellanias, & ad utranque mandavit pro prima vice præſentari à prænominato Laurentio certam perſonam, de cætero relinquens in vacationibus, futuris Jus præſentandi eidem Laurentio, eiuſque filiis maſculis in perpetuum per illa verba - *al quale* ( ideſt Laurentio ) *& alli ſuoi figlioli maſchi in perpetuo, e doppo al Reverendiſſimo Capitolo laſciò il Juſpatronato.*

Fato ceſſit poſt hæc Laurentius ſuperſtitibus prædicto Dominico, & Alexandro filiis primi gradus, ſed occurrente tempore vacationis prædeceſſerat Alexander, unde Dominicus eius Frater ex una parte præſentavit Tritium, tres autem filii memorati Alexandri prædefuncti Mœvium præſentarunt; Quamobrem exorta eſt difficultas, cui nam ex huiuſmodi præſentatis debeatur inſtitutio, cumque meum deſuper in ſenſu illius veritatis, quæ mihi videatur, expetatur Conſilium, conſerem, illi debitam eſſe inſtitutionem, qui vel præveniat in obtinenda ſolita derogatione Apoſtolica medietatis vocum Patronalium, vel gratificationem conſequatur ab Ordinario.

Ratio, quæ ad ita reſpondendum Me præcipue ſuadet, & cogit, illa eſt, quod tantam in hoc Jure præſentandi vocem ſortiatur Dominicus Patruus ex una, quam Ferdinandus, aliique duo ex Alexandro Nepotes ex
26 altera; quamvis enim Juſpatronatus, de quo agitur, exiſtat merè gentilitium, ſeù ſanguinis, veluti ( ut ſupra ) relictum Laurentio, eiuſque filiis maſculis in perpetuum abſque ulla penitus mistura tituli hæreditarii, juxta diſtintionem, de qua *Lambertin. de Jurepatr. par. 1. quæſt. 2. art. 8. num. 1. & ſeqq.*, *Rot. deciſ. 206. num. 2. & dec. 553. num. 5. coram Bich.*, *& deciſ. 462. num. 1. par. 14., & deciſ. 679. nu. 5.*
27 *par. 18. recent. tom. 2.*, in Jurepatronatus autem gentilitio Jus præſentandi devolui ſoleat in capita, non in ſtirpes, itaut præſentatio facta per tres Nepotes videretur præferenda, ex communiter firmatis per *Spad. conſ. 9. n. 4. verſ. neque obſtat, lib. 3. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 11. num. 123.*, *Rot. coram Pen. deciſ. 934. num. 7.*, *& in florentina de Ricaſolis apud Vivian de Iurepatronatus lib. 4. cap. 1. ſub num. 71. §. Quæ omnia, & deciſ. 515. num. 37. par. 14.* & alibi millies,

Nihilominus id utique procederet, quando Juſpatronatus relictum fuiſſet univerſæ Familiæ de Paſſarinis in genere, adeout omnes de eadem Familia per ſpeciem Vnuerſitatis, & Collegii admitterentur ad præſentan-
28 dum, in his namque terminis numerantur tantummodo capita eiuſdem Familiæ, nullaque habita diſtintione remotioris, vel proximioris, cuncti admittuntur, filiuſque præſentat iuſimul cum Patre, & hi ſunt proprii, & veri termini, quos percutiunt relati per *Vivian. de Iurepatr. lib. 4. cap. 1. num. 28. & ſeqq. Card. de Luc. de Iurepatr. diſc. 54. num. 5. & 6. Rot. deciſ. 82. num. 8. & 9. par. 7. rec.*

Secus autem eſt in præſenti, dum Juſpatro-
29 natus apparet relictum Laurentio, eiuſque filiis maſculis in perpetuum, quia tunc ſucceſſio, ſive exercitium eiuſdem Juſpatronatus gradatim regulatur, & proximiores Excludunt remotiores, ut bene notat *Vitalin. in Clement. plures ſub nu. 42. in ſin. de Iurepatr.*, *Spad. conſ. 12. lib. 2. & dict. conſ. 9. nu. 7. lib. 3.*, *Tondut. quæſt. Benef. par. 1. cap. 32. n. 5. 7. & 8.*; & intantum in caſu noſtro admitti poſſunt Ferdinandus, eiuſque Fratres in concurſu Dominici Patrui, inquantum cum ab initio idem Juſpatronatus relictum fuerit Laurentio Patri, & Avo reſpectivè, Nepotes, ac deſcendentes vlteriores poſſunt repræſentare Alexandrum Patrem prædefunctum, quemadmodum repræſentarent in ſucceſſione fi-
30 deicommiſſaria, ſed hoc fieri non poteſt, niſi per præſentationem in ſtirpes tantum Jus, ſeu vocem accipiendo, quantam haberet Alexander eorum Pater, ſi viveret, ut reſpondit *Spad. d. conſ. 9. num. 5. & ſeqq. & nu. 7. lib. 3.*, *Lotther. de re Beneſ. d. lib. 2. quæſt. n. 124.*, & ita articulo ad ſatietatem diſcuſſo pro meo Judicio bene definitum fuit *in Alma Rota Florentina* in illa *Iuriſpatronat. Commendæ illorum del Tovaglia*, prout in luculento *Motivo*, quod penes Me ob aliam non diſſimilem occaſionem præexiſtit.

Nec facit, quod in hoc articulo *Rota Ro-*
31 *mana* videatur variaſſe, cum pro obſervantia ordinis fideicommiſſarii ſteterit *eadem Rot. in Pientina Iuriſpatronatus coram Litta*, & pro coæquali omnium ſucceſſione, & Jure præſentandi prius inclinaverit *in Regien. Iuriſpatronatus de Anno 1901. coram Pœnia, & in predicta Florentina de Ricaſolis 1603. & 1604. coram Lancelotto*, ut monet *idem Lotter. de re Beneſ. d. lib. 2. quæſt. 11. num. 125.*, *Card. de Luc. de Iurepatr. diſc. 61. num. 9.* Siquidem, ultra quod, ut egregie agnitum fuit *in dicto Motivo Rotæ Florentinæ*, potius revera ob obſervantia admiſſionis ad præſentandum Patris infimul, & filii, ſive remotioris, & proximioris deducta fuit qualitas gentilitia, quam quod e converſo poſita fundatione ſub huiuſmodi qualitate gentilitia diſcuſſum fuerit, an contendentibus Patruo, vel Nepotibus, ſeu proximioribus cum remotioribus prodierit efficax, & maturà reſolutio, quod omnes indiſtinctè debeant admitti, ut pulchre etiam pon-

ceravit prædictis Deciſionibus *Pœniæ*, *& Lancellotti* rèlatis per *Spad. d.conſ.9. num.5. & ſeqq. lib.3. Carol. Ant. de Luc.de lin.leg. art.23. n.15.*
32 & generaliter, quod Juſpatronatus reguletur Jure Fideicommiſſi, *Palm. Nep. alleg.101. num.23.*, *Rot. deciſ.78 num.4 poſt Tondut. de Penſion.* cum ibi laudatis, *& in deciſ.325. nu.9. & 10. part.17.*

Attamen ceſſat omnis occaſio dubitandi ex triplici conſideratiòne, quarum prima eſt, quod ubi poſito Jurepatronatus gentilitio facienda foret præſentatio in capita, & non in ſtirpes per omnes tàm appellatiuo, quàm collectivo nomine vocatos, ad quid deſervi-
33 ret diſtinctio, quam tetigimus ſuperius *ſub §. Nihilominus*, nempè inter Juſpatronatus relictum Familiæ in genere; ac venienti ad actum præſentationis per ſpeciem Collegii, & Vniverſitatis, & inter Juſpatronatus relictum Cajo, ejuſque dèſcendentibus, & tamen ſuper hac diſtinctione ad præcipuum finem menſurandi modum præſentationis communiter inſiſtunt præter ſupra relatòs *Panimoll. dicta deciſ.137. num. 48.*, *Spad. dicto conſ 12. num.6. lib.2.*

Secunda, & valde urgens reflexio eſt, quod cum pro tollenda ambiguitate enunciatæ quæſtionis in qua ( ut ſupra ) *Rota Romana* variaſſe videtùr, principem locum obtineat
34 obſervantia, itaut ſi illa pendeat ex una, vel altera parte, judicandum veniat juxta illam, pro qua ſtat obſervantia, vt bene conciliando præfatas quodammodo inter ſe colluctantes *Rotæ Deciſiones* obſervat *Lotter. de re Benef. d. lib.2. quæſt.11. nu.125. verſ. verum tota hæc controuertia, Card. de Luc.de Iurepat. dicto diſc.61. num.9. circa fin. verſ. ideoque*; Profecto ad rem noſtram applicando, hujuſmodi obſervantia de plano militare videtur pro excluſione ſimultaneæ præſentationis in Capita, ex ipſo nimirum facto Teſtatoris, quia is in prima proviſione Cappellaniarum poſt erectionem, præſentationem de illis certis perſonis in Teſtamento nominatis fieri, ſive expleri mandavit per Laurentium Patrem tantummodo, neglecta perſona Dominici, & Alexandri ejus filiorum, licet iſti tunc temporis viverent, & innoteſcèrent Teſtatori, dum, ut ſupra, ad eorum favorem expreſſe Primogenituram ordinavit: hujuſmodi
35 nàmque obſervantia, & tamquam derivans ex facto Teſtatoris, & tamquam proxima fundationi nimium attendenda eſt, aliaſque cunctàs antecellit, teſte *Pànimoll. deciſ.137. ſub num.19. verſ. præcipue ſi ſit proxima fundationi, & Rot. apud eum deciſ.274. nu.7. & 8. par.3. recen* optime *Caren. reſol. 10. num. 3.*, *Rot. coram Buratt. deciſ.679. num.13.*, *Epiſc. Rocca ſelect. diſput.193. num.8. & 9.*

Tertio tandem ad hominem ſtringit, quod cum Jus præſentandi relictum fuerit Laurentio, *& alli ſuoi figli maſchi in perpetuo*, perſpecto rigore litteræ Dominicus tantummodo præſentare deberet, nam ipſe eſt proprie filius primi gradus, & Teſtatori præcognitus, Fer-
36 dinandus vero, ejùſque Fratrès, tamquam in ulteriori gradu Nepotes, habent regulam contra ſe, ut in ultimis voluntatibus appellatine filiorum minime contineatur, ad tradita per *Fuſar. conſ.95. num.13.*, *& de ſubſtit. quæſt.321. num.2.*, *Peregrin. de fideicom. art.22. num.56.*, *Joſeph de Roſa conſult.42. nu.25*, *Rot. coram Bich. deciſ.480. num.23. & 24.*, *& coram Priol. deciſ.3. num.7. & 8.*

At quia agitur de Iure honorifico in per-
37 petuum, & ſunt vocati filii maſculi in perpetuum, utique recedi poteſt, ac debet a regula contraria Nepotibus, ut in ſpecie firmant *Peregrin. conſ.14. num.2. lib.1.*, *& de fideicom art.22. num.54.*, *Surd. conſ.336. num.9. in fin.* cum aliis per *Gratian. diſcept.648. nu.14. & 15. & diſcept.765. nu.12. & 13. Rot. dec.385. num.49. cum ſeqq. par.9 rec.*, & maxime, quia & Ordinarius in erectione declaravit, Iuſpatronatus Laurentio, ejuſque filiis, & deſcendèntibus màſculis, & deinde cuidam loco Pio fuiſſe reſervatum, idemque Teſtator in
38 altera Cappellania habuit pro ſynonimis filios, & deſcendentes, dum dixit = *al quale, & alli ſuoi figli, e deſcendenti maſchi in perpetuo lo laſcio il Iuſpatronato &c.* in quibus ſane terminis Nepotes àppellatione filiorum comprænendi clariſſimum eſt, ex deductis per *Bec. conſ.221. num.13. & 14.*, *Contr. diſcept.65. num.14.*, *Mart. Medic deciſ.1. num.53. & 54.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.320. n.31. & ſeq.*, *Rot. deciſ 6. num.20. part.5. rec.*

Verum hæc continentia Nepotum ſub vocabul filiorum præſeferre non valet, quòd Nepotes concurrant in lùre præſentandi
39 cum patruo, niſi per viam repræſentationis, & aſſumptionis Paterni gradus, quod utique ſequi non poteſt, niſi per concurſum, ſeu præſentationem in ſtirpes, ut eſt de per ſe manifeſtum, & in propoſito monuerunt *Ruſtic. in l. cum Auus lib.6. cap.12. num.54. cum ſeqq. Menoch. de præſumpt. lib.4. præſ mpt.195. n.35.*, *Gratian. diſcep.687. n.8. & 9*, & in puncto Iuſpatronatus *Tondut. reſol. Benef. dicta par.1. cap.32. num.20. & ſeqq.*, ubi quod alias ceſſante repræſentatione vox remotiorum non compùtaretur, & concordat *Gratian.* ab eo relatùs *diſcept.521. num.15. & 16.*

Accedit ex abundanti, quod dum Teſtator Ius præſentandi relinquit Laurentio, eiuſque filiis de reliquo etiam præcognitis, & ſic
40 certis perſonis, unuſquiſq; èorumdem filiorum vìdetur tantam acquiſiviſſe vocem pro ſe, ſuaque deſcendentia, quantam acquiſivit alter pre altera, & idcirco non intrat in concurſu unius, & alterius revera quæſtio præſentationis faciendæ in capita; vel in ſtirpes, ut egregie animadvertit *Spad, d. conſ.9. num.5. lib.3.*, *Panimol. deciſ.137 nu.47. & 48.*

*Rot.*

*Rot. deciſ.2. num.4. cum 2. ſeqq. part.7., & deciſ.424. num.5. & 6. par.18. tom.2., Card. de Luc. de Iurepat. diſc.32. num.4., & dicto diſc.61. num.19. & 20.*

Comperto itaque, quod tanta ſit vox, ſive Ius Dominici de per ſe, quantam important collective, & repræſentative ſumpti Ferdinandus, ejuſque Fratres, danda (ut a principio diximus) erit Inſtitutio, vel prçvenienti in
41 derogatione Apoſtolica, quç ſuccedit loco gratificationis Ordinarii, ut dixit *Rot. dec.667.n.19. & 20. par.18. to.2*, & prius *Pariſ. de Reſig. lib.2. queſt.4.n.55. & 56., Garz. de Beneſ. par.5. cap.1. n.585. Franc. Palm. conſ.95. nu.17. & 18.*; vel
42 intrabit gratificatio ejuſdem Ordinarii, qui tenetur interponere illud prudens, ſeu regulatum arbitrium inſpecta prçcellentia meritorum unius, vel alterius prçſentati, de quo *Atunez. de Donat. Reg. lib.3. queſt.28.n.159. & ſeq. Barboſ. de Epiſc. alleg.72. num.200. cum ſeqq., Panimoll. d. deciſ.137. ex num.2. cum ſeqq.*

## EADEM SUPER SEQVESTRO.

*Lunæ 16. Iunii 1698.*

## ARGUMENTUM.

Sequeſtrum quando, & quibus ex cauſis concedatur, & non ſolum de rebus, & fructibus, ſed etiam de perſonis, quando agitur de fœdere Matrimonii, & de Thori ſeparatione. Statutum Florentinum circa ſolutionem Gabbellç ponderatur, & concordatur cum altera lege Municipali anni 1641. favore Montiſtarum Montis Salis. Lex poſterior non cenſetur derogare priori, niſi id expreſſe dicat, vel niſi ſit omnino incompatibilis.

## *SUMMARIUM.*

1 *Sequeſtrum in Beneficialibus, quando concedatur in Curia Romana.*
2 *Error circa ſcripturam non debet nocere Partibus, quoties illius veritas aliũde eluceſcit.*
3 *Appellatio non interponitur, niſi per gravatum, et Condemnatum.*
4 *Confeſſione Partis nulla datur melior probatio.*
5 *Sequeſtrum, quando concurrunt neceſſaria requiſita, poteſt peti, et interponi in quacumque parte Iudicii.*
6 *Sequeſtrum relaxatum pro executione Sententiæ, vel Mandati executivi non tollitur cautione, ſed neceſſaria eſt effectiva ſolutio.*
7 *Sequeſtrum aliquando fit etiam quoad perſonas, quando lis eſt ſuper fœdere Matrimonii Carnalis, vel Spiritualis, et num.8.*
*Item, quando eſt lis ſuper ſeparatione Thori, quandoque conceditur Sequeſtrum arbitrio Iudicis, num.9. et 10.*
11 *Sententia obſcura, et ambigua recipit certitudinem, et declarationem ab Actis.*
12 *Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.*
13 *Lex poſterior nũquam cenſetur revocare priorem, niſi id expreſſe dicat, vel adſit manifeſta incompatibilitas.*
14 *Ex diverſis non fit illatio.*
15 *Subiectio Fori facit, ut quis teneatur ad ſolutionem Gabellæ.*
16 *In Iudiciis quaſi contrahitur.*
17 *Forenſis tenetur ſervare Statuta Fori, in quo litigat, etiamſi bona ſint in alieno Territorio, ſeu Dominio.*
18 *Gabbellç ſolutio debet prçcedere ipſam Sententiam ſecundum Statuta Florentina.*
19 *Sententia lata non ſervata forma Statuorum, eſt omnino nulla.*
20 *Lex ſuperventa debet ad limites præcedentis interpretari.*
21 *Civis quis efficitur ratiõe nativitatis in loco.*
22 *Immunitas realis tranſit in quemcumque ejus ſucceſſorem.*
23 *Gabbellæ onus quando cenſeatur perſonale, vel mixtum,*
24 *Gabella contractus debet integraliter ſolui a Subdito etiam pro portione exempti, ſeu Forenſis cum eo contrahentis.*

## DECISIO LIII.

AD limites boni Iuris, & Iuſtitiæ hodie apud Dominos effulgentis favore Franciſci non fuit dubitatum, quominus etiam ad ipſius inſtantiam Sequeſtrum ſuper controverſa Scholaſteria foret apponendum, dum idem Franciſcus ultra hodiernam reſolutionem, quæ introſpexerat, & definiverat pugnam Iudicatorum in Partibus, reportaverat quoque Sententiam in Curia favorabilem ſuper eademmet adjudicatione Scholaſteriæ a R. P. D. Aldrovando Judice Commiſſario, ita expoſcente ratione, & æquitate, ac etiam expreſſe præcipiente ad compeſcendas litigantium malitias Pontifice Clemente V. inter ſuas Conſtitutiones *cap. unic. ſub tit de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct.*,
1 ac demùm exemplo noſtri Tribunalis, a quo
paſſim relaxatur hujuſmodi Sequeſtra, vel quando agatur de Sententiis in ſuo Conſiſtorio latis, vel quando etiam præcedat alia Sententia in Romana Curia pronunciata, & deinceps per Tribùnal deguſtata, & approbata, ut videre eſt *in deciſ.293. n. fin. part.1. rec. deciſ.720. num.4. & 5. corã. Bich. & coram Ninot. deciſ.65. num.6. & deciſ.412. num.1. coram Priol.*, & alibi paſſim.

Abſque eo, quod in minimo relevaret, quod præcedens Sententia Prælati coruſcaret in littera manca, & defectuoſa, veluti non continens explicite revocationem Sententiæ de Partibus, a qua præcedenter fuerat appellatum, adeout ex contextu non ita dilucide conſtaret, utrum lata eſſet favore Franciſci, vel Thomæ: Placuerunt etenim Dominicis duæ reſponſiones attributæ ex parte Franciſci, altera, quæ promanabat ex nota

ta probitate Curialis, qui patrocinabatur
Jura ejuſdem Franciſci, & ingenue fateba-
tur, à ſocordia ſui Juuenis, ſive Adiutoris
vitium ſcripturæ proſiliiſſe, itaut promtum
ſe exiberet teſundendi, quatenus oporte-
ret, etiam expræſſàs; Cumque hunc ipſum
errorem in tranſcriptione præſeferret quo-
que lectura ipſius Sententiæ, non videba-
tur, quod error evideus, & palpabilis, nulli-
que inferens præjudicium, poſſet enervare,
2 & tollere ſubſtantiam Judicati, quemadmo-
dum nullus error nocere debet circa Scri-
pturam, & tranſcriptionem, quoties aliun-
de coſtat de veritate diſpoſitionis, vel rei,
ad tradita per *Decian. conſ.34. ſub num.101.
verſ. quinimo lib.3., Rot. coram Buratt. decif.675
num.4., & deciſ.29. num.21. & 22. coram ſan.
mem Alex.VIII.*

Et altera etiam potentior reſponſio pro-
fluebat ex facto, & confeſſione ipſius Tho-
mæ, qui dum ab hac Sententia provocave-
rat, & Mihi Cauſam committi ſatagerat, in
neceſſarium antecedens confitebatur, Sen-
tentiam extitiſſet latam contra ſe, non autem
3 contra Franciſcum eius Adverſarium, ap-
pellàtio namque non interponitur, niſi per
gravatum, & comdemnatum, ut inquit *Vl-
pian. in l.1. in princ. ff. de Appel. recip., Surd.
conſ.102. num.13., Souſa de reviſ. cap.12. n.8.
Cenſal. deciſ. Lucen.35. num.2.*, & nulla conſe-
4 cutive maior exoptari valet comprobatio,
quam ea, quæ deſcendit ab ipſius Partis agni-
tione; & confeſſione, *vlg. l. cum te, la 2., C. de
Tranſ., l. generalit. 13. C. de non numer. pecun.*
cum concord. per *Modern. Angel. de Confeſſ.
lib.3. quæſt.11. num.75.*

Et ita, neglecto etiam, tamquam ſuper-
fluo, altero fundamento attentatorum, quæ
acriter promovebat Franciſcus, reſolutum
fuit, utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

PAriformiter, in ſequelam antecedentis, De-
ciſio edita ſuper Sequeſtro fuit revocata
ſub prædicta die 9. Februarii 1699., ut infra
loco ſuo exponeretur, ubique terminatio
Cauſæ totalis adnotabitur,

*De* cœtero frequens eſt materia hæc Se-
queſtrationis fructuum Beneficii, tam vigo-
re prædicte *Clement. unicæ de ſequeſtrat. poſſeſſ.,
& fruct.*, quam etiam ex aliis capitibus, ſuffi-
cietquè propterea vice adnotationis habere
ſe remiſſive ad longe, lateque tractata per
*Card. de Luc. de Beneſ. diſc.98. per tot.*, & circa
reliquos caſus facile inpraxi contingibiles
àd *Pignatel. tom.7. conſult.11.*, ubi ultra non-
nullas *Rotę deciſiones* de more recenſet plu-
res ſolutiones, & Decreta Sacrarum Con-
gregationum, veluti quando ſubeſt timor
dilapidationis, quando agitur de ſolvenda
Congrua Vicario, aut mercede Cappellani
ſubſtituti, ſive ubi Epiſcopus, vel Beneficia-
tus obligatus ad reſidendum abeſt a reſiden-
tia ſine jùſta cauſa, cum ſimilibus exempli-
ficationibus.

Adiungendo obiter dumtaxat quod ea
eſt natura Sequeſtri, ut quodammodo ad ſi-
5 militudinem manutentionis, dummodo con-
currant neceſſaria requiſita, Sequeſtrum pe-
ti, & obtineri poſſit quodcumque etiam
coram Judice ulterioris Inſtantiæ, nullaque
deſuper obtenta ſpeciali Commiſſione, *Rot.
dec.30. ſub num.5. poſt Tondut, de Penſion.*

Extra ſpheram Beneficiorum practicantur
etiam Sequeſtra in Cauſis quoqua propha-
nis, cùmque huiuſmodi aſſecuratio conce-
datur in Tribunalibus per ſpeciem aſſecura-
tionis Judicii, eiuſdemque ſequeſtrationis
medela regulariter eſſe ſoleat Cautio, quia
ſic obtinetur alio modo finis prædictæ aſſe-
6 curationis Judicii, tale tamen remedium non
admittitur, quoties Sequeſtrum fuit relaxa-
tum pro executione rei judicatæ, vel Man-
dati executivi, quia tunc neceſſarium eſt
ſolvere, non cavere, ut ex doctrina *Iaſous in
l. ſi fideiuſſor §. ſi ſatis datum num.17. ff. qui ſa-
tiſd. cog.* præ cæteris limitavit *Rot. in Medio-
lanen. Aſſictur coram Orano* regiſtrata penès
*Zacch. de oblig. Camer. deciſ.135. nu.10. & 11*,
nec non apud *Conſtantin. ad Statut, Vrb. de-
ciſ.32. num.7. tom.3.*

Practicantur etiam ſæpius Sequeſtra quoad
7 ipſas perſonas, quia ubi fuerit lis ſuper ipſo
fœdere Matrimonii, ne cohábitatio ſit eadem
litè pendente nutritiua peccati, Mulier ſe-
queſtratur, vèl penes tutam, & honeſtam
Matronam, vèl in aliquo Conſervatorio, ſeu
Monaſterio, prout ſuadent facti circumſtantiæ,
per *Text. in cap. ex tranſmiſſa, de reſtit. ſpoliat.,
& in cap. cum locum, de ſponſal., Card. de Luc.
de Matrim diſc.11. n.3., Rot. cor. Buratt. d.686.*

Conſtitit idipſum uſquè ad totalèm con-
ſumationem Judicii ſuper eodem fœdère,
8 ſeu validitate Matrimonii, quantumvis præ-
ceſſerit aliqua Sententia quomodolibet fa-
vorabilis ipſi Matrimonio, ut in propoſito
cuiuſdam Monialis Zamoren., quæ obtentâ
Sententiâ ſuper nullitate Profeſſionis con-
uolaverat ad Coniugium. & ex eo liberos
ſuſceperat, cenſuit; *Rot. deciſ.411. num.8. &
ſeqq. par.4. tom.2. recen.*

Et quod dictum eſt de lite exiſtente ſupèr
fœdere Matrimonii, procedit quoque ſuper
lite ſeparationis Thori plerumquè orièntè
9 ex cauſa ſævitiæ Mariti, quia niſi videatur
prudentiæ Judicis ex toto facto penſatæ, ſuf-
ficere Cautionem de bene tractando Coniu-
gem, in quibus terminis non eſt devenien-
dum ad Sequeſtrum, prout inquit *Card. de
Luc. de Matrim. diſc.11. numer.13., Rot. co-
ram Merlin. deciſ.67.*

Judex de reliquo frequentius ſolet Vxo-
rem ſequeſtrare, ſeu collocare in aliquo lo-

co

10 co tuto , nec ad evitandum periculum hone-
ſtatis ( præſertim , ubi Uxor exiſtat floridæ
adhuc ætatis ) permittitur , quod ea ſcor-
ſim , ac libere commoretur , quemadmodum
proſequitur *idem Card. de Luc. vbi ſupra num.* 3.
*&* 4. *Rot. coram Buratt. deciſ.* 684. , *& coram*
*Cerr. deciſ.* 660.

Hæc quoad concernentia Sequeſtrum ;
quovero ad incertitudinem Sententiæ latæ
per integrum , & judicioſum Prælatum nunc
A. C. Locumtenentem , Deciſio jure merito
ſatiſfacta remanſit ex Actorum complexu ,
11 & circumſtantijs , per quas eadem Sententia
reducebatur ad certitudinem , quod ſemper
ſufficit ; ſicuti plene examinata materia de-
monſtrat *Altimar. de null. Rubr.* 13. *quæſt.* 14.
*ſub num.* 42. *§. Sententia cum plurib. ſeqq.*, & ſi-
gnanter *num.* 49. *& ſeqq.*, *Ioannes Anton. ab*
*Eccleſ. obſer. Fore tſ. par.* 1. *obſeru.* 24. *per. tot.*

Non diſcendendo autem à ſubiecto nulli-
tatis Sententiæ , extant in nonnullis Ditioni-
bus , & ſignanter Florentiæ quædam Statuta ,
quæ nullitatem indicunt Sententiarum , quo-
ties prolatæ fuerint ſuper juribus , & inſtru-
mentis , de quibus præcedenter ratione Con-
tractus , vel ſucceſsionis non fuerit ſoluta
Gabbella ; quapropter cum caſus Mihi fuerit
olim de Anno 1690. traditus examinandus ,
utrum Sententia lata ad favorem Marchio-
nis de Bubalo ſubiaceret vitio nullitatis , ex
quo nulla præcedenter fuiſſet ſoluta Gabel-
la , exceptio , quæ proponebatur ex parte
eiuſdem Marchionis , ſtabat in eo , quod ipſe ,
vel eius Autor , tamquam Forenſis , non te-
neretur ſolutioni Gabbelle quoad loca Mon-
tium particulariter excepta , ac de quibus
agebatur : Sed Ego reputavi , contrarium fo-
re reſpondendum , ut ( audivi ) cum exitu
non diſformi ab huiuſmodi opinione ; Dice-
bam namque =

Conſultus ſuper nudo articulo , utrum ,
ſtante Sanctione Municipali edita de Anno
1641. fauore Montiſtarum Montis Salis , evi-
tari poſſit nullitas inflicta per Statuta contra
non ſolventes Gabbellam antequam Senten-
tia pronuncietur , crederem de plano pro
meo Judicio , & citra vllam imaginabilem
difficultatem , nihil extare in prædicta Lege
Montis ſuperventa , quod tollat nullitatem
Sententiarum in præcedenti lege Gabellæ
ſancitam .

Siquidem ex parte Marchionis de Buba-
lo tantummodo prætendi valet , quod vel
de tempore acquiſitionis locorum Mon-
tium , de quibus agitur , ille , a quo cauſam
habet , foret Forenſis , vel ex alio capite com-
præhendatur ſub exemptione ordinata in
præfata Lege Anni 1641. ubi cavetur -- *e*
*quanto à Foraſtieri originarii de i Stati alieni , e*
*che al tempo dell' acquiſto di tali luoghi di Monte*
*non ſtaranno , ne habitaranno famigliarmente nelli*
*Stati di S. A.*, *non ſaranno tenuti al pagamento di*
*Gabbella alcuna quelli , che ad eſſi ſuccederanno in*
*tali luoghi di Monte , tanto per Teſtamento &c.* ,
Sed quod huiuſmodi exempti ſi velint quo-
modocumque judicialem aleam experiri , &
præſertim pro obtinenda poſtmodum exe-
cutione ſuper eiſdem locis Montium , & ad
hunc effectum producere Inſtrumenta , non
teneantur vllam ſolvere Gabbellam , hoc vti-
12 quæ memorata Lex superventa non dicit ,
ideoque intrat reſponſum Imperatoris *in l.*
*diſſentientis . C. de repud* , & Papæ *in cap. illa*
*ne Sed. vac. cum ſuis notoriis concord.* , nempe
quod , nec nos id dicere debemus : Potiſsime
ex altera ſubalterna propoſitione , quod lex
13 ſuperveniens numquam intelligitur abro-
gare præcedentem , niſi vel clara expreſsio.
vel poſitiva ſuperaccedat incompatibilitas
inter utramque , prout latiſsime firmant
congeſti per *Altograd. conſ* 83. *nu.* 87. *& ſeqq.*
*lib.* 1., *Sanfelic. deciſ.* 393. *nu.* 9., *Hieron. Palm.*
*conſ.* 32. *num.* 78. *&* 79. *conſ.* 37. *num.* 58., ub.
loquitur de Statutis *Franciſc. Palm. conſult.* 2.
*num.* 33., *& alter Nep. alleg.* 3. *num.* 58.; *Rot.*
*coram Bich. dec.* 229. *n.* 15. *& ſeqq.*, *& dec.* 238.
*num.* 32. quod & locum ſibi vindicat in qua-
cumque materia etiam pœnali , ut probat
*Alvar. Velaſc. de Iud. perfect.* Rubr. 9. *annot.* 2.
*num.* 10. *& ſeqq. & annot.* 3. *num.* 28., *Farinacc.*
*quæſt.* 111. *num.* 80. *& ſeqq.*

Tantum vero abeſt , quod in hoc noſtro
propoſito productionis , & uſus judicialis
inter vetus ſtatutum generale , & poſterio-
rem Legem adſit aliqua contraditio , vel in-
compatibiitas , ut potius unum cum altera
concilietur apertiſsime ; nam dum ſub Sta-
tuto Gabbellæ *tit. de Notai cap.* 13. decernitur
-- *e ſimilmente ancora , ſe alcuno eſſente &c. vo-*
*leſſe uſare , produrre , ò allegare alcun' Iſtromento ,*
*contratto , ſcritta priuata , ò atto , che ſecondo gl'*
*ordini ſe ne doveſſe pagare , la Gabbella , ſe fuſſe fat-*
*to tra perſone ſottopoſte non eſenti &c. ſia tenuto*
*pagar la Gabbella &c. ogni uolta , che li detti Iſtro-*
*menti , ultime volontà &c. uſerà , ò produrrà in*
*luogo non eſſente &c. ſotto li medeſimi pregiudi-*
*zii , nullità , e pene , di che di ſopra &c.* & quis
non videt , quod illa exceptio , quam Marchio
de Bubalo contendit , uti Forenſis , allegare ,
aliud efficere non poteſt , niſi quod ipſe re-
putari debeat inter exemptos : verum , hoc
conceſſo , adamuſſim juxta verba mox regi-
ſtrata intrabat obligatio ſolvendi Gabellam ,
quoties poſtea intendebat talis exemptus ju-
dicialiter uti , ſeu producere Inſtrumenta
alias non Gabbellabilia , acſi ageretur de caſu ,
& perſona ad hunc finem pluſquam ſubie-
cta , vt ibi = *che ſecondo gl' ordini ſe ne doveſſe*
*pagar la Gabbella , ſe fuſſe ſtato fatto tra perſone*
*ſottopoſte non eſenti* ; quamobrem ab una exem-
14 ptione , quæ jam præſupponitur in altera
lege ſubiectiva , non poſſe fieri illationem ,
tritæ ſunt regulæ , per *Text. in l. Papinianus*
*exuli , ff. de Minor. l. inter ſtipulantem , §. Sacram*

ibi

ibi = *ſed hæc diſſimilia ſunt -- ff. de verb. oblig.*, *Surd. conſ.150. n.94. Gratian. diſcept.516. n.6. Monac. deciſ. Bonon.6. num.5. & deciſ. 9. n.34.* cum reliquis per *Episc. Roccaſclett. diſput. Iur. cap.126. num.15. & 16.*, & in puncto, quod producens Iſtrumenta teneatur ad ſolutionem Gabbellæ, etiamſi originaliter ad eam non teneretur, per hæc præciſa verba monet *Caball. conſ.24. ſub num.1. lib.1.*

Et ſane intantum ad alliciendos forte locorum Montium emptores receſſum fuit à Gabbella debita pro Contractibus, vel ſucceſſionibus, inquantum durum erat, ut Forenſes acquiſitores ligaretur Statuto indicente tale onus, cum Statuta regulariter non ligent Forenſes, & ſi ratione Contractus, vel ſucceſſionis quoad loca Montium debuiſſent obligari, facile abſtinuiſſent ab eorum acquiſitione, & emptione; ſed quod poſtea velint, vel non velint litigare, eſt quid extrinſecum, & alienum ab ipſa acquiſitione, & ſucceſſione: Vnde eſto millies, quod ſint Forenſes exempti a ſolutione Gabbellæ tam in Contractu acquiſitionis, quam in altero ſucceſſionis, quive contrahitur per aditionem hæreditatis, non tamen tenet conſequentia, ergo ſunt exempti ab illa ſolutione, & reſpective ſubiectione, cui ſe adſtringunt per
15 comparitionem in Judicio, Gabbella ſiquidem venit in ſequelam ſubiectionis, quæ deſcendit à ſubiectione Fori, vt per Doctrinam *Bald. in l.1. quæſt.5. num 8. C. de contrah. empt.* cum ſequacibus relatis per *Caball. conſ.124. num.28.*, & prius *dicto conſ.24 num 17.*, ubi egregie advertit in in dividuo noſtri caſus, quod *nullitas, quæ cauſatur ex non ſolitudine Gabellæ per producentem in Judicio, actum reſpicit, non ipſum actum productum, ſed Acta judicialia, in quibus nullum factum Contrahentium conſideratur, ſed tantum illius, qui producit, qui non facit id ad quod lege tenetur*; & ſic Gabella in caſu noſtro non reſpicit ſucceſſionem uti ſucceſſionem, & circa quam verſatur exemptio, ſed Acta Judicialia, quæ non poſſunt eſſe talia, niſi prius ſoluta Gabella.

Et ut res fiat manifeſtior, nonne receptiſ-
16 ſimi Juris eſt, quod cum in Judiciis quaſi contrahatur, ad *Text. in l.1. §. Idem ſcribit, ff. de pecul.*, quilibet Forenſis tenetur ſervare
17 leges, & Statuta illius Fori, in quo litigat, etiamſi perſonæ litigantes, & bona ſint in alieno Dominio, & Juriſdictione, ut magiſtraliter de Extero litigante in Urbe ſuper bonis extra Juriſditionem, & Deſtrictum Vrbis definivit *Rot. deciſ.164. per tot. par.19.*; proinde quomodo forenſis, ſit vult litigare in Rota, vel Foro Florentino, poteſt eludere formam, & legem in eodem Foro præſcriptam, ut quis citra pœnam nullitatis nequeat audiri, niſi ſoluta Gabbella, quod
18 enim hæc ſolutio debeat præcedere tamquam forma ſubſtantialiſſima ipſam Sententiam, pleno Calamo referens verba eiuſdem Statuti Florentini definivit *Rot. Florent. apud Catan. deciſ.7. ex num.2. cum plurib. ſeqq.*, ubi etiam *ſub num.36. cum ſeqq.* ampliat, quod eidem formæ per ſtatutum inductæ, & annullativæ Sententiarum ſatisfieri nequit ex poſt per ſolutionem, quodque mora eſt in caſu eiuſdem Statuti impurgabilis; quodque præ-
19 dictum Statum importet formam inexcuſabiliter ſervandam, rurſus in propoſito mox referendo firmat *idem Catan. dec.17. fere per tot.*, ubi *ſub num.22.*, ſubdit, in his terminis Sententiam latam non mereri nomen Sententiæ, nec executionem, etiamſi Statutum diſponat, & mandet exequi Sententias.

Et ex his parum refert, ſi dicatur, quod exemptio conceſſa per dictam Legem Anni 1641. redderetur inutilis, & fruſtatoria, cum ſemper oporteat ſucceſſoribus illorum Forenſium, qui loca Montis adepti ſunt, ad juſtificandum eorum intentionem, ſeu cauſam ſuccedendi producere jura, & Inſtrumenta, & eo magis, quoties adinveniuntur oppoſitores, cum quibus neceſſe eſt judicialiter dimicare: Siquidem pro detegenda fallacia huius abſurdi, ſeu ſuperfluitatis diſtinguere opus eſt unum caſum ab altero, nam quando ſimpliciter tractaretur de tranſlatione locorum Montium omnino extraiudicialiter, & per viam puræ ſucceſſionis, tunc adamuſſim congrueret exemptio conceſſa per dictam Legem Anni 1641., quia tunc ceſſarent omnes prædictæ rationes de nouo quaſi Contractu, qui ſolum contrahitur in Judicio; ſecus autem eſt in ſecundo caſu, in quo quaſi contrahitur, & pro forma præcedere debet ſolutio Gabbellæ, & huic ſecundo caſui ad unguem adaptatur Lex vetus Gabellæ, juxta quam eadem Lex loquens de Exemptis, & Forenſibus, jam ipſos Supponit exemptos, quod utique debet intelligi occaſione ſucceſſionis, aditionis hæreditatis, vel alterius Contractus, & nihilominus iidem Exempti habentur pro Subditis, quando deveniunt ad uſum, & productionem judicialem, & ceſ-
20 ſat exemptio, ideoque præfata lex ſuperventa, ut diximus, debet ad limites præcedentis legis, admiſſa de reliquo paritate exemptionis, Interpretari, ex *Suar. de legib. lib.6. cap.27. num.13.*, *Altograd. dicto conſ.83. num.87. & ſeqaentibus lib.1.* cum cæteris jam allegatis, quibus addi poteſt *Gob. conſult.110. num.34. & ſeqq.* qui loquitur in ſimili materia Statuti ſuper reddendo jùre Forenſibus litigantibus.

Retentaque huiuſmodi ratione inductiva obligationis ſolvendi ex cauſa illius quaſi Contractus, qui in Judiclo celebratur, pro maiori, licet exuberanti dilucidatione poteſt afferri exemplum alterius Statuti Curiæ Mercantiæ jubentis, ut in quibuſdam Cauſis ſolvatur quædam ſpecies Gabbellæ, quam

vo-

vocant, *Dirittaram*, undè quemadmodùm fruſtratoria ad evitandam talem obligationem extitiſſet quælibet exemptio ex cauſa Contractus, vel ſucceſſionis, quæ de Jure competit, ut per *Catan. dicta deciſ.17. num.8. & ſeqq.* Ità fruſtranea eſt exemptio allegabilis per Forenſes, ubi tractatur de hoc judiciali quaſi Contractu.

Atque hæc adeò, ſicut præmiſimus, plana
videntur, ut non oporteat ad alia convolare
fundamenta: Sed adhùc ad exuberantiam li-
ceat ſubnectere, quod cùm non dubitetur, Mar-
21 chionem Bubalum Subditum, & Civem eſſe
ratione originis, ſeù nativitatis, quam ſorti-
tus eſt Florentiæ, juxtà Doctrinam *Cuman. in
l. cætera, §. Sed etſi paraverit num.2. ff. de l.1.
& in conſ.177. n.3., Barboſ. in l. hæres abſens
§. Proindè tit. de For. ration. orig. n.3. & ſeqq.
ff. de Judic.*, & eſt *Text.* litteralis *in l.1. in
princ. ff. ad Municip.* ibi = *Municipem aut nati-
vitas facit &c.* latè *Carleval. de Iudic. diſput.2.
quæſt.2. num.88. & ſeqq.*; profectò etiam pro-
cedendo cum ſola Lege Anni 1641. non vide-
tur, quod ſi ii, qui ſuccedunt originariis Fo-
renſibus, ſint Subditi, aliquam allegare poſ-
ſint immunitatem, cùm verba, de quibus ſu-
prà = *e quanto à i Forastieri originarii delli Sta-
ti alieni &c. non ſaranno tenuti al pagamento di
Gabella alcuna, quelli, che ad eſſi ſuccederan-
no &c.*, debeant intelligi retento eodem the-
mate, nimirùm ſi, *quelli*, ideſt ſucceſſores,
erunt Forenſes, non autem ſi ſint Subditi, ut
fortè etiam apparebit tranſcurrendo exempla,
& multò magis inſpecta ratione, ſecundùm
22 quam cùm exemptio provenire non valeat ab
Immunitate conceſſa realitèr ipſis locis Mon-
tium, quia aliàs liberè tranſirent etiam in Sub-
ditos, videlicèt quod nec Subditi ſuccedentes
in locis Montium tenerentur ad hujuſmodi
Gabellam, juxta naturam realis exemptionis,
ad *Text. in l. via 23. §. Quæcumque, ff. de ſervit.
ruſt. Præd., Burſatt. conſ.16 ſub num.43., &
conſ.25. num.6., & conſ.2<8. num.27.* cum aliis
per *Cy, iac. contr.141. num.26. & 468. num.6.
cum cæteris notiſ.* conſequens eſt, quod ſi Sub-
23 diti ſolvunt, & Gabella de neceſsè cenſeri
debet perſonalis, vel ſaltem mixta, ex *Ber-
tazzol. conſ.476. num.29. & conſ.336. num.1.,
Cyriac. dicta contr.141. num.13* adeòut cenſea-
tur impoſita perſonis propter res, unde ſi in
caſu noſtro ille, qui ſucceſſit, indubitantèr eſt
Subditus, effugere nequit ullo modo ſolutio-
nem; adeò enim attenditur ſubiecto iſta per-
24 ſonalis, ut ſi unus Contrahens exiſtat immu-
nis, alter verò ſubiectus, hic non obſtante al-
terius exemptione obnoxius exiſtat ſolutioni
Gabellæ, ex eodem *Cyriac. dicta contr.141.
num.12. & ſeqq.*

* * * * * * *
* * * * * *
* * * * *



ROMANA PRÆTENSÆ NULLITATIS CONTRACTUS.

*Veneris 20. Iunii 1698.*

ARGUMENTUM.

Contractus Mulieris pro exoneratione Conſcientiæ, quandò valeat etiam ſine Solemnitatibus: Nullitas ob defectum interventus Proximiorum ad hoc, ut intret, quid neceſſariò probandum ſit. Mulieres, & Minores ea facilitate, qua inducuntur ad ſe obligandum, inducuntur etiam ad confitendum: Nullitas contractus Minoris apta eſt retardare etiam executionem obligationis Cameralis. Solemnitates requiruntur etiam in contractu inter Matrem, & filium: Cauſa in contractu Minoris debet eſſet præciſa, & aliundè probari, quàm ex Partium aſſertione.

*SUMMARIUM.*

1 *Pretium debet reſtitui Emptori, qui rem non habuit, vel non habuit liberam.*
*Quinimò debent etiam ei refici damna, & Intereſſe à Venditore, num.2.*
3 *Beneficium non debet retorqueri in odium Benefactoris.*
4 *Onera, & expenſæ ſemper detrahuntur à valore rei.*
5 *Obligatio Mulieris, vel Minoris ſuſcepta in executionem præcedentis Contractus nulli, non ſubſtinetur.*
6 *Mulier, vel Minor ex contractu nullo non obligantur neque in foro Conſcientiæ.*
*Intellige, & declara, ut n.7. cum duob. ſeqq.*
8 *Mulier dolosè decipiens ſecum contrahentem, tenetur ad refectionem damni in foro Conſcientiæ.*
9 *Contractus, qui continet verè recognitionem bonæ fidei, non indiget Solemnitatibus Stattariis.*
10 *Vendens eamdem rem duabus perſonis incidit in Crimen Stellionatus,*
*Hodiè tamen hujuſmodi Crimen, tamquàm nimis frequentèr ſuccedens, purgatur in Judicio Civili, num.11.*
12 *Mulier, vel Minor eadem facilitate, qua inducitur ad contrahendum, inducitur quoquè ad emittendas confeſſiones approbativas contractus, & num.37.*
13 *Cauſa nimis vaga, & generalis non ſufficit in Contractibus Mulierum, puta ſi debitum contrahat* pro variis Domus ſuæ indigentiis.
14 *Conſenſus Proximiorum requiritur in Contractu Mulieris ad integrandam illius perſonam.*
15 *Citatio Proximiorum fieri ſolita ad hoc, ut interveniant Contractui Mulieris, debet fieri perſonalitèr, & cum expreſſione Con-*

Vv *tra-*

*tractus, omniumque ejus circumſtantiarum, & num.23.*

*Sed reſpectu Citationis, quod non requiratur executio perſonalis, ſed ſufficiat, quod exequatur Domi dimiſsa copia, ibidem num.22.*

*Et reſpectu circumſtantiarum Contractus ineundi, declara, ut num.24.*

16 *Curator adhibitus in Contractu Mulieris debet jurare, illum non tendere in damnum, ſeù præjudicium ipſius Mulieris, aliàs Contractus corruit ex defectu formæ à Statuto Urbis præſcriptæ.*

17 *Inſtrumentum in parte falſum, præſumitur falſum in totum.*

*Et è converſo in parte verum, præſumitur verum in totum, num.18.*

19 *Judicis decretum facit præſumi pro veritate Contractus geſti per Mulierem, vel Minorem.*

20 *Anima prævalet lucro univerſi Orbis.*

21 *Honor cuicumque commodo pecuniario debet prævalere.*

22 *Citatio domi dimiſsa copia ſufficit de ſtylo Urbis, & A.C.*

25 R.P.D. Franciſcus Caſſarellus *laudatur.*

26 *Proximiores ſi non fuerunt citati in Contractu geſto inter Mulierem, & Forenſem, id potiùs adſcribi debet culpæ ipſius Mulieris, quàm quod exindè corruat Contractus.*

*Non enim Forenſis tenetur ſcire Arborem Conſanguinitatum alienæ Familiæ, ibid.*

27 *Proximiores Mulieris parùm refert, quod exiſterent in loco celebrati Contractus, niſi etiam plenè probetur, quod eidem Contractui potuiſſent commodè intereſſe.*

*Et quidem in præciſa die initi Contractus, ibid., & num.28.*

29 *Forma à Statuto præſcripta in Contractibus Mulierum, an, & quandò impleri valeat per æquipollens.*

30 *Notarius publicus, licèt minor, validè ſe obligat abſquè ſolemnitatibus.*

31 *Obligatio facta per Minorem ſine ſolemnitatibus non ſubſtinetur, licèt ſit obligatione Camerali munita.*

32 *Ratificatio Minoris, non data præciſa ſcientia nullitatis Contractus, non ſubſtinetur.*

33 *Obligatio facta per Minorem non ſervata forma à Statuto præſcripta, eſt omninò nulla, & inefficax.*

34 *Cauſa congrua non ſufficit in Contractu Minoris, niſi etiam ſolemnitates concurrant, & num.39.*

35 *Solemnitates Statutariæ requiruntur etiã in Contractu facto inter Matrem, et filium.*

36 *Cauſa in Contractu Mulieris, vel Minoris, ſi non requiritur utilis, ſaltèm non debet eſſe damnoſa.*

38 *Cauſa neceſſaria dicitur, quandò quis poteſt præcisè compelli.*

40 *Mulieri, quæ non habet dotem, ſeù parvam, ſuccurritur remedio* Authent. Prætereà, C. unde Vir, & Uxor.

41 *Expreſſio meritorum videtur color quæſitus ad fraudandum diſpoſitionem Statuti requirentis ſolemnitates.*

42 *Alienatio-ſeù donatio ſine cauſa nunquam daretur, ſi ſufficeret clauſula illa* = perche così li piace.

## DECISIO LIV.

JUxtà reſcriptum Imperatorum *Diocletiani,* & *Maximiani in l. fœminis* 18. *C. ad S.C. Vellejan.* præſupponens utiquè, ac decernens, quod *fœminis alienas, vel veteres, vel novas obligationes aliqua ratione ſuſcipientibus ſubvenitur,* ſub ea tamen limitatione, *niſi Creditor aliqua ratione per Mulierem deceptus ſit,* ex quo (ut proſequitur idem Reſcriptum) *nam tunc replicatione doli, S. C. exceptionem removeri conſtitutum eſt,* reſponderunt hodie Domini, non obſtantibus exceptionibus oppoſitis ex parte Comitiſſæ Pantaſileæ, ad favorem Fratrum de Tauruſiis = *conſtare de Credito in ſumma ſcutorum* 3087.

In facto ſiquidèm conſtabat, quod Comitiſſa prima vice vendiderat Hiacynto Epiſcopo Venuſino, ac Patruo reſpectivè prædictorum Fratrum de Tauruſiis loca triginta Montium, & in ſecunda alia conſimilia loca octo, effectivè receptis ab Epiſcopo Emptore totidem pecuniis in parte coram Notario, & Teſtibus numeratis, & in parte mediante Ordine directo Sacro Monti Pietatis; quapropter cùm Epiſcopus advento tempore exigendi fructus locorum Montium adinvenerit, illa interim fuiſſe diſtracta per Mulierem in extraneos, alioſque tertios Emptores, & idcircò ejuſdem Epiſcopi hæredes, veluti carentes re, & pretio, conclamaverint apud Dominos, (quidquid in præcedenti Inſtantia judicaſſet A.C.) neceſſarium reddabatur ad normam ſuperiùs inſinuati Reſcripti ſuccurrere potiùs Epiſcopo Creditori, ejuſque hæredibus, quam Mulieri, 1 cùm nihil tam naturale ſit, & juridicum, quàm reſtituere pretium effectivè exburſatum Emptori in caſu rei vel non liberæ, vel, prout hìc, nullatenùs traditæ, ad *Text. in l. Emptorem* 12. *propè fin., verſ. neque enim bonæ fidei, ff. de act. empt., Gratian. diſcept.*301. *n.*1. *& ſeqq., Rota dec.*362. *n.*3. *in fin. par.*4. *diverſ., & dec.*819. *n.*1. *coram Buratt.*; quin etiam in ſuis caſibus lex, quæ indemnitati Contrahentium proſpi- 2 cit, & deceptiones abhorret, condemnare ſolet Venditorem ad reſarcienda damna, & intereſſe Emptori illuſo, juxtà alterum *Text. in l. ex empto* 11. *§. Item ait, ff. eodem, Altograd. conſ.*45. *n.*4. *lib.*2.*, Adden. ad dec.*1. *n.*74. *& ſeq. par.* 8. *recen., Rota deciſ.* 42.*, & deciſ.* 100. utrobiquè *num.*2. *&* 3. *coram Card. Cerro.*

Et

Et eo potiſſimè, quia circa hæc loca Mon-
tium intantum Epiſcopus bona fide neglexerat
reportare incontinenti translationem præfa-
torum locorum Montium, inquantum Comi-
tiſſa prætexuit, melius eſſe evitare illas expen-
ſas, quas favore Officialium ſecum tuliſſet
translatio litterarum Patentium, quodque id-
circò per æquipollens impleri poterat Con-
tractus mediante mandato de ſolvendo liberè
fructus ipſorum locorum, quemadmodùm ſæ-
piùs fieri ſolet, & practicatur: ideòque dum
Epiſcopus aſſentiit huic æquitativæ rationi,
poſteàque in effectu remanſit deceptus, auge-
batur in conſequentiam ratio, & robur prædi-
ctæ Conſtitutionis Imperialis *in leg. fœminis,
C. ad Velleian.*; major namquè illuſio, ac de-
ceptio conſiderari non valet, quam quæ re-
3 ſultat ex interverſione beneficii, nempe ut
quod quis in alium benefaciendo transfundit,
in ipſius Benefactoris odium retorqueatur, ut
ait *Seneca Epiſt.81. & in libell. de Benefic. lib.3.
cap.1.*, non enim Epiſcopus tanti coemiſſet,
neque Comitiſſa tanti vendidiſſet hujuſmodi
loca Montium, quoties ad normam pactorum
vel ipſe, vel illa debuiſſet expenſas ſubire
4 translationis, ex regula, quod onera, & ex-
penſæ ſemper deducuntur à pretio, & valore,
ad notat. per *Gratian. diſcept.723. n.17.*, *Cy-
riac. contr. 222. n. 70. cum duobus ſeqq.*, *Rota
deciſ.128. n.4. & ſeqq. par.12. recen.*

Subſiſtente itaque baſe hujus facti, & juxtà
quam palpabatur, Epiſcopum Creditorem
nullo modo traxiſſe ad ſe Mulieris ſimplicita-
tem, undè eadem Mulier, vel ad normam Ju-
ris, vel præſidii Statutorum promeruerit ſub-
veniri; nihil ampliùs officere poſſe putave-
runt Domini generales, & in ſuis caſibus ve-
ras propoſitiones, nimirùm, quod Contractus
celebratus de Anno 1672. per Comitiſſam fa-
vore Epiſcopi, tam pro exoneratione ſuæ Con-
ſcientiæ, quam in recognitionem bonæ fidei,
ac denique ſuper traditione in ſolutum non-
nullorum bonorum, Jurium, & Creditorum
ad aquantium in totum debitum confeſſatum
in ſumma ſcut. 4700 dici mereretur nullus,
5 ex quo neque hujuſcemodi Contractus ſubſti-
neri queunt, quando præcedentes, quibus ni-
tebantur, erant nulli, & per Statuta, ac le-
ges enervati, & infracti, ad tradita per *Rot.
deciſ.56. n.11. & deciſ. 227. n 3. poſt Pacific. de
Salviar.*, *dec.240. n.20 cor. Bich.*, *dec.43. n.9.
poſt. Torr. de paſt. futur. ſucceſſ.*, *deciſ.283. n.2.
cum duobus ſeqq. par.12. rec.*, *& deciſ.224. n.9.
6 cor. Priolo.* Contractus etenim nulli ſecun-
dum *Iuriſtas*, ac etiam pleroſque *Morales* adeò
habentur pro irritis, ut neque ligent in Con-
ſcientia, ex adductis per *Modern. Peruſin. de
Contract. Minor. gloſſ.22. §.7. num.8. & ſeqq.*,
*Addent. ad deciſ.81. n.30. cum ſeqq. par.8 rec.*,
*Rot. deciſ.18. n.8. cum plur. ſeqq. cor. Duran.*,
*& deciſ. 63. n. 16. cum duob. ſeqq. poſt Salgad.
in labyr. Credit.*

Siquidem fortaſſè in primis non abſolutè re-
putari valebat nullus Contractus venditionis
locorum Montium recepto effectivo pretio
per Mulierem, quia alias eadem Mulier con-
trà ab initio inſinuatum reſcriptum *Cæſarum*
recipiendo pretium, & illudendo Emptorem
doli exceptione potuiſſet removeri; & nihilo-
minùs cùm Comitiſſa poſtmodùm de prædicto
Anno 1672. ratificaverit eumdem, ſivè eoſ-
dem Contractus venditionis locorum Mon-
tium, non ampliùs quærendum erat de vali-
ditate præcedentium Contractuum, ſed de
robore, & ſubſiſtentia poſtremi, qui cùm, ut
diximus, fuerit exaratus in recognitionem bo-
næ fidei, ac prò exoneratione propriæ Con-
ſcientiæ, utique omni Jure, omnique ratione
concludendum erat, poſteriorem hujuſmodi
Contractum valere, ac ſubſtentari: aliud quip-
pè eſt, Mulierem, vel alium liberè contrahe-
7 re interdictum, non teneri in Conſcientia ſa-
tisfacere eiſdem Contractibus Statutorum,
vel Jurium gladio obtruncatis, prout & aliud
exarare novum Contractum approbativum
ſimpliciter, & in ſequelam antecedentis nulli,
ad terminos *Authoritatum* in obiecto allega-
tarum, quia tunc eadem facilitate Mulier, vel
alia ſimilis perſona potuiſſet induci ad denuò
ratificandum, vel ex integro exprimendum
abſque alia juſtificatione titulum Conſcientiæ,
qua fuerat ab initio inducta, & ſeducta in an-
tecedentibus Contractibus omnino nullis, ut
rectè ponderant relati per *Gratian. deciſ. Mar-
ch. 234. n. 8. & ſeqq.*, *Rot. cor. Priol dec. 51.
n.23 & 24.*, *& in recen. dec.226. n.17. & 18.
par.12.*, *& dec.346. n.10. cum ſeqq. par.19.*

Aliud verò, & longè diverſum eſt, quandò
penetratâ rei medullâ dignoſcitur, Mulierem
in facti ſerie decepiſſe ſecum Contrahentem,
& idcircò non poſſe effugere coinguinationem
doli Tertio bona fide contrahenti præjudicia-
8 lis, eo etenim caſu quemadmodùm ex cauſa
ejuſdem deceptionis, ac doli teneretur in Con-
ſcientia apud Deum, ex *Innocentio, & Ancha-
ran. in cap. quia pleriquè, de Immunit. Eccleſ.*
quos refert, & ſequitur *Iacob à Canib. de exec.
ultim. volunt. par. 2. §. Conſentaneum n. 10.*,
quoties deinceps (ut decebat hanc nobilem
Matronam) recognovit bonam fidem, & in-
tendit obſtruere Os ablatrantis fortaſſè Syn-
dereſis, nullo modo dici poteſt invalidum, &
9 à Iure reprobatum actum effeciſſe, ſed potiùs
pium, & laudabilem, nullâque proindè indi-
gentem ſolemnitate, vel causâ, prout adhi-
bita opportuna conciliatione videre eſt in ter-
minis ſimilium Contractuum ſæpius nedum à
*Doctoribus*, ſed à noſtro Tribunali optimè di-
ſcernente unum caſum ab altero firmatum, &
ſignanter apud *Gratian. diſcept.878. n.22.*, *Al-
tograd. conſ.21. n.31. & ſeqq. lib.2*, *Modern. de
Angel. de Confeſſ. lib.2. quæſt.23. n.23.*, egre-
gie *Card. de Luc. de Dot. diſc.32. n.16.*, & me-
lius *n.17.*, *Rot. cor. Cerin. dec.2242. ex n.19.*

*uſquè ad finem*, *& dec*.25. *num* 27. *&* 28. *par*.9.
*recen.*

Et ſanè dum, ad terminos legum, ſcientèr
10 recepto pretio rem diſtrahens in duos Empto-
res per Crimen, quod nuncupant *Stelliona-
tus*, plecti poſsèt pœna Criminali, ut habetur
*in l. qui duobus* 21. *ff. ad leg. Corneliam de falſis*,
*Caball. conſ.* 120. *n.* 17. *lib*.2., *Fenzon. ad Sta-
tut. Vrb. lib*.1. *cap.* 109. *n*.7., *Olea de Ceſſ. Iur.
tit*.7. *quæſt*.2. *per tot.*, *Rot. dec*.84. *n*.18. *& ſeq.
cor. Angnel.*, durum nimis eſſet, quod quie-
ſcentibus hodiè Foris Criminalibus ab indaga-
11 tione ſimilium Criminum, ſub ea ratione,
quod hujuſmodi Crimina, tanquam nimis ef-
fecta familiaria, purgantur Judicio Civili, ſi-
cutì teſtatur *Farinac. conſ.* 176. *n.* 12., & poſt
eum *Raynald. in Comment. ad Bannimen. gener.
Legat. Bonon. tom*.2. *cap*.16. §. 19. *num*.6., nec
etiam poſtea in Judicio Civili purgari poſſent,
ſed ſub prætextu nullitatum inductarum ra-
tione ſuppoſitæ ſimplicitatis, abſolveretur per-
ſona, quæ in ſubſtantia prædictum Crimen per-
petravit.

Majorem difficultatem pati poſsè videbatur
idem Contractus aſſignationis, ſive dationis
in ſolutum Anni 1672. pro illa reſiduali rata
ſcut. 1180., quæ inſimul juncta cum prædi-
cto credito emergente à venditione locorum
Montium conflabant memoratam ſummam
ſcut. 4700.; quoniam etſi de hac quoque quan-
titate ſcut. 1180. liqueret per idem publicum
Inſtrumentum, adhùc tamen de poſitivo de-
bito Comitiſſæ non apparebat aliunde, quam
ex propria confeſſione, quæ regulariter apta
non eſt ad formandam, ſupplendamque cau-
ſam requiſitam *à Statuto Vrbis lib.* 1. *cap.* 151.
12 ex quo, ut præmiſimus ſuperius in ſimili, eà-
dem procuIdubio facilitate valet ſive Minor,
ſive Mulier induci ad confitendum, quâ de
facto deducitur ad ſe ſe obligandum, juxtà be-
nè perpenſa per *Pic. ad Stat. Vrb. gloſſ*.7. *n*.194.,
*Laurent. deciſ. Aven.* 28. *n*.9., *Rot. dec*.54. *n*.2.
*in fin. par*.1. *recen.*, *& cor. Merlin. dec*.185. *n*.4.
*&* 5., *& dec*.776. *n*.23., & eò præcipuè, quia
hujuſmodi confeſſio reducebatur ad cauſam
nimis vagam, & generalem, nempe, quod
prædicta ſumma ſcut. 1180. fuerit per Comi-
13 tiſſam ab Epiſcopo ſuſcepta *pro variis Domus
ſuæ indigentiis*, quamvè idcirco adamuſſim ſæ-
piſſime rejecit *Rota*, & ſignanter apud *Merlin.
dec.* 714. *n.* 35. *& ſeqq.*, *& dec.* 757. *n.* 16. *cum
ſeqq.*, *Ninot. dec.* 9. *n.* 3. *&* 4, *Priol. dec.* 88.
*n*.13., *& dec*.224. *n*.3. *cum duobus ſeqq.*, & nu-
per *in Anconitana Pecuniaria*, *ſeu Venditionis
16. currentis Menſis §. Vtraque autem*, *coram
R.P.D. meo Molines*.

Concomitantibus præcipuè defectum cau-
ſæ, circumſtantiis quoque deficientis ſolemni-
tatis, quia cum Statutum Urbis, de quo ſupra,
nè Minor, vel Mulier, ſexus, vel intellectus
imbecillitate fraudetur, pro forma exquirat
(ultra Judicis intereſſentiam, explorationem,
ac Decretum) præſentiam paritèr, ac con-
14 ſenſum duorum Proximiorum, qui ratione
ſanguinis induant intereſſe Mulieris, ac Mi-
noris, illorumque integrent perſonam, quem-
admodum expreſse ſancitur in prædicto Sta-
tuto, & pro nullitate conſiderant *Adden. ad
Pamphil. deciſ*.219. *num*.11., *Modern. Peruſin.
de Contract. Minor. gloſſ*.22. §.1. *n*.1. *& ſeqq.*,
*Rota dec* 676. *num* 36. *coram Dunoz. Iun.*, *&
in rec. dec*.31. *num*.3. *&* 4. *par* 12., *deciſ*.265.
*par*.14., *& dec*.57. *par*.15. utrobique *num*.1.
*&* 2., & alibi ſepiſſimè.

Utiquè in præſenti nullus intervenerat Pro-
ximior, quando tamen aderat inter hos R.P.
D. Caffarellus facilè citandus; quamvis enim
ſatis exiſtat ad normam ejuſdem Statutariæ
Cenſuræ *lib*.1. *cap*.151. citatis, ac renuentibus
intervenire Proximioribus, illorum loco de-
putare Curatorem, nihilominus, ultra omiſ-
ſionem reſpectu R.P.D. Caffarelli, nec appa-
rebat, quod ij Proximiores, qui fuerant citati,
forent reverâ laceſſiti Citatione perſonali,
quodque pejus erat, nec in Citatione fuerat,
15 expreſſa qualitas Contractus celebrandi cum
omnibus, & ſingulis circumſtantiis, ad finem,
ut iidem Conſanguinei, ſeù Proximiores ea
maturitate, qua neceſſe eſt, perſcrutari va-
lerent, utrum Mulieri expediret exarare Con-
tractum, ex iis, quæ præciſè notarunt *Card.
de Luc. lib*.7. *de alien. diſc*.33. *n*.5., *Rot. cor. Du-
nozett. Iun. d. dec*.676. *n*.44., *& dec*.59. *n*.8.
*&* 9. *coram Ninot*, *& in Aſculana Dotis* 21.
*Aprilis* 1681. §. *Nec ad ſalvandam*, *&* 20. *Iu-
nii ejuſdem Anni* §. *Non obſtante*, *cor. bo. me.
Rondinino*.

Addebaturque poſtremo, quod & hic, qui
fuit ſubſidiario loco deputatus Curator, de-
fecit in ſalutari proprii muneris, omittendo
16 (ut ordinat Statutum) prævio Juramento af-
firmare, Contractum non cedere in damnum,
ſeù præjudicium Mulieris, ideòque ex hac ocu-
lari prætermiſſione formæ multò magis rue-
bat ipſe Contractus, Teſte *Modern. Epiſc. Ve-
ralan. in Commentar. ad Statut. Favent. lib*.3.
*rub*.17. *n*.34., *Rot. coram Burat. dec*.924. *n*.6.
*&* 7. *cor. Pamphil. dec.* 455. *n.* 6. *cum ſeqq.*,
ibique *Add. n.* 13., *& dec.* 378. *n.* 8. *par.* 14.
*rec.*, *& in Romana Donationis* 14. *Martis* 1689.
*ex* §. *Præfatæ nullitati*, *uſquè ad fin. cor. Reve-
rendiſſ. Hervault Archiepiſcopo Turonen.*

Cæterum Domini, nuſquam recedentes à
præcitato reſcripto *Imperatorum*, ſupervaca-
neum ducebant expendere ſingulares has op-
poſitiones Pantaſileæ, (jam enim circa majo-
rem quantitatem deſcendentem à venditione
Montium non poterat eſſe quæſtio, ex ſuprà
firmatis, ſuper interventu Cauſæ, vel ſolem-
nitatum;) unde cum tota amaritudo reduce-
retur ad prædictam ratam ſc. 1180., dum pa-
riter reſpectu hujus quantitatis cantabat idem
publicum Inſtrumentum in recognitionem bo-
næ fidei, & in Conſcientiæ exonerationem,

non

non poterat ulla ſumi interpraetatio, quod
Mulier extiterit in hac minori parte ad confi-
tendum falſum illecta, quando in longè exce-
dente, & longè majori illexerat, & deceperat
17 Creditorem: ſicuti namquè vel dictum Te-
ſtis, vel etiam publicum Inſtrumentum in par-
te falſum, præſumitur falſum in totum, ut
arguit *Noguerol. alleg. 12. n. 168. & alleg. 26.
n. 76.*, *Paul. Rub. in addit. ad dec. 56. n. 43.
cum ſeq. par. 9. recent.*, *Capye. Latr. conſult. 87.
n. 3.*, *Rot. dec. 42. n. 6. & 7. coram Buratt.* Ità
18 à contrario in majori parte verum palpabili-
tèr demonſtratum, torquet intellectum, ut
facilè opinemur, totum fuiſſe verum, ex tra-
ditis per *Rot. cor. Mantic. dec. 363. num 4.*, *&
dec. 569. ſub n. 1. verſ. Dantur etiam, par. 4.
rec.*, & magis in ſpecie *dec. 11. n. 14., par. 18.*,
*& in Romana Pecunia ria 3. Decembris 1696.
§. Id autem, cor. Reverendiſſ.* D. *meo Decano*.

Atquè ad hunc effectum deferendum quan-
doque Domini putarunt, & præcisè in hoc ca-
ſu, interventui Judicis, qui nuſquam præſu-
mitur adcò oſcitanter ſeſe gerere voluiſſe, ut
propiùs non benè rimaverit omnes, & ſingulas
circumſtantias confeſſionis, vel Contractus;
undè quidquid ſit abſtractivè in aliis caſibus,
profectò in hoc, in quo Nobilis iſta Matrona
voluit indubitantèr ſublevare propriam Con-
ſcientiam in ſumma tàm grandi pretii loco-
rum Montium triginta, & octo, cenſendum
19 eſt, quod Judex non aliàs ſuam interpoſuiſſet
authoritatem etiam quòad reliquam ſummam,
niſi exonerationem pariter Conſcientiæ, ac
reſpectivè veritatem, & ſubſiſtentiam narrato-
rum competiiſſet, ut generalitèr, imò in for-
tioribus dixit *Rot. in Romana lucri dotis 6. Mar-
tii 1682. §. Nec ad probandam, cor. bo. me. Ron-
dinino, in Romana Cenſus 5. Decembris 1695.
§. Etenim, & in §. Neque ſubſiſtentia, coram
R. P. D. meo Scotto, & in dicta Romana Pecu-
niaria 3. Decembris 1696. §. Necde veritate*,
confirmata *28. Iunii 1697. cor. Reverendiſſimo
Decano*.

Quinimò ad hunc eundem effectum retor-
queri viſa eſt objectio ſuper neglecta forma
Curatoris deputati, dùm ex oppoſito Curator
medio Juramento affirmavit = *ſtante eius fir-
ma recognitione veritatis, ità convenire tàm ra-
tione exonerationis ejus Animæ, & Conſcientiæ,
quàm pro ejus honore, ut nobilem Matronam de-
cet*; quaproptèr nequè ex toto complexu, ne-
què ex hoc capite meretur impugnari Contra-
ctus, qui totus tendit in reſtitutionem acce-
pti, quodvè retentum vel obeſſet Animæ, quæ
20 prævalet lucro Orbis univerſi, ex *D. Matth.
cap. 16. num. 26.*, & *D. Luc. cap. 9. num. 25.*,
vel offuſcaret honorem nobilis Matronæ,
21 quivè cuicumque commodo pecuniario de-
bet prævalere, ut inquit *Bertazz. conſ. Cri-
min. 42. n. 6.*, *Riminald. Iun. conſ. 5. n. 99.*, *&
conſ. 234. n. 62.*, plenè *Marott. diſcept. forenſ.
cap. 2. ex n. 6. ad 13.*

Atquè ex his, quæ Religionem Judicantium
valdè ſtringebant, inutile quodammodo red-
debatur deſcendere ad examen Citationis,
& interventus, ſivè deficientiæ Proximiorum;
Et nihilominus in quamdam puram exuberan-
tiam penitùs collabeſcere apparuerunt addu-
ctæ nullitates: quidquid enim dicebatur de
Citatione perſonali intermiſſa in advocandis
Proximioribus, nullo Jure, nulla *Doctrina*,
nulla ratione fulciebatur, cùm niſi actus, ſeù
qualitas Judicii particularis, vel per Apoſto-
licas Conſtitutiones, vel per ſanctionem Ju-
22 ris hoc exigat, ſemper citatio Domi dimiſsâ
Copiâ de ſtylo Urbis, & A.C. ſufficiat, ſicuti
teſtatur *Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 2. n. 60.
& ſeqq.*, *Card. de Luc. de Iudic. diſc. 9. n. 10.*,
& priùs *lib. 4. ſub tit. de locat. diſc. 20. n. 5. in fin.
& n. 6.*

Subalterna autem oppoſitio circà eandem
Citationem de non facta expreſſione circum-
ſtantiarum Contractus ineundi, præceps ibat
ex facto, in quo præfulgebat, nominatim ex-
23 preſſum extitiſſe locum, diem, & horam,
nec non qualitatem ipſius Contractus, ac de-
niquè conſequutivam dationem in ſolutum,
proindèque concurrebant ea omnia, quibus
contentæ ſunt *Authoritates* in objecto lauda-
tæ, & quibus addi poſſunt *Adden. ad Pamphil.
dec. 219 ſub n. 16. verſ. Citatio verò*, *Modern.
Epiſc. Verulan. ad Statut. Faventi. lib 3. rubr. 17.
n. 27.*, *Rot. dec. 1002. n. 20. coràm Dunoz. Iun.*,
*& dec. 378. num. 1. & 2. par. 14. recent.*, aliàs
namque oportuiſſet, quod Citatio deflecteret
24 quodammodò in Volumen, ſi continere de-
beret integrum Contractus, vel Inſtrumenti
exarandi tenorem, adversùs ea, quæ concla-
mant *Lamberteng. de Contrac. Mulier. gloſſ. 13.
n. 4.*, *& Rot. dec. 203. n. 2. & ſeq. par. 4. tom. 2.
recent.*

Deniquè reſpectu deficientiæ Proximiorum,
jam ſuprà oſtenſum fuit, quod iiſdem Proxi-
mioribus intereſſe renuentibus, Statutum, &
Judex provident de Curatore, qui interfuit,
undè ſi aliqualis hærendi occaſio remaneret,
verſaretur in neglecta Citatione in perſonam
25 R. P. D. Caſſarelli; Sed ultrà quod præſu-
mendum erat, quod ſi tàm emeritus Romanæ
Curiæ Prælatus interveniſſet, approbaſſet, at-
què laudaſſet actum reſtaurativum honoris, &
exonerativum Synderesis per non diſſimilia
verba ab illis, quæ (ut annotavimus) Cura-
tor adhibuit: Attamen etiam de rigore pro-
cedendo placuerunt geminæ reſponſiones tra-
ditæ per Defenſores Fratrum de Taurusiis, al-
tera, quod intermiſſa Citatio ergà R. P. D.
26 Caſſarellum tribuenda potiùs eſſet culpæ
Panthaſileæ, quæ ſuos ſciebat Affines, & Con-
ſanguineos, non autem Epiſcopi Creditoris,
ac Forenſis, & conſequentèr ignari Arboris
Conſanguinitatum alienæ Familiæ, ex iis, quæ
in his terminis reſponderunt *Fulgoſ. conſ. 219.
n. 3. poſt. med. verſ. Rursùs, & n. 4.*, *Tiraquell.*

do

*de leg. connub. l. 16. gloſſ 8. ſub n. 136.*, *Gratian. dec. Marc. 234. ſub n. 18. verſ. In caſu tamen*, & *n. 19.* ibiquè *Modern. Scoppa in addit. n. 3.*, & *ſeqq.*, *Rota dec. 495. n. 4. cum duobus ſeq. par. 13. rec.*, & *in Romana Cenſus 21. Februarii 1687. § Omiſſo etenim*, & *ſeq.*, *cor. Eminentiſſimo Caccia Archiepiſcopo Mediolanen.*

Et altera, quod cùm ad effectum deſtruendi Contractum ſub prætextu, quod neglecta fuerit citatio Conſanguinei proximioris, minimè
27 ſufficiat edocere tantummodò de ſuperexiſtentia in humanis talis Proximioris, ſed ulteriùs efflagitent Jura, & Tribunalia, quod impugnans ex hoc fundamento Contractum, concludentiſſimè demonſtret, hunc eumdem Proximiorem potuiſſe nedùm phyſicè, ac moralitèr, ſed etiam commode intervenire ſub illa præciſa die celebrati Contractus, ex cumulatis per *Adden. ad Gregor. dec. 406. n. 19.*, *Ciarlin. controv. 123. ex n. 1. cum plurib. ſeqq.*, *Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. rub. 45 n. 44.*, *Urceol. conſult. 28. n. 2. cum ſeq.*, *Rot. dec. 28. n. 5.*, & *dec. 57. n. 1. poſt Pic. ad Statut. Urb. dicta dec. 495. n. 3. par. 13. recen. dec. 50. n. 8. par. 18.*, & *cor. Priol. dec. 356. n. 2.* & *ſeqq.*, & ſignanter *n. 6.*, & *in Romana Cenſus 23. Februarii 1685. § Nec præſumpta cor. Reverendiſſimo D. meo Decano.*

Profectò in caſu noſtro nuda præſentia in Urbe R.P.D. Caffarelli, quæ in hodierna propoſitione ab ejus dumtaxat atteſtatione eliciebatur, nullo modo inferebat quoquè in commodam ejus intereſſentiam, quinimò cùm Contractus fuerit initus die 6. Aprilis 1672. idemquè Prælatus in ſequenti die 7. Cauſas palàm propoſuerit in plena Signatura Juſtitiæ, credibile nimis eſt, & maximè poſt jam defluxum intervallum Annorum 26., quod idem Prælatus commodè non valuerit in Vigilia propoſitionis Cauſarum, quæ tota debetur lucubrationibus earumdem Cauſarum, præſentiam adhibere Contractui Mulieris Affinis, quando & circumſtantiæ expreſſæ in Citatione, & perſona Creditoris Epiſcopali charactere inſigniti, facilè poterant ſuadere, utilius eſſe ſuperincumbere proprio muneri, ac ſtudio Cauſarum, quàm ſupervacaneæ, & aliundè ſuppletæ, vel ſupplendæ intereſſentiæ; ſemperque tandem ſubſiſtebat, extitiſſe ad ſummum per Comitiſſam juſtificatam potentiam
28 proximam R.P.D. Caffarelli, ſed non illam potentiam magis proximam, & habilitatem, quæ tangat præciſam diem Contractus, ut proſequitur *Rot. cor. Coccin. deciſ. 725. ex n. 9. ad finem.*

Subverſis itaquè etiam ad Partes exceptionibus, & incaleſcente à primo ad ultimum ſubſtantia facti ad limites prædictæ *leg. fœminis*, *C. ad S. C. Vellean.*, cùm juxtà Calculum liqueret, credita, ſeù bona tradita Epiſcopo in ſolutum effecta fuiſſe inexigibilia, vel evicta juxtà importantiam ſcut. 3087., prò totidem conſtare de Credito Fratrum de Tauruſiis ipſius Epiſcopi hæredum meritò reſponſum fuit, poſthabita frigidiſſima illa exceptione, quod hujuſmodi Creditum ſpectare poſſet ad Eccleſiam Venuſinam, uti profligata ex lectura Inſtrumenti, & ab Indulto reſpectivè ſa: me: Alexandri VII.

Utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

HÆc Deciſio non ſolùm extitit confirmata coram Me, pròut inferiùs in hoc ipſo Volumine continebitur, ſed etiam in aliis Inſtantiis, itàut per acquieſcentiam ſuccumbentis ampliùs actum non audiverim de Cauſa.

Frequentes autem, ac quotidianæ ſunt in Foro diſceptationes ſuper nullitatibus Contractuum geſtorum cum Mulieribus, & cum Minoribus, & quia *Sac. Rota* ad limites, ſivè ſenſum enunciatum in præſenti Deciſione ſemper conſideravit ſubſtantiam actus, ac circumſtantiarum, utrum ſcilicet Mulieres, vel Minores remanſerint in Contractu quoquo modo decepti, vel non, diverſimodè, ut par erat, judicavit; ſignantèr etenim cùm ageretur de donatione, ſeù renunciatione emiſſa in celebri Cauſa *Savorgnana* per quamdam Tertiariam S. Franciſci favore illorum *de Savorgnanis*, quia nulla læſio, nulla deceptio comperta eſt in ipſa donatione, ſeù renunciatione,
29 *Rota*, inquam, admiſit, quod forma, quæ videbatur præſcripta per Pragmaticam, ſeù Statutum Forojulienſe, poſſet impleri per æquipollens, etſi regula ſit, quod ea, quæ ſunt de forma, adimpleri debeant ſpecificè, uti latiùs diſcuſſum fuit in dicta Cauſa, ſivè *in Bononien.*, *ſeù Imolen. bonorum ſuper portione Sor. Mariæ Cæleſtis 27. Ianuarii 1698. cor. R. P. D. dell'Olmo*, ubi præ cæteris allegantur *Alderan. Maſcard. de gener. Statut. interpret. concluſ. 9. n. 76.*, *Salgad in Labyrint. Creditor. par. 1. cap. fin. n. 135 cum ſeqq.*, *Mareſcott. variar. reſol. cap. 68. à n. 1. lib. 1.*, & fuit confirmata *ſub die 28. Aprilis ſequentis*, & *23. Ianuarii 1699. coram eodem R.P.D. dell'Olmo.*

Pari modo cùm Bononiæ adſit Statutum abbreviativum minoris ætatis quòad Comitatenſes, ac pro majori parte commorantes in eadem Civitate, itàut ſufficeret ætas Annorum 18., & excipiantur, ſivè relinquantur ſub diſpoſitione Juris communis Cives Bononiæ, Marchio verò Senator Amadorus Spada contraxiſſet cum originario Comitatenſi, qui de tempore geſti Contractus emptionis cujuſdam Mercis, ſeù Canabis erat conſtitutus in ætate circitèr viginti duorum Annorum, ac exiſtebat publicus Notarius adſcriptus Syllabo Notariorum Bononiæ, *Rota* præcognita legalitate Contractus optima fide expleti, ultrà probationes in facto circà nativitatem Emptoris ſequutam in Caſtro Butrii, nec non habitatio-

nem

nem pro majori parte Anni ferè ſemper explе-
tam per eumdem Emptorem in Caſtro prædi-
cto, definivit etiam ex circumſtantia, quod
30 Emptor eſſet publicus Notarius Bononiæ, ac
non ità facilè decipiendus, cùm penès ipſum
fidem publicam pro alienis Contractibus Re-
gimen, & Magiſtratus cuſtodiendam repoſue-
rint, Contractum ſubſtineri, & militare Sta-
tutum in ſecunda parte Comitatenſium, non
autem in prima Civium, ac habitantium Bo-
noniæ, quemadmodùm fusè videre eſt *in Bo-
nonien. Pecuniaria 13. Iunii* 1701. *cor. R. P. D.
Priolo*, & 3. *Iulii* 1702. *cor. R.P.D. Lancetta*, &
priùs etiam firmaverat *eadem Rot. in alia Bo-
nonien. Pecuniaria 15. Iunii* 1685. §. *Nec etiam,
cor. Florez*, & 16. *Maii* 1687. §. *Verùm etiam,
coram Rondinino*, quæ deciſio *coram Florez* im-
preſſa reperitur *apud Conſtant. ad Statut. Urb.
dec.*157.

E' converſo autem, quia ſubſtantialiter læ-
ſus apparebat Marchio Angelus Gabriellius in
quadam promiſſione menſtruæ præſtationis ſi-
ne cauſa facta ergà Matrem, credidi de An-
no 1680., illius obligationem cadere ſub Sta-
tuto Urbis irritativo Contractuum geſtorum
à Minoribus abſquè cauſa ſine certis ſolemni-
tatibus ſecundùm ea, quæ habentur in ſequen-
tibus Allegationibus, in quibus Mater coacta
fuit à prætenſione reſilire, quavè mediante
contendebat, Apocam obligatoriam Marchio-
nis filii redigendam eſſe in publicum Inſtru-
mentum, tali modo apud Judicem exorſus.

Arctari nequit D. Angelus ad conficendum
Inſtrumentum annuæ præſtationis, de qua eſt
quæſtio; licèt enim ad id ſe ſe obſtrinxerit me-
diante Apoca obligationis Cameralis vinculo
munita, nihilominùs cùm illa deſtituta noſca-
tur ſolemnitatibus, & cauſa, requiſitis in Con-
tractibus, & obligationibus Minorum, qualis
erat tunc temporis D. Angelus, juxtà præſcri-
ptum *Statuti Urbis in cap.*151., hujuſmodi ſo-
31 lidiſſima exceptio adeò palpabilem inducit
nullitatem, ut proculdubio prædictæ obliga-
tionis executionem retardet, & impediat, ut
in individuo ejuſdem Statuti firmavit *Galles.
de oblig. Camer. quæſt.*3. *n.*3., & clariùs *Zacch.
in addit. ibidem n.*10. & *n.*28., ac pro indubi-
tato ſupponunt *Authoritates* omnes, & ipſa
*Rota* inferius laudanda.

Quinimò ad effectum, ut ratificatio, quæ
32 per publicum Inſtrumentum fieri prætendi-
tur, ſubſtineretur, opus eſſet, quod priùs
D. Angelus præcisè, & non præſumptivè cer-
tioraretur de nullitate prioris obligationis,
aliàs enim & ipſa ratificatio, tanquam acceſ-
ſoria ad principium infectum, manifeſtiſſime
corrueret, ex plene congeſtis per *Rot. coram
Ludoviſ. dec.*160. *n.*15., *ibiquè Adden. n.*22.,
*cor. Buratt. dec.*410. *n.* 11., *ubi Add. n.*15.,
*Merlin. dec.*646. *n.*17., *Duran. dec.*459. *n.*9.,
*dec.*3. *n.*1. *poſt Pic. ad Stat. Urb.*, cum aliis *in
dec.*260. *n.* 1. 2. & 13. *par.*6., & *dec.*80. *n.*3.
*par.*10., & *dec.*352. *n.*20. *par.*17. *recen.*, & ali-
bi milliès.

Quod autem in præſenti deficiant requiſitæ
ſolemnitates, ſatis eſt perlegere, ac recenſere
Apocam, de qua ſupra; quoniam ibidem ap-
paret, adhibitos non fuiſſe geminos proximio-
res conjunctos, neque Judicem interpoſuiſſe
aliquod Decretum cum cauſa in ſcriptis ex-
preſſa, inſinuata, ac plene cognita: cumque
33 hujuſmodi ſolemnitates exiſtant de forma ſub-
ſtantiali, illis proinde deficientibus obligatio
inefficax, & nulla redditur in radice, ut ex-
preſſis verbis habetur in eodem Statuto, fir-
mantque *omnes Gloſſatores ibidem, Pic. gloſ.*17.
*n.*2., *Fenzon. n.*13., *Rot. coram Dunoz. Iun.
dec.*554. *n.*4., & *dec.*676. *n.*38., *dec.*173. *n.*1.
*par.*14. *rec.*, & *in Romana Pecuniaria 7. Iunii*
1676. *cor. R.P.D. meo Taya in principio*.

Idque adeò verum, ut etiamſi cauſa, pro
qua D. Angelus ſeſe obligavit ad expetiti In-
ſtrumenti celebrationem, foret omninò con-
grua, & neceſſaria, pròut ex infrà dicendis
conſtat de contrario, adhùc tamen hujuſmodi
34 cauſa in nulla habetur conſideratione, niſi
etiam adhibeantur ſolemnitates copulative
requiſitæ in Contractibus Minorum, ut dixit
*Rot. dec.*167. *n.*6. *par.*1. *rec.*, & *dec.*98. *n.*23.
& *ſeqq. par.*6., late *Adden. ad dec.*470. *num.*1.
& *ſeq. par.*4. *tom.*2. *rec.* cum cœteris *in Anco-
nitana nullitatis Concordiæ 16. Aprilis* 1646. *co-
ram Arguell.* § *Quod autem Conſtitutio*, & *in
Romana, ſeù Ratiua donationis* 28. *Novembris*
1664., & 11. *Decembris* 1665. *cor. bo: me: Eme-
rix Sen.* quarum prima impreſſa eſt *dec.*230.
*n.*5. *par.*14., & altera *dec.*380. *n.*9. & 10. *ea-
dem par.*14 poſtmodum confirmata *deciſ.*57.
*n.*10. & *ſeq. par.*15., & *dec.*97. *n.*13., & *de-
ciſ.*365. *n.*5. & 7. *eadem par.*15. *recen.*

Neque evitari valet Statutaria cenſura ſub
eo forſan velamine, quod verſemur in Apoca,
& promiſſione facta Matri per filium, quaſi
tunc minime requirantur ſolemnitates: Quo-
niam licet nonnulli, & pauciſſimi id inciden-
ter dixerint, nihilominùs contraria ſententia
verior eſt, atque majori *Doctorum* calculo fir-
mata; Tùm quia Statutum voluit fraudibus
obviare, quæ poſſunt intervenire etiam in
Contractu filii inito cum Matre, tùm etiam,
35 quia Statutum indefinite, & generaliter lo-
quitur, proindeque compræhendit Contractus
geſtos quoque inter Matrem, Patremque cum
filiis, juxta ea, quæ (cæteris omiſſis) punctua-
liter habentur apud *Iaſon. in conſ.*69. *num.*5. &
*ſeq. lib* 1., & *in l. pactum* 25. *de donat.*, *Tiraq-
quell. de legib. connub. gloſ.*8. *n.*115., *Boccacc.
ad Conſtit. Marcb. gloſ.*3. *n.*137. & 141., *Pic.
ad d. cap.*151. *gloſ.*7. *n.*277., *Rot. dec.*177. *n.*2.
*par.*1. *rec.*, & *dec.*723. *n.*15. & 16. *par.*2., &
*cor. Ludoviſ.*, & *ibi Adden. dec.*334. *n.*10., *co-
ram Buratt. dec.*120. *n.*30. & *ſeqq.*, & *cor. Bich.
dec.*249. *repetit. dec.*217. *n.*29. *par.*11., *dec.*252.
*poſt* 2. *vol. conſ. Farinacc.*, *cor. Coccin. dec.*1174.
*n.*15.

*n.15.*, *& cor. Dunoz. Iun. dec.234. n.9.*, & in Matre præſuppoſuit *Pentinger. dec.429. n.6.*, & latè fuit dictum *in Eugubina donationis 23. Ianuarii 1672. cor. R.P.D Rondinino*, *Giovaguon. reſp.83. n.29. lib.1.*, *Fenzon. ad Stat. Urb. cap.149. n.10. & ſeqq.*

Verùm, ut præmiſimus, deficit etiam in-
dubitantèr cauſa, pro qua ſeſe potuiſſet Ange-
lus obligari; nullibi etenim conſtat, quod ipſe
ſubire deberet onus menſtruæ præſtationis in
ſcut.40., & tamen in ſenſu noſtri Statuti cauſa,
36 propter quam ſubſtentari, valet obligatio per
Minorem, aut Mulierem contracta, vel re-
quiritur omninò neceſſaria, vel ſi non ſit uti-
lis, ſaltèm non debet eſſe damnoſa, ad ea,
quæ ſæpius firmavit *Rot. in deciſ.56. num.10.*,
*& deciſ.227. num.3. apud Pacific. de Salvian.*
quas refert *Gratian. diſcept.952. num.12. & 28.*,
*Bich. deciſ.240. num.19. & 20.* cum aliis *in de-
ciſ.163. num.7. par.14. rec.*, *& deciſ.43. num.9.
poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ.*

Siquidem in primis omnes illæ, quæ enun-
ciantur in Apoca, ſolummodò nituntur eiuſ-
dem Angeli aſſertioni, ideòque niſi aliunde
remaneant juſtificatæ, certi Juris eſt, quod
ipſius Minoris aſſertioni non ſtatur, ex quo
37 eadem facilitate, qua ad contrahendum in-
ducitur, impellitur etiam ad confitendum,
undè ſicuti Minori prohibetur obligatio, ità
quæcumque interdicitur aſſertio, tanquam
mere deſerviens ad colorandum Contractum,
ut inquit *Text. in l. magis puto, §. In primis igi-
tùr, ff. de reb. eor. & in l. Minorum, C. de Præd.
Minor.*, *Bartol. in l. ſi fortè, ff. de Caſtren. pe-
cul.*, *Rota dec.22. num.14. apud Pic. ad Statut.
Urb.*, *Merlin. dec.444. num.9. & 10.*, *dec.713.
num.5. par.2. rec.*, *& deciſ.293. num.3. par.15.*,
*& deciſ.117. num.11. & 12. poſt Torr. de pact.
futur. ſucceſſ.*

Fortiùs verò, quoniam licet enarratæ cau-
ſæ reverâ, & aliundè comprobàrentur, atta-
men ipſarum nulla ſufficeret; ea etenim, quod
Marius illius Pater haberet intentionem relin-
quendi D. Magdalenæ menſtrua ſcut.100., ni-
hil operatur, cum ſolummodò ſubſiſteret, &
efficax reputari poſſet, quotiès hujuſmodi in-
tentio redacta foret ad actum obligatorium, &
non ſtetiſſet in mera velleitate, quia tunc ſi-
cuti nequiviſſet Angelus vigore iſtius aſſertæ
nudæ intentionis inquietari, ità exindè non
valet depromi neceſſitas cauſæ obtemperandi
38 Paternæ ordinationi, cauſa quippe neceſſaria
dumtaxat in Jure reputatur, quando ob eam-
dem potuiſſet Angelus præcisè compelli, ex
traditis per *Tiraquell. de legib. Connub. gloſ.8.
n.197. & ſeq.*, *Gabr. conſ.20. n.50. & ſeq. lib.2.*,
*Rot. apud Pic. dec.60. n.22.*

Eòque magis, quia ex eadem enarratione convincitur ſimulatum hujuſmodi preceptum, & ordinatio, dum neque intra illius Cancellos voluit Magdalena ſeſe reſtringere, ſed ulterius adauxit ſcut.300., ac propterea non ſo-
lùm ipſo Jure annullatur hujuſmodi exceſſus,
ad ea, quæ in puncto firmavit *Rot. in Sutrina
Dotis 19. Februarii 1674. §. Quod autem, &
12. Junii 1675. §. Quia, ut dictum, coram Re-*
39 *verendiſſimo D. Albergato*; ſed etiam faciliùs
intrabat neceſſitas tunc temporis adhibendi
Decretum Judicis, juſtificandique coràm eo
veritatem, & præciſam quantitatem hujus aſ-
ſertionis, ut præter ſupra laudatos *in §. Idque
adeò*, in longè fortioribus firmavit *Surd. conſ.
191. num.24. & ſeq.*, *& deciſ.77. ferè per tot.*,
*Pinell. in l.1. par.3. num.52. illat.16. C. de bon.
matern.* latè *Hodiern. ad Surd. deciſ.278. n.15.
& ſeqq.*

Minùſque reputari poteſt iuſta cauſa ea,
quæ fundantur in decore Domus, & Fami-
liæ; tùm quia remanet Magdalena ſufficientèr
proviſa ex ſua Dote, & lucro dotali, & quan-
40 dò nullam dotem habuiſſet, intentare debe-
bat remedium *Authent. præterea, C. undè Vir,
& Uxor*, ſuper qua latè *Rovit. deciſ.46.*, *Man-
gil. de imput. quæſt.153. & ſeqq.*, *Conciol. al-
legat. for.9. & 10 per tot.*, *Surd. deciſ.61.*, *Ba-
ron. de Citat. in addit. ad quæſt.19. ſub n.54.*,
*Mart. de ſucceſſ. legal. par.3. qu.12. art.5. & vot.
Piſan.21. & 22.*, *Velaſc. de privil. Pauper. par.1.
quæſt.56.*, *Andr. Kobl. de ſucceſſ. conjug. par.2.
per tot.*, *Barry de ſucceſſ. lib.18. tit.4. ex n.11.
uſquè ad fin.*, *Bellon. de Jur. accreſc. cap.10.
quæſt.13.*, *Antonell. de temp. legal. lib.1. cap.67*,
*De Marin. reſol. Jur. lib.1. cap.348.*, *Rub. de
Teſtam. cap.25. ex n.130. uſquè ad 143.*, *Amat.
deciſ. Marcb.72.*, *Vinc. de Franch. deciſ.318.*,
*& deciſ.410.*, *Caſtald. conſult.20. 21. & 177.*,
*Rot. dec.174. poſt Pacif. de Salvian. & cor. Du-
ran. dec.42.*, *Coccin. dec.1564.*, *Celſ. dec.115. &
in rec. dec.230. par.4. tom.2.*, *& dec.347. par.18.*

Tum etiam, quia conſimiles genericæ expoſitiones in eiſdem terminis noſtri Statuti cenſentur appoſitæ potiùs ad obumbrandam donationem, quàm ad conſtituendam veram, & effectivam donationem ob cauſam, prout in ſpecie advertit *Rot. dec.22. n.15. poſt Pic. d. tract.*, *& coram Cavaler. deciſ.257. num.8.*, *dec.230. num.6.*, *& dec.380. num.7. verſ. aliæ verò cauſæ, par.14. rec.*, ubi referantur concordantes *in Tiburtina donationis cor. Albergato*, *& Bourlemont.*

Ejuſdemque irrelevantiæ detegitur aſſertio
meritorum; ultrà enim, quod iſta omnia alle-
guntur, ſed non probantur, oporteret profe-
ctò, quòd merita eſſent talia, quæ correſpon-
derent promiſſioni, de qua agitur, quinimò
41 expreſſio meritorum videtur potiùs color quæ-
ſitus ad fraudandam mentem Statuentium,
ut pariter in individuo proſequitur *Rot. poſt
Pic. d. deciſ.22. num.13.*, & prius *Menoch. conſ.
112. num.23. & ſeq.*, *Merlin. de legit. lib.2.
quæſt.29. n.19.*, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.4.
par.2. num.26.*, *Rot. deciſ.346. num.2. par.4.
diverſ.*, *& in Æſina Donationis 23. Martii 1640.
coram Ghiſilerio*, & bene *deciſ.146. num.24.
& 25.*

*& 25. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ.*, & in durioribus habetur *in d. dec.380. n.10. verſ. quovero, par.14. rec.*

Denique non credimus inſiſti poſſe ſuper illis verbis - *e perchè così ei piace di diſporre* - ani-
42 mum ſuum moventibus; quia ſi iſta nimis generica enunciatio, ſeu ſuppoſitio ſatis eſſet, nunquam daretur obligatio, vel alienatio ſine cauſa, ut optime præmonet *Pic. ad Statut. Vrb. gloſſ.22. n.3., Rot. apud eumdem dec.33. n.4. & 6., Merlin. dec.714. n.35. & ſeqq., & dec.216. n.14. & 15. par.17. rec.*

Atque ita cum Apoca, cujus executio expoſtulatur, apertiſſimo labores defectu tam ſolemnitatum, quam cauſæ, denegari nequit Abſolutoria, pro qua, ex ſupra deductis, exuberaret alterutrum concurrere, videlicet vel cauſæ, vel ſolemnitatum deficientiam.

## FAVENTINA JURIUM PAROCHIALIUM.

*Lunæ 21. Junii 1698.*

### ARGUMENTUM.

Matricitas Eccleſiæ ex quibus probetur. Clerus Sæcularis Eccleſiæ filialis in Proceſſionibus præcedit Clerum Regularem Eccleſiæ Matricis, Miniſter deputatus cum Juriſdictione Eccleſiaſtica ſuper perſonis Exercitus, an poſſit Ordines conferre, & Dimiſſoriales concedere perſonis militantibus, eorumque filiis natis in Exercitu, vel illi, & illæ ſint concedendæ ab Ordinario, ſub cujus Juriſdictione in Statione, vel in Præſidiis commorantur.

### SUMMARIUM.

1 *Eccleſia Parochialis præſumitur ſemper, & uſq; ab initio introductæ Chriſtianæ fidei adfuiſſe in Terra, vel Caſtro populato.*

2 *Antiquitas rei, de cujus initil memoria non conſtat, facit præſumere verum omne poſſibile.*

3 *Præſumptio præſumptionis non admittitur, niſi una veniat in conſequentiam alterius.*

4 *Eccleſia moderne conſtructa non præſumitur eſſe Matrix aliarum Eccleſiarum antiquorum.*

5 *Intentio unius Patris ſufficienter probata, non poteſt elidi, niſi per contrarias urgentiſſimas probationes.*

6 *Hyſtorici in re antiquiſſima, de qua differunt, habentur loco Teſtium.*

7 *Teſtes de affirmativa deponentes, præferuntur Teſtibus ſuper negativa deponentibus.*

8 *Reduplicatio perſonarum formalium in uno, eodemque materiali ſubjecto paſſim admittitur.*

9 *Authorizans Contractum in figura Judicis, cenſetur illum approbare etiam pro ſuo privato jure, & intereſſe.*

10 *Jura, & emolumenta Parochialia diſtinguuntur a Præbendis, & redditibus Eccleſiæ Curatæ.*

11 *Illatio fieri non poteſt de una re ad aliam omnino diverſam.*

12 *Generalis Ordinis Monaſtici non implicat, quod eodem tempore ſit Abbas alicujus Monaſterii particularis.*

13 *Matricitas Eccleſię probatur ex reſervatione alicujus præeminentiæ ſupra alteram Eccleſiam filialem.*

*Rurſus probatur ex participatione Jurium Parochialium ipſius Eccleſiæ filialis, quæ ſit Curata, ibidem.*

14 *Matricitatis plures ſunt ſpecies, & quæ.*

15 *Conſuetudo, & obſervantia totum facit in materia Matricitatis.*

16 *Diviſio non ſemper inferre ad ſeparationem dominii, & habitualis communionis, quoties eadem apparet facta majoris commoditatis cauſa.*

17 *Clerus Sæcularis Eccleſiæ filialis in Proceſſionibus præcedentiam nanciſcitur ſuper Clero Regulari Eccleſiæ Matricis.*

18 *Cura Animarum quando cenſeatur tranſlata de una ad alteram Eccleſiam.*

19 *Cura Animarum Exercitus Regis Catholici in Belgiis conſuevit a Sede Apoſtolica peculiariter committi Archiepiſcopo Mechlinien.*

20 *Collatio Ordinum, & conceſſio Dimiſſorialium, ſunt actus ad meram Juriſdictionem pertinentes, & num.24.*

21 *Juriſdictio competens ſuper certo genere perſonarum poteſt ſuper eiſdem exerceri, etiam ſi in alieno Territorio commorentur, & n.23.*

22 *Nomen* Territorii *dupliciter accipi poteſt, & quomodo.*

25 *Dux Exercitus habet Juriſdictionem non ſolum ſupra Milites actualiter Militiæ adſcriptos, ſed etiam ſupra alios quoſcumque Caſtra quomodolibet inſequentes.*

26 *Exercitus exiſtens in Acie ſeu Campo ad bellandum paratus nuncupari meretur quædam Civitas ambulatoria, & ad quem effectum.*

27 *Ex facultate corrigendi, & viſitandi, oritur jus concedendi Dimiſſoriales.*

28 *Milites huc, & illuc juxta opportunitatem tranſcurrentes, non habent fixum Epiſcopum, nec Parocum.*

29 *Abbates poſſunt concedere Dimiſſoriales ſuis Subditis Regularibus, non vero Sæcularibus.*

30 *Priores Ordinum Militarium poſſunt concedere Dimiſſorias eorum Subditis dumtaxat Regularibus, non vero aliis Sæcularibus.*

31 *Collatio Ordinum, & conceſſio Dimiſſorialium ſpectat ad Epiſcopum originis, domicilii, vel Beneficii.*

32 *Milites, qui mutant ſæpe Stationes, nullibi acquirunt domicilium, & de ratione.*

33 *Filii, ſi non habitant ſeorſim a Patre, ſequuntur Forum, & conditionem ejuſdem Patris.*

## DECISIO LV.

MAtricitatem e temporis antiquiſſimi penetralibus ſatius vindicatam, ſive purius editam ad veritatis, & Juſtitiæ lucem favore Archipresbyteri S. Petri in

S.. ..s in præterita Deciſione diei 28. Junii Anni proxime elapſi, iterum retundere, & offuſcare ſatagentes hodierni Rectores Eccleſiæ S.. Michaelis, quatuor denuo promovebant objecta, quibus ſuffulti opinabantur Dominos retrahere a jam reſolutis; Sed iis rurſus ad viſcera uſque introſpectis, berſſitum nihilominus fuit in deciſis.

Nullum ſiquidem ex præcedentibus ſex fundamentis jactis in antecedenti Deciſione evelli viſum eſt ab aliqua ex præcitatis novis oppugnationibus, ſive objectis; Non quidem primum illud, & angulare, quod reſultabat ex Annalibus Eccleſiæ Ravennaten. & ex antiquiſſima confeſſione, ſive juſtificatione emergente per Viſitationem Epiſcopi Faventini de Anno 1486. in qua dicebatur, *Archipresbyteros Eccleſiæ Sancti Petri in Sylvis Matricis ſemper fuiſſe, & eſſe Parocos veros, & Principales Bagnacaballi, & Curatos Sancti Michaelis eſſe illius Subſidiarios*, ut uberius in prædicta *Deciſione diei 28. Junii 1697. a §. Prætermiſſo, uſque ad §. Secundo*, ſub eo prætextu, quod cum Eccleſia Sancti Petri conſtructa fuerit duntaxat de Anno 847. juxta Hyſtoricam aſſertionem *Rubei ſuper Faſtis Ravennaten. libr.5. fol.240.*, veriſimile nullo modo foret, quod per antea Terra Bagnacaballi proprium, ac proinde vetuſtiorem non teneret Eccleſiam, dum de præexiſtentia ejuſdem Terræ, ſeu loci ſatis conſtabat ex antiquiori nomine, quo nuncupabatur eadem Terra, ſive locus, nempe *Tyberiacum*, ex eo indictum, quia Gens Claudia, poſtmodum Tyberia appellata luculentas ibidem Poſſeſſiones, ſive Tenutas haberet, teſte *Tondutio in altera Hyſtoria Favent. par.1. fol.91.*, & latius *in Pralud. fol.53.*; unde cum Semen Evangelicæ Prædicationis in tota Provincia Æmiliæ fuerit cum ſubſequenti felici Meſſe conſparſum ab Anno Dominicæ Incarnationis 44. uſque ad Annum 74., ſub quo Divus Apolinaris præcipuus in Cultura illius Vineæ Operarius obdormiverat in Domino, veluti ens idcirco, & moraliter palpabilis inſurgebat præſumptio, quod Eccleſia Sancti Michaelis, de qua cæteroquin verbum non fit apud prædictos *Hyſtoricos*, potius, veluti antiquior, dici mereretur Matrix, quam filialis, non enim erat credibile, Tyberia-
1 cum tunc, & ſucceſſive Bagnacaballum ex ejuſdem Sancti Apolinaris, aliorumque Operariorum providentia fuiſſe in primo Sæculo derelictum ſine Eccleſia, & ſine Paſtore, ad ea, quæ in ſimili ratiocinata eſt *Rota deciſ.247. numer.2. in fine*, ibi — *oritur vehemens præſumptio, quod cum adeſſent dicta Caſtra, adeſſent etiam Eccleſiæ Parochiales propter Populum fidelem* — *par.12. rec.* cui conſonat, quod dicit *Vaſqu. contr. illuſt. lib.2. cap.81. numer.17.*, & poſt eum *Caſtill. contr. Jur. lib.5. cap.93. §.8. num.42.*, cum aliis per *Rot. deciſ.172. num.4. par.3. rec.*, nempe quod antiquitas rei, cujus initii memoria non extat, facit præſumere verum omne poſſibile.

Quoniam tota hæc oppugnatio ſecum trahebat modo quodam catenato circulum nimiarum præſumptionum: ut enim urgere poſſet objectum, præſumere, ſeu præſupponere primo oporteret, quod ultra nudas Poſſeſſiones, quibus (fidendo *Hyſtoricis*) Tyberia Domus fruebatur in illo circumdatio, præexiſteret Caſtrum efformatum, ac ſtarent congregati Cives, & Populus in hac præciſa Terra, quam deinde appellavere *Bagnacaballum*; quod prædictum Semen Evangelicæ Prædicationis ſalubriter diffuſum in Provincia Æmiliæ, radices Chriſtianitatis, ac veræ Religionis emiſerit etiam in hac eadem Terra Bagnacaballi, quando tamen, juxta *idem Evangelium* apud *S. Matth. cap.13.*, non ſemper Semen radices agit, ac progignit, ſed vel a Vepribus obtunditur, vel Volucres depaſcitur, vel per defectum humoris areſcit; quodque ulterius Eccleſia, quam ſubſequenter ad tot præſumptiones præſumere opus eſſet, extitiſſe fundatam a Divo Apollinari, vel ab aliis, foret illa eamdem Sancti Michaelis, cujus filialitatem recognitam, & confeſſatam, ut ſupra, agnoſcere detrectabant hodierni Re-
3 ctores, obſiſtente omni regula, quod niſi una præſumptio neceſſario veniat per modum veræ, ac propriæ Catenæ in conſequentiam alterius, neutiquam admittatur in Judiciis cumulus præſumptionum, ut inquit *gloſſ. in l.1. prope finem, C. de Dot. promiſſ.*, *Rota coram Duran. deciſ.307. numer.10. & coram Cardinal Cerro deciſ.633. num.9., & deciſ.106. num.17. & 18. par.19. rec.*

Et eo validius, quia ſimplex illa conjectura de ſupponendis Eccleſiis, ubi ſint Caſtra, Oppida, ſeu Villæ, non ſtringit ad finem, ut juridice valeat inferri, quod Eccleſia ſtans hodie, ſteterit etiam a principio introductæ Religionis, & Fidei; Siquidem potuit talis Eccleſia, quæ tunc adeſſet, gubernari per aliam ſimilem Eccleſiæ Sancti Petri certo fundatæ, ſeu reſtitutæ de Anno 847., vel alia penitus diverſa Eccleſia tunc reperiri, quæ poſtmodum potuerit pluries, & pluries per Barbarorum incurſum fato Italiæ frequentiſſime irrumpentem deſtrui, plurieſque ſubverti, abſ-
4 que eo, quod quidquam cum antiquioribus Eccleſiis commune habere queat modernior Sancti Michaelis nimium probabiliter erecta poſt illam Sancti Petri, ſicuti in propoſito alias reſponſum, & obſervatum fuit, & ſignanter *coram Coccin. deciſ.1867. numer.82., & in Toletana Juriſdictionis ſuper pertinentia Eccleſiarum 2. Junii 1690. §. Non minoris, cum tribus ſeqq., coram R. P. D. meo Molines.*

Semperque igitur firmo remanente, quod Eccleſia Sancti Petri ſolide firmaverit ſuam intentionem ſuper ejus conſtructione de prædicto Anno 847., quodque jam per duo Sæ-

Sæcula fuerit ab Epiſcopo viſitante enunciatum, illam eſſe Matricitatem reſpectu Eccleſiæ Sancti Michaelis, neceſſarium proculdubio reddibatur, quod Rectores Eccle-
5 ſiæ Sancti Michaelis per manifeſtiores probationes patefacerent hanc aſſertam antiquioritatem, ſicuti requiritur ex parte illius, qui elidere intendit intentionem ab altera Parte fundatam, ad *Text. in cap. quia veriſimile*, ubi præcæteris *Abb. in 2. not., de præſumpt., Cravett. de antiqu. temp. par.2. num.46., Modern. Lucen. conſult.95. num.12. & 13.*, & bene in ſimilibus terminis *Rot. deciſ.92. num.20. par.8.*
6 *recent.* Immo cum Hyſtorici, & conjecturę in antiquiſſimis haberi debeant loco Teſtium, utique in concurſu Eccleſię Sancti Michaelis non habentis pro ſe, niſi nudam incertitudinem, & vagam negativam, prevalere debent Hyſtorię, Viſitationes, aliaque adminicula ſuperius, & in precedenti *Deciſione* enucleata,
7 veluti quodammodo Teſtes deponentes de affirmativa in concurſu vel nil, vel deponentium de negativa, ad paſſim tradita per *Francc. var. reſolut. cap.21. num.39., Rot. coram Celſ. deciſ.213. num.8. & deciſ.248. num.5. & in recent. deciſ.208. num.14. par.12., & deciſ.243. num.11. par.14.*

Neque ad enervandam efficaciam, quam ipſimet Scribentes pro Rectoribus diffiteri non poterant, memoratę antiquiſſimæ aſſertionis emiſſę in Viſitatione inita per Epiſcopum, juvit ab eiſdem Rectoribus afferri nonnulle Inſtrumenta, ex quibus elicere contendebant improbabilitatem predictę vetuſtiſſimę aſſertionis ex quo precipue de ſubſequenti Anno 1487. per publicum appareret documentum, quedam Archipresbyterum Sancti Petri nomine *Anibinum*, jure ab Epiſcopo delegato deveniſſe ad actum partitionis cujuſdam hereditatis, que fuerat in proprietate relicta Eccleſię Sancti Michaelis, quaſi quod implicaret, Archipresbyterum induere potuiſſe figuram Judicis; quando potius cum aliis Rectoribus uti Parochus habitualis, & tertiam actu Rectoriam mediante ſe, vel alio Deputato exercens, eumdem actum ſimul inire debuiſſet: Nihil
8 enim magis familiare eſt, & neceſſarium in Jure, quam quod quis poſſit in omni ſubjecto materiali duplicem repræſentare perſonam formalem, adeout *Modern. Carol. Anton. de Luca* Tractatum ad Partes compilaverit *de plural. homin. legal.*; Quapropter eo ipſo, quod per Epiſcopum Faventinum extitit in Judicem delegatus Archipresbyter, non ſolum ex hoc minime ſublata remanebat Cura habitualis inhærens Sponſo Eccleſiæ Matricis, ſed potius illa fortius confirmabatur mediante paſtorali ſollicitudine Epiſcopi, qui neminem alium magis opportune poterat ſeligere ad præſtandam etiam authoritatem, quam illum, qui alias perhibere debebat aſſenſum; ſicque tantum abeſt, quod ex hujuſmodi Inſtrumento evellatur probatio Matricitatis, quinimo firmior ex eodem inſurgit juſtificatio præeminentiæ, objectum namque redderetur aliquo modo animadvertendum, ſi nullo modo hujuſmodi actui interveniſſet Archipresbyter, ſed quoties ipſum actum
9 authorizavit, pluſquam eminenter dicitur interveniſſe, & conſentiiſſe, ut in ſimili *Cephal. conſ.392. n.21., Menoch. conſ.58. n.61., & ſeqq., Rot. deciſ.539. num.4. cor. Merlin.*

Addito, quod neque idem actus partitionis hæreditatis, veluti concernens merum burſale additamentum redditibus Eccleſiæ, quidquam inferebat ad præeminentias, & Jura Parochialia, quæ ſolum vigore Matricitatis, ejuſque Curæ habitualis prætendit Archipreſbyter mediante Perſona ſui ipſius, vel tertii Rectoris, ſeu Cappellani a ſe deputati; quod enim Jura, & emolumenta Parochialia diſtin-
10 guantur a Præbendis, & redditibus Eccleſiæ, & quod ab una re diverſa non liceat ad aliam inferre, plana ſunt Jura, ut de prima propoſitione *Pignatell. conſult. Canonic. tom.9. conſult.169. num.4. in fin., Rot. deciſ.330. ſub num.17. verſ. Minus obſtat, & num.18. & ſeq. par.9. recent., & in Romana Præeminentiarum 16. Junii 1679. §. Penult. coram bon: mem:*
11 *Rondinino*, & de ſecunda *Text. in l. Papinianus ff. de minor.*, & dixit *Rota in Gerunden. Hebdomadariæ 5.Maii 1690.§.fin., & in Aprutina Præpoſituræ de Nereto 14. Maii 1696.§.Nec melior probatio, cor. Reverend. D. meo Decano.*

Ejuſdem levitatis apparuere gemini alia Inſtrumenta, quorum, unum pariformiter exaratum legebatur de Anno 1487., & alterum de Anno 1503., in quibus enunciatus Anichinus Archipresbyter Sancti Petri ſeſe inſimul profitebatur Rectorem Eccleſiæ Sancti Michaelis: Nam, ultra quod facile fuiſſet fugare objectum impropriando illud vocabulum, *Rectoris*, ad Rectoriam habitualem contradiſtinctæ ad exercitium Rectoriæ actualis; adhuc quemadmodum in præcedenti *Deciſione* uberrime oſtenſum fuit, non repugnante, quod in eadem Eccleſia dentur plures Curati per modum unius, ita nec etiam repugnat, aut officit, quod quis habeat Curam præeminentialem, & majorem in actu ſimultanee tamen exerceat in habitu per alium, ac etiam quandoque ex ſe actualiter vel totam, vel partem Curæ Eccle-
12 ſiæ ſibi ſubjectæ, & inferioris, ut paſſim in utraque Militia Religioſa, & prophana practicatur, nempe quod quis exiſtat ſupremus Generalis Ordinis Canonici, vel Militaris, eodemque tempore præſit in munere Abbatis, Prioris, & reſpective Tribuni, & (ut vocant) Columnelli, ſive per ſe, ſive per organum Locumtenentis, juxta notata per *Card. de Luc. de Regular. diſc.14. num.2. cum duobus ſeqq.*

Corollarie ad præmiſſa, ſiſte proxime indicata, tertia, ac nova decidebat objectio deprompta ex eo, quod Rectores independenter ab Archipresbytero obtinere conſueverint pro tempore renovationem quorumdam Bonorum Emphytenticorum de directo Dominio Cogregationis Caſſinenſis, quodque pariter ſub eadem omnimoda independentia potiantur in Urbe nonnullis locis Montium, eorumque fructus pacifice, privative, ad ipſorum tantummodo commodum percipiant: Jam enim (ut ſupra reſpondendo diviſioni hæreditatis relictæ Eccleſiæ S. Michaelis dilucide demonſtravimus) Archiepresbyter ratione probatæ a ſe Matricitatis nullatenus ſatagit vindicare præeminentiam cum effectu quoque burſalis intereſſe, mediante participatione reddituum ipſius Ec-Ecleſiæ Sancti Michaelis, & conſequenter a diſcreta, & independenti fruitione reddituum argui nequaquam valet ad inpendentiam Eccleſiæ, & ad excluſionem Matricitatis, pro
13 cujus conſervatione dumtaxat præſervatur, & actu perdurat ſignum aliquod præeminentiale, & honorificum, vel, ſi Eccleſia filialis exiſtat quoque Parochialis, participatio (prout hic) Jurium Parochialium, uti videre eſt apud *Pignatell. conſult. Canon.*167. *numer.*5. *tom.*9., *Rot. deciſion.*81. *numer.*2. *& ſeq. coram Card. Ubaldo*, *& in recent. deciſion.*258. *n.*8. *ad fin. par.*1., *& dec.*288. *num.*4. *in fin. par.*2., *& dec.*104. *num.*12. *par.*17.

Effecta igitur innegabili Matricitate pinguius in antecedenti *Deciſione* roborata per ſex uſque palmares juſtificationes, & undequaque ſolida monumenta, manifeſtiſſimæ incongruentiæ nota laborare viſa eſt allata
14 poſtremo loco diſtinctio plurium ſpecierum Matricitatis, quam de reliquo egregie more ſuo adducit, & exornat *Card. de Luc. de Decim. diſc.*12. *num.*12., *& in Miſcell. Ecclesſ. diſc.*1. *ſub num.*31. §. *Inter iſtas vero*, volens, quod illa Eccleſia proprium, ac verum nomen Matricis promereri poſſit, quando ad normam *Textus in cap. ad audientiam, il primo, de Eccleſ. ædific.*, & de quo latius *in præterita Deciſione* §. *Adverſus enim ſeq.* eriguntur intra circumdarium antiquæ Parochialis, ejuſdemque Matricis, una, vel plures perpetuæ Vicariæ ſub aſſignatione Congruæ, remanente præſentatione Vicarii favore Parochi Eccleſiæ Matricis, in aliis vero caſibus, in quibus nova Parochia excitata noſcatur in Titulum ad collationem Ordinarii, vel Papæ cum propriis finibus, ac limitibus, tunc ſi quæ remanent reliquiæ Matricitatis penes antiquiorem Eccleſiam, tribuendæ potius veniant cuidam majori honorificentiæ debitæ ſemper Senioribus, & temporis Venerabili vetuſtate præcellentibus, ad not. per *Rot. deciſion.*272. *numer.*2. *par.*1. *recent.*, *& deciſ.*365. *num.*13. *& ſeqq. coram Priolo*, quin tamen ſpecies hujuſmodi Matricitatis verificari umquam poſſit pro vera, & propria, ſed dumtaxat impropria, & abuſiva.

Animadverterunt etenim Domini, hodie rem agi de ſtabilienda Matricitate effecta, ut diximus, incontrovertibili, quia circa proprietatem, vel improprietatem hujus vocabuli, memorata diſtinctio remanebat abſtracta, & idæalis, dum in ordine ad conſequentias in noſtra hypoteſi ab eadem Matricitate reſultantes, relative rurſus ſe habuerunt ad expreſſe ſancita in Decreto Cardinalis Cennini recentiſſime explanato etiam per Sententiam Vicarii Faventini, juncta conſuetu-
15 dine, & obſervantia, quæ totum facit in his materiis, ut ait *Rot. deciſion.*595. *num.*1. *par.*4. *diverſ.*, *& in recent. deciſ.*322. *num.*10. *par.*6. *& deciſ.*10. *num.*3. *poſt Novar. in Summ. Bullar.*, ut fuerat etiam inſinuatum in præambula *Deciſione* hujus Cauſæ §. *Subſiſtente*, *& §. fin.*

Potiſſime, quia cuncta rex fundamenta reſolutionis palam oſtendebant, præſenti caſui applicari non poſſe nudam, & impropriam nuncupationem Matricis Eccleſiæ Sancti Petri, quando ex confeſſionibus, ex Teſtibus, & ex actibus, quos effective adimplet Archipresbyter, quive per ipſum fiunt in una, & altera Eccleſia, ocularitèr emergit vera, & propria ex una parte Spperioritas, ac perfecta Matricitas, & ex alia poſitiva Filialitas, & ſubjectio; Sola autem aſſerta diſtinctio limitum idonea non eſt ad impropriandam naturam veræ Matricitatis prætergredientis etiam in effectu eoſdem limites, potuerunt namque præfata Confinia deſignari pro faciliori commoditate adminiſtrationis Curiæ, non autem pro adimenda dependentia, & illa ſpecie ſubjectionis, & (ut barbarè dicitur in prophanis) Vaſſallagii, qua perfrui valet Dominus unius Territorii in altero ſolum diſtincto, & ſeparato
16 pro uberiori commoditate. prout dicimus, pro non omnis diviſio infert ad ſeparationem Dominii, & habitualis communionis, quoties eadem facta eluceſcat ſtudio majoris commoditatis, ad tradita per *Fælic. de Societ. cap.*39. *ſub num.*85., *Michalor. de Fratrib. par.*3. *cap.*41. *num.*85., *Urceol. conſult.*72. *n.*26. *&* 27., *Rot, dec.*4. *num.*21. *&* 22. *coram ſa: me: Alex. VIII.*, *& in Bononien. Renunciationis Uſusfructus, ſeu Primogenit. de Coſpis* 10 *Martii* 1694. §. *Alia vero*, *cor. bo: me: Benincaſa*.

Et ita utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

PRæſens Deciſio eſt confirmatoria præcedentis ſuperius jam loco ſuo, ſive per ordinem temporis regiſtratæ, Cauſaque terminavit ſub hiſce duabus Deciſionibus, abſque eo, quod ſuccumbens amplius reclamaverit:

Ad propoſitum vero quæſtionis in utraque De-

Deciſione examinatæ circa Matricitatem comprobandam reſpectu unius Eccleſiæ ad alteram, quæ prætendatur Filialis, & dependens, una cum quamplurimis dubiis, & quæſtionibus paſſim ob id emergentibus inter duas Eccleſias, ſatis erit indicaſſe, quod materiam fuſe tractat *Jacob. Pignatell. conſult. Canonic. tom.9. conſult.*109., *Fignan. in cap. ad Audientiam, de Eccleſ. ædifi. Rot. deciſ.*397. *par.*13., *& Card. de Luc.* jam allegatus in Deciſionibus.

Singulare tamen eſt, quod etiam poſita Matricitate, propter quam Eccleſia Filialis inferior cenſetur, adhuc ſi Eccleſia Matrix exiſtat Regularis, & Filialis gubernetur per Clerum Sæcularem, in hoc caſu licet in publicis actibus, & Proceſſionibus illa debeat cedere Matri præeminentium, adhuc quia
17 potentior eſt, ac generalior diſtinctio Hierarchiæ Eccleſiaſticæ ordinamus, ut Clerus Secularis præcedat Regulari, hinc Clerus Secularis Eccleſiæ Filialis nanciſcitur præcedentiam Eccleſiæ Matrici Regulari, ſecundum ea, quæ tuetur *Pignatell. conſult.*26. *n.*29. *& ſeqq. tom.*4. quamvis Ego abſque aliis circumſtantiis nou ita rem definirem, ſed melius expenderem.

Occaſione conſtruendi, ſive erigendi Eccleſiam filialem quandoque transfertur, ac diſmembratur Cura Animarum in parte, vel
18 in totum, quapropter quando revere cenſeatur (præciſive etiam a Matricitate) tranſlata Cura, ſive facta translatio, aut conceſſio ipſius Curæ de una ad alteram Eccleſiam, videri poſſunt plene diſcuſſa *in Neapolitana Translationis Curæ* 14. *Februarii* 1701. *coram Reverendiſſ. Molines Decano*, ubi late tam de poteſtate, quam de voluntate transferendi Curam ſit diſſertatio.

Similitudinarie ad hæc cenſui regiſtrandum eſſe Reſpoſum a Me traditum Sacræ Congregationi Concilii ſub Anno 1682. pro Archiepiſcopo Mechlinien. in Belgiis. Quæſitum quippe fuit, an ſequuta translatione Curæ, & Juriſdictionis Diœceſanæ in eumdem Archiepiſcopum Mechlinien. ſuper perſonis militantibus in Exercitu Regis Hiſpaniarum quaſi ſemper parato, ac caſtrametante hujus (neſcio an dicam, fœlicis, vel infœlicis) Provinciæ, ipſe Archiepiſcopus valeret alienis Subditis, ſed actu militantibus litteras Dimiſſoriales axtradere, & quid dicendum de filiis natis in Caſtris quidem, ſed alieno Territorio juxta ipſius Exercitus contingentias, in ſenſu etenim veritatis opinabar, ut ſequitur, licet exitum petitionis ignorem.

Cum in Exercitu Catholicæ Majeſtatis ad propugnandas Belgii Regiones inſtructo, nimium de facili ſequeretur, quod Milites, cæterique degentes in Caſtris, ob ipſius diſciplinæ, & ſervitii militaris indigentias modo huc, modo illuc tranſcurrentes, proprium Antiſtitem, & Paſtorem habere non poſſent:
19 Hinc ad preces Sereniſſimi Regis Catholici conſueverunt Summi pro tempore Pontifices eumdem Exercitum alicui Paſtorali Curæ ſubmittere, mediante ſpeciali Breve, plerumque dirigi conſueto ad Archiepiſcopum Mechlinienſem, prout ad verbum regiſtrando conceſſionem Sa. mem. Innocentii X. videre eſt penes *Viloſam in Tract. de Fugitiv. cap.*20. *§.*2. *num.*5., & prius retulerunt *Zipæus de analytica enarration. Juris Pontificii lib.*1. *tit. de offic. Ordinar. num.*4. *&* 5. *infra., & Conſult. Canonic. lib.*1. *tit. de offic. Ordin. conſult.*2. *in princip.*

Inſequendo igitur hujuſmodi laudabilem conſuetudinem, placuit Sanctiſſimo Domino Noſtro conſimile Breve tranſmittere ad prædictum Reverendiſſimum Archiepiſcopum Mechlinien., eidem indulgendo, ut per ſe, vel per alium, de conſenſu tamen, & participatione Reverendiſſimi Internuncii Apoſtolici deputandum, valeret exercere plenariam Eccleſiaſticam Juriſdictionem in omnes Cauſas, & Perſonas ejuſdem Exercitus, *perinde ac ſi* (ſunt verba Brevis) *quoad Clericos Sæculares eorum verus Præſul, & Paſtor, quoad Regulares vero illorum Superior Generalis eſſet*: deindeque agnoſcendo, quod non ſemper memoratus Exercitus reperiebatur in aperta Acie, ſed plerumque diſtributus in varia Oppida, Civitates, & Fortalitia metabatur, & reſidebat: idcirco Sanctitas ſua poſtremo loco ſubjunxit- *Volumus autem, ut quamdiu Exercitus prædictus non prodibit in Campum, teneaeris ſaltem per Vicarium tuum Generalem viſitare ſingulis Annis juxta Paſtoralis Curæ exigentiam, Stationes, Militum, & Præſidia eorumdem in Civitatibus, Oppidis, Pagis, & Fortalitiis commorantium, ſuper quo Conſcientiam tuam, tuique Vicarii prædicti gravamus*, prout latius ex dicto Breve, quod datur per extenſum in Calce.

Verum exorta dubitatione, utrum vigore hujuſce facultatis poſſet ipſe Reverendiſſimus Archiepiſcopus, vel ejus Vicarius Generalis litteras Dimiſſoriales pro Ordinibus ſuſcipiendis concedere, & reſpective ipſos Ordines conferre perſonis Militaribus, eorumque filiis natis in Exercitu, ſive potius iſti deberent eaſdem Dimiſſoriales, & Ordines expetere ab illis Ordinariis, ſub quorum Juriſdictione actu, & pro tempore manet Exercitus, vel Præſidium, negativa ſub die 8. Februarii Anni proxime præteriti prodiit ab hac Sacra Congregatione reſolutio: unde licet novam expoſtulando audientiam ſperari poſſet receſſus a deciſis, nihilominus ad fimbrias arbitrii relaxandas porrecto per Archiepiſcopum Sanctitati ſuæ ſupplici libello ad effectum id aſſequendi per viam novæ declarationis, vel Gratiæ, eoque Sacræ huic Con-

Congregationi remiſſo, credimus ex parte ejuſdem Archiepiſcopi favorabile votum reportare.

Siquidem ante omnia reflectere ſupplicamus, quod iſta conceſſio peregrina non eſt, & inſolita; cum enim, ex mox deducendis,
20 Ordinum collatio, & Dimiſſorialium conceſſio ſit actus meræ Juriſdictionis, quotidie videmus, Juriſdictionem impartiri in certum genus perſonarum, adeout quantumvis
21 eædem perſonæ in alieno Territorio, & Juriſdictione commorentur, adhuc tamen cum ipſis ad actum perduci queat, ex plene notatis per *Scribentes in cap. ex cauſa, de Offic. Ordinar., Alexand. conſ.35. n.19. lib.4., & in l. ſolet n.7. & 8. ff. de Juriſdict. omn. Judic., Scrader. de Fæud. par.10. ſect.3. qu.6. n.83., Gratian. diſcept.918, nu.58. cum ſeqq.*, & bene ad rem *Eminentiſſ. D. meus de Luca diſc.20. n.20. lib.3. de Juriſdict.*

Et quidem dupliciter hujuſmodi nuncu-
22 patio Territorii paſſim in Jure uſurpatur, in ſtricta ſcilicet ſignificatione, quatenus concernit Univerſitatem Agrorum, tanquam ſubjectum, in quo Juriſdictio exerceretur, ad *Text. in l. pupillus 239. §. Territorium. de verb. ſignific.*; & in lata, quoties ſignificamus aliquam Univerſitatem perſonarum, erga quas tale competit exercitium, quocumque loco circumſcribantur, atque ita deſumitur *in l. 3. n. ff. de Juriſdict. omn. Judic.*, optime *Parrexa de Inſtrument. edition. tom.1. tit.2. reſol.6. ſpecial.1. n.185. & 186. Excobar. de Regia, & Pontificia Juriſdict. cap.9. num.4.*, & in ſpecie hujuſce materiæ *Viloſa de Fugitiv. dict. cap.20. §.2. num.61.*

Dum itaque Sanctitas Sua Reverendiſſimo noſtro Archiepiſcopo, ſeu Vicario ab ipſo deputando tribuere dignata eſt omnem, & quamcumque Juriſdictionem ſupra omnes, & ſingulas perſonas in Exercitu militantes, prout per hæc verba in illa celebri *Mechlinien. Matrimonii* dixit *Rot. cor. Eminentiſs. Cerro 5. Martii* 1666. impreſſa *deciſ.433. num.10. verſ. addebant, par.14.* parum referre
23 videtur, quod perſonæ ipſius Exercitus in alieno degant Territorio, quia nihilominus ex ſupra firmatis ſatis eſt, quod Juriſdictioni noſtri Archiepiſcopi ſubiciantur, ad hoc, ut illa valeat exerceri in idem genus perſonarum, & conſequenter deveniri ad Dimiſ-
24 ſorialium conceſſionem, tanquam ad actum meræ Juriſdictionis, ad tradita per *Suarez. de Cenſur. diſput.14. ſect.1. n.6., Tamburin. de Jur. Abbat. tom.2. diſput.2. quæſt.28., Lezzan. in ſumm. verb. Dimiſſoriæ n.8., Paſqualig. quæſt. moral. centur.2. quæſt.126. n.3. in fine.*

Idemque agnoſcimus practicari in prophanis, ſeu temporalibus non ſolum reſpectu Ordinum Militarium, ut infra, ſed etiam
25 quoad Duces, & Generales Exercituum, qui privativam exercent Juriſdictionem quoad Prædes, & Ordinarios locorum non tantum in perſonas Militum, ſed erga cæteros univerſos, qui eadem Caſtra ſequuntur, vel Præſidiis, eorumque ſervitio addicti ſunt, ex quo illic adeſſe dicuntur cum corpore Univerſitatis, ad originalem Doctrinam *Præpoſiti in cap. jus militare 1. diſtinct.* quam refert, & ſequitur *Fulvius Conſtant. in l. unica C. de Claſſ. lib.11. n.82. & 83.*

Eoque certius, quia etiam quando Exer-
26 citus in aperta Acie non militat, unde ad effectum conſtituendæ Diœceſis nuncupari mereatur Civitas ambulatoria, ut perbelle obſervavit *Viloſa de Fugitiv. dicto cap.20. §.2. num.4.*, ſed exiſtit in Præſidia diſtributus, Sanctiſſimus Dominus Noſter ſuperaddidit, quod Reverendiſſimus Archiepiſcopus, ejuſque Vicarius Generalis ſub præcipua denominatione *Paſtoralis Curæ* teneretur viſitare ſingulis annis Stationes Militum, & Præſidia eorumdem in Civitatibus, Oppidis, Pagis,
27 & Fortalitiis commorantium, proindeque ab hac ipſa facultate viſitandi, corrigendique, alteram concedendi Dimiſſoriales emergere, notavit *Grillenzon. conſ.142. n.28. & 30., Campanil. in diverſ. Jur. Canon. Rubr.9. cap.8. n.4., Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par.2. alleg.7. n.8., & ad Concil. Trid. ſeſſ.23. cap.10. n.4.*

Atque hæc ſufficere viderentur pro receſſu a reſolutis, quoties diſpungenda foret importantia verborum ejuſdem Brevis; verum quando deſuper aliqua cadere poſſet hæſitatio, locus ſaltem aperiri videtur novæ declarationi, vel Gratiæ; quoniam retenta prædicta animadverſione, quod iſtæ Milita-
28 res perſonæ juxta Politicas opportunitates huc, illucque transcurrentes fixum habere nequeunt Antiſtitem, & Paſtorem, qui Oves ſuas cognoſcere valeat, ut indicant verba Brevis, ibi - *Qui tamen in propria Diœceſi, ſub qua illorum Ordinarii Juriſdictionem ſuam ordinariam in eos exercere poſſent, non ſit*, & hanc Clauſulam referendo animadvertit *Carolus Mansfelt.* (qui, ut legitur *in d. dec.433. par.14. rec.* hujuſmodi munus Apoſtolici Vicariatus exercuit,) *in tract. de Juriſdict. & Jur. Milit. Belgicę par.1. cap.1. fol.2. & cap.5. fol.75. Viloſa de Fugitiv. dicto cap.20. §.2. n.43.*

In claram emicat conſequentiam, quod undique expediat, Reverendiſſimum noſtrum Archiepiſcopum hujuſmodi facultatem ſortiri, ad hoc, ut ipſe magis informatus qualitatis, conditionis, & morum Ordinandorum valeat charactere Clericali inſignire, & reſpective litteras Dimiſſoriales concedere, ſicuti videmus, quod licet Sacrum Concilium de cætero ademerit Abbatibus, & Prælatis Sæcularibus poteſtatem concedendi Dimiſſorias perſonis laicis, quantumvis eorum temporali Juriſdictioni ſubjectis, & in loco Nullius commorantibus,

29 bus, attamen, quia ipſi magis informati exiſtunt ſuorum Subditorum Regularium, illam quoad ipſos præſervavit, prout habetur *ex ſeſſ.23.cap.10. de Reformat.*, ubi late *Barboſ. in collect.*, *Seraphin. deciſ.985. num.21.*, *Pellizar. in manual. Regular. tract.8. cap.2. numer.174. Paſqualig. quæſt. moral. qu.357. n.1.*; ac ob eamdem rationem de Prioribus Milita-
30 rium Religionum, quamvis eorum Subditi ut plurimum vivant in alieno Territorio, proſequitur *Mendez de Ordin. Militar. diſquiſition.7. num.83. cum pluribus ſeqq.*

Creſcit evidentia iſtius rationabilitatis, quo-
31 niam cum Ordinum collatio, ac Dimiſſorialium conceſſio regulariter ſpectet, vel ad Epiſcopum originis, domicilii, vel Beneficii, juxta diſpoſita *in cap.1. & cap. nullus, de tempor. Ordinat. in 6.*; Ecce, quod excepta causâ Beneficii, de qua non eſt quæſtio, neceſſarium prorſus videtur, quod aliquis proprius, & peculiaris creatur Paſtor, & Antiſtes ipſorum Militum, eorumque, qui eadem Caſtra concomitantur: cum enim, ut notum eſt, & referunt *Hyſtorici* agentes *de rebus Belgicis*, Exercitus Catholicæ Majeſtatis componatur de tribus præcipue Nationibus, videlicet Itala, Hiſpana, Belgica, reſpectu tam Italæ, quam Hiſpanæ nimium dignoſcitur incommodum expectandi litteras Dimiſſoriales ab eorum Pa-
32 triis; reſpectu autem Belgicæ, & iſti coguntur mutare ſæpius Stationes, adeout domicilium nullibi valeant acquirere, cum ad hunc effectum animus habitandi requiratur, qui nunquam conſideratur in Milite, ex congeſtis per *Alciat. conſ. 55. num.9.*, *Menoch. de arbitr. caſ.86. num.8. lib.2.*, *Rota coram Emo Ottbobono deciſ.98. num.4.*, & ad rem noſtram *Viloſa dicto cap.20. §.2. ex num.37. uſque ad 44.*

Nec dicatur, quod iſta minime procedant in filiis ipſorum Militum; quia cum & iſti Patrem concomitentur, eadem profecto ratio adſtipulatur, quod ſcilicet magis eorum mores, & qualitates innoteſcant Archiepiſcopo, ſive ejus Vicario Exercitum pro ſua Diœceſi gubernanti, ac de cætero de Jure etiam cautum reperitur, quod, niſi filii a Patre ſeorſim com-
33 morentur, in omnibus ſequantur Forum, & conditionem ejuſdem Patris, ut in ſpecie pertractando de privilegiis militaribus dixerunt *gloſſ. in l.2. verb. miniſteria, C. de Epiſcop., & Cleric.*, *Rebuff. in l. deſtinatio, §. Familiæ, ff. de verbor. ſignificat.*, *Faber. in C. lib.3. tit.17. definit.3.*, *Aiala de jur. Bell. lib.3. cap.7. n.23. verſ. præterea*, *Rovit. ſuper Pragmatic. de Militib. pragmatic.11. n.46. & 48.*

Sive igitur lubeat per viam Juſtitiæ, ſeu Gratiæ in hac inſpectione procedere, ſemper a primo ad ultimum Supplicationi porrectæ benigne credimus, ſperamuſque annuendum.

## ROMANA HÆREDITATIS DE LANUVIIS.

*Lunæ 23. Junii 1698.*

## ARGUMENTUM.

Fructus debentur a die primi Judicii, etiamſi adſit Sententia intermedia contraria, dummodo primum Judicium non ſit nullum; ſed ſi nullitas procederet ex defectu incompetentiæ, adhuc fructus a die primi Judicii deberentur, dum in eo fuerunt producta Jura: Beſtiamina exiſtentia ſuper bonis Eccleſiæ, Commendæ, ſeu primogenituræ, ſi non ſunt Inſtrumenta fundi, non cedunt ſucceſſori, ſed debentur hæredibus defuncti. Argumentum a contrario ſenſu, licet regulariter validum, in pluribus tamen caſibus non habet locum, & præſertim quando agitur de amiſſione proprii Juris.

### SUMMARIUM.

1 *Exceptio de jure Tertii non eſt admittenda.*
2 *Error Calculi ſemper opponi poteſt in quolibet Judicio.*
3 *Variatio facti inducit mutationem juris.*
4 *Fructus in Judicio petitionis hæreditatis a quo tempore veniant reſtituendi.*
5 *Fructus Civiles dicuntur dietim maturare.*
6 *Hæres gravatus in reſtitione fideicommiſſi non recuperat expenſam erogatam in tranſlatione locorum Montium fideicommiſſariorum in ſui faciem.*
*Et de ratione, ibid.*
7 *Fructus ſunt reſtituendi a die motæ litis licet Sententia contraria intermedia interceſſerit.*
*Limita, quando primum Judicium fuiſſet nullum, quia tunc fructus ſolummodo debentur a die novi Judicii valide reſtaurati, n.8. & 9.*
10 *Fructus debentur a die primi Judicii licet nulli ob incompetentiam Judicis, quando in eo Reus conſtitutus fuit in mala fide ex productione Jurium facta per Actorem.*
11 *Judicium primum quando eſt præambulum ad ſecundum, tunc fructus debentur a die ejuſdem primi Judicii.*
12 *Diſtinctio inter fructus Civiles, & naturales an procedat tam in fideicommiſſo Univerſali, quam particulari, remiſſive.*
13 *Beſtiamina reperta in fundis Beneficii an ſpectent ad hæredes Beneficiati, an vero ad ſucceſſorem in eodem Beneficio, vel ad Cameram Apoſtolicam, & num.14.*
15 *Commendæ Religionis Divi Stephani æquiparantur Fœudis, & Primogenituris.*
*Idemque procedit in aliis Commendis Ordinum Militiarium, ibid.*
16 *Beſtiamina exiſtentia ſuper Fœudo, ſi non ſint deſtinata ad perpetuum uſum ipſius Fœudi, ſemper exiſtimantur Burgenſatica, ſive allodialia.*
17 *Fœmina, quæ non ſuccedit in Fœudo, ſuccedit in fornimentis ipſius Fœudi.*

18 Res

18 *Res addita Majoratui, ſi poteſt ab ipſo ſeparari, non cedit Majoratui, ſecus ſi eſt ipſi incorporata ex voluntate meliorantis.*

19 *Boves Aratorii cenſentur Inſtrumenta fundi.*

20 *Donatio ſemper excluditur, quando actus ad alium titulum referri poteſt.*

21 *Clauſula*, quorum intereſt, *contenta ſub obligatione Camerali favere non poteſt perſonæ non nominatæ, & de tempore conventionis non habenti intereſſe.*

22 *Argumentum a contrario ſenſu habet locum etiam in Contractibus ſtricti juris.*

*Limita, quando agitur de iis, quæ poſita dignoſcuntur ad majorem cautbelam, & gratia dubitationis tollendæ, num.23.*

*Limita etiam, quando agitur de amiſſione proprii Juris, quia tunc tale argumentum non admittitur, num.24.*

25 *Diſpoſitio facta ſub aliquo præſuppoſito non habet locum, niſi prius idem præſuppoſitum verificetur.*

26 *Argumentum a contrario ſenſu debet intelligi ſtricte ad limites verborum, & num.27.*

28 *Exceptio debet eſſe de regula.*

29 *Succeſſor in Fæudo poteſt ſolvere valorem Animalium bæredi ultimi poſſeſſoris, illis pro ſe retentis.*

## DECISIO LVI.

DEciſioni editæ ſub die 28. Junii 1697. acquieſcere detrectante tam uno, quam altero Monaſterio, Rota benigne de more, etiam in hac controverſia hodie effecta de paupere Regno, dedignata non eſt novam Audientiam elargiri; quamobrem rurſus ſerio collibratis fundamentis præteritæ reſolutionis, omnibuſque pariter Dominis Suffragium differentibus, præſtitum fuit in deciſis juxta modum.

Viſum namque eſt, recedi non poſſe in primo capite initæ reſolutionis circa condemnationem coram R. P. D. meo Scotto ſubſecutam in fructibus ad rationem locorum Montium: tantum quippe aberat, Monaſterium S. Annæ de tota Juſtitia non teneri refundere fructus, quos effective perceperat, quin potius in hodierna repropoſitione demonſtravere Moniales Sanctæ Scholaſticæ, quod alii colligantes, ac reciprocum foventes intereſſe cum Monaſterio S. Annæ, Evangeliſta nempe, & Theodonarius, nedum ratam habuerunt diviſionem, qua mediante Monaſterium S. Annæ actu gaviſum fuerat perceptione fructuum locorum Montium, verum etiam reintegrarunt idem Monaſterium ad eamdemque proportionem condemnationis, ac reſpective refuſionis fructuum, quos ſtante præſervatione executionis Judicati coactum extitit Monaſterium Sanctę Annę reſtituere Monialibus Sanctę Scholaſticæ Actricibus, & Victricibus: ideoque eo fortius urgebat regula de reſtituendis fructibus a ſuccumbente poſt motam litem, tamquam mala fide perceptis, quando ad præſens ultra perceptionem actualem fructuum locorum Montium conſecutum quoque eſt Monaſterium ſuam reintegrationem, nulla namque ſuppetebat ratio, quare citra propriam læſionem, vel
1 jacturam Monaſterium Sanctæ Annæ obiicere valeret exceptionem competentem ſoli Evangeliſtæ, & Theodonario, quibus vice locorum Montium libuit in partitione recipere bona ſtabilia, dum ipſemet Evangeliſta, & Theodonarius, forte ſimilem, vel majorem fructum percipientes ex poſſeſſione bonorum ſtabilium in eorum ratam obventorum, ab hujuſmodi exceptione opponenda deſiſtebant, ut in propoſito inquit *Gratian. diſceptat.526. numer.50. & 51., Rota coram Coccin. deciſ.1577. numer.8., & coram Pentinger. deciſ.333. numer.7., & deciſ.34. numer.15. & 16. coram Zarat.*

Neque minus ſolida detecta extitere fundamenta reſolutionis in ordine ad Strenas exſolutas Depoſitariis Montium, prout pariformiter reſpectu bonificationis illius pluris, quod Monaſterium Sanctæ Annæ docuit expendiſſe pro nova redemptione locorum Montium per ſpeciem ſurrogationis in locum demortuorum, ſive extractorum juxta famliarem in hoc Principatu contigentiam, ſive neceſſitatem, de qua *Cardinal de Luca de locis Mont. cap.4. per tot.*, adaucta dumtaxat quantitate a ſcut.166. ad ſcut.191. ex quo totidem oſtendit Monaſterium Sanctæ Annæ in nova redemptione ſuperaddidiſſe, ſive erogaſſe, & ſic
2 correcto illo licet exiguo errore calculi, qui ſemper emendari debet in Judiciis, & in quibuſcumque aliis Contractibus, vel quaſi contractibus, ad *Text. in l. unic. C. de error. calcul.* cum concord. per *Caphal. conſil.506. numer.10., Amat. deciſ. Ferrar. 39. num.6., Rota deciſ.179. num.1. cum duobus ſeqq. par.11. & deciſ.111. num.1. par.17. recen.*

Sola igitur modificatio, cum qua Domini, amplectentes omnia alia reſoluta in præcedenti Deciſione, in hac nova repropoſitione proceſſerunt, verſata eſt quoad geminas partitas, quarum prima reſpiciebat deductionem Mercedis attributæ Exactori eiuſdem Monaſterii; licet enim in Jure ſubſiſterent inſinuata *in præfata Deciſ. 28. Junii 1697. §. Deductionem, coram Me*, nimirum quod nulla facienda eſſet refuſio, ſeu bonificatio pro illis expenſis, quas aliquis exſoluit ratione rei communis, quoties eaſdem quoque ſubiiſſet expenſas ac conſervationem rei, vel Juris proprii, per *Text. in l. ex parte, ff. famil. bærciſc.*, cum aliis jam allegatis.

Attamen ex facto ſub oculis Dominorum adaperto, neceſſe fuit Juris quoque determinationem immutare: præfulxit namque ex inſpectione librorum familiarium, quod ſuperventa hæreditate Lanuvia ad manus Monaſterii Sanctæ Annæ, perauctiſque idcirco laboribus

ribus aſſueto Exactori incumbentibus, neceſſarium quoque fuit eidem ſuperaddere mercedem conſiſtentem in annuis ſcutis octo pro quota Monaſterium obtingente; ac pro-
3 pterea minime ambigerunt Domini ſtante hoc novo facto propriam, ac de reliquo benè fundàtam in Jure reſolutionem temperare, ac immutare, prout faciendum eſſe poſtulat æquitas, & Juſtitia, & monuit *l. C. in l. ſi ex plagis*, *§. In Clivo Capitolino*, *ff. ad l. Aquil.* cum concord. per *Rot. deciſ. 206. num. 1. par. 16. deciſ. 56. num. 12. par. 18.*, *& deciſ. 163. num. 1. part. 19. recen.*

Secunda autem, ac poſtrema partita, quam pariter moderandam eſſe Domini cenſuerunt, ſtetit in illa parva differentia temporis, quæ circa fructus locorum Montium intercedebat à die 1. Martii 1675. ùſque àd diem 27. ejuſdem Menſis; quia quamvis non omnino in hoc concors fuerit Patrum ſententia, perſiſtentibus aliquibus in opinando, quod cum ageretur de fructibus extantibus, & non conſumptis, parum intereſſet, quod quæſtio foret de fructibus civilibus, vel naturalibus ex abſorbente natura Judicii, ſive Interdicti *quorum bonorum* conſequentis ad
4 petitionem hæreditatis, nam hujuſmodi Judicium, veluti univerſale, non videtur expoſcere poſitivam malam fidem in Reo convento, quæ non enaſcitur, niſi à die productionis Iurium, quæ ſecuta erat de prædicta die 27., ſed contentatur, quod fructus extent, & non ſint commixti, vel conſumpti, unde ad differentiam commixtionis, vel compſumptionis, quæ per neceſſarium antecedens expoſtularet obligationem reſtituendi cadentem tantummodo, ubi de medio intercedat mala fides, ſatis exiſtat, non eſſe ſeparatos per factum hæredis ab ipſa hæreditate; & ideo ſub ejus ſimplici petitione uſque ab initio venire, ut latius perpenſum fuit *in præcedenti Deciſio. ex §. Confirmatiòne cum duobus ſeqq.* in quibus *Iura*, *& Authoritates* de materia loquenies uberrime cumulantur.

Majora tamen, ſeu plura triumphavere Suffragia, ſub ea ſatis vivida ratione, quòd
5 ubicumque tractatur de fructibus Civilibus, hi, qui non expectant, prout naturales, Aeris temperiem, ac certam temporis revolutionem ad finem, ut colligantur, ſed in dies, & quodammodo per horas maturare, ac præfici cenſentur, eo ſane caſu habentur pro jam ſeparatis, & collectis, eiuſdemque temporis differentia non amplius ſtat ad inducendam perfectionem, ac collectionem, ſed tantummodo conſideratur ad finem faciendæ diviſionis, ut tradunt adducti *in præterita Deciſione §. Præciſive*, & ſignanter *Rota deciſ. 178. num. 4. & 5. par. 19.*, quibus addi poſſunt *Roderic. de ann. reddit. lib. 3. quæſt. 6. n. 5. in fin.*, *Mieres de Major. par. 4. quæſt. 24. ſub num. 3. verſ. quam Sententiam*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 626. num. 72. & ſeqq. Paz. de Tenut. cap. 11. ex nu. 32. uſque ad fin.*, *Capon. diſcept. 147. n. 14. in fin.*, *Franch. deciſ. 79 num. 2. & 4.*, *Sperell. deciſ. 82. nu. 25. & 26*, *Card. de Luca de Beneſ. diſc. 84. num. 4. & diſc. 100. num. 21.*

Et ita, utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

CVm hac Deciſione, quæ confirmat præcedentem ſuperius expoſitam. terminavit tandem pervetuſta, & celebris controverſia, in qua tot Deciſiones, tot ingenia inſudarunt, expedita namque fuit ſub die 15. Decembris ejuſdem Anni 1698., cum ordine Mihi iniuncto, quive ſolet explicari ſub ea formula, *ad mentem*, nempe, *Expediatur ad mentem*, ſuper nonnullis parvis ſolutionibus bonificandis, & per Me recognoſcendis.

Plures, ut colligitur ex eadem Deciſione, tanguntur articuli concernentes illam ſpeciem diviſionis, ſeu bonificationem partitarum, quæ fere ſemper intercedunt, quando poſt longam litem reſtituendum eſt Fideicommiſſum, vel hæreditas Patri victrici, & ideo quædam, ut ocium fert, ſimpliciter delibabimus ad ornatum præfatæ materiæ: Et primo circa ea, quæ dicuntur de expenſis erogatis occaſione locorum Montium hære-
6 ditariorum, notandum eſt, quod *Rota* nuſquam in effectu bonificavit illas expenſas, quæ reſpiciunt tranſlationem locorum Montium de uno Fideicommiſſario ad alterum, cum hæ percutiant privatum commodum Fideicommiſſarii pro tempore gravati, non autem ſubſtantiam Fideicommiſſi, ut præ cæteris liquet ex *Peregr. de Fideicommiſſ. art. 50. num. 4. & 5.*, *Urceol. conſult. forens. cap. 20. nu. 31.* aliiſque *in deciſ. 886. n. 7. & deciſ. 1090. num. 5. coram Emerix Iun.*

Magis quotidianæ ſunt quæſtiones ſuper partitione fructuum; quapropter ſecundo loco adnotabimus, quod firma in ſuis caſibus remanente regula, quod frúctus tantummodo debeantur a die motæ litis, hoc eſt
7 intelligendum, quando prima lis, ſive Judicium fuit validum, & juſtum, nam tunc licet adſit intermedia Sententia favorabilis Reo, & adhuc indiſtincte fructus reficiendi ſunt Actori a die motæ, ſeu conteſtatæ litis cum opportuna productione Iurium, *Card. de Luc. de Emphyt. diſc. 41. nu. 10. Rot. dec. 311. num. 7. coram Rojas*, *& in recen. deciſ. 2. num. 3. cum tribus ſeqq. par. 11.*

Secus autem, quando primum Judicium in progreſſu Cauſæ detectum eſt invalidum,
8 quia tunc Reus ſeſe defendens non pòterat cenſeri poſitus ſub ulla mala fide, repellere namque intendebat moleſtias nullas, & injuſtas contra ſe perperam excitatas, ſicuti occaſionè primi Judicii moti vigore primi Teſtamenti, ſuperveniente, ſeu producto

poſtmouum ſecundo primum annullante, definitum fuit *in Romana Fideicommiſſi de Avila* 13. *Februarii* 1696. *coram* R. *P. D.* Pio, & prius traditum *in deciſ.*327. *num*.1.,& *ſeq. cor. Duran.*, *ac in d. deciſ.*311. *ſub num.*3. *coram* Royas; & generaliter quod, ubi variatum fuit
9 Iudicium, fructus debeatur ſolummodo a die ſecundi Iudicii noviter introducti, ſive variati, *eadem* Rot. *deciſ.*615. *num*.8. & 9. *par.*18. & *deciſ.*111. *num.*1, *et ſeqq. par.*19. *recenſ.*

Tertio tamen non ſic, quando primum Iudicium eſt nullum non jam ex ineptitudine actionis, a qua ſe Reus, ut mox enunciavi-
10 mus, juſte tueretur, ſed nullitas deſcendit a defectu Iuriſdictionis, ſive Iudiciis incompetentia, quia tunc non excluditur mala fides in eodem Reo ſuborta ex productione Iuriùm, ut limitavit Rot. *coram Priolo deciſ.* 245. *et deciſ.*263.

Quando pariter non ſic eſt, quando primum Iudicium, in ſe cœteroquin diverſum erat neceſſario præambulum, ſive tanquam vehiculum ad ſecundum, (ex: gr:) ſi quis pro obtinenda immiſſione compellatur reſcindere Tranſactionem impeditivam ipſius immiſſionis, in hoc eteni m caſu fructus de-
11 biti ſunt a die primi Iudicii præambuli, ac reſciſſorii Tranſactionis, hæc namque Iùdicia, veluti præordinata ad unum, eumdemque finem, reputantur ut unum Iudicium; inputandum propterea eſt malæ fidei ipſius Rei, ſi viſis Iùribus Actoris expetentis immiſſionem liti non ceſſit, ſed coegit ipſum Actorem ad majorem jacturam temporis, & expenſarum pro infringendo obiicè Tranſactionis omni Iure reſcindibilis, ac perperam oppoſitæ per Reum, ut ſatis benè ex *Carleval, de Iudic. par.*2. *lib.*1. *tit.*2. *diſput.*6. *per tot.*, *Tondut. de Prævent. par.*1. *cap.*15. *num.*25., *et par.*2. *cap.*22. *per tot. Rot. deciſ.*370. *num.*12. *coram Bichio*, declaratum fuit *in alleg. dec.*615. *num.*1. *cum tribus ſeqq. par.*18., *et in d. dec.*111. *num.*12., *et* 13. *par.*19 *rec.*

Quinto ad diſtintionem ſuperadditam de fructibus civilibus, ac naturalibus, utrum
12 hoc procedat in Fideicommiſſis ùniverſalibus, ſive ſolum in Primogenituris, ſeu Fideicommiſſis particularibus, recte dixtinxiſſe, & examinaſſe videtur *Barbat. de diviſ. fruct: par.*2. *cap.*2. *a n.*23. *et ſeqq.*, *Carol. Anton. de Luc. ad Vincent. de Franc. dec.*13. *num.*3. *et* 4., *Rot. dec.* 780. *n.*11. *cum duob. ſeqq.*, *dec.*886. *num.*5., *et dec.*1090. *ſub num.*5. *cor. Emerix Iun.*

Fraternizat caſus productiuus ſimilium quæſtionum, quando ſine Mandato judiciali bona reſtituenda ſunt de uno genere vocatorum ad alterum, unde cum controverſia ſoborta eſſet inter hæredes Nobilis Viri Marcelli de Auguſtinis fundatoris cujuſdam Bajùlivatus in Religione S. Stephani, ac Æneam de Carolis Piccolomineis nominatarium ſucceſſorem in Bajulivatu ex vi ejuſdem fundationis, an Animantia ex lege pariter ipſius fundationis appoſita per Marcellum ſuper bonis Bajulivatui ſuppoſitis forent reſtituenda, ſive tradenda eidem Æneæ, illiuſque ſucceſſoribus nominatariis, pròut conuentum fuerat quòad Animalia culturæ neceſſaria in caſu devolutionis Bajulivatus ad Religionem, vel potius remanſiſſent in hæreditate ultimi de directa linea de Auguſtinis gravati, Ego pròinde ſub Anno 1685. interrogatus, quid deſuper ſèntirem, reſpondi.

Vel ſuccèſſor de linea nominata temporalem hanc fruitionem fundat in diſpoſitione Iuris, aut illam deducère conatur ex pacto inito cum ipſa Sac. Religione, caſu quo Commenda ad eamdem Religionem reverteretur; & non minus in uno, quam in altero caſu noſcitur prætenſio hæc deſtituta fulcimine rationis, & boni Iuris.

Quatenus enim ſpectat ad Ius commune, quotidiana emicant exempla ſucceſſorum in Beneficiis; ſive enim agatur de ſuccedente in vim reſignationis voluntariæ, ſive per
13 obitum, quidquid ſit, ubi contentio verſetur inter Eccleſiam, vel ejus nomine Cameram Apoſtolicam, ac hæredes ultimi poſſeſſoris, & reſpective ipſum reſignantem, in qua per doctrinam Abb. *in cap. fin. n.*2. *de privil. Cleric.* quam exornat Redoan. *de ſpol. quæſt.* 3. §. *ſed in contrarium. ex num.*35. *cum ſeqq.* diſtingui ſolet, an Beſtiamina collocata per poſſeſſorem Beneficii, vel cœtera alia melioramenta fuerint conquiſita de bonis patrimonialibus, ſeu alias, quam ex illis Eccleſiæ, aut potius e contra, ut ſcilicet primo caſu detrahantur per hæredem, ſecundo autem remamaneant penes Eccleſiam, ut tradit etiam *Card. de Luc. de Benefic. diſc.*82. *num.*5., *et diſc.*84. *num.*14. *verſ.*3. *in fine*.

Certum tamen eſt, quod ubi vertitur altercatio, ut ad præſens, inter ſucceſſorem in Beneficio, & hæredes ultimi poſſeſſoris, Ani-
14 malia, quæ non ſunt vera Inſtrumenta fundi, ſed in eum immiſſa reperiutur ex mera cauſa induſtriæ cùm Colonis, ſive ad meliorem perceptionem fructuum conſiſtentium in Paſcuis, mortuo Beneficiato citra heſitationem detrahuntur per heredes, vel expleta reſignatione pertinent ad reſignantem, ut eſt praxis notiſſima, ac plene, & egregie comprobat viden. *Card. de Luc. dicto diſc.*82. *ex num.*5. *uſque ad* 12., *et diſc.*84. *n.*13. *uſque ad* 16. *de Benef.*, ubi ad hoc etiam refert obſervantiam Camerę Apoſtolicę in locis, in quibus Spolia practicantur, illa namque relinquit ſolum in fundis Eccleſię ad commodum Succeſſoris ea Animalia, quę juxta morem Regionis, ac fundorum qualitatem dici merentur eorum Inſtrumenta, non autem ea, quę Beneficii poſſeſſores immittunt ad induſtriam, ſeu meliorem fructuum perceptionem,

nem, hçe etenim reputantur propria ipſius Beneficiati, ideoque tanquam aliæ res indifferetes veniunt ſub ſpolio.

Idemque de Jure procedit in terminis fęu-
15 dalibus, ac primogeniturarum, in quarum conformitatem adamuſſim regulantur Commendæ Militares Sac. Religionis Divi Stephani, juxta *Conſ. Franciſc. Anſald.*12. 13. *&* 14., & alibi paſſim, *Curiu. inter conſilia Martii Venturin. conſ.*43. *num.*13., ac definivit Rota *Florentina in piſana Iuriſpatronatus de Griſonibus* 12. *Aprilis* 1668. *impreſſa apud Manſ. conſult.* 110. *num.*77., ubi quod hoc Jure utimur; & generaliter de aliis Commendis *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib.*1. *cap.*20. *num.*39., *Barboſ. in cap. fin. n.*4. *de conceſſ. pręben. Solorzan. de Jur. Indiar. lib.*2. *cap.*5. *n.*4. *Anton. de Leon, in tract. de confirm. Reg. par.*1. *cap.*4. *num.*14.

Quoniam niſi Animalia, Boves, Pecora, & alia ſimilia noſcantur præciſe deſtinata ad perpetuum uſum Fœudi (quod accidit, quoties ex hiſce Beſtiaminibus univerſi fructus ipſius Fœudi, vel major pars recolligitur,) ſemper exiſtimatur Burgenſatica, ſive allodialia,
16 nec pertinent ad ſucceſſorem in Fœudo, nec cùm ipſo Fœudo devoluntur ad Agnatum, vel Dominum directum, & quod magis eſt, minime debentur ipſi filio in vim Primogenituræ ſuccedenti in eodem Fœudo, ſed aliis Secundogenitis, aut hæredibus in Burgenſaticis, & allodialibus, ut punctualiter cum *Iſern. in tit. quæ ſint Regal. in verb. & Planſtrorum num.*58., *& in tit. de pac. tenen. in cap. ſi violatur num.*4., & cum *Camerar.* licet mendoſe allegato *in repet. ad leg. Imperialem de prohib. Fęud. alien. fol. Mihi ſecundum impræſſionem Baſileæ* 122. *verſ. quibus addite*, docuit *Fulv. Lanar. in addit. ad repet. Fœud. Regent. Lanar. ad cap.*1. *de ſucc. Fœud. nu.*46. *fol.*269., & dixit *Bald. conſ.*222. *num.*1., *&* 3. *lib.*3., *Schrader. de Fœud. par.*3. *cap.*1. *num.*18., *& ſeqq.* Et quod
17 idcirco fœmina, quæ non ſuccedit in Fœudo, vel in Caſtro una cum fratre, ſuccedat in fornimentis ipſius Caſtri, reſpondit *idem Bald. in conſ.*232. *num.*1. *eodem lib.*3., & admittit *Barboſ. in l. divortio*, §. *fin. n.*124. §. *Quod ſane, verſ. Et facit, ff. ſol. matr. Mieres de Majorat. par.*1. *qu.* 10. *ſub num.*62. *verſ. quod confirmo.*

In Majoratibus vero licet *Scribentes* præciſe non deſcendant ad Pecudes, aliaque Animalia, generaliter tamen receptum eſt, quod ſi res addita Majoratui poteſt ab ipſo ſepara-
18 ri, non cedit ipſi Majoratui ad beneficium in eo ſuccedentium, ſed conſignanda, ſeu adiicienda venit hæredibus ultimi poſſeſſoris, niſi expreſſe, ac ſcienter à Majoratus poſſeſſore addita ſit cum eadem qualitate Majoratus, & ut perpetuo ipſius Majoratus efficiatur, quemadmodum per hæc verba firmavit *Molin. de Primog. lib.*1. *cap.*26. *num.*3. *verſ. quod nedum*; & quod acquirens hoc exprimere debeat, proſequitur *Adden. ad eamd. Molin. in dicto loco, Barboſ. in d. l. divortio* §. *fin. num.*124. *verſ. quod ſane, ff. ſol. matr.*, *Guttier. pract. quæſt. lib.*5. *quæſt.*70. *num.*26., *& ſub n.*8. utrobique *verſ. niſi expreſſe*, pluresque alios congerit *Antonin. de Amat. reſol.*14. *num.*27., ubi loquens de Emphyteuſi inquit, quod conſtare debet de animo acquirendi ad perpetuum uſum rei Emphyteuticæ; & pariſicando, ſeu commiſcendo terminos Fideicommiſſarii, Emphyteutæ, Fœudatarii, ac uſufructuarii, notavit *Card. de Luc. d. diſc.* 82. *num.*7. 8., *&* 9. *de Beneſ.*, *& diſc.*35. *num.*8. *& ſeqq. de legit. & detract.*, & conſonat *Rot. cor. Gregor. dec.*326. *num.*20.

Applicando autem ad rem, minime conſtat, quod præfata Animalia cenſeri umquam valeant expreſſe, aut tacite deſtinata in perpetuum uſum iſtius Commendæ, quin potius id apertiſſime excluditur, tum quia dici nequit (retenta præmiſſa diſtinctione, ſeu explicatione) quod fructus Commendæ in totum, vel pro majori parte conſiſtant, ſeu colligantur ex iſtis Animalibus, tum quia dum, ut infra, declaratum extitit, quæ nam ſpecies iſtorum Animalium remanere deberet perpetuo unita eidem Commendæ, ideoque recaſura cum Commenda ad Religionem, liquet, exceptis Bobus, cœtera Animalia habitata fuiſſe pro extrinſecis, diverſis, ac ſeparabilibus ab eadem Commenda, expreſſe paciſcendo, quod reliqua univerſa Animalia remanerent ad commodum hæredum DD. de Auguſtinis, atque ita juridice, ſive ad mentem Juris optime proceſſum fuit cum *Bald.* ejuſque diſtinctione *in l. item ſi fundi*, §. *Seminarios in* 3. *not. ff. de uſufr.*
19 dicentis, quod ſi Maritus legavit Uxori uſumfructum fundi, & in illo habebat Boves Aratorios, non poteſt hæres eos amovere in pręjudicium uſufructuarii, ex quo cenſentur, & ſunt Inſtrumenta ejuſdem fundi, quam diſtinctionem cum *Angel. Fulgoſ. & Alciat.* ſequitur *Mant. de coniect. lib.*9. *tit.*2. *n.*17., *Odd. conſil.*30. *ex n.*41. *cum plur. ſeqq.*

Excluſa itaque ex præmiſſis intentione Piccolominei ad limites Juris communis, neque pariter ullum pro meo Judicio probabile fundamentum conſtitui poteſt in pacto, ſeu verbis adiectis in Iſtrumento fundationis: In primis namque reflectendum videtur, quod ipſum Inſtrumentum non fuit ſtipulatum cum interventu Æmilii primo nominati, quin adhuc incerta erat perſona, ſeu linea nominanda, unde difficile eſt, argui poſſe aliquam donationem temporalis uſusfructus ad favorem ejuſdem Æmilii, illiuſque deſcendentium, quos incertum erat, an illi de Auguſtinis forent nominaturi, & tamen cum nullâ aliâ viâ poſſint Piccolominei prætenſionem hanc ſubſtentare, quam ex vi donationis implicitæ, & virtualis, ut egregie in ſimili ſupra relato perpendit *Card.*

*de Luc. dicto diſc.82.num.6.,& ſeqq.& d.diſc.84. num.13. verſ. diſputatio*; Et quomodo ad favorem perſonæ adhuc incertæ concipi valet
20 animus donadi, quando nec inter præſentes, & Conſanguineos capitur interprætatio donationis, ſi actus exiſtit quomodolibet æquivocus, vel capax relationis ad alium titulum, ſeu cauſam, ut in durioribus de conſignatione pecuniarum facta alicui præſenti, & recipienti, habetur apud *Bertrand. conſ.22. nu.3. lib.2. par.1., Crot. conſ.186. num.33. lib.2., Cravett.conſ.86. num.2. Mant. de tacit. lib.13. tit.5. num.8. in princ., & in fin. verſ. Sed ceſſantibus, Rot. Ianuen.deciſ.72. num.2., Merlin. deciſ.692. num.1. & ſeqq., Royas deciſ.326. num.2., Card. Cerr. deciſ.36. a princ. uſque ad num.6., Card. de Luc. de Regal. diſc.1. num.10. verſ. in hoc tamen*, & magis in ſpecie *dicto diſc.84. de Beneſ. num.14. verſ. Secundo, et d.diſc.35. num.10., et 11. de legit., et detract.*

Quod autem ad alium titulum, & cauſam referri valeant verba contenta in pacto, præfulget ex finali conclusione, ac verbis adiectis in Inſtrumento fundationis ſub §. *Cumque*, ubi poſtremo cavetur, Sac. Religionem voluiſſe, quod bona Commendæ ad ipſam reverteretur cum Animalibus, ut vulgo dicitur, *da Giogo*, eadem conſiderando tanquam Inſtrumenta fundi omnino neceſſaria: quamobrem e converſo pari proviſione, & cauthela, ad tollendas ambiguitates, directe cum eadem Religione pepigit fundator in aliis verbis mox deducendis, quod exceptis præfatis Animantibus reliqua remanerent hæredibùs eorumdem Fundatorum; ſed ob id inferre, quod actio, vel commodum aliquod reſultare queat perſonis adhuc non nominatis in Inſtrumento, eſt contra omnem veriſimilitudinem, & naturalem rationem, ſecundum quam in dubio nemo præſumitur jactare ſuum: Imo ſi talem donationem facere detrectarunt ad commodum Sacræ Religionis, & ſic in Piam cauſam, multo minus reputari poteſt, quod hoc exercere voluerint vigore præfati pacti ad commodum nominandorum, qui adhuc non fuerant detecti, imo nec unquam nominati per Marcellum, qui in ſingulari numero exprimitur occaſione pacti reverſivi, ſeu potius continuativi, ut ibi = *pertineant, et remaneant hæredibus dicti D. Fundatoris*, reſiſten-
21 te ulterius regula, quod nec clauſula, *quorum intereſt*, implicite contenta ſub obligatione Camerali, nec obligatio guarentigiata favere valet perſonæ non nominatæ, & de tempore conventionis non habenti intereſſe, ut poſt *Menoch. lib. 3. præſ. 13. num. 9. Rot. alioſque* tradit *Zacch. de oblig. Camer. quæſt.5. num. 16. Rot. coram Duran. deciſ. 27. num. 12., & 13., et deciſ.33. num. 1, poſt Cenc. de cenſib., & deciſ.267. num. 12. et 13. poſt eumd. Zacch. ubi ſupra.*

Cœterum, proprius feriendo punctum difficultatis, non video, quod ex illis verbis = *Con queſto, che tutto il Beſtiame groſſo, e minuto reſti, quando venga il caſo, che la Commenda rimanga alla* Religione, *all' Erede di detto Sig. Marcello*, aliud depromi valeat argumentum, niſi illud, quod dicitur a contrario ſenſu, videlicet quod donec, & quouſque Commenda non devolvatur ad Religionem, cœtera Beſtiamina remanere non debeant hæredibus D. Marcelli, ex quo regulariter argumentum
22 iſtud locum ſibi vindicat in omni materia, & in omnibus pactis, Contractibus, & conventionibus, etiam ſtricti Juris, ad tradit. per *Dec. conſ.667. num.3., Mandell. conſ.730. n.9., Pariſ. conſ.110. num.65. lib.1., Mant. de tacit. lib.2. tit.14. num.4, et ſeqq.*, Rota *coram Cavaler. deciſ.353. num.5.*

Verum inter multiplices fallentias, quas patitur hujuſmodi regula, ſeu argumentum, tres caſui noſtro applicabiles intercedunt; pri-
23 ma nempe, quoties agitur de iis, quæ poſita noſcuntur ad cauthelam, ſive ex cauſa dubitationis tollendæ, ut cum *Rimin. in l.1. num.435. ff. de off. ejus, et aliis* notavit *Barboſ. loc. argum.27. num.*38. Id enim mirifice congruit huic caſui, nam antea in Supplicatione D. Marcellus, qui ad facilius Gratiam, pro qua ſupplicabat, aſſequendam obtulerat omnia Beſtiamina cum illa expreſſione, = *Che ſaranno per più di ſcudi mille*, & correſpective, ne dubitari contingeret ſecundum ab initio relatas *Auctoritates*, utrum eadem Animalia cenſeri poſſent deſtinata, nec ne, uſui ipſius Commendæ, ſuperadiecit = *Con queſto, che tutto il Beſtiame &c.* & in Inſtrumento poſtquam pariter expromiſerat Regioni dimittere eadem bona cum Animalibus, ut ſupra *in dicto §. Cumque*, incontinenti voluit ſe declarare, adamuſſim adhibendo vocabulum illud = *Declarantes, quod omnia Beſtiamina &c.*

Secunda fallentia eſt, quam in pulcherrimo caſu ponderavit *Rot. coram Seraphin. in deciſ.829.* ubi tractans de Chriſtophoro Sabello, qui donaverat Cardinali ejuſdem Cognomenti medietatem Civitatis Albani cum pacto, quod ſi idem Chriſtophorus deceſſiſſet filiis maſculis relictis, tunc pars donata redire deberet ab eoſdem filios, hinc, ex quo contigit, ipſum Chriſtophorum filios produxiſſe, exorta eſt difficultas, utrum donatio cenſenda eſſet revocata, ad normam *Text. in l. ſi umquam. C. de revoc. donat.* dum pactum reverſionis cantabat in caſu ſolius obitus cum filiis, quamobrem a contrario ſenſu dicendum videbatur, revocationem intrare non poſſe,
24 vivente adhuc donatore, deciſum optime fuit, quod argumentum hoc a contrario ſenſu deſumi non debet ad effectum amiſſionis, aut renunciationis ſui Juris, quemadmodum eveniret in præſenti, ut patet *in d. deciſ. Seraphin. ſub nu.9., & 10.*, ubi referuntur *Tiraquel. & Eve-*

*et Everard.*, & prius *ſub num.6.* affertur aliud
25 axioma, quod quando unum præſupponitur, & aliud diſponitur, non poteſt diſpoſitum ſortiri effectum, niſi vero exiſtente præſuppoſito: quod pariter egregie adaptatur ad caſum noſtrum, quia pactum, ſeu diſpoſitio emanavit forſan cum præſuppoſito, quod de tempore devolutionis, vel ex neglecta nominatione alterius lineæ, vel ex præambula deficientia (ſicuti poterat obvenire) ejuſdem alterius lineæ nominatæ, priuſquam deficeret prima Fundatoris, accideret devolutio per extinctionem ejuſdem lineæ Fundatoris, non alterius nominandæ, quemadmodum *in dicta Deciſione* dictum fuit, quod mediante enunciato pacto præſupponeretur de tempore obitus Chriſtophori donatoris adhuc rem donatam reperiri apud Donatarium.

Tertia tandem limitatio ſuboritur ex eo,
26 quod idem argumentum a contrario ſenſu ſtricte venit ſemper deſumendum, ad præciſos nempe limites verborum, & inquantum diſponitur in ſenſu directo, & non ultra, ut per *Pariſ conſ.16. n.48. lib.3.*, *Mant. dec.283. n.3.*, *Gregor. dec.297. num.8.*, *Burat. dec.116. num.11. Bich. dec.200. num.14.*

In iſto autem caſu, ſenſus quidem directus eſt, ut eveniente tempore devolutionis cœtera Animalia, exceptis Bobus aratoriis, remanere deberent hæredibus Fundatoris, non autem devolvi, aut pertinere ad Religionem, at non inde ſequitur, ergo non prius ab eiſdem deduci valent, ſi deficiat linea eorum de Auguſtinis, & nihilominus ſecuta non ſit devolutio Commendæ, ut in valde proximis cum *Bart.*, *& Dec. aliiſque Scribentibus in dicta l.1. ff. de Off. ejus* ratiocinatus eſt *Giovagnon. reſponſ.89. n.26. lib.1.*, ubi interpretando illa verba = *Si abſque prole deceſſeris, eam pecuniam hæredum meorum eſſe volo*, inquit, quod exinde bene infertur, quod ſi cum prole deceſſerit, non vult, eam pecuniam eſſe ejus hæredum, non autem ſequitur, quod tunc velit eam pecuniam eſſe prolis, quia
27 egrederemur limites verborum, pulchre etiam in propoſito *Rot. dec.132. ex n.8. verſ. argumentum enim cum plur. ſeq. par.16. rec.*

Conſpirant in idem plurimæ aliæ conjecturæ, & præſumptiones quamlibet aliam præſumptionem cujuſcumque donationis ſuffocantes, ut ponderandum ait *Car. de Luc. de Beneſ. dicto diſc.84. num.14.* nimirum, quod tantum abeſt, quod ipſe Marcellus fundator, vel, quod magis eſt, Hippolitus nominans cogitaverit donare temporalem hanc fruitionem Æmilio, ejuſque deſcendentibus ſucceſſive nominatis, quin potius, ut colligitur ex nominationis Inſtrumento, voluit, ipſum cenſeri quidem, ac debere eſſe ſubrogatum in univerſa Jura patronatus, ac privilegia qualibet Commendis, ac Bajulivatibus competentia, ſed cum non fuerit ultra progreſſus, de plano ſequitur, quod cum præfata cœtera Animalia non proſequantur Commendam, nilque commune habeant cum Jurepatronatus, nominans transferre minime intellexerit hunc uſumfructum ab eadem Commenda, & Jurepatronatus prorſus diſtinctum, & ſeparatum.

Rurſus credibile non eſt, quod ipſemet Fundator de proprio ad meram induſtriam, & uberiorem fructum ſuperapponens reliqua Animalia non neceſſaria culturæ, voluerit ſibi manus ligare per ſpeciem fideicommiſſi ad favorem nominandorum, adeout nec vivens illa diſtrahere potuiſſet citra obligationem ſubrogandi alia Capita, quia ſicuti ſubrogationem hanc expromiſerat favore Religionis in Bobus Aratoriis particula-
28 riter exceptis, ita ad hoc, ut exceptio foret de regula, oporteret interprætari quoad cætera Animalia favore ſucceſſorum omnium in Commenda, quod nihil abſurdius, magiſque naturali rationi repugnans.

A' primo igitur ad ultimum, neque de Jure in abſtracto, neque vigore pacti in concreto cenſerem, bonum jus militare pro hodierno Succeſſore in Commenda, ſolumque ex quadam Epycheja proſequendo exemplum rerum Fœudalium crediderim, non immerito
29 cogi poſſe (quatenus ſibi hoc idem Succeſſor expedire putaverit) prænominatos hæredes, ut facta eſtimatione, refuſoque pretio, permitterent, Animalia remanere ſuper Tenutis obnoxiis Bajulivatui, ut in præmiſſis terminis, prædicta æquitate impellente, cenſuerunt *Rolan. conſ.28. num.30. lib.1.*, *Fulv. Lanar. in addit. ad Lanar. Patruum ſub tit. de ſucceſſ. Fœud. n.45. fol. Mihi 268.*, *Schader. de Fœud. par.2.9. part. princ. ſect.2. n.98.*, *& ſeq. Garz. de expenſ. cap.13. n.47.*, *Molin. de Primog. dicto lib.1. cap.26. num.16. in fin. §. Illud autem, verſ. Hoc tamen*, *Avendan. ad l.46. Tauri gloſ.7. n.9.*, *Io: Franc. de Pont. conſ.11. n.8. lib.1.*, qui loquens de rebus inſeparabilibus, & Fœudo cohærentibus, nihilominus tribuit hæredibus actionem ad æſtimationem; ex ea præciſa ratione, quia lex ſemper præſumit, tales res non fuiſſe donatas, & conferunt adducta per *Card. de Luc. de legit. diſc.35. num.13. verſ. Et è converſo.*

## RHEGINEN. FIDEICOMMISSI.

*Veneris 27. Junii 1698.*

## ARGUMENTUM.

Creditur Notario aſſerenti, copiam ab eo fuiſſe a ſuo originali extractam eo modo, & forma prout jacet. Renunciatio ſucceſſionum uſque tunc purificatarum, non complectitur purificandas, nec tanquam ſtricti Juris extenditur de re ad rem, aut de perſona ad perſonam. Renunciatio generalis non requirit conſenſum eorum, quo-

quorum hæreditatibus renunciatur, & quando dicatur generalis. Renunciatio abdicativa, & realis, an admittat aliquo caſu regreſſum renunciantì; & in quo caſu. Leſio non cadit in renunciatione, quæ fit a filia Moniali recepta congrua dote. Capitula quando ſint attendenda, vel potius ſubſequens Inſtrumentum.

*SUMMARIUM.*

1 *Notarius præſumitur fideliter ſe geſſiſſe in tranſumptatione Inſtrumenti, donec contrarium probetur.*

2 *Succeſſor non poteſt impugnare ſcripturam, quam ejus Author approbavit.*

3 *Notarius nequit exemplare Acta alterius Notarii, cujus ipſe non eſt Succeſſor.*

4 *Legalitas Notarii nequit impugnari ab eo, qui illum uti talem alias approbavit.*

5 *Renunciatio ſucceſſionum uſque illam diem purificatarum, non trahitur ad purificandas ex poſt.*

6 *Renunciatio eſt ſtricti Juris, neque extenditur de tempore ad tempus, nec de perſona ad perſonam, & num.37.*

7 *Dictio*, tantum, *excludit omnem, & quamcumque extenſionem.*

8 *Succeſſiones fideicommiſſariæ nunquam dicuntur devolvi ex diſpoſitione legis ab inteſtato, ſed ex peculiari hominis diſpoſitione.*

9 *Relatio debet fieri ſingula ſingulis congrue referenda.*

10 *Capitula præcedentia potius attenduntur, quam Inſtrumentum, quia illa ſunt verba Partium, hæc autem Notarii.*

*Intellige, ut num.15.*

11 Card. Jo: Bapt. de Luca *Præceptor R.P.D. Authoris, laudatur.*

12 *Immiſſio non conceditur Fideicommiſſario, niſi prius ſegregatis bonis liberis, quæ gravatus incorporavit cum illis fideicommiſſo ſubjectis.*

*Diſtingue tamen, ut n.13., & 14., & n.20.*

16 *Renunciatio etiam abdicativa, & realis non excludit renunciantem, quando nullo alio exiſtente caperet Fiſcus, & num.17.*

*Idemque eſt, quando bona emphyteutica, nullo exiſtente ex comprehenſis in renunciatione, devolverent ad Dominum directum, num.18.*

19 *Renunciatio bonorum fideicommiſſariorum an comprehendat ea bona, quorum alienatio fuit a Teſtatore ſtrictiſſime probibita.*

21 *Pater, excepta legitima, poteſt de reliquo in quoslibet etiam extraneos diſponere.*

22 *Filia congrue dotata nequit petere ſupplementum legitimæ a Patre dotante.*

*Et de ratione, ibidem.*

23 *Filia effecta Monialis nequit prætendere majorem Dotem, quam illam, quæ dari ſolet ab aliis ingredientibus Monaſterium, licet ſit longe inferior legitima.*

24 *Taxa certa quantitatis de præſenti pro futura legitima ſubſtinetur, accedente conſenſu, & jurata renunciatione Legitimarii.*

26 *Renunciatio facta ſucceſſioni alicujus perſonæ viventis an, & quando pro ſui validitate requirat conſenſum illius, cujus hæreditati renunciatur, & n.26. & 30.*

27 *Renunciatio facta contemplatione certarum perſonarum, illis præmorientibus ſuperſtite renunciante non reſolvitur, quoties apparent contemplati etiam hæredes, & ſucceſſores renunciatariorum.*

28 *Renunciatio facta per filiam favore Patris cenſeri nequit perſonalis, & conſequenter reſoluta ob prædeceſſum ipſius Patris, qui per Teſtamentum alios ſibi hæredes inſtituit.*

29 *Bona Matris, poſtquam pervenerunt ad filios, non conſiderantur amplius uti bona materna, ſed tamquam fraterna.*

31 *Læſio in renunciatione regulatur ad normam* Text. in l.2. C. de reſcind. vendit.

32 *Qui anticipate ſolvit plus ſolvere dicitur*

33 *Subreptio non datur ceſſante dolo, & malitia.*

*Maxime, quando agitur de Gratia executioni demandata, num.34.*

35 *Pater mortuis filiis debet concurrere ad ſucceſſionem cum eorum Sororibus, nec poteſt retinere bona materna jure Peculii.*

36 *Conjecturæ, & argumenta non attenduntur in claris.*

38 *Renunciationes factæ ab ingredientibus Religionem ſunt late intelligendæ; ſecus, quando fiunt a nubentibus in ſæculo.*

39 *Expreſſio bonorum paternorum, & maternorum, quando dicatur ſtare demonſtrative in renunciatione, non autem taxative.*

40 R. P. D. Alexander Sperellus *olim Epiſcopus Eugubinus, laudatur.*

41 *Tranſactio inita mediante interpoſitione, & opera alicujus Viri inſignis, præſumitur valida, & juſta.*

42 *Subreptio, ut evitetur, ſufficit, quod Princeps potuerit aliunde informari de qualitate ei non expreſſa.*

43 *Parentes ſolent procurare a filiis renunciationem ad effectum, ut libere poſſint diſponere de bonis ſibi renunciatis.*

44 *Expreſſio virtualis ſufficit ad evitandam ſubreptionem, licet deficiat ſpecialis.*

45 *Læſio non poteſt conſiderari in renunciatione facta per filiam ingredientem Monaſterium, recepta congrua, & ſolita dote, & num.46.*

47 *Ad excludendam læſionem in tranſactione plurimum attenditur dubius litis eventus, & conſideratio expenſarum, quæ poterant occurrere in illius proſecutione.*

*Præſertim, ſi agatur de tranſactione jamdiu obſervata, num.48.*

DECI-

## DECISIO LVII.

IMmiſſionem, quam reportaverat Hippolyta per tres conformes extra Rotam ad quoddam Viridarium, Abbatiſſa, & Moniales S. Nicolai retardare, & infringere contendebant apud Me mediante nova Comiſſione obtenta per Signaturam cum Clauſula ſuſpenſiva, *Conſlito de tribus*, tum impugnando legalitatem ſcripturę originalis, in qua fundabatur particulare Fideicommiſſum, ad quod vocatam eſſe ſe ſe pretendebat Hippolyta, tum ipſam arguentes excluſam vigore renunciationis initę per eamdem favore Dominici fratris, a quo non minus poſſeſſionem, quam defenſionem prędictę Moniales metiebantur; tum & denique ob incertitudinem Confinium ipſius Viridarii ex adaucta, ſiſte intermixta quantitate aliarum Terrarum: Sed Domini, licet triplex funiculus difficile rumpatur, ut habetur inter *Salomonis* Oracula, ſive Proverbia, dignoverunt, nullum ex hiſce tribus objectis officere, quominus *de tribus conſtare* citra dubium ſentieri.it.

Conſiderantes namque primum de legalitate ſcripturę circa aſſerta vitia, & cancellationes, quę circumferebantur extare in Teſtamento originali Ioannę fideicommittentis, (non enim de Fideicommiſſo, neque de compręhenſione Hippolytę erat quęſtio) intercedebat, & negativa, & poſitiva evidentia in oppoſitum: Negativa ſiquidem, dum nulla ex parte Monialium poſt litigium adeo diuturnum prębebatur juſtificatio de hujuſmodi divinata cancellatione, vel vitio, ideoque dum coram pręcedentibus Iudicibus extra Tribunal, & deinceps in noſtro Auditorio comparebat ab Hippolyta producta exemplatio, eaque fulcita cunctis requiſitis ad normam *cap. fin. de fid. Inſtrum.*, non poterant Domini non adhibere plenam
1 fidem eidem exemplationi, ex quo non docto de contrario publica fides eſt penes Notarium, qui aſſerens, exemplum ipſum, ſeu copiam deſumpſiſſe ab Originali, ſeu Matrice, ſemper in dubio præſumitur fideliter proprium munus exercuiſſe, quodque non omiſiſſet traſcribere vitia, raſuras, cancellationes, & alia, ſi quæ fuiſſent in eadem Matrice, ſive Originali, ut ex mente, & doctrina *Zuccard. in l. fin. n. 93. C. de edict. Div. Hadr. toll.* inquit *Menoch. de adipiſc. poſſeſ. remed. 4. ſub num. 654. verſ. nec adverſatur*, *Gratian. diſcept. 268. n. 31.*, *Rot. deciſ. 643. n. 7. & ſeq. cor. Bich.*, *repetit. deciſ. 61. n. 9. cum 2. ſ. q. part. 12. recent.*, *& in Romana Manutentionis coram Reverendiſſimo Heuvanlt. impreſſ. apud Modern. Forolivien. in addit. ad Ramon. tom. 4. deciſ. 15. num. 10.*

Sed & concurrebat poſitiva (ut diximus) evidentia, ſeu perſuaſio, quod exemplatio foret non minus juridica, quam fidelis, de Anno namque 1633. altera Hippolyta primo loco gravata, & a qua per Organum Dominici cauſam trahebant Moniales, legalitatem, & candorem ejuſdem Teſtamenti una cum Didaco fratre, & reſpective cohærede expreſſiſſime agnovit, omniaque in
2 illo contenta ſervare, & exequi ſpopondit, quapropter fruſtra conabantur hodie Moniales impugnare ſcripturam, quam illarum Authores approbaverant, ut recte inquit *Gratian. diſcept. 468. num. 6 & ſ qq.*, *Thomat. deciſ. 50. n. 427.*, Rot. *dicta deciſ. 643. num. 9. & num. 16. cum ſ. qq. coram Bich.*, *& d. dec. 15. num. 11. et 12. poſt Adden. ad Ramon.*, *in Bononien. Fideicommiſſi de Boniis 20. Iunii 1687. §. Quia omiſſis aliis, cor. prædicto* Reverendiſſimo *Turonen.*, & nuper *in* Romana *Fideicommiſſi de Albertinis 10 Martii proxime præteriti §. fin. coram* R. *P. D. meo Lancetta.*

Ejuſdemque levitatis ex non diſſimili palpabili facto, & reſponſione comparebat altera exceptio, quod eadem exemplatio facta foret citra legitimam authoritatem, nempe
3 a quodam Miano, quem non conſtabat (uti dicebant) ſucceſſorem extitiſſe Livii, qui fuerat de Teſtamento rogatus, quemadmodum alias requiri pluries reſpondit Rota, & præcipue *cor. Cavaler. dec. 35. num. 1. et deciſion. 378. num. 3. cor. Pamphilio*, & alibi paſſim.

Quoniam conſtitit, eaſdemmet Moniales in hac ipſiſſima Cauſa adamuſſim produxiſſe aliud exemplar cujuſdam Teſtamenti conditi per Joſephum Joannæ ordinatricis præſentis Fieicommiſſi Nepotem, pari modo levatum, ſive exemplatum a Miano, veluti ſucceſſore Livii prædicti: unde du-
4 rum videbatur, quod Moniales eam inficerentur qualitatem in Miano, quam ipſæmet in deductione, & productione propriorum Jurium tam adaperte canonizaverant, ſicuti in hoc propoſito punctualiter dixit *Rot. cor. Coccin. dec. 2027. num. 47.*, *et dec. 75. num. 19. coram fel. mem. Alex. VIII.*

Succeſſive non minus deſcendentes Domini ad examen ſecundæ objectionis, quæ tota radicabatur in prætenſa renunciatione Hippolytæ per eam emiſſa de Anno 1628. favore Dominici Monialium authoris occaſione Tabularum nuptialium, illam paririter minus ponderis habere contrectarunt, dividendo (ut par erat) verba prætenſæ renunciationis in duas partes; Non enim remiſſio, ſeu translatio hujuſmodi Fideicommiſſi a Ioanna promanantis ſufficienter deſumi, ſive extorqueri poterat a prima, quia cum in prædicto Inſtrumento renunciationis ſub hac prima parte diceretur, Hippolytam renunciare = *omnibus, et quibuſcumque ſucceſſionibus, et excadentiis eidem Hippolytæ tam devolutis ex Teſtamento, quam ab inteſtato &c. ex totis retroactis temporibus uſque in præſentem diem*

*diem*, & quomodo verba hæc adeo ocularitér reſtricta, & coarctata ad utriuſque generis ſucceſſiones, delatas tamen uſque ad ipſam diem initæ renunciationis, valebant ſubextendi ad complectendum Fideicommiſſum particulare, ac percutiens Viridarium controverſum, dum de prædicto tempore neque devolutum, neque delatum, neque purificatum reperiebatur favore renunciantis, ſed actu detinebatur a Dominico renunciatario, poſt cujus ſolummodo obitum Hippolytæ renuncianti aperiebatur, id enim fuiſſet
5 violare litteram expreſſam renunciationis, quæ numquam trahitur a ſucceſſionibus purificatis ad purificandas, ut in ſpecie renunciationis initæ ſub eiſdem verbis, *uſque in præſentem diem*, reſponderunt *Dec. conſ. 86. num. 4. poſt med. verſ. & maxime*, *Bellon. Sen. conſ. 19. ſub nu 9. verſ. ſed in caſu noſtro*, *Barbat. conſ. 48. ſub num. 4. verſ. modo in propoſito vol. 1.*, *Ruin. conſ. 137. num. 15. lib. 2.*, *Surd. conſ. 67. num. 51.*, *& conſ. 418. num. 25.*, *Spad. conſil. 316. num. 6. lib. 3.*, *Peregrin. de Fideicomm. art. 52. num. 28.* Rot. *deciſ. 116. num. 9. poſt Torr. de paſt. futur. ſucceſſ.*, *repetit. deciſ. 253. num. 8. par. 14. rec.*;
quando tamen exuberaſſet vulgatiſſima regu-
6 la, quod renunciatio, veluti abdicativa propriæ, vel ſperatæ ſubſtantiæ, & donationem diſperſionis fraternizantem involuens, numquam de re ad rem, de perſona ad perſonam, de tempore ad tempus extenditur, ſed ſtrictiſſimam undequaque promeretur, & exigit interpretationem, teſte *Spad. dicto conſ. 316. num. 8. lib. 3.*, *Andr. Dalner. de renunc cap. 1. num. 55. & ſeqq.*, *Rot. cor. Duran. deciſ. 268. num. 7. & num. 10. cum 2. ſeqq.*, *& coram Dunozett. Iun. deciſ. 346. num. 10. cum ſeqq.*, *& in rec. dit. deciſ. 253. num. 11. par. 14. deciſ. 23. num. 22. & 23.*, *& deciſ. 272 num. 4. par. 15.*, *& in Ariminen. Fideicommiſſi Bandi, & Æneæ de Bandis 26. Iunii 1697. §. Perpenſo ſiquidem.* confirmata 5. *Martii proxime præteriti coram R. P. D. meo Molines.*

Minuſque excogitata remiſſio, ſeu renunciatio Fideicommiſſi tunc non purificati poterat ſubaudiri, aut includi in alia ſecunda parte, quæ videbatur præſeferre verba ſonantia in tempus futurum; nam ſicuti (ut mox oſtendimus) prima pars amplectabatur quidem fideicommiſſa, ſed claudicabat in tempore, ſcilicet, quia reſtrigebatur ad purificata dumtaxat uſque ad diem exaratæ renunciationis, ita e converſo ſecunda pars progrediabatur utique ad tempus futurum ſed vacillabat, & arctabatur præciſe ad ſucceſſiones inteſtatas cum dictione taxativa *tantum*. ut ib = *& de cetero devolendis ab inteſtato tantum ex hæreditate, ſucceſſione, & linea ejus Paterna &c.* ſicque impoſſibile reddebatur, quod Judex valeret nedum in hac, ut diximus, rigidiſſima materia, ſed etiam in lata, & favorabili detorquère verba futuri temporis ab una ſpecie ſucceſſionis ad al-
7 teram quando Contrahentes appoſuere dictionem *tantum*, quæ penitus interdicit omnem, & quamcumque extenſionem, ut latæ per *Donadæ de renunc. cap. 47. num. 145.*, *Moder. Lacen. conſult. 592. num. 5. & 6.*, *Rota in Teracinen. Bonorum 1. Decembris 1687. §. Nec facit, cor. bon. mem. Emerix Decano*, & magis præciſe ad rem noſtram *Molfeſ. ad conſuet. Neapol. tom. 2. conſ. 48. num. 15.*, *Rot. d. deciſ. 116. n. 10. & 11. apud Torr. de paſt. fut. ſucceſſ.* alias *deciſ. 253. num. 9. par. 14. recenſior.*

Stante vero littera tam clara, & reluctantia materiæ ad tolerandos extrinſecos, & ſubauditos intellectus, Aures amplius præberi non poterant ſubtilibus de cætero diſcurſibus promotis ex neceſſaria induſtria Scribentium pro Monialibus, nempè, & quod ab Initio Hippolyta profeſſa fuerit (attenta conſecutione Dotis correſpectiva ad paragium, quin potius illud excendere) penitus abdicare a ſe, & extinguere omnia Jura non minus ex cauſa de præſenti, quam de futuro ſibi competentia, ſeu competitura, & quod ad nihilum deſerviſſet tam effrænata formula renunciandi, niſi compræhenderèt etiam fideicommiſſum per obitum renunciatarii ad ejuſdem renunciàntis favorem purificandum, quodque demum in idipſum conſpirarent antecedentia verba ipſius Inſtrumenti renunciationis, ut ibi = *omnia Jura &c. ipſi Hippolytæ competentia nunc, & in futurum*: Quia omnia hæc ratiocinia ingulabantur ſemper a littera, & a materia, palpabatur etenim tam ex toto tenore renunciationis inſimul juncto, quam facta partitione in duo membra prædicta, quod nec renunciatio poterat dici realis, & abdicativa nec quærendum (quatenus opus) erat de ſuperfluitate, nec demum diſpungendum, utrum verba præcedentia utrumque tempus, præteritum videlicet, & futurum contineret, quia conſtanter, in ordine ad fideicommiſſa, reſtrictio erat cubitalis circa purificata uſque ad diem renunciationis, & in ordine ad tempus futurum fortior urgebat coarctatio ad ſucceſſiones tantum inteſtatas, unde nequibat fieri amplificatio ad ſucceſſiones fidei-
8 commiſſarias, quæ nec penes idiotas, nec penes Juriſtas dicuntur unquam devolui ab Inteſtato per ſimplicem diſpoſitionem legis ſed ex peculiari hominis diſpoſitione, ut ait *Menoch. conſ. 124. num. 13.*, *Gallerat. de renunc. lib. 4. cap. 2. num. 28. verſ. non trahitur.*, *Torr. de Primog. & Maior. lib. 1. cap. 35. num. 92.*

Et profecto egregie adaptabatur verba perprius in renunciatione inſinuata = *nunc*, *& in futurum*, dum immediate partes profeſſe ſunt declarare, quid reſpectu utriuſque, vel alterutrius temporis intellexerant, coarctando importantiam verbi *nunc* ad fidei-

deicommiſſa purificata, & alterius *in futurum* ad ſucceſſiones inteſtatas *tantùm*; quamobrèm omnia remanebat plana, & abſquè
9 contrarietate, immò diverſitate, adhibendo ſimplicitèr præ oculis regulam notiſſimam de ſingulis ſingula congruè referendo, juxtà monitum *Caſtren. conſ.*18 *num.*3. *in fin. lib.*2., *Crauett. conſ.*98.*n.*11., *Rot. cor. Coccin. dec* 2140 *num.*8., *& cor. Bich. deciſ.*603. *num.*4., *& in rec. dec.*128. *num.*14., *& dec.*326. *num.*6. *par.*16.

Atque hæc comperta ſunt adeò perſpicua, vt fruſtratorium viſum fuerit ponderare, quod nullo modo fideicommiſſum per obitum Dominici renunciatarij purificandum poterat veriſimilitèr venire in contractu renunciationis, quaſi quod Dominicus acquirere ſatagerit libertatem diſponendi de hujuſmodi bonis vinculatis poſt ejus mortem deuoluendis ad Hippolytam, dum iſte caſus erat tunc prorsùs inopinatus, & inveriſimilis; nam Dominicus frater, & renunciatarius Hippolytæ de facto ſuperuixit poſt factam renunciationem per Annos 47., ipſumque fideicommiſſum non erat purum, ſed conditionale ſub aſſueta conditione *ſi ſine filiis*, ideòque potiùs credibile eſt, Dominicum cogitaſſe de omni alio caſu poſſibilis acquiſitionis, quàm per viam renunciationis, veluti de neceſſitate præſupponere debentis ad effectum, vt operari poſſet fauore renunciatarij, nedùm præmorientiam eiuſdem renunciatarij, ſed & præmorientiam abſquè illa blanda ſpe prolis ex proprio corpore ſuſcipiendæ, ſecundùm ea, quæ in valdè proximis terminis conſiderauit *Rota in Romana Donationis* 26. *Iunij* 1680. §. *Ex mente demùm, cum* 2. *ſeqq.*, confirmata 9. *Decembris ejuſdem Anni* §. *Excluditur etiam, & ſeq.*, *coram clar. me: Card. Vicecomite*.

Prout inutile quoque compertum eſt ponderare; quod ſi quæ adfuiſſet dubietas, & intricatio ſuper comprehenſione, & intellectu verborum renunciationis, illa remanſiſſet à fundamentis euerſa, retrotrahendo cogitatum probabilitèr à Partibus ad promiſſionem ab origine conventam in Capitulis Matrimonialibus, in quibus cautum erat, quod Hippolyta = *effettuato, che ſarà detto Matrimonio, habbia, & debba renunciare &c. ogni ragione &c. che hanno potuto, ò ponno in futurum ſpettare ſopra ſuoi beni Paterni &c. ab inteſtato tantùm*: ac proinde cum à principio Partes neutiquam ſomniaverint tranſgredi Jura, ſivè præſentia, ſivè futura ab inteſtato, potiùs diſputatio reſideret, an Inſtrumentum teneret in ordine ad fideicommiſſa purificata de tempore celebrari ipſius Inſtrumenti, quævè non poterant reputari, ex ſuprà firmatis, tamquam ſucceſſiones inteſtatæ, quàm quod poſſit renunciatio comprehendere etiam fideicommiſ-
10 ſa purificanda, cùm Capitula præcedentia Contractum, veluti Matrices Inſtrumentorum, veniant magis attendenda, quàm Inſtrumentum, ex quo in illis continentur verba Partium, in Contractu verba Notarii, ex pluries firmatis per *Scribentes, & per Sac. Rot.* & ſignantèr *Add. ad Gregor. dec.*168. *n.*8., *Card. de Luc. de Dot. diſ.*97.*n.*4. *&* 11. *& diſ.*119. *n.*8. *Rot. cor. Merlin. dec.*608.*n.*18. *cum* 2. *ſeq.*, *& cor. Royas dec.*241. *n.*5. *& ſeq.*, *dec.*402. *n* 5. *&* 6. *part.*12. *recent.*, *deciſ.*98. *n.*13. *part.*15., *& deciſ.*66. *num.*9. *par.*19., & in his præciſis terminis renunciationis latè fundat *idem Card. de Luc. de renunciat. diſc.*3. *num.*13.

Poſtremò tandem rimantes Domini tertiam difficultatem Confinium, tranſierunt
11 eum egregia diſtinctione facta per inſignem in Adoleſcentia Præceptorem meum *Card. de Luc. de Fæud. diſc.*39. *num.*4., & meliùs *ſub tit. de fideic. diſc.*194. *num.*13.; cùm etenim prætenderent Moniales, Dominicum de Annis 1634. 1641., & 1654. plura bona acquiſiviſſe circà Viridarium, eaque eidem incorporaſ-
12 ſe, quodque idcircò nequiret ſubſtineri immiſſio, niſi priùs facta ſegregatione partium liberarum, juxtà not. per *Bart. in l. fin. n.*21. ibiquè etiam *Caſtren. n.*6. *C. de edict. D. Hadr. tollen*, *Peregrin. de fideicom. art.*44., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*616 utrobiquè *num.* 1. *Poſth. reſol.*113. *n.*127. *cum plur. ſeqq.*

Placuit, inquam, diſtinctio *præfati* non
13 minùs Purpura, quàm Doctrina *Eminentiſſimi* ad caſum noſtrum liquidò applicabilis: Suppoſita namquè ex facto hæredis gravati vel confuſione, vel incorporatione bonorum liberorum cum fideicommiſſariis, quandò non innoteſcit neque una, neque altera quantitas bonorum ſic permixtorum, tunc nè hæredes confundentis ex quadam culpa proprii Authoris commodum reportent in perniciem fideicommiſſarii, cui aliàs nimis in longum retardaretur conſecutio ſuæ vo-
14 cationis, ſeù fideicommiſſi, eidem fideicommiſſario interim immiſſio concedi debeat ad totum corpus, reſervando tamen favore hæredis habentis cauſam à gravato confundente, jus agendi ex poſt pro opportuna ſegregatione, & vindicatione bonorum liberorum, nuſquam tamen retardata prædicta Immiſſione, ut exigit ratio animadverſa, una cum natura ipſius Judicii poſſeſſorii, prout in ſubſtantia originalitèr quoque docuit *Angel. in l. ſi rem num.*4. *verſ. quod credo, ff. de rei vindic.* quem in his terminis communitèr ſequuntur *Rim. conſ.*50. *num.*15. *& ſeq. lib.*1., *Cyriac. controv.*60. *n.*2. *& n.*17. *cum* 2. *seqq.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*618. *n.*49., *Rot coram Duran. dec.*325. *n.*8., *& cor. Dunozett. Jun. dec.*598. *n.*6., *& dec.*663. *n* 5, *& coram ſan. mem. Alex. XIII. dec.*102. *n.*15. *&* 16.

Atque ità, approbantes Domini Judicatum in tribus præcedentibus Inſtantiis extrà Rotam, reſolverunt; utraque &c.

*ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

DEmandata fuit expeditio hujus Cauſæ tàm ſuper præſenti Deciſione, nunc etiam impreſſa *inter collect. ad ornatum Card. de Luca in Mantiſſ.to.3.ſub.tit.de fideic. dec.79.*, quàm ſuper altera proximè ſequenti ſub die 4. Auguſti ejuſdem Anni 1698., itaut eadem Cauſa totalitèr abindè citrà terminaverit.

Cæterùm materia intercluſa in hac Deciſione, utpotè non ferens articulos præciſos, ſed ſolummodò pro recta adminiſtratione Juſtitiæ enucleata ad caſum, de quo agebatur, parva, vel nulla indiget annotatione, cùm de iiſdem articulis obitèr tactis actum jam fuerit in præcedentibus *Annotationibus*, & Deo dante babebimus in ſequentibus, ſivè in illa hora quid loquamur; quapropter ſat
15 erit perfunctoriè animadvertiſſe, quod circà propoſitionem, quandò magis attendenda ſint Capitula privatim confecta inter Partes, quàm Inſtrumentum deinceps per Notarii manus ſtipulatum, videri poſſunt tradita *in dec.146. n.17. & 18., & dec.1026. n.3. cor. Emerix Jun.*, in qua ſanè *dec.146. n.19.* declaratur regula de magis attendendis Capitulis, quàm Inſtrumento, nempè quod procedat, ubi Capitula ſunt clara, ſecus autem quotiès exiſtant ambigua, tunc etenim interpretationem recipere poſſunt, ac debent ab Inſtrumento magis claro, quod & repetitur *in deciſ.1322. num.10. coram eodem Emerix Jun.*

Circà verè ponderata hic, & in aliis Deciſionibus ſuper prægnantia, & amplitudine renunciationis, quando reverà tales ſunt Clauſulæ, ut alias efficerent renunciationem omnino realem, ac prorsùs abdicativam, ut renunciantes cenſendi forent pro mortuis, nihilominus intellectus iſte temperandus eſt in ſubjecto verè odibili, & nuſquam præſumendo, videlicet quando potiùs in bonis renunciantis ſuccederet Fiſcus, quàm ipſe re-
16 nuncians: quidquid enim tenuiſſe videatur *Carol. Anton. de Luc. ad Franc. dec.375. n.8. & Rot. dec.641. n.27. & 28. cor. Dunoz. Iun.*

Æquiùs tamen *Rota* definivit contrarium,
17 videlicèt quod in his terminis libentiùs inefficax remaneat renunciatio, quàm quod, nullo alio exiſtente, bona renunciata capiat Fiſcus, ex rationibus ponderatis per *eamdem Rot. dec.676. n.31. & 32. cor. eodem Dunoz. Iun., & dec.11. n.21. & 22. par.18. rec.* quæ prodiit in illa celebri *Romana Hæreditatis de Lannuis*, fuitque in hoc propoſito ſucceſſivè confirmata *ſub die 18. Junii 1685. §. qua diſtinctione, cor. Reverendiſſ. D. Hervault Archiep. Turonen.*

Quod & ſtabilivit, ubi paritèr alias caſus contingeret inopinabilis, nempè quod bo-
18 na Emphyteutica devolverentur ad Dominum directum, quia renuncians cenſetur utiquè mortuus ad favorem quorumcumque aliorum capeſſere valentium fructum ſuæ renunciationis ex aliqua naturali, vel legitima attinentia ergà perſonas, cum quibus fuit celebrata renunciatio, nuſquam tamen ad commodum Domini directi, qui nulla naturali, vel juridica neceſſitudine jungebatur renuncianti, ut in *dicta dec.676. num.19. & 20. cor. Dunoz. Iun.*; ſicut & paritèr bene ſtatuit *ipſa Rota*, quod ſi renunciatum fuiſſet
19 bonis quomodolibet Fideicommiſſariis, niſi penitus littera occidat, minimè compræhenduntur ea bona fideicommiſſaria, quæ fuerant ſtrictiſſimè alienari prohibita, ut ex *Bartal. in l. Codicillis, §. Inſtituto num 5. ff. de legat. 2. Alex. conſ.16. num.4. & conſ.368. n.6. lib.2.* aliiſque firmatum fuit *in dec.330. n.13. par.14. & de 23. n.26. cum duob. ſeqq. par.15. rec.*

Quod verò in Deciſione dictum fuit de transfundendo onere in confundentem bona allodialia cum Emphyteuticis, & Fœudalibus, necnon bona libera cum Fideicommiſ-
20 ſariis, cum ſimilibus, limitatur in gratiam tertii alienatarii, quotiès non fuit particeps malitiæ, remanet namquè onus Actori demonſtrandi, quod ſuum ſit, ut per *Rot. deciſ.175. num.5. & 6. par.6. rec.*

Anceps exiſtebam, utrùm ſupervacaneum, vel opportunum eſſet ſubnectere quaſdam meas Allegationes editas de Anno 1681. in quadam *Eugubina renunciationum*, quia hæc materia eſt adeò familiaris, ut poſſint facilè deſuper plura Volumina Tractatuum, Conſiliorum, ac Deciſionum compilari, ſed tamen ex motivo inſinuato per Me *in diſcurſu generali de Commerc., & Mercat. ſub n.5. & 6.* vicit impulſus affirmativus, ex quo præfatæ Allegationes, ſivè Diſcurſus ſylvam quamdam plurium caſuum facilè contingibilium involuit, cùm quatuor Puellæ diverſis temporibus diverſa etiam ſtructura verborum cum perſona Patris inierint renunciationes, eædemque ſingulæ in ſenſu veritatis expendantur in hunc modum.

Cùm Barzius de Barziis à quatuor ejus filiabus Monaſterium ingreſſis renunciationem ſub varia formula, & latitudine verborum, diverſiſque temporibus reportaverit, multiplex nihilominùs inſurgit hodiè controverſia, quæ ut lucidiùs explanata remaneat, opus eſt procedere non ſolùm cum diſtinctione bonorum, quibus prætenditur renunciatum, ſed etiam opere pretium exiſtit eaſdem renunciationes ſingillatim perpendere, & trutinare.

Bona igitur, ſuper quibus cadere poſſunt inferiùs recenſendæ difficultates, & inſpectiones, triplicis generis eſſe, ſivè à triplici fonte provenire noſcuntur, videlicet à Barzio Patre, ac Franciſca Matre, & demum à Cæſare, & Hieronymo fratribus; ideoque pro nunc aſſumendo dumtaxat bona Paterna, quatenus ad illa pertinet, crederem abſolu-
tè,

tè, & ſinè dubitatione, reſpondeudum eſſe
contrà Moniales.

Siquidem iſtorum bonorum reſpectu Mo-
niales aliud quicquam prætendere non va-
lent, niſi forſan legitimæ ſupplementum,
cùm enim de cætero teſtatus obierit Barzius,
21 comperti Iuris eſt, quod, excepta eadem
legitima, de reliquis duabus partibus hære-
ditatis poteſt Pater non tantùm, pròut hic,
in alios filios, & ſanguine coniunctos, ſed
etiam in quemlibet extraneum pro ſuo libi-
tò diſponere, per *Text.* notiſſimum *in Au-
thent. de Trient. & ſemiſſ. collat. 3. in princ. verſ.
frequentèr, & §. 1. in princ., Gabr. conſ. 94. n. 12.
& 15. vol. 1., Bellon. de Jur. accreſcend. cap 6.
quæſt. 16. num. 13. & 14.* & alibi frequenter.

Verùm neque in præſenti quærendum eſt
de aliquo legitimæ ſupplemento; communis
enim, ac recepta ſententia eſt, ut Patre vi-
22 vente non ſit habenda ratio legitimæ, ſed
attendi debeat Paragium, ideſt ea Dos, quæ
ſuis paribus digna, & cogurua judicatur, ſub
ea potiſſima ratione, quod viventis legitima
non datur, ut per hæc verba firmavit *Reveren-
diſſ. D. meus de Luc. in ejus tract. de Dot. diſc* 144.
*n. 4.*, ubi præ cæteris allegat *Caſtrenſ. conſ. 235.
lib. 1., Dec. conſ 26., Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1.
quæſt. 12. n. 6. & ſeqq., Borell. in ſumm. deciſ.
lib. 2. tit. 4. n. 134. & ſeqq., Rovit. dec. 99. n. 12.
& ſeqq., Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 9. gloſſ.
unica par. 1. n. 18., Rot. dec. 479. cor. Pœnia.*

Atque hinc immediatè accedendo ad Mo-
niales *idem de Luc. ſub ſequenti n. 30.*, progre-
diut ad noſtrum caſum, in quo peragatur de
Monialibus, oſtenditque, Dotem ſufficien-
23 tem ingreſſuræ Religionem dici eam, quæ
Monaſterio dari ſoleat, quamvis Pater ſit
ditiſſimus, illaque ſit modica, ac longè mi-
nor legitima, vel quantitate, quæ nubenti in
Sæculo præſtanda eſſet, & adducendo in pro-
poſito *Gregor. deciſ. 63., & Franch. dec. 44. cum
utrobiquè Adden., Merlin. Pignattel. contr. 3.
n. 1., Grat. diſcept. 945. n. 22. cum ſeqq., Rot.
dec. 30. num. 26. par. 7.* concludit = *itàut, quid-
quid diſputando in Scholis in contrarium dici
poſſet, in Foro tamen eſt concluſio non admittens
controverſiam.*

Jacta igitur hac baſe, ſuperfluum procul-
dubio videtur diſpungere vim, & efficaciam
renunciationum; cùm ex præmiſſis congrua
Dote per viventem Patrem perſoluta filia-
bus, ſeù Monaſterio, eoque decedente cum
Teſtamento, nulli locus ampliùs exiſtat du-
bitationi: Sed adhuc ſubintrat communi
calculo canonizata concluſio, quod neque
ſub prætextu alicujus læſionis irritari valet
renunciatio, quæ compræhendit ſupplemen-
tum legitimæ, cum enim non agatur de legi-
tima debita poſt obitum Patris, de quo tem-
pore poſt firmatum ſtatum hæreditatis certa,
& indubitata remanet quantitas legalis, ſed
24 verſemur in aſſignatione Dotis in vita, cer-
tum eſt, quod cùm de præfato tempore le-
gitima exiſtat incerta tàm in ſubſtantia, ob
poſſibilem prædeceſſum filiarum, quàm in
quantitate, cùm interim facultates Patris
diminui valeant, hinc receptiſſimum eſt,
quod per ſpeciem tranſactionis ſuper futuro
eventu taxa certæ quantitatis pro legitima
ſubſtinetur, accedente præſertim conſenſu, &
jurata renunciatione Mulieris, ex plenè de-
ductis per *Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. qu. 23.
ex num. 12., Cancer. lib. 1. var. cap. 3. num. 25.,
Galerat. de renunc. lib. 2. centur. 1. renunciat. 47.
num. 15., Rot. dec. 182. num. 23. cor. Eminentiſs.
Ottbob., & dec. 23. num. penult., & final. par. 11.
rec.*, & omnium meliùs *Rot. cor. Pœnia d. de-
ciſ. 479.*, ubi ex his rationibus, non obſtante
quod prætenderetur, legitimam aſcendere
ad ſc. 44000., firmatum fuit, ſubſtineri re-
nunciationem factam per ingreſſum in Mona-
ſterium cum ſimplici Dote ipſi Monaſterio
congrua, & aſſignari ſolita, & in idem con-
ſonat *Gregor. d. dec. 63. per tot.*

Et ex his, quatenus reſpicit eadem bona
Barzii Patris, citrà vitium manifeſtæ ſuper-
fluitatis Aures præbendæ non veniunt iis,
quæ exadversò opponuntur ſuper ſecunda
renunciatione Mariæ Magdalenæ, ex quo
Barzius Pater præſens non eſſet renunciatio-
ni, nec non etiam ſuper renunciationibus
exaratis à Conſtantia, & Cæcilia, ſub eo ni-
mium debili fundamento, quod dd. poſtremæ
renunciationes emanaverint contemplatio-
ne maſculorum, proindeque illis defectis in
vita Patris, renunciantes reintegratæ reman-
ſerint ad illius ſucceſſionem: Semper enim
evidentiſſimè reſiſtit principium, de quo ſu-
prà, videlicèt, quod Pater, data congrua
Dote filiabus ingreſſuris Monaſterium, poſſit
de reliquo Aſſe ad ſui libitum diſponere; ſed
adhuc, ut in quamdam exuberantiam con-
vincatur Monaſterium omni legitima præten-
ſione deſtitutum, utraque oppoſitio de facili
ſuperatur.

Quatenus enim pertinet ad aſſenſum, ut
exadversò dicitur, requiſitum ad effectum
validandæ renunciationis, id forſan aliquod
licèt nimium ſcropoloſum fomentum habe-
25 ret in Jure, quotiès renunciatum eſſet par-
ticulari ſucceſſioni, ſecùs autem cum pluri-
bus hæreditatibus dignoſcitur renunciatum,
ut per *Cutel. de donat. diſc. 3. par. 6. n. 124., Rot.
cor. Buratt. dec. 366. per tot.*, & tamen, ut vi-
dere eſt in egregio *diſcurſ. Reverendiſs. D. mei
de Luc.* il 16. *de renunc.*, iſte rigor adhibendi
conſenſum militat dumtaxat, quando quis
promitteret alterum facere hæredem, qui
etiam poſſet revocare conſenſum, ex conge-
ſtis per *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap 29.*
26 *per tot.*, non autem, quando renunciatio fiat
illi, de cujus ſucceſſione peragitur, ad effe-
ctum acquirendi libertatem diſponendi de
omnibus bonis, juxtà *conſ. 39. & 40. à Pont.*

*lib.*1. *Gregor.dec.*85., cum cæteris relatis *in d. diſc.*16. *num.*15. *de renunciat.*

Ejuſdemque levitatis eſt altera oppoſitio
27. ſuper prætenſa reintegratione ; tùm quia illa locum ſibi vindicaret, quandò apparerent renunciationes factæ contemplatione certarum perſonarum, & non adeſſent Clauſulæ, *pro ſe*, *& ſucceſſoribus quibuſcumque*, ad tradita per *Caren.reſol.*245., *Spadan.in Theatr. Vid.diſquiſit.*67. *à n.*102. *per tot.*, *Rot.cor.Peutinger. dec.*174. *per tot.*, & plenè diſpunctum fuit in celebri *Romana hæreditatis de Lanuviis*, de quibus ſunt plenæ *Deciſiones par.*13.*dec.*133. *par.*15. *dec.*269., *& par.*18. *dec.*113.

Tum denique, quia iſta omnia forent diſcutienda, quando tractaretur de ſucceſſione Barzii ab inteſtato, ſed condito ( prout hic ) Teſtamento evaneſcit omnis occaſio
28 dubitandi, cùm ſimiles renunciationes procurari ſoleant à Parentibus ad impinguandam eorum hæreditatem, & ut ipſi poſſint diſponere de bonis renunciatis, proindeque ſtante paterno Teſtamento illud impugnare non poſſe filiam, & maximè Monialem, quæ renunciavit, huic eidem obiecto occurrendo reſpondit *Rot. cor. Ottboh. d. deciſ.*10. *num.*1. *& ſeqq.*, pleniſſimè *Rub. in addit. ad deciſ.*523. *num.*102. *& ſeqq. par.*4. *tom.*3. *rec.*, cum aliis innumeris adductis per *Cirocc. diſcept.*41. *num.*23. *& ſeqq.*

Quovero ad bona Franciſcæ Matris, iſta conſiderari valent in duplici reſpectu, primo videlicet pro ea portione, quæ filiabus, ſublata qualibet differentia ſexus, juxtà *Text. in* §. *Si igitur*, *Auth. de hæred. ab inteſt. venient.* *& in Authent. Defuncto*, *C. ad Tertullian.* ex propria perſona potuit competere una cum ipſo Barzio Patre, ac Cæſare, & Hieronymo fratribus ; & ſecundo habita conſideratione ad eaſdem ratas, quæ de bonis maternis pervenerunt ad fratres, ac ſucceſſivè per illorum prædeceſſum præſupponuntur delata renunciantibus.

At in præſenti procedendo cum ſuperiùs inſinuata methodo, tractandum venit ſolummodò de illis bonis maternis, quæ immediatè prædefuncta Matre perveniſſent ad filias coæquales hæredes cum Patre, & fratribus, ut ſupra, quia in rei veritate cætera bona Ma-
29 tris, poſtquam pervenerunt ad fratres, non ampliùs conſiderantur utì materna, ſed in omnibus faciunt figuram, ac veniunt nomine, & appellatione fraternorum, ad tradita per *Angel. conſ.*52., cum quo pertranſeunt *Spad. conſ.*352. *n.*2. *lib.*2., *Cirocc. diſcept.*58. *n.*45. *&* 46., *Donad. de renunc. cap.*20. *n.*25., *Galerat. eodem tract. lib.*2. *cap.*5. *n.*27., *Rot. cor. Royas dec.*66. *n.*12., *& dec.*206. *n.*1., *Add. ad dec.*375. *n.*22. *& ſeqq. par.*4. *tom.*2. *rec.*

De hac itaque præciſa, diſtinctaque ſpecie loquendo, nullum dignoſcitur dubium in verbis circà comprehenſionem bonorum Matris, ſed ſola difficultas reſtringitur ad varias particulares exceptiones, quæ opponuntur, unde ſingillatim illarum pondus diſcutiendo, quatenus attinet ad illam Geltru-
30 dæ, vana dignoſcitur obiectio ſuper eo, quod Mater non conſenſerit huic renunciationi ; quia jam ex *Cutell.*, *& Buratt.*, aliiſque ſupra allegatis detecta eſt fallacia hujus motivi, & præcipuè cum fuerit generalis, excluditur omnis occaſio diſpungendi *Text. in l. fin. C. de pact.* prout etiam proſequendo tradit *Gratian. diſcept.*682. *à n.*45 *uſque ad* 47., ubi latè hanc *deciſionem Buratt. la* 366. reaſſumit, & ex eadem replicatione remanet in ſuo robore indubitabilis ſecunda renunciatio Mariæ Magdalenæ.

Ejuſdem pariter ſoliditatis quoad bona materna exiſtit altera renunciatio facta per Conſtantiam, & Cæciliam ; prætermiſſis enim cæteris difficultatibus excitatis circà bona fraterna, ut infrà, unicè excitatur in oppoſitum, quod Sacra Congregatio negociis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita notitiam non habuerit, quod ageretur de Jure, & ſucceſſione jam delata, quæ ( ut aſſeritur ) pro ratis Monaſterio competentibus aſcendiſſet ad ſcut. bis mille, unde cùm occaſione tranſactionis deſuper celebratæ ſolummodò receperit ſc.1200., intrare videatur læſio ſatis manifeſta : Verùm relinquendo pro nunc ea, quæ concernunt aſſertam ſubreptionem, de qua magis propriè inferiùs tractabitur, exuberat reſpondere, quod etiam quando eadem ſumma ſc.2000. eſſet effectivè delata, & non ſimpliciter debita, ſeu deferenda, adhuc nulla intraret læſio, minuſque ea ſubreptio, quæ Gratiam, & facultatem Sac. Congregationis difficiliorem reddidiſſet.

31 Non quidem læſio, quia illa in hac materia renunciationum commenſuratur ad normam *Text. in l.*2. *C. de reſcind. vendit.*, & comprobat *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib.*2. *capit.*26. *num.*147. *&* 148. *Antoniu. de Amat. reſol.*23. *n.*22. *verſ. bene verum eſt*, *& num.*23., *Fontanell. de pact. nups. clauſ.*5. *gloſ.*1. *par.*3. *n.*29. *& clauſ.*9. *gloſ.unic. par.*1. *n.*12. *verſ. ſequitur*, *& n.*13., *Altograd. Jun. controv.*24. *num.*38., *Beſſ. de Dot. cap.*4. *num.*66., *Reverendiſſ. D. meus de Luc. diſcurſ.*14. *de renunc.* ; Ac propterea cum Monaſterium receperit ſc.1200. excedentia medietatem, corruit omne probabile fundamentum ſuper læſione.

Eoque magis, quia cùm vivente Patre uſusfructus tam ad formam Juris, quam Statuti Eugubini ſpectaret ad Patrem donec viveret, calculandum proinde venit commodum præventivæ, & anticipatæ ſolutionis una cum fructibus, qui medio tempore vel per exemptionem ab ære alieno, vel per inveſtimentum percipi poterant à Monaſterio,
32 qui enim anticipatè ſolvit, plus ſolvere dicitur,

citur, ut dixit *Rot. in Romana Pecuniaria cor. Meltio dec.236. n.18. par.9. rec., & dec.309. num.11., & ſeqq. eadem par.9*, ubi per *Text. in l.1. §. Si quis Creditori ſuo, ff. ad l.falcid., & in l. Debitor decem* ibi = *medii temporis commodum, ff. de leg.2.* medii temporis commodum ratione anticipatæ ſolutionis eſt in Jure valdè conſiderabile, & pretio æſtimabile.

Minuſque valet intrare ſubreptio; Nam præter ea, quæ inferius uberrimè adnotabuntur, in propoſito excluſa læſione ceſſat etiam
33 ipſa ſubreptio, cum ipſa regulariter non detur ceſſante dolo, & malitia, quæ nullibi ex hucuſque firmatis conſiderari poteſt, ex traditis per *Rot, deciſ.273. num.4. cum duobus ſeqq. par.18. recent.*, maximè cum agatur de licen-
34 tia jam executa, ut conſiderat *Reverendiſs. de Luca de præeminent. diſcurſ.38. n.12. verſ. Item in hac materia*.

Quatenus igitur bona Patris, Matriſque concernunt renunciationes, nullam pro meo Judicio pati poſſunt difficultatem, ſicque illius cardo unicè reſtringitur ab bona Cæſaris, & Hieronymi fratrum; Sed hæc, cum tractetur de filiisfamilias vivente Patre præmortuis, in alio nequeunt conſiſtere, quam in eadem proprietate Dotis maternæ, adeout
35 circa iſtam ſpeciem bonorum Pater illam amplius (ſtante *Jure noviſſimo*) occupare non potuerit Jure Peculii, ſed venire debuerit in concurſu Sororum ad ſucceſſionem, juxta notata per *Fab. de Anna conſ.1. per tot., Reverendiſs. de Luc de ſucceſſ. diſc.15. n.4. & 11., & de Donat. diſcurſ.8. num.5., & diſcurſ.39. n.4. in fine*.

Ac propterea ſeorſim diſpungendo præfatas renunciationes certum eſt, quod ſolummodo oporteret examinare primam, tertiam, & quartam, quo enim ad ſecundam, clara eſt expreſſio fraternæ ſucceſſionis renuncia-
36 tæ, ideo ex vulgato reſponſo *Juriſconſulti in l.ille, aut ille, 6. Cùm in verbis, ff. de legat.3.* non oportet elaborare ſuper argumentis, & conjecturis.

De prima itaque renunciatione Mariæ Geltrudæ pertractando, regula aſſiſtere videtur Monaſterio, cum bona fraterna renunciata non appareant in littera, intretque idcircò
37 propoſitio, quod renunciatio in hac materia extendi nequit de bonis ad bona, ſicut nec de perſonis ad perſonas, ex iis, quæ pleniſſimè tradiderunt *Grat. conſ.29. num.38. & 35., Menoch. conſ.199. num.21. & ſeqq., Altograd. conſ.60. n 5. lib.1., Rot. dec.158. n.17. & 18. par.8. rec., dec.7. num.17. poſt Gallcrat. de renunc., dec.357. n.11. par.17., & dec.41. n.10. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ., & cor. Priolo dec.182. n.14.*, & in fortioribus *Adden. ad deciſ.365. n.22. & 23. par.4. tom.2., Donad. de renunc. cap.20. n.25., R. P. D. meus de Luca de renunc. diſc.20. n.25.*

Verum, attenta duplici circumſtantia, contrarium eſt reſpondendum; prima nempè, quod hujuſmodi propoſitiones de ſtrictè regulando materiam renunciationum proce-
38 dunt, quando celebrantur ab illis, quæ nubunt in Sæculo, ſecùs autem in his, quæ ab ingredientibus Religionem, & conſequentèr ab illis, quæ intendunt recepta Dote congrua pro Monaſterio ſeſe ab humanis illecebris abſtinere, procurantur, ut ſignantèr in his terminis advertit *Rub. in annot. ad dec.375. n.26. par.4. tom.2.*, & generaliter *Sanchez ad Præcept. Decalog. lib.7. cap.7. num.28. & ſeqq., de Marin. reſol.189., Franc. dec.365.* cum cæteris per *Rot. dec.207. n.6. par.16., Bich. dec.632. n 15. Dunoz. Jun. dec.676. num.30., Spadaz. Theatr. Viduil. diſquiſit.67. n.113. cum ſeqq.*, Reverendiſſ. *de Luca de renunc. diſc.1. num.10., diſc.2. n.5., diſc.4. n.14., & diſ.12. n.7.*

Et ſecunda, quod cum adſit in renunciatione maxima verborum amplitudo, incipiendo ab illis verbis = *omnia, & quæcumque Jura, & actiones &c.*, & deſinendo in illis verbis = *nullo Iure in ſe reſervato*, hoc ete-
39 nim caſu expreſſio bonorum maternorum, & paternorum ſtare dicitur demonſtrativè potiùs, quam taxativè, & renunciatio capit quaslibet ſucceſſiones, quæ poſtmodum ex ſimili cauſa devolvereutur, ut poſt *Menoch. conſ.335. à num.15.* & præcipuè *num.20. & 38.* admittit *Sanchez ad præcept. Decalog. d. lib.7. cap.7. n.6. circà finem verſ. imò ſufficerent, Gratian. diſcept.568. ex n:33., & diſcept.632. n.50. Rot. dec.723. n.5. & 6. par.2. rec. Bottilier. de ſucceſſ. cap.2 Theoremat. 49. Spadaz. Theatr. Viduil. diſquiſit.67. n.158.*

Quo autem ad tertiam, & quartam renunciationem, videlicet Conſtantiæ, & Cæciliæ, quamvis nonnulla ſuprà tetigerimus, adhuc tamen abſolutè æſtimarem, renunciationem emiſſam prævia facultate Sacræ Congregationis ſubſtineri; neglectis ſiquidem prætenſionibus ratione legitimæ in bonis Patris, ac reſolutionis ejuſdem renunciationis ob prædeceſſum maſculorum, circà quæ recurrunt quamplurimæ propoſitiones ſuperiùs inſinuatæ, fruſtraque hic repetendæ, antè omnia venit animadvertendum, quod hujuſmodi tranſactio non fuit inita ſimpliciter cum ipſis Monialibus, aut eorum ordinariis Conſervatoribus, ſed prævia relatione, & informatione, nec non etiam diſcuſſione Reverendiſſimi Epiſcopi, qui tunc
40 erat *Alexander Sperellus*, Vir de cætero non minùs pietate, quam legali peritia inſignis, prout edocent duo Volumina Deciſionum ab eo Typis conſignatarum, ex hac etenim
41 ponderatione, quod tranſactio fuerit celebrata mediante opera tanti Prælati, omnis præſumptio militat pro illius validitate, quodque omnia ritè, rectèque ſint geſta, ut in ſpecie tranſactionis *Rot. dec.263. num 4. in fin. & deciſ.337. num.17. par.5.* cum cæteris *in*

Roma-

*Romana reſidui Dotis* 15. *Junii* 1676. §. *Et ex
his verè tollitur*, *cor. R.P.D. Rondinino*.

Fortiùs verò, quia hujuſmodi accuratam
Informationem præſupponunt verba littera-
rum Sac. Congregationis, ibi = *Havendo queſti
miei Eminentiſſimi Signori ponderato i prudentiſſi-
mi motivi di V.S. ſopra la convenzione fatta da
coteſte Monache di S. Chiara con Barzo Barzi di
cedere à lui ogni pretenzione, che poteſſero have-
re ſopra li beni paterni, e materni &c.* ſicque
nimium veriſimile eſt, quod cuncta, quæ ho-
die exadverſo obiiciuntur, fuerint opportu-
nè diſcuſſa per Reverendiſſimum Epiſco-
42 pum, & Sacræ Congregationi denunciata,
& conſequenter ſatis eſt, probabilitèr fuiſſe
eamdem Sac. Congregationem aliundè in-
formatam, quantumvis aliquid non appa-
reat dilucidè expreſſum, argumento *Text.
in l. Idem Ulpianus* 12. §. *Sunt & alii*, *ff. de ex-
cuſat. Tutor.*, *Fælin. in cap. In noſtra* 32. *n.*15.
*verſ. incidentèr*, *de reſcript.*, *Menoch. conſ.*120.
*num.*17., *Cyriac. contr.*60. *num.*28. *& ſeqq.*,
*Grat. diſcept.*415. *num.*13. *& ſeqq.*, *Rot. apud
Coccin. dec.*413. *num.*7., *deciſ.*24. *num.*9. *par.*5.
*rec.*, *& deciſ.*222. *num.*25. *par.*7.

Hiſque præſuppoſitis minimè refragatur;
quod non legatur expreſſum in Epiſtola Sac.
Congregationis, & Matrem, & Cæſarem
fratrem tunc temporis eſſe prædefunctos,
quodque illorum ſucceſſio proportionabili-
ter devoluta foret ad Moniales; Quia id eſ-
ſet præſumere nimiam ignorantiam, vel
malitiam in prædicto Epiſcopo mediatore,
quinimò dum dicitur = *pretenzioni ſopra li beni
Paterni, e Materni*, hoc ipſum indicat, ſuf-
ficientèr expoſitum fuiſſe, quod erat expri-
mendum: nam quamvis de rigore intelle-
ctualitèr proprietas Dotis maternæ eſſet
translata in Moniales, attamen de facto, ſpe-
ctato uſofructu penes Patrem illius poſſeſſo-
rem, iſta ſucceſſio Monialium reducitur ad
prætenſionem *ſopra li beni Materni*: Cumque,
ut advertit *Rot. coram Otthob. dicta deciſ.*10.
43 *cum aliis in princ. allegatis*, Parentes conſue-
verint hujuſmodi renonciationes procurare
ad effectum acquirendi libertatem de iis bo-
nis, quæ aliàs debita eſſent renunciantibus,
44 hinc proindè adeſt quædam virtualis ex-
preſſio, quæ ſufficit, non obſtante defectu
mentionis ſpecialis, ut benè ad rem ponde-
ravit *Rot. cor. Coccin. deciſ.*2302. *num.*11., *&
cor. Pentinger. deciſ.*368. *num.*7., *& in Bono-
nien. Pecuniaria, ſeù Tranſactionis* 20. *Novem-
bris* 1669. *cor. Albergato*, *& in d. Romana re-
ſidui Dotis* 15. *Junii* 1676. §. *Neque verum eſt
in facto*, *cor. Rondinino*.

Accedente præſertim pro coronide ratio-
45 tionabili uſu, & conſuetudine animadverſa
per *Rot. cor. Pan. deciſ.*479. *n.*18. *&* 19., & priùs
*deciſ.*350. *n.*4. *&* 5. cum aliis per *Torr. lib.*2.
*cap.*26. *num.*165. juxtà quam ſolent ab ini-
tio fieri hujuſmodi renunciationes ab ingre-
dientibus in Monaſterium; undè in ſubſtan-
tia cùm Moniales ex cauſa præfatæ Tranſa-
ctionis receperint ſc. 1200., quæ non habuiſ-
ſent à principio, omnis æquitas, & ratio ex-
poſcit, illas debere acquieſcere eidem Tran-
ſactioni, propter quam ſuppleverunt illud,
quod in ingreſſu ex eodem uſu Regionis tene-
bantur explere, ſecundùm ea, quæ egregiè
de more in terminis ſucceſſionis jam delatæ
ratiocinatur *Reverendiſs. de Luc. de renunc.
diſcurſ.*14. *n.*4. *num.*6. *verſ. aut etenim agitur*:
46 Ideoque attento hoc rationabili motivo con-
cludunt omnes, quod læſio non amplius con-
ſideratur reſpectu bonorum renunciatorum,
ſed tantummodò in ipſa Dote, ut optimè
ſcriptum reliquit *Carol. Put. in ſuo conſ. unic.
ſub num.*27. *verſ. renunciatio tom.*1., quem ſe-
quuntur *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.*9. *gloſſ.
unic. part.*1. *n.*35. *& ſeq.*, *Urceol. conſult.*48.
*n.*37. *& ſeq.*, *Kellemb. de renunc. ſucceſſ. qu.*42.
*n.*3., *Hartman. Piſtor. lib.*4. *quæſt.*6. *n.*77.,
*Torr. de pact. dicto lib.*2. *cap.*26. *num.*152. *verſ.
Ego tamen exiſtimo*, *Rot. deciſ.*150. *num.*13.
*par.*11., *Add. ad Burat. deciſ.*894. *n.*5. *&* 6.,
*Merlin. deciſ.*274. *num.*1. *& ſeqq.*, qui omnes
loquuntur in Juribus bonorum, ſeù hæredita-
tis jam delatæ.

Urget poſtremò, quod quamvis *Rota* te-
nuerit, Statutum excluſivum fœminarum
non comprehændere Moniales, tamen de
tempore Tranſactionis hujuſmodi ſententia,
& opinio non erat adeò trita, ut non poſſet
immutari, prout practicant Tribunalia ferè
totius Mundi, & eventus docuit in nuperrima
47 Conſtitutione Innocentiana; ac propterea
magis inſpecto dubio litis eventu, vel ſaltem
non calumniosa dubitandi causa, quam in-
nuunt ea verba memoratæ Epiſtolæ = *rifletten-
do parimente all'utile, che ne proviene per di-
verſi accidenti, che poſſono ſuccedere fino à tan-
to, che giunga il tempo, che lorò ſia dovuto &c.*
una cum expenſis in lite occurrentibus, eò
magis attenditur tranſactio, & excluditur læ-
ſio, *Rot. deciſ.*269. *num.*25. *par.*1⁴. *rec.*, *cor.
Merlin. dec.*92. *n.*9., *Celſ. dec.*203. *n.*4., *& dec.*
391. *n* 3., *Cavaler. dec.*403. *n.*1., *& in Bono-
nien. Tranſactionis* 26. *Aprilis* 1676. §. *fin. cor.*
48 *Bourlemont*; præcipuè, quia agitur de re
uſque dum obſervata, ut proſequitur *Rot. in
Romana fideicommiſſi de Attavantibus* 11. *Mar-
tii* 1675. §. *Tantò fortiùs*, *&* §. *Maximè*, *&
in dicta Bononien. Tranſactionis* §. *Ex lectura in
fin. cor. Bourlemont*.

Præmiſſa omnia etiam in ſenſu veritatis cen-
ſeo ſolida, ac firma in Jure, ſolumque Me
turbat renunciatio Geltrudæ quoad bona fra-
terna, omnibus enim fundamentis pro illius
ſubſtentatione relatis, excepto, quod agatur
de Moniali, occurrit individualitèr *Rot. in
dec.*166. *per tot. impreſſ. apud Torr. de pact. fut.
ſucceſſ.* cui conſonat *diſcurſ.*9. *R̃mi D. de Luc.
ſub tit. de renunc.* editus in eadem Cauſa.

RHE-

## RHEGINEN. FIDEICOMMISSI SUPER REMISSORIA.

*Ven. 27. Junii 1698.*

### ARGUMENTUM.

Agitur de materia Remiſſoriæ concedendæ, nec nè, quod plurimum dependet à circumſtantiis, & an dari debeat cum, vel ſine retardatione proceſſus; Remiſſoria non datur, quando Cauſa eſt commiſſa cum Clauſula, *conſtito de tribus*, quia res judicata debet ex iiſdem Actis infringi, non ex novis probationibus.

### SUMMARIUM.

1 *Remiſſoria regularitèr denegari nequit in materiis prophanis.*

*Conceditur tamen aliquandò cum retardatione, vel ſinè, arbitrio Rotæ, n. 2.*

3 *Remiſſoria non datur cum retardatione poſt tres conformes.*

*Et de ratione, n. 4. & 5.*

6 *Probatio, quæ dependet à Teſtibus, dicitur ſemper exceptia requirens altiorem indaginem.*

7 *Remiſſoria nunquam conceditur contrà propriam confeſſionem.*

*Neque in materia objectiva, non dato ſumo, n. 8.*

9 *Sententia abſolutoria ſecum fert executionem.*

10 *Remiſſoria non ſolet concedi, quandò Cauſa eſt commiſſa cum Clauſula*, conſtito de tribus.

11 *Res judicata reſcindi non valet per novas probationes.*

12 *Remiſſoria conceditur etiam poſt tres conformes, quando petitur ab eo, qui illas habet pro ſe.*

13 *Teſtamentum cenſetur approbatum per ſolutionem legatorum.*

*Amplia non obſtante clauſula præſervativa, ibid. & num. 14.*

### DECISIO LVIII.

CONſequenter ad reſoluta ſub hac ipſa die ſuper negocio principali, in quo Domini citrà hæſitationem reſponderunt, *conſtare de tribus*, denegandam quoquè cenſuerunt Monialibus S. Nicolai Remiſſoriam expetitam; & ad probanda incrementa per Dominicum earumdem Monialium Authorem (ut afferebatur) de proprio facta circa Viridarium, ad quod Hippolytæ conceſſa fuerat immiſſio, & ad detegenda vitia, & raſuras Teſtamenti, cujus vigore eadem ſanciebatur immiſſio, ac denique intentum ad oſtendendum, quod Mianus, qui hujuſmodi Teſtamentum exemplaverat, non foret Succeſſor in Officio Notarii rogati de præfatis Tabulis, ideòque legitimæ exemplandi poteſtate careret.

Quoniàm etſi Remiſſoria regularitèr denegari minimè conſueverit, præcipuè in ma-
1 teriis prophanis, ad differentiam Spiritualium, quæ rigidius intrà Cancellos Sacrorum Canonum cuſtodiuntur, ad finem, nè in perniciem Animarum, vel Eccleſiaſticæ Hierarchiæ protrahantur Jurgia, juxtà diſtinctionem, de qua *Card. de Luc. de Teſtam. diſc. 24. n. 3.*, *& de Judic. diſc. 31. num. 17.*, & concordat antè eum *Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 12. n. 85. cum plur. ſeqq.*

Adeont in certis Cauſis ex una parte expòſcentibus celerem expeditionem, & ex altera conflictatis ab illa Epicheja, quod probationes non ſint anguſtiandæ, paſſim mediam, ſicquè meliorem viam ſeligens Tribunal pro-
2 cedat cum eo temperamento concedendi Remiſſorias, vel etiam Compulſorias ſpeciales *cum retardatione, vel ſinè Arbitrio Rotæ*, quia nimirum Domini non intendunt per æquitativam admiſſionem novarum probationum retardare (ſi ità exigat Juſtitia) Sententiæ imminentis, ipſiuſque Cauſæ decurſum, ſicuti in dies practicatum dignoſcitur, & præ cæteris *in Romana, ſeù Veliterna Menni 28. Junii 1697. cor. Me, in Corduben. Penſionum 1. Julii ſubſequentis coram R. P. D. meo Lancetta, in Marſicen. Decimarum 15. Januarii, & in Colonien. præcedentia 18 Aprilis currentis Anni coram R. P. D. meo Muto, & in Compoſtellana Parochialis die 2. hujus Menſis cor. R. P. D. meo dell'Olmo*, & alibi millies.

Nihilominùs in hodierna facti ſerie nullo modo viſum eſt indulgendum petitioni: quia jam circà præfata incrementa, ſeu Melioramenta, quæ Moniales præſupponebant, facta extitiſſe per Dominicum in ordine ad Viridarium, *Deciſio* hodiè edita *coram Me* in negocio principali *ſub §. Poſtremò tandem uſquè ad fin.* demonſtravit, non poſſe interim ſub hoc prætextu hæredem hæredis gravati confundentis antiqua Terrena fideicommiſſaria cum liberis ſuperadditis impedire Immiſſionem fideicommiſſario, undè eo fortius hoc ipſum ſtatuendum erat in denegandа Remiſſoria, cum ipſa per indirectum tenderet ad deturbandam, retardandamque
3 eamdem Immiſſionem, præcipuè in hac quarta Inſtantia, qua ſtante reſiſtunt omnes rationes contrà ſuperius inſinuatam æquitatem, nimirum & quod res Judicata de ſui natura reſultans ex tribus conformibus, ad *Text. in l. properandum, C. de Judic.* non poteſt, niſi ex eiſdem Actis, ac probationibus, non autem ex aliis de novo faciendis enervari, ſicuti reſpondit *Rot. in Eugubina Tutelæ ſuper articulis 9. Decembris ſuperioris Anni §. fin. cor. R. P. D. meo Prolo.*

Et quod ea lis, quæ dicitur de Jure finita
4 per tres conformes, ità renovaretur, & quodammodò rurſus inciperet per admiſſionem novarum probationum, ad ea, quæ proſequitur *eadem Rota deciſ. 839. num. 1. cor. Coccin.*, *dec. 39. n. 20. coram San. mem. Alex VIII.*, *deciſ. 288. & deciſ. 299.* utrobiquè *num. 1, coram Prio.*

*Priol, Sen., dec.566. n.8. cum 2. ſeqq. cor. Card.
Cerr., & in Nullius Provinciæ Tarraconen. Ju-
riſdictionis ſuper Remiſſaria, & Compulſoria 4.
Julii 696. §.1. in fin. cor. R. P. D. Caprara* :
5 undè conſimilem petitionem in his terminis
quartæ Inſtantiæ, ſivè poſt rem judicatam
promanantem a tribus ſententiis abſque in-
terruptione conformibus non eſſe immunem
à ſuſpicione calumniæ, affirmarunt relati per
*Rot. deciſ.381. num.10. & ſeq. par.4. tom.2. rec.,
dec.76. n.2. par.8:, dec.223. n.2. & 3: dec.479.
num.1. par.9.*
Potiſſimè autem non recedendo ab his;
quæ parir:r demonſtrata fuerunt in *Deciſione*
ſuper negocio principali, nempè, quod ex
denegatione hodiernæ Remiſſoriæ nullate-
nus impediuntur Moniales, quominus tole-
rata prius (ut par eſt) executione, ac im-
miſſione Hippolitæ victricis, valeant in ſe-
parato Judicio reſtaurare præjudicium, quod
intulit illarum Author per bonorum fidei-
commiſſariorum, & liberorum confuſionem,
mediante oportuna ſegregatione, ac ſepara-
tione ex poſt, at non interim facienda, ad
tradita per *Card. de Luc. de fideicomm. diſc.194.
num.13.*; ſemper namque verum eſt dicere,
quod probatio, quæ potuiſſet emergere in
vim Remiſſoriæ, quoties in hoc Judicio fuiſ-
ſet exaudita, & admiſſa, retardaſſet immiſ-
ſionem, & effectum rei judicatæ, quando ta-
6 men eadem res judicata non patitur exceptio-
nes altioris indaginis, prout ſemper eſt pro-
batio, quæ provenit, vel expectatur à Teſti-
bus, ut inquit *Rot. cor. Cerr. deciſ.408. n.2.
& 3., & dec.245 n.8. par.18. rec.*
Atque hæc apparuerunt Dominis indubi-
tata circà priores tres articulos pro parte
Monialium exhibitos; Sed clara non mi-
nus comparuit neceſſitas repellendi quarti,
& poſtremi Articuli exauditionem, cum
ille (ut a principio inſinuavimus) concer-
nat juſtificationem circà aſſerta vitia Teſta-
menti, & præſuppoſitam illegitimitatem
exemolationis ex defectu ſucceſſionis in Of-
ficio quòad Mianum exemplantem: Pariter
namquè in altera *Deciſione* ſuper negocio
principali oſtenſum fuit ex §. *Conſiderantes
namquè cum tribus ſeqq.*, quod ipſæmet Mo-
niales ex proprio facto approbaverant lega-
litatem exemplantis, & ex illo præceden-
tium Authorum veritatem, & candorem
ſcripturæ, ſeu Teſtamenti, ideoque in ho-
dierno propoſito denegandi Remiſſoriam
de plano intrabant receptæ propoſitiones, &
7 quod adverſus propriam confeſſionem, ſivè
agnitionem non admittatur probatio., &
quod, non dato fumo in hac materia objecti-
va erga Notarium, & Partem, nunquam Re-
miſſaria conceditur, ut in terminis primæ
concluſionis habetur *in deciſ.54. num.9. & 10.
par.7. rec., & cor. Baratt. dec.877. n.7., & cor.
Priol. deciſ.1. n.1., & in Caſenaten. Dotis ſuper
Remiſſoria 9. Maii 1695. §. Irrelevantia, cor.
R.P.D. meo Scotto, & 30. Jan. 1696. §. Et qui-
dem, coram R.P.D. meo Pio*, & in propoſito
ſecundæ *Ubert. de Cit. cap.13. n.447., Rot. cor.
Bich. dec.14. n.1. cum duob. ſeq., & dec 354. per
tot. par.15. rec., & in Tiraſonen. Prioratus ſuper
Compulſoria, & Remiſſoria 29. Aprilis 1687.
§. final. cor. Reverendiſs. D. meo Decano.*
Et ità utraquè &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

UT jam diximus in annotatione præceden-
tis Deciſionis, etiam hæc alia Deciſio
ſuper denegatione Remiſſoriæ fuit expedita
ſub eadem enunciata die; Effectus autem
hujuſcè denegationis ſecum non trahit ul-
lam formalem expeditionem, vel Senten-
tiam, ſive Decretum, nam qui paſſus eſt
Remiſſoriam ſibi denegari, rarò curat de
expeditione contra ſe, & qui obtinuit ad
ſui commodum illam non admitti, multò
minus indiget aliqua Sententia, vel Decre-
to, cum ei ſufficiat, extitiſſe per hujuſmodi
denegationem obſtructum os Patri, quemad-
9 modum dicimus in ſuis terminis de ſenten-
tia abſolutoria, quæ ſecum fert executio-
nem, ex annotatis per *Card. de Luc. de Judic.
diſc.40. n.3. & 40.*, & prius *diſc.38. num.15.
Nicol. Catan. deciſ.19. n.46. Rot. coram Cava-
ler. deciſ.633. num.4., & in Avellina, ſeù
Nullius præſlationum 9. Martii 1698. §. Ultrà
quod enim cor. R.P.D. dell'Olmo.*
De materia Remiſſoriæ fruſtraneum eſt
quidquam ſubnectere, quia tam in præſenti
Volumine, quam in omnibus quibuſcum-
que aliis, paſſim tractatur de hiſcè inciden-
tibus; tantummodò autem obſervari po-
terit, quod niſi æquitativæ alias ſuadeant
particulares facti circumſtantiæ, ut acci-
dit in una *Pampilonen. Præeminentiarum ſu-
per Remiſſoria 11. Decembris 1702. cor. R.P.D.
Lancetta*, in qua fuit concesſa Remiſſoria
poſt tres cduformas, cum Clauſuia tamen,
*non retardata expeditione Cauſæ*; regularitèr
10 non ſolent Tribunalia, nec ipſa Sacra Rota
indulgere Remiſſoriæ, ſivè novæ admiſſioni
Articulorum, & probationum futurarum.,
quando poſt hujuſmodi tres conformes Si-
gnatura reſcripſit cum clauſula, *Conſtito de
tribus*, nam cùm res judicata exindè reſul-
tet, quotieſcumque tres Sententiæ præce-
dentes agnoſcantur validæ, & juſtæ, nequit
11 eadem res judicata tangi, aut reſcindi per
novas probationes, & extra ipſamet Acta
præcedentium Judicatorum, ſicuti benè
examinato caſu in altera *Pampilonen. Jurium
Parochialium*, & recedendo a reſolutis *ſub
die 25. Junii 1665.* alias *dec.287. cor. Priolo*,
determinavit *eadem Rot. in deciſ.299.* paritèr
*cor. Priolo.*
Limitatur hæc concluſio, quandò ipſemet
Actor

Actor, ſeù victor, qui antecedentem rem
judicatam reportaverat, pendente adhùc
Cauſa in gradu reſtitutionis in integrum, &
fortè dignoſcens, quod ob exceptiones Par-
tis contrariæ protrahi valeat executio ſuæ
rei judicatæ, vel admitti adversùs eam ali-
qua reſtitutio in integrum. Remiſſoriam ex-
12 poſcit, in hoc etenim caſu, quia per ipſam
rem judicatam jam obtentam à petente Re-
miſſoriam ceſſat ſuſpicio calumniæ, neque
ſolet, neque debet nova dilucidatio, ſeu Re-
miſſoria denegari, ut poſt *Rot. cor. Capita-
quen. dec.* 114. *n.* 1. *pa.* 3., *& cor Dunoz. Jun.
dec.* 556. *n.* 10. declaravit *ipſa Rot. cor. Priolo
dec.* 444. *n.* 3. *& per tot.*

Tranſeundo autem ad ſupra conſiderata
in præſenti Deciſione, quod nec Remiſſoria
ſit concedenda ad probandam illegalitatem
ſcripturæ, ſivè Teſtamenti, quandò hujuſ-
modi ſcriptura, ſivè Teſtamentum fuit jam
approbatum ab expoſtulante Remiſſoriam,
notatione dignus eſt caſus in una *Viterbien.
legati ſub die* 25. *Junii* 1703. noviſſimè diſcuſ-
ſus *cor. R. P. D. Caffarello*: etenim cum tra-
ctaretur de pio legato ſcutorum mille relicto
per Equitem Donatum Spadenſem Archicon-
fraternitati Smi Nominis Dei Civitatis Viter-
bii, iſtudquè Teſtamentum fuiſſet approba-
13 tum ab hærede, etiam cum proteſtatione,
ſeu præſervativa, mediante illius ſolutione,
fuerintque pariter approbata ſimilia legata
pia, ut *ex Card. de Luc. diſc.* 12. *de legat.*, &
tàm A. C., quam *Rot. ſub die* 16. *Januar.* 1702.
*cor. R. P. D. Muto*, canonizaverint controver-
ſum legatum, reſponſum (ut præmiſimus)
fuit coram R. P. D. Caffarello, procedendum
eſſe ad legitimam executionem anteceden-
tium Mandatorum, ſeù Decretorum, cum
ſucceſſiva expeditione Cauſæ ſub die 3. Augu-
ſti ejuſdem Anni 1703.

Nec juvit hæredem præfata proteſtatio,
quodque prætenderetur ex originali exhibi-
to oculis Dominorum de Rota conſtare,
quod ipſum originale caſſatum appareret in
aliquibus verbis, ſive diſpoſitionibus, quod-
que pariter prætenderetur, ſubſcriptionem
Teſtatoris eſſe ſuſpectam habita comparatio-
ne ad alias ſcripturas, ſuper quo etiam ef-
flagitabatur Judicium Peritorum in ſcriben-
do; ſiquidem caſſaturæ non feriebant con-
troverſum legatum, immò ex eadem exhi-
bitione originalis ità correcti, & modo ſcri-
bendi eliciebatur potiùs genuina veritas
ſcripturæ exaratæ, ſeu dictatæ cum nimium
14 naturali ſimplicitate, proùt & potentius vi-
ſum eſt factum ſolutionis tot legatorum
piorum, quam verba præſervativæ: & circa
Peritiam faciendam a Scriptoribus proceſ-
ſum fuit cum animadverſionibus latius expen-
ſis *Foroſempronien. Teſtamenti la* 29. *ut ſuprà*,
*cor. Me*.



## MELEVITANA FIDEICOMMISSORUM SUPER FRUCTIBUS,

*Veneris* 27. *Junii* 1698.

### ARGUMENTUM.

Liquidatio fructuum, ad quorum reſtitutionem tenetur Reus poſt litem motam, probatur per Teſtes, maxime conductores bonorum, per Inſtrumenta locationum, & ſimilia. Taxa fructuum bonorum ſtabilium, quæ olim erat ad rationem quinque pro centenario, hodie redacta eſt ad quatuor. Intereſſe rei venditæ debet commenſurari ad fructus, qui ex ipſa re percipiuntur,

### *SUMMARIUM.*

1 *Fructus in Judiciis poſſeſſoriis reſtituendi veniunt ſaltèm à die motæ litis, & reproducti Monitorii.*

*Quando verò Reus conventus negavit contenta in Monitoria, tunc reſtitutio fructuum non intrat, niſi à die productionis Jurium fact. per Actorem*, *num.* 2.

3 *Fructuum perceptorum quantitas probatur per Teſtes informatos.*

*Item ex Inſtrumentis locationum*, *n.* 4.

*Item per dictum Teſtis, qui eadem bona conduxit*, *num.* 5.

6 *Liquidatio nulla requiritur reſpectu fructuum Cenſus, vel Cambii, quia ex ipſis Inſtrumentis reſultat.*

*Niſi doceatur, quod tales fructus alii perceperint*, *num.* 7.

8 *Poſſeſſor condemnatus ad reſtitutionem fructuum detrabit onera, & expenſas.*

9 *Poſſeſſor malæ fidei non ſolùm tenetur ad reſtitutionem fructuum perceptorum, ſed etiam ad damna in bonis illata.*

10 *Taxa legalis fructuum bonorum ſtabilium olim erat ad rationem quinque pro centenario.*

*Hodiè tamen eſt reducta ad rationem quatuor*, *num.* 11.

*Et taxa hujuſmodi eſt ſimplex præſumptio, quæ admittit probationem in contrarium*, *num.* 12.

13 *Fructus recompenſativi taxati ad certam quantitatem inter Emptorem, & Venditorem reduci debent ad Juſtitiam, ſi Fundus reverà tanti non reddat.*

### DECISIO LIX.

IN ſequelam Mandati de immittendo, quod geminis præcedentibus Deciſionibus *coram bo. mem. Emerix* olim emerito Collegii noſtri Decano *ſub diebus* 14. *Januarii* 1695., *&* 6. *Februarii* 1696. reputaverat eſſe concedendum in expeditione Cauſæ *Rota* apud Me, tamquam in ejuſdem prædefuncti D. Decani locum ſubrogato favore Catharinæ, & Joannis Baptiſtæ Conjugum de Boniciis, extitit ex-

expedita Remiſſoria ad finem liquidandi fructus perceptos interim, ſivè à die motæ litis à Dominico, & Fratribus pariter de Boniciis, Reis ex altera parte conventis; quamobrèm ſuperventis probationibus vigore ejuſdem Remiſſoriæ reſultantibus, DD. mei ad Dubium, quod propoſui = *An, & in qua ſumma ſint liquidandi fructus*, de plano reſponderunt affirmativè pro ſumma ſc.1682.

Suppoſita namquè regula notiſſima, quod
1 in Judiciis poſſeſſoriis, quale erat iſtud intentatum per ſuprà nominatos Jugales in vim *l.fin. C. de edict.D.Hadr. toll.*, fructus ſaltèm veniant reſtituendi à die motæ litis, ſeù reproducti libelli, aut Monitorii, in quo Pars provocata ſtatim ponitur in dubia, ſeù mala fide ſuæ poſſeſſionis, ad tradita per *Rot. deciſ.166. n.3. coram San. mem. Alex.VIII.*, *& dec.751. n.1. cor. Card. Cerr.*, *in Romana Manutentionis 23. Januar. 1693. §. Subſiſtunt enim, cor. R.P.D. meo Caprara, & in Bonon., ſeù Imolen. Bonorum 5. Junii 1697. §. fin. cor. R.P.D. meo dell'Olmo.*

Excepto ſolùm caſu, quo eadem Pars ad Judicium compellata intrepidè neget contenta in libello, ſeù Monitorio, in quibus ſanè
2 terminis ultrà ſimplicem libelli, vel Monitorii intimationem, & reproductionem, quæ poteſt fieri ab unoquoque non habente jus, & intereſſe legitimum, opus eſt ad notitiam Partis deferre talia jura, & documenta, quæ ipſam conſtituant in ſupradicta dubia, vel mala fide, juxtà ea, quæ perſpicuè, ſolidè, & ſubtilitèr introſpiciendo viſcera legum in contingenda caſuum declaravit *Rota*, ut in *deciſ.217. num.12 par.14. deciſ.265. num.5. cum ſeqq. par.17. dec.226. n.2. & ſeqq. & per tot. par.18. rec., & in Romana hæreditatis de Lanuviis 6. Junii 1695. §. Cùm enim, & ſeqq. cor. R.P.D. meo Scotto, & 28. Junii 1699. §. Confirmatione paritèr, coram Me.*

Conſtitit, quod uſquè ſub die 12. Auguſti 1689. fuerat in Partibus libellus, ſeù Monitorium Parti intimatum, & ſucceſſivè reproductum, proindèque cùm ab eadem die 12. Auguſti fructus (juxtà præmiſſa) à præfato Dominico, ejuſque fratribus ex ſubſequuta ſuccumbentia deberentur, illorum liquidatio clara remanſit in præfata ſumma ſc.1682. ob totidem perceptos ab ipſo Dominico, & Fratribus; nam cùm immiſſio fuerit à noſtro Tribunali conceſſa ad Domum in Contrata *S. Jacobi*, cum annexa Manſione, etſi ſeparatum aditum habente, nec non ad Clauſuras, ac Terras ſub vocabulo (ut fert ille ſermo) *Laginet, il Huelgia, Tatboc, Tadaatb, Taſalib., Taſrina, Tapignana*, una cum aliis Poſſeſſionibus nuncupatis, *dell'Hor.*, *& Benvirrat*, utiquè ex depoſitione præfatorum Teſtium inductorum, ac examinatorum vigore Remiſſorialium, junctis locationibus, & Affictibus, apparuit, præfatos fructus in hac parte bonorum à die motæ litis, ut ſuprà, uſquè ad tempus captæ poſſeſſionis ex Judicato Tribunalis, aſcendere ad ſummam ſcut.1451., deducta ad hunc effectum medietate, quæ ad normam ejuſdem Judicati obtingebat Dominico, ejuſque Fratribus; in totum namquè importantia fructuum perceptorum attigiſſet ſummam ſcut.2902. quemadmodùm ocularitèr emergebat ex ſolita Dominorum accuratione, & ex præfatis Teſtibus, & Affictibus:
3 melior namquè probatio deſiderari non poteſt in hac materia puri facti, quàm ea, quæ derivat, vel à Teſtibus informatis, ut eſt vulgare, & in hoc ipſo propoſito notarunt *Poſth. reſol.113. n.80. & ſeq., Rot. dec.113. n.4. & 5. par.15. rec., & dec.302 n.2. coram Priol. & in Eugubina, ſeù Senogallien. devolutionis ſuper fructibus 16. Maii proximè præteriti §. nulla enim, cor. R.P.D. meo dell'Olmo;* vel ab Affictibus, ac
4 locationibus, ex quo nemo præſumitur ſuum in conducendo rem alienam diſperdere voluiſſe, ſicuti proſequendo materiam liquidationis animadverterunt relati per *Rot. coram Ubald. dec.308. n.6., & cor. Duran. dec.307. ſub n.4. verſ. in primis enim, & n.5. cum ſeq., & dec.128. n.2. & 3. cor. ſa. me. Alex.VIII.*

Comprobata igitùr ſumma uſquedùm in ſcut.1451., cætera, quæ remanebant ad integrandam quantitatem ſcut.1682., juſtificata fuerunt in ordine ad remanentia bona, ad quæ pariter Catharinæ, & Joanni Baptiſtæ Conjugibus conceſſa fuerat immiſſio, quia cùm hæc conſiſterent in Viridario *del Borg*, cum Clauſura contigua, & in binis Cenſibus acquiſitis à Leonardo altero ex fideicommittentibus; profectò reſpectu Viridarii liquidatio fructuum in tertia parte, quæ competebat Catharinæ, ejuſdemque Viro, depromebatur ex duobus Teſtibus in quantitate ſ.165., inter quos ſanè Teſtes numerabatur idem-
5 met Conductor, ſivè Affictuarius, qui deponebat, in totum perſolviſſe pro Annis octo ſcut.496.; ſicque concurrente in uno ex Teſtibus qualitate præcipua nedùm facti, ſed quod magis eſt ſolutionis propriæ, meliorem exoptari non poſſe probationem dixit in his terminis *Rot. dec.271. num.1. & 2. & num.9. par.4. tom.2. rec., & cor. Pamphil. dec.169. n.2.* & alibi paſſim.

Reſpectu autem Cenſuum nulla prorsùs requirebatur liquidatio, quia cùm eorum unus habita conſideratione ad Capitale redderet annuatim ſcut.8., & alter 17., nulla
6 ſtringentior deſiderari valebat juſtificatio, quàm ea, quæ deſcendebat ex ſimplici calculatione, quæ in totum conflabat ſummam ſcut.66., ut aliàs in propoſito liquidationis fructuum dependentium non ab incertitudine Aeris, vel inconſtantia terreni, ſed ab Inſtrumentis Cambiorum, vel Cenſuum quotidiè reſponſum fuit, & patet ex *dec.608. n.5. par.3. rec., dec.576. n.3. par.5., dec.395. n.12. & 13. par.13., deciſ.201. n.4. coram ſan. mem. Alex.*

*Alex. VIII., & in Viterbien. Prædii 1. Iulii 1682. §. Neque tertia, cor. bo. mem. Guanardo*, confirmata 9. *Aprilis* 1685. §. *Minùs obſtare*, *coram bo. me. Benincaſa*.

Eaque ſola excuſatio, ſivè defenſio, quæ
tueri valuiſſet Succumbentes, videlicèt ob
non effective ſecutam exactionem fructuum
præfatorum Cenſuum ab eiſdem ſuccum-
bentibus, remanſit apud Dominos ex officio
etiam conſiderata, ſed inſimul meritò poſt-
7 habita, quia nempe Dominicus, eiuſque
Fratres minime docuerunt, quod annuum
redditum præfatorum Cenſuum alii perce-
perint, vel eoſdem Cenſus alii evicerint, ſicu-
ti notatum fuit *in dec. 364. n. 14. par. 4. tom. 2. rec., dec. 77. n. 3. par. 12., dec. 249. num. 7. par. 17. & dec. 751. num. 3. cor. Card. Cerro*.

Quamobrem inſimul jungendo, ſeu calculando tres ſpecies bonorum, ad quas obtinuerunt immiſſionem Catharina, eiuſque Vir, ſumma liquidata in totum effulſit in quantitate ſc. 1682., altera tantum &c.

*ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

CUm hæc Deciſio prodierit in contumaciam, & concernat materiam puri facti, conceſſa fuit nova Audientia *ſub die* 13. *Iunii* 1699., ſed poſtmodum fuit confirmata *ſub die* 31. *Iulii ſubſequentis*, ut alibi ſuo loco oſtendetur; Tribunal etenim conſuevit in dubio concedere novam Audientiam, quandò Deciſio fuit unica, & contumacialis, ſed quandoque etiam devenit ad expeditionem, ſi motiva allata per devictum pro obtinenda nova Audientia non enervent, vel ponant rem in ambiguo circà jam firmata in ipſa prima contumaciali Deciſione, multoties quippe advenit, quod non ſine aliqua malitia renuant Succumbentes prima vice informare, ut deinceps detegant fundamenta Partis contrariæ, exiſtimantes ſeſe ſecuros reportandi novam Audientiam; quod tamen, ut diximus, Tribunal etiam occurrens huic calliditati juſte abnuit.

De liquidatione fructuum, circà quam
verſatur tota hæc præſens Deciſio, ſuper-
fluum videtur habere ſermonem, ſive quid-
quam annotare, quia paſſim in omni Volu-
mine de ea pertractatur, ſolumque poteſt
8 curſim animadverti, quod quemadmodum
ab ipſis fructibus detrahuntur expenſæ, vel
onera perſoluta per poſſeſſorem obligatum
fructus reſtituere, ità ubi idem poſſeſſor in
9 aliquo damnificaverit ſubſtantiam rei poſt
ſibi motam litem, vel malam fidem jam in-
flictam, non tantum tenetur ad fructus per-
ceptos, ſed etiam ad ipſa damna reſtauran-
da, (ex gr.) propter inciſionem Arborum,
cum ſimilibus, ut *in Hortana Caſalis ſuper fructibus* 3. *Aprilis* 1699. § *fin. cor. R. P. D. Pio*, quæ
loquitur in terminis reſciſſæ deliberationis.

Frequenter habetur, quod ubi neſciatur
vera quantitas fructuum perceptorum, & ſic
Actor deſtitutus remaneret ſufficienti pro-
10 batione, ſat eſt, quod ex parte ejuſdem Acto-
ris juſtificetur valor bonorum fructifero-
rum, cum tunc *Rota* procedat cum præſum-
ptione legali, quæ prius erat ad quinque pro
centenario, juxtà *gloſſ. in Auth. Perpetua C. de*
11 *Sacroſanct. Eccleſ.*, hodie verò ab Anno 1679.
ex mutatione temporum refrænata ad ſcuta
quatuor; ſed quia hæc exiſtit mera præſum-
12 ptio, non tollit contrariam veritatem, itaut
poſſit Reus demonſtrare, quod minus perce-
perit, quàm præſeferat ipſa taxa, ut plene *in
Piſauren. hæreditatis 27. Ianuarij 1695. §. ſed
male, cor. R. P. D. Priolo*: ſicuti quoque practi-
13 catur in taxa conventionali, quia ſi in vim
*l. curabit, C. de act. empt.* Partes liquidaverint
fructus ad aliquam rationem, ſive taxam,
non idcircò impeditur Emptor oſtendere,
quod minorem fructum bona a ſe coempta
reddiderint, cum reductione ejuſdem taxæ
ad juſtitiam, ut *in dec. 2. num. 1. & 2 cor. San. mem. Alex. VIII.* cum aliis per Me *de Commer. & Mercat. diſc. 99. num. 28.*

ROMANA ASSOCIATIONIS.

*Veneris 4. Iulii 1698.*

ARGUMENTUM.

Præſcriptio licet propriè non detur in Cenſibus, poteſt tamen Cenſus ex curſu temporis, & aliis conjecturis præſumi extinctus; & de variis præſumptionibus id ſuadentibus. Creditores hæredis in bonis ipſius præferuntur Creditoribus defuncti, mediante beneficio ſeparationis. Filius familias quandò poſſit valide pro Patre fidejubere, & quandò non debeat reſtitui in integrum; quæ ſolemnitates requirantur in contractu Filii familias pro Patre, maxime quandò eſt minor. Statutum cujus loci attendatur circa ſolemnitates, an Statutum loci contractus, vel domicilii; quid, quandò agitur de Statuto ætatem minorem abbreviante: Fraus in emancipatione ex quibus excludatur, vel includatur.

*SUMMARIUM.*

1 *Sors Cenſus numquam præſcribitur, etiamſi Creditor non petierit fructus per ſpatium 30. & 40. Annorum, & ultrà.*

2 *Extinctio Cenſus probari poteſt etiam præſumptionibus, & conjecturis, & num. 3. & 4. & num. 19. & 50.*

*Et de ratione, num. 5. & 6.*

*Et afferuntur in hoc propoſito plures conjecturæ collimantes in præſumptam Cenſus extinctionem, num. 7. 8., & 9*

10 *Hæres beneficiatus debet adſtringi ad redditionem rationis, antequàm urgeatur in perſona, vel bonis propriis.*

11 *Creditor hæredis in bonis ejuſdem præfertur Creditoribus defuncti mediante beneficio ſeparationis.*

12 *Bona non deſcripta in Inventario non præſumuntur ſpectaſſe ad defunctum, ſed potiùs ad hæ-*

*redem jure propria, donec contrarium probetur.*

13 *Inſtrumenta publica faciunt probationē prebatā.*

14 *Obligatio defuncti tranſit in hæredem.*

15 *Aſſociatio impediri non valet per exceptiones altiorem indaginem requirentes.*

16 *Judex delegatus nequit interponere Decreta in Contractibus Mulierum, vel Minorum, cùm hoc ſpectet ad Judicem ordinarium.*

*Niſi tamen eſſet delegatus ad univerſitatem Cauſarum, ibidem.*

17 *Mulier fidejubens pro Vira abſquè cauſa legitima, nullitèr obligatur, etiamſi Statutum cauſam non requirat.*

18 *Compromiſſum initum abſque ulla præcedenti lite inter Patrem, & filium obæratos, laborat non levi ſuſpicione colluſionis.*

20 *Mulier prohibetur de Jure fidejubere, etiam pro Viro.*

*Niſi fidejuſſio reſpiceret utilitatem ipſius Mulieris, vel cauſam Piam, & à Jure approbatam, n. 21. & 22.*

23 *Solemnitates requiſitæ in Contractibus Minorum, vel Mulierum, requiruntur etiam in Mandato facto ad contrahendum.*

24 *Mandatum ſpeciale ad ſic, & ſic contrahendum factum cum ſolemnitatibus, non requirit alias ſolemnitates in actu per Procuratorem explendo, ſecus ſi Mandatum ſit generale.*

25 *Filius familias poteſt fidejubere pro ejus Patre,*

*Licèt de facili reſtituatur in integrum ex capite læſionis, quæ reſultare ſolet ab ipſo actu fidejuſſionis, n. 28. & n. 36.*

*Niſi tamen fidejubeat in actu laudabili, ac prudentiali, quia tunc nulla ei competit reſtitutio, n. 29.*

*Quinimò ſi in his terminis filius renuat fidejubere pro Patre, poteſt ab eo exhæredari ex titulo, & capite ingratitudinis, n. 30.*

26 *Emancipatio Filiifamilias in quibus caſibus, & ad quos effectus requiratur, remiſſivè.*

27 *Filiusfamilias ad effectum ſe validè obligandi in omni Contractu, præterquàm in Mutuo, & Voto, in nihilo differt ab emancipato.*

31 *Statutum Urbis loquens de Contractibus Filiorum familias non comprehendit filiosfamilias Forenſes.*

32 *Læſio in contractu Mulieris, vel Minoris faciliùs excluditur ex præſentia Judicis, ejuſque authorizatione.*

33 *Conſenſus Patris in Contractu filii, etiam ſi ille tendat in proprium commodum, poteſt intervenire, quoties Statutum requirit illum non pro authorizanda perſona filii, ſed pro intereſſe ipſius Patris.*

34 *Decretum Judicis ſupplet conſenſum Patris intereſſe habentis in Contractu filiifamilias.*

35 *Emancipatio quandò valeat conſiderari fraudolenta, & n. 47. & 48.*

37 *Solemnitates loci, in quò celebratur Contractus Mulieris, vel Minoris, attendi debent, & num. 40.*

*Limita, ubi agitur de Statutis diverſificantibus circà minorem ætatem, quia tunc attenditur Statutum perſonæ, non loci Contractus, n. 38.*

39 *Solemnitas non neceſſaria, ſi ad cauthelam adhibeatur, numquam nocere valet.*

41 *Conſtitutio Ægidiana comprehendit etiam Contractus factos Romæ per Minores forenſes.*

42 *Fraus, & dolus arguitur ex Contractibus factis per Minores, vel Mulieres extrà proprium domicilium.*

43 *A. C. eſt Judex competens omnium Forenſium Romæ habitantium.*

44 *Emancipatio debet fieri coràm Judice ordinario, & competenti.*

45 *Emancipatio facta per Procuratorem valet quidem, ſed neceſſe eſt, quod ratificetur.*

*Diceretur autem ſufficientèr ratificata per Patrem, ſi iſte poſteà intereſſet Contractui geſto per filium cum expreſſa mentione emancipationis jam ſecutæ, n. 46.*

49 *Emancipatio numquam dicitur facta in fraudem, quando actus ex poſt factus per emancipatum eſt juſtus, & laudabilis.*

## DECISIO LX.

PAtientia Dominorum (prout decet Iudicem, teſte *D. Bernard. de conſiderat. ad Eugen. lib. 1. cap. 3.*) fortaſsè nuſquam magis enituit, quàm in repropoſitione præſentis Cauſæ, dum per Me rurſus extrà Rotam requiſiti ſuper modico intereſſe non attingente quantitatem ſancitam, & congruam Majeſtati Tribunalis, & præcipuè in Audientia, qua toti occupabantur in diſcuſſione cæterarum longè excedentium numerum, & importantiam ordinariam; nihilominùs maturè examinatis novis, & per ſpeciem Hydræ renaſcentibus oppoſitionibus, quæ ex parte Nicolai ad impediendam Aſſociationem in duabus præcedentibus Inſtantiis conceſſam Fratribus de Manchellis, & approbatam in altera mea Deciſione diei 13. Ianuarii currentis Anni pro quinque ex novem partibus Domus controverſæ, penitùs ex integro promovebantur, perſiſtendum omninò crediderunt in deciſis.

Nil ſiquidem excipere valens ampliùs Nicolaus adversùs fundamenta coruſcantia in prædicta Deciſione diei 13. Ianuarii, rurſùs de novo comparuit indutus prætenſa Veſte anterioritatis ex capite duorum Cenſuum, unius nempè de Anno 1630., & alterius de Anno 1634., quos acquiſiviſſe dicebat contrà Iuſtum Patrem Ioannis Baptiſtæ debitoris Fratrum de Manchellis, ac Dominum (uti contendebat) Domus, ad quam conceſſa fuerat Aſſociatio: Verùm non modica apud Dominos fuit in primis hæſitatio, an Cenſus prædicti forent ampliùs in rerum natura, vel potiùs ſi non præſcripti, ſaltèm veriſimilitèr
1 extincti; quoniàm etſi intrinſeca natura, ac ratio conſtitutiva contractus Cenſualis regularitèr non patiatur exceptionem præſcriptio-

ptionis, ex eo, quod Cenſus ex notorio præ-
ſcripto *Bullæ Pianæ* debet eſſe in ſui creatione
penitùs irrepetibilis ex parte Creditoris, qua-
proptèr cùm ex vulgaribus regulis contrà non
valentem agere nulla currat præſcriptio, con-
ſequens eſt, ut adversùs eumdem Credito-
rem, etiam poſt ordinaria tempora inſtantem,
nequeat ulla præſcriptio objectari, ex iis, quæ
non obſtante curſu 30. vel 40. Annorum benè
de cætero uno ore firmarunt *Pacif. de Salvian.
inſpect. 2. cap. 2. num. 292.*, *Ridolphin. in prax.
par. 1. cap. 8. num. 209. cum 2. ſeq.*, *Giarlin.
contr. 196. ex n. 54. uſquè ad fin.*, *Paz. Jordan.
var. elucubr. tom. 3. lib. 14. tit. 24. n. 241. & ſeqq.*,
*M. de Ru. Matinen. conſult. 272. n. 3. & 4.*, & plu-
riès approbavit *Rota* ut in *dec. 264. n. 1. apud
Cenc. de Cenſ.*, *dec. 35. n. 1. cum plur. ſeq. poſt
Merlin. de pignor.*, & *dec. 47. ex n. 2. cum ſeqq.
par. 13. recent.*, & *in Piſauren. reſciſſionis Con-
tractus 5. Maii proximè præteriti §. Abſquè eo
quod, cor. M.*.

2 Attamen, ut ſolidè de more præ cæteris
animadvertit *Card. de Luc. in Conflict. leg. &
ration. obſerv. 185. per tot.*, & ſignantèr *in
§. fin.*, aliud eſt repellere Creditorem ſub
odioſo Clypeo præſcriptionis, quæ ex vi ſolius
negligentiæ, ac temporis defluxus perimere
ſolet actionem, aliud verò, & longè diver-
ſum eſt examinare, an ſtante decurſu pluſ-
quàm longiſſimi temporis, aliiſque validiſſimis
circumſtantiis arguentibus veriſimilem ex-
tinctionem, quod Cenſus in hoc caſu non de-
3 beat, aut poſſit cenſeri extinctus; undè meri-
tò aliàs *S. Rota* exiſtimavit, extinctionem Cen-
ſus etiam mediantibus conjecturis, & præſum-
ptionibus argui poſſe, ut ſignantèr habetur
*cor. Millin. dec. 235. n. 1. verſ. reſpectu verò*, &
apud *Pamphil. dec. 436. n. 9.*, ibiquè *Adden.
n. 16. & 17.*, & *cor. Card. Ceiſ. dec. 116. n. 13.*,
& *dec. 437. n. 27. & 30. par. 19. rec.*

Et ratio eſt, quia durum nimis eſſet, &
contrà rationem publici Commercii, ut con-
trà Tertium (quemadmodùm plerumquè
contingit) bonæ fidei emptorem, vel con-
trahentem, & nullatenùs informatum de
geſtis per ejus ſingularem Authorem, poſt-
quam diù pacificè reſedit in ſua onerosa
poſſeſſione, inſurgat Cenſus, de quo nullum
veſtigium indagare poterat quicumque dili-
gentiſſimus contrahens, vel emptor, & non
obſtante, quod nuſquam fructus appareant
ſoluti per ſpatium 60., ſeù 70. annorum, nul-
laque alia facta diligentia intermedia ex par-
te Creditoris, concurrantque aliæ circum-
ſtantiæ, non poſſet, ac deberet hujuſmodi
Cenſus ſatisfactus, & extinctus reputari,
quandò, ut optimè dicebat *Cenc. in ſuo elabo-
rato, ac particulari Tractatu de Cenſib. quæſt. 43.
ex n. 32. uſquè ad fin.*, ſi ipſe contractus Cen-
4 ſus, vel ejus impoſitio probari poteſt per
conjecturas, & præſumptiones, & quarè
per conſimiles præſumptiones, validaque
adminicula non debet probari ejuſdem Cenſus
extinctio, quandò Iura noſtra indulgentiora
ſunt ad liberandum; quàm ad obligandum,
ut magis præcisè ſubdit *Cæſar de Afflict. contr.
Iur. cap. 49. n. 33. & 34.*, & in ſubſtantia con-
cludit idem *Cenc. quæſt 112. per tot.*, & ſi-
gnantèr *ex n. 10. uſquè ad fin.*

Addito ulteriùs, quod cùm nulla forma
5 fuerit uſquedùm per legem, aut Principem
adinventa pro facienda extinctione Cenſus,
ex his, quæ traduntur per *Rot. dec. 449. n. 10.
cor. Duran.*, & *d. dec. 347. n. 24. cum 2. ſeqq.
par. 19.*; de facili, & in dies contingit, quod hu-
juſmodi extinctiones celebrantur nedùm per
ſeparatum Inſtrumentum, ſed etiam ſub invo-
lucro, vel in partem pretii alterius Contractus,
quem poſſibile non eſt reperiri per Tertium,
ut ſupra, contrahentem, & bona fide empto-
rem, undè ſi ipſæ leges ſub unica ratione, ne
dominia ſemper ſtarent in incerto, indixere
duram præſcriptionem ſolo ſpatio 10. Anno-
rum inter præſentes, & 30. vel 40. inter ab-
ſentes, per *Text. in l. 1. § Malæ fidei, C. de præ-
ſcript. long. tempor.*, & *in l. 1. & 2. C. ſi adverſ.
Credit.*, & ſic confirmando, augendoque hanc
intrinſecam rationem *Statutum Urbis* in om-
nibus aliis Creditis contentum fuit pro præ-
ſumenda ſatisfactione ſolo intervallo 16. An-
norum, ut *in cap. 158. lib. 1.*; aſperum fo-
6 ret, quod concurrentibus, ut præmiſimus,
Annis 60. vel 70., & etiam quandòque minùs,
& adſtipulantibus ulteriùs urgentibus conje-
cturis, induci non valeret ulla, vel ſimplex
præſumptio extinctionis etiam in Cenſibus,
contrà ea, quæ dicunt *Cenc.*, *Cæſar de Afflict.*,
*Card. de Luca*, aliique allegati, quibus addi
poteſt, concurrente lapſu longiſſimi tempo-
ris, *Bich. dec. 63. n. 18. & dec. 72. n. 13.*

Et ex his deſcendendo ad hodiernam hy-
potheſim fortitèr ſtringebant in eorum re-
plicatione Fratres de Manchellis ſuper con-
jecturis, & demonſtrationibus, quod veriſi-
militèr hi duo Cenſus, quos hodie adduce-
bat Nicolaus, præſumendi eſſent extincti;
concurrebat namque longiſſima intercapedo
ſuprà regularem vitam hominum, nempe
Annorum 68., & reſpectivè 64.; concurrebat
itidem, quod ipſi Fratres erant verè Tertii
non informati, veluti nullam habentes cau-
ſam ab impoſitoribus eorumdem Cenſuum,
itaut, perquirentes etiam omnia Acta Mun-
di, neque creationem hujuſmodi Cenſuum,
neque illorum extinctionem adinvenire va-
7 luiſſent, & tamen ex his duabus circumſtan-
tiis, nempè temporis longiſſimi, ſinè inter-
media ſolutione fructuum, ac deficentia in-
formationis, præſumi etiam in Cenſu extin-
ctionem, liquet ex trad. per *Rot. dec. 612.
n. 18. coram Dunozett. Iun.*, ubi etiam ſubdit,
quod petitio fructuum in hoc caſu non caret
ſuſpicione calumniæ.

Concomitantibus præcipuè aliis peculia-
ribus

ribus adminiculis, & quod unus ex Cenſibus fuit ſtudioſe redemptus, ſeu conquiſitus per Nicolaum poſt editam a Me præcedentem *Deciſionem* contra ipſum, alterum verò, quem ſubticui in prædicta præcedenti propoſitione *diei 13. Ianuarii*, pariter adeptus eſt lite pendente, quodve demum ultra paupertatem Creditorum Cenſuum, qui tamdiu non diſtuliſſent reportare ſatisfactionem ſaltem in fructibus, intercedebat fortiſſima ponderatio, quod in Inventario hæreditatis Iuſti Patris (ut diximus) Io. Baptiſtæ debitoris fratrum de Manchellis, quive Iuſtus apparebat debitor hujuſmodi Cenſuum, neque unum verbum dicitur de eiſdem Cenſibus paſſivis, quantumvis alia ibidem debita hæreditaria Juſti deſcriberentur, quæ ſanè circumſtantiæ admodum fovere videbantur præfatam, & à
8 *Doctoribus* admiſſam præſumptionem extinctionis, ut in propoſito paupertatis reſpectu Creditoris Cenſus *Rot. cor. Pamphil. d. dec. 436.*
9 *ſub n. 8. verſ. & tamen*; & circà defectum deſcriptionis in Inventario, *eadem Rot. dec. 482. n. 21. par. 18. rec.*

Cæterum etſi ex hoc ſolo capite præſumptæ extinctionis Domini fortè inclinaſſent pro perſiſtentia in deciſis, non duxerunt tamen in præſenti neceſſarium ſuper hoc articulo principalitèr, & eſſentialitèr inhærere, quia Tribunal de more ſolet abſtinere à ſtabiliendis concluſionibus, & propoſitionibus extrà omnimodam opportunitatem, & neceſſitatem Cauſæ: Siquidem in caſu noſtro, data etiam ſubſiſtentia præfatorum Cenſuum, poſitoque, quod Juſtus foret illorum legitimus debitor, id nihilominus non relevabat ad Cauſam; ultrà enim, quod Io. Baptiſta non fuerat liber hæres Iuſti Patris, ſed mediante beneficio Inventarii, quod exhibebat idem Nicolaus, hæres tantummodo
10 beneficiatus, in quibus terminis adſtringi tantum potuiſſent habentes cauſam, ab eo ad redditionem rationis, ex notiſſimo beneficio Inventarii, de quo latiùs *in Romana Cenſus 2. Iunii 1697. §. Non controvertebatur, cum ſeqq., cor. Me*.

Nihilominus cùm Domus controverſa pertineret ad eumdem Io. Baptiſtam, non verò ad Iuſtum ejus Patrem, intrabat de plano ad favorem Fratrum de Manchellis alterum non minùs notorium, & inevitabile fundamentum, ſeù beneficium ſeparationis
11 bonorum, quod competit Creditori hæredis ſuper bonis ejuſdem debitoris hæredis poſſeſſis antè aditionem ab ipſo factam alterius obæratæ hæreditatis, in concurſu Creditorum præfatæ alterius hæreditatis, juxtà cenſuram *Text. in l. debitor, §. fin. ff. de ſeparat.*, *Merlin. de pignor. lib. 4. quæſt. 35. n. 11.*, *Salgad. in Labyr. Credit. par. 1. cap. 9. n. 26. & ſeq.*, *Calvin. de æquit. lib. 2. cap. 197. ex n. 146. uſque ad fin.*, *Marcian. diſput. for. cap. 53. n. 3. & ſeqq.*, *Modern. Melphiten. de plural. homin. legal. cap. 6. n. 2.*, *Rot. dec. 83. n. 1. & ſeqq. cor. Priol.*

Quod autem Domus, de qua erat diſceptatio, ſpectaret ad Io. Baptiſtam, & non ad Iuſtum, liquidò convincebatur, ex quo Do-
12 mus hujuſmodi non legebatur deſcripta in Inventario, quod Io. Baptiſta confecit de bonis hæreditariis Iuſti, ſicque, non concurrente alia probatione in contrarium, intrabat præſumptio, quod eſſet propria Io. Baptiſtæ, ad tradita per *Cravet. conſ. 225. ſub n. 12. verſ. quod ipſum*, *Covarr. var. reſol. lib. 2. cap. 6. n. 4.*, *Rot. dec. 212. n. 2. & 3. cor. Duran.*, *dec. 32. n. 12. cor. Ninot.*, *& dec. 319. n. 10. cor. Priol.*

Sed & fortiùs ex titulis, per quos convincebatur, Domum deſcendiſſe in Ioannem Baptiſtam; nam per anteà in noſtro Tribunali vertente lite ſuper hac Domo vigore cujuſdam fideicommiſſi ordinati per Philippum de Stephanis, Mandata Rotalia ad normam Iudicati expedita per clar. me. Cardinalem Tayam meum in Auditorio Anteceſſorem expreſsè cantabant ad favorem Angelæ, & Helenæ Nepotum fideicommittentis; undè cùm Ioannes Baptiſta ſucceſſerit in portione Helenæ tamquam filius, & hæres, & in portione Angelæ veluti Donatarius, clarè idcircò demonſtrabatur ultrà præſum-
13 ptionem, de qua ſupra, vigere etiam probationem, quæ meliùs haberi non poteſt, quàm per publica Inſtrumenta Donationis, ac aditionis hæreditatis utriuſque reſpectivè, cùm hæc faciant probationem probatam, ut dicunt *Bald. in l. intereſt 21. num. 2. C. de ſolut.*, *Dec. conſ. 517. n. 2. in fin. & n. 3.*, *Rot. dec. 105. n. 1. cor. Sa. me. Alex. VIII.*

Abſque eo, quod ad evertendam tàm nitidam præſumptionem junctam probationi effectivæ, obſiſterent duo, quæ figurabantur ex parte Nicolai, alterum, quod tertia portio prædicti fideicommiſſi ſuper Domo ſpectaſſet ad Magdalenam, eaque mediante ad Lucam de Fælicibus, à quo prætendebatur profiliiſſe portionem hanc in Iuſtum: Et alterum, quod cùm Helena foret obligata pro
14 Cenſu Anni 1630., idcircò Io. Baptiſta illius filius, & hæres teneretur ex præambulo contractu ergà Iuſtum quoad ipſam portionem Helenæ, ex obligatione conſequente, quæ à defuncto tranſit in hæredem, per *Text. in l. 1. C. de hæred. act.*, *Grat. diſcept. 717. n. 28.*, *Cyriac. contr. 24. n. 22.*, *Hodiern. contr. for. cap. 31. n. 1. & ſeq.*, *Rot. deciſ. 225. poſt Cenc. de Cenſ.*, *& dec. 669. par. 2. rec.*, utrobiquè *n. 3.*, *& dec. 27. n. 11. poſt Zacch. de oblig. Camer.*

Quoniam reſpectu primi præſuppoſiti circà portionem Lucæ, nulla ſufficiens juſtificatio data fuit per Nicolaum, & in Rota non poterant attendi, niſi Mandata Rotalia, quæ, ut præmiſſimus, loquebantur dumtaxat de Angela, & Helena, non de Magdalena, vel
15 Luca, præſertim in hodierno Iudicio Aſſocia-

ciationis executivo, quod impediri non po-
teſt per ſuppoſitiones, & objecta non benè
juſtificata, vel requirentia altiorem indagi-
nem, ut quotidiè practicatur, & firmant ad-
ducta per *Rot. dec.391. n.26. cor. Bich., dec.187.
n.18. par.10., dec.385. n.1., & dec.386. n.13.
par.15. rec., & in Romana Aſſociationis 3. Mar-
tii 1687. §. fin. cor. bo. me. Emerix Decano*.
Circà autem alterum objectum obligatio-
nis Helenæ, viſa eſt talis obligatio ſubſtineri
non poſſe non minùs ex defectu ſolemnita-
tum, quàm cauſæ: Solemnitas namquè de-
ficiebat, quia ultrà quod in contractu fide-
juſſionis initæ ſuper prædicto Cenſu per He-
lenam nullæ intervenere Solemnitates, ad-
hùc in ipſo Mandato ad fidejubendum per
eam exarato authoritatem minimè interpo-
ſuit ullus Judex Ordinarius, ſed ſimplicitèr
16 Judex delegatus; undè quidquid dicat *Si-
moncell. de Decret. lib.1. tit.1. num.82. in fin.*
certum eſt, quod niſi & in ipſa delegatione
contineatur facultas interponendi Decreta in
Contractibus Minorum, & Mulierum, vel
niſi tractetur de Judice delegato ad univerſita-
tem Cauſarum, munus hoc, quod antiquitùs
reſidebat penès Prætorem, competit hodiè
dumtaxat Judici Ordinario, quemadmodùm
quotidiana demonſtrat experientia, & monent
*gloſſ. in leg.1. verb. deſpiciet, C. de Præd. Minor.,
Natt. conſ.162. ſub num.20. verſic. & hoc, Ri-
minald. Jun. conſ.5. n.192., Alphonſ. Modit. in
§. Principum placita ſub n.1. verſ. capiamus re-
gulam in fin. Inſtit. de Jur. nat. Gent. & Civ.,
Pic. ad Statut. Urb. gloſſ.21. n.2.*
Cauſa verò obligandi hanc Mulierem, quan-
tùmvis præcisè non requiſita per Statutum lo-
ci, nulla tamen apparuit, quæ poſſet aufer-
re ſuccurſum, quem Jura communia tribuunt
Mulieribus per ſpecialem proviſionem *S. C.
Vellejani*, quia in hoc caſu Mulier ſimplicitèr
17 abſquè relevatore, & abſquè ſecuta, vel
imminenti carceratione Viri pro Viro fideju-
bebat, & ſic nulla remanebat eadem obliga-
tio fidejuſſoria, ad mentem, & præſcriptum
Juris communis, ut *in l.1. & tot. tit. C. ad
Vellejan.* non obſtante, quod Statutum ultrà
Solemnitates poſitivam cauſam non expoſce-
ret, uti optimè conſiderarunt *Jo. Franc. Bal-
thaſar. pract. reſol tit.1. reſ.11. n.5. cum plur.
ſeqq., Theſau. dec.223. n.1. & ſeqq. Card. de Luc.
lib.7. de alien. diſc.31. n.21. & diſc.62. n.2. & 3.,
Rot. dec.1. ex n.1. cum ſeq. poſt Pic. ad Statut.
Urb., & in Viterbien. Dotis 25. Junii 1696.
§. Injuſtitia verò, cor. R.P.D. meo Caprara*.
Deniquè ſuper quodam faſciculo Scriptu-
rarum in ordine ad aſſertum Compromiſ-
ſum inter Juſtum Patrem, ac Jo. Baptiſtam
Filium, minimè Domini immorandum pu-
18 tarunt: Tùm quià idem Compromiſſum
non carebat vehementi ſuſpicione, veluti
ſine lite præcedente inter Patrem, & filium
undequaque obæratos, itàut (non citrà pro-
babilem, immò palpabilem ſuſpicionem) ei-
dem Compromiſſo adſtiterit pro utraque Par-
te unus, idemque Patronus; Tùm etiam,
quia ſuppoſito quoquè Credito expenſarum, &
legitimæ in bonis Jo. Sanctis filii prædefuncti
canonizato favore Juſti, Nicolaus cauſam
habens titulo hæreditario à Joanne Baptiſta
tenebatur reddere rationem de hæreditate
ejuſdem Jo. Baptiſtæ, & præciſivè etiam ab hac
redditione rationis perceperat non ſolùm fru-
ctus ipſius hæreditatis, ſed etiam Domus ſub
præſenti Judicio poſitæ, ſaltèm à die motæ li-
tis, quivè proindè fructus abſorbent, vel il-
liquidum omninò reddunt Creditum, quod
aliàs promanare potuiſſet à præfato ſuſpectiſſi-
mo Laudo.
Eta ità, utraquè &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

DEciſio hæc, quæ eſt confirmatoria antece-
dentis jam ſuprà regiſtratæ, quævè legi-
tur etiam impreſſa apud *Saniniat. contr.151.*,
remanſit expedita *ſub die 4. Auguſti ejuſdem
Anni 1698.*, & articulus, qui in ea principa-
19 litèr tractatur de præſumenda extinctione
Cenſus concurrentibus urgentibus conjectu-
ris unà cum magno lapſu temporis, fuit poſt-
modùm juxtà hìc inſinuata receptus in una
*Sabinen. Fideicommiſſi 22. Aprilis 1701. § Pri-
mus ſiquidem, & 12. Junii 1702. §. Nec ad im-
pugnandum, cor. R.P.D. Caprara, & 28. Apri-
lis 1704. §. Abſquè eo quod, coram R.P.D. Lan-
cetta*, & quotidiè practicatur in Cu ia A. C.,
& in aliis Tribunalibus ad levamen tertii, &
ignari poſſeſſoris, etſi de rigore non poſſet al-
legari præſcriptio.
In reliquis ad materiam de contractibus Mu-
lieris, ac fidejuſſionibus per eam initis, cer-
20 tum eſt, quod Mulier prohibetur fidejubere
etiam pro Viro, ut *in l.1., & toto titulo ff. & C.
ad Senat. Conſult. Vellejan.*, & reſpectu Viri *in
Authen. ſi qua Mulier, C. eodem*, niſi manifèſtè
21 conjiciatur, quod Contractus verteretur in
utilitatem ejuſdem Mulieris, ex adductis *in
dec.950. n.4. & ſeqq. cor. Pæn., Panimoll. dec.2.
annot.2. n.3, & n.51. & 52.*
22 Vel niſi fidejuſſio protendat in cauſam Piam,
(ex gr.) pro medelis Viro ſuo datis, necnon
Funeris impenſis, ut per *Tiraquell. de Privi-
leg. Piæ cauſæ privil.103., Gizz. ad Capyc. Latr.
dec.47. n 7. 8. & 9. lib.1.*
Et quia cum cauſa legitimè fidejubendi, vel
contrahendi per localia Statuta copulativè
injungitur formalitas obſervandarum Solem-
nitatum, ut dicitur etiam in præſenti Deciſio-
ne, obitèr notandum eſt, quòd cùm eædem
23 Solemnitales exigantur in confectione Man-
dati, ſivè conſtitutione Procuratoris ad fide-
jubendum, vel contrahendum, exoritur quæ-
ſtio, an ſufficiat, ſervaviſſe Solemnitates il-
lius loci, in quo ſtipulatum fuit Mandatum,
vel

vel requiratur etiam interventus Solemnita-
tum alterius loci, in quo conſumitur Man-
datum, & perficitur Contractus; communi-
tèr *Doctores*, & præcipuè *Sacra Rota*, proceſ-
24 ſerunt cum diſtinctione, quod vel Mandatum
eſt ſpeciale ad ſic, & ſi contrahendum, tunc-
què ſat eſt ad integrandam perſonam Mulie-
ris, quod Judex loci, in quo fit Mandatum,
cauſæ cognitionem, & authoritatem adhibeat,
ſecùs autem, quotiès Mandatum exiſtit ge-
nerale, quoniàm in his terminis ea læſio, vel
inutilitas, quæ non cadebat in generali Man-
dato, poteſt cadere in particulari ad hunc,
vel illum actum exercito, undè neceſſè eſt,
quod in hoc ſecundo caſu loco alterius legiti-
mæ ratificationis quoad ſpecialitèr promiſſa,
vel conventa per Procuratorem, denuo alter
eidem Mulieri aſſiſtat, & Decretum, & autho-
ritatem interponat, ſicuti poſt *Iaſ. in l.1.§. Item
veniunt num.4. verſic. tu autem, & pluribus ſeqq.
ff. de acquir. poſſeſſ.*, *Tiraquell. de legib. connu-
bial. verb. contracter. gloſſ.5. num.196. & ſeq.*;
*alioſque*, videre eſt apud *Simoncell. de Decret.
lib.2. tit.5. inſpect.4. ex num.49. uſquè ad fin.
Baron. de effect. minor. ætat. effect.3. num.168.
Bonden. collect.27. num.33. & 34. lib.1. Caſtald.
conſult.3. num.2. & 3. Rot. dec.200. n.2. & 3.
cor. Cerr. & dec.608. num.9. cor, Dunoz. Iun.,
& in Romana Pecuniaria 17. Maii. 1697. §. Mi-
nùs ſuffragante, coram Reverendiſs. D. Molines
Decano, inter recollectas ad ornatum Card. de
Luc. de Donat. la 40. in ordine tom.1.*

Quia verò paſſim Profeſſores conſuli ſo-
lent præventivè circà modùm, quo poſſit ri-
tè, & rectè Minor, vel Mulier, tàm de Jure
communi, quàm ad formam Statutorum ob-
ligari, opportunum exiſtimavi quoddam re-
cenſere *Conſilium* de Anno 1678. Patrio ſer-
mone datum ad inſtantiam contrahere de-
bentium cum filio Marchionis Horatii del
Monte, credens, quod in eodem *Conſilio* con-
tineantur plura ad praxim utilitèr accomo-
data: Habebatur itaquè in præfato *Conſilio*,
ut ſequitur =

Dovendo in conformità della promeſſa
fatta dal Marcheſe Orazio del Monte, fare
obligare il Marcheſe Gio. Mattia di lui figlio-
lo maggiore d'anni 20., e minore di 25.,
crederci, che fuſſe prima expediente di con-
ſiderare in aſtratto quelle difficoltà, che po-
trebbero invalidare la ſuddetta obligazione,
per poſcia appigliarſi à quei ripieghi più oppor-
tuni, che ſecondo la prattica corrente, e la
diſpoſitione di ragione ſogliano in ſimili caſi
adoperarſi.

Due dunque ſono le difficoltà, e gl'oſtacoli,
che preſentemente ſi poſſono conſiderare,
l'una cioè l'eſſer figliolo di Famiglia, e l'altra
in età minore d'anni 25.

Per quanto appartiene alla prima, ſe ſi do-
veſſe caminare con i termini della ragion
commune, parerebbe ſenz'altro, che il pre-
detto Marcheſe Gio: Mattia poteſſe obligar-
ſi, non oſtante il vincolo della Patria pote-
ſtà; poichè non ſi tratta d'un Contratto di
Mutuo, nel quale per la proibizione del
*S. C. Macedoniano* vien proibito alli figli di
Famiglia il contrattare, mà ſemplicemente
ſi tratta di farlo accedere per ſigurtà alla
promeſſa dell'evizzione fatta dal Padre, nel
25 qual caſo non vi è legge veruna, che annulli
le fidejuſſioni de figli di Famiglia, anzi eſpreſ-
ſamente vien loro permeſſa, conforme litte-
ralmente vien deciſo nel Teſto della *l. filius
familias, C. de fidejuſſ.* ibi = *filius familias qui
pro Patre, quamvis in venditione fundi fidejuſſit,
tenetur*, ubi *gloſſ.* figurat caſum evictionis, cum
concord. per Rot *dec.120. n.1. & 2. coram Lu-
doviſ., dec.580. & dec 674. par.1. rec.* cum aliis
*in deciſ.1527. num.1. & 2. coram Coccin. Buratt.
deciſ.44. num.1.*

Perlochè atteſa la detta diſpoſizione del Jus
commune, non ſarebbe in verun conto ne-
ceſſaria l'emancipazione, la quale ſe bene
porta ſeco la facoltà di poter contrarre, come
ſe fuſſe Padre di Famiglia, tuttavia ordina-
26 riamente ſi prattica, e ſi ricerca ſolo nel ca-
ſo, nel quale ſi voglia habilitare il figliolo di
Famiglia à far Teſtamento, ò vero à poter
godere della libera amminiſtrazione de proprii
effetti, ſenza ſoggiacere à darne l'intiero uſu-
frutto al Padre, con ſomiglianti caſi, de i
quali parlano diffuſamente *Capyc. Latr. dec.134.
de qua infrà*, & latè *Suarez in Theſaur. rece-
ptar. ſenten. verbo Pater num.38., Surd. de alim.
tit.9. quæſt.20. num.29., Merlin. de legit. lib.1.
tit.2. quæſt.3. num.1. & lib.2. quæſt.26. n.29.,
Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap.3. par.1. gloſſ.8.
27 & ſeq.*, & in puncto, quod non differat filius
emancipatus à filio familias, dum uterque po-
teſt contrahere, excepta cauſa Mutui, & Vo-
ti, advertit *Cancer. var. reſ. par.1. cap.10. n.19.*

Mà perchè le medeſime leggi, ò almeno la
più commune interpretazione de *Dottori* con-
28 cedono in tal caſo al figlio di Famiglia la re-
ſtituzione in Integrum à titolo della leſione,
che dall'iſteſſo atto della fidejuſſione ſuol reſul-
tare, ad *Text. in leg.1. C. de fil. fam. minor.*,
*Surd. conſ.46. num.2. lib.1.*, *Odd. de reſtit. in
integr. par.2. quæſt.54. art.2. n.4.*, *Rot. cor.
Ludoviſ. ubi ſupra*, *Coccin. d. dec.1527. n.3.*

Perciò la ſteſſa *Rota*, & i *Dottori* hanno
concordemente tolto via queſt' obietto con la
29 conſiderazione, che quando s' obliga per un
atto lodevole, e prudenziale, cioè per il pa-
gamento de debiti della Caſa, per i quali po-
trebbe eſſere il Padre moleſtato, in tal caſo la
fidejuſſione reſti valida, e meriti più toſto la
lode, che la detta reſtituzione in integrum,
*Rot. d. dec.120. cor. Gregor. n.7. & ſeqq.*, *Coccin.
d. dec.1527. num.4. & ſeq.*, *Gratian. diſc.108.
num.44.*, *Narbon. de ætat. Anno 25. quæſt.15.
ſub n.9.*, *Baron. de effect. minor. ætat. effect.20.
num.50. & 51.*

Appli-

Applicando dunque al caſo noſtro, men-
tre la vendita delle Caſe tutta ſi converte in
pagamento de i debiti della Caſa del Monte,
conforme appariſce pienamente dall' Iſtro-
mento, non ſi può dire, che ſia la detta fide-
juſſione impiegata per un'atto leſivo, mà per
un'atto di gran convenienza di liberare il
Padre da tutte le veſſazioni de Creditori, che
30 ſi pagano con il ſudetto prezzo; di manie-
ra che vogliono per in fino, che ricuſando il
figliolo d'obligarſi, incorra la taccia d'ingra-
titudine, & inſieme il pericolo dell'eſereda-
zione, come egregiamente avverte *R. P. D.
meus de Luc. lib. 7. tit. de alienat., & contract. pro-
hib. diſc. 43. n. 8. & ſeq., Rot. cor. Greg. d. dec. 120.
n. 6. verſ. Domini etiam cum ſeq., Coccin. d.
dec. 1527 n. 4. & ſeq.*, appreſſo i quali ſi riſpon-
de anco all'obietto del meto reverenziale.

Ben'è vero, che in oggi frequentemente
li Statuti d'Italia hanno voluto, che ne i
Contratti de figlioli di Famiglia interven-
ghino alcune Solennità, ſenza le quali reſta-
no li medeſimi annullati, come particolar-
mente ſuccede per lo Statuto di Roma *al
Capitolo* 152.; onde riſpetto à ciò biſogna-
rebbe vedere, ſe al Monte Santa Maria vi
foſſe qualche Statuto particolare, perche ſe
bene, come di ſotto ſi dirà, devonſi ordi-
nariamente oſſervarſi le Solennità ſtabilite
dallo Statuto del luogo, dove ſi fà il Con-
tratto, tuttavia non ſi ricercando di ragione
commune alcuna Solennità, lo Statuto di
31 Roma anco in caſo, che il Contratto doveſ-
ſe quivi celebrarſi, non comprende nel detto
caſo di figlio di Famiglia maggiore, ſe non
li proprii Cittadini, e quelli, che hanno con-
tratto l'Incolato, ſecondo chiaramente ſi
deduce nel principio, ibi = *ut filii familias
Romani Cives, & Incolæ*, & notat ibidem
*Fenzon. d. cap. 152. n. 10., Rot. dec. 673. n. 2.
par. 1. diverſ.*

Io però ſtimarei, che anco in conſidera-
zione di queſta prima difficoltà fuſſe bene
(come meglio ſi dirà in fine) à cautela oſ-
ſervare le Solennità ricercate dallo Statuto
32 di Roma, perche queſte operano un'altro
favorevole effetto, cioè d'eſcludere per la
preſenza, & Intervento del Giudice più fa-
cilmente la leſione, ſecondo latamente fer-
ma *Gratian. d. diſcept. 108. n. 47. & ſeq., Lu-
doviſ. d. dec. 120. n. 25.*, & tradunt *Cyriac.
contr. 216. n. 8., Baron. d. effect. 20 n. 61.*

Le Solennità poi, che richiede il detto
Statuto di Roma in queſto *Capitolo* 152. non
ſono altro, che il Mandato, ò il conſenſo del
Padre, il quale ſe bene regolarmente non
puol' interporre il detto conſenſo, quando
riguarda un'atto ad eſſo favorevole, tutta-
33 via communemente vien limitata queſta
propoſizione, ogni volta, che lo Statuto ricer-
ca il conſenſo del Padre non per autorizzare
la Perſona del figliolo, mà in riguardo del
pregiudizio del medeſimo Padre, conforme
hà diſtinto in queſti termini la *Rota coram
Burat. dec. 44.* & notat *Fenzon. in d. cap. 152.
n. 97. & ſeq.* latè *Merlin. Pignatell. controv.
for. cap. 99. centur. 2.*

Mà in ogni caſo con l'iſteſſo Decreto del
34 Giudice reſtarebbe parimente ſuperata
queſt' oppoſizione, e ſervirebbe ſenz' altro
ad autorizzare la detta perſona del figliolo,
*Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 416. n 44., Maur.
de fidejuſſor. par. 2. cap. 1. ſect. 8. par. 1. n. 20.,
Duard. de Cenſib. §. 1. quæſt. 19. n. 23., Cenc. eod.
tract. quæſt. 15. n. 12. verſ. quæ multò magis, Can-
cer. var. reſol. lib. 2. cap. 1. n. 71. & n. 75. cum
ſeqq., Gratian. deciſ. March. 95. n. 2. & dec. 186.
n. 21. & 22., Rot. dec. 59. n. 3. & dec 60. n. 3.
poſt Pic. ad Stat. Urb., & deciſ. 20. num. 11.
& 12. poſt Cenc. de Cenſib.*

Si chè quando ſi doveſſe caminare in ri-
guardo ſolamente dell' eſſere il Marcheſe
Gio. Mattia figlio di Famiglia, non ci ſareb-
be biſogno d'altre Solennità, nè tanpoco
dell' emancipazione, & in conſequenza ſi
35 sfuggirebbe la diſputa, ſe per la vicinanza
dell'atto frà l'emancipazione, e l'obligo del
figliolo, l'emancipazione ſi poteſſe conſide-
rare fraudolenta, come fù diſputato nel Con-
ſiglio di Napoli, *Thor. in compend. deciſ. par. 2.
verb. obligatio ab aliquo in fin. & par. 3. verbo
emancipatio*.

E molto meno occorrerebbe l'eſaminare,
ſe la detta emancipazione, che è ſtata fatta
ſotto li 15. di Giugno avanti l'A. C. in vigo-
re di Mandato per Epiſtolam del Marcheſe
Orazio ſuo Padre, ſoggiaceſſe à qualche
nullità, ſopra di che meglio, e più opportu-
namente ſi diſcorrerà nel fine della preſente
Iſtruzzione.

Venendo dunque alla ſeconda parte della
minorità, conviene parimente diſtinguere
la diſpoſizione della ragione commune da
quella delli Statuti, perchè atteſa la prima
parte, non vi ſarebbe altr'oſtacolo, che la
ſopraccennata reſtituzione in integrum tol-
ta dalle predette circoſtanze, mentre il Teſto
36 chiaro nella detta *l. 1. C. de fil. fam. minor., Go-
mez. var. tom. 2. cap. 13. n. 19., Barboſ. in collect.
ad d. l. 1. n. 3., Molin. de Iuſt., & Iur. tract. 2.
diſput. 540. n. 25. verſ. minor, Rebell. de oblig. Iu-
ſtit. par. 2. lib. 16. de contract. fidejuſſ. quæſt. unic.
n. 14.*, ammettono per valida l'obligazione
del figliolo per il Padre, mà in certi caſi, che
rimaneſſe leſo, ſemplicemente ſe li concede
la prefata reſtituzione.

Atteſa poi la ſeconda parte delli Statuti,
biſognarebbe parimente oſſervare, ſe al Mon-
te Santa Maria vi fuſſe lo Statuto, che abbre-
viaſſe la minore età, come fà quello di Ro-
ma, che la riduce ad Anni 20., poichè ſe in
detto luogo la minore età fuſſe riſtretta al
detto termine, ſi ſarebbe fuori di difficoltà,
e baſtarebbe il pratticare la forma preſcritta

dal Jus commune, ò dal detto Statuto di Ro-
ma *Cap.*152.; mà quando fuſſero nel medeſi-
mo luogo reputati minori per lo Statuto ſino
à 25. Anni, biſognarebbe onninamente oſſer-
37 varlo: mentre ſe bene è communemente
riceuuta la regola, che ſi devano oſſervare
le Solennità del luogo, dove ſi celebra il
Contratto, *Bald.*, *& alii in l.cunctos Populos,*
*C.de Summ. Trinit.*, *& Fid.Catholic.*, *Menoch.*
*conſ.*819., *Cyriac.contr.*252.*n.*26., *& ſeqq.*, *Bu-*
*ratt. deciſ.*27.*n.*7. cum aliis per *Rot.dec.*238.
*par.*6. *recen.*; nientedimeno è anco commu-
38 nemente ricevuta la limitazione, che quan-
do ſi tratta di due Statuti, che diverſifichino
nell'abbreviazione dell'età, ſi deve ſempre
attendere lo Statuto della Perſona, e non del
Contratto, per le ragioni dottamente pon-
derate dal *de Luca dicto lib.*7. *de alien.diſc.*29.
*per tot.* ubi *ſub n.*6. allegatur *Rot. deciſ.*260.
*n.*6., *& dec.*294. *n.*3. *cum ſeqq. par.*6., *dec.*162.
*n.*6. *poſt Zacch. de oblig. Camer.*, *& dec.*126.
*n.*54. *& ſeqq. par.*12. *rec.*

Queſto diſcorſo però fatto fin hora non ſerve ad altro, che à ſapere l'intoppi, che ſi ſogliono incontrare, e per poter havere la quiete, e ſicurezza d'haver bene eſaminate le difficoltà, che ci potevano accadere.

Del reſto giachè ſiamo (come ſi ſuol dire) *in fieri*, onde ogni prudenza richiede di caminare con tutte le più valide circouſpezzioni, lo ſtimarei, che per toglier via ogni ſcrupolo baſtaſſe fare il Contratto con tutte le forme preſcritte dallo Statuto di Roma nel *Capitolo* 151., che ſenza dubbio è più rigoroſo, e racchiude le Solennità dell'altro ſeguente *Capitolo* 152., cioè narrare fedelmente al Giudice la ſoſtanza della vendita fatta dal Marcheſe Mario, & Orazio del Monte con l'obligo di far accedere per ſigurtà il Marcheſe Gio: Mattia, anzi per maggior cautela inſerirvi l'Iſtromento, narrar parimente l'emancipazione ſeguita, e ſupplicare il Giudice con l'intervento de più proſſimi, e con la preſenza del Padre, & in difetto d'eſſi Proſſimi con l'autorità di legitimo Curatore, che atteſa l'eſpreſſione della ſopraccennata cauſa lodevole, e prudenziale, e perciò non dannoſa, interponghi il ſuo Decreto, e la ſua autorità, mentre le *Dottrine*, e *Deciſioni* riferite di ſopra hanno dichiarata per valida la ſigurtà del figliolo, benchè ſi trattaſſe di figliolo di Famiglia, e di minore copulativamente.

Et in verità non ſolo non può mai nuoce-
39 re l'haver fatto à Cautela queſt'atto, *Fælin.*
*in cap. cùm ordinem ſub n.*2. *de reſcript.*, *Put.*
*deciſ.*334. *in fin. lib.* 2., *Spad. conſ.*78. *n.*6. *lib.*3.;
mà col caminare paleſemente nell'eſprimere
tutta la ſerie del negozio, reſtarà ſenz'altro
il Contratto perfetto, ſincero, e ſenza frau-
de, & eſcluſivo d'ogni rimedio di nullità, e
di reſtituzione, come ſi è detto; & eſſendo il
detto Statuto più rigoroſo nella forma di
quello, che preſcrive l'altro del *Capitolo* 152.,
e che poſſi preſcrivere ogn'altro Statuto di
S. Maria, baſterà ſempre l'haver caminato
40 con l'oſſervanza delle Solennità determina-
te dal luogo, dove ſi ſtipola l'Iſtromento,
conforme oltre li ſopradetti *Autori* ha riſo-
luto pienamente la *Rota in alleg.dec.*294.*n.*7.
*& ſeq. eadem par.*6.*rec.*, *& dec.*200.*n.*11.*cor.*
*Bich.*, *Ciccin. deciſ.*116. *n.*4, *& deciſ.*133. *à*
*n.*3., *& ſeqq.*

E' neceſſario però ancora, che c'interven-
ga l'inſinuazione ſecondo la forma ordinata
dalla Conſtituzione Egidiana *lib.*5. *cap.*25.,
perchè queſta abbraccia ancora li Contratti
41 fatti in Roma, particolarmente quelli de
Minori Forenſi, ſecondo quello, che hà de-
terminato la Rota *deciſ.*204. *num.*1., *& ſeqq.*
*coram Pentinger.*, *deciſ.*260. *n.*3. *&* 4., *& de-*
*ciſ.*294.*n.*4 *par.*6.*recen.*, *& deciſ.*200.*per tot.*,
& ſignanter *n* 4.*cum ſeq.*, *& dec* 588. *n.*10. *&*
*ſeq. coram Bich.*, apud quem diſtinguitur in-
ter Romanum, & Forenſem Romæ contra-
hentem.

Di qui è, che non credo neceſſario il venire ad altra nuova emancipazione, mentre, come ſi è detto, quando anche la fatta fino al preſente poteſſe patire alcun oſtacolo, che non credo, non potrebbe riſultarne altro, ſe non che ſi doveſſe havere il Marcheſe Gio: Mattia, come al preſente, ſiglio di Famiglia; mà queſta qualità, nè ſecondo il Jus commune (per le ragioni, & *Autorità* ſopra fermate) impediſce il figliolo di Famiglia ad entrar ſigurtà, maſſimamente per il Padre, nè per lo Statuto di Roma porta alcun'impedimento, mà ſolo l'eſſere in Patria poteſtà diverſifica in doverſi pigliare li Congiunti, e Proſſimi dal canto di Madre ad autorizzare il Contratto, ibi = *Et ſi ſub Patria poteſtate exiſtant, vocentur ex linea materna, & nihilominùs præſentia Patris interveniat, & ſi aliqui Conjuncti non exiſterent, cum Curatoris legitima authoritate, ac ſemper cum Judicis competentis Decreto, cauſa in ſcriptis illi expreſſa, & inſinuata, ac plenè cognita.*

Diſſi, che non credo, che la ſuddetta
emancipazione patiſca alcun difetto; poichè
riſpetto all'eſſer fatta fuori di Stato potreb-
be portare qualche faſtidio, quando fuſſero
venuti à poſta à celebrare il detto atto, e non
ſteſſero i Marcheſi del Monte occaſional-
mente per altro ad habitare in Roma con
Caſa aperta, e Famiglia, come è notorio,
nel qual caſo non entrano quelle *Dottrine*,
che hanno ſuppoſti ſimili Contratti per frau-
42 dolenti, perche parlano, quando appoſta-
tamente le Parti ſe n'eſcono fuori di Stato
per ſtipolare li Contratti, con altre circo-
ſtanze ancora, che ſi richiedino per convin-
cere il dolo, e la fraude, conforme ſi può ve-
dere

dere nel *Riminald. Jun. conſ.42. n.54. & 56. verſ. quin, & accedit, & conſ.437. n.4. & ſeq., Turrett. conſ.25. n.7. lib.1., Facbinæ conſ.22. n.9. & 10.*, quos refert, & ſequitur diſtinguendo *Rot. dec.238. n.10. par.6. rec.*

Onde eſſendo l' A. C. ſenz'altra difficoltà
43 Giudice competente, & Ordinario di tutti li Foraſtieri habitanti in Roma, ut ex *Conſtitutione Gregorii XIV. incipien. = ad generis = impreſſ. poſt Saluſt. Tiber. in prax. lib.4.* & ex *Conſtitut. Pauli V. incipien. = Eximiæ = in ordine la 28., Ridolph. in prax. par.1. cap.7. n.51., & par.3. cap.5. num.420.*; non vi è dubbio, che l'emancipazione circa queſto capo ſi ſoſter-
44 rebbe, richiedendo eſſa ſolamente, che ſi faccia avanti un competente Giudice Ordinario, juxtà *Text. in l.6. C. de emancipat. liber. Harpreƈt. in §. Prætereà, Inſtit. tit. quib. mod. jus patr. pot. ſolvitur, Aſcan. Clemens de patr. pot. cap. ult. n.79., Boſſ. eod. tract. cap.2. §.6. n.58. verſ. Hodiè tamen, Cyriac. contr.319. n.43., Peutinger. dec.151. n.11. Paſch. de virib. patr. pot. par.1. cap.6. n.130.*, & in terminis Judicis habentis de conſuetudine Juriſdiƈtionem in Forenſes, *Text.* eſt litteralis *in l.1. C. de emancip. liber.*

Riſpetto poi all'eſſer fatto per via di Man-
45 dato, da queſto non ne riſulta altro, ſe non la neceſſità della ratificazione, *Curt. Jun. conſ.4. Soccin. in conſ.47. n.36. vol.4., Paſchal. de patr. poteſt. par.1. dict. cap.6. n.129.*, la quale troppo chiaramente reſtarà adempita, quando
46 con la preſenza, conſenſo, & auttorità del medeſimo Padre ſi celebrarà il Contratto con la precedente narrativa della già ſeguita emancipazione, come in termini più forti *Cravett. conſ.197. num.14. verſ. quinimò, Caſtren. conſ.465. n.5. vol.1., & conſ.382. n.2. vol.2., Surd. conſ.262. n.70. Gabr. conſ.149. num.78. lib.2., Cyriac. contr.289. n.40., Rot. deciſ.95. n.4. par.1. rec., & cor. Gregor. deciſ.311. num.16.*

Ne meno puol oſtare la preteſa fraude; perchè, ciò che ſia nel caſo riferito dal *Thoro*, nel quale vi concorrevano molte circoſtanze, che l'obbligo medeſimo del Padre era eſtorto in Carceribus, e vi era in oltre l'ingiuſtizia della Carcerazione, certo è, che ordinariamente tutti li *Dottori*, che parlano
47 di queſta fraude, trattano ne i termini della fraude riſpetto al terzo, cioè d'emancipare la propria figliola ad effetto, che la di lei robba, che andarebbe per altro à ſuoi figlioli, e ſucceſſori di quelli, vadi à benefizio del Padre, *Menoch. conſ.108. n.19., & conſ.334. n.49., Boſſ. de patr. pot. cap.2. §.6. n.69., & 70., Capic. Latr. dec.134., Honded. conſ.32. ex n.48. lib.1.* cum aliis *in Romana Teſtamenti 19. Iunii 1676. §. Secundò quia, cum ſeq. cor. R.P.D. meo*
48 *Taya*; vel in caſu fraudandi Creditores, *Cyriac. contr.319. per tot.*, & anco in queſte circoſtanze, quando l'atto ſia conveniente, e
49 prudenziale, come ſi è conſiderato nel noſtro caſo, non hanno mancato li ſuddetti *Dottori* d' approvare per valida l'emancipazione, ex late deductis per *Capyc. latr. dict. dec.134. n.16. & ſeqq.*

Ma ſia ciò, che ſi voglia, à mio giudizio non fà, ne farà mai di biſogno l'entrare in queſta diſputa, perchè la qualità di figliolo di Famiglia molto meno può reſiſtere, ſe non ſi hà in conſiderazione quella di Minore, ſecondo ſi è fermato fin' hora: onde terminando il preſente diſcorſo giudicarei, che ſeguendo l' Iſtromento con le formalità ſopra accennate, ſi poteſſe vivere con una totale pace, e ſicurezza, e ſolo per una certa maggior ſodisfazzione ad effetto d' inſerirvi le particolarità, e le Clauſole piu opportune, e neceſſarie, ſarebbe bene mandare di Firenze la minuta dell' Iſtromento da celebrarſi, ò vero di Roma; Quale poi riveduta, ſervirebbe à ſtenderlo nella formola più ampla, e conſueta.

*NOVA ADDITIO.*

Ultrà recentes *Deciſiones* enunciatas in *præinſerta Additione ſub n.19.*, quæ canonizant præſumptam extinƈtionem Cenſus ob lapſum longiſſimi temporis abſquè ulla petitione fruƈtuum, aliaſque circumſtantias id-
50 ipſum ſuadentes, non inutile videtur ſuperaddere alias recentiores reſolutiones, quæ in eumdem ſenſum collimarunt, videlicèt *in Callien. Liberationis à moleſtiis 24. Aprilis 1705. §. Et ſanè, cum ſeq., cor. R.P.D. meo Priolo, & in Cornetana Cenſus 1. Martii 1706. per tot. cor. Eodem*, ubi paſſim allegatur *præſens Dec.60. coram Me*, ac deniquè *in Nullius*, ſeù *Terræ Pontiani Cenſus 19. Aprilis* paritèr 1706. *§ Abſquè eo, quod, cor. R.P.D. meo Kaunitz, & in Neapolitana Cenſus* 13. Decembris 1709. *ex §. Præcipuum, cor. R.P.D. meo Lancetta.*

Licèt, ubi lapſus temporis longævi, & caſus, de quo agatur, non exiſtat communitus aliis circumſtantiis, vel præſumptionibus in extinƈtionem conſpirantibus, oppoſitum videatur ſentiiſſe idem Sacrum Tribunal *in Callien. Salviani 1. Febr. 1706., & 28. Martii 1707. cor. prælaudato R.P.D. meo Priolo.*

## LEODIEN. MONASTERII.

*Veneris 4. Julii 1698.*

## ARGUMENTUM.

Quamvis per diſpoſitionem *Text. in cap. ne pro defeƈtu, de eleƈt.* eleƈtio debeat fieri intrà tres Menſes; Tamen id limitatur, quandò ardet Bellum in illis Partibus, vel aliud concurrit legitimum impedimentum. Impetrans Abbatiam ob non factam eleƈtionem intrà tempus à *diƈta Decretali* præſcriptum, debet de neceſſe exprimere Pontifici poſſeſſionem alterius, etiamſi

etiamſi illa nulla prætendatur: Plura capita adducuntur circà nullitatem Capituli Provincialis, & Electionum in eo ſecutarum, & ſignanter, quia concurrebat abuſus Laicæ poteſtatis, quod quando verificari dicatur, latè demonſtratur.

*SUMMARIUM.*

1 *Electio Prælati in Eccleſiis tàm Cathedralibus, quàm Regularibus fieri debet intrà tres Menſes à die vacationis.*
*Aliàs electio facta poſt dictum terminum remanet nulla, irrita, ac defectuoſa, ibid.*
*Limita, quoties Electores fuerunt præpediti ex cauſa Belli, vel alterius legitimi impedimenti, nam tunc Electio etiam ultrà Trimeſtre facta ſubſtinetur, n. 18. & 20.*
*In Eccleſiis tamen ſitis in Diœceſi Leodien. electio vigore particularium Indultorum fieri debet infrà Menſem à die vacationis, n. 3.*
*Quod ſanè militat tantummodò in Eccleſiis, & Beneficiis Sæcularibus ejuſdem Diœceſis, num. 11.*

2 *Subreptio non oritur ex taciturnitate actus omninò nulli.*

4 *Electio, quæ non ſit facta intrà tempus è Iure Statutum, antequam devolvatur ad Sedem Apoſtolicam, gradatim ſpectat ad Superiorem, qui illam confirmare debuiſſet.*
*Debet tamen Superior in hoc caſu procedere ad electionem per viam juris devoluti, alias ſi procedat per viam confirmationis actus nulli, intrat devolutio ad Sedem Apoſtolicam, n. 5.*
*Rurſus debet Superior procedere ad electionem ex integro intrà tres Menſes à die devolutionis, quibus elapſis jus eligendi devolvitur ad Papam, n. 6.*

7 *Papa in proviſione Beneficiorum poteſt prævenire quemcumque Ordinarium collatorem.*
*Et quomodò cognoſcatur, quod intellexerit procedere per viam hujuſmodi præventionis, ibidem.*

8 *Confirmatio non importat actum de novo, ſed ſimpliciter corroborat actum præcedentem, quatenùs ſit confirmabilis.*

9 *Confirmatio electionis prætendi non poteſt, niſi afferatur confirmare debenti publicum ipſius electionis Inſtrumentum.*

10 *Impetratio Beneficii eſt ſubreptitia, niſi fiat mentio de actuali illius poſſeſſore, licèt talis poſſeſſio prætendatur injuſta, & n. 12.*

13 *Electio à legitimo Superiore confirmata habet pro ſe omnem præſumptionem validitatis, & n. 14.*

15 *Ordo Ciſtercienſium in materia Electionum ex peculiaribus Privilegiis remanet exemptus à limitatione temporis à Iure SS. Canonum præſcripti.*
*Eademque exemptione, & privilegiis gaudet Ordo Fratrum Minorum, n. 16.*

17 *Privilegiorum communicatio quid operetur inter Ordines Regulares.*

19 *Abſentes de Jure debent ad electionem vocari.*

21 *Abſentes poſſunt conſtituere Procuratorem ad dandum Suffragium in Electione, quandò adeſt juſta cauſa abſentiæ.*
*Non poſſunt tamen dare Suffragium, illud per Epiſtolam tranſmittendo, n. 22.*

23 *Quando à Capitulo fuit reſtricta electio ad duos, vel tres, nominari non poſſunt alii in præjudicium talium Candidatorum.*

24 *Conſtitutiones cujuſcumque Ordinis debent pro lege obſervari in materia Electionum.*
*Adeò ut Electio celebrata contrà formam in eiſdem Conſtitutionibus præſcriptam ſit penitùs nulla, & irrita, n. 25.*

26 *Conſuetudo particularis cujuſcumque Ordinis ſervari debet in materia Electionum.*

27 *Iudices Cauſarum in Capitulis Generalibus, vel Provincialibus ad quem finem ſoleant deputari.*
*Et quomodo hujuſmodi Iudices Cauſarum eligantur in Religione Auguſtiniana, n. 28.*

29 *Appellatio regularitèr datur à Iudice inferiori ad majorem, ſeù Superiorem.*

30 *Præſes Capituli quam Iuriſdictionem habeat in legitimatione Vocalium.*

31 *Excommunicatus eſt ineligibilis ad Dignitates, & Prælaturas.*

32 *Diffamatio in materia gravi ſufficit ad reddendum aliquem inligibilem.*

33 *Electio facta per Vocales excommunicatos eſt nulla, & irrita.*

34 *Electio facta per habiles, & inhabiles ſimul, in totum irritatur.*

35 *Electio facta per abuſum, ſeù interventum Laicæ poteſtatis, eſt omninò nulla.*
*Et quandò Electio dicatur facta cum tali abuſu, & ideò collabeſcat, n. 36. 37. & 39.*
*Et an ceſſet talis abuſus, ac nullitas, ſi Laici ſimpliciter interveniant Electioni ad finem protegendi Vocales à quibuslibet violentiis, num. 38.*

40 *Electio eſt nulla, quando fuit datus aliquis Scrutator, qui non erat de gremio Capituli.*

41 *Electio debet fieri per Vota ſecreta.*
*Idque procedit in electione nedùm Definitorum, ſed etiam cæterorum Officialium Capituli, n. 42.*

43 *Electio procurata mediantibus Schedulis ab ipſa Electa præcedenter apud Vocales conſparſis, eſt penitus nulla.*
*Idemque eſt de electione ad aliquem reſtricta per ſubornationem Superioris, n. 44.*

## DECISIO LXI.

FRetus cenſura *Text.*, ſivè ſanctione Concilii Generalis Lateranen. *regiſtrat. in cap. Ne pro defectu, de elect.* Joſeph (ut nuncupant) de la Nave, Profeſſus in Ordine Ciſtercienſi, à Sanctiſſimo Domino Noſtro Litteras impetravit pro aſſecutione Abbatiæ Monaſterialis S. Remigii ſitæ in Comitatu Rupefortenſi; Expoſuit namque eidem Sanctiſſi-

ctiſſimo, quod contrà reluctantiam memo-
ratæ Oecumenicæ determinationis, ſivè ob
non tactam intrà legitimum tempus ab iis,
ad quos pertinet, electionem, Monaſterium,
ſeù Abbatia, de qua ſuperiùs, Abbatis re-
gimine deſtitutum exiſteret: ſed oppugnan-
te Hugone Monaco ejuſdem Ordinis, &
actuali poſſeſſore Abbatiæ hujuſmodi Litte-
ras, in trutina Juſtitiæ procellnit oppugna-
tio; fuitquè reſolutum, præfatas Litteras
non eſſe exequendas.

Quamvis enim non careret Joſeph aperta
demonſtratione, quod prætenſa per Hugo-
nem electio celebrata foret extrà tempus ſa-
croſanctè præfinitum in prædicto Generali
Concilio occurrere ſatagenti *periculis Ani-
marum, & Eccleſiarum indemnitatibus provide-
re* (proùt exprimitur etiam in littera prædicti
*Textus in cap. ne pro defectu*,) & idcircò ter-
minum tàm in Eccleſiis Cathedralibus, quàm
1 Regularibus reducenti ad tres Menſes, quo
ſanè termino præterlapſo velut in pœnam
viduitatis per ambitum, vel abuſum pluſ-
quàm par eſſet toleratæ, electiones ex poſt
initæ ab habentibus de cætero eligendi pote-
ſtatem remanent nullæ, irritæ, ac defectuo-
ſæ, ex animadverſis per *Barboſ. vot. dec. 106.
ſub n. 58. lib. 3., Lavor. var. lucub. lib. 10. tit. 12.
n. 5., Antonell. de temp. legal. lib. 3. cap. 16. n. 26.,
Paſſerin. de elect. cap. 13. n. 19., Matt. in Com-
ment. ad Concord. German. n. 70., Rot. in Leo-
dien. Abbatiſſatus* 7. *Februarii* 1684. §. *Acce-
debat etiam*, & 28. *Aprilis ejuſdem Anni*
§. *Primò, cor. clar. mem. Card. Matthejo*.

Atquè idcircò Apoſtolica proviſio repor-
tata per eumdem Joſephum ſub præfata
narrativa undequàque ſubſiſtere videretur,
dum ex ipſamet confirmatione, quam à Su-
periore Generali conquiſiverat Hugo, lique-
bat, nedùm prædictum terminum trium
Menſium, ſed etiam ferè ſeptem à die vaca-
tionis extitiſſe tranſactum antequàm Hugo,
uti prætendebat, remanſiſſet electus; vaca-
tio namquè ſucceſſerat ſub die 25. Maii An-
ni 1695., & electio (ut habetur ex tenore
ejuſdem confirmationis initæ per Superio-
rem Generalem) non emanaverat, niſi ſub
2 die 23. Decembris ejuſdem Anni, undè da-
ta nullitate electionis, neque etiam videba-
tur neceſſarium facere mentionem de hujuſ-
modi actu nullo juxtà not. per *Noal. conſ. 43.
ſub n. 7. verſ. ideò videmus, Rot. cor. Cavaler. de-
ciſ. 280. ſub n. 11. verſ. hinc ſequebatur, dec. 317.
in princip., & dec. 333. ſub n. 1. verſ. undè ſeque-
batur, & cor. Baratt. dec. 209. n. 3., & in rec.
par. 3. dec. 736. n. 1. in fin., & in Sypontina, ſeù
Nullius Archipresbyteratus* 28. *Nove.* 1646.
§. *fin. cor. clar. mem. Card. Hieronymo Veroſpio*.

Et eo maximè ponderando, quod eadem
nullitas augebatur, dum attenta ſituatione
3 Abbatiæ intrà limites Diœceſis Leodienſis,
intrabant particularia Indulta Sixti V., &
Urbani VIII. coarctantia terminum legalem
trium Menſium ſancitum in prædicto *cap. ne
pro defectu*, ad intervallum unius Menſis,
quemadmodum referunt *Chokier. ad Reg. 3.
Cancell. n. 16., Nicolart. ad Concord. German.
tit. 1. dub. 1. §. 12. & dubb. 11. §. 10., Matt.
de Cauſ. Conſiſtor. ſect. 19. §. 3. n. 54.*

Abſquè eò, quòd juvari poſſet Hugo con-
firmatione Superioris Generalis, quaſi quod,
4 priuſquàm devolutio fieret ad S. Sedem,
ipſamet confirmatio, quæ medio tempore
ad ejus favorem proceſſerat, ſortiri valeret
efficaciam illius juris eligendi, quod grada-
tim per anteà ſpectaſſet ad eumdem Abba-
tem, ſeù Superiorem Generalem, ſicuti be-
nignè, & ſalubriter ſtatutum fuit in eodem
Concilio Generali, ſeù *Text. in cap. ne pro de-
fectu, verſ. intrà quos, de elect., Barboſ. de jur.
Eccleſ. lib. 1. cap. 19. n. 85., Peyrin. de offic. Sub-
dit. Regular. tom. 1. quæſt. 1. cap. 31. not. 9. &
tom. 3. in formul. Prælat. Regul. lit. C. cap. 21.
n. 1.; Paſſerin. de elect. cap. 31. n. 42.*

Quoniàm multiplex, & prævalida inſta-
bat reſponſio, primò nempè, quod Abbas,
ſeù Superior Generalis uſus non fuit præfata
poteſtate Juris eligendi gradatim ad ſe devo-
luti, ſed (ut præmiſimus) proceſſit per viam
confirmationis ſuper electione jam facta,
5 quapropter manifeſtè locum ſibi vindicabat
Adagium = *quod potui nolui &c.*, ut in proxi-
mis terminis *Card. de Luc. de Benef. diſc. 30.
n. 20., Rot. dec. 180. n. 17. & 18. par. 18 rec.*

Secundò, quia & eadem confirmatio,
quando etiam induere poſſet vim electionis
intermediæ, pari vitio laborabat, ex quo
prodiit ſub die 16. Februarii 1696. de quo ſa-
nè tempore apparebant à ſupradicta die va-
cationis ultrà defluxi tres alii Menſes, qui
pro efformanda Schala devolutionis deter-
minantur in toties laudato *cap. ne pro defectu*;
6 quamobrèm ſucceſſivè, & citrà difficulta-
tem, idem Jus eligendi, ſeù providendi de-
volutum fuerat ad Papam, vel uti Patriar-
cam Occidentalem, vel uti Principem, &
Supremum Caput Eccleſiæ univerſalis per
univerſum Orbem diffuſæ, ut uno ore con-
cordant *Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 27.
quæſt. 2., Sigiſmund. à Bonon. de elect. dub. 12.
n. 2., Pignatell. conſult. Canon. tom. 10. con-
ſult. 58. n. 6. & conſult. 60. n. 8.*

Tertiò demùm, quia cùm in litteris Apo-
ſtolicis à Joſepho obtentis fuerit appoſita
Clauſula = *dummodò tempore datæ præſentium
eidem Monaſterio de Abbate proviſum non fuerit*
utiquè, præſuppoſita ſemper nullitate primæ
electionis, tanquàm factæ extrà terminum,
7 inquantum ageretur de novo Jure alterius
Electoris intermedii, & inferioris, Pontifex
noſcebatur per hanc Clauſulam voluiſſe,
proùt indubitantèr poteſt, prævenire quem-
cumque Ordinarium, ad trad. per *Add. ad
Gregor. dec. 314. n. 6., Lotter. de re beneſ. lib. 2.
quæſt. 51.*

*queſt.51.n.16.& 17., Epiſc. de Roſa de execut. litt. Apoſt. par.1.cap.6.n.65., Rot. cor. Coccin. dec.2129.n.14., & dec.25. n.29.par.10.rec., & in Colonien. Parochialis 1. Feb. 1686. §.1.in fin.cor.bo.mem. Emerix Decano*: Et quòad prænarratam confirmationem, jam ſuprà oſtenſum fuit, quod Superior Generalis effectivè per anteà non elegerat, ſed proceſſerat per
8 modum puræ confirmationis, quæ non facit actum de novo, ſed corroborat, quando de ſui natura ſit roborabilis, actum præcedentem, ut ait *Cæleſtinus III. in cap. cùm Monaſterium 13.in fin. de elect., Peyrin. de offic. Subdit. Regular. d. qu.1. cap.38.§.11. poſt med. verſ. dico octavò, & ſeq., Donat. in prax. Regul. tom.2. tractat.7. quæſt.12.n.1. & ſeqq., Matth. de Cauſ. Conſiſtor. ſect.20.n.42. & ſeq.*

Atque hæc, quæ Scribentes pro Joſepho ſolidè promovebant, non parùm apud Dominos cùm aſſueta maturitate penſantes deliberationes Cauſarum, urgebant de per ſe, multòque magis, quia nec in rei veritate ſub oculis ponebatur Inſtrumentum ipſum electionis, quàm ſecutam fuiſſe ſub die 23. Decembris; ſolùm præſupponebat poſterior confirmatio Superioris Generalis, & tamen
9 hujuſmodi Inſtrumentum electionis eſt Petra fundamentalis, ſinè qua non poteſt extolli confirmatio, vel ullum jus à prætendente ſe electum fundari, quemadmodùm videre eſt *in cap. innotuit 20 poſt princ. ibiquè Gloſ. verb. Decreto, & Abb. n.15. & 16. de elect., Petr. Gregor. Tholoſan. in jus Canon. eod. tit. de elect. ca.19. n.3., Layman. de Prælat. Eccleſ. elect. cap.10. num.110., Frances de intruſ. quæſt.70. ſub n.18.*

Cæterùm juremeritò præcelluit, ut diximus, contraria ſententia, quævè non obſtantibus hujuſmodi diſcurſibus, ac propoſitionibus firmiores radices, & fundamenta conſtituebat non in contrario, ſed in diverſo, ac præcedentis Concilii Lateranen. declarativo reſponſo *Alexandri III. in cap. cùm noſtris 6. de conceſſ. Præbend.* in cujus ſanè Theſi adamuſſim exponitur, *quod cùm Præpoſitura Eccleſiæ Lauſan. tempore tanto vacaſſet, ut ſecundùm Statuta Lateranenſis Concilii ad nos* (ut inquit Pontifex) *eſſet ejuſdem donatio devoluta, Epiſcopo, & Canonicis Lauſan. mandavimus, ut Præpoſituram ipſam Theſaurario Lauſan. conferrent, quibuſdam ſuper hoc Executoribus deputatis*: *Verùm* (ut ſubjungitur) *prædicti Epiſcopus, & Canonici literis receptis prædictam Præpoſituram non vacare dixerunt, quia licèt ille, qui Præpoſitus fuerat, in Epiſcopum fuiſſet aſſumptus, ad ipſam tamen Præpoſituram poſt Conſecrationem ſuam denuò fuerat ab ipſis Canonicis electus, & eam, ſicut anteà, poſſidebat, quod dicti Executores, dicentes contrarium eſſe Iuri, ipſam Præpoſituram de Iure vacantem authoritate Apoſtolica prædicto Theſaurario aſſignarunt.*

At nihilominùs cùm etiam tunc uni ex noſtri Ordinis Auditoribus commiſſa fuerit
10 Cauſæ relatio, cenſuit is, litteras ejuſdem *Alexandri* eſſe pariter ſubreptitias, & inexequibiles, ſicuti proſequitur littera ejuſdem *Textus*, ut ibi = *Auditor igitùr ſuper hoc datus à Nobis de mandato noſtro decrevit, ut quod à memoratis Executoribus factum fuerat obtentu litterarum noſtrarum, eo quod per falſi ſuggeſtionem, & veri ſuppreſſionem fuerant impetratæ, cùm Præpoſitura illa non vacaret de facto, quia talis poſſeſſio plus habet facti, quàm Iuris, haberetur irritum, & inane*, quam ſanè ſententiam poſtremò confirmavit Pontifex, *& Gloſſ. principalis* benè annotavit: *non valent litteræ ad Beneficium impetratæ, quæ de alterius colorata facti poſſeſſione non faciunt mentionem.*

Applicando igitur ad rem, dum Hugo, qui etiam ſe prætendebat Canonicè electum, & mediante confirmatione ſui Superioris Generalis ſtabilitum in ſua electione, revera, & citrà dublum in actuali facti poſſeſſione Abbatiæ reperiebatur, profectò ad normam èjuſdem deciſionis Auditorii noſtri, tunc approbatæ per Papalem roborationem, inania reddebantur omnia motiva, quæ in oppoſitum hucuſque pro parte Joſephi inſinuata extiterunt; Nam etiam quando electio facta per Monachos (præciſivè ab Indultis Six-
11 ti V., & Urbani VIII., quæ locum habere dumtaxat in Eccleſiis, & Beneficiis ſecularibus patefacit ipſa littera, & in fortioribus dixit *Rot. in dicta Leodien. Abbatiſſatus 7. Febr. 1684. §. fin. cor. clar. me. Card. Matthejo*) foret pluſquàm nulla, nullaque non minus, & ſpernenda confirmatio Abbatis
12 Generalis, adhùc ſemper ſubſiſtit, quod ad tenorem prædicti *cap. cùm noſtris, de conceſſ. præben.* ruerent litteræ Joſephi, quæ de actuali facti poſſeſſione ipſius Hugonis nullo modo mentionem faciebant, ut evidens eſt ex præmiſſis, & ad ornatum ſequuntur *Bero. in cap. ſuper litteris n.72. verſ. decimoſeptimè, de reſcript., Menoch. de arbitr. caſ.201. n.139. & 149., Garz. de Benefic. par.10. cap.1. n.48., Lotsber. de re benefic. lib.3. quæſt.8.n.34. cum plurr. ſeqq.*

Quod verò de electione ipſa non conſtaret, ex quo non afferebatur ab Hugone Inſtrumentum deſupèr exaratum, in primis non tollebat coloratam facti poſſeſſionem, qua phyſicè, & effectivè fruebatur Hugo; Et in omnem caſum, ſi ſimplex Epiſtola Epiſcopi, & Canonicorum *Lauſan.* ſuffecit, ut non poneretur in dubium nova etiam electio, licèt perſonæ prorsùs ineligibilis poſt conſecrationem, & tantummodò idcircò poſtulabilis, ad *Text. in cap. fin. de poſtul. Præl.* & quarè litteræ ipſæ confirmatoriæ Superioris Generalis non debent factum electionis juſtificare circà perſonam non inhabilem, quandò de reliquo omnis præſomptio mili-
13 tat pro ipſa confirmatione inita per Superiorem,

rem, qui ritè ſemper, & rectè præſumitur
etiam ex officio perſcrutatus ipſam electio-
nem, omneſque circumſtantias, priuſquàm
ad actus confirmationem deveniat, per *Text.
in cap. cùm nobis 19. ibiquè Gloſ. verb. ex officio,
& in cap. Nihil, ubi gloſſ. verb. examinet, de
elect., & in c. fin. eodem tit. in 6., Vatt. conſ. 244.
n. 1., Lezzan. in Summ. quæſt. Regul. cap. 15.
n. 36., Tamburin. de Iur. Abb. tom. 1. diſp. 6.
quæſt. 2. n. 6. & ſeqq., Capon. diſcept. 261. n. 4.,
Paſſerin. de elect. cap. 33. n. 78. cum ſeqq.*; &
14 quod confirmatio faciat ſupponere præce-
dentem electionem, eamdemque (quod ma-
gis eſt) validam, & Canonicam, ex doctri-
na *Innocent. in cap. quia cunctis 17. n. 4. in fin.
verſ. ſi verò, de conceſſ. Præbend.* reſpondit pun-
ctualitèr *Rot. dec. 13. n. 2. eod. tit. in antiq.*, &
concordant *Tholoſan. in Jus Canon. tit. de elect.
cap. 19. ſub n. 1. verſ. hocque operatur, Amayden.
de Styl. Datar. cap. 15. §. 6. num. 50.*

Et ex his inutile reddebatur perpendere,
an memorata electio Hugonis, de qua ſecun-
dùm præmiſſa ſaltèm in ordine ad factum
dubitari non poterat, eſſet (ultrà nudam Iu-
ris præſumptionem à confirmatione reſul-
tantem) etiam juridica, & uti talis in facto
juſtificata per Hugonem, inſanabilis namq;
ſemper, & in omni caſu remanebat ſubre-
ptio ob non factam mentionem poſſeſſionis
ejuſdem Hugonis; Et nihilominùs Domini
nihil firmantes, utpotè citrà neceſſitatem,
15 an Ordo Ciſtercienſis, tanquàm *in multa ſim-
plicitate fundatus*, ut dicitur per *Clement. IV.
Conſt. 3. §. 6.*, ex privilegio ejuſdem *Clemen-
tis* deinceps per alios Summos Pontifices
communito, & ſignantèr per *Conſt. 34. Sa.
me. Sixti V.* ſubiaceret, nec nè cenſuræ, &
limitationi temporis ſtatuti in prædicto ge-
nerali Concilio Lateranen., prout videtur
negaſſe littera ejuſdem privilegii, & diſſeruiſ-
ſe *Rot. in Gneſnen. Abbatiæ Lauden. 10. Mar.
1692 ex §. Pratèr hac, uſquè ad fin., & 20. Iu-
nii ejuſdem Anni §. Secundò, coram R. P. D. meo
Priolo*: Et quidquid etiam foret de aſſumpto
ejuſdem Hugonis, quod nempè communi-
catio facta Ordini Ciſtercienſi Privilegio-
16 rum, quæ fuerunt attributa Fratribus Mi-
noribus, videlicèt, ut non ſint arctati in
electionibus ad tempus de Iure Statutum, ut
etiam animadvertunt *Tambur. de Jur. Abb.
to. 1. diſp. 5. quæſt. 6. n. 9., Mirand. in Manual.
Prælat. to. 2. quæſt. 23. ar. 10., Peyrin. de Offic.
Subd. Regul. d. quæſt. 1. cap. 31. not. 9. in fin.*,
prodeſſe valeat eidem Ordini Ciſtercienſi,
17 quemadmodùm regularitèr efficit commu-
nicatio Privilegiorum, teſte *Pariſ. conſ. 22.
n. 5. verſ. nam prædictis lib. 4., Portell. in col-
lect. dub. Regul. verb. privilegia n. 24., Caren. re-
ſol. 17. n. 8, Rot. dec. 30. n. 2. & 3. par. 4. to. 2.
rec., dec. 337. n. 4 par. 10., & cor. Royas dec. 327.
n. 2 in fin., & dec. 70. num. 11. cor. Card. Celſo.*

Non modicam tamen iidem Domini pro
ſufficienti excuſatione ab obſervantia Con-
cilii Lateranen. in propoſito defluxus trium
Menſium, & conſequenter pro validitate
Electionis in præſenti caſu ſubſecutæ, vim
conſtituebant in impedimento ob illorum
temporum calamitatem ſuborto, per noto-
riam irruptionem Belli, toti licèt Orbi fune-
ſtiſſimi, in illis tamen Partibus majori fero-
citate graſſantis; quod ſanè impedimentum
18 ſufficere ad removendam temporis arctatio-
nem, illiuſque lapſum excuſandum, etiam
in electionibus, generalitèr patet per *Text.
in d. cap. ne pro defectu*, ibi = *iuſto impedimento
ceſſante* = *de elect. & in cap. quia diverſitatis, ibi-
què gloſſ. verb. ſuſpenſionis, & Abb. n. 3. de con-
ceſs. Præbend., Tholoſan. de elect. cap. 13. n. 12.
Garz. de Beneſ. par. 10. cap. 2 n. 17., Gattier. Ca-
non. quæſt. lib. 1. cap. 28. n. 11., Lavor. var. elu-
cubr. lib. 10. tit. 12. n. 26. cum duob. ſeqq., Murg.
de Beneſ. quæſt. 3. n. 403.* & magis in ſpecie *Bald.
conſ. 469. per tot.*, & ſignantèr *ſub num. 2. verſ.
Ego credo, quod donec durat impedimentum
Guerrarum, vol. 4.* quem ſequuntur *Roc. de
Jurepatr. verb. honorificum quæſt. 78., Rebuff.
in prax. Beneſic. tit. de devolut. n. 10., Gattier.
d. cap. 28. num. 12.*

Nil prorsùs officiente replicatione, quod
Bellum præcisè non inſaniverit, ſivè exar-
ſerit in hoc loco loci, ſivè poſitiva parte
Comitatus Rupeforten., actu tamen poſſeſſi
tunc per Sereniſſimum, ac Chriſtianiſſimum
Galliarum Regem, vel quod in omnem ca-
ſum non eſſent Monaci detenti, quominus
intrà propria Clauſtra congregarentur, pro-
priumque Caput, ſivè Abbatem eligerent:
Vis etenim Armorum occupantium itinera
19 ſaltèm præpediebat, nè vocarentur, aut ve-
nirent abſentes, pròut requiritur omninò de
Iure, ad *Text. in cap. coràm 35., & in cap. quia
proptèr 42. §. Illud autem, de elect.*, & ne va-
catio opportunè nunciari poſſet Superiori
Generali, iſque mitteret perſonam, quæ ejus
vice ad formam Conſtitutionum præſide-
ret Capitulo; ex hac namquè etiam generi-
ca, & inevitabili ratione Bellum, quod in
rei veritate, & in concerto per totam ſuffun-
debatur Diœceſim Leodien., ex mente Iuris
20 ſemper eſt in cauſa, ut deſerviat pro legiti-
mo impedimento, juſtaque excuſatione im-
pediti, ſi actum non geſſit tempore, quo
debebat, ad ea, quæ ultrà allegatos in pro-
priis terminis electionis, in ſimilibus haben-
tur apud *Pignatell. Conſult. Canon. tom. 10. con-
ſult. 11. n. 22., Rota in Leodien. Coadiutoriæ 17.
Maii 1683. §. Neque locus, cor. clar. mem. Car-
dinali Vicecomite*.

Atque ità ex his omnibus, tàm junctim,
quàm ſeorſim collibratis, Domini putavere
reſpondendum, utraquè &c.

*AN-*

*ANNOTATIO , ET ADDITIO .*

INdulſere Domini novam audientiam in
hac Cauſa , ſed poſteà prodiit altera Deci-
ſio confirmatoria , cum ſucceſſiua expedi-
tione , & terminatione ejuſdem Cauſæ , ſi-
cutì regiſtrabitur inferiùs in hoc ipſo Volu-
mine, in quo , Deo miſerante, magnam ex-
poſituri ſumus materiam in propoſito Ca-
nonicarum electionum,recenſendo celebrem
controverſiam plura capita involventem ,
quæ ſuborta eſt in particulari Congregatio-
ne à Sa. & glor. mem. Innocentio XII. meo
benefactore deputata ſuper Epiſcopatu , &
Principatu Lodienſi inter Eminentiſſimum
Cardinalem Bullionum , & Sereniſſimum
Principem Clementem à Bavaria , in qua &
Ego tanquàm unus ex Congregatione præ-
dicta Suffragium dedi .

. Interim verò circà idem ſubiectum Ele-
ctionis , an , & quandò præciſivè a Concor-
datis , ſivè Indultis initis a Sancta Sede cum
particularibus Nationibus , Monaſteria re-
maneant , ut Iuris eſt , electiva , vel potiùs
tanquam Conſiſtorialia, vel alia de cauſa ca-
dant ſub *Regula ſecunda Cancellariæ*, fuit uſ-
que ad ſatietatem examinatum in Tribunali ,
cujus Votum requiſiuit Sacra Congregatio
Conſiſtorialis , in illa *Virdunen.* A*bbatiæ* 26.
*Junii* 1699., 2. *Julii* 1700., *&* 3. A*pr* 1702.
*cor. Reverendiſſimo Mulinez* , & in illa *Tullen.*
*Monaſterii ſub iiſdem diebus* , *&* A*nnis coram*
*Eodem*,in quibus prodiit reſolutio cum con-
ſequenti expeditione favore Datariæ,ſivèRe-
ſervationis contentæ ſub Regula prædicta .

Diſputatum quoquè fuit in R*ota* in altera
*Leodien. Vicariæ*, an quemadmodum abſen-
21 tes valent conſtituereProcuratorem in caſu
legitimæ abſentiæ , ſivè impedimenti ad per-
hibendum Suffragium , *cap. quia propter* ,
§. *Illud autem , de elect.* , *& cap. ſi quis iuſto in*
*princip. eodem tit. in 6.*, A*bb. in d. cap. quia prop-*
*ter ſub n.* 2., *ibiquè* Barbo*ſ. n.* 37. *Gonzal. n.* 1., ità
poſſit Suffragium dare tranſmittendo illud
22 in ſcriptis , & extitit (præciſivè à conſuetu-
dine , quæ nequè fuit omninò approbata )
reſolutum , quod non , ex rationibus latiùs
expenſis per *Io. Andr. in cap. ſi quis iuſto n.* 4.
*in fine de elect. in6.*, *Barboſ. ibidem n.* 1. *&* 17 ,
Boer. *dec.* 1. *n.* 46., *Rot. dec.* 156 *n.* 12. *& ſeqq.*
*par.* 12. *rec.*, cum aliis *in prælaud. Leodien. Vi-*
*cariæ* 10. *Novemb.* 1698. *cor. R. P. D. dell'Olmo.*

Partiformitèr quotiès Capitulum , ſivè
Electores ſemel jam legitimè ex pluribus
fortaſsè concurrentibus præelegere aliquos
Candidatos , ut puta duos , vel tres , ad fi-
nem , ut eorum alter novo confecto Scru-
23 tinio eligeretur , determinatum fuit , quod
nequeant ampliùs iidem eligere debentes di-
vagari ad electionem alterius non Candida-
ti , ne præjudicium fiat, & tollatur quodam-
modò jus in prima reſtrictione quæſitum iiſ-
dem Candidatis, pròut ex *Text. in cap. conſti-*
*tutis 46. de appellat.*, *Rot. penès Garz. de* Bene*ſ.*
*par. 5. cap. 4. n. 166. dec. 106. num. 46. & ſeqq.* ,
*& dec. 131. n. 2. & ſeqq. coram Cerr.*, *dec. 29.*
*n. 27.*, *& deciſ. 37. num. 1. 8. & ſeqq. cor. Ot-*
*thob.*, videre eſt *in* A*drien. Canonicatus* 13 *Apri-*
*lis* 1699. §. *Quin hujuſmodi* , *& in Eugubina*
*Canonicatus* 4. *Maii ejuſdem* A*nni* §. *Coarctatio*,
*cor. R. P. D. Lancetta*, *confirmata 24. Ianuarii*
1701. *cor. R. P. D. Pio* .

Pluries tandem Mihi contigit in officio
Advocationis manum apponere ſuper hiſcè
electionibus , undè cohærentèr , ſivè non
longè à præſenti Deciſione ( cæteris pro
nunc omiſſis ) recenſendum cenſui Reſpon-
ſum in ſenſu veritatis à Me traditum Priori
Generali Ordinis S. Auguſtini in quadam
*Mexicana Nullitatis Capituli* , *& electionum*,
modo ſequenti .

Sive ſeorſim modum practicatum in Ca-
pitulo Provinciæ Mexicanæ celebrato ſub
die 21. Aprilis 1684. libeat examinare , ſive
propiùs accedere ad validitatem electionis
tàm ipſius Provincialis , quàm Definitorum,
quàm denique Priorum, ac cæterorum Offi-
cialium , adeò cuncta conſperſa noſcuntur
nullitatibus, ut dubitandi locum non ſinant,
quin totum Capitulum cum omnibus inde
ſecutis irritet , & infirmet .

Aſſumendo etenim nullitates, quæ feriunt
ipſam celebrationem Capituli in genere , ex
prænarrata facti ſerie palàm eluceſcit , quod
24 ſpreta , & omninò neglecta fuit forma Con-
ſtitutionum, quæ cum debeant in hac mate-
ria tamquàm præciſæ leges ad unguem ob-
ſervari, ut ait A*bb. in cap. cum Eccleſia, de cauſ.*
*poſſeſſ. & propriet.*, *Paſſerin. de elect. cap.* 10. *n.* 24
*& cap.* 35. *n.* 4., *Donat. de Regul. tom* 2. *tract.* 4.
*quæſt.* 18. *n.* 9. , *Suarez de Relig. lib.* 5. *tit.* 10.
*quæſt.* 1. *n.* 6., *Barb. vot. dec.* 106. *n.* 9. , & habe-
tur *in Sac. Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *de*Re*gular. cap.* 7.
*in fin. verſ. in reliquis*; de plena ſequitur, quod
25 præfata celebratio Capituli contra Conſti-
tutionem Ordinis , & conſuetudinem Mexi-
canæ Provinciæ attentata debeat irritari, ut
proſequitur *Maiol. de Irregul. lib.* 4. *cap.* 7. *n.* 3.
*in fin.*, *Mirand. in Manual. Prælat.* Regul. *par.* 2.
*quæſt.* 16. *artic.* 3. *concl.* 5., *Tondut. quæſt.* Bene*ſ.*
*par.* 3 *cap.* 125. *n.* 8., *Lezan. oper. moral. tom.* 2.
*tit. de elect. ex num.* 56. *fol.* 201., ubi atteſta-
tur de ſtylo Sacræ Congregationis caſſandi
conſimiles Electiones .

Quod autem ſpreta , & comtempta fuerit
forma Conſtitutionum , conſtare videtur ad
evidentiam: quoniam vel electio , ſeù depu-
tatio Iudicum Cauſarum attinet immediatè
ad ipſum Præſidentem Capituli Provincia-
lis de ſimplici conſenſu Patrum , ut legitur
in eiſdemConſtitutionibus *cap.* 7. 3. *par.* 3. *Eo*
*autem* ibi: *Eo autem completo de Patrum conſen-*
*ſu deputet tres Judices Cauſar.*; Aut verò con-
ſenſus iſte exigi debebat mediante Scruti-
nio,

nio,& ſive prima, ſive altera parte dillemmatis inſpecta, convincitur, læſam extitiſſe formam Conſtitutionum: nam ſi ad ſolum Præſidentem ſpectabat electio, quomodò Vocales omnes deſpexerunt nominationem primo loco factam ab ipſo Præſidente? ſi vero exigebatur Scrutinium, & quomodo ſine Scrutinio fuerunt admiſſi ſecundi Iudices cæteroquin inhabiles? ut de per ſe abſque alia allegatione patet ad ſenſum.

Fortiùs vero, quia ex eiſdem Atteſtationibus prefulget, P. Præſidentem omnino per meram violentiam fuiſſe coactum ad ſecundam nominationem, ſeù deputationem ineundam ſub prætextu, quod omnium Vocalium Suffragia eſſent perquirenda, & tamen
26 præter immemorabilem conſuetudinem
Provinciæ, juxtà quam nulla emittuntur Suffragia in electionibus iſtorum Iudicum, unde conſuetudinem hanc ſervandam eſſe proculdubio firmavit *Paſſerin. de elect. cap. 14. num. 1.*

Manifeſtè nimis repugnat, quod (præſcindendo etiàm ab eadem conſuetudine) requirantur Vota ſimplicium Priorum:
27 cùm enim præfati IudicesCauſarum in Capitulis eligantur ad effectum legitimandi Suffragia Capitularium, abſurdum foret, quod ipſorum electio penderet etiam à ſimplicibus Prioribus, qui elegiſſent in Iudices
28 perſonas facile tolerantes eorum inhabilitates; unde de Anno 1667. *Sac. Congregatio Epiſcop. & Regular.* poſitivè decrevit ad petitionem M. Fr. Dominici de Ciſuentes Procuratoris Provinciæ Limanæ = *Statuendum, & præcipiendum, ut in poſterum hujuſmodi Judicum Cauſarum electio fiat juxtà ſolitam formam electionum Capitularium à PP. Definitorii, ac Magiſtris in Sac. Theologia, à Provincialibus abſolutis, ac Studiorum Regentibus, à Socio Provinc., & ab illis Privilegiatis, qui per* Brevia *ſpecialia habuerint Gratiam ferendi ſuffragium*; idemque Decretum confirmavit *San. Me. Clemens* IX. *ſub* 10. *Februarii* 1668.

Addito, ut præmiſimus, quod prædicti ſecundi Iudices undequaque inhabiles exiſtebant, nam P. Io. Caſtillo privatus fuerat voce activa, & paſſiva per prænominatum Apoſtolicum Viſitatorem; P. Mag. Antonius quamplura patiebatur vitia hic obticenda; ac denique Fr. Petrus Torrubia actu exercebat munus Viſitatoris Provinciæ, cùmque idcirco componeret Definitorium, incapax erat iſtius inferioris muneris, dum ad idem Definitorium referri debent graviores Cauſæ coram prænominatis Iudicibus diſcutiendæ, ut habetur in prænominato Capitulo Conſtitutionum ibi -- *& quæ graviora fuerint*
29 *Definitorio referant*: quemadmodùm habemus in ſimili appellationis, quæ cum relatione facienda ad majorem fraternizat, juxtà definitionem, quam tradit *I. C. in l.* 1. §. *Si quis in appellatione, ff. de appell. & relat., gloſ. in cap. 2. verb. Officiali, de Conſuet. in 6.* cum aliis per *Scacc. de appell. quæſt. 2. art. 1. num. 1. & ſeqq.*

Atque ex his in planam emicat conſequentiam, quod ob hanc illegitimam Judicum electionem ruat tota Capituli celebratio, quomodo namque dici valent canonicè, ut requiritur, legitimata Vota ſuffragare debentium, ſi ipſimet Iudices Cauſarum legitimare hujuſmodi Vota debentes erant inhabiles, & qualibet Iuriſdictione carebant?

Eoque clariùs, quia nec ipſe Præſidens huic legitimationi Suffragiorum intervenit, & tamen non ſolùm hoc expreſſè decernitur in Conſtitutione 10. Clementis VIII. §. 7. ibi -- *Qui Pater Præſidens ſimul cum Judicibus Cauſarum eas ſedulò, ac brevi diſcurrentes &c. Sententiam ſinguli ſubſcribentes &c.*; ſed etiam idipſum cavetur in præcitato Capitulo Conſtitutionum *ſub verſ. qui antè om-*
30 *nia*, quinimò potiſſima Iuriſdictio reſidet penès Præſidentem in hac legitimatione Votorum, itàut prænominati Iudices nullam habeant Iuriſdictionem, quæ eſt in ſolo Præſidente, ſed ſimplicem tantummodò notionem, ut latè oſtendit *Paſſerin. de elect. dicto cap. 14. ex num 63. uſquè ad num. 79.*

Dùm igitùr apertiſſimè conſtat de illegitima diſcuſſione Suffragiorum, & per conſequens de contempta forma Conſtitutionum, profectò ulteriùs progredi ſuperfluum eſt: Sed adhùc caſſanda eſt electio ex aliis ſubſtantialiſſimis capitibus, & primò, ſi perpendamus perſonam Electi, ille tàm in anteacto, quàm in hoc Capitulo per ambitum ſubornavit, ac ſuſcitavit Vocales uſquè per pactiones Simoniacas, dum tàm Magiſter Catena aſſertus Electus, quàm ejus Aſſeclæ, & factionarii principaliora Officia inter Vocales diſtribuerunt, ac promiſerunt, ut recognoſci poteſt ex documentis, quæ dantur, & ulteriùs (præter ſcandaloſas actiones in Indis, commeſſationibus, & Choræis) idem Catena extorſerat, ac uſurpaverat redditus, & contributiones hujus Provinciæ, ſicuti in præcitatis Atteſtationibus, & documentis continetur; ac propterea cùm incidiſſet
31 jam in excommunicationem inflictam in
Conſtitutionibus *cap. 17. par. 3. ſub* §. *Innovamus*, ipſum fore ineligibilem notoria ſunt Iura *in cap. poſtulaſtis 7. de Cleric. excomm.*, *&*
32 *in cap. 1. de reſcript. in 6. cum ſuis notiſs. con-*
*cordan.*, quando tamen ſat eſſet, ut ſimplex accederet diffamatio, ſolaque ſuſpicio pro caſſanda, & annullanda electione, ex celebri *conſ. Calderin. il 9. de probat.* cum aliis per *Caſtellin. de elect. cap. 4. num. 67. fol. 95.*

Secundo, quia pariformitèr ultrà defectum legitimationis Suffragiorum, de quo ſuperiùs, Vocales illi, qui perhibuerunt Suf-

fragium, erant ipſo Iure excommunicatio-
33 nis vinculo innodati, ex quo pluries tentarunt truces, & violentas manus imponere in P. Præſidentem, & eum de facto necare, quod ſufficit ad electionem irritandam, ex firmatis per *Paſſerin.de elect.c.*10.*per tot.*Quin etiam dum uſquè de Anno 1592.redacti fuerunt Conventus Populorum Indicorum ad 30.Domos Voti capaces in Capitulis Provincialibus, prout recognoſci poteſt ex Regeſtris litterarum Ordinis, & quomodo electio inita per omnes Priores indiſtinctè quorumlibet Conventuum, ſivè Parochiarum ſubſiſtere valet? nam ſicuti exindè reſultat indubitata inhabilitas majoris partis Electorum,
34 ità certum eſt in Iure, quod actus electionis inſimul geſtus per habiles, & inhabiles debet irritari, ut cum B*art.* *Abb.* *Soccin.* *Cabcd.* & *Maſtrill.* in terminis alterius Capituli Provincialis celebrati in Civitate Granatæ per Religioſos OrdinisHeremitarum S.Auguſtini abundè comprobauit *Barboſ. vot. deciſ.*47. *ex n.*196. *verſ. ſed etiam, cum plur. ſeqq.lib.*2.

Tertio tandem, (& hoc nullam recipere valet reſponſionem,) quia præfatæ electioni intervenere duo Auditores Regiæ Audientiæ Mexicanæ una cumScriba eiuſdemRegiæ Audientiæ, alioqueLaico inTeſtem adſcito,
35 undè cùm in hac materia Electionis non ſint miſcenda Sacra prophanis,ut in his terminis reſpondit *Barboſ vot.dec.*39. *n.*62.*lib.*2. Electio tanquàm facta per abuſum Sæcularis Poteſtatis nulla eſt, & irritanda, ad *Text.* litteralem *in cap.Sacroſancta*, & *in cap.Maſſana,de elect.* ubi *Panor.n.*4. *in fin.Barboſ.n.*2., & meliùs *Suarez,Sair.*Giballin.aliiſque apud *Paſſerin.de elect. cap.*8. *ex num.*5. *cum ſeqq.*

Abſquè eò,quod juvet reſpondere,eorumdem interventum in ipſamet Aula Capitulari nudam præſtitiſſe aſſiſtentiam, nè Electores venirent ad Arma, vel aliud ſcanda-
36 lum orietur: Quia & in his terminis præciſis, & individualibus, articulo ad Partes diſcuſſo, electionem nullam eſſe, & adhùc reputari factam per abuſum Sæcularis Poteſtatis, concludit *Fagnan.* doctiſſimus,ac practiciſſimus Sacrarum Congregationum Secretarius, ut omninò recognoſcere exoramus *in cap. quiſquis ex n.*30. *uſquè ad fin.de elect.*, ubi *ſub num.*36. & *ſeqq.* adducit communem Scholam *Canoniſtarum*,quamplures Romanæ Rotæ *Deciſiones*,ac demùm *ſub n.* 40. reſolutionem Sacræ Congregationis habitæ juſſu Sa.Me. Innocentii X. die 5.Aprilis 1646.coram Eminentiſs.Card.Paleotto,in qua reſo-
37 lutum fuit, Capitulum Provinciæ Beticæ Ordinis Heremitarum S. Auguſtini celebratum in Civitate Granaten. cum aſſiſtentia,& interventu Auditoris Regiæ Cameræ fuiſſe nullum ob laicæ Poteſtatis abuſum, ad præſcriptum *d.cap.quiſquis,de elect.*,eamdemque reſolutionem refert *Paſſerin. eod.tract. cap.*8. *ſub n.* 5. *in fin. verſ.* & *nihilominus ſol.* 169., *Nicol. in Floſcul. verb. electio in fin. fol.* 135.

Idque locum ſibi vindicat, & jam perſpecta Regia determinatione, juxtà quam videtur iniungi Proregibus, ut interſint Electionibus Provincialium, juxtà tenorem Regiarum Schedularum, quas recenſet *Solorzan.de Iur.Ind. lib.*3.*cap.*26. *n.*19. & *ſeqq.* Quoniam, ut reſpondendo ad *Authores*, qui
38 dicunt, Laicos poſſe intereſſe ad protegendum Electores, animadvertit *Fagnan.ubi ſuprà n.* 41., hoc intelligi non debet de intereſſentia phyſica, & corporali in ipſo actu, & loco electionis, ſed de intereſſentia morali, congruè enim dicitur electioni adeſſe,qui tanquam Brachium ſæculare extra Aulam Capituli violentiam propulſat, & Eligentium libertatem tuetur,ſicuti præſens quandoque dicitur intra Muros, *cap. olim fin. de re iudic.*, *Io. Andr. in cap. ubi periculum n.* 5. *de Elect.in* 6.,iſteque eſt caſus, quem figurat, & admittit *ipſe Fagnan.in d. cap. quiſquis ſub num.*29. & 31. *de elect.*, & hoc eſt, quod de Regia pietate præſumendum venit, & præſefert lectura ipſarum Cedularum apud *Solorzan.* in loco ſupra allegato.

At ceſſat omnis amaritudo, quia, prætèr cæteros actus geſtos per prænominatos Auditores, nonnè iidem, ac Scriba Cameræ ſeſe intromiſerunt tanquam Scrutatores, perſpiciendo omnes iſti tres Cedulas electionis Provincialis novitèr electi, quando etenim
39 nim Laicus interfuit electioni, vel aliquod munus in ea exercuit, dubitari non poſſe de Poteſtatis Sæcularis abuſu, ut per *Suarez*, *Sair.*, & Giballin. animadvertit *Paſſerin. de elect. d. cap.*8. *num.*5. *verſ. alii dicunt.*

Ac demùm citra principium dubitandi, quoniam ſi totiès irritatæ fuerunt Electio-
40 nes, ex quo fuit datus quartus Scrutator, qui non exiſtat de gremio Capituli, vel prætèr Scrutatores perlectæ extiterunt Schedulæ, juxta plenè tradita per *Caſtellin.de elect. cap.*4. *per tot.*,& infinitos dinumerat B*arb o. adConcil.ſeſſ.*25. *de Reg. cap.*6. *n.* 2. & *ſeqq.*; quanto certiùs, dum duo non ſolùm non Scrutatores,ſed merè Laici iſtorum officium uſurparunt.

Et ob id labefactato capite Electionis quoad ipſum Provincialem, corruit de per ſe ſubalterna electio Definitorii: ſed nihilominùs ſeorſim etiam ad ejuſdem ſubalternæ electionis examen progrediendo, cùm eadem electio peracta fuerit mediantibus Cedulis, quas diſtribui fecit, & mandavit aſſertus Provincialis electus, planum efficitur,
41 quod hujus electionis modus expreſsè contrariatur cenſuræ *ConſtitutionumOrdinis c.*7. *par.*3.*ſub tit.de mod.elig.Definitores.*ubi cavetur, ac decernitur, ritè, & providè celebrandam eſſe electionem per Vota ſecreta,quemadmodum etiam determinaturà *Concil.Trid.*

dicta

*dicta ſeſſ.25.cap.6. de Regular.*, & eamdem lo-
42 cum habere nedùm in electionibus Definitorum, qui veluti componentes unum Corpus cum eodem Provinciali, Prælati reputantur, ex quo ſimultaneam cum Prælato Juriſdictionem exercent, ſed etiam quoad cæteros Officiales, optimè prænotavit *Tamburin. de Jur. Abb. tom.3.diſp.1. quæſt.4. n.5.* & in
43 terminis terminantibus, quod hujuſmodi diſtributio Schedularum continens dumtaxat certa nomina electionem inficiat, definitum habetur apud *Paſqualig.quæſt.moral.centur.2. quæſt.125. n.7.* & generaliter de reſtrictione
44 electionis per ſubornationem factam à Superiore, *Rot. cor. Eminentiſs. Otthob. dec.37. ex n.3. cum plur. ſeqq.*

Poſtremò remaneret nullitas Electionis omnium Priorum, aliorumque Officialium; ſed ex præmiſſis hoc in neceſſariam venit conſequentiam, dum illorum electores, videlicet Definitores, canonicè non fuerant præelecti, additurque dumtaxàt, quod idem vitium, de quo mox meminimus, concurrit in hac electione, cùm aſſertus Provincialis curaverit præeligi eos, qui in Charta tradita Præſidenti erant deſcripti, quodque per eamdem Simoniacam conventionem iterùm ipſimet reelecti extiterunt ad eadem munera abſque aliqua neceſſitate, vel titulo ſaltèm colorato, ut latiùs videre eſt ex notula, quæ ad Partes extraditur.

## LEODIEN. CANONICATUS.

*Veneris 4. Julii 1698.*

### ARGUMENTUM.

Gratia Pontificis tunc dicitur obreptitia, vel ſubreptitia, quando tacitum fuit id, quod Pontificem à gratia retraxiſſet: verùm an id procedat, debet recurri ad intentionem concedentis; undè taciturnitas eorum, quæ facilitaſſent gratiam, non eſt habenda in conſideratione. Gratia revalidatoria quid operetur: Quando finis à Teſtatore, vel Principe deſideratus pinguiùs fuit impletus, non curatur de modo. Tempus non currit impedito, maximè quando impedimentum provenit non ex culpa impediti, ſed ex facto Adverſariorum.

### *SUMMARIUM.*

1 *Bulla ſa. me. Gregorii XIII.* de publican. reſignat. *qua ratione emanaverit.*
2 *Proœmium declarat voluntatem diſponentis.*
3 *Tempus non currit impedito.*
4 *Publicatio reſignationis habetur pro facta in odium Capituli, vel alterius, qui impedimentum præſtitit, ne illa fieri poſſet.*
*An autem, & coram quibus teneatur Reſignatarius facere diligentias pro removendis impedimentis ſibi allatis, ibid. num.5.*
6 *Mandatum, & qualibet alia ordinatio pinguiùs adimpleri poteſt.*
7 *Forma poteſt pinguiùs adimpleri.*
8 *Capitulum debet tradere poſſeſſionem novo Capitulari.*
9 *Litteræ Apoſtolicæ quando dicantur expeditæ in forma gratioſa.*
10 *Litteræ Apoſtolicæ expeditæ in forma gratioſa nullam requirunt juſtificationem antè illarum executionem.*
11 *Gratia ſubreptitia non meretur executionem.*
12 *Privilegium conceſſum Scholaribus à fortiori militat favore actu legentium.*
13 *Gratia ſecunda, non facta mentione primæ, quando dicatur ſubreptitia.*
14 *Gratia revalidatoria quid operetur.*
15 *Subreptio, vel obreptio verſatur in eo, quod ſi expreſſum fuiſſet, Papa vel non conceſſiſſet, vel difficiliùs.*
16 *Subreptio, vel obreptio non reſultat ex taciturnitate, vel expreſſione eorum, quæ ſi fuiſſent expreſſa, vel reticita, facilitaſſent potiùs conceſſionem Gratiæ.*
17 *Gratia revalidatoria, & prima Gratia debent inſimul conſiderari, & uniri ad evitandam ſubreptionem.*
18 *Error Expeditoris circà non factam, vel non benè factam aliquam expreſſionem in impetratione litterarum Apoſtolicarum, non officit Proviſo.*
19 *Inferior tolerare debet in Superiore id, quod in ſemetipſo practicavit.*
20 *Finis exoptatus à Teſtatore quando obtinetur, tunc nihil intereſt, quod preciſè non fuerit obſervatus modus ab eo ordinatus.*
21 *Succeſſio quando poſſit ſtare in ſuſpenſo.*
22 *Jus Canonicum nequit publicè edoceri à PP. Societatis Jeſu mediante ſpeciali, ac ſeparata Cathedra.*



### DECISIO LXII.

Henrico, qui Canonicatum cum Præbenda Theologali liberè dimiſſum in manibus Sanctiſſimi per collationem S. Sedis impetraverat, & ſucceſſivè obtinuerat per Judicem ad id deputatum loco Executoris declarari, litteras Apoſtolicas fore exequendas, rursùs coram Me ſe ſe oppoſuit Capitulum Leodien. geminas objiciendo exceptiones, alteram ex non capta poſſeſſione intrà terminum novem Menſium ad normam Conſtitutionis Gregorii XIII. la 85. editæ ſuper publicandis reſignationibus, & alteram, ex quo Henricus non ſolùm originem ex Civitate, & Diœceſi Leodien. eidem Sanctiſſimo falsò ſuppoſuerit, ſed etiam ſubticuerit, quod in vim Statutorum Capitularium requireretur ultrà graduationem in Sacra Theologia integrum ſeptennale ſtudium, quod ipſe non impleverat; Sed Domini non obſtante trutinatione Dubiorum in hodierna Audientia ſeptuaginta, & ſex, feriò appendentes ad Juſtitiæ lancem pondera utriuſque oppoſitionis, arbitrium, quod Audito-

rio noſtro conceſſerat Signatura Juſtitiæ pro
retardatione prædictarum litterarum Henri-
ci, non eſſe expendendum judicarunt, me-
diante reſcripto = *Non intrare arbitrium*.

Aſſumentes etenim primam obiectionem,
ſubſiſtebat quidem in facto, quod Henricus
intrà præſcriptum præfatorum novem Men-
ſium nactus non erat poſſeſſionem Canoni-
catus, & idcircò, niſi aliud juvaret, contrà
eum urgere poſſet Sacroſancta Cenſura me-
1 moratæ Conſtitutionis Gregorianæ, quæ vi-
detur etiam in quacumque collatione ſecuta
in ſequelam antecedentis reſignationis ſalu-
britèr mediante publicatione litterarum no-
væ Gratiæ, ſeù collationis, obviare voluiſ-
ſe fraudibus, quæ in faciendis bujuſmodi re-
ſignationibus contingere potuiſſent, quem-
2 admodùm ad tenorem ejuſdem Bullæ in ea
parte, quæ dicitur prohæmialis, & explicat
intentionem Conditoris, juxta not. per *Bart.
in l.fin.n.3.ff.de hær.inſtit.*, *Gratian.diſcept.558
n.24.*, *Pariſ. de reſign. lib 11. quæſt.1.n.33.&
ſeqq.*, *Rot.dec.229. n.15.& 16.coram Sa.mem.
Alex.VIII.* benè animadverterunt *idem Pa-
riſ.de reſign.d.lib.11.qu.5.n.10.&ſeq.*, *Chokier.
ad regul.34.Cancell n.24.*, *Corrad.in prax.Be-
nef.lib.5.cap.6.ſub n.2.verſ.docet enim,& n.3.*,
*de Roſa de execut.litt. Ap.par.1.cap.14.n.176.*

Verùm juvit Henricum longa ſeries impe-
dimentorum, quam contrà ſe per idem Ca-
pitulum extitiſſe mordicùs præparatam de-
monſtravit; non enim deſtitit à principio
litteras Apoſtolicas exhibere in pleno Capi-
tulo, pluriesque deinceps ſupplicare eidem
Capitulo, ad hoc, ut dignaretur amovere
impedimenta, quæ ſibi perperam (ut aſſere-
bat) à nonnullis, ſeù pleriſque Capitulari-
bus inferebantur, *Summ.* Reſponſionis Hen-
rici *num.1.*; quapropter cum eadem Sanctio
Gregoriana *ſub* §.3. ad mentem Juris decer-
3 nentis, nullum tempus currere impedito, ut
inquit *Imperator in l.ut perfectiùs,C.de Annal.
except.*, *Pariſ.de reſign.d.lib.11.qu.13. ex n.2.
cum pluribus ſeqq.*, *Rot deciſ.42.n.34.poſt No-
var.inSumm.Bullar.*, præſcribat tantummodò
formam diligentiarum, eo tamen ipſo, quod
non ſtetit per Henricum, quominus ſuas
adhibuerit diligentias pro poſſeſſione adipi-
ſcenda; nullo modo apud Dominos viſum
eſt ex hoc capite Henricum à conſecutione
Gratiæ Pontificiæ arceri potuiſſe: barbarum
4 enim foret, & inhumanum, quod quis non
ex propria ſocordia, ſed ex aliena impeditus
culpa, vel injuſtitia caderet à Jure ſuo, ad
ea, quæ non diſcedendo à terminis præfatæ
Conſtitutionis aliàs reſpondit *Rot. deciſ.44.
n.10. & ſeq. deciſ.45. n.7. & 8. poſt Novar.
ubi ſuprà, repetit.deciſ.412.& 483.par.18.rec.*,
& concordat *Epiſc.de Roſa deExec.litt. Apoſt.
par.1. cap.14. n.198.*

Dum itaque Henricus pro parte ſua non
deſierat inculcare diligentias, remanebat
dumtaxat inquirendum, utrum eaſdem dili-
gentias rectè, ſeù coram perſonis competen-
tibus interpoſuerit, & an præponderaret ju-
ſtitia diligentiarum, vel recuſationis; Sed
5 circà primam partem Domini rimantes diſ-
poſita per eumdem Summum Pontificem *in
d.*§.3. conſiderarunt, diligentiam faciendam
eſſe pro remotione impedimentorum coram
Judice, vel Executore litterarum, ſub illo
alio adiecto = *vel aliis, ad quos pertinet*; Un-
dè, applicando ad rem noſtram, cùm Hen-
ricus diligentias pro capeſſenda poſſeſſione,
obtinendaque executione ſuarum litterarum
adhibuerit non jam ſimplicitèr coram pri-
vato Executore in ſuis Ædibus reſidente, qui
erat Fabius, ſed in pleno Capitulo, in quo
idem Fabius aſſidebat, & cum eo reliqua
pars oppoſitorum, profectò non ſolùm non
defeciſſe videbatur Henricus in ſua obliga-
tione volita per Bullam Gregorianam, ſed
6 pinguiùs illam adimpleviſſe, quo ſanè caſu
nulla lex eſt, nulla diſpoſitio, quæ rumpat,
ſeù non approbet factum pinguiùs adimple-
tum, quàm quod lex, vel alia diſpoſitio præ-
cipiat, ad ea, quæ in ſimili tradiderunt *Crot.
conſ.150 n.27.& 28.*, *Ciarlin.contr.218.n.19.*,
*Capyc.Latr. conſult.108.n.17.*, *Rot.deciſ.434.
n.5.par.4.rec.*, *deciſ.64.n.6.par.6.*, & *dec.17.
n.17. cor. Merlin.*, & in propoſito implen-
7 di formam celebre eſt *conſ.Signorol. de Homo-
deis il 17. per tot.*, *Pariſ. conſ.99.n.15. cum 3.
ſeqq.lib.3.*, *Aſin. in prax.*§.3.*cap.41. n.2.& 3.*,
*Fontanell. dec.440. n.18. cum.3. ſeqq.*, ac in
fortioribus firmatum fuit *in Bononien.*, *ſeù
Imolen. Bonorum ſuper portione Sor. Mariæ
Cæleſtis 27. Januarii*, & *28. Aprilis curren-
tis Anni cor. R.P.D. meo dell'O'ma*.

Potiſſimè, quia eadem determinatio Gre-
goriana tota intenta eſt pro fraudibus evitan-
dis, nè actus fiat in occulto, proindèque ſi
ſat erat, litteras exhiberi privato Executori,
vel Judici, *aut alii, ad quem pertinuiſſet*, quid-
quid ſit, an pertinuiſſet ad Capitulum (proùt
8 reverà pertinebat de Jure tradere poſſeſſio-
nem novo Capitulari, ex deductis per *Lot-
ther. de re Benef. lib.2. qu.11. n.34.*, *Poſth. de
manut.obſerv.30. n.3.,& ſeqq.*, *Add.adGregor.
dec.364. litt. B.*, *Cavaler. dec.359. n.3.*, *Pam-
phil. deciſ.589. n.2.*) profectò nihilominùs,
dum inter cæteros Capitulares ſtabat Execu-
tor, ſatisfactum remanſit intentioni Bullæ,
& inſimul ablata ſuprà neceſſitatem occaſio
9 impugnationis, præcipuè, dum litteræ ob-
tentæ per Henricum, tanquam in pura forma
gratioſa ſignatæ de manu ſanctiſſimi, ut præ-
ſeferunt verba = *Vitæ, ac morum honeſtas*, =
juxtà prænotata per *Epiſc. de Roſa de Exec. litt.
Apoſt. par.1. cap.4. il 2. n.1. in fine*, nullam
10 prorsùs exigebant diſquiſitionem, ſed expe-
ctabant tantummodò nudum miniſterium
traditionis poſſeſſionis Proviſo in eiſdem lit-
teris Apoſtolicis deſignato, ut proſequitur
*Ubert.*

*Vbert. de Citat. cap. 2. n. 27. idem de Roſa dicta par. 1. cap. 2. n. 70. & cap. 13. n. 1.*, & in fortioribus *Rot. dec. 140. n. 14. par. 10.*, quàm refert, & ſequitur *de Roſa ubi proximè cap. 14. n. 184.*, *Cardin. de Luc. de Benefic. diſcurſ. 37. num. 12. & 13.*

Oſtenſo igitur, Henricum non fuiſſe repellendum ob non appræhenſam abſquè ejus oſcitatione, vel culpa poſſeſſionem intrà circulum novem Menſium, Cauſa reducebatur ad ſecundam oppoſitionem, ſivè partem, utrùm ſcilicet juſta, vel injuſta fuerit oppoſitio Capituli circà defectum ſtudii ſeptennalis; Et in hoc lectura utiquè Statutorum præſeferebat, quod nemo ad Canonicatus, & Præbendas Eccleſiæ Leodien. admitti poſſet, niſi foret graduatus in Sacra præſertim Theologia, quodque ſeptennio integro per anteà in aliqua Catholica Univerſitate actualitèr
11 continuè ſtuduiſſet, ideòque impetrata per eumdem Henricum collatione abſquè tali expreſſione, Gratia corrueret, ex traditis per *Rot. dec. 294. n. 17. cor. Royas, & dec. 731. n. 6. & 7. par. 18. rec.*

Verùm Domini, nihil firmare intendentes circà validitatem, vel invaliditatem hujus Statuti, tamquàm in Cauſis gravioribus nunquam poſitivè canonizati, ob non opportunè, & ſufficientèr demonſtratam confirmationem S. Sedis, quidquid præſuppoſitum fuerit *in alia Leodien. Canonicatus 29. Iulii 1680. coram bo. mem. Pauluccio*, non dubitarunt in facti contingentia, Henricum etiam in hac parte pinguiùs adimpleviſſe formam Statutariam: quoniàm juſtificatum fuit ab eodem Henrico, ipſum antè graduationem, ſeù Lauream Doctoratus adeptam in celebri Univerſitate Lovanien. incubuiſſe ſtudiis Sacræ Theologiæ per Annos ſex cum dimidio, & actu ſucceſſivè legiſſe, ac docuiſſe per geminos Annos, ac deinceps per ſexdecim poſt ipſam conſecutionem Laureæ Doctoratus, undè non poterat captivare intellectum oppoſitio Capituli, quomodò ſi ad effectum obtinendi Canonicatum in hujuſmodi Cathedrali ſuperabundabat ſeptennale ſtudium in forma Scholaris, exuberare non deberet ſtudium Annorum ſex cum dimidio in eadem forma Scholaris una cum ſucceſſiva lectura duorum Annorum antè Doctoratum, & conſecutiva lectura per annos 16., dum, ut inquit *Abb. in probam. Decretal. ſub n. 7.*
12 *verſ. Sed quantum*, quæcumque lex, quodcumque Privilegium Scholaribus conceſſum ſemper à fortiori militat pro actu legentibus, ibi = *ſed quantum ad præmiſſam quæſtionem benè puto, quod ſi privilegium eſt favorabile, appellatione Scholarium compræhenditur Doctor, maximè legens*, = cujus ſingularem, & de cætero planam Doctrinam ſecutus eſt, ſeù in ſuo Repertorio notavit *Card. Tuſch. pract. concluſ. litt. 5. concl. 705. n. 5.*, & punctualitèr confirmat, & exornat *Rebuff. in tractat. de nominat. quæſt. 11. n. 15.*

Et ob id vana viſa eſt replicatio, quod Henricus obtenta prius gratia revalidatoria, quæ dicitur, *perindè valere*, propter non factam benè in prima impetratione mentionem Patriæ Namurcen., non expreſſerit in altera conſimili revalidatoria circà ſtudium ſeptennale primam circà defectum Patriæ, adeòut neutra hodiè poſſet ipſum adjuvare, ex quo prima ad nihil inſerviebat, veluti non medens requiſito ejuſdem ſtudii ſeptennalis, & ſecunda veluti non exprimens priorem jam conceſſam, quià fortè Papa ſi utrumque defectum inſimul compræhendiſſet, deſtitiſſet ab alterutra, vel utraque Gratia, ut dicunt ii, qui per non factam mentio-
13 nem Gratiæ antecedentis meritò dixerunt, ſubſequentem, ſivè ſecundam Gratiam corruere, ut patet ex *Tondut. reſol. Benef. par. 1. cap 4. §. 4. n. 5.*, *Corrad. in prax. diſpenſ. lib. 8. cap. 5. n. 42. & 43.*, *de Roſa de exec. litt. Apoſt. part. 1. cap. 5. n. 327. & 337.*

Siquidem in ordine ad primam Gratiam, cùm onus exprimendi, impetrantem eſſe de Civitate, vel Diœceſi, nullatenùs proveniret à Statuto; Gratia proindè revalidatoria (ut ſuprà) circà hunc defectum ponebat
14 eumdem Henricum ex Pontificia largitione ad ſtatum, in quo fuiſſet, exprimendo veritatem ab initio, ſicutì tradunt *de Roſa dicta par. 1. cap. 5. n. 323. & ſeq.*, *Rot. cor. Coccin. dec. 683. n. 5.*, *& cor. Bich. dec. 325. num. 11.*, *& dec 276 n. 12. par. 19. rec.*

Quoverò ad ſecundam, quæ ſupervenit ſuper objice Statutorum, & in qua Pontifex munificentiam ſuam tribuere dignatus eſt Henrico, jam illum præſuppoſuit eſſe Preſbyterum Namurcen., ſeù alteriùs Civitatis, vel Diœceſis; quapropter cùm hujuſmodi
15 materia ſubreptionis, vèl obreptionis verſetur in eo, utrùm Papa conceſſiſſet, vel denegaſſet Gratiam, vel etiam difficiliùs conceſſiſſet, ſi eidem non fuiſſet abditum verum, vel idem certum expreſſum extitiſſet, ut concludunt in ſubſtantia *omnes Canoniſtæ in cap. ſuper litteris*, & præ cæteris *Fœlin. n. 18. & Dec. n. 4. de Reſcript.*, *Adden. ad Pamphil. dec. 383. ſub n. 8. verſ. quandoquidem*, *de Roſa de Execut. dicto cap. 5. n. 45. & ſeq.*, *Rota in Cracovien. Archidiaconatus 26. Jun. 1697. §. Quinimò in fine, cor. R. P. D. meo Molines.*

Profectò quotiès à principio expoſuiſſet Henricus Patriam, vel originem à Diœceſi Namurcen., expoſuiſſet etiam, ſibi deeſſe medium Annum ad conſumandum curſum ſtudii ſeptennalis, ſed è converſo ipſum legiſſe, & docuiſſe per Annos duos antè Doctoratum, & ex poſt per Annos ſexdecim, utiquè evidentiùs Gratiam fuiſſet aſſecutus,
16 proùt habemus familiare, quod ea, quæ non ſunt ad impediendam, ſed ad magis aſſequendam

dam Gratiam, non vitiant, ſi fuerint tacita, vel expreſſa, *Rot. cor. Merlin. dec. 243. ſub n. 4. verſ. quoniam, & cor. Pamphil. d. deciſ. 383. n. 5., & cor. Dunozett. Jun. deciſ. 640. n. 27., & in Romana Dotium 14. Junii 1677. §. final. in fine cor. bo. me. Bourlemont.*

Adſtipulante præſertim, in hoc ultimo propoſito, exemplo Univerſitatis Lovanien., quæ etſi paritèr habeat Statuta, ne quis ad Lauream Doctoratus aſſumatur, niſi ſtudiis incubuerit per integrum ſeptennium, adhuc tamen eadem Univerſitas Doctoratu inſignivit Henricum non obſtante imperfectione ſtudii ſeptennalis, quia conſideravit Henricum ſuffultum majori præcellentia lecturæ per duos Annos: quamobrem enituit apud Dominos ex toto contextu, neutram Gratiam poſſe ex defectu intentionis in Summo
17 Pontifice labefactari, ſed utramque, velnti ad invicem convenientem, & non contrariam, inſimul ſubſiſtere, ſicuti in propoſito Gratiæ poſterioris conſecutivæ ad præcedentem in his, & durioribus terminis videre eſt penès *Sanchez de Matr. lib. 8. diſp. 22. n. 5. de Roſa de Execut. litt. Apoſtolic. d. par. 1. cap. 5. ex num. 357.*, & ſignantèr *n. 365., Rota apud Marcheſ. de Commiſſ. par. 1. cap. 2. fol. 135. in ordine la 39. n. 2., & deciſ. 1627. n. 18. cor. Coccin.*

Atque hæc tantæ ſoliditatis extare comperta ſunt, ut Domini neglexerint inſiſtere
18 ſuper eo, quod circà naturalitatem omiſſio expreſſionis, deindè ſanata per Sanctiſſimum, poterat uſque ab initio referri ad Expeditorem litterarum Apoſtolicarum, ut aliàs opportunè reputavit *Rot. deciſ. 270. n. 4. & deciſ. 288. ſub n. 11. poſt ſecundum vol. conſ. Farin., & in rec. dec. 310. n. 4. & dec. 419. n. 3. par. 14.*, & quod Capitulum ipſum Leodien. fruſtrà conquerebatur de altera Gratia revalidatoria Summi Pontificis reſpectu ſtudii ſeptennalis, dum ipſummet Capitulum recepit in ejus gremium alios eodem, ac etiam majori defectu laborantes, ut *in Summario*
19 *Henrici n. 14. & 15.*; aſperum enim eſſet, ſi inferior tolerare renueret in Superiore, quod ipſe in ſemetipſo practicavit, ut benè animadverſum fuit *in Colonien. Canonicatus primæ Gratiæ 27. Januarii currentis Anni §. Minùs obiici valet*, confirmata *die 2. Junii mox elapſi §. Incaleſcit, cor. R.P.D. meo Muto.*

Et ità utraque, &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

IMpartiti ſunt Domini expeditionem in hac Cauſa ſub die 4. Auguſti 1698.; ſed quia rurſùs revocata Sententia ad examen opus fuit contrà Capitulum parere detrectans devenire ad Declaratoriam incurſus in Cenſuras, & Interdicta Eccleſiaſtica, prout liquebit ex altera ſubſequenti Deciſione Anni 1699. coram Me, illic annotabuntur cætera concernentia finem ejuſdem Cauſæ, juxta quam finalitèr Henricus victor in præſenti Deciſione pacificam fuit poſſeſſionem aſſequutus:

Ad propoſitum autem ſeptennii in ſtudiis requiſiti per Statutum Leodii, ad hoc, ut quis conſequi valeat Canonicatus, & Præbendas illius Cathedralis intrà numerum eorum, qui ad hujuſmodi Canonicatus aſcendunt per viam ſtudii, & Doctoratus, contradiſtinctè ab iis, qui Equeſtrem nobilitatem per certa latera juſtificare compelluntur, ut eſt etiam Coloniæ, & forſan in aliis Germaniæ partibus, annotatione dignus eſt caſus valdè ſimilis huic, per quem Nicolaus de Benedictis ſub conditione inſtituerat, ſeù ſubſtituerat Simeonem ejuſdem Familiæ de Benedictis per illa verba = *doppo però, che habbia ſtudiato ben le lettere, tutta la Filoſofia, legge Civile, e Canonica, di modo tale, che doppo ſia già Dottor di legge*; opponebatur quippe à quodam Adminiſtratore hereditatis, quod lucidè non appareret de ſerie ordinata ſtudiorum, ut ſupra, per eumdem Simeonem expleta, ſed quia tales quales aſſerebantur probationes ſuper hiſce ſtudiis intermediis, & jam Simeon aſſequutus fuerat Lauream Doctoralem in legibus, minimèq; agebatur in concurſu alterius magis qualificati, ſed ſimplicis adminiſtratoris nullum jus habentis in hereditate, definivit *Rota* cohærentèr ad firma-
20 ta in præſenti Deciſione, extitiſſe impletum finem exoptatum à Teſtatore ob illa verba = *di modo tale, che doppo già ſia Dottor di legge*, = quæ reſtricta, ac præordinata videbantur ad ipſum Doctoratum, per *Text. in l. Lucius, §. Quæ habeat, & in l. ità tamen, ff. ad Trebell. cum ſuis concordantibus*, ſicuti latiùs habetur *in Deciſione edita die 14. Aprilis, & die 4. Julii 1698. cor. R.P.D. Priolo*, ubi præ cæteris ad hoc allegatur *Jaſ. conſ. 149. num. 4. & ſeq. lib. 4., Dec. conſ. 177. n. 2. & 3., Paſchal. de Patr. poteſt. par. 1. cap. 3. n. 84.*

In idipſum conſpirat alter caſus pariformiter *in Rota* diſpunctus in quadam *Forolivien. legati Doctoratus*; cùm etenim Sylvius de Torellis favore nonnullorum ex ejus Familia deſcendentium annuam ſubventionem, ſeù legatum reliquerit ſtudentibus in publicis Gymnaſiis per integrum ſeptennium, exorta proindè controverſia inter duos, triumphavit ille, qui aliqua documenta peracti ſtudii tradiderat, & gradum Doctoratus fuerat conſequutus, cum quo gradu *Rota* faciliùs admiſit probationes ſtudiorum, quemadmodùm legitur *in deciſ. 126. par. 19. rec.* revocatoria alterius præcedentis, quæ eſt impreſſa *deciſ. 804. par. 18 recent. tom. 2.*, & ſcripſit in ea Cauſa, quamvis non omninò ad hos effectus, *Card. de Luc. de legat. in Supplemento par. 3. diſc. 68.*

Gra-

Gratiùs Contrius; qui ſua legalia munimenta, ſivè diſceptationes reliquit impreſſas, ſuccubit in hac materia, & valdè finitima quæſtione; quoniàm cùm Hippolytus de Franchis demandaverit, ſucceſſionem ſuam deferri filiis, & deſcendentibus Joannis Baptiſtæ *ſe ve ne ſaranno Dottori, ò Procuratori &c., e mancando detta deſcendenza, che ſiano Dottori, ò Procuratori*, ſubſtituerit actu Doctorem magis pauperem Collegii Ferrarien., caſus præbuerat, quod in deſcendentia Joannis Baptiſtæ nulli Doctores extarent; ſed ſolummodò Antonius Hippolyti primi hæredis filius adhùc in infantili ætate relictus: quapropter prætendente Contrio, in quo verificabantur requiſita ſubſtitutionis per approbationem Collegii Doctorum Ferrariæ, diſputatoque articulo, priùs *coràm Cardinali Vicecomite*, poſteà *coràm Ottalora*, Tribunal
21 ex motivo veriſimilis voluntatis, & prædilectionis cenſuit, diſpoſitionem remanere poſſe in ſuſpenſo, nec poſſe admitti ſubſtitutum, donec extabat ſpes, quod Antonius creſcens ætate poſſet implere mentem Teſtatoris, proùt ex *dec.43. par.14.* & pleniſſimè *dec.103. par.15. rec.*, ubi in Calce tranſcribitur quoquè formula Sententiæ.

Parùm diſtantèr ab eodem ſubjecto notatu pariter digna videtur famoſa quæſtio nuperrimè habita inter Archigymnaſium Urbis, quod ſub regimine Inclitorum Sacræ Conſiſtorialis Aulæ Advocatorum gubernatur, ac Patres *Societatis Ieſu*: prætendentibus etenim his, poſſe in eorum Collegio Cathedram erigere ſeparatam pro lectura Juris Canonici, ſeſe acriter huic prætenſioni oppoſuerunt Archigymnaſium, præfatique Advocati Conſiſtoriales fœlici eventu; quoniàm tàm ad terminos Juris, quàm Privilegiorum Summorum Pontificum, quæ fuſa manu contulere eidem Archigymnaſio, aliàs compellato *la Sapienza di Roma*, fuit non minùs ſuper puncto manutentionis ad partes
22 diſcuſſio, quàm ſuper bono jure determinatum, minimè licere Patribus Societatis mediante Cathedra ſeparata legere Jus Canonicum, quidquid ſit, ubi ad diſputationem aliarum Facultatum incidentèr, non tamen ex profeſſo tangerent de ſanctionibus ipſius Juris Pontificii, ſeù Canonici, ſicuti à ſuis principiis reaſſumpta materia apparet in *Deciſionibus* editis *In Romana Iuris legendi* tàm ſuper manutentione, quàm ſuper bono Jure *ſub die 16. Maii 1698. & 9. Ianuarii, & 22. Iunii 1699. cor. R.P.D. Muto*, quarum primæ habentur impreſſæ *apud Antonell. de Iurib., & onerib. Clericor. dec.25. & 26.*

## ASSISIEN. PECUNIARIA.

*Veneris 4. Julii 1698.*

### ARGUMENTUM.

Legato Fundo gravato annuo Cenſu, quæritur, an onus talis Cenſus tranſeat ad legatarium, vel ſpectet ad hæredem legantis, & favore legatarii reſolvitur in Cenſibus conſignativis creatis ad formam Bullæ B. Pii V.; Cenſus, evicto Fundo dato in ſolutum pro ejus extinctione, non reviviſcit, ſed datur actio pro evictione: Compenſatio quandò admittatur in Cenſu, & quid requiratur. Sors Cenſus eſt irrepetibilis, nec pro ea competit actio, niſi in caſu moleſtiarum.

### SUMMARIUM.

1 *Nihil in Iure tàm clarum exiſtit, ut apparenti aliqua ratione dubium reddi non valeat.*

2 *Legato Fundo cenſito, onus Cenſus, tanquàm reale, tranſit cum Fundo in legatarium.*

*Contrà num. 3. & 7.*

*Quæ concluſio favore legatarii eò fortiùs procedit, quandò ipſemet Teſtator legans Cenſum impoſuerat, n.4.*

*Et declarantur* Authoritates *contrariæ, ut procedant in Cenſibus reſervativis, non verò in conſignativis, n.6.*

5 *Creditor Cenſus licèt poſſit agere pro ſolutione fructuum contrà tertium poſſeſſorem Fundi cenſiti, non impeditur tamen agere actione perſonali contrà impoſitorem Cenſus, ejuſque hæredem.*

8 *Legatum relictum* pro omni, & toto eo &c. *præſumitur factum animo compenſandi cum eo, quod Teſtator legatario debebat.*

*Præſertim, ſi legatum longè excedat importantiam debiti, n.10.*

9 *Legatum nihil aliud eſt, quàm donatio ab hærede præſtanda.*

11 *Fidejuſſor non dicitur creditor principalis Debitoris, niſi poſtquam pro eo ſolvit in ſequelam ſuæ fidejuſſionis.*

12 *Conjecturæ non habent locum in claris.*

13 *Relatio ſemper facienda eſt ad cauſam magis probabilem, & propriam.*

14 *Peritiæ, à qua nulla ex Partibus appellavit, ſtandum eſt.*

15 *Fructus percepti per hæredem beneficiatum poſt vexationem Creditorum non ſunt proprii ipſius, ſed cedunt commodo eorumdem Creditorum.*

16 *Lis cenſetur derelicta per ſilentium 10. Annorum.*

17 *Donatio excludit ex explicita voluntate ipſius dantis.*

18 *Cenſus extinctus, evicto Fundo dato in ſolutum pro ejus extinctione, non reviviſcit, ſed competit actio pro evictione.*

19 *Penſio impoſita ſuper Beneficio, quod poſtmodùm Penſionarius in titulum acquiſivit, an reviviſcat, ſi Penſionarius deindè renunciet, aut reſignet idem Beneficium.*

20 *R.P.D.*

20 *R.P.D. Author iſtarum Deciſionum de Anno 1691. fuit electus Auditor fan. mem. Innocentii XII.*

21 *Injuſtitia notoria æquiparatur nullitati.*
*Et ideò Sententia notoriè injuſta, tamquàm nulla revocari poteſt ab eodemmet Judice, qui illam protulit, ibid.*
*Et multò magis ab ejus Succeſſore, n.22.*
*Amplia, id procedere, licèt talis Sententia tranſitum feciſſet in rem judicatam, n.23. ubi de ratione.*

24 *Reſtitutionem in integrum contra Sententiam injuſtam quilibet Judex, non autem ſolus Princeps concedit.*

25 *Mandatum relaxari nequit pro credito jam ſatisfacto, vel aliàs per ſolutionem extincto.*

26 *Clauſula,* Purgatis attentatis, *intelligitur quatenùs de Iure, ſeù ſi revera exiſtant talia attentata, & non alias.*

27 *Compenſatio dicitur vera ſolutio.*
*Quod procedit etiam in Cenſu, quando debitor Cenſus vult compenſare, n.28.*

29 *Extinctio Cenſus poteſt fieri cum ſe ipſo, quando quis duplicem repræſentat perſonam.*

30 *Cenſus fideicommiſſo ſuppoſitus benè poteſt extingui cum fideicommiſſario.*

31 *Tranſactio facta cum proximè vocato ad fideicommiſſum, dato etiam Curatore pro futuris vocatis, obligat quoquè Succeſſores ad obſervantiam.*

32 *Simulatio, aut colluſio allegari non poteſt, quandò conſtat de veritate crediti.*

33 *Sententia, à qua fuit appellatum, habetur, ac ſi lata non eſſet.*

34 *Judex procedens tanquàm in prima, non poteſt circumſcribere Iudicatum in ſuo met Tribunali.*

35 *Solutio cedit in cauſam expreſſam à Debitore.*

36 *Relevatio peti non poteſt pro moleſtiis non exiſtentibus, vel aliàs de medio ſublatis.*

37 *Sors Cenſus repeti non poteſt ceſſante pacto de illum extinguendo intrà certum terminum inito favore Tertii in eo obligati.*

38 *Obligatus liberare à moleſtiis ſatisfacit obligationi, illas in ſe ſuſcipiendo.*

39 *Recognitio bonæ fidei operatur, ut Contractus factus cum uno perindè habeatur, ac ſi initus fuiſſet cum recognoſcente.*

## DECISIO LXIII.

PRætendens Eleonora Comitiſſa Uxor, & hæres Guidonis, corruère reſolutionem captam *ſub die 16. Maii proximè præteriti*, plura conata eſt deducere fundamenta fulcientia (ut opinabatur) veteres ſuas exceptiones concernentes aſſertam redditionem rationis ex perſona ipſius Guidonis de hæreditate Hieronymæ Matris principalis Debitricis Cenſus, de quo agebatur, ulterioſque novum excitavit articulum, quod ſtante legato facto per eamdem Hieronymam favore Almenæ Matris Pauli Æmilii hodierni Actoris in Cauſa de Prædio, ſuper quo impoſitus fuerat Cenſus acquiſitus per ceſſionem tranſlativam à Paulo Æmilio, inducta cenſeri poſſet extinctio, vel in omnem caſum compenſatio prædicti Cenſus: Sed Domini librantes rursùs in Statera Juſtitiæ & reſtauratas, & innovatas exceptiones, minimè putarunt recedere à reſolutis.

Et quidem inanis, & penitùs inutilis viſa eſt nova quæſtio ſuſcitata de extinctione, ſeù compenſatione crediti Cenſus (quem, ut latiùs dictum fuit *in præterita Deciſione diei 16. Maii*, conquiſiverat Paulus Æmilius filius Hieronymi Rodulphi) ſub prætextu, quod de Anno 1667. Hieronyma legaverit prædictæ Almenæ Matri Pauli Æmilii Prædium Cenſui ſubjugatum: *per tutto quello, & in ricompenſa di quello eſſa Signora Conteſſa Girolama haveſſe preteſo, ò potuto pretendere de denari, e beni di detto Signor Girolamo Ridulfo Roncalli*, qui erat, ut enunciavimus, Pater ejuſdem Pauli Æmilii: & Maritus reſpectivè Almenæ; Siquidèm quantùmvis nihil in Jure no-
1 ſtro pacificum ſit, ut aliqua diſputatione offuſcari non poſſit, ut dicebat *Senatus Mantuanus* apud *Surd. dec. 272. in fin.*, itàut non defuerint nonnulli opinantes, quod facto le-
2 gato Fundi cenſiti, Cenſus ipſe rem legatam inſequatur, & transferatur in legatarium, remanente hæreditate, & hærede immunibus à ſolutione Cenſus impoſiti ſuper re legata, quemadmodum ſequendo reſponſum *Pauli in l. idem Iulianus 41. §. Hæres, ff. de leg. 1.* cum concord. tenuerunt *Achill. Pedroec. conſil. 2. per tot., Guttier. conſ. 18. n. 77., Pract. Papien. in form. libell. pro legat. rei ſingul. gloſſ. 1. num. 20.*

Nihilominùs firmior, & communior opinio reſedit apud *Scribentes*, & Tribunalia,
3 quod legatum Fundi cenſiti non alterat obligationem Debitoris, ejuſque hæreditatis, ſed idem Cenſus, veluti onus mixtum, ſcilicèt obligationis perſonalis impoſitoris cum ſubjugatione Fundi, potiùs in hoc caſu inhæreat perſonæ, quàm rei, ſicuti videre eſt apud *Menoch. conſ. 997. n. 10. & ſeq., Io. Bapt. Coſt. conſ. 9. per tot., & in tract. de ration. rat. qu. 72. à princ., Cavall. comm. qu. 747. n. 25. cum ſeqq., Roderic. de ann. reddit. lib. 2. qu. 1. ſub n. 6. verſ. adde tertium caſum, Modern. Melphiten. in addit. ad Gratian. diſcept. 611. n. 2. & 3., Ciroccb. diſcept. 52. n. 63. & 64., Card. de Luc. de legat. diſc. 26. n. 2.*

Eòque indubitantiùs, quotiès tractatur (ut
4 erat ad præſens) de Cenſu impoſito per ipſum legantem, quia poſtmodùm impoſitor legando nullatenùs ſe eximit à ſolutione conventa ergà Creditorem, ad ea, quæ proſequuntur *Mangil. de evict. qu. 64. n. 10., Franciſc. Palm. conſult. 89. n. 4., Tondut. qu. civil. cap. 61. n. 1. & 2., de Marin. ad Revert. dec. 360. n. 1., Conciol. de hered. art. 1. n. 150., & alleg. 69. num. 3.*

*n.3. & 4., Capon. diſcept.336. n.15., Card. de Luc. de Cenſ.diſc.18.n.5.* Creditor namque Cenſus valet utiquè ſecuta diſtractione, vel legato Fundi cenſiti in ſuis caſibus intentare ſuam actionem in Judicio Aſſociationis, vel
5 Salviani contrà Tertium, at non idcircò impeditur agere contrà Debitorem, & impoſitorem, cum quo ſolùm ab initio contraxerat, teſte *Covarr.var.reſol.lib.5.cap.7.ſub n.6. verſ. hinc etiam, de Marin. reſol. quotid. lib.1. cap.100. n.3. & n.10. cum ſeqq., Cenc. de Cenſib. qu.73. n.15., & qu.95. n.10., Rot. poſt eumdem dec.90. n.10. & ſeqq.*

Abſquè eò, quòd adverſari poſſe viderentur *Gratian.diſcept.611.*, cæterique adducti ex parte Comitiſſæ Eleonoræ, proùt ultrà jam allegatos ſuprà *in §. Et quidem*, opinati ſunt favore hæredis *Rodoer.ad de Marin. lib.1. reſol. cap.12., Calvin. de æquit.lib.2.cap.145.* utrobiquè *n.1. cum ſeqq.* Nam ratio, & concluſio pe-
6 nes contrarios affirmata ad ſummum poterat applicari Cenſibus, quos nuncupant reſervativos, ex eo, quod ad inſtar Canonum aſſimilentur oneribus propriè realibus, ipſamque rem apud quemcumque poſſeſſorem perſequentibus, non autem congruere valebat Cenſibus conſignativis, ut erat ille acquiſitus per Paulum Æmilium, quorum reſpectu licèt Beatæ Memoriæ Pius V. ad eatirpandos abuſus Cenſuum merè perſonalium, qui ſapere videbantur Uſuram, ordinaverit ad effectum periculi ſubjugari rem certis finibus deſignatam, attamen obligatio paſſiva per modum intermixtum reſidet principalitèr in perſona impoſitoris, & ſecundario in ipſo Fundo, ad ea, quæ diſtinguendo inter Cenſum conſignativum, & reſervativum, habentur in hac ipſa noſtra quæſtione apud *Menoch. conſ.1009. per tot., Anton. Gomez var.reſol.to.1. cap.12.n.39.in fin., Gratian. diſcept.955. n.23. cum plur. ſeqq., Paul. Ranucc. in reſponſ. impreſſ. penès Cenc. de Cenſ. qu.74. n.41. & 42., & ex n.58. uſquè ad fin., Calvin. de æquit. dicto lib.2. cap.145. n.41., Conciol. d. alleg.69. n.7. & ſeqq., Capon. d. diſcept.336. n.18. et 19., ac n.21., Card. de Luc. dicto diſc.18. de Cenſ. n.4. cum ſeqq.*

Et de facto Tribunal noſtrum quamtumvis quæſtionem hanc examinare, & formitèr definire non putaverit de Anno 1630., nimirùm, utrùm legato Fundo cenſito gravamen Cenſus tranſiret in legatarium, hæreſque remaneret immunis, quia nempè in eo caſu nulla neceſſitas exigebat articulum ſtabilire, ut conſtat ea *dec.522.apud Cenc.de Cen-*
7 *ſib.* Succeſſivè tamen opportunitate exigente diſputationem reſolvit feriò, & maturè favore legatarii *in Romana Pecuniaria, ſeù Cenſus 26. Febr. 1635. coram bo. mem. Ghiſlerio*, quam referunt, & ſequuntur *Merlin.de pignor. lib.4.tit.5.qu.157.per tot., Capon.dicta diſcept. 336. n.14. et ſeq. et n.23., Conciol. de hæred. art.1. n.146. cum ſeqq. et dicta alleg.69. n.1. et ſeqq. et n.19.*

Dignoverant Scribentes ſuper hoc articulo pro Eleonora difficultatem defenſionis in abſtracto, ſed eam communire contendebant ex particularibus facti, & verborum legati circumſtantiis, quaſi quod iſtæ ſuaderent, ſi non translatum, & in hoc caſu extinctum fuiſſe Cenſum per legatum factum Almenæ Matri Pauli Æmilii, ſaltèm fuiſſe compenſatum cum credito, quòd Hieronymus illius Vir obtinebat adversùs hæreditatem Hieronymæ legantis, & hoc præcipuè ea eo, quod
8 legatum per verba ſuperiùs recenſita foret conceptum = *pro omni, et toto eo etc.*, quaſi verò conſimilis forma legandi ſonaret potiùs in liberationem, quàm in liberalitatem,
9 & donationem ab hærede præſtandam, ut eſt propria deſinitio legati, ad *Text. in §.1. Inſtit. de legatis.*

Potiſſimè ad id accedente ponderatione,
10 quod legatum eſſet magni valoris, quodque vigore ultimi Codicilli, niſi legatarius acquieſceret, recipere teneretur ex obligatione impoſita hæredi bona æquivalentia ſuis creditis, ac deniquè, quia Hieronyma poſt jam exaratos Codicillos hypothecando propria bona pro reſtitutione Dotis Eleonoræ ejus Nurus exceperat expreſſè Fundos legatos Almenæ, & ſuper quibus Cenſus controverſus dignoſcebatur infixus, ad id referendo, ac conſarcinando ea, quæ in propoſito eaimendi hæredem per legatum Fundi cenſiti ad commodum Tertii, & maximè Creditoris, animadvertere relati per *Cæphal. conſil.158. n.42., Afflict. dec.44. n.21., Altograd. conſ.68. n.38. lib.1. Spad. conſ.348. n.7. lib.3., Modern. Palm. alleg.195. n.15. et 16.*

At eadem menſura, qua per Juſtitiam Domini metiti ſunt quæſtionem in abſtracto, menſuraverunt & in concreto, quia penitùs ab hodierna hypotheſi aberrabat ratio inductiva talis probabilis voluntatis; Jam enim quoties actum fuiſſet de Tertio legatario citrà mixturam crediti, res erat apertiſſima, ex jam firmatis: Quatenùs verò conjecturæ hujuſmodi promovebantur particularitèr ad inſinuandam voluntatem legantis circà compenſationem reſpectu Almenæ, ſeù Pauli Æmilii Creditoris, diſputatio, ſeù objectum effulxit ſe habere (ut Dialectici dicunt) de ſubjecto non ſupponente; Nam de Anno 1667., in quo fuit conditum Teſtamentum, & legatum à Hieronyma debitrice, Hieronymus Rodulphus nullo modo apparebat, ſivè erat creditor Cenſus, de quo in hodierna tractabatur Audientia, ex quo ejuſdem Cenſus acquiſitio longè poſt, nempè de Anno 1694., à Monialibus S. Claræ apparebat facta per ipſum Paulum Æmilium tanquàm Tertium, non autem repræſentativè ad perſonam Patris: qui nullum fove-

bat crèditum ergà Hicronymam Teſtatri-
cem, ac legantem tempore, quo Teſtatrix
occubnit: Hieronymus namquè Pater Pau-
li Æmilii adſcitus tantummodo fuerat pro
11 fidejuſſore, qui nunquam eſt propriè, &
verè Creditor, ſed ſolùm evenire poteſt
talis, poſtquàm vexatus à principali Credi-
tore paſſus eſt moleſtias, & ſolvit; ideòque
fidejuſſor benè apud Subſellia Judicantium
dicitur, & eſt Creditor conditionalis, ad
not. per *Alex. conſ. 599. n. 3. lib. 7., Salgad. in
Labyr. Credit. par. 2 cap. 21. n. 24., Tranchedin.
conſult. 39. n. 40., Rot. dec. 462. n. 6. & 7. poſt
Cenc. de Cenſib.*

Quin etiam, ultrà aberrantiam ſuppoſitio-
nis, quatenùs opus fuiſſet deguſtare medul-
12 lam conjecturarum, cùm hæ locum non ha-
beant, quando verba ſunt clara, *l. ille, aut il-
le, §. Cùm in verbis, ff. de leg. 3.* eò ipſo, quod
legans exprimebat legandi cauſam, nempè =
*per tutto quello, & in ricompenſa di quello haveſ-
ſe preſo, ò potuto prendere de' denari, e beni del
Signor Girolamo Ridolſo Roncalli*, neutiquàm
talia verba aptari valebant ſimplici, & adhùc
non purificatæ fidejuſſioni, quia nihil de
tempore legati cæperat à Hieronymo Ro-
dulpho Teſtatrix, ſivè in bonis, ſivè in pe-
cuniis; ideòque potiùs hujuſmodi formula
loquendi poterat, & pernecesſè debebat re-
ferri ad alias cauſas extrà fidejuſſionem, &
in quibus verſari valeret hujus nobilis Mu-
lieris ſcrupulus, & Religio, inter quas ſi-
gnantèr adeſſe poterat àdminiſtratio geſta
de bonis Hieronymi Rodulphi Patris Pauli
Æmilii, & reſpectivè Generi ejuſdem Hiero-
nymæ de tempore, quo poſt contractas nu-
ptias cum Almena ſpatio plurium Annorum
regimen totius Domus permanſerat penès
ipſam Hieronymam: ſemper namquè rela-
53 tio, in ordine ad verba generalia, & æqui-
voca, facienda eſt ad cauſam magis probabi-
lem, & propriam, juxtà in omnibus mate-
riis animadverſa per *Bardellon. conſ. 21. n. 62.,
Baitell. de ultim. volunt. dec. 22. n. 55., Rot. de-
ciſ. 442. n. 15. par. 5. rec.*, & optimè *in dec. 550.
n. 4. cum 2. ſeqq. par. 59.*

Proſtrato novo motivo, faciliùs vetera
munimenta prolapſa ſunt; quidquid enim
reſtaurabatur de duobus Proceſſibus in Par-
tibus compilatis, & ex quibus prætendeba-
tur, in redditione rationis Guidonem Hie-
ronymæ debitricis hæredem cum beneficio
legis, & Inventarii, Creditorem emergere
calculato introitu, & exitu ab anno 1667.
uſquè ad Annum 1680. in ſcut. 252. 96., pro-
tinùs collabeſcere enitnit ex relatione Peri-
ti electi ſuper reviſione hujuſmodi Proceſ-
ſuum, in qua probus, & diligens Curialis ſin-
gulas partitas enucleando de ordine Emi-
nentiſſimi Cavallerini tunc A. C. Locumte-
nentis deputatus manifeſtè oſtendit, quod
juxta jam indicata *in præterita Deciſione 16.
Maii proximè præteriti coram Me*, Guido rema-
nebat undequàque debitor in majori ſum-
ma, quàm importet præſens altercatio, ſci-
licet in ſc. 4216. 72., ut in Peritia ad partes
diſtributa, & cui ſanè Peritiæ, à qua nec
14 etiam ex parte Guidonis, vel Eleonoræ fuit
provocatum, ſtandum eſſe, juncta præſertim
probitate Curialis, pluriès dixit *Rota*, & ſi-
gnantèr *in Sutrina Dotis 28. Iunii 1697., §. Ul-
teriùs, cor. R.P.D. meo dell' Olmo*, maximè
quando, ut diximus, ab ea non fuit appella-
tum, ut proſequitur *eadem Rota dec. 157. n. 2.
& 3. cor. Priol., & in rec. deciſ. 23. n. 3. & 4.
par. 14., dec. 201. n. 4. par. 58., & in Setina, ſeù
Terracinen. Pecuniaria 25. Iunii 1696. §. Exa-
ctio autem, coram R.P.D. meo Caprara.*

In nihilo refragantibus quibuſdam parti-
tis uſquè ad numerum 21. iterùm allatis pro
extenuatione debiti præfatorum ſc. 4216. 72.,
& ſignantèr ex cauſa fructuum conflantium
ſummam ſcut. 2397. 14; Quià eædem *in præ-
cedenti Deciſione* jam ſatis apparuerunt ever-
ſæ, & profligatæ, multoque magis per Peritiam,
ad quam Domini poſt accuratum examen
meritò relationem habuerunt, repulſo, ſeù
non attento altero objecto, quod Guido non
foret ex Veſte, quam induebat hæredis bene-
ficiati, condemnandus tàm in Peritia, quàm
*in præterita Deciſione*: cùm enim de Anno
1669. hæc eadem lis fuerit conteſtata, quis
dubitat, fructus ab indè perceptos per hære-
55 dem beneficiatum eſſe ad calculum hæredi-
tatis debitricis à die detectionis, multòque
magis vexationis Creditorum recenſendos,
juxta communitèr firmata per *Salgad. in La-
byr. Credit par. 2. cap. 1. ex n. 57., Conciol. de hæ-
red. art. 3. n. 78. & 79., Epiſc. Rocc. Select. diſput.
Iur. cap. 47. n. 52. cum ſeqq.*, Rot. *dec. 47. n. 6.
& 7. cor. Sa. mem. Alex. VIII., & in recent. de-
ciſ. 83. n. 9. & 10. par. 16., dec. 267. n. 26. par. 17.,
dec. 16. n. 15. & 16. par. 19., & in Potentina
Cenſus 26. Novemb 1691. §. Quam ſententiam,
cor. Eminentiſs. D. Card. Cavallerino.*

De Penſionibus Apothecarum in ſc. 915.,
quas prædictus calculaverat Peritus inter re-
liquos fructus hæreditatis Comitiſſæ Hiero-
nymæ, & de pretio medietatis Caſtri Sterpe-
ti, quod idem Peritus adauxit in calculum,
ſivè creditum hæreditatis Hiaronymæ, nul-
latenùs fuit apud Dominos quæſtio in anci-
piti: Circà namquè penſiones, tota oppoſi-
tio Elennoræ verſabatur in eo, quod Guido
ejus Vir, ſtante lite cum Sperellis, penſiones
hujuſmodi receperit ſub obligatione de ha-
bendo eaſdem penſiones in forma depoſiti,
juxtà Decretum Auditoris Signaturæ Juſti-
tiæ editum de Anno 1670.; Verùm cùm ab-
indè citrà nil geſtum, aut exactum docuerit
Eleonora ex parte DD. de Sperellis, utiquè
talis obligatio habendi in forma depoſiti
non efficit, quominus Guido penſiones effe-
ctivè receperit ab hæreditate Hieronymæ
de-

debitricis, & conſequentèr de iiſdem non
teneatur reddere rationem, præcipuè cùm
16 per lapſum tanti temporis, videlicet Anno-
rum 28., lis de facilis poſſit haberi pro dere-
licta, ad eà, quæ in terminis ſolius ſpatii de-
cennalis tradidere *Gratian. diſce.535. n.7. & ſeqq. Antonell.de temp.legal.lib.2. cap.51.n.30. Rot. dec.20.n.9. cor. Carr., & in Cortonen. Beneficii* 18. *Martii* 1695. §. *Cùm enim, cor. Me.*

Quoverò ad medietatem Juriſdictionis Caſtri Sterpeti conquiſitam à Hieronyma ſub nomine filiorum, & ſic ipſius Guidonis, fruſtrà allegari viſa eſt donatio ad commodum ipſius Guidonis, & Ulderici ejus filiorum, itànt in Aſſe hæreditatis hujuſmodi acquiſitio apponenda non foret: Quia etiam introſpecto viſcere oblationis factæ per Hieronymam eluxit, quod Hieronyma, fortaſsè tanquàm fœmina, verens, nè Fœuda acquiri poſſent per Mulierem, expreſsè proteſtata eſt, velle ſe revalere de totali ejus credito, à quo promanabat emptio, contrà bona filiorum; quapropter nequit fortiùs eliminari donatio,
17 quàm ex declarata voluntate prætenſi dona-
toris, vel donatricis in contrarium, ex addu-
ctis per *Michalor. de fratribus par. 1. cap.26. & ſeq.* utrobiquè *n.31. & 32., Hermoſil. ad Lopez gloſſ.6. lib.3. tit.4. par.5. num.6., Carvall. de utraq. Quart. par.4. cap.1. n.128., Rot. cor. Merlin. dec.885. n.24. verſ. demùm, & dec.54. n.13. cum duobus ſeqq. par.5. rec.*

Atque ex his, remanente in ſuo robore vi *præteritæ Deciſionis*, fruſtrà non minùs de novo circumferebantur propria credita, quæ Eleonora ex promiſſa perſona Guidonis ad obtegendam hæreditatem Hieronymæ debitricis aſſerebat; de quodam namquè Cenſu conquiſito per Guidonem à Perithæo de Monteſperellis, & per Comitiſſam Eleonoram in hodierna Audientia denuò repetito, nec coràm Perito tunc, nec hodiè data eſt juſtificatio, proùt nec etiam de ſuppoſitis creditis pro Dote Landæ Aviæ Guidonis, quævè potiùs retorquebat Paulus Æmilius, dum Guido ceſſit ad favorem Hieronymæ Matris (ſuper cujus hæreditate tota eſt quæſtio, non autem ſuper illa Guidonis) ſcuta 3000., ideòque quidquid ſit de credito hujus Aviæ, hoc potiùs non ad debitum, ſed ad creditum ejuſdem Hieronymæ erat adſcribendum: Quapropter demptis omnibus hujuſmodi irrelevantibus, & prorsùs fruſtratoriis partitis, & bonificato etiam quodam Cenſu favore Cantuccii contracto in ſcut.500. una cum fructibus ſimilis ſummæ, inhærendo præfatæ condemnationi Periti in majori ſumma ſcut 4216. 72., ad effectum, ut poſſet, quemadmodùm Juſtitia impellebat, ſatisfieri Comes Paulus Æmilius, firmitèr (exuberante Aſſe Comitiſſæ Hieronymæ debitricis) Domini inhæſerunt deciſis, utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

Demandata paritèr fuit expeditio hujus Cauſæ ſub die 4. Auguſti 1698., quinimò huic, & præcedenti Deciſioni confirmatæ Partes acquieverunt.

Ad propoſitum verò, de quo principalitèr agitur in præſenti Deciſione, circà extinctionem Cenſus mediante acquiſitione Fundi cenſiti, vel etiam præſumpta, vel oppoſita compenſatione, diſtinguere opus eſt, undè proveniat acquiſitio Fundi cenſiti facta per Creditorem Cenſus, quia regularitèr, ubi acquiſitio (exempli gratia) per viam emptionis, ſivè dationis in ſolutum facta fuit irrevocabilitèr, adeòut vel natura actus, vel virtus Clauſularum non faciant eamdem acquiſitionem revocabilem, vel ubi adſit aliquod pactum reſolutivum, cum ſimilibus, extinguitur Cenſus, & liberantur fidejuſſores, ac Tertii poſſeſſores ab omni hypotheca,
18 & ſi Creditor poſtmodùm paſſus fuerit evi-
ctionem ex aliquo accidenti, Cenſus jam
mortuos non reviviſcit, ſed competit actio
pro evictione, ſivè es empto, *Cenc. de Cenſibus quæſt.108. n.17. & ſeqq., & quæſt.114. n.14., Surd. dec.266. n.4. cum ſeqq., Rot. cor. Bich. dec.551. à n.8. ad 14., & cor. Buratt. dec.772. n.4. & 5. & dec.811. n.1.*

Caſum ſingularem ſuppeditavit dimiſſio Archiepiſcopatus Florentini facta per D. Cardinalem Nerlium, cùm etenim is antè aſſequutionem ejuſdem Archiepiſcopatus frueretur ſuper eo Penſione legitimè impoſita ſcutorum 400., quæſitum fuit, & Ego
19 deſuper extiti interrogatus, utrùm per di-
miſſionem prædicti Archiepiſcopatus revi-
viſceret præfata Penſio ſcutorum 400., & agnitum fuit, quod non, esemplo uſusfructus, cui Penſio æquiparatur, justà deducta per *Tondut. de Penſion. Eccleſ. cap.45. n.28. & ſeqq. & cap.52. n 27. & ſeqq.*, & ideò potiùs alio modo fuit conſultum meritis, & indemnitati prælaudati D. Cardinalis.

At redeundo ad materiam Cenſus, qui in aliquibus aſſimilatur Penſioni, ipſique uſufructui, de Anno 1691., qui fuit poſtremus
20 in Advocatione, cùm ſub eodem Anno fue-
rim evocatus à glor. mem. Innocentio XII. ad munus ſui Auditoris, ſcripſeram pro DD. Fratribus de Lantes contrà D. Ducem ab Altemps, qui cùm impoſuiſſet quoſdam Cenſus (quos poſteà *Sacra Rota* inter alias Partes declaravit fictitios) favore multiplici Primogenituræ de Ruvere, & vereretur, nè, non obſtante quadam reſtitutione, ſivè extinctione facta eorumdem Cenſuum, poſſet moleſtari per ſucceſſores in Primogenitura, es quo perperam reſtituiſſet hujuſmodi Cenſus in manibus Ducis Hippolyti actualis poſſeſſoris Primogenituræ, & obtinuiſſet Mandatum executivum ab A. C. contrà hæ-

 redes;

redes, ſeù bona hæreditaria Ducis Hippoly-
ti, Ego credebam, Mandatum eſſe injuſtum,
ex quo Dux Hippolytus compenſaverat hoc
pretium ſibi reſtitutum cum credito, quod
habebat ergà multiplicum, ex ſequentibus
rationibus.

Adeò clara, & palpabilis eſt injuſtitia
Mandati à R. P. D. Scarincio tamquàm ab
A. C. deputato relaxati, ut nedùm abſtinen-
dum proculdubio veniat ab illius executio-
21 ne, ſed etiam valeat Judex, qui Sententiam
tulit, ſeù Mandatum relaxavit; illud revo-
care, & annullare, cùm injuſtitia notoria in
hoc caſu æquiparetur nullitati, juxtà Doctri-
nam *Archidiac. in cap. eis qui appellat*, aliàs
*in §. Definitiva, verb. etiam ſi eſſentia, 2. qu. 6.*,
quàm communitèr ſequuntur *Innocent.*, *Fæ-
lin.*, *Vant.*, aliique relati per *Surd. conſ. 160.
n. 50.*, *Gratian. diſcept. 531. n. 71.* optimè *Ca-
rol. Ant. de Luca ad Franch. dec. 398. n. 3. verſ.
addo, quod ſi Iudex*, & notavit Magiſter in pra-
xi noſtra *Tiber. lib. 1. cap. 53. n. 1.* & concor-
dat *Capuc. in prax. par. 2. cap. 8. n. 328. 329. &
330.* & in fortioribus *Card. de Luca de Iudic.
diſc. 36. n. 4.*, quodquè dictum èſt de eodem
22 Judice, locum ſibi quoquè vindicat reſpectu
ejus Succeſſoris, cùm Judex, ejuſque Suc-
ceſſor ſint unum, & idem, ut proſequuntur
*Bart. in l. ab executore n. 9. ff. de appel. Franch.
in cap. dilectus n. 65. verſ. non obſtat. eodem tit.*,
*Scacc. eodem tract. qu. 19. remed. 1. concl. 6.
n. 83.*, *Salgad. de Reg. protect. par. 1. cap. 3. n. 53.
& ſeqq.*, *Altimar. de Nullit. rub. 3. quæſt. 7.
n. 1. & ſeqq. & n. 6. & 7.*

Advertendo, quod pleræque ex eiſdem
*Authoritatibus* expreſſè loquuntur in caſu,
23 quo tale Mandatum, vel talis Sententia tran-
ſitum per negligentiam, vel alio modo fece-
rit in rem judicatam, quia tàm nullitas,
quàm notoria injuſtitia tranſire non permit-
tunt Sententias, vel Mandata Judicium in rem
judicatam, ad litteram *Text. in cap. inter cæ-
teras, de ſentent. & re judic. & in l. 4. §. Condem-
natum, ff. eodem, Rot. dec. 377. n. 20. cor. Priol.,
& dec. 726. n. 1. par. 18. & alibi quotidiè*; &
eſſe indubitatum, quando reſciſſio petitur
excipiendo, vel expetendo reſtitutionem in
integrum, ait *Card. Albit. de Incoſt. in Iudic.
24 quæſt. 37. n. 315. & ſeqq.* ubi quod eamdem
reſtitutionem in integrum non tantùm Prin-
ceps, ſed etiam Iudex poteſt concedere.

Et ſanè quæ æquitas, quæ Juſtitia pati po-
teſt, ut dum ſimpliciter Rota ex non facta
opportunè tranſportatione Actorum mode-
rata eſt inhibitionem, Iudex à quo habens
tantummodò in vim præfatæ moderationis
facultatem exequendi ſuum Mandatum poſ-
ſit illud exequi, dum ſibi (ut ad præſens) evi-
25 dentiſſimè conſtat, quod Cenſus, pro quo-
rum ſorte, & fructibus reſpectivè relaxatum
fuit tale Mandatum, non ampliùs extant in
rerum natura, ſed legitimè jam fuerunt ſatiſ-
facti, & extincti, contrà *Text. in §. 1. Inſtit. quib.
mod ſolv. oblig.*, *Rot. cor Celſ. dec. 18. n. 1. & ſeq.*
& in noſtris terminis *deciſ. 250. num. 1. & 2.
par. 19. rec.*, quando etiam in valdè duriori-
bus habemus, quod etſi Signatura Juſtitiæ
reſcribat cum aliqua Clauſula abſoluta (ex.
26 gr.) *purgatis attentatis*, quæ regularitèr ſu-
ſpendit Juriſdictionem, nihilominùs id in-
telligitur, quatenùs de Jure, & revera adſint
talia attentata, & non aliàs, ut plenè decidit
*Rot. dec. 574. per tot. cor. Dunozett. Iun. repe-
tit. dec. 215. par. 8.* quam poſtmodùm ſecuta
fuit *eadem Rot. cor. Priol. dec. 349. n. 6. & 7.,
& par. 16. recent. dec. 232. n. 5. & 6.*

Quod autem præfati Cenſus legitimè fue-
rint extincti, patet non minus ex Sententia
deſupèr prolata tunc ab A. C. Caprara, in
qua pronunciatum fuit, hujuſmodi Cenſus
remanſiſſe compenſatos mediante credito
longè majoris quantitatis, quod D. Dux Hip-
polytus habebat ergà fideicommiſſum, ſeù
multiplicum ex cauſa emptionis Terræ Poli-
martii, & Caſtri Chiæ, verùm etiam ex veri-
tate talis crediti, cum quo (præciſivè ab om-
27 ni Sententia) volente Debitore fit compen-
ſatio, & ex compenſatione reſultat idem ef-
fectus, qui ſequitur ex effectiva ſolutione, ad
*Text. in l. ampliùs 15. ff. rem rat. hab.*, *Maur. de
ſolut. cap. 2. §. 5. n. 5. cum 2. ſeqq.*, *Surd. dec. 191.
n. 1.*, *Niger de Except. cap. 13. §. 2. num. 11. &
12.*, *Ioſ. de Roſa conſult. 45. n. 5. & 6.*, *Rot. cor.
Arguell. deciſ. 91. n. 37.*, quod & habere lo-
28 cum in Cenſibus, ubi Debitor vult compen-
ſare, planum eſt, ex congeſtis per *Cenc. de cen-
ſib. qu. 88. n. 6.*, *Salgad. in labyr. Credit. par. 2.
cap. 28. n. 27.* latè *Urceol. conſult. for. cap. 61.
n. 13. & ſeq.*, *Conciol. alleg. 56. n. 19. & ſeqq.*,
*Rot. poſt Merlin de pignor. dec. 47. n. 7. verſ.
nec evertitur, & dec. 148. per tot. par. 16. rec.*
& alibi paſſim.

Fortiùs verò, quia cùm de Iure ſuffeciſſet
voluntas, & declaratio D. Ducis Hippolyti
pro facienda compenſatione, non obſtante,
quod altera perſona, cum qua facienda erat
hujuſmodi compenſatio. foret ipſum Multi-
29 plicum, ſeù fideicommiſſum, quia nihilomi-
nùs reduplicando perſonam valebat D. Dux
id efficere cum ſe ipſo, ut in individuo hujus
reduplicationis teſtatur *Card. de Luc. de Credit.
diſc. 47. n. 11.* & antè eum uberrimè *Salgad.
in labyr. Credit. par. 2. cap. 7. n. 26. & ſeqq.*, *Va-
lenzuel. conſ. 156. ex n. 77. cum ſeqq.*, & ſignan-
30 tèr *n. 82. cum ſeqq.* non enim fideicommiſ-
ſum impedire poteſt extinctionem Cenſus,
quam facere Debitor intendit, juxtà *Text. ex-
preſſ. in l. antè reſtitutam 104. ff. de ſolut.*, cum
quo uno ore procedunt *Roderic. de ann. reddit.
lib. 2. qu. 15. n. 37. & ſeqq.*, *Card. de Luca de
Cenſib. diſc. 23. n. 2.*, *Cenc. eod. tract. qu. 109.
n. 58.*, *Rot. poſt eumdem dec. 351. n. 4. & de-
ciſ. 363. n. 1. & 5.*, & *cor. Dunozet. Iun. dec. 858.
n. 3. & ſeqq.*, & *cor. Celſ. dec. 116. n. 15.*, &
de-

*deciſ.557. num.4. par.4. tom.3. rec.*

Nihilominùs ad abundantiorem cauthe-
lam Dux Hippolytus fecit hanc compenſa-
tionem cum publico Inſtrumento deſuper
celebrato inter ipſum, & D. Principem ejus
filium, deputato ulterius Curatore pro vo-
catis ad idem multiplicum; unde neſcitur,
quomodò valeat impugnari ad præſens tran-
ſactio inita cum proximè ſucceſſuro, ſerva-
tiſque Solemnitatibus opportunis, & neceſ-
31 ſariis, quia, niſi de manifeſta colluſione do-
ceatur, certum eſt, quod tranſactio, & con-
ventio facta cum proximè vocato, juncta
etiam deputatione Curatoris pro futuris, ob-
ligat Succeſſores etiam independentes, juxta
*Tex. in l. cùm hæreditas, ff. ad Trebell.* cum con-
cord. *per Peregrin. de fideic. art.52. n.88., Fu-
ſar. de ſubſtit. quæſt.562. n.3. & quæſt.708. n.10.
& ſeqq., Rot. cor. Royas deciſ.477. in fin., & cor.
Celſ. deciſ.101. n.3., & deciſ.359. n.6. par.13.,
& deciſ.169. n.17. par.15. rec.*

De hac autem colluſione nec per imagina-
tionem doceri poteſt; quia licèt non præce-
deret Sententia A. C. Capraræ, & licèt non
fuiſſet deputatus Curator pro aliis vocatis,
quæ omnia arguunt manifeſtam ſincerita-
tem actus, ſed fuiſſet facta compenſatio in-
ter domeſticos Parietes inter Patrem, & fi-
lium: attamen dum conſtat effectivè, quod
Dux Hippolytus emit Terram Polimartii, &
Caſtrum Chlæ, & utrumque loco præfato-
rum Cenſuum aſſignavit, & ſuppoſuit mul-
tiplico, remanet inallegabilis quæcumque ſi-
32 mulatio, nam quando conſtat de ſubſtantia,
& veritate crediti, ſimulatio allegari non po-
teſt, ut poſt *Capyc. Latr. conſult.137. n.67., Rot.
poſt Merlin. de pignor. deciſ.48. num.15., & de-
ciſ.275. n.16. par.16. rec.* reſpondit *eadem Rot.
deciſ.316. n.24. & ſeqq. par.19.*, ubi quod in
hoc caſu nec etiam admittuntur conjecturæ
in contrarium, quævè aliàs ad probandam
colluſionem ſufficerent.

Neque refragatur, aut in aliquo turbat
Sententia deinceps prolata ab A. C. Caval-
lerino, duo declarans, alterum nempè, quod
hujuſmodi Cenſus pertineant ad Primogeni-
turam, & alterum, quod idem Dux Hippo-
lytus debitor remanſerit ejuſdem Primoge-
nituræ in ſcutis 86760; Quia pro quacum-
que amaritudine vitanda ſufficit reſponde-
re, quod à præfata Sententia A. C. Cavalle-
rini pendet hodiè appellatio, undè non po-
teſt eadem Sententia ad præſens obiectari
contrà præcedentem Sententiam A. C. Ca-
praræ emologatam à Principe ſucceſſore, &
cum ſolemni Inſtrumento ratificatam, cùm
33 potiſſimus effectus, qui ab appellatione de-
rivat, ſit, ut ſententia, à qua pendet appella-
tio, habeatur penitùs pro non lata, ut plenè,
& notabilitèr firmat *Fontanell. de pact. nupt.
clauſ.4. gl.ff.10. par.1. ex n.65.*, & ſignantèr
*n.68. uſque ad 80., Hedieru. ad Surd. deciſ.212.
n.7., Parlador. rer. quotid. lib.2. cap. fin. par.5.
§.5. n.11., Rot. deciſ.706. n.7. & ſeqq par.18. &
in Romana Fideicommiſſi de Ceulis 16. Junii
1683. §. Minùs ex ſententiis, cor. Reverendiſſi-
mo Decano, & in Neapolitana Pecuniaria 12.
Aprilis 1687. §. Et ad id, cor. R. P. D. Molines.*

Certiùs conſiderando, quod eadem Sen-
tentia A. C. Cavallerini eſt ocularitèr nul-
la, & injuſta; Et quidem nulla, cùm idem
34 A. C. Cavallerinus procedens tanquam in
prima, non potuerit directè, vel indirectè
circumſcribere Judicatum in proprio Tri-
bunali, etiam quando non ſuperveniſſet
emologatio, & Juramentum Principis, *vulg.
l. Paulus, & l. Iudex, ff. de re judic., & l.1. C. ſen-
tent. reſcind. non poſſ.* cum reliquis per *Card.
Albit. de Inconſtant. in Iudic. quæſt.37. n.277.
& ſeqq.*

Injuſta verò, quia dato milliès, (proùt
conſtantiſſimè negamus,) quod Dux non
ſolùm in præfata ſumma ſcutorum 86760.,
ſed etiam in longè majori debitor remanſiſ-
ſet ergà Primogenituram, quid indè? ſcili-
cet ad effectum impediendæ compenſatio-
nis; utique enim valebat Dux habens inve-
ſtimentum, ſeù creditum Terræ Polimartii,
& Caſtri Chlæ, illud ad ſui libitum contra-
ponere extinctioni horum Cenſuum, nam
quemadmodùm poterat non emere prædi-
ctam Terram, & Caſtrum, & remanere de-
bitor in magis ingenti quantitate relinquen-
do Cenſus pro Primogenitura, ità potuit de-
35 clarare, quod creditum, ſeù pretium præfa-
tæ Terræ, & Caſtri cederet in compenſatio-
nem iſtorum Cenſuum, ad trad. per *Mart.
Medic. exam. Seuen.15. n.3., Rot. cor. Gregor.
deciſ.366. n.4.*

Atque hæc adeò (ut præmiſimus) viden-
tur clara, & rotunda, ut non oporteat ad alia
deſcendere fundamenta, quia non poteſt
36 Pars ſub prætextu relevationis à moleſtiis
expetere expeditionem Mandati pro mole-
ſtiis nedùm ſomniatis, ſed etiam ſublatis, &
mediante realitate crediti Ducis Hippolyti,
& oppoſita ab eo compenſatione penitùs ex-
tinctis, ut in puncto poſt *Alex. conſ.65. num.4.
& 5. lib.5., Natt. conſ.267. num.4., Honded.
conſ.30. n.33. lib.1., Mangil. de Evict. qu.38.
n.2.* reſpondit *Epiſc. Rocca ſelect. diſput. Iur.
cap.78. n.20.*

Cæterùm ex abundanti neſcitur, quomo-
dò valeat Pars (quando etiam non conſta-
ret de hac extinctione, & compenſatione
jam juſtificata, & aliàs hodiè ſupponenda)
inſiſtere ſuper expeditione prædicti Man-
dati; quia ſi tractemus de ſorte Cenſuum,
illa, ut eſt notorium, eſt irrepetibilis, quam-
37 obrèm neceſſe eſt, quod eadem Pars addu-
cat, vel aliquod pactum initum ad ſui favo-
rem de extinguendo hujuſmodi Cenſus,
quod in caſu noſtro non adeſt, vel quod ali-
qua de facto moleſtia inſurrexerit, ut præter
magi-

magiſtrales *deciſiones cor. Duran. la 27., & la 54. apud Poſth. de ſubbaſt.* omninò requiri ſupponunt, & tradunt adducti per *Rot. dec. 669. n. 8. & 9. par. 18.*, & antè eam *Dunozest. Iun. dec. 149. per tot.*, & præcipuè *n. 7.*, quæ loquitur in terminis recognitionis bonæ fidei in contractu Cenſus, & concordat *Card. de Luc. de Cenſib. diſc. 12. n. 2.* optimè *eadem Rot. in Romana Cenſus 12. Iunii 1682. §. Non obſtat, cor. Reverendiſſimo* Decano.

Et quidèm, dum nullum concurrit pactum, quomodò pro moleſtiis, quæ non adſunt, poteſt peti relaxatio, vel expeditio Mandati circà ſortem, quam nec ipſe Creditor petere poteſt? quin etiam quomodò poſſet hæc Pars ſatisfacere tali obligationi de liberando à moleſtiis, dum quandò adeſſent de facto, vel de Jure moleſtiæ, rema-
38 neret impleta obligatio, quotieſcùmque litem, vel iſtas moleſtias in ſe ſuſciperet, juxtà pleniſſimam *dec. 626. per tot. par. 18.*

Quoverò ad fructus, nulla paritèr actio competere valet Parti, cùm nullos fructus de proprio perſolverit, obligatio autem Ducis Hippolyti ergà multiplicum, & Fideicommiſſum nihil commune habet cum eadem Parte, quæ, inquantum in ſe eſt, *ſolvere*, (ſunt verba præciſa ſuæ obligationis) *& exburſare promiſit in fine cujuslibet Semeſtris hic Romæ liberè &c.*; undè dum liberè ſolvere debebat, non erat obligatus inveſtire, & multiplicare, idemque Dux Hippolytus, ſi ob recognitionem bonæ fidei conſideretur uti debitor originarius, & paritèr non tenetur ex hac perſona ad faciendum aliquod multiplicum, vel inveſtimentum, ad quod non tenebatur Pars vigore Contractus, cùm
39 recognitio bonæ fidei operetur dumtaxat, quod ille Contractus celebratus in perſona unius habeatur ſub eiſdem pactis, & obligationibus adamuſſim celebratus cum ipſo recognito, teſte *Rot. dec. 533. & 534.* utrobiquè *n. 1. poſt Cene. de Cenſ., & cor. Merlin. dec. 577. n. 4., & cor. Dunozzest. Jun. dec. 392. antè n. 1. verſ. quamvis enim, & cor. Celſ. dec. 323. n. 3., & dec. 48. n. 5. par. 8. rec.*

## PAPIEN. PRÆPOSITURÆ.

*Ven. 28. Novembris 1698.*

### ARGUMENTUM.

Licèt Judex, poſtquàm ſemel judicavit, non poſſit in Cauſa ſe intromittere, id tamen intelligitur de definitiva Sententia, non de Interlocutoria; nam in hac ultima ſpecie poteſt iterum, iterùmque pronunciare, ut dicitur eſſe in examine litteraturæ, quæ per duas vices in gradu appellationis poteſt fieri. Appellatio a reprobatione Examinatorum datur ſemper in devolutivo, & etiam in ſuſpenſivo, quandò agitur de Beneficio Juriſpatronatus Laicorum. Habens oculum effoſſum, an dici debeat deformis, & ridiculus; & an electio de eo facta, dicatur importare diſpenſationem impedimenti.

### *SUMMARIUM.*

1. *Appellatio datur à mala relatione Examinatorum Synodalium.*
2. *Auditor Rotæ poteſt in una, eademque Cauſa ſibi commiſſa pluriès definitivè ſententiare.*
   *Declara, id procedere in diverſis Inſtantiis, & cum nova ſemper Commiſſione, aliàs ſecùs, n. 3. & 4.*
4. *Commiſſio directa Auditori Sac. Rotæ expirat ſtatim ac ipſe Sententiam, vel Decretum definitivum protulit de Voto ſuorum Correſponſalium, & n. 8.*
5. *Facultas appellandi intelligitur pro una vice.*
6. *Princeps ſupremus derogare non ſolet juri per Tertium quæſito.*
7. *Idoneitas attendi debet de tempore collati Beneficii.*
8. *Jurisdictio Judicis tàm ordinarii, quàm delegati non expirat, niſi poſt effectivam pronunciationem Sententiæ, aut Decreti definitivi, & n. 11.*
9. *Iudex poteſt pluriès devenire ad electionem Peritorum pro meliùs indaganda veritate, efformandoque ſecuriori Iudicio, & n. 28.*
10. *Examinatores repræſentant figuram Peritorum.*
12. *Appellatio in ſuſpenſivo, & devolutivo eſt prohibita à relatione Examinatorum.*
    *Contrà, quod ſolùm intelligatur prohibita ad effectum ſuſpenſivum, n. 13.*
14. *Appellatio non datur ſine juſtificatione, aut ſaltèm ſufficienti fumo gravaminis.*
15. *Gravamen illatum perſonæ reprobatæ ab Examinatoribus nequit meliùs juſtificari, quàm ex novo experimento, ſivè examine.*
16. *Reprobatus prima vice ab Examinatoribus de Partibus, & ſecundo loco ab Examinatoribus Urbis, adhùc provocare poteſt ad tertium examen, & n. 22. & 27.*
    *Et de ratione, n. 18. cum tribus ſeqq.*
    *Et declarantur, in quibus terminis procedant* Garz., & Maſſobr., *qui videntur tenere contrarium, n. 17.*
19. *Appellandi facultas bis de Iure conceditur, ceſſante Statuto, vel qualitate privilegiati Iudicii in contrarium.*
23. *Appellatio ſuſpenſiva admittitur à reprobatione Examinatorum, quandò agitur de Beneficio Iuriſpatronatus Laicorum.*
24. *Præſentatus à Patronis dicitur habere jus ad rem.*
    *Niſi fuiſſet præſentatus ſub conditione, tunc enim non poteſt dici habere jus ad rem, niſi purificata conditione, n. 25.*
26. *Examen novum poſt quantū tempus peti debeat.*
29. *Approbatus ab Ordinario non debet ſinè urgentiſſima cauſa trahi ad novum examen in Urbe.*
30. *Concurſus novus fieri non debet, quando ex duobus æqualitèr approbatis unus repertus fuit incapax ob crimen, ſed Parochialis adjudicanda eſt alteri approbato.*
31. *Prælectio unius ex pluribus approbatis in Con-*

*Concurſu an debeat fieri per Epiſcopum, vel per Vicarium Apoſtolicum pro gubernio Epiſcopatus miſſum à Sancta Sede.*

32 *Examen reprobati, qui appellavit, faciendum eſt eorám Epiſcopo viciniori, quando concurrit juſta cauſa non eundi Romam.*

33 *Qui ſe ſupponit examini aliam confingendo perſonam, incurrit pœnam excommunicationis, & privatur Beneficiis.*

34 *Examen factum coràm Examinatoribus Synodalibus, qui publicè pro talibus habebantur, ſubſiſtit, licèt in illorum electione non fuerit ſervata forma Sac. Concilii.*

35 *Appellatio datur à Iudicio, ſeù relatione Medicorum.*

36 *Deformis aſpectu quomodò reſpondere debeat, ſi hujuſmodi naturæ vitium ab alio ſibi obiiciatur.*

37 *Oculi ſunt membra, & pars corporis.*

38 *Oculi defoſſio præſefert mutilationem, deformitatem, & generat ſcandalum, & ridiculoſitatem, & n.40.*

39 *Medicus tres facies habet, Angeli tempore neceſsitatis, Hominis dum ità non urget morbus, & Diaboli finita cura.*

41 *Ars Medica requirit faciem hilarem.*

42 *Epiſcopus eligens incapacem, cenſetur diſpenſare ſuper incapacitate.*
*Declara, ſeù diſtingue, ut num.50.*

43 *Voluntas, & intentio non trahitur ad ignorata.*

44 *Ignorantia juris æquiparatur ignorantiæ facti.*

45 *Cauſæ cognitio requiritur ad hoc, ut quis tacitè per electionem cenſeatur diſpenſatus.*

46 *Diſpenſatio nihil aliud eſt, quàm Iuris relaxatio cum cauſæ cognitione facta ab habente poteſtatem.*

47 *Papa non cenſetur diſpenſare, niſi ei fiat mentio de obſtaculo, vel defectu.*

48 *Diſpenſatio ſuper defectibus perſonalibus ſolet ſeparatim concedi, & num.49.*

51 *Iudex poteſt admittere rejectum à Collegio, quandò in illo concurrunt qualitates à Statutis ipſius Collegii requiſitæ.*

52 *Electus proximè admittendus venit, quandò habens plura Vota eſt incapax.*

## DECISIO LXIV.

CAdens in ſecundo etiam periculo, ſivè experimento, quod Sac. Rota benignè indulſerat tentari per Chriſtophorum circà ſuam idoneitatem coram Almæ Urbis Examinatoribus, iterumque idcircò lugens idem Chriſtophorus apud DD. non minùs de jactura Præpoſituræ, quam de perpetua deperditione propriæ exiſtimationis, quam in ſuis caſibus decet, & quandoque neceſſe eſt conſervari per Viros Sacerdotali jam Charactere decoratos, obtinuit, non tamen abſque magno certamine, ab eadem benignitate, & inſimul Juſtitia Tribunalis poſtremò ſubſcribi, & reſolvi Dubium pro admiſſione tertii, ſivè ulterioris Examinis.

Er quidem inter cæteras difficultates, quas
ſibimet DD. proponebant pro eruenda ma-
turiori, ac firmiori determinatione, primò
occurrebat defectus Juriſdictionis, quæ co-
ràm Me cenſeri poterat expirata in præce-
denti ordinatione, ſeù declaratione ſuper
admiſſione ad ſecundum Examen, vel uti
ſucceſſivè conſumpta in relatione Examina-
torum Urbis reprobativa idoneitatis ejuſ-
dem Chriſtophori, quapropter non videba-
tur ſinè nova Commiſſione Signaturæ Juſti-
tiæ, ſivè inſufflatione novæ Juriſdictionis
admitti poſſe quædam ſpecies Appellationis,
1 quam uti provocans ab hac relatione in ſub-
ſtantia Chriſtophorus interponebat, ad trad.
per *Antonell. de regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 5. n. 53. Rot. deciſ. 175. n. 12. & deciſ. 576. n. 5. par. 18. recent.*

Licèt enim de ſtylo noſtri Auditorii non
repugnet, paſſimque contingat, quod idem
Relator, ſeù Ponens Cauſarum bis, & ter
pronunciet in eadem Cauſa per Cedulam,
2 vel Decreta definitiva, ex ea ſatis viva ratio-
ne, quod ſemper Ponens definitivè interlo-
quitur, vel Sententiam profert, non jam ex
ſe, ſed ad normam præciſam, ſeù de Voto
ſuorum Correſponſalium, qui per Turna-
riam Sedium diviſionem, vel omnes, vel pro
majori parte diverſi ſunt ab iis, qui ſuffra-
gium dedere pro antecedenti Sententia, ſem-
perque variantur in dies, ut fuit quoque
animadverſum *in Melevitana Viridarii 21. Ianuarii 1676. per tot. cor. bo. mem. Emerix iun.*, &
liquet *ex Romana Cambii 8. Februarii 1697.*, *& 28. Aprilis proximè præteriti cor. bo. mem. Urſino Decano*, & paſſim in aliis.

Nihilominùs non per hoc ceſſare videba-
tur difficultas, quæ non verſabatur in eo,
utrum Ego, qui Decretum, ſeù litteras re-
laxaveram pro admiſſione ad novum, ſeù
ſecundum Examen, relaxare rursùs eas va-
lerem pro tertia, vel ulteriori vice, ſed reve-
3 rà ſtabat in eo, quod opus eſſet præcedere
novam Commiſſionem Signaturæ, prout
etiam citrà Dubium præcedit, & præceſſit in
Cauſis, & exemplis ſuprà enarratis, ex quo
prima Commiſſio, etſi vigore Conſtitutio-
num Apoſtolicarum imbibitam habens qua-
litatem, quod Auditor Ponens, ſeù Relator
Cauſæ procedat de Voto ſuorum Corre-
4 ſponſalium, adhuc conſumitur, ſtatim ac
prævio Voto eorumdem Correſponſalium
ipſe Ponens, ſeù Relator protulit Senten-
tiam, juxta cenſuram *Text. in l. Iudex poſtquàm 55. ff. de re judic.*, cum concord. per *Rot. cor. Cavaler. deciſ. 347.*, *& cor. Merlin. deciſ. 131.* utrobique *n. 1.*, *& deciſ. 269. n. 1. & 2. cor. Priolo*.

Secundò, etiam ſuppoſita Juriſdictione, non parum erat, ut inſtabant Informantes pro Cæſare, quo ad limites *Sac. Concilii Tridentin*

*dentini ſeſſ.24.cap.18.de Reformat.*,ſemel fuiſ-
ſet admiſſa Appellatio , ſivè provocatio ad
novum Examen, poſtquàm in Curia ſui Ordi-
narii Chriſtophorus fuerat reprobatus , abſ-
que eo, quod per progreſſum quodammodò
in infinitum in grave præjudicium alterius
Partis nova ſemper admitteretur provoca-
tio, quandò tamen, etiam juxtà litteram ,
vel ſenſum *dictæ diſpoſitionis Conciliaris*, con-
5 ceſſa facultate recurrendi , ſivè appellandi ,
debet intelligi pro prima, ſivè unica vice ,ut
ex mente, ſivè ratione *l. C. in l.Boves*, §.*Hoc
ſermone* ,*ff. de verb. ſignif.* , animadverterunt
in propoſito *Garz. de Benef.par.6.cap.2 n.253.
& ſeqq.* , & ſignantèr *n.255. Muſſobr.in prax.
haben. Concurſ. requiſit.5. dubit.14. n.1. cum
duobus ſeqq.*

Tertiò in idem , quia tàm per primam ,
quàm per ſecundam in Urbe reprobationem
Chriſtophori dici poterat Cæſari Jus quæſi-
tum , quo ſtante injuſta reddebatur deroga-
6 tio eidem Juri quæſito , cui nec Princeps Su-
premus derogare ſolet , ad trad. per *Valen-
zuel.conſ.93.n.46.& ſeq.*, *Sixtin.de regal.lib.1.
cap.6.n.19. & 20.*, *Fagnan.in cap. cauſam quæ
n.12.cum ſeqq.de reſcript.*, *Madern.Lucen.con-
ſult.185.n.3.& ſeqq.*,& in his terminis ponde-
ravit cum *Bold. in l. ab eo n.17. C.quomod.&
quand.Iud.*,*Fælin.in cap.final.n.3.& 4.de major.
& obed.*, & aliis, *Rot. dec.362. n.5. cor. Bich.*

Quartò demum conclamabat Cæſar,quod
ſi juxtà conquæſtionem ab ipſo in prima re-
ſolutione , ſeù Deciſione factam durum ſibi
videbatur admitti potuiſſe Chriſtophorum ,
ad novum Examen , quando de eo tempore
tantummodò fuerat dilapſus unus circitèr
Annus,ut habetur *in præcedenti Deciſione diei
28.Febr. labentis Anni* §. *Neque paritèr cum
ſeqq. coram Me* ; eò magis aſperum foret ad-
mittere Chriſtophorum ad tertium Examen
poſt defluxum aliorum octo Menſium , & ſic
in omnibus poſt Menſes viginti , qua ſanè in-
tercapedine intercedente potuit Chriſto-
phorus ſtudendo , & inſudando doctior effi-
7 ci , quandò de cætero ad hunc effectum in-
quirendæ idoneitatis attendi debet tempus
primevæ reprobationis, & reſpectivè colla-
tionis controverſæ Præpoſituræ , ut proſe-
quitur *Rot. cor.Baratt. dec.162.n.9.*,*& coram
Sanctm. Alex.VIII. dec.123.n.12.& ſeqq.* , *&
d. dec.362. n.4. cor. Bich.*, *& in Calaguritana
quarti Beneficii 2. Decembris 1697.* §. *Poſita
verò, cor. R.P.D. meo Lancetta.*

Domini tamen tàm ſeorſim , quàm inſi-
mul ad Juſtitiæ pondus appenſis hujuſmodi
obiectis , minimè reputarunt , rejici poſſe
Chriſtophorum à ſua petitione tertii Exa-
minis : Quatenùs etenim attinebat ad defe-
ctum Juriſdictionis , quæ apud Me exagera-
batur penitùs conſumpta , & expirata , vi-
ſum fuit , nullo modo ſubſiſtere obiectio-
nem, quia de facto nullam Ego Sententiam ,
nullum Ego Decretum definitivum edide-
ram , per quam , ſeù per quod cenſeri poſ-
ſem functus officio Mihi per Signaturam Ju-
ſtitiæ commiſſo ; ſolùm namque ( ut moris
eſt in hoc caſu ) ſubſcripſeram quamdam
Cedulam , quam nuncupant Examinis , di-
rectam Almæ Urbis Examinatoribus,ut exa-
minarent Chriſtophorum , quapropter etſi
ii referendum cenſuerint , non reperiiſſe
idoneum eumdem Chriſtophorum , attamen
eò ipſo , quod , antequàm quidquam ſuc-
ceſſivè geſſerim , rursùs conſului DD. meos,
an exaudiendus eſſet Chriſtophorus , qui
tertium , ſeù novum efflagitabat Examen ,
nequibat profectò ſupponi , vel dici , quod
8 conſumpta eſſet mea Juriſdictio , quæ non
poterat expirare,niſi per effectivam pronun-
ciationem Sententiæ definitivæ, vel Decreti
vim definitivam habentis ſuper non reperta
idoneitate Chriſtophori , cum ſubſecuta ac-
quieſcientia , vel appellatione , ut eſt caſus
*d. l. Judex poſtquàm* , & adnotarunt *Card. de
Luc. de Judic. diſc.36. n.2., et 3., et Rot.cor.
Coccin. deciſ.978. n.12. , et in rec. deciſ.721.
n.11. par.18.*

Idque quotidiè videmus , de Jure , & de
ſtylo practicari in omnibus caſibus , in qui-
bus agatur ( proùt hic ) de materia in ſub-
ſtantia probatoria : quantumvis enim Ju-
dex, vel mandet examinari Teſtes, vel eligat
Peritum , non per hoc dicitur expirata illius
Juriſdictio , quotiès vel Teſtes conſecutivè
depoſuerunt , vel Peritus retulit quidquid
ad propriam peritiam ſibi commiſſam con-
ducere putaverit ; poteſt namque citrà ſcru-
pulum Juriſdictionis idem Judex pro tutiori
9 ſui informatione , & indagatione veritatis
permittere , vel ordinare novorum Teſtium
examen , aut eligere ſecundum , vel ulterio-
rem Peritum, donec completa maſſa proba-
tionum Cauſam definiat , ut patet ex *Ridol-
phin.in prax.par.1.cap.8.n.120. et ſeqq.* , *Rot.
cor. Buratt. deciſ.58. , et cor.Merlin.deciſ.678.
utrobique n.1.* , cum cæteris vulgatis .

Et ſanè non aliam figuram facere pote-
10 rant Examinatores adſciti per Tribunal ,
quàm Peritorum , etſi de cætero undequa-
que , præcipuè in ipſa Urbe omnium Magi-
ſtra , maximè præſtantium , teſte *Germon. de
Indult.Card.§.Quibuſvis n.11.*; verùm ſi Pars,
quæ exiſtimavit ſeſe gravatam , inſtitit pro
deputatione aliorum Peritorum , in magna
quidem pro denegatione , vel exauditione
hujus novæ petitionis haberi merebatur
( proùt habita fuit ) conſideratione contra-
ria præcedentium Peritorum , ſivè Examina-
torum opinio , at non exindè quidquam in-
11 ferri ad extinctionem Juriſdictionis , quæ ,
ut præmiſimus , expoſcit pronunciationem
Judicis , cui Cauſa fuit à Principe delegata ,
ut præter adductos ſuprà *in* §. *Domini tamen* ,
comprobant *Niger de except. cap.1. §.2. n.2.
et 6.*

*& 6. & cap.12. §.30.n.2. & 4., Paſtb. reſol. 149. n.4., Rot. dec. 21. n.3. par.7. rec.*

Firma igitùr remanente Juriſdictione, & aggrediendo verum nodum dubitandi, ponderarunt Domini, quod quamvis ſtante *Sacroſancta Conciliari determinatione* in ſuprà enarrata *ſeſſ.24. cap.18. de reform.* expreſſe ſanci-
12 tum dignoſcatur, nè ulla admittatur appellatio à relatione Examinatorum circà idoneitatem, per illa verba = *Nec prædictorum Examinatorum relationem, quominus executionem habeat, ulla devolutio, aut Appellatio ad Sedem Apoſtolicam, ſivè ejuſdem Sedis Legatos &c. Nuncios &c. Metropolitanos &c. interpoſita impediat, aut ſuſpendat.*; undè nonnulli graviſſimi *Authores* ab initio exponentes juxtà eorum ſententiam litteram *Concilii* reputaverint, vetitam omninò eſſe quamlibet appellationem, videlicet non minùs in ſuſpenſivo, quàm in devolutivo, quemadmodùm videre eſt penès *Garz. de Beneſ. par.9. cap.2. ex n.239. cum ſeqq., Maſſobr. in prax. baben. Concurſ. requiſ. 5. dub.4. n.1. & ſeqq., Zecch. de Republ. Chriſtian. cap.28. n.6. & 7., Paz Iordan. var. elucubr. lib.10. tit.8. n.186. & ſeqq.*

Poſtmodùm tamen, etiam ex oraculo Sac. Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium privativè prælectæ in Bulla ſan. mem. Pii IV. confirmatoria ejuſdem *Concilii* pro declaranda, interpretandaque mente ejuſdem Oecumenicæ Synodus, ſepoſita omni
13 dubitatione, inolevit opinio, ſivè intellectus, quod *Sanctio Conciliaris* eſſet intelligenda dumtaxat ad effectum ſuſpenſivum, ne interim ſub prætextu appellationis interpoſitæ per eos, qui rejecti extiterunt, Eccleſiæ remanerent orbatæ proprio Paſtore; verùm reſpectu Judicii, ſivè effectus devolutivi nullatenùs foret interdicta, & impedita appellatio, ſicuti communiter diſtinxerunt *Garz. de beneſ. d. par.9. cap.2. ſub n.245., Genuen. in prax. Archiep. cap.66. n.10., Maſſobr. in prax. baben. Concurſ. d. requiſ.5. dub.4. n.11., Barboſ. de Paroch. par.1. cap.2. n.148. & ſeqq., Lotter. de re Beneſ. lib.2. quæſt.31. n.126. & 127., Fagnan. in cap. eam te n.35. & ſeqq. de ætat. & qualit., Paz Iordan. var. Elucubr. d. lib.10. tit.8. n.189. & 246., Pignattel. conſult. Canon. 149. n.5. & ſeqq. tom.4. & conſult.77. n.65. tom.9., Rot. dec. 120. n.2. cor. Zerat*

Hocque adeò verum, ut licèt in quibuſq; caſibus prohibitæ appellationis neceſſe de
14 Jure ſit appellare volenti exibere juſtificationem, & reſpectivè præbere fumum gravaminis, ad *Text. in l.1. ff. de appell. recipien. & in cap. cùm ceſſante, de appellat. & in Clemen. appellanti, eod. tit.* in hac tamen ſpecie appellationis à Judicio Examinatorum (retento ſemper themate effectus tantummodò devolutivi) minimè oporteat per anteà edocere de hujuſmodi gravamine, vel irrationabili-
15 tate Judicii, ſub ea ſatis perſtringenti ponderatione, quod meliùs demonſtrari non poteſt gravamen illatum, quàm mediante actuali ſubjectione, ac experimento novi Examinis, ex his, quæ proſequuntur *Gonzal. ad regul. Cancell. gloſſ.4. n.144., Adden. ad Gregor. dec.527. n.4., Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par.3. alleg.60. ſub n.92. verſ. utrùm autem, Urſell concluſ.128. n.281. in fin., Novar. in Summ. Bullar. par.1. Comment.45. n.16. & 17.*, & amplexa ſemper eſt *Sac. Rota*, ut in *dec.687. n.3. cor. Coccin., & cor. Nuos dec.26. n.2., & in rec. dec.178. n.8. & dec.477. n.3. par.18., & in Syracuſana Præpoſituræ 26. Junii 1697. §. Mrti, cor. R.P.D. meo Muto.*

Atque ex his deſcendendo ad quæſtionem præciſam caſus hodierni, in quo, ut diximus, Chriſtophorus etiam ſuccubuerat in ſua prætenſione idoneitatis per novam relationem Examinatorum Urbis, quos ſibi jam deputari obtinuerat in Judicio devolutivo;
16 Domini conſtantèr crediderunt, tùm inſpectis *Authoritatibus*, tùm defixi rationibus, tùm denique ab exemplis, licitam omninò fuiſſe Chriſtophoro novam petitionem, ſeù recurſum pro conſequendo novo experimento, ſivè tertio Examine: Reſpectu etenim *Authoritatum*, id expreſsè profeſſi ſunt abſque contradictore in hoc caſu *Pignatell. conſult. Can. 147. n.7. to.4.*, & valdè practicus *Paz Iordan. var. elucubr. d. lib.10. tit.8. n.226.*

Diximus, abſque contradictore; nam
17 quamvis freti ſimilitudine *Text. in l. Boves, §. Hoc ſermone, ff. de verb. ſignif.*, contrarium ſentiſſe videantur *Maſſobr. & Garz.*, ſuperiùs in obiecto allegati, ii tamen diverſos terminos percutiunt, nempè gratuitæ impetrationis à provida largitate Sedis Apoſtolicæ, à qua ſi litteræ, quæ nuncupantur in forma *Dignum*, concipiantur ſub ea ſolita Clauſula = *ſi per diligentem examinationem illum idoneum eſſe reperis*, exiſtimarunt prædicti *Doctores*, quod quatenùs ſub hujuſmodi formula Proviſus non fuerit repertus idoneus, nequeat ad novum Examen admitti, qui ſanè termini longè aberrant ab hodierna hypotheſi: in primis namque nimis (ut *Dialectici* dicunt) probarent, quia excluderent etiam ſecundum Examen, ſivè Appellationem, quam in devolutivo recipiendam eſſe à relatione Examinatorum ad formam *Concilii* communitèr conſentiunt ſuprà laudati, ipſaque Sacra Congregatio jam definivit; Et in omnem caſum nil mirum, ſi Impetratores, qui ſeſe idoneos præſupponentes, extorſerunt Gratiam à Sede Apoſtolica, non mererentur etiam poſt primum Examen iterùm audiri, ac denuò examinari, quia hujuſmodi plerumq; clandeſtini Impetratores non comparuerunt per viam Concurſus apertè coràm Ordinario, ut loquitur & ſupponit *Concilium*, quodvè idcircò nec etiam ſalubritèr (ut ordinavit in caſu Concurſus) potuit pro-

videre, quod interim tribueretur poſſeſſio præelecto per Epiſcopum, in caſu namquè hujus gratioſæ impetrationis nemo alius reperitur præelectus, qui poſſit interim capere poſſeſſionem, & impedire odioſam, ſemperque præjudicialem vacationem Beneficii, &, ut innuunt *Maſſabor*, *&* *Garz.*, nimis protraheretur in longum detectio idoneitatis, & repletio Beneficii: Addito, quod nec etiam ità liquido, ac de plano forſan procedit hujuſmodi *Doctrina*, ſivè concluſio, cùm contrarium teneat ex diametro *Nicol. in floſcul. verb. Examen n.6.*

Solidiſſimæ quoque viſæ ſunt rationes, quibus juridicum dignoſcitur novo, ſeù ter-
28 tio Examini indulgere; poſito etenim, quod admittatur à primæva relatione Examinatorum appellatio in devolutivo, neſcitur, quarè prætergrediendæ veniant aſſuetæ, & ordinariæ regulæ cujuslibet Appellationis, ceſ-
29 ſante etenim peculiari reſiſtentia naturæ Judicii, vel alicujus particularis Statuti, ſemper de Jure bis conceditur facultas recurrendi, ſivè appellandi, ad *Text. in l. properandum, C. de Judic.*, *Sonſ. de reviſ. cap.23. n.2. & ſeqq.*, *Altimar. de nullit. Rubr.5. quæſt.1. n.31. cum ſeqq.*

Clariùs introſpecta circumſtantia, & quidditate materiæ; nam cùm tractetur de pro-
30 banda, ac detegenda idoneitate, unum, ac alterum experimentum non ſufficit, per *Text. in prohæm. inſtit.* §. *Cum hoc*, ibi = *ſolertiam, & rerum ſcientiam ex multis rerum argumentis accepimus*, ex qua ſanè conſideratione *Angel.*, *Io: Andr.*, cæterique relati per *Pignatell. d. conſult. 147. ſub n.7. t.4* opinantur, ſubortam fuiſſe conſuetudinem, ut quis tertio examinaretur: Et facit in propoſito tertii experimenti, quod reſpondere *Cæſares in l. unica, C. de Athlet. lib.10.*, ex qua pariter *lege* deſumit *Bart. ſub n.2.*, tertium non minùs in Paleſtra litteraria ſubeundum Examen; Præcipuè, quia expe-
31 rientia docet, quod in Corpore noſtro, in quo facilè alterantur humores, valeat quis vel ex animi ægritudine, vel ex ſegniori ejuſdem Corporis diſpoſitione non ità benè ſemper, vel una, aut altera vice reſpondere, ſicuti egregiè annotando proſequitur in propoſito tertii Examinis *Brunneman. in Comm. ad d. l. unic. in fin.*, & generalitèr advertit *Card. de Luc. in relat. Cur. Rom. diſc.21. num. 14.*

Hæcque omnia, quæ validis de per ſe, ac punctualibus *Authoritatibus*, & rationibus
32 fulciebantur, ſecuriora apud Dominos apparuerunt, exemplo (ut dici ſolet) monſtrante viam; Quoniàm, quemadmodùm etiam refert *Pignatell. d. Conſult. 147. n.7. in fine*, aliàs *Sac. Rot. cor. Merlin. dec. 159.* diſputata quæſtione tertium admiſit Examen.

Eòque demùm evidentiùs, quia ſi hæc, ex hucuſquè demonſtratis; firmiſſima viderentur, & indubitata, etiam quandò controverſia reſediſſet in generalibus terminis cujuſcumque Beneficii, ſeù Parochialis liberæ collationis, in quibus adhùc vigent exempla, & coincidunt inſinuatæ ab initio, & hucuſquè diſputationes de admittenda, vel non appellatione à relatione Examinatorum; quantò robuſtius urgebant, & citrà hæſitationem locum ſibi vindicabant reſpectu Beneficii, ſeù Parochialis (ut ad præſens) exiſtentis de Jurepatronatus Laicorum, in
33 qua utiquè ſpecie, quia ſtringentiora ſunt Iura actu præſentati, & habentis abſquè concurſu alterius Ius ad rem, uno ore conveniunt *Scribentes*, non intrare cenſuram Conciliarem *in prædicta ſeſſ 24. cap.18. de Refor.*, ſed abſquè ſcrupulo admitti poſſe, & debere Appellationem nedùm ad effectum devolutivum, ſed etiam ad alterum ſuſpenſivum, ex traditis in ſpecie per *Garz. de Benefic. par.9. cap.2. n.245.*, *Gonzal. ad regul. Cancell. Gloſſ 9. in annot. n.187.*, *Maſſobr. in prax. haben. concurſ. requiſ.5. dub.6. per tot.*, *Salgad. de Reg. protect. par.2 cap.13. n 206. cum duobus ſeq*, *Paz Jordan. d. lib.10. tit.8. n.188.*, *Rot. deciſ.1075. per tot. cor. Pavia.*

Quinimò ex hoc Iure ad rem, quod qui-
34 libet à veris Patronis præſentatus nanciſci cenſetur, ut notarunt *Tamburin. de Iur. Abbat. tom.1. diſput.10. qu.4. n.4.* aliique relati per *Rot. cor. Burat. dec.481. n.5.*, *& cor. Bich. dec.422. n.14.* *& in recent. dec.74. n.8. par.16.* palàm corruere apparuit tertium præſidium, ſivè objectum Cæſaris de non auferendo ſibi Iure jam quæſito, pròut contingeret per admiſſionem hujus tertii Examinis; Quia ultrà ea, quæ adamuſſim pro everſione hujuſmodi objecti deducta fuerunt *in altera Deciſ. diei 28. Febr. præterlapſi* §. *Et ex his*, quamvè hodie Domini approbarunt, ponderatum fuit, quod potiùs Chriſtophoro erat Ius præcedenter ad conſequutionem Parochialis acquiſitum, Cæſari autem dumtaxat conditionalitèr, videlicet, ſi, & quatenùs Chriſtophorus poſt neceſſaria, & legalia experimenta inventus eſſet minus habens requiſitæ ido-
35 neitatis: Undè donec detecta fuerit hujuſmodi negativa conditio, à qua pendebat ſubſidiaria præſentatio Cæſaris, non poterat cogitari, fuiſſe illi Ius aliquod quæſitum, cui foret derogandum, pròut punctualitèr dictum fuit in præallegata *Syracuſana Præpoſituræ 26. Junii 1697.* §. *Haud ſubſiſtente*, *cor. R.P.D. meo Muto*, & comprobavit *præterita Deciſio diei 28. Februarii currentis Anni d.* §. *Et ex his*, *coram me.*

Quarta deniquè aliàs paritèr in præterita *Deciſione* excitata objectio de poſſibili, ſeù veriſimili intermedia poſt ſpatium 20. Menſium acquiſitione Doctrinæ, ſive ſcientiæ, pariformitèr ſublata apparebat ex reſponſione data *in d. præterita Deciſione diei 28. Feb.* §. *Siquidem*, ubi quod *Rota* non valebat inſiſtere.

Google

ſtere rigori ſimilis temporis defluxi, quando præcipuè non poterat in hoc caſu imputari talis intercapedo oſcitantiæ, vel culpæ Chriſtophori: Et nihilominùs addebatur, quod admiſſa de Jure abſoluta facultate appellandi ad quoſcumque effectus in Beneficiis, ſeù Parochialibus de Jurepatronatus Laicorum exiſtentibus, vel etiam præmiſſa, ac ſtabilita, ut ſuprà, in Beneficiis quoque, & Parochialibus liberæ collationis poteſtate implorandi tertium Examen, nimiùm de plano conſequebatur, quod horum 20. Menſium præterlapſus non poterat obeſſe effectivæ aſſecutioni tertii Examinis, & experimenti, quia tale tempus abſque imaginabili cujuslibet recurrentis negligentia, vel malitia defluere per neceſſe debebat à die expeditionis præcedentium litterarum pro ſecundo Examine in Urbe obtinendo, & deinceps ſub aſſueta dilatatione terminorum poſt noſtras Ferias pro reproponendo, diſputandoque Dubio ſuper admiſſione ad hoc ulterius novum Examen, aliàs namque nimis ad oculum fruſtratoria in praxi redderetur tertia provocatio, ſivè admiſſio ad novum Examen, ſi illa deberet excludi per decurſum temporis omninò neceſſarium de ſtylo Tribunalis, ſivè Judicii, quod utique dicendum non eſt, per regulam *Text.in l.2.ff.de Iuriſdict.omn.Iudic.* cum concord. per *Barboſ. Axiom.54.n.1.*, quidquid ſit, quotiès citrà ullum impedimen-
26 tum judicialium anfractuum, & poſt longinquius intervallum ex hac ratione optimè definiri mereretur *in dec.30. n.6. cor. Burat.*, *& cor. Peutinger.dec.128. n.1.& ſeqq.*, *& dec.103.n.2.& 3.cor.Card.Celſ.*, & alibi pluriès.

Atque ità penitùs poſthabita rursùs inſtaurata exceptione Criminis objecti Chriſtophoro, ex rationibus allatis *in præcedenti Deciſione diei 28. Februarii proximè præteriti ex §. Dignoſcens uſque ad finem*, Domini deman-
27 darunt fieri novum Examen coram Reverendiſs. Decano, & Me, tanquàm Cauſæ Relatore, & Ponente, juxtà prælaudatum ſtylum Tribunalis *apud Merlin. d. deciſ.159.*, *& in præcitata Syracuſana Præpoſituræ 26. Junii 1697. cor. R.P.D.meo Muto*.

Utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

INjuncta fuit expeditio ad formam hujus Deciſionis, quoad cætera confirmatoriæ antecedentis, uſque ſub die 19. Januarii Anni 1699. ſubſequentis, ſed non potuit ad ulteriora in effectu procedi, quia Chriſtophorus victor paulo deinceps ereptus eſt ab humanis, juxta vulgare dicterium, *Mors omnia ſolvit*.

Ad rem verò, de qua agitur, ea, quæ ſimilitudinariè inſinuantur in hac Deciſione
28 de Peritis non ſolùm ſemel, ſed bis, ter, & ultrà adhibendis, & à Judice deputandis, donec veritas attingatur, poterit quiſque materiam longiùs examinatam in praxi recognoſcere apud *Conſtantin.ad Stat.Urb.tom.1. annot.29.artic.1.n.8.& ſeqq.*, ubi referuntur plures Tribunalis noſtri *deciſiones*, fuitque nuperrimè etiam materia latè examinata de Anno 1703. coram Me inter Marchionem Raynaldum de Bubalo, & Sorores alterius Columnelli paritèr de Bubalo.

Reaſſumendo autem principaliorem diſceptationem ſuper Examine faciendo ad præſcriptum *Sacri Concilii Tridentini ſeſſ.24. de Ref. cap.18.* coram Examinatoribus Synodalibus quotannis per Epiſcopum, ſivè Synodum Diœceſanam electis, notandum venit in praxi, quod non ſolùm in caſu hujus Deciſionis, ſed etiam in pluribus aliis, Examen multotiès demandatur, & fieri conſuevit in Curia Romana; nam ſi Parochialis Eccleſia tamquàm Sedi Apoſtolicæ reſervata conferri debeat ab eadem Sancta Sede, licèt de cætero generalitèr Diœceſanus indicere ſoleat concurſum, & tranſmittere litteras, quas nuncupant, *magis dignum*, ad cujus favorem ferè ſemper ad mentem ejuſdem Concilii expediuntur litteræ collationis Pontificiæ: nihilominùs quotiès aliquis concurrere volens præſens ſit in Curia, & præſertim alio ibidem legitimo impedimento detineatur, videlicet ingraveſcentis ætatis, neceſſarii ſervitii, cum ſimilibus, in hoc ſanè caſu Papa, vel illius Datarius Oratorem remittit examinandum Examinatoribus Urbis, qui ſunt duo, ſed ob illorum præcellentiam pluſquàm æquiparabiles pluribus de Partibus, ut referendo reſolutionem *Sacræ Congregationis Concilii*, & poſt *Garz.de Benef.par.9. cap.2.n.160.* teſtatur *Pyrr.Corrad. in prax.Benefic.lib.3.cap.8.ſub n.8.9.& 10.*; & quod dictum eſt de Parochiali reſervata, à majoritate rationis affirmandum cenſerem in Parochiali exiſtente de Jurepatronatus laicorum, cùm enim Ordinarius non debeat aliud agere, quàm recognoſcere idoneitatem Præſentati, ſufficit, quod de illa cognoſcatur in Curia, ad hoc, ut Papa illi concedat litteras, quas nuncupant *pro Præſentato*: Idque ſimilitèr procedit, quotiès reſignatio Parochialis fiat ad favorem certæ perſonæ, ceſſante tunc occaſione Concurſus, dummodò ii habeant litteras Dimiſſoriales proprii Ordinarii, eoque caſu litteræ Apoſtolicæ ſignantur in forma gratioſa, ut per *Corrad. ubi ſupra ſub n.9. & 10.*

Verùm quando collatio Parochialis liberè ſpectat ad Ordinarium, poteſt quidem Papa gratioſè indulgere commoranti in Curia examen in Urbe, ſicuti paritèr recenſendo reſolutionem *Congregationis Concilii* inſinuat *Pyrr.Corrad. loco allegato*, ſed hoc non operatur, niſi circà requiſitum litteraturæ, nam quoad prælationem in Concurſu,

quoad alia requiſita ſeriò ponderanda, Ordinarius habet liberum arbitrium, immò ex
29 hoc capite approbatus circà litteraturam ab Ordinario, non debet ità de facili in Urbe provocari cum nimio ejus incommodo, & expenſa ad novum Examen, ut prælaudando *deciſiones Celſi la 5. & 24.* animadvertit *Card. de Luc. de Paroch.diſc.7. num.8. & ſeqq.*

Obitèr quoque notari poterit, quod ſi contingat, duos æquè fuiſſe approbatos in Con-
30 curſu, unum verò ex aliquo delicto fuiſſe cognitum incapacem, non per hoc debet renovari Examen, ſivè fieri novus Concurſus ad inſtantiam aliorum concurrere ex poſt volentium, ſed Parochialis eſt adjudicanda illi, ut ſuprà, æquè approbato, & cui aliquo modo cenſetur jus quæſitum ex primo Concurſu, atquè ità, ut ſcio, definivit *Sacra Congregatio Concilii* in una *Mediolanen.*, ſeù *Alexandrina Concurſus* 28. *Novemb.* 1693. *Cod.Sacræ Congregationis* 43 *fol.*585. confirmavitquè 13. *Februarii* 1694., ut in *d. Codice*, ſeù *libro* 44. *fol.*60. *à tergo*.

Ubi accidat, à Sancta Sede fuiſſe tranſmiſſum ex cauſis ſibi notis aliquem Vicarium Apoſtolicum, diſpunctum nuper fuit in una
31 *Sorana Parochialis*, ad quem ſpectare deberet præelectio magis digni, & licèt prima vice reſponſum fuerit - *ſpectare ad Epiſcopum*, quia tamen per tranſmiſſionem Vicarii Apoſtolici regularitèr ſuſpenſa exiſtit Iuriſdictio ipſius Epiſcopi, receſſum fuit ab hac reſolutione, & definitum contrarium *ſub die* 10. *Decemb.* 1699. *lib. Decretor. ejuſdem Sacræ Congregationis* 49. *fol.*433.

Quandòque appellantes ab irrationabili judicio Epiſcopi ad eamdem Sacram Congregationem (quamvis fortaſsè ex *Decreto glor.mem. Innocentii XII. impreſſo in ejus parvo Bullario fol.*241., debuiſſet interponi appellatio ad Metropolitanum, vel Nuncium Apoſtolicum, vel Rotam) quærebant locum ſubeundi Examen, & quia per aliquod impe-
32 dimentum, congruum non erat illud in Urbe determinare, ſtatutum fuit, faciendum Examen coràm Epiſcopo viciniori, ut in una *Melphyen. Concurſus* 21, *Iunii* 1692. *lib. Sacr. Congregationis* 42. *fol.*381.

Si malitia dederit, quod aliquis ſe alium
33 confingens, pro eo ſubiverit Examen, tunc is incidit in pœnam Excommunicationis, & privatur propriis Beneficiis vigore *Conſtitutionis Pauli IV. In* 33., de qua *Gonzal. ad regul.*8. *Cancellar. gloſs.* 15. *num.* 89. & 90., *Paz Iordan. elucubrat. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *num.*208. & *tit.* 8. *num.*126.

Accidit, Petrum Paulum Cœleſtinum fuiſſe præelectum ab Epiſcopo Hortano in Concurſu habito ſuper Parochiali Eccleſia Sanctiſſimi Salvatoris Oppidi Baſſanelli, ſed cùm Fœlix Marianus oppoſitor in eodem Concurſu, & de cætero pro idoneo approbatus ab Examinatoribus, eamdem Parochialem certo modo impetraſſet ob non ſervatam formam *Sacri Concilii*, ex quo per negligentiam Epiſcopi non fuerant præelecti Examinatores ſingulis Annis, *Rota* nihilominùs
34 cenſuit, litteras impetrationis factæ per Marianum non eſſe exequendas, ſtante bona fide Petri Pauli, qui expediendo litteras ſuæ præelectionis falſum non enarraverat, utpotè examinatus ab his, qui publicè habebantur pro Examinatoribus, illorumque explebant officium, addita ad abundantiam Clauſula, *ſivè præmiſſo, ſive quovis alio modo &c.* appoſita in Bullis ſuæ collationis Apoſtolicæ, ſicuti videre, eſt *in Deciſione Hortano Parochialis* 4. *Maii* 1693. *corum Reverend. Molines*, ubi aliæ propoſitiones circà hanc materiam Examinatorum Synodalium enucleantur.

Curioſitas caſus ſubiiciendum impulit Diſcurſum à Me efformatum de Anno 1691., & in quo etiam nonnulla hucuſque facta differuntur; cùm enim Collegium numeratum Medicorum Almæ Urbis vacaret uno loco, & pro illius repletione concurrerent apud Collegiales, ad quos pertinebat electio, tres Candidati, & Philippus, pro quo Ego ſcribebam, prætenderet, ſe eſſe anteponendum, quia deleto præelecto, tanquàm nimium deformi contrà litteram Statutorum, res reducebatur ad duos æqualia Vota numerantes, undè ipſe, veluti filius præteriti Collegialis, antelationi inhiabat: quamobrèm ſuppreſſis pro honeſtate hominibus reſpondi, ut ſequitur, & (ut audivi) Cauſa per concordiam finita eſt.

Non immeritò videtur Philippus ab indebito judicio, & prætenſa electione N. ap-
35 pellationem interpoſuiſſe, prout à ſimilibus judiciis Medicorum appellari poſſe docent *Scribentes in l. arbitrio, ff. qui ſatiſd. cog.* & ſignanter *Bart.*, & *Imol. in l. fin. ff. a quibus appell. non lic.*, *Aretin. in tract. de Maleſic, verbo Cicatrix*.

Et ſanè pro majori claritate eiuſdem appellationis, & Cauſæ, tres examinandæ coincidunt inſpectiones: Prima, an electio N. ſubſtineatur, ſeù potiùs ob reſiſtentiam Statuti Apoſtolica auctoritate in ſpecifica forma roborari, reputari mereatur nulla; Secunda, quatenùs affirmativè, utrum eidem Statuto potuerit, ac voluerit in hac parte Collegium derogare; Tertia deniqne, an caſſata electione ipſius, idem Philippus cenſeri debeat incluſus, & electus.

Quatenus pertinet ad primam, ſalva pace, & reverentia, quæ debetur meritis, & excellentiæ in Arte, de qua agitur, quavè, ut aſſeritur, pollet N., agnoſcimus quidem, quod
36 ipſe ad normam *Gregorii Epiſcopi Turonen.* Sanctitate non minùs, quàm virtute conſpicui, & illuſtris reſpondere poſſet, ſi ad alium effectum tale vitium naturæ ipſi obiiceretur,

ſicuti

ſicuti reſpondit G*regorio primo Pontifici* prædictus Præſul - *Ipſe fecit nos, & non ipſi nos*, ut poſt *Maiol. de Irregul. lib. 1. cap. 12. ſub n. 9.* refert *Menoch. de arbitr. caſ. 216. ſub n.* 10.

Verùm punctus ſtat in Statuto, quod inter alias negativas conditiones, quas præſcribit in eligendis, ſignantèr deſignavit illam *Nec aliquo mutilatus membro, aut depravato, ridiculus videatur*; cùm enim ex Morbillorum voracitate, ſivè alia de cauſa N. altero ex luminibus, ſivè oculis careat, habemus Iura clara, *Auctoritates* individuales firmantes, quod qui hujuſmodi laborat defectus, cenſeatur membro mutilatus, ſivè etiam habere membrum depravatum, nam quemadmodùm
37 oculos eſſe membra nulli dubium eſt, ut per hæc verba ad *Text. & gloſ. in cap. Singula, diſt.* 89. inquit *Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 20. n. 1.*, *Barou. de Corpor. tit. 7. n. 35. & 36.*, *Barboſ. de univerſ. Iur. Eccl. lib. 1. cap. 33. n. 140.* Ità, quod
38 oculi offoſſio præſeferat mutilationem, magnam deformitatem, & generet ſcandalum, vel ridiculoſitatem, deciſum fuit *in Romana Penſionis cor. Seraphin. inter ſuas 1625 portot*, ubi cùm ageretur, an habens oculum effoſſum poſſet nedùm ad Sacerdotium, ſed ad ſimplicem Clericatum promoveri, ad interpretationem *Text. in cap. non confidat, 0. diſtinct. & cap. ſi Evangelica, diſt. 55.* Sacra Rota non dubitavit decidere negativè, firmans, hanc effoſſionem magnam deformitatem, ſcandalum, vel ludibrium, & mutilationem inducere, eamque tamquam magiſtralem regiſtravit per extenſum *Garz. de Benefic. par. 7. ca. 12. ſub num. 30.*, & uno ore ſequuntur *Bellet. disquiſ. Cleric. par. 1. tit. de diſcipl. Cler. §. 7 n. 21.*, *Barb. de poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 42. num. 29 & 30. & de univer. Iur. Ecc. dicto lib. 1. cap. 33. n. 140.* & ante eam deciſionem *Seraphin.* etiam de Iure tradidit *Maiol. de irregular. lib. 1. cap. 20. §. ille quoquè*, ubi pariter, quod ille, cui unus tantùm eſt oculus, dicitur mutilatus, *Rebuff. in l. 38. de verb. ſignif. fol. 287. verſ. Octava, poſt princ.*

Atque ex his fruſtraneum redditur examinare, utrum ob illa verba, *ridiculus videatur*, debeat oculi effoſſio in ludibrium, & deriſionem deflectere: omiſſo enim, quod difficile foret in hac materia, in qua, ad oppoſitum Judicii agitati in Monte Ida, quæſtio eſt de turpitudine, adinvenire *Paridem*, qui decideret, an N. ridiculus dici mereatur, vel non, alius quippè beneficio recuperatæ ſalutis devinctus reputare poſſet etiam illum formoſum, aliis verò è converſo poſſet apparere etiam horrendus, & præcipuè, dum reſpectu Medici, etiam nullo vitio laborantis, di-
39 citur, quod tres facies præſeferat, Angeli nempè tempore neceſſitatis, Hominis, dum non ità urget neceſſitas, & Diaboli finita cura, ut notat *Magon. dec. Florent. 11. n. 12.*, *Rub. de Teſtam. in præfat. n. 504. & ſeqq.*, *Zacch. de Salar. quæſt. 75. n. 70. & ſeq. Sadar in reſp. 18. num. 25.* qui ulteriùs recenſent Epigramma *Martialis ad Fauſtinum lib. 6.* qui reſpondens, quare quidem *Andragoras*, qui hilaris cœnaverat, manè inventus fuit mortuus, inquit - *In ſomnis Medicum viderat Hermocratem*.

Ac propterea jure meritò Statutum conſecutivè ad illa verba *aliquo mutilatus membro, aut depravato*, ſubjunxit - *ridiculus videatur*, non verò quod ità debeat eſſe mutilatus aut depravatus, ut ridiculus videatur; ſuaptè enim natura, juxta relatam *deciſ. Seraph.*, qui habet oculum effoſſum, dicitur mutilatus, deformis, & ridiculus: tuncque verſari poſſet arbitrium Judicis, quandò oculi N. quibuſdam vitiis albaginum, lippitudinis, aut macularum cum ſimilibus laborarent, ſecùs verò eſt in effoſſione effectiva, quia tunc nullum verſatur arbitrium Iudicis, & multò minus alterius, qui debeat recognoſcere, an ſit ridiculus, ut diſtinguendo monet *Seraphin. dicta deciſ. 625.*, ubi poſtquàm ab initio præmiſit, DD. de Rota vidiſſe quemdam Pyrrum, & judicaſſe erutum eſſe oculum, aut ſaltèm eam partem, quæ pupilla dicitur, per quam transfunditur ſpiritus viſorius, omninò effoſſam eſſe, ita præcisè concludit *ſub num. 3 verſ. Tamen, & n. 4. & 5. verſ. Cum ſimus in mutilatione*, prout etiam eam ſequendo *Barboſ. de Epiſc. dicta par. 2. alleg. 42. n. 30 verſ. habens verò, & verſ. & ſecùs, & de Univ. Jur. Eccl. lib. 1. cap. 33 n. 140.* ubi quod nulla adeſt diſtinctio oculi dexteri, vel ſiniſtri; & paritèr
40 diſtinguens inter habentem oculum inutilem, vel effoſſum, ut ſecundus, ſed non primus reputetur mutilatus, *idem Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 14. n. 1. Pyrrh. Corrad. in prax. diſpenſ. lib. 3. cap. 6. n. 4. & 5.*

Addito, quòd adeo ex oculi effoſſione mutilatio, & deformitas, ac ſcandalum ex deriſione Ordinis emergit, ut (ſicuti prænotavimus) tale vitium impediat ſimplicem aſſecutionem Clericatus, quamvis in exercitio talis characteris non requiratur magna viſio, nec tractetur, ut vulgo dicitur, de oculo Canonis; undè dato millies, quod N. præcellat tàm in Doctrina, quàm in acumine viſus ex unione ſpirituum viſualium non diſperſorum in duas acies, & luminaria, adhùc clarum eſt, illum de Iure non effugere deformitatem, & ſcandalum, ut diximus, non aliunde, quàm à deriſione proveniens, quando tamen ultrà Juris cenſuram veriſimile eſt, Statuentes habuiſſe reſpectum ad honorem, & exercitium Medicæ facultatis
41 expoſcentis hilarem faciem, ut advertit *Tiraquell. de nobil. cap. 31. num. 314*, & extat inſigne documentum Hyppocratis *in lib. de Medico, regiſtrat. in Enſ. jucund. quæſt. 9. num. 1. & 2.*, ubi ex ore Hyppocratis *ubi ſupra* hæc ait - *ad ejus authoritatem pertinere mihi videtur, quod benè colorato, & optimè habito ſit Corpore,*

*qui*

*qui enim non ſunt bonaCorporis habitudine, vulgò exiſtimantur, cæterorum curam habere non poſſe.*

Deſcendendo autem ad ſecundam inſpe-
ctionem, invanùm prætenditur, quod ad
42 exemplum Epiſcopi promoventis incapa-
cem, cenſeatur Collegium mediante electio-
ne derogaſſe Statuto, ex *Barboſ. de Epiſcopo*
*par.2.alleg.45.num.37., et aliis adductis*; ultrà
enim, quod etſi concurriſſet in Collegio vo-
luntas, defeciſſet nihilominùs poteſtas, ut in-
frà: attamen tantum abeſt, quod in Colle-
gio adeſſe potuerit hæc voluntas, & inten-
tio, ut nec in præſenti credant, & acritèr
ſubſtineant, N. non eſſe ridiculum, non eſſe
mutilatum, nec depravatum membro; quo-
43 modò enim ſtare poſſunt hæc duo, Colle-
gium tacitè intellexit diſpenſare N., & Col-
legium non putavit eumdem N. indigere
diſpenſatione, hoc eſt carere conditionibus
negativè, ut ſuprà, à Statuto deſideratis, ut
credimus abſque alia allegatione ad ſenſum
patere, cùm voluntas, & intentio non traha-
tur ad ignorata: Et ſi Epiſcopus juxtà exem-
plum *Barboſ.* promovendo illegitimum, &
adhærens poſteà Proviſo, contenderet dein-
ceps, ipſum non eſſe illegitimum, profectò
abſurdum eſſet dicere, quod illum diſpenſa-
re intellexiſſet, idemque contingeret abſur-
dum, ſi crediſſet, ipſum etiam à ſe cogni-
tum pro illegitimo, non indigere diſpenſa-
44 tione, cùm ignorantia Juris æquiparetur
ignorantiæ facti, ex trad. per *Redenaſ. conſ.18.*
*n.25. et ſeqq., Card de Luc. de Beneſ. diſ.76.*
*num.15. et 16. Mantic. deciſ.78. num.8. et 9.*
*et deciſ.559. num.6. et 7. par.5. rec.*

Fortiùs vero, quia nemine diſcrepante re-
ceptum eſt, quod ſi inhabilitas non debeat
eſſe expreſſa in litteris promotionis, ut te-
nent frequentiori calculo *Canoniſtæ ap. dGa-*
*briel. de præſumpt. 8. num. 2.*, *et cæteri*
45 *mox recenſendi*, ſaltèm requiritur ſcientia fa-
cti, & Juris, vel (ut alii tenent) cauſæ cogni-
tio, ut latè apud *eumdem Gabriel. ubi ſupra*, &
pleniùs *Sperell. deciſ.109.n.34. et 35. et n.36.*,
ubi definiens diſpenſationem *cum gloſſ. in cap.*
*requiſitis, verſ. in pleriſque; prima quæſt. 7.* tra-
dit, diſpenſationem nihil aliud eſſe, quam
46 Juris relaxationem cum cauſæ cognitione
factam ab habente authoritatem; impoſſibile
etenim eſt dare in Collegio intentionem diſ-
penſandi, & relaxandi Juris Statutarii rigo-
rem cum cauſæ cognitione, ſi non putabat,
nec putat, Statutum obſiſtere N., prout
etiam ex hoc cauſa impoſſibile eſt, quod ve-
rificetur altera diſpenſationis definitio, ſivè
deſcriptio, quod diſpenſatio demonſtret,
actum illum ſinè diſpenſatione fuiſſe illici-
tum, & quod per viam diſpenſationis fit,
fieri non poſſe dicatur, ex his, quæ ſubdit
*idem Sperell. deciſ.110. num.43., Rot. dec. 524.*
*ſub n.3. par. 1. rec.*, dum Collegium præten-
dit, electionem fuiſſe licitam, & fieri potuiſ-
ſe ſine repugnantia Statuti.

Maximè quia, quidquid diſputent *Scriben-*
*tes*, nec ipſemet Papa cenſetur diſpenſare,
niſi cum Clauſulis derogatoriis, & oppor-
47 tunis, & facta ſpeciali expreſſione defectus,
ut exempla regiſtrando videre eſt apud *Cor-*
*rad. in prax. diſpenſ. lib.3. cap.5. ex nu.12.*, ubi
agit præcisè de diſpenſatione ex cauſa defe-
ctus oculorum, & notat diligentias ſepara-
tas ab ipſa Gratia, quæ fiunt in Curia, & quod
exprimitur in litteris -- *Nos igitur, qui N.*
*per quoſdam probos Viros diligentèr inſpici feci-*
*mus, et ex eorum relatione accepimus, hujuſmodi*
*defectum talem non eſſe, qui notabile ſcandalum*
*generet in Populo, ipſius ſupplicationibus incli-*
48 *nati etc.* & ideo quod diſpenſatio detur ad
partes, docent communitèr *Borgaſ. de irregul.*
*par.2. tit. de probat. diſpenſ. num.7., Gonzal. ad*
*regul. Cancel. gloſſ. 15. n.29., Lotth. de re Beneſ.*
*lib.3. quæſt.2. ex n.59., Marchett. de Vicar. Cap.*
*par.2. tit.14. n.20. verſ. eòque magis, Add. ad*
*Gregor. dec.109. n.13.*; & quod de Jure com-
49 muni debeat in ſeparata ſcriptura conſtare
de cauſis diſpenſationis, probat *Sperell. deciſ.*
*109. n.52.*, ubi quod ſaltem hodiè conſtare
debeat de cauſis diſpenſationis in eodem
actu, vel in eadem diſpenſatione.

Et ob id corollariè ſequitur, quod etiam
deficeret poteſtas; quia dato etiam, quod
illa verba = *Integrum tamen ſit dictis Collegiis*
*numerariis ab hac lege juſtis de cauſis aliquem*
*ſolvendi ſecretis ſuffragiis, eorumdem Collega-*
*rum voluntate inſpecta, ut ex tribus partibus*
*duæ conſentiant*, amplecterentur hunc caſum
diſpenſandi à mutilatione membri, non au-
tem referrentur potiùs ad cautionem, vel ſo-
lutionem ſc. 150. faciendam à novo Collega,
de qua magis proximè loquutum fuit Statu-
tum, & cui magis conveniunt illa verba = *ab*
*hac lege ſolvendi*, quæ important legem no-
vam, non juridicum obſtaculum, & referun-
tur ad abſolutionem potiùs, quàm ad dero-
gationem, juxtà differentiam, quam facit
*Corrad. in prax. diſpenſ. lib.5. cap.12. per tot.*

Nihilominùs requirebatur cauſæ cogni-
tio, ut ſuprà, de qua fieret mentio in ſepa-
rata ſcriptura, & eſt impoſſibile, quod uni-
cus actus electionis poſſit deſervire etiam
pro diſpenſatione, dum diſpenſationis facul-
tas non ſolùm ponitur ſub capite conditio-
num perſcrutandarum antè actum electio-
nis, *ut in cap.19.*, & poſteà *in cap.20.* appro-
batis conditionibus, vel facta diſpenſatione
demandatur deveniri ad electionem inter
jam habiles, vel habilitatos; verùm etiam
præſcribitur diverſa forma, nàm circà diſ-
penſationem duæ ex tribus partibus conſen-
tire debent, circa verò electionem ſufficit
major pars: undè patet citrà aliam allegatio-
nem, quòd priùs conſtare debet de partito
diſpenſationis, & poſteà de altero electionis,
& aliud eſſe, quod Collegium hodiè foveat
in-

intentionem diſpenſandi, aliud, quod diſ-
penſare in eo actu potuerit, & voluerit; &
de cætero, quidquid hinc indè autumet *Bar-*
50 *boſ. de Epiſc. ſuperiùs alleg.*, quod niſi ſaltèm
probetur, aliundè præceſſiſſe diſcuſſionem
ſuper illo impedimento, non cenſeatur pro-
motus ab Epiſcopo, vel ab alio inferiore,
quidquid ſit in Principe, tacitè diſpenſatus,
firmat ad ſatietatem *Sperell. dec. 115. per tot.*
ſequitur *Fagnan. in cap. cùm pridem n. 147. de
pact.*, & in puncto electionis *idem Fagnan. in
cap. quiſquis n. 8. & 9. de elect.*, & recurrit
magis in puncto *dicta deciſ. Seraph. 625. n. 7.
& 8.*, ut obſervat etiam *Sperell. dicta dec. 115.
n. 7. in fin.*

Quod autem, juxtà tertiam inſpectionem,
Philippus caſſata electione N., haberi debeat
pro electo, patet ex littera ipſius Statuti *cap.
20.* ibi= *ea ratio ſervetur, ut Collegæ vel defuncti,
vel quacumque alia cauſa honeſta ſpontè cedentis
loco Collegii, filius, aut Nepos (cæteris paribus,
quæ in eligendo requiruntur) omnibus præferatur
tàm Romanis, quàm Exteris*; Proindeque cum
remoto N., Philippus ſit in paritate Voto-
rum, & in eo verificetur qualitas inductiva
prælationis, ex quo non ſolùm exiſtit filius
Collegæ, ſed illius, qui Caput ejuſdem Col-
legii, ſeù Prothomedicus emicat adſcriptus,
ipſum non obſtante rejectione Collegii ha-
51 bendum fore pro admiſſo, & electo, aliàs in
ſimili judicavit A. C., & approbavit *Rot. de-
ciſ. 66. n. 18. & 19. par. 16.*, ubi quod con-
currentibus in petente requiſitis volitis à Te-
ſtatore, vel Statuto, Judex non obſtante re-
jectione poteſt illum admittere, *ex eadem Rot.
coram Merlin. dec. 832. n. 29.*, & plenè *in Re-
gien. Conſortii coram Taja*, aliàs *dec. 37. n. 1.
& ſeqq. par. 15.*

Abſquè eò, quod neceſſe ſit ad aliam ele-
ctionem devenire ſub prætextu, quod Colle-
gium non intellexerit admittere Philippum,
ſed ei ſolùm per quamdam ſpeciem honoris
Vota contribuerit; Id enim gratis figura-
52 tur, & tamen eſt etiam de Jure, quod, dem-
pta perſona inhabili, citrà novam electio-
nem admittendus veniat proximè electus, &
habens requiſita, & inſimul Suffragia pro
ejus admiſſione cæteròquin ſufficientia, ut
paſſim firmavit *Rot.*, & ſignantèr *deciſ. 14.
n. 50. & dec. 210. n. 50. & 53.*, & rursùs *dec. 279.
n. 7. par. 9. rec.*

## ROMANA FRUCTUUM DOTIS.

*Lunæ 1. Decembris 1698.*

### ARGUMENTUM.

Intereſſe lucri ceſſantis, quibus concurrenti-
bus debeatur; & quomodò intelligatur ſatisfa-
ctum requiſitis *Pauli de Caſtro*: Depoſitiones
extrajudiciales faciunt adminiculum, maximè,
quando factæ ſunt à Sacerdotibus: Legatum
quantitatis licèt regulariter non pariat intereſ-
ſe, niſi à die petitionis, fallit tamen in legato
quantitatis inveſtiendæ, quia habetur pro lega-
to ſpeciei, maximè, quandò tractatur de le-
gato ad Piam cauſam, & cujus fructus ſunt à
Teſtatore deſtinati in opus Pium.

### *SUMMARIUM.*

1 *Fructus Dotis non ſolutæ debentur conſtante Matrimonio ratione onerum Matrimonialium, ſecùs autem eo diſſoluto.*

*Niſi ex parte Creditoris ipſius Dotis concurrat interpellatio, aliaque requiſita, de quibus n. 2. & 4.*

3 *Intereſſe lucri ceſſantis ad hoc, ut debeatur, quæ requiſita debeant concurrere.*

5 *Citatio Domi dimiſſa copia, non inducit notitiam in citato, niſi fuerit reiterata.*

6 *Scientia Procuratoris dicitur ſcientia Domini.*

*Limita, quando agitur de re nimis præjudiciali, n. 7.*

8 *Procurator præſumitur certioraſſe ſuum Principalem de re gravi.*

9 *Depoſitio Sacerdotis plurimum attenditur.*

*Maximè, quando de facto proprio teſtificatur, n. 10.*

11 *Interpellatio Mariti pro Uxore, ſeù filii pro Patre, aut Servi pro Domino, non ſufficit in materia uſurarum.*

12 *Argumentum à contrario ſenſu ex dictis* Doctorum *ſumi non poteſt.*

13 *Maritus habet tacitum mandatum in rebus Uxoris, etiam extradotalibus.*

14 *Interpellatio in perſona Procuratoris, conſtituit Principalem in mora.*

15 *Revelationes emiſſæ in ſequelam litterarum Monitorialium non probant in Judicio, niſi revelantes formitèr examinentur in figura Teſtium.*

*Limita, ſi contenta in hujuſmodi revelationibus aliundè adminiculentur, quia tunc poteſt Judex illis deferre abſquè alio formali examine revelantium, n. 16.*

*Præſertim, quotiès agitur de revelatione facta ab aliquo Viro Eccleſiaſtico notæ probitatis, n. 17.*

18 *Fides quando adhiberi valeat etiam Teſtibus extrajudicialitèr deponentibus.*

19 *Occaſiones Inveſtimentorum in Civitate magna, & Mercantili ſunt ſemper in promptu, & ideò habentur pro probatis.*

20 *Fides Proxenetarum in materia Inveſtimenti probat, etiam ſi non ſpecificent particularitèr perſonas, & occaſiones, & n. 21.*

*Et de ratione, n. 23.*

22 *Ratio dicitur Anima legis.*

24 *Requiſita* Pauli de Caſtro *non ſunt rigoroſè diſcutienda, ubi agitur de Intereſſe convento in quantitate proportionabili, ac veriſimili.*

25 *Filia an petere valeat fructus Dotis ſibi per Patrem legatæ in certa quantitate ſub prætextu, quod ejus Tutor, & inſimul hæres Patris illam non inveſtiverit, aliiſque de cauſis, de quibus ibid.*

26 *Filia*

26 *Filia innupta tenetur compenſare alimenta ab herede Patris recepta cum fructibus Dotis eidem legatæ.*

*Et quid, ſi fructus Dotis excedant importantiam alimentorum, vel è converſo, ibid.*

27 *Intereſſe conventum per viam tranſactionis ſubſtinetur, niſi ex aliis circumſtantiis conſtet, quod Partes voluerint palliare contractum fœneratitium.*

28 *Fructus legati quantitativi poſſunt licitè conveniri inter hæredem, & legatarium, quotiès iſte poterat ſubbaſtare aliquem effectũ hæreditarium pro conſecutione ſui legati.*

*Et de ratione, ibid.*

29 *Fructus legati relicti favore Piæ cauſæ debentur à die obitus Teſtatoris.*

*Maximè, quandò legatum fuit relictum pro Dote Eccleſiæ ad hoc, ut illius fructus inſervirent pro alimonia Rectoris, ſeù Parochi, n.30.*

31 *Fructus legati relicti in quantitate, quæ ex præcepto Teſtatoris erat inveſtienda, omninò debentur legatario poſt interpellationem factam hæredi.*

32 *Legatum quantitatis inveſtiendæ, habetur pro legato ſpeciei, & n.33.*

## DECISIO LXV.

VIctoria Fœlix, quæ coràm A.C. ex perſona Matris reportaverat Mandatum ſuper reſtitutione Dotis una cum fructibus, & in ſecunda Inſtantia *cor. R.P.D. meo dell'Olmo* pari ſorte ſuperaverat Antoniam oppoſitricem etiam circà eoſdem fructus, prolapſa tamen erat in ulteriori Commiſſione, ſivè Inſtantia *cor. R.P.D. meo Priolo*, in qua reſcriptum extitit, ac definitum, non eſſe procedendum ad ulteriorem executionem, ex fundamentis luculentèr extenſis in *Deciſione* deſupèr edita *ſub die 18. Aprilis proximè elapſi*, in hodierna idcircò reviviſcentia colluctationis, nova paravit documenta, ob quæ faciliùs Domini, redeuntes ad prima Judicata, pro infirmatione noviſſimæ Sententiæ reſponderunt.

Cardo namquè ejuſdem controverſiæ, ſivè colluctationis jam non erat, ſeù verſabatur ſuper prætenſione, quam Victoria foveret pro aſſecutione fructuum ex titulo, vel origine crediti dotalis; Cùm enim per obitum
1 Franciſci ſolutum remanſiſſet vinculum Matrimonii inter Luciam Victoriæ Matrem, ipſumque Franciſcum, profectò creditum dotale in ordine ad paritionem fructuum propriam eſſentiam, ac privilegium deperdiderat, ex quo hujuſmodi interuſuria conceſſa dumtaxat reperiuntur ob cauſam ſubſtentationis onerum durantis adhuc Matrimonii, ut in celebri *cap. ſalubritèr, de uſur.* Quapropter tota difficultas ſiſtebat in ſolo concurſu, & verificatione requiſitorum lu-
2 cri ceſſantis, utrùm ſcilicet Victoria fundatè demonſtraret extrema neceſſaria pro conſequendis hiſcè fructibus, nimirùm moram in Antonia debitrice quoàd reſtitutionem memorati crediti dotalis, interpellationem ipſi legitime factam ſuper eo, quod ipſa Victoria intendebat ad honeſtum lucrum implicare pecunias ſibi debitas, quodque demùm de facto promptam, ac certam præ manibus habebat occaſionem hujuſmodi
3 implicationis, in quibus ſanè terminis, etiam ubi agatur de quolibet indifferenti credito pecuniario, concordat utriuſque Fori ſententia, fructus, & interoſuria deberi, ac reſpectivè peti poſſe per Creditorem illo honeſto, paratoque lucro deorbatum, ex recollectione iſtorum requiſitorum, quæ communitèr tribuitur *Caſtren. in l.3. ff. de eo, quod cert. loc.*, cum quo procedunt *Lup. in comment. de uſur. comment. 1. §.6. poſt n.117. verſ. priorem tamen, Ridolphin. in prax. par.1. cap.8. n.265., Paz Iordan. var. elucubr. lib.14. tit 17. n.478., Rebell. de oblig. Iuſtit. par.2. lib.8. qu.5. in fine verſ. ad ſecundum, Rot. dec.112. n.3. par.13. rec.*, cum aliis *in Deciſione diei 26. Aprilis 1697. §. Fructus ſiquidem, coram R P.D. meo dell'Olmo.*

In præſenti itaquè, ac etiam præteritis Inſtantiis de mora Antoniæ non dubitabatur, ſaltèm in illa parte, quæ concernebat obligationem reſtituendi dotem Luciæ Matris poſt obitum Franciſci Viri ad commodum Victoriæ Filiæ; Verùm, quia mora materia-
4 lis, ſivè ſimplex apta non eſt ad inducendum lucrum ceſſans, & ex hoc capite pariendos fructus, niſi ſuperaccedat enunciata Creditoris interpellatio, propter quam eadem mora materialis transfunditur in formalem, ſivè legalem, cenſuerat non inopportunè *Rota* in anteacta *Deciſione* edita, ut ſuprà, *coram R.P.D. meo Priolo*, non conſtare ſufficientèr de hujuſmodi requiſito interpellationis: certum namquè tunc temporis tantummodò apparebat, quod aſſerta per Victoriam interpellatio nullo modo facta fuerat principali Debitrici, vel in illius conſueta habitatione, quæ ſtabat extrà Ditionem Eccleſiaſticam, ſed ſolùm eadem interpellatio extiterat executioni in Urbe demandata mediante Citatione relicta in Domo Procuratoris Antoniæ; quamobrèm cùm per hoc nulla alia extrinſeca emergeret probatio, quod prædictæ interpellationis notitia perveniſſet per organum ejuſdem Procuratoris ad Aures, & ſcientiam indubitabilem prædictæ Antoniæ debitricis, de plano ſequebatur,
5 quod vel hæc Citatio Domi dimiſſa copia ſuaptè natura non induxerit ſcientiam poſitivam in ipſo citato, cùm ad hunc effectum exigi videatur reiteratio ejuſdem Citationis, ad tradita per *Fœlin. in cap. quoad conſultationem n.33. de re judic.*, cum aliis per *Scacc. de appell. qu.12. n.25. verſ. ratio hujus intelligentiæ*

*gentiæ, Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 13. n. 130., Mart. vot. Piſan. 35 n. 3., Rot. in Romana Societatis Lotti 27. Martii 1675. §. Exceptiones, verſ. Alendatium verò, cor. bo. me. Barlemont.*

Vel quod, niſi juberet multiplicare præſumptiones, & exorbitantias in hac materia adeò dura uſurarum, admiſſa etiam, ſivè ſuppoſita notitia in Procuratore citato, non tamen exindè potuit ſuboriri altera præſumptio, quod certioratio facta Procuratori cenſeretur quoque deveniſſe ad indubitatam notitiam Domini, ſeù Principalis abſentis,
6 quia regula, ut à ſcientia Procuratoris legitimè in ſuis caſibus valeat inferri ad ſcientiam Domini, de qua *Coſt. de fact. ſcient. & ignor. inſp. 79, Merlin. Pignatell. controv. for. cap. 30. n. 17. & ſeqq. lib. 1., Rot. deciſ. 46. n. 12. cor. Priolo*, ſolemnitèr caſtigatur, quotieſ-
7 cumque tractatur de materia nimis præjudiciali, quemadmodùm citrà ſcrupulum erat præſens, ſicuti annotarunt relati per *Surd. dec. 181. n. 18. Rot. dec. 430. n. 4. in fin. par. 4. rec. & dec. 500. n. 47. cor. Bichio.*

Hodiè nihilominùs tàm veteribus, quàm novis appenſis circumſtantiis, & probationibus, conſtitit in caſu noſtro, ſcientiam hujuſmodi interpellationis palpabiliter penetraſſe nedùm ad Aures, ſed ad Præcordia Principalis abſentis; undè quantumvis juxtà ingeniorum, noſtrarumque mentium varietatem poſſent fortaſsè pro arguenda hac penetratione ſuperabundare deducta præcedentèr *in deciſ. R. P. D. mei dell'Olmo 26. Aprilis 1697. §. Nec obſtare*, nimirùm Judiciales inſtantiæ ex parte Creditricis pro obtinenda Dote, lucro, & fructibus contemporaneæ eidem interpellationi, cum ſimultanea, ac ſucceſſiva ſubſtentatione litis, mediante ope ejuſdemmet Procuratoris certò certiùs in-
8 terpellati, ſicque credibile non erat, quod idem Procurator per ſpatium plurium Annorum non tranſmiſerit Principali, aut copiam earumdem Judicialium petitionum, præſeferentium requiſitionem fructuum ultrà Capitale, vel quod ſaltèm per Epiſtolas familiares non enunciaverit ipſi Principali urgentiam Creditricis, ſicuti præter *Romam., & Rot. cor. Seraphin., Coccin., & Celſ. allegat in d. deciſ R. P. D mei dell'Olmo ubi ſuprà*, firmarunt quoque adducti per *Modern. Mantuan. conſult. 60. ſub n. 43., Rot. deciſ. 109 n. 1. & 2. cor. Bich., & dec. 270. n. 17. cor. Priol., & dec. 338. n. 7. par. 17.*, & in hoc præciſo propoſito conſequendi fructus habetur *in modern. Tract. de Commerc. & Mercat. diſ. 64. n. 27.*

Profectò res erat in hac nova, ut diximus, colluctatione clariſſima; primò ex ſuperventa revelatione metu Cenſurarum exhibita apud Acta Curiæ Eminentiſſ. Vicarii per undequaque probum, & maturæ ætatis Virum Sacerdotem, ac modò Rectorem Ven. Conſervatorii pauperum Puellarum, quas nuncupant *Divinæ Providentiæ*, is enim cùm de prædicto tempore motæ litis, & præciſæ interpellationis negocia in Urbe gereret Antoniæ, ejuſque Viri, ingenuè teſtatus eſt, quod diſſoluto quodam tractatu ſuper reſtitutione ipſius dotis, Defenſores Victoriæ admonuerunt eumdem negociorum geſtorem conſequi velle etiam fructus mediante poſitiva interpellatione, quam iniverant in perſonam prælaudati Procuratoris Antoniæ; quapropter ipſe cenſuit, non eſſe reticendam hanc circumſtantiam, & preſſuram ejuſdem Antoniæ Marito, qui de facto reſpondit, ſeſe jam interpoſuiſſe organum Amici, cujus miniſterio ſperabat, vel convenire de reſtitutione Capitalis in tot bonis ſtabilibus, vel de annua correſpondentia Interuſuriorum ad rationem ſcutorum quatuor pro centenario: quamobrem jungendo Judicialibus inſtantiis factis pro reportandis eiſdem Interuſuriis, necnon effectivæ interpellationi tranſmiſſæ, ut ſuprà, Procuratori Antoniæ, hanc quoque teſtificationem promanantem à Viro Sacerdote, integræque opinionis, & famæ, non poterat ſubeſſe dubium, quin ſcientia interpellationis ſufficientiſſimè comprobata remaneret etiam reſpectu, ſivè in præjudicium Antoniæ, cùm admodùm depoſi-
9 tioni Sacerdotis ſemper deferre conſueverit noſtrum Tribunal, ut liquet ex *deciſ. 348. n. 20. & 22. cor. Peutinger., deciſ. 101. n. 15. & 16. par. 12., deciſ. 69 n. 27. par. 8. rec., & deciſ. 84. n. 2. & 5. poſt Zuff. de legitim. Proceſſ., & in Bononien. Dotis, & Bonorum 14. Iunii 1688. §. Quos inter, cum duob. ſeqq., cor. Reverendiſſ. Hervault Archiepiſcopo Turonen.*; maximè,
10 cum idem Sacerdos foret ſuperindutus qualitate negociorum geſtoris, ac de proprio facto teſtificaretur, ut proſequuntur *Menoch. conſ. 92. n. 84., Card. de Luc. de empt. & vendit. diſc. 10. n. 7., Rot. cor. Buratt. deciſ. 111. n. 9., & cor. Merlino deciſ. 714. n. 17. cum duob. ſeqq., & deciſ. 164. n. 7. cor. Card. Celſo.*

Diximus etiam reſpectu, ſivè in præjudicium Antoniæ; licet enim ipſius Defenſores contenderent, non benè à ſcientia Mariti potuiſſe trahi illationem ad ſcientiam ejuſdem Antoniæ Uxoris, quæ veluti hæres fideicommiſſaria Dominici Avi effecta erat debitrix principalis controverſæ dotis, ex
11 quo ad nimis aſperum effectum uſurarum, & fructuum ſatis eſſe non videtur interpellare Uxorem pro Marito, vel è contrà, ſivè Filium pro Patre, aut Servum pro Domino, ad *Text. in l. mora 32. §. 1. ff. de uſur.*, cum concord. per *Leotard. eodem tract. quæſt. 81. num. 13.*

Adhùc, ultrà quod neque *Leotard.*, neque ab eo allegati firmant præciſè, quod interpellatio facta Marito idonea non ſit ad conſtituendam Uxorem in mora, ſed ſolummodò agunt è converſo de interpellatione ſecu-

ta in perſona Uxoris, ne tunc valeat officere
Marito, ſicque à traditione hujus *Doctoris*
12 rectè deſumi nequaquàm poſſet argumen-
tum à contrario ſenſu, quod vix permittitur
in legibus, & Statutis, ut notant *Torniol.
conſ.63.n.21., Buccaferr.conſ.89.n.12., Oſaſcb.
deciſ.58.n.30., Maſtrill.deciſ.260.in fine, Rot.
coram Seraph. deciſ.822. n.6.. & coram Mil-
lino deciſ.189. n.8., & deciſ.89. n.24. coram
Arguel.*

Nihilominùs in caſu noſtro intercedebat
etiam ratio poſitiva differentiæ, ex quo ni-
mirum tractabatur de afficienda Uxore per
interpellationem emiſſam in perſona Mariti;
13 cùm etenim Vir de Jure nanciſcatur taci-
tum, & legitimum Procuræ mandatum in
quibuſcumque rebus Uxoris etiam extrado-
talibus, ad *Text.in l.Maritus 21.C.de Procur.
& in l.fin.§.Sancimus itaque, C.de pact.convent.
Gratian.d.ſcept.514.n.24., Maſtrill.deciſ.131.
n.14.& ſeqq.*, *Rot.deciſ.310.n.8.cor.Merlino*:
14 profectò, quod interpellatio, quæ fiat in
perſonam Procuratoris, ubi ſit legitimè exe-
cutioni demandata, urgeat etiam contrà
Dominum, & Principalem, ad finem poſi-
tivum inducendi eumdem Principalem in
mora, per *Textum* apertiſſimum *in l.ſi quis ſo-
lutioni 24. § Mora, ff. de uſur.* proſequuntur
*idem Leota d.d.quæſt.81.n.15.& 16., Card.de
Luc.de Uſur.diſc.34.n.10.& 11., Rot.dec.152.
n.3.cum plurib.ſeqq.cor.Card.Celſo*, cum reli-
quis *in Deciſione diei 26.Aprilis 1697.§.Nec
obſtare, cor. R.P.D. meo dell'Olmo.*

Parumque ad enervandam hanc in ho-
dierna Audientia ſuperadditam juſtificatio-
nem reſtagari viſum eſt, quod & probus iſte
Sacerdos, & quidam alius Famulus coinci-
dens in aſſerendo ſubſtantialitèr idipſum,
depoſuerint ſimplicitèr metu Excommuni-
cationis, & vigore litterarum Monitoria-
lium, juxtà remedium, de quo *Canoniſtæ* com-
munitèr *in cap.qui cum fure, de furt., & in Con-
cil. Trid.ſeſſ.25. de reform. cap.3.*; licèt enim
veriſſima ſit regula, quod hujuſmodi depoſi-
15 tiones, ſeù revelationes de per ſe non ſuffi-
ciant ad conſtituendam perfectam probatio-
nem, niſi ſic revelantes formitèr repetantur
ſub cenſura Interrogatoriorum alterius Par-
tis, ad tradita per *Andreol. contr.270. n.2. &
per tot., Rot.cor. Duran.deciſ.212.n.15., & cor.
Merlino deciſ.608.n.24., & in rec.deciſ.348.
n.17.& ſeq.par.16., & deciſ.316.n.20.par.19.,
& in Romana Teſtamenti 3.Decembris 1691.
§.Nulla fuit, cor. R.P.D. meo Caprara.*

Attamen non minùs vera eſt limitatio,
quod quando principale fundamentum pro-
bationis non ſiſtit in talibus revelationibus,
ſed eædem revelationes ſuperaccedunt pro-
bationibus, ac præſumptionibus valdè de
per ſe, ut ad præſens, adſtringentibus, in his
16 utique terminis Judex (qui ſolùm debet in-
quirere de veritate, & cujus arbitrio, quam-
vis per tramites legales, remiſſa eſt tota ma-
teria probationum) non impeditur, quod
citrà neceſſitatem ulterioris repetitionis, vel
examinis ſibi juſtè ſuadeat, rem ità ſe habe-
re, & idcircò, quod ſufficiat ad probandum,
hujuſmodi revelationes arbitrio recti Judi-
cis fulciri aliis adminiculis, & circumſtantiis,
uno ore prænotarunt *Cravett. conſ.198. ſub
n.11., Cust.Iun. conſ.106.ſub n.8. verſ.tamen
ad confirmationem, Caball.conſ.127.n.7.& 8.
lib.2., Menocb. de arbitr.lib.1.quæſt.26. 16.,
Maſcard.de probat.concl.632.n.6.& 7., Lazar.
de Monitor.ſect.4 quæſt.9.ſub n 5.& 6., Calà
de mod. articul.gloſ.3. n.51. propè fin. verſ. &
pro iſta communi opinione, Poſtb. reſol. 24.
n.58.& 59., Amendol. ad Francb decis.366.
n.7. & 8.*; multoque magis, quando inter
17 revelantes adſit Sacerdos, & Sacerdos tot
prærogativis, ſeù peculiaribus qualitatibus
conſtipatus, quemadmodùm in hoc ipſo pro-
poſito revelationum ponderat *Io. Franc. de
Pont. conſ.63. ſub n.17. verſ. & propterea, &
n.18.& 19.lib.1.*, & concordat *Altimar. ad
Rovit.conſ.13.ſub n.50.lib.2.*

Et quidem in noſtra Theſi jam ſuprà præ-
miſimus, quot circumſtantiæ, adminicula,
ac etiam probationes adeſſent in propoſitio-
ne Cauſæ *coram R.P.D. meo dell'Olmo*, unde
nil mirum, ſi ſuperadditio talium revelatio-
num conſtituere comperta eſt indubitabilem
ſcientiam ſecutæ interpellationis: Sed &
omnem menſuram implevere quinque Epi-
ſtolæ conſcriptæ eidem Sacerdoti per eum-
dem Franciſcum Antoniæ Virum, & reſpe-
ctivè per ipſum Sacerdotem in eadem Curia
Eminentiſſimi Vicarii exhibitæ per vim, &
compulſum Gravatoriæ ad hunc effectum
obtentæ per Victoriam; in his namque Epi-
ſtolis regiſtratis *in Summar.* Victoriæ Fælicis
*n.3.* univerſa adamuſſim baſis hyſtoriæ, ſeù
revelationis factæ per memoratum Sacerdo-
18 tem nimis ad oculum ſolidabatur, ſecun-
dùm ea, quæ etiam in hoc eodem themate
adhibendi fidem Teſtibus extrajudicialitèr
deponentibus habentur *in deciſ.355. ſub n.7.
verſ.tum ex Epiſtolis par.10., & deciſ.101.n.17.
& 18.par.12.rec.*

Vindicato igitùr pro parte Victoriæ Fæli-
cis hoc ſecundo requiſito interpellationis,
Domini non cenſuerunt tranſiri poſſe cum
deductis in prælaudata *Deciſione R.P.D. mei
Prioli* circà tertium, & ultimum requiſitum
occaſionis proximæ inveſtiendi pecunias ad
honeſtum, & legitimum lucrum; Admitte-
bant ſiquidem, quod ad finem conſequendi
légalia interuſuria, ſeù fructus, præcipuè in
noſtro Auditorio, ſatis non eſſet ſola, & re-
mota poſſibilitas faciendi inveſtimentum,
vel etiam occaſio generalitèr ſemper prom-
pta, & parata, quamtumvis & hæc propoſi-
tio in ordine ad ſecundam partem magnos
19 habeat contradictores, volentibus pleriſque,
ſupèr-

ſuperabundare, quod quæſtio verſetur in Civitate, vel in loco magno, aut Mercantili, in quo regularitèr, & apud practicos Commercii ſemper occaſiones tradendi pecunias ad Cenſum, ad Cambium, aliaque Terreſtria, vel Maritima mercimonia reputantur eſſe, & de facto ſunt in promptu, Itàut hujuſmodi requiſitum habeatur pro probato, ut videre eſt apud *Scacc. de Commer. & Camb. §. 1. qu. 7. par. 2. ampl. 8. n. 226., Carleval. de Iudic. tit. 3. diſp. 8. ſect. 6. n. 91. & ſeq., Leotard. de uſur. qu. 74. n. 43., Sanſelic. dec. 124. n. 10. & 11., Mart. Medic. dec. 14. n. 29.*

Verùm quià in caſu noſtro aderat præciſa Atteſtatio duorum Proxenetarum ſuper eo, quod Victoria Fœlix haberet præ manibus promptas occaſiones per organum eorumdem Proxenetarum inveſtiendi pecunias dotales ſibi debitas in contractibus Cambiorum ad rationem quatuor ſcutorum cum
20 dimidio, non placuit, neceſſarium quoquè eſſe ad effectum reddendi propius occaſionem individuam, quod iidem Proxenetæ ſpecificarent, propalarent, & panderent nomina individualia perſonarum ſumere nedùm volentium, ſed ſatagentium ad Cenſum, vel Cambium, vel in aliud legale inveſtimentum, procedendo namquè cum cortice, & inſimul pondere *Authoritatum*, nulla erat, quæ concluderet, neceſſariam eſſe hanc expreſſionem; *Card.* namquè *de Luca* relatus *in prædicta Deciſione R. P. D. mei Prioli in* § *Et ratio*, firmat potiùs oppoſitum, nempè *in diſc. 18. de uſur. ſub n. 10.* §. *Aut agitur*, quia potiùs, ut ipſe ait, exiſtente taxa lucri, & occaſione veriſimili, foret ad litteram, & Judaicè nimis intelligere traditionem *Caſtrenſis*:
21 De reliquo autem, quod fides Proxenetarum exuberet etiam ſinè expreſſione perſonarum recipere pecunias contendentium, ſeù volentium, cubitalitèr dicunt, & firmant *Lup. de uſur. comment. 1. §. 6. ſub n. 17., Ciarlin. contr. 29. ſub n. 54. verſ. nec eſt neceſſe, Rot. coram Seraphino deciſ. 714. n. 2.*, & fuit tactum *in mod rn. Tract. de Commer. & Mercat. diſc. 67. n. 18.*

At ponderi *Authoritatum* adſtipulabatur
22 etiam ratio, quæ eſt, juxtà commune adagium, Anima legis; quoniam alias eſſet ad impoſſibile reducere probationem hujus tertii requiſiti, niſi eamdem probationem contrà legem æquitatis, & juſtitiæ coarctare vellemus ad emptionem locorum Montium, & quandoque ſtabilium, quià forte hæ occaſiones ſunt magis in publico expanſæ, ac manifeſtæ, ſed non & hoc abſolutè, quia docet experientia, pleroſque nolle apparere velle diſtrahere hæc, & illa loca Montium, hæc, & illa ſtabilia, niſi poſt Contractum perfectè impletum ope Proxenetarum: In ordine autem ad Cambia, Cenſus, aliaſque implicationes, ut diximus, Terreſtres, vel Maritimas, difficultas hujuſmodì magis eſt moralitèr certa, cùm nemo regularitèr velit foris pandere proprias indigentias, aut voluntatem; & quandò etiam reperiretur tale genus hominum, deficeret illud Atteſtantium, & maximè in perſonis Proxenetarum, quæ
23 ſunt pronubæ talium Contractuum, nè enim propriæ induſtriæ jacturam faciant, ſemper abſcondunt nomina Contrahentium, nè alieni diripiant labores ſuos, & per æmulationem, vel intereſſe negocium retrahant, & auferant de manibus illius, qui ipſum inchoaverat, ac penè perfecerat, ſicutì benè hujuſcemodi rationibus innixi proſequuntur *Turr. de Camb. diſput 1. qu. 2. n. 7. & 8., Rot. dec. 721. ſub n. 3. verſ. neque refert, cor. Seraphino.*

Et ità, non curantes Domini ſubmovere illud alterum objectum circà juſtam litigandi cauſam, velutì radicitiùs, & optimè interverſum *in Deciſione 26. Aprilis 1697. §. Neque etiam ex eo, cor. R. P. D. meo dell'Olmo*, reſponderunt, utraque &c.

## *ANNOTATIO. ET ADDITIO.*

SUB die 8. Aprilis 1699. ordinata fuit expeditio hujus Deciſionis, quæ etiam impreſſa legitur apud *Torr. var. qu. Jur. tom. 2. tit 7. de Dot. deciſ. 4.*, & deinceps per Signaturam Juſtitiæ commiſſa novitèr Cauſa in ſuſpenſivo cum Clauſula *conſtito de tribus*, prodiit Deciſio confirmatoria mediante ſolito reſcripto *Conſtare de tribus*, ut in *Deciſione edita 14. Janu. 1702. cor. R. P. D. Muto, impreſſ. poſt novam additionem ad deciſiones regiſtratas penès Salgad. in Labyrint. Creditor. hodiè in præfata noviſſima impreſſione dec. 215.* Eademque præſens mea Deciſio perfunctoriè approbatur *in Romana Pecuniaria 12. Martii 1700. coram R. P. D. dell'Olmo*, hodiè paritèr impreſſa *poſt Conſtantin. ad Statut. Urb. dec. 23. ſub num. 12.*

Sæpiſſimè, & quotidiè Calamum aſſumpſi in hoc propoſito legitimè juſtificationis lucri ceſſantis, vel damni emergentis, aſt ipſamet frequentia abſtinere Me facit ab additione particularium Allegationum (exceptis infraſcriptis in caſu non injucundo, & facile contingibili, undè ſolummodò annotabo ſimplicitèr ea, quæ ſemper opinatus ſum in meo ſenſu privato, quod ubi tra-
24 ctatur de intereſſe ab initio convento inter Partes cum aliqua veriſimili, ac probabili taxatione, non adeò mordicùs veniat inſiſtendum ſuper illa probatione requiſitorum *Pauli de Caſtro*, ſed ſufficiat, illud remanere ex poſt per circumſtantias loci, & temporis verificatum, *ut in tract. de Commerc. & Mercat. diſc. 67. ex n. 4., & ferè per tot.*, cum quo proceſſum fuit *in Romana Fabricæ cor. Urſino*, in qua cùm quidam Faber Murarius Domum con-

conſtruxiſſet alienam propriis ſumptibus, &
expenſis, ſtabilito Intereſſe in caſu retarda-
tæ refuſionis, ſeù ſolutionis expenſarum,
*Sacra Rota* cenſuit, legitimitatem hujus con-
venti intereſſe benigniùs, ſivè minùs rigidis
probationibus poſſe juſtificari, *ut in dicta Ro-
ma..a Fabricæ 4. Jul. 1696. coram prædicto Ur-
ſino*, regiſtrata inter egregias lucubrationes,
ſivè *Deciſiones Rotæ Lucenſis*, publicæ luci tra-
ditas per *D. Palmam Nepotem tom. 2. dec. 512.*

Propriùs verò ad materiam, videlicèt fru-
ctuum dotalium, prætendebatur, illos debe-
ri favore Puellæ poſtmodùm nuptæ à die
obitus ſui Patris, qui eidem Puellæ legauerat
in cauſam Dotis ſummam ſcut. 4000. tàm vi-
25 gore ipſius legati quantumvis quantitativi,
quàm in vim obligationis Tutoris, qui pe-
cuniam hujuſmodi non inveſtiverat in caſu,
quo repræſentabat alteram etiam figuram
hæredis ipſius legantis, quàm deniquè ex
cauſa legitimæ, cujus loco ſubrogata dice-
batur hujuſmodi Dos; ſed *Rota* latè diſpun-
ctis hujuſmodi prætenſionibus, & capitibus,
determinavit, fructus non deberi, ut *in
de.iſ 415. per tot. cor. Priolo.*

Poſt lapſum verò triginta circiter Anno-
rum reaſſumpta Cauſa in Auditorio, Pars,
quæ præcedentèr ſuccubuerat, attentavit re-
ceſſum, ſignantèr ex quo per calculum,
quem accuratiùs efformaverat, oſtendebat,
quod fructus quotæ legitimæ excedebant
alimenta præſtita Puellæ: ſed *Rota* ſtetit in
deciſis, quia quidquid dicendum eſſet reſpe-
ctu calculi, conſideratum fuit, quod alimen-
ta præſtanda Puellæ donec nubat, non ſunt
omninò commenſuranda cum fructibus le-
gitimæ, quia ſi iidem fructus non attingerent
neceſſitatem, ſivè importantiam alimento-
rum, ad quam hæres Patris eſt obligatus, non
ideò idem hæres poteſt prætendere coæqua-
26 tionem, ſivè reſtitu.ionem; ità è converſò,
quoties commenſato ſtatu, & conditione
Puellæ alimenta minus important, quàm
fructus legitimæ, æquitas ſuggerit, quod hæc
dubietas mutua quadam compenſatione tol-
latur, ſufficiàtque hæredi Patris congrua præ-
ſtitiſſe alimenta Puellæ uſquè ad tempus
nuptiarum, ſicuti plenè diſcutitur, & reſ-
pondetur *in præfata Deciſione confirmatoria al-
terius*, ut ſuprà, *coram Priolo Sen.*, aliàs *in Ful-
ginaten. ſ. ncinnm 19. Jan. 1703. coram R.P.D.
Muncetta*, ubi *ſub §. fin.* allegatur *Capyc. Galeot.
controverſ. lib. 2. cap. 15. n. 28. & in fine, Franch.
deciſ. 559. ſub n. 55.*, quibus addi poteſt *Card.
de Luc. de Dot. deciſ. 13. num. 3.*

Conſecutivè ad præmiſſa circà conventio-
nem Intereſſe, occaſione legati merè quanti-
tativi, caſum habui coram A. C., cum exitu
favorabili; Cæcilia ſiquidem Venuſta lega-
verat Eccleſiæ Parochiali Veruli in Valle
Tellina Comen. Diœceſis libras 2000., ad
hoc, ut fructus inſervirent pro Parochi ſub-
ſtentatione; cùm autèm coactus fuerit Pa-
rocus judicialiter inſiſtere pro ſolutione hu-
jus legati, hæres Cæciliæ ad evitandam bo-
norum ſubhaſtationem, ſuper quibus pro
parte eiuſdem Parochi fuerat facta executio
judicialis, petiit, & obtinuit dilationem à
Parocho, eidemque interim aſſignavit quem-
dam Canonem, ſeu Livellum: ſed poſtmo-
dum ſuſcitata oppoſitione, quod hæc aſſi-
gnatio Livelli ſaperet uſuram, judicatum
fuit tam in Partibus, quàm in Curia, hujuſ-
modi oppoſitionem minimè refragari, ex ſe-
quentibus.

Exequendum omninò videtur Mandatum
in Partibus relaxatum, nam quemadmodùm
ultrò fatemur, non eſſe licitas uſuras ob ſo-
lam dilationem Debitori conceſſam, ità in
præſentibus facti circumſtantiis ceſſat pro
ſubſtentanda conventione, de qua agitur,
difficultas ex pluribus.

Et primo, quia hujuſmodi conventio, ſivè
aſſignatio annui Canonis initia fuit per viam
27 tranſactionis, quo caſu, niſi aliter colligatur
ex ejuſdem facti circumſtantiis, Partes vo-
luiſſe uſuram palliare, licitam eſſe conven-
tionem Intereſſe, poſt *Bald. & Roman.* probat
*Mantic. de Tacit. lib. 8. tit. 18. ſub n. 29. verſ.
ſed puto, Card. de Luca de Uſuris diſc. 28. n. 8.,
Urceol. de Tranſ. quæſt. 40. n. 51. cum trib. ſeqq.,
Rot. deciſ. 490. num. 3. par. 2. recent., & dec.
236. num. 5. & 6. par. 13.*

Secundo, quia tantum abeſt, quod ulla
poſſit cadere ſuſpicio palliationis uſuræ, ut
potiùs palam Partes proteſſæ fuerint ad hanc
tranſactionem, & reſpectivè conventionem
deveniſſe ad finem evitandi expenſas delibe-
rationis, & adjudicationis Stabilium, quæ,
ſtante exequutione deſuper conſumata, erat
inevitabilis; proindèque ſicut facta eadem
deliberatione, vel adjudicatione amiſiſſet
Maria ultrà expenſas, etiam fructus Stabi-
lium deliberandorum, & è converſo, vel
mediante adjudicatione iidem fructus per-
cepti fuiſſent à Paroco creditore, vel in om-
nem caſum obtenta pecunia, quæ per Ter-
tium deliberatarium fuiſſet exburſata, va-
luiſſet idem Parocus ex inveſtimento, quod
de ea facere tenebatur, fructus ad ſui utili-
tatem percipere: de plano ſequitur, quod
28 non ſolùm ceſſet præfata ſuſpicio, ſed etiam,
quod ex hoc beneficio reportato per Debi-
tricem, fructus etiam in legato quantitatis
omninò veniant, & debeantur, ut punctua-
liſſimè firmat *Gratian. diſcept. 688. ex n. 19.*,
& ſignantèr *num. 22.*, ubi agit de legato in
piam cauſam relicto, *Carol. Marant. reſp. 20.
ex n. 102. cum ſeqq. uſquè ad finem*, & præter-
tim *n. 107. par. 1.*

Tertiò, quoniàm etiam præciſivè ab iſta
conventione, fructus omninò debebantur:
neglecta etenim quoque illorum ſententia
29 qui voluerunt, ad favorèm Piæ cauſæ fru-
ctus

ctus deberi non tantùm à die petitionis Judi-
cialis, vel extrajudicialis, verùm quoque ab
obitu Teſtatoris, prout latiſſimè tuetur *Ca-
rol. Miraut. reſp. 14. n. 1. & ſeqq. & per tot., Ro-
vit. deciſ. 90.* pariter *per tot.*, cum aliis per
*Caſtald. conſult. 2. n. 13.* adhùc cùm Teſtatrix
in caſu noſtro non ſimplicitèr mandaverit
ſolvi libras 2000., ſed juſſerit, eas inveſtiri,
30 quodque inveſtimentum ſtare debet pro do-
te Eccleſiæ Parochialis, fructuſque reſpecti-
vè inſervire deberent pro Parochi alimonia,
tunc ſanè non eſſe ampliùs de legitimitate
fructuum dubitandum, etſi legatum favore
Eccleſiæ fuerit relictum in quantitate, non
in ſpecie, mirabilitèr, & in individuo, poſt
latè examinatam materiam à *Juris* tàm *Ca-
nonici*, quàm *Civilis* principiis, concludit
*Card. de Luca lib. 5. de uſuris diſc. 29. per tot.*,
& præcipuè *n. 14.*, *& diſc. 30. num. 4. & 5.*,
*& diſc. 31. n 5.* ſequitur *alter Carol. Ant. de
Luca ad Franch. deciſ. 634. n. 4. & ad Gratian.
d. diſcept. 688. n. 6. §. Uſuræ legatorum in fine*,
& concordat *Rota poſt Merlin. de legitima de-
ciſ. 29. n. 2. & n. 6. cum ſeqq.*
Quartò in idem, quia quotiès non fuit li-
berè legata pecunia, ſed cum prædicto one-
31 re inveſtiendi, quod in his terminis, ſi ma-
luit hæres interpellatus eamdem pecuniam
penès ſe retinere, fructus interim legatario
debeantur, ſeù acquirantur, cum *Galgan.
Molin.*, *& aliis* tradit *Manſ. conſult 466. ſub
n. 3.*, & conſonant relati per *Leotard. de Uſu-
ris quæſt. 18. n. 34.*, *idem Manſ. conſult. 465.
num. 20.*
Quintò pariter in idem, quia, ſtante obli-
32 gatione injuncta inveſtiendi, non ampliùs
reverà legatum conſideratur tanquàm quan-
titativum, ſed haberi, acſi factum eſſet in
ſpecie, unanimiter notarunt relati per *Gra-
tian. diſcept. 34. n. 42. & diſcept. 920. n. 26. & 27.
Gobius conſult. 136. n. 19.* ſicque deberi pro-
33 culdubiò fructus, cùm perindè ſit, acſi le-
gatum extitiſſet in Stabilibus relictum, opti-
mè firmat *Paciſ. de Salvian. inſpect. 3. cap. 4.
n. 388.*, *Gratian. d. diſcept. 688. n. 12. & ſeqq.*,
*Caſtald. conſult. 2. n. 11.*, *Manſ. conſult. 137.
num. fin. Aug. Rodulphin. alleg. 135. n. 2.*, *Rot.
poſt Merlin. de Pignor. deciſ. 29. n. 2.*
Cùm igitùr à primo ad ultimum convin-
catur, quod nulla labes uſuræ velata fuit in
noſtra conventione, ſeù tranſactione, ſed ex
tot fundamentis appareat, ipſam aſſignatio-
nem Canonum fuiſſe in ſubſtantia ſubroga-
tam loco dotis, & alimentorum, nec non in-
veſtimenti ad hos effectus faciendi, non vi-
detur ampliùs hæſitandum de Juſtitia hodier-
næ petitionis, ut in longè fortioribus multi-
fariam exemplificant deducti per *Urceol. de
Tranſact. d. quæſt. 40. n. 9. & 10.*

## ROMANA PRÆLATURÆ DE VECCHIARELLIS.

*Veneris 5. Decembris 1698.*

### ARGUMENTUM.

Prælegata quando, & in quibus caſibus veniant in reſtitutione fideicommiſſi univerſalis. Melioramenta quando non ſunt liquida, non retardant immiſſionem: Legata etiam Pia debent pro rata diminui, quando hæreditas non eſt ſolvendo, niſi agatur de materia ſatis privilegiata, & conjecturæ præſumptæ voluntatis concurrant pro non diminutione. Melioramenta debent refici inſpecto ſtatu reſtitutionis, & ſecundùm eorum valorem tunc temporis, quando ità fuit conventum.

### *SUMMARIUM.*

1 *Exceptio de jure Tertii opponi poteſt, quotiès eſt excluſiva juris Agentis.*

2 *Exceptio* = tua non intereſt = *opponi non poteſt, quando reverà concurrit Intereſſe ejus, qui excipit de jure Tertii.*

3 *Judicium immiſſionis non retardatur per exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

4 *Prælegata non veniunt ſub fideicommiſſo poſtmodum in aliis bonis ordinato per illa verba* = negl'altri miei beni.

5 *Diſpoſitio ordinata ad certum finem & effectum, nequit ad alium contrarium, ſeù diverſum ſubextendi.*

6 *Familia legitima effectiva cenſetur prædilecta, pluſquàm naturalis contentiva.*

7 *Clauſula*, come ſopra, *repetit omnia ſuperiùs diſpoſita.*

8 *Cautio de reficiendis Reo convento Melioramentis ſolùm in genere juſtificatis, non admittitur ſine præcedenti præfixione, & lapſu termini ad illa ſpecialitèr liquidanda.*

9 *Melioramenta compenſantur cum fructibus per Reum conventum perceptis poſt litem conteſtatam.*

10 *Creditum Melioramentorum redditur turbidum, & illiquidum ex fructibus à Reo convento poſt motam litem perceptis.*

11 *Hæres poteſt impugnare factum defuncti nullum.*

12 *Immiſſio ex capite fideicommiſſi non conceditur, niſi ad bona relicta per Fideicommittentem de tempore ſui obitus.*

13 *Alienatio intrà Familiam fieri poteſt, quando id fuit à Teſtatore permiſſum.*

14 *Oblatio redditionis rationis facta per hæredem beneficiatum in tertia ſolùm Inſtantia, tamquàm nimis ſerotina redditur ſuſpecta.*

15 *Tranſactio facta à Gravato ex juſta cauſa, & bona fide, ligat etiam ulteriores Fideicommiſſarios.*

16 *Impugnare quis non poteſt, quod ſemel in Judicio approbavit.*

17 *Clauſula*, in parte, & partibus, *non juvat, quando quis utitur ſcriptura producta pro fundando ſua intentione.*

18 *Le-*

18 *Legatarius per acceptationem legati cenſetur etiam acceptaſſe onus in eo adjectum.*

19 R.P.D. Vincentius Vecchiarellus *Reatinus dignè commemoratur.*

20 *Prælegatum an, & quandò veniat in reſtitutione fideicommiſſi, remiſſivè; ubi plenè referuntur de hac quæſtione tractantes.*

21 *Gratia diſpenſatoria contrà præceptum Teſtatoris aliquid prohibentis, non dicitur ſubreptitia, licèt non fuerit expreſſa pœna caducitatis in caſu contraventionis.*

22 *Prælegatum relictum in cauſam legitimæ non reincidit ex conjecturata mente Teſtatoris in fideicommiſſum, niſi pro ea rata, quæ excedit legitimam.*

23 *Legata debent pro rata diminui, quando hæreditas non ſufficit pro illorum integrali ſatisfactione.*

*Et pro evitanda hac proportionabili diminutione non attenditur prioritas ordinis ſcripturæ, ſeù relicti, n.30.*

*Minùſque attenditur, an legata fuerint relicta in ſpecie, vel in quantitate, quia adhuc omnia debent pro rata diminui, n.31.*

24 *Teſtatores plerumque diſponunt ultrà vires propriæ ſubſtantiæ, ſeù Patrimonii.*

25 *Creditores hæreditarii præferuntur quibuſcumque legatariis.*

26 *Legata Pia debent pro rata diminui, quando hæreditas non eſt ſufficiens pro ſolutione omnium legatorum, & n.39.*

*Contrà, vide num.27.*

*Et hæc opinio contraria præcipuum locum obtinet in legato relicto pro celebratione Miſſarum, n.28.*

*Et fortiùs, ſi conſtet de conjecturata voluntate Teſtatoris circà integralem ſatisfactionem Piorum legatorum, n.29. & 32.*

33 *Legatum relictum pro conſervando ſplendore Familiæ non venit in contributum cum cæteris legatis, quoties hæreditas non eſt ſufficiens pro omnium ſolutione.*

34 *Voluntas Teſtatoris quando non poteſt in totum impleri, debet ſaltèm pro parte adimpleri.*

*Et ideò ſi Fundus non remanet ſufficiens ad celebrationem Miſſarum à Teſtatore ordinatarum, debet fieri pro rata diminutio, num.35.*

*Talis tamen reductio non poteſt fieri per Epiſcopum, ſed debet recurri ad Sanctam Sedem, n.36.*

37 *Verbum*, pollit, *in ultimis voluntatibus importat præceptum.*

38 *Legatum relictum Conſanguineo pauperi, cenſetur relictum potiùs intuitu ſanguinis, quàm pietatis, ſeù paupertatis.*

40 *Melioramenta debent æſtimari ſecundùm valorem de tempore reſtitutionis, quando ità fuit conventum, abſque eo, quod attendatur diſtinctio inter impenſum, & melioratum.*

## DECISIO LXVI.

Tentantibus pro quarta vice Sororibus, & pro tertia Valerio divellere fundata præcedentium reſolutionum jacta favore Fideicommiſſi Prælatitii, longè hæc ſolidiora reperta ſunt, quàm forent veteres iterùm inſtauratæ oppoſitiones, aliæque de novo excitatæ, quapropter meritò, etiam hoc poſtremo conatu irrito remanente, de plano perſtitum fuit in deciſis.

Reaſſumendo namque methodum pro lucidiori diſtinctione adhibitum *in ultima Deciſione diei 2. Iunii labentis Anni*, quatenùs pertinet ad Sorores, inanis prorſus viſa eſt aliàs adducta, & rejecta illa oppugnatio; nempè quod bona, ad quæ Vincentio decreta fuit immiſſio ex capite aſſerti Fideicommiſſi Prælatitii ordinati per R.P.D. Marianum Petrum, ſubiecta repererentur antiquioribus Fideicommiſſis Bartholomei, & Vincentii Sen., undè licèt eædem Sorores ſuper hiſce bonis nihil ex propria perſona prætendere valeant, veluti ab illis litteralitèr excluſæ, adhuc tamen ipſarum maximè intereſſet, hujuſmodi bona declarari ſuppoſita potiùs prædictis antiquis Fideicommiſſis, Valerius namque eadem per Judicium longè poſteà intentatum ab ipſis Sororibus vindicare ſategerat; Sicque reſpectu fructuum, & hujuſmodi poſterioris Judicii, proculdubio minor emergeret condemnatio, quando è converſo ſubſiſtente prætenſione Vincentii, ac Fideicommiſſi Prælatitii ſuper eiſdem bonis antiquioribus Fideicommiſſis obnoxiis, ea tanquàm longè priùs judicialitèr promota ſecum traheret majorem refuſionem circà fructus à die motæ litis perceptos, quamobrem, vel
1 hæc exceptio, quantumvis de Jure tertii, utpotè nihilominùs excluſiva Juris agentis merebatur attendi, ad not. per *Grat. diſcept.700. n.65. cum 2. ſeq., Cancer. var. reſol. par.2. cap.16. n.116. & ſeq., Vela diſſert.47. n.1., Rot. coram Pamphil. dec.538. n.10. cum 2. ſeqq., & dec.39. n.16. cor. Priol.* Vel in omnem caſum perſpe-
2 cto tàm eſſentiali, & palpabili intereſſe Sororum inter unum, alterumve caſum, non ampliùs intrabat Adagium, *tua non intereſt*, de quo *in prima Deciſione 9. Decembris Anni præteriti §. fin.*, & in ſecunda *diei 10. Martii præterlapſi §. Cùm itaque*, & in poſtrema, quæ confirmatur *§. Reſpectu namque in fin.*, quemadmodùm ad limitationem prædictæ regulæ, ſivè Adagii reſponderunt *Cancer. d. cap.16. n.120. & 122., Fontanell. de pact. nupt. clauſ.5. gloſ.8. par.15. n.47. & ſeq., Giurb. de Succeſſ. Feud. §.2. gloſſ.9. n.92., Th. ſaur. deciſ.4. n.7., Rot. cor. Cavaler. dec.253. n.4. & 5.*

Siquidem ultrà reſponſiones huic obiecto attributas *in ſecunda Deciſione diei 10. Martii à princ. uſque ad §. Fortiùs autem*, animadverterunt Domini, non ſolùm intempeſtivam pro

nunc

nunc videri poſſe hujuſmodi conquæſtio-
nem in ordine ad fructus, cùm dè illis in
præſenti propoſitione minimè ageretur, pro-
indeque remaneret ſuo loco, & tempore pa-
tens occaſio, & commoditas prænominatis
Sororibus de eiſdem fructibus differendi,
quando abſoluto hodierno Judicio puræ
Immiſſionis ad bona, de fructibus, eorum-
que liquidatione ſub diverſo, & conſecuti-
vo Dubio (ut moris eſt) pertractaretur: Ve-
rùm quia dum Jura, & prætenſiones Valerii
ſatis fuerunt in præcedentibus *Deciſionibus*, &
ſignantèr *diei* 10. *Martii*, *&* 2. *Iunii proximè
præteriti* diſcuſſa, & profligata, & inferiùs
quoque ad oculum ſubvertuntur, jam ex hac
ipſa rejectione Valerii, & ſubſiſtentia præ-
tenſionis Vincentii uſque ab initio, nulla
ſubeſſe poterat coràm Me difficultas reſpectu
bonorum, & reſpectivè fructuum ſpectan-
tium ad Succeſſorem in Fideicommiſſo Præ-
3 latitio, quando tamen ſuffeciſſet, verſari in
privilegiato Judicio Immiſſionis, quod ſua-
pte natura non admittit exceptiones, quæ
vel particularem, vel altiorem indaginem
expoſcunt, ex trad. per *Rot. dec.* 121. *n.* 10.
*&* 11. *par.* 15., *dec.* 298. *n.* 16. *&* 17. *par.* 16,
*&* co. *Priol. dec.* 417. *n.* 8., *& dec.* 16. *n.* 1. *cor.
Vbag.*, *& in Amerina Fideic.* 15. *Junii* 1696.
§. *fin. in fin. cor. R. P. D. meo Muto*.

Neque minori irrelevantia laborabat ſub-
alterna oppoſitio, nimirum, quod aliqua
corpora, ad quæ Vincentio conceſſa fuerat
Immiſſio, extiterint per R. P. D. Marianum
Petrum Fideicommiſſi Prælatitii condito-
rem Hippolyto, cæteriſque Fratribus legata,
quodque propterea cadere non poſſent ſub
prædicto Fideicommiſſo ad cætera fideicom-
mittentis bona coarctato per illa verba, *negl'
4 altri miei beni*, quæ adamuſſim important ſe-
gregationem præcedentium legatorum à Fi-
deicommiſſo univerſali ſucceſſivè ordinato,
juxtà receptam Theoricam *Bart. in l. ſi quis
ſervum*, §. *fin.* *ff. de leg.* 2. de qua *Card. de Luc.
de Fideic. diſ.* 131. *n.* 5., *Rot. cor. Bich. dec.* 449.
*n.* 4., *& dec.* 60. *n.* 4. *par.* 17. *rec.*, *& in Interam-
nen. Fideicommiſſi* 27. *Iunii* 1697 §. *Vltrà legiti-
mam*, *&* 4. *Iulii proximè præteriti* §. *Compræ-
henſio vero*, *cor. R. P. D. meo Pio*; non obſtan-
te demandata per Marianum Petrum rever-
ſione prædictorum legatorum ad commo-
dum Fideicommiſſi, ex quo hujuſmodi di-
ſpoſitio tanquàm reſtricta ad tempus, & ca-
ſum, in quo nullus adeſſet de Familia, &
deſcendentia legitima Hippolyti, aliorumq;
Fratrum fideicommittentis, qui ad Prælatu-
ræ munus aſcendere poſſet, ſubextendi ne-
5 quiret ad caſum contrarium, in quo verſa-
bamur, & in quo adhùc plures ſuperſunt le-
gitimi deſcendentes à Bartholomeo altero
ex Fratribus Teſtatoris, ad trad. per *Fuſar.
de ſubſtit. qu.* 457., *& quæſt.* 460. utrobiquè
*n.* 1. *cum ſeqq.*, *Adolin. reſolut.* 57. *n.* 4., *Rot.
dec.* 103. *n.* 9. *par.* 15. *rec.*, *& dec.* 160. *n.* 17.
*cor. Card. Cerro*.

Hujuſmodi namquè objectionem, quæ de
cætero ſatis abundè eliminabatur in poſtre-
ma *Deciſione diei* 2. *Iunii proximè præteriti ſub
§. Pari paſſu*, iterùm collabeſcere Domini
agnoverunt ex alia duplici ulteriori animad-
verſione, altera, ex quo ſemper imperce-
6 ptibile remanebat, quod Teſtator reinci-
dentiam bonorum legatorum in Aſſem Fi-
deicommiſſi Prælatitii demandare intellexe-
rit favore duntaxat naturalium etiam Fa-
miliæ contentivæ, non autem intenderet,
& vellet, eamdem reincidentiam locum ha-
bere ad magis rationabile commodum legi-
timorum deſcendentium de ipſa effectiva,
& prædilecta, contrà ea, quæ in proximis
notarunt *Menoch. conſ.* 117. *ſub n.* 67., *Spad.
conſ.* 24. *ſub. n.* 10. *lib.* 2., *Fuſar. de ſubſtit.
qu.* 406. *n.* 44. *in fin.*, *Rot. in Bononien. Fideic.
de Manzolis* 14. *Ianuarii* 1697. §. *Nec obſtat*,
confirmata 10. *Ianuarii labentis Anni* §. *fin.
cor. bo. me. Vſino Decano*.

Et altera, quæ depromebatur ex medullis,
atque viſceribus ipſius Teſtamentariæ di-
ſpoſitionis Mariani Petri; poſtquàm enim
ipſe in defectu legitimorum Prælaturæ capa-
cium ſubſidiariè ſubſtituit in ſimplici uſu-
fructu naturales de Familia etiam quoad bo-
na ſuis Fratribus legata, ſtatim declaravit,
quod iſte uſusfructus perdurare deberet =
*finchè verrà il caſo, che ci ſia alcun altro da met-
terſi in Prelatura, che in tal caſo voglio, che que-
ſta mia Eredità ricada ſubito à quello, come hò di-
ſpoſto di ſopra*: Undè palàm ſequebatur, quod
nuſquam eadem legata poſt obitum legata-
riorum ſeparare intellexerit à Maſſa hæredi-
tatis ſemper devolvendæ vel Fideicommiſſo
Prælatitio, vel legitimis deſcendentibus Fra-
trum, de cætero Prælaturæ incapacibus;
quodque de facto ità Teſtator cenſuerit, &
demandaverit, manifeſtè liquet ex illis ver-
7 bis = *come hò diſpoſto di ſopra*, quæ proculdu-
bio referuntur ad omnia ſuperiùs diſpoſita, &
per conſequens ſupponunt, ac compræhen-
dunt volitam reverſionem bonorum legato-
rum ad univerſale Fideicommiſſum commo-
do Prælaturæ, & deſcendentium paulò antè
in eadem Teſtamentaria diſpoſitione ordina-
tum, ex deductis per *Caſtil. contr. Iur. lib* 3.
*cap.* 15 *n.* 38., *Rot. dec.* 366. *n.* 25. *par.* 4. *to.* 2.
*rec.*, *& dec.* 996. *n.* 6. *cor. Dunozett. Iun.*, *&
dec.* 12. *n.* 14. *cum* 2. *ſeqq. poſt Modern. Lucen.
de Primog.*, *& Major. tom.* 3.

Fruſtrà demùm ad retardandam Vincen-
tio immiſſionem, ſaltèm ſuper Domo ſita in
Clauſtro Hæbræorum, convolabant Sorores
ad aliam pariter oppoſitam, & eliſam exce-
ptionem retentionis ex capite Melioramen-
torum, aſſerendo, quod cùm iſta in genere
ſatis juſtificarentur tàm ex computo taxato
per Architectum, quàm ex relatione Periti
ad

ad hunc effectum ſpecialitèr deputati à bo.
mem Urſino Decano in alia Cauſa verten.
inter Marianum Jun., ac Petrum ipſarum
Authores,&Univerſitatem Hebræorum,non
8 poſſet idcircò congruere temperamentum
Cautionis oblatæ per Vincentium, & in po-
ſtrema *Deciſione* admiſſæ de illis reſiciendis,
poſtquàm fuerint in ſpecie liquidata, ſed ad
ſummum præfigi deberet Sororibus terminus
ad faciendam hujuſmodi liquidationem, quo
ſolùm elapſo, & non ſubſecuta interim liqui-
datione conceditur Immiſſio, ut patet quo-
tidiè practicatum, & ſignanter *cor. Put. de-
ciſ.461. in fin. lib.2. in correct., & cor. Covaler.
dec.86. & dec.543.* utrobiquè *n.5., & cor. Bich.
dec.304. n.11. cum ſeqq., & in rec. dec.306.
n.1. & 2. par.4. tom.2., & in Romana Fidei-
commiſſi 24. Aprilis 1690., & 10. Dec. 1691.*
utrobiquè §. *fin. cor. Reverendiſſ. D. meo Mo-
lines Decano*.

Quoniàm dato etiam, quod hujuſmodi ge-
nerica aſſerta Melioramentorum juſtificatio
ſufficientèr deſumi poſſet ex Peritia, & æſti-
matione inter alios acta, contrà *Text.* ſeù *Ru-
br. C. res inter alios act.*, quodque hic, & nunc
concurreret ulterius ſpecifica, & individua
eorumdem Melioramentorum liquidatio,
adhùc tale creditum, prætenſaque retentio
longè ſuffocabatur à debita per Sorores reſti-
tutione fructuum ergà Vincentium; quem-
admodùm enim Melioramenta compenſari
9 debent cum fructibus pendente lite perceptis
tàm ex re meliorata, quàm ex aliis bonis per
reum conventum favore Actoris relaxandis,
ad *Rot. cor. Celſ. dec.233. n.14., & in rec. de-
ciſ.111. n.16. par.10., dec.182. n.24. par.12.,
dec.366. n.13. par.17., & in Forolivien. Sal-
vioni 11. Ianuarii 1677. §. Tantò magis, cor. bo.
mem. Bourlemont*: Ità ipſamet compenſatio-
10 nis exceptio, vel penitùs extinguit creditum
Melioramentorum, vel ſaltèm illud efficit
turbidum, & illiquidum, adeoque ineptum
ad retardandam interim Fideicommiſſario
immiſſionem, ut prætèr adductos *in præterita
Deciſione diei 2. Iunii ſub §. Nihilominùs*, di-
ctum fuit *in Aſculano Fideicommiſſi, ſeù Do-
mus 25. Iunii 1694. §. Melioramentorum verò,
cor. R.P.D. meo Caprara, & in Romana Fi-
deicommiſſi 5. Julii ejuſdem Anni §. Pro certo,
cor. Reverendiſſ. D. meo Decano*.

Deſcendendo autem ad Valerium, rursùs
tota ejus oppugnatio nitebatur Clypeo anti-
quiorum Fideicommiſſorum Bartholomei,
& Vincentii Sen.; Verùm quia (ut oſtenſum
fuit in præcedentibus *deciſionibus*) alter Vin-
centius ejuſdem Valerii Genitor, ac etiam
Pompeus ejus Patruus ſpecificè renunciave-
rant iiſdem antiquioribus Fideicommiſſis
per tranſactiones initas cum Card. Odoardo,
hinc idem Valerius, agnoſcens obſtaculi fir-
mitatem, deſtruere illud in hodierna Au-
dientia tripliciter intentabat: Primò arguens
ex defectu poteſtatis in Tranſigentibus eaſ-
dem renunciationes ob ampliſſimam prohi-
bitionem alienationis contentam in utroque
teſtamento Bartholomei, & Vincentii ſenio-
rum, qua ſtante ſubjungebat, non potuiſſe gra-
vatos, prout erant Vincentius Pater, & Pom-
peus Patruus, antiquis Fideicommiſſis renun-
ciando eadem indirectè alienare in præjudi-
cium vocatorum, etiamſi ii forent hæredes,
11 cùm data nullitate actus, ſeù tranſactionum,
qualitas hæreditaria non obſiſtat, quominus
impugnari valeat nullitèr geſtum, ex com-
munitèr notatis per *Pinell. in l.1. par.3. ſub
n.83. limit.10. & n.99. in fine, C. de bon. ma-
tern., Venturin. conſ.14. n.78., Merlin. Pigno-
tell., contr. for. cent.2. cap.81. n.16., Rot. d.110.
n.1. & ſeq. par.2. diverſ., dec.1771. n.52. &
ſeqq. cor. Coccin., dec.363. n.4. par.10. rec.,
& dec.180. n.14. cor. Sa. me. Alex. VIII.*

Secundò certiùs, quia ſeſe exhibebat prom-
ptum, & paratum excutere nimis ſibi præju-
dicialem veſtem hæredis præfatorum Tran-
ſigentium, mediante poſitiva exhibitione
Inventarii, & oblatione illicò reddendi ra-
tionem de eorum hæreditatibus; Tertiò tan-
dem inculcabat, quod ad omne pejus præ-
narratæ Tranſactiones amplecti non poſſent
portionem Hippolyti alterius fratris Maria-
ni Petri abſolutè devolutam poſt obitum
Mariani junioris ultimi de linea ipſius Hip-
polyti ad ipſum Valerium in vim antiquio-
rum fideicommiſſorum, ex quo (quidquid
eſſet de cæteris) prædictus Hippolytus nullo
modo pepigit, ſeù tranſegit quidquam cum
12 Cardinali Odoardo, undè ſaltèm pro hac ra-
ta decernenda foret immiſſio Vincentio Acto-
ri, juxtà regulam deſumptam *ex l. fin.* ibi =
*Mittatur quidem in poſſeſſionem earum rerum,
quæ Teſtatoris mortis tempore fuerunt = Cod. de
edict. D. Hadr. toll.*, cum aliis adnotatis, &
admiſſis in poſtrema *Deciſ. diei 2. Iunii præ-
terlapſi ſub §. Comperto igitur*.

At nulla ex præmiſſis tribus reſtauratis, &
innovatis oppugnationibus comperta eſt ha-
bere ſubſiſtentiam; non quidem prima circà
prohibitam per antiquos Fideicommittentes
alienationem: illicò namque conſtitit ex le-
ctura utriuſque Teſtamenti, talem alienatio-
nem expreſsè permiſſam fuiſſe inter illos de
Familia, ibi = *quod nullus poſſit bona prædicta
&c. alienare, vel transferre in aliquem &c., qui
non ſit maſculus de Familia, ſeù filiis, liberis,
& deſcendentibus ipſius Teſtatoris*, & hoc ſolum
13 practicavere Tranſigentes eo ipſo, quod con-
cordiam inivere cum Card. Odoardo ſtipu-
lante ad favorem fideicommiſſi Prælatitii
ſemper intrà Familiam conſervandi, juxtà
paſſim perpenſa, & firmata apud *Altograd.
conſ.80. n.50. lib.2., Fuſar. de ſubſtit. qu.716. n.1.
in fin. & qu.736. n.4. & 5., Caren. reſol.60. n.4.
& ſeqq., Andreol. contr.278. ex n.2. cum plur.
ſeqq.* & ſignantèr *n.15. & ſeqq., Mart. Medic.
deciſ.*

*deciſ. Senen. 83. n. 42.*; *Rot. dec. 507. n. 19. & ſeqq. cor. Card. Cerro*.

Oblatio autem reddendi rationem de hæreditatibus Tranſigentium ſecundo loco pro-
14 mota, oculis Dominorum apparuit nimis ſerotina, nuperque dumtaxat in Agone tertiæ Inſtantiæ ſuſcitata, proindeque non carens probabilitate ſuſpicionis, prout aliàs conſideravit *Rota in Romana cenſus 3. Iun. 1697. §. Poſtremò, cor. Me*: Et nihilominùs omnem ſubmovere difficultatem viſa eſt gemina replicatio, una, quod adhùc exuta prædicta veſte hæreditaria durum ſemper videbatur reſcindere ſub hoc prætextu tranſactionem initam nedùm cum bona, ſed cum optima fide pro aſſervando ſplendore hujus prænobilis Agnationis, & Familiæ cum perpetuo munere Prælaturæ in Aula Pontificia; quan-
15 dò etenim tranſactio celebrata eſt à gravatis reſtituere fideicommiſſa ſub honeſta, & congrua rationabilitate, & (ut dicunt) bona fide, ſemper illa conſuevit ligare vocatos etiam ex propria independenti perſona, ut abundè firmatum fuit in *Deciſ. diei 10. Martii currentis Anni ſub §. Non attenta*, & in poſtrema *diei 2. Junii ſubſequentis §. final.*, & priùs *in Ariminen. fideicommiſſorum ſuper reconventione 26. Junii 1697. §. Minùs autem, cor. Reverendiſſ. D. meo Decano*.

Fortiùs verò juncta altera replicatione, nempè, quod idem Valerius, hodiè impugnator harum tranſactionum, præcedentèr in ſecunda Inſtantia coràm R.P.D. meo Muto contendit admitti privativè ad Vincentium ad hanc ipſam Prælaturam, producendo, inhærendoque Teſtamento R.P.D. Mariani Petri conditoris, nec non hiſcemet tranſactionibus Vincentii Patris, & Pompei Patrui; Quapropter ex hoc quaſi contractu in
16 Judicio formali, & ex hac ipſa ſua agnitione nequibat hactenùs ſub pallio ſerotinæ pollicitationi circà redditionem rationis exaudiri ad impugnandum, quod ſemel formitèr in Judicio approbaverat, contrà reſponſum *Pomponii in l. 3. §. Item ſcribit, ff. de pecul.* cum concord. per *Rot. cor. Card. Ubaldo deciſ. 131. n. 3., Tecc. Coccin. dec. 2358. n. 27., & cor. Priol. dec. 433. n. 5., & in Toletana Iuriſdictionis ſuper pertinentia Eccleſiarum 6. Junii 1689. §. Primò ex Contraditis, cor. Reverendiſſ. D. meo Decano*.

Abſque eo, quod proſeſſe valeret, productionem Teſtamenti, & tranſactionum factam extitiſſe ſub aſſueta Clauſula *per compulſum, & in parte, & partibus*; Cùm enim idem Valerius nullo alio modo ad Prælaturam, bonaque coram R.P.D. meo Muto ex hoc capite petita potuiſſet adſpirare, niſi in vim Teſtamenti Mariani Petri, ac tranſactionum, in quibus per antecedenter vocatos remittebantur fideicommiſſa majorum,
17 profectò memorata Clauſula idonea non erat ad elidendam efficaciam confeſſionis, & approbationis illorum jurium, quibus ipſe dumtaxat judicialitèr nitebatur, & fulciri poterat, ut unanimitèr advertunt *Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 2. n. 152.*, *Poſth. reſol. 68. n. 86. & ſeqq.*, *Zuccar. deciſ. Lucen. 27. n. 20.*, *Rot. cor. Celſo dec. 264. n. 9.*, *& in rec. deciſ. 78. n. 15. par. 15., dec. 27. n. 12. & dec. 174. n. 19. par. 17.*

Et ex hac ſecunda generaliori replicatione, cum qua nimis clarè jugulabatur tàm prima, quàm ſecunda oppoſitio, corruere quoque viſa eſt tertia circà ratam Hippolyti; ſemper namque recurrebat eadem ineluctabilis agnitio, & approbatio Valerii: ſed nihilominùs placuit etiam DD. reſponſio data, quod licèt Hippolytus perſonalitèr, & in effectu non tranſegerit directè cum Cardinali Odoardo, attamen cùm explicitè accepta-
18 verit teſtamentariam diſpoſitionem Mariani Petri, in qua jure legati ſibi relicta fuerant quamplurima bona ſuppoſita fideicommiſſis antiquis cum onere reverſionis favore fideicommiſſi Prælatitii, cenſeretur ex hac ipſa acceptatione hujuſmodi bona prædicto fideicommiſſo R. P. D. Mariani Petri, ejuſque legibus plenariè ſubieciſſe, & incorporaſſe, prout obſervant *Mieres de Majorat. par. 2. quæſt. 4. illat. 8. n. 65. & ſeqq*, *Caſtill. controv. Iur. lib. 5. cap. 107. n. 68. cum ſeqq.*, *Altograd. Jun. contr. 74. n. 47.*, *Rot. dec. 577. n. 5. & deciſ. 615. n. 1. cor. Dunoz. Jun., & dec. 36. n. 33. & ſeqq. cor. Card. Cerro*.

Et ità, ſuffragantibus paritèr omnibus Dominis, reſponſum fuit &c.

## *ANNOTATIO. ET ADDITIO.*

HÆC eſt quarta Deciſio coram Me edita in hac Cauſa, & una tendit ad confirmationem alterius, & ad ſatisfaciendum obiectis, quæ per modum Palmitis in dies à radice contentionis aſſurgebant, ſed conceſſa finali expeditione *ſub die 12. Ianuarii 1699.*, cum ſucceſſiva, ſivè ulteriori canonizatione ſecuta *ſub die 20. Februar. 1702. cor. R. P. D. Caprara*, terminavit Cauſa, remanentibus reliquiis circà liquidationem, & reſtitutionem
19 fructuum, ſicut aliàs annotavimus, adeòut Vincentius victor in eadem Cauſa aſſumpſerit Prælaturam, cujus munia in Gubernio Civitatum Status Eccleſiaſtici hactenùs laudabilitèr exercet.

Spicæ, quæ ceciderunt à falce præteritarum Deciſionum, atque hìc recolliguntur, ſunt valdè exiles, & tangunt dumtaxat materiam prælegati cadentis, necnè ſub Fideicommiſſo univerſali, ac etiam exceptionem Melioramentorum, quæ opponebantur adversùs Immiſſionem; eadem autem materia
20 prælegatorum parva indiget annotatione, cùm paſſim de illa agatur per *Tractantes de ultimis voluntatibus*, nec non *Conſulentes*, ac

*Decidentes*, ideoque ſat eſt habere ſe remiſſivè ad eoſdem, qui quæſtionem dirimere ſolent ex facti,& verborum circumſtantiis ſemper inter ſe diverſis,& ſignantèr de ea videre eſt apud *Peregrin. de Fideic. artic. 7., Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 1 qu. 17., Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 194. et 195. per tot.*, *Card. de Luc. de F deicom. diſc. 89. et diſc. 131. cum duob. ſeqq., Magon. dec. Florent. 15. per tot., Thomat. dec. 148.* paritèr *per tot., Maynard. dec. Tholoſ. 60. et 61. lib. 5., Manent. dec. Mantuan. 4., Franciſc. Stephan. dec. Aquen. 46., Dexart. dec. Sardin. 42., Rot. dec. 140. par. 15., dec. 158. par. 16., dec. 340. et 356 par. 19 rec., in Anconitana fideicommiſſi 27. Iunii 1685. §. Nec hujuſmodi cum 4. ſeqq. cor. bo. me. Albergato, et in Bononien. fideicommiſſi de Boviis 20. Iunii 1687. §. Secundò apertiùs cum plur. ſeqq. cor. Reverendiſſ. D. Hervault Archiep. Turonen.*

Quia non fuerat expreſſum, quod ageretur de prælegato ſub pœna, ſeù conditione caducitatis relicto filiæ, ſi nuberet certæ perſonæ, ſeù generi perſonarum, mordicùs fuit
21 diſputatum in *Rota*, utrùm Gratia diſpenſatoria Pontificis ab hujuſmodi caducitate foret ſubreptitia, & reſponſum fuit negativè, quia eadem prælegata reincidebant in hæreditatem, quemadmodùm liquet ex *dec. 408. par. 12. et dec. 185. par. 13. rec., et cor. Priol. dec. 198. dec. 270. et dec. 289.*, & hæc poſtrema reſolutio fuit noviſſimè approbata cum ſucceſſiva expeditione Sententiæ in eadem *Carpentoraten. Prælegati 26. Ianuarii de Anno 1703. coram Me*, ut ſuo loco, & ordine regiſtrabitur.

Notabilis ad concluſionem, quod prælegata veniant, vel non veniant in reſtitutione Fideicommiſſi, eſt declaratio, quotiès prælegatum relictum dignoſcitur in cauſam legitimæ, nam pro ejus contingente rata, legitima, quæ immunis eſt ab omni onere, non patitur, quod quidquid fuerit illius loco ſub-
22 rogatum, cadat ſub onere, ſeù vinculo Fideicommiſſi, ondè exiſtentibus verbis, vel conjecturis pro compræhenſione prælegati in Fideicommiſſo, ſolùm hoc admittitur in eo, quod excedit ipſam ratam legitimæ, *Barrii de ſucceſſ. lib. 8. tit. 12. ſub n. 3. verſ. ſecundò in dote, Rota deciſ. 1295. n. 6. et ſeqq. cor. Emerix Iun.*

Et quoniam incidentèr loquuti ſumus de recognoſcendo exceſſum ſuprà legitimam, & ad illius limites tentandam eſſe reincidentiam in Fideicommiſſo, ſubjiciendas exiſtimavi Allegationes quaſdam per Me exaratas in materia reductionis legatorum in una *Florentina legatorum* de Anno 1677., quæ editæ in ſenſu veritatis facti ſpeciem, meumque ſenſum abſque alia figuratione continent in ſe, ut ſequitur.

Anceps in Jure diſputatio, quæ continge-
23 re ſolet ſuper diminutione legatorum, quoties hæreditas idonea non ſit, juxtà reſponſum *Iuliani l. C. in l. ſi quis Teſtamento 82. §. Apud Iulianum, ff. de leg. 1.*

Hodiè venit ad trutinam reducenda in Teſtamento Annibalis de Lapinis, qui ni-
24 miùm propriæ ſubſtantiæ confidens (ut frequenter occurrit, & practicè notant *Pinell. in l. 2. par. 1. cap. 2. ex n. 32. uſque ad fin. C. de reſcind. vendit. Rittershuſ. ſuper novell. Iuſtin. p. 6. cap. 5. n. 13. Capyc. Latr. conſult. 10. ſub n. 50. et conſult. 13. antè n. 15.*) plura ordinavit legata, quam vires hæreditariæ paterentur; ideoque in tres partes pro majori facilitate dividendo ſpecies legatorum, illorum ſcilicet, quæ potiùs æris alieni reſpiciunt agnitionem, quam voluntariæ liberalitatis, & illorum, quæ Pia vocari merentur, ac illorum demùm, quæ penitùs prophana ſunt, crederem, ut infrà, pro veritate reſpondendum.

Et quidem nulla ſubeſſe poteſt difficultas, detrahenda foret legata, quæ potiùs ſonant in agnitionem debiti Teſtatoris, ut eſt illud ſcut. 400. relictum ad effectum ſolvendi debitum Fundaci, & Aromatariæ, & ſcut. 20. Margaritæ Famulæ pro Salario, ex indubitata propoſitione, quod Creditores hæredita-
25 rii veniant præferendi quibuſcumque legatariis foventibus cauſam lucrativam, ad *Text. in l. Papinianus, §. Quoniam, et §. Oportet, ff. de inoffic. Teſtam. et l. 6. C. ad l. Falcid.*, cum concord. per *Peregrin. de Fideic. art. 4. n. 6., Rot. deciſ. 436. n. 14. et 15. et deciſ. 502. num. 5. par. 13. rec.*, & alibi frequentèr.

Redacta igitur diſputatione ad ſecundam ſpeciem Piorum, inter iſta præcipuè recurrit illud erectionis Cappellaniæ, circà quod de duobus, juxtà benè petita, & inſinuata, quærendum eſt: Primò ſcilicèt, an iſtud veniat præ cæteris detrahendum, & ſecundò, quatenùs affirmativè, ſi tamen intentio Teſtatoris expleri nequit ex inſufficentia aſſignationis, quæ requiritur, an tunc venire ſaltèm debeat cum reliquis in contributum, atque in utraque inſpectione ad favurem ejuſdem Altaris, & Cappellaniæ capienda venit reſolutio.

Licèt enim plurimi *Doctores*, & fortaſsè deſumendo numerum Aritmeticum pro majori parte conveniant ad excluſionem prælationis cauſæ Piæ in facienda iſta legatorum diminutione, ex quo nullibi legatur
26 in Jure, quod deficiente Patrimonio Teſtatoris integrè ſit detrahendum legatum ad Pias cauſas exaratum, & legale privilegium, juxtà quod Falcidiæ detractio prohibetur adversùs Piam cauſam, applicari nequeat ad caſum deficentiæ vitium hæreditatis, in quo legatum etiam Pium reducitur propter carentiam ſubiecti in ea parte, qua, ſpectato toto complexu diſpoſitionum, adinvenitur exceſſus, ut in præciſis terminis egregiè

giè animadvertendo tradit Anteſignanus
*Bart.in Auth.ſimilitèr n.2.C.ad l.falcia.& in l.
ſi poſt miſſionem, ibiquè etiam alii Scribentes, ff.
eodem, Oldr ad.conſ.111. Munnoz poſt tract. de
ratiocin.comput.10.n.8.Tiraquell. de privileg.
Piæ cauſ.privil.26.n.9. & privil.72., Sanchez
conſ.moral.lib.4.cap.2.dub.11.n.5., Cancer.var.
reſol.lib.3.cap.20.n.303., Peregrin. de Fideic.
art.4.n.63., Gratian. diſcept.for.646. nu. 20.,
Mart.de ſucceſſ.legal.par.1. quæſt. 18. art. 9.
num.11., Mongil. de imputat. quæſt.118.n.17.
& quæſt. 120. num.28., Rovit. dec.87. n.2.&
ſeq., Capyc. Latr. dec.12. num.4.*

Nihilominùs etiam in abſtracto militat in
contrarium altera non minori authoritate
ſuffulta opinio, quæ Piæ cauſæ favorabilitèr
27 aſſiſtit, ex quo cùm talia legata concernant
ſuffragium Animæ diſponentis, dicitur Te-
ſtator eo caſu ad ſui favorem diſpoſuiſſe,
proindèque credendum veniat, ipſum ma-
gis Animam ſuam dilexiſſe, quàm Conjun-
ctos, itàut in omnem cauſam deficientiæ hæ-
reditatis damnum voluerit atrribui Conſan-
guineis legatariis, non verò Animæ ſuæ ſa-
28 luti, præſertim in legato facto pro celebra-
tione Miſſarum, & conſequenter liberatio-
nis à Purgatorio, ex deductis in individuo
per *Thor.de privil.Piæ cauſæ privil.56., Gizza-
rell.deciſ.12., Altimar.in addit.ad Rov.dec.87
Velaſc. de privil.miſerab.perſ.privil.8.ſeù 9.ex
n.288., Carol. Anto.de Luc.ad Franch.dec.236.
n.4. Paſqualig.de Sacrif.novæ legis quæſt.1006.
ex n.4. & per tot. Am.Haz.de cauſ.Piis lib.2.
cap.6. n.12.* & generalitèr *Surd.de alim.tit.8.
priv.3. n. 30. Gen. practicab. quæſt. 329. per
tot. Novar.de privil.miſerab.perſon.priv.24. de
Marin. ab Rever. deciſ. 327. num. 2. Molfeſ.
conſ.13.per tot., Add.ad Capyc. Latr. dec.12.
num.13. & ſeq. Rot. dec.286.n.13.par.12.rec.*

Clariùs autem, quotiès (ut in præſenti)
29 urgeant circumſtantiæ veriſimilis volunta-
tis, quibus concurrentibus hanc opinionem
tuendam eſſe, & inſequendam docet exem-
plo Conſilii Neapolitani *Præſes de Franchis d.
dec.236.n.11. verſ.Sacro Conſilio tutior, Ge-
nuen. practicabil. Eccleſiaſt. dicta quæſt. 329.
num.4. R.P.D.de Luc de legat.lib.11.diſc.35.
n.9.verſ. quamvis autem.*

Circumſtantiæ verò ſunt plures; & primò
concurrit ordo ſcripturæ, prioriſque nomi-
nationis, dum antè omnia Teſtator longa,
maturaque ſerie diſpoſuit modum adhiben-
dum circà erectionem præfati Altaris, &
Cappellaniæ; ſecundò verſamur in legato
conſiſtente in ſpecie, ſcilicèt de bonis pro
rata ſcutorum bis mille in Territorio S. Do-
nati *in Polveroſa* applicandis dictæ erectioni:
Quamvis enim utraque circumſtantia ſeor-
30 ſim ſumpta non ſufficeret ad prælationem,
juxtà ea, quæ diſceptata habentur circà prio-
ritatem ordinis ſcripturæ apud *Surd.conſ.209
num.6., & de alim.tit.8.privil.30.n.1., Coſt. de
rat.quæſt.107., Caval.com.opin.q.103.ex n.30.
Excobar.d.comput.10.n.6.& 7., Sulgad.in Lab.
Credit.par.2.c.4.n.2.Gratian.dicta diſcept.626.
n.17.& ſeq. Peregrin.de Fideicomm.dicto art.4.
31 num.60.* & circà legatum in ſpecie adversùs
cætera conſiſtentia in quantitate, ex deductis
per *Surd.de alim.tit.8.privil.30.per plur.n. Pe-
regrin.de Fideicomm.art.4. n.63., Excobar. de
ratiocin.c.10.n.11., Sim.de Prei. de interpret.
ultim.volunt.lib.4.interpr.1. dub.7. n.11. Can-
cer.var.par.3.cap.20.n.399., Gratian. diſcep.
646.n.22.& ſeqq.Franch. dicta dec. 236. n.3.
& 4. ibiquè Carol. Anton.de Luc.num.14. Tibeſ.
quæſt.for.lib.3.quæſt.114. n.2. Toudut. quæſt.
Civil.73., Andreol.contr.154. per tot., Capyc.
Latr. dec.12. num.5.*

Negari tamen non poteſt, quod ex utra-
que circumſtantia ſimul juncta reſultet ſal-
32 tèm aliqualis prædilectio, maximè quandò
accedat, ut in caſu noſtro, reſervatio Juris
honorifici præſentandi cum ſua ſerie, & or-
dine demandata, proptèr quam dandam fo-
re prælationem cauſæ Piæ dixit in puncto
*idem Franch. d. deciſ. 236. n. 11. verſ. Sacro
Conſilio tutior*, quem ſicco pede refert, &
ſequitur *Andreol. contr. 154. n.4.*

Et ratio manifeſtè concurrit; quoniam
Jus præſentandi reſervatum cenſetur in
quamdam memoriam Teſtatoris, & funda-
toris Beneficii, illaque fortaſsè ceſſaret, ſi
hujuſmodi legatum pati deberet diminutio-
nem, proindeque ad evitandum, quo ma-
gis poteſt, iſtud periculum, detrahi debet
legatum abſquè defalcatione, & concurſu,
33 ut in fortioribus terminis evitandi contri-
butum, quandò aliquale legatum continet
conſervationem bonorum in Familia per
Fideicommiſſum, dixit *Rot. poſt Merlin. de
pignor. deciſ. 55. num. 10. & ſeqq.*, de qua
etiam *Carol. Anton. de Luc.in dicta obſer. ad
Franch. deciſ.236. num.3.*

Hinc proindè deſcendendo ad alteram in-
ſpectionem, obeſſe non poteſt animadverſio,
quod etiam conceſſa prælatione ad favorem
Piæ cauſæ, occurreret adhùc finis Teſtatoris
propter inſufficientiam redditunm, ſeù bo-
norum ob æs alienum ingens detectum.
Quia ſi in totum voluntas Teſtatoris execu-
34 tioni demandari non poteſt, adimplenda
ſaltèm venit pro ea parte, qua valet, ad tra-
dita in ſpecie per *Scribentes*, & præcipuè *Mo-
dern.Gonz. in cap.nos quidem 3.n.7. de Teſt.,
Lap.alleg.87.n.6., Monet. de comm. ultim. vol.
cap.3.n.26. & ſeqq. & cap.4. n.138. Alphonſ.
de Leon. de offic. Cappellan. q.5. ſublimit 22.
n.322.* & latè habetur apud *Paſqualig.Canon.
quæſt. cent. 1. quæſt.91. ferè per tot.*

Atque igitùr, ſi Altare erigi nequit cum
celebratione Miſſarum, reducendus erit nu-
35 merus illarum ad congruam, & correſpon-
dentem quantitatem, atque ità oportebit,
diminuto fundo, onus quoquè celebratio-
nis

nis minuere, ut referunt *Fælin. in cap. cùm
acceſſiſſent n. 19. in fin. de Conſtit.*, *Roc. de Iurep.
verb. pro eo, quod, qu. 15. n. 33.*, *Barboſ. de of-
fic. Epiſc. par. 3. alleg. 83. n. 4.*, & tradit *Paſ-
qualig. dicta cent. 1. Canon. quæſt. 91. n. 9. et ſeq.*

Benè verom, quod iſta fortaſsè reductio
Miſſarum fieri minimè poterit per Execnto-
res, & Ordinarium loci, quia facultas eiſ-
dem competens ex veterum ſanctione Ca-
nonum, ex diſpoſitione Concilii Tridentini
ſublata fuit per decretum ejuſdem Congre-
gationis Concilii Tridentini de Anno 1625.
emanatum prævia anthoritate Summi Pon-
36 tificis Vrbani VIII., juxtà quod Ordinario-
rum manus in hac materia ligantur, & jube-
tur adiri Sedes Apoſtolica pro reductione,
ſeù diminutione Miſſarum, nt apparet ex
eodem Decreto per extenſum regiſtrato pe-
nès *Corrad. in prax. benef. lib. 2. cap. 11. ſubn. 10.*
& de eo mentionem facit *Paſqualig. citat. qu.
cent. 1. quæſt. 91. n. 8.*, *R. P. D. de Luc. lib. 14.
in adnotat. ad S. Concil. Trid. diſc. 21. n. 8.*

Non eadem tamen prælatione gaudebit
legatnm ſc. 200. factum Monialibus S. Ur-
ſulæ. licèt expreſsè fouet in cauſam Piam,
Animæque ſuffragium, ibi- *Acciò poſſino far-
li quel bene, che potranno*, qnod verbum *poteſt*
37 in ultimis voluntatibus flectitur in præce-
ptum, ex plenè collectis per *Surd. conſ. 98.
n. 1. et ſeq.*, *Grat. diſcep. c. 630. n. 2. et ſeq.* &
adducendo *Text. in l. placet* 4. ibi- *poſſe poſthu-
mum hæredem ſcribere*, juncta *gloſſ. in verb. poſ-
ſe*, quæ exponit, *ideſt debere, ff. de liber. et Poſt-
hum.* tradit *Cyriac. contr. 203. n. 20. et ſeq.
Noguerol. alleg. 9. n. 57.* Rot. *dec. 342. num. 5.
cor. Dunoz. Iun. et dec. 263. n. 19 par. 15. rec.*

Quoniam prælatio pro meo Iudicio con-
cedenda erectioni Cappellaniæ provenit ex
dicta veriſimili aſſiſtentia voluntatis, non
autem ex aliquali privilegio Piæ cauſæ, &
in hoc practicanda videtur opinio æqualem
ſortem attribuens cauſæ Piæ, & prophanæ,
vigente, ut ſuprà, ratione attendendæ ſolius
affectionis in legante, quæ vel expreſsè, vel
conjecturalitèr apparere debet.

Quovero ad cætera, quæ non ſunt Pia, &
prorsùs prophana dici merentor, proceden-
dum videtur interea cum æquali, & indiffe-
38 renti concurſu pro rata; Tum quia ceſſat
ſuprascripta ratio pietatis, & facta ſuut pro
ſimplici reſpectu Sanguinis, ad notata per
*Cephal. conſ. 216. n. 23.*, *Honden. conſ. 47. n. 10.
et 11. lib. 1.*, *Cavaler. dec. 212. et dec. 377.* utro-
biquè *n. 6.*, Rot. *decis. 256. n. 6. par. 15. recen.*
Tùm etiam, quia pietas cauſæ de per ſe non
valet prælationem cauſare, quotiès non aſſi-
39 ſtat mens diſponentis, parùmque curandum
diximus de magnis privilegiis attributis Piæ
cauſæ, ſi expreſſa, vel ſaltèm præciſa Teſta-
toris volnntas adeſſe non dignoſcatur, ut la-
tè congerunt adducti per *Rub. de Teſtam. c. 5.
n. 96.*, *Bonden. collect. 29. n. 103.* Rot. *dec 721.
num. 5. in fin. par. 2. recen. et dec. 522. n. 6. et
ſeq. cor. Pen.* aliàs *dec. 692. ſub num. 4. juxtà
Lugdun. impreſſ.* ( Hucuſque progreditur
Reſponſum. )

Ad rem vero Melioramentorum, cùm
paritèr materia ſit quotidiana, & in ſequen-
tibus meis Deciſionibus de illa opportuniùs
agetur, tangam pro nunc ſimplicitèr valde
practicabilem limitationem ad regulam,
quod Melioramenta ſint reficienda in eo
quod eſt minus inter ſummam effectivè ex-
penſam, ac vernm valorem rei melioratæ,
40 videlicet qnod hæc regula non procedat,
quando adeſt conventio facta inter Condu-
ctorem, & Locatorem, Dominum directnm,
& Emphyteutam de reficiendis Meliora-
mentis inſpecta æſtimatione enrumdem Me-
lioramentorum de tempore devolutionis,
vel faciendæ reſtitutionis bonorum meliora-
torum, juxtà ea, quæ cum plurimis joridi-
cis, ac æquitativis rationibus demonſtrat
*Spad. in conſ. 264. lib. 2.*, ubi tranſcribitur *de-
ciſio in Romana Vineæ coram Lancellotto*, &
ſucceſſive opinionem quoque hanc tennit
Rot. *in Romana Melioramentorum 1. Iulii 1689.
§. Minùs quartus, et 17. Apr. 1690. §. Sola enim
altercatio, et 26. Iunii 1693. §. Nec ſubſi-
ſtunt, coràm Reverendiſſimo Molinet*, ubi
quod hoc æque intelligitur, licet meliora
tnm acceſſerit veteribus Vitibus, & Arbo-
ribus, juxtà animadverſionem, ſive ratio-
nem *Spad. in d. conſ. 264. num. 3. et 4. lib. 2.*

## ROMANA, SEU FIRMANA SUCCESSIONIS.

*Mercurii 10. Decembris 1698.*

### ARGUMENTUM.

Repræſentatio datur gradus tantùm, non
verò perſonæ, itaut excluſa Matre filius con-
currere valeat ad ſucceſſionem, repræſentando
gradum Matris, non perſonam. Læſio conſi-
deratur etiam in Tranſactione, habita ratione
dubii litis eventus, qui debet à Judice penſari,
& æſtimari; & datur in ea enormiſſima læſio,
non obſtante lite. Statutum laicale quando pro-
ſit Clericis, & quando non. Loca, & Civita-
tes ſubiectæ non poſſont condere Statuta ſine
licentia Civitatis dominantis, maximè contra-
ria Statutis ejuſdem. Statuta loci inferioris
ubi non diſponunt, recurri debet non ad jus
commune, ſed ad Statuta Civitatis dominantis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Sententiæ nullæ, & injuſtæ non debent execu-
tioni demandari, etiamſi eſſent mille.*
2 *Tranſactio donec ſit reciſſa per tres ſententias
conformes, impedit Judicium poſſeſſo-
rium Immiſſionis.*
*Limita, ſi agatur de tranſactione enormiſſimè
læſiva, quia tunc non impedit remedia
poſſeſſoria, nec indiget particulari reſciſ-
ſione, num. 12.*

3. *Tranſ-*

3 *Tranſactio ſubſtinetur, licèt quid modicum ab una ex Partibus recipiatur, idque ob periculum deperdendi totum in Alea judiciali.*

4 *Tranſactia inita ſuper articulo diſputabili non reſcinditur, licèt tractu temporis idem articulus fuerit favorabilitèr pro una, vel altera eu Partibus canonizatus.*

*Limita, quotiès eu poſt judicialitèr compertum fuit, clarum Ius aſſiſtere ei, qui cum ſuppoſito dubietatis articuli bona per tranſactionem dimiſit, num.19.*

5 *Sacra Rota de facili, ità Iuſtitia exigente, recedis a propriis reſolutionibus, ac ſententiis.*

6 *Mater ſi à ſtatuta romanet excluſa à ſucceſſione, hujuſmodi excluſio afficit etiam ejus filios tamquam repræſentantes perſonam, non verò ſolum gradum ipſius Matris.*

*Contrarium eſt veriùs, quod nempè filii in his terminis repræſentent ſolum gradum, non verò perſonam Matris, cujus idcircò excluſio illis non officiat, num.14.*

7 *Statutum excluſivum fæminarum, earumque deſcendentium afficit etiam Clericos à fæmina excluſa deſcendentes.*

*Idque ſine dubio hodiè procedit ſtante Conſtitutione* Sa. me. Innocentii XI. *ſuper ſtatutariis ſucceſſionibus, num.8.*

*Sed præciſivè à prædicta Conſtitutione* Innocentiana *veriùs eſt, quod Statuta fæminarum excluſiva non afficiant Clericos deſcendentes à fæmina excluſa, num.15.*

9 *Opinio* Doctorum, *vel* Tribonalium, *quæ vigebat de tempore tranſactionis, attendi debet pro ea ſubſtinenda, quamvis ſucceſſivè ab eadem opinione fuerit receſſum.*

10 *Debitor ſolvens in Moneta, quam ſcit paulò poſt abrogandam, non liberatur.*

11 *Tranſactio facta bona fide, ligat etiam ſucceſſores proprio jure venientes.*

13 *Nihil in Iure tàm firmum, & pacificum reperitur, ut aliquo colore, vel diſputatione offuſcari non valeat.*

16 *Conſtitutio* Sa. Me. Innocentii XI. *ſuper ſtatutariis ſucceſſionibus non comprehendis, niſi caſus futuros, non verò ſucceſſiones per anteà delatas, & num.18.*

*Et rejicitur* Card. de Luca *aſſertor contrariæ opinionis, num.17.*

20 *Dubietas articuli, ſeù dubius litis eventus, ſuper quo fuit tranſactum, à Iudice vel Perito æſtimari debet ad limites Iuſtitiæ, & æquitatis, & num.21.*

*Et quomodò æſtimetur hujuſmodi dubius litis eventus, num.22. & 23.*

24 *Tranſactio reſcinditur ex læſione enormiſſima, & quando iſta dicatur adeſſe.*

25 *Rota* Urbana *quæ ſit, & quare ità nuncupetur.*

26 *Sacra Rota quandoque mandat ſubminiſtrari per Auctorem Reo convento ſumptus neceſſarios pro expedienda Cauſa.*

27 *Alimenta, & ſumptus litis paſſim à Iudice decernuntur, conſtito de paupertate, & bono jure Inſtantis.*

*Et quandòque pro hiſcè alimentis relaxatur Mandatum ſuper effectibus Rei conventi exiſtentibus penès Tertium, vel ſub ſequeſtro, num.28.*

29 *Clerici, licèt non ſubiecti Statutis Laicalibus, illis tamen uti poſſunt per modum Privilegii.*

*Limita quandò Statuentes declarant, ſe Statuta pro Laicis tantùm edidiſſe, n.30. & 31.*

32 *Statutum Florentiæ excludit ab inteſtata ſucceſſione fæminas, & Cognatos ſtantibus Agnatis uſquè ad octavum gradum.*

33 *Statutum Florentiæ litteraliter decernit, ut in eo diſpoſita obſervari debeant in quibuſcumque Terris, & locis ſubditis.*

34 *Statuta Civitatis dominantis ligant omnia loca ſubiecta.*

*Et de ratione, num.39.*

*Et ob id eadem loca ſubiecta nequeunt condere propria Statuta abſque licentia Civitatis dominantis, num.35.*

*Amplia, quod etiamſi habeant licentiam condendi propria Statuta, nequeunt tamen quidquam ſtatuere, quod adverſetur ſanctionibus Civitatis dominantis, n.36.*

*Et de ratione, num.38.*

37 *Verba ubi ſunt clara, non eſt opus interpretatione.*

39 *Loca ſubdita debent legem recipere à Civitate dominante.*

40 *Argumentum valet à defectu poteſtatis ad alterum voluntatis.*

41 *Argumentum à contrario ſenſu non admittitur ad correctionem Iuris communis, & num.43.*

42 *Medium quoddam datur inter excludere, & vocare.*

44 *Deficiente Statuto Civitatis Subditæ, recurri debet ad Statuta Civitatis dominantis, non autem ad Jus commune.*

## DECISIO LXVII.

ADverſùs tria uniformia Iudicata noſtri Tribunalis ſuper immiſſione Fratrum de Macilentibus, ac de Montibus ex titulo inteſtatæ Succeſſionis ad medietatem bonorum Mandricardi eorum Avuncoli, tertiò provocantes Fratres de Mancinis, ulteriorem Cauſæ diſcuſſionem Mihi delegari obtinuerunt; Undè ad limites Commiſſionis Domini per Me conſulti, *conſtare de tribus*, citrà hæſitationem reſponderunt.

Licèt enim admitterent Mancini innegabilem de cætero conformitatem Sententia-
1 rum, impugnabant tamen non minùs validitatem, quàm Juſtitiam, indè inferentes, non poſſe eaſdem Sententias, veluti nullas, & injuſtas, executioni demandari, quamvis eſſent tres, ac etiam mille, ad not. per *Bart. in l.4.§.Condemnatum, ff. de re jud., Rot. apud Marcheſan. de Commiſſ. par.2. fol.144. num.2. & in rec. deciſ.38. n.1. cum duob. ſeqq. par.7., dec.748. num.*

Digitized by Google

*num. 9. par. 18 & dec. 8. num. 3. poſt Marg. ad Conſtit. Benedict,*

Nullitas ſtruebatur ſuper baſe ſolemnis
tranſactionis, per quam Actores controver-
ſam Succeſſionem in eoſdem Mancinos ti-
tulo oneroſo integrè tranſtulerant, quapro-
ptèr nequiverint poſteà directè ad prædi-
ctam hæreditatem redire in Iudicio merè
poſſeſſorio, ſeù per viam Immiſſionis, & hoc
ex juribus jam per memoratam tranſactio-
2 nem penitùs extinctis, nec aliàs reviviſcere
valentibus, niſi poſtquàm per tres Senten-
tias conformes in Iudicio ordinario repor-
tandas tranſactio reſciſſa, vel invalidata ex-
titiſſet, juxtà ſæpiſſimè firmata per *Rot.*, &
ſignantèr *in Bonon. Bonorum 11. Dec. 1682. § Nullitas, & in Reatina Fideicommiſſi 11. Fe-
bruar. 1689. §. Neque qualitas, coram bon. mem. Emerix Iun., in Carpentoraten. hæreditatis 21. Iunii 1694. §. 1, & 22. Iunii 1695. §. Non enim, coram eodem*, & priùs *in Melevitana Tranſactionis 1. Decemb. 1690. §. 1. cor. R. P. D. meo Caprara*, & recentiùs *in Bononien. Fideicommiſſi 1. Iunii 1696. §. Et ſi enim, et §. fin. cor. Reverendiſs. D. meo Molines Decano.*

Vehementiùs autem injuſtitia promove-
batur, ex quo nec poterat eadem tranſactio
ſub prætextu læſionis infringi etiam in Iudi-
cio ordinario, dum memorati Actores illam
inierant adeò maturè, & ſolemnitèr de
tempore, quo jàm mediante definitiva Sen-
tentia R.P.D. Ginetti in locum A. C. depu-
tati remanſerant penitùs excluſi ab hac ea-
dem inteſtata Succeſſione; in his namquè
terminis, quotieſcumque ſuccumbens me-
diante tranſactione aſſecutus eſt nedùm (ut
in præſenti) ſcuta 750., ſed quidquam aliud
3 quantumvis modicum, neutiquàm ex præ-
fato capite læſionis meretur audiri, dum in
fortioribus ipſum ſolum eventuale pericu-
lum deperdendi totum in Alea Iudiciali ſu-
perabundat pro ſupponenda, firmandaque
juſtitia tranſactionis, quemadmodùm reſ-
pondit *Rot. dec. 25. n. 22. cum duob. ſeqq. coram Sa. Me. Alexan. VIII., et dec. 21. num. 4. in fin. poſt Urceol. de Tranſact., et in Bononien. Tranſactionis 23. Martii 1678., et 19. Iunii 1679. coram bo. me. Bourlemont impreſſ. apud Modern. Camerinen. alleg. 115. ſub n. 43. verſ. quamvis, et ſub n. 74. verſ. et quidem, et in Carpentoraten. Laudemiorum 20. Junii 1692. §. Et hinc parùm refert, coram Eminentiſſ. Caccia Archiepiſcopo Mediolanen.* confirmata 1. *Julii 1693. §. Et hinc, cor. bon. mem. Emerix.*

Eòque ulteriùs, quia, præſcindendo etiam
à Sententia R.P.D. Ginetti, ipſamet ardui-
tas duplicis articuli cadentis in Cauſa, quo-
rum alter verſabatur in perquirenda quali-
tate repræſentationis, quam induere poſſent
Actores ſuper controverſa Succeſſione,
utrùm ſcilicèt tantummodo repræſentarent
gradum, vel potiùs inſimul perſonas Ma-
trum prædefunctarum, ac excluſarum, &
alter, an Statutum excluſivum fœminarum,
earumque deſcendentium, quales erant
Actores, ipſos comprehenderet, ſivè liga-
ret, non obſtante, quod forent Clericali
Charactere inſigniti, & regularitèr exempti
à diſpoſitionibus Statutariis, juſtiſſimam
proculdubio præbere valebat cauſam tranſi-
gendi, abſquè eo, quod tranſactio tàm ra-
tionabiliter, & legitimè ſuper præmiſſis ſta-
bilita poſſet deinceps per contingentiam
ſucceſſivi Iudicati in hac arduitate per no-
ſtrum Tribunal ſuper utroque articulo fa-
vore eorumdem Actorum de læſione, vel
injuſtitia obiurgari; nuſquam enim tranſa-
ctio metienda venit à futuro eventu, illiuſ-
que eſſentialis juſtitia nuſquam pendere de-
bet à ſuperventa magis, vel minùs profunda,
rigidaque trutinatione articulorum. aliàs
quippè omnes lites, omnes tranſactiones, &
4 univerſæ Concordiæ, quæ paſſim, & quoti-
diè fieri contingunt in Cauſis fideicommiſ-
ſariis, aliiſque controverſiis, & caſibus vel
conjecturalibus, vel Iuris articulos involven-
tibus, tractu temporis poſſent in damnum
Partium, ac contrà Reipublicæ tranquilli-
tatem reſuſcitari, ac reſpectivè irritari, ex
his, quæ benè pro ſubſtinenda tranſactione
ponderantur per *Rot. coram Merlin. dec. 799. n. 20. et ſeqq. et deciſ. 854. num. 5. et 6. et in rec. deciſ. 325. n. 5. et 6. par. 14., et deciſ. 56. num. 10. et 11. poſt Urceol. de Tranſact., et dec. 367. num. 9. cum duob. ſeqq. cor. Priol.*

Ac demùm evidentiùs introſpiciendo, ſi-
vè reaſſumendo utriuſque articuli diſſerta-
tionem: In primis namquè Fratres de Man-
cinis nullo pacto dabant manus victas, quo-
minus tàm in uno, quàm in altero, vel
ſaltèm in alterutro non crederent adhùc
triumphare poſſe etiam in noſtro Auditorio
5 tàm facili (quando ità exigat Iuſtitia) reſi-
lire, ſeù recedere à propriis reſolutionibus,
& Sententiis, ut etiam perpenſum fuit *in Romana Cambii 26. Iunii 1697. in princ. cor. Me, et 28. Aprilis præteriti, pariter in princ. cor. bo. me. Urſino Decano.*

Ac propterea circà primum articulum, in
quo *Sac. Rota* cenſuit, illos de Macilentibus,
ac de Montibus, admiſſa etiam excluſione
Matrum vigore Statuti, illarum tamen gra-
dum dumtaxat, non autem perſonas repræ-
ſentando concurrere poſſe cum iiſdem de
Mancinis in æquali gradu conſtitutis, recen-
ſebant in hodierna Audientia longam cater-
vam *Authoritatum* è converſo affirmantium,
6 non poſſe ſimplicitèr ab ipſis repræſentari
locum, & gradum, ſed etiam neceſſariam
eſſe repræſentationem perſonarum, à quibus
deſumebant nativitatem, ſeu deſcenden-
tiam, & originem, quæve cùm hic tanquam
fœminæ interea iter fuerint excluſæ per Sta-
tutum, propriam de neceſſe in eoſdem de
Ma-

Macilentibus, & de Montibus, veluti filios, ac deſcendentes, excluſionem refundebant, atque ſuper hoc articulo inter cæteros pro Antesignano, præſertim in ſucceſſione Tranſverſalium, de qua tractabatur, adducebant *Salicet.in Auth.poſt Fratres n.3.& ſeq. C.de legit.hæred.*,cum concord.per *Hodiern. contr.23.per tot.*, & ſignantèr *n.64.& ſeqq.*, *Quæſ.ad.differ.20.n.67.cum duob.ſeq.M.dern. Lucen.conſult.397.ex n.50.cum plur.ſeq.*, *Theſaur. deciſ.162.n.3.*, *Grivell. deciſ.40.n.22.*, *Capyc.Latr.deciſ.126.n.6.*, *Rot.deciſ.104.n.3. par.1.recen.*, *deciſ.145.n.3.par.15.*, *& deciſ.69. num.1.poſt Urceol. de Tranſact.*, aliiſque apud præmiſſos.

Quoverò ad ſecundum, & juxtà quem conſecutivè obtinuerant in Rota iidem de Macilentibus, & de Montibus affirmari, ipſos tanquàm Clericali Veſte ſuffultos, ac venientes ex propria perſona ad Avunculi ſucceſſionem, nullo modo affici poſſe per Statutum excluſivum fœminarum, utpotè laicale, & non aptum ad ligandas perſonas Eccleſiaſticas, pariformitèr Mancini uberem afferebant *Doctorum* numerum ex oppoſito (ut ipſi ſatagebant) afferentium, quod in
7 his quoque terminis, ubi eædem Perſonæ Eccleſiaſticæ deſcendunt à fœmina excluſa, nequeant etiam ex propria perſona evitare ſanctionem Statuti, quod non in odium Immunitatis Eccleſiaſticæ, & in ratione poteſtativa, ſed tanquàm conditum favore Agnationis, habenſque de cætero ſibi ſubjectam perſonam defuncti Sæcularis, ac bona ab eo relicta, capax eſt ex vi ſaltem directiva compræhendendi quoſcumque deſcendentes à radice excluſa, & inſimul Statuentibus ſubjecta, & reſpectivè non incluſos ſub eadem ratione motiva, & fundamentali agnationis, quantumvis hujuſmodi deſcendentes eſſent Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ, ad id parifomitèr pro Anteſignano allegantes *Bald.in l.Deo nobis*, §.*Hoc etiam ſub n.8.C.de Epiſc.*, *& Cleric.*, *Fælin.in cap.Eccleſia S. Mariæ n.77.de Conſtit.*, *Signorol.conſ.6.ſub n.10.verſ.nec obſtat*, *Cost.conſ.267.n.29.*, *Sebaſt.Medic.de legib. & Statut.par.4.qu.6.ſub n.5. verſ.primo caſu*, *Mangil.de imput.qu.58.n.12.cum ſeq.*latiſſimè *Card.de Luc.de Succeſſ.ab inteſt.diſc.5.ex n.16. ad fin.*, cum aliis pluribus concord.

Eoque magis, quia pro munimine tot *Doctorum* de ipſo tempore ſubſecutæ tranſactionis rumor, imò publica vox gliſcere inceperat, & expandi, quod (ut evenit poſt paucos Menſes) Sanctæ, & glorioſæ mem. Innocentius XI. conditurus erat legem generalem, ſivè Conſtitutionem ex præfata æquitativa, ac directiva ratione in bonum
8 Reipublicæ decernentem, ut etiam Clerici, aliæque Perſonæ Eccleſiaſticæ Patriis Statutis Familiarum conſervationi intentis, & idcircò fœminas, earumque deſcendentes excludentibus ſubiacerent, prout legitur in eadem Conſtitutione impreſſa antè *Tract.* deſuper editum *de Succeſſ.ab Inteſt.per Card.de Luc.*, & ſignantèr *ſub* §.*10.& ſeq.*; undè inferebant iidem Mancini, aſperum eſſe, quod Macilenti, & de Montibus infringere longè poſt attentarent illam tranſactionem, quam inieverant in ſtatu, quo ultrà Sententiam contrà eos latam, & ultrà diſputabilitatem præcedentis articuli ſuper repræſentatione gradus, vel perſonæ non levem continebat etiam difficultatem in hoc ſecundo, in quo præter *Authoritates* ſuprà laudatas fama increbuerat imminentis Conſtitutionis, quæ de facto, ut
9 diximus, edita fuit, quando tamen omnia Jura clamant, ut ad ſubſtinendam, vel reſcindendam tranſactionem inſpici debeat tempus celebratæ tranſactionis, qualiſvè opinio tunc vel in mente Hominum, vel apud *Doctores*, & *Tribunalia* vigeret, teſte *Card.de Luc.de alienat.diſc.66.n.8.*, *& in Miſcell.Eccleſ.diſc.5. n.28.*, *Rot. deciſ.25. ex n.12. cum plur.ſeq.cor.Sa.mem. Alex.VIII.*, *& dec.675. n.2.et 3.cor.Card.Cerro.*

10 Et ſi (ut ſubiungebant) imminens notitia, & famaque, quod Princeps in proximè edenda Conſtitutione certam ſpeciem, vel genus Monetarum abrogabit à publico Commercio in ſua Ditione, ſatis eſt ad adeò imbuendam malam fidem, ut nec etiam deſerviat ad effectum tàm in Jure favorabilem liberandi Debitorem ſolutio, quæ fiat per eumdem Debitorem in Moneta paulò poſt abroganda, uti cenſent *Gratian. diſcept.260. n.19. et ſeqq.*, *Tondut reſol.Civil.cap.10.per tot.*, *Antonell.de temp.legal.lib.1.cap.42.n.31.et ſeq.*, *Giurb.deciſ.87.n.17.et 18.*, *M.dern.Mantuan. in tractat. de Monet. quæſt.3. n.46.cum ſeqq.*; & quarè à fortiori publica vox conſparſa in Urbe (uti dicebat *Cornelius*, omnium gnara, & nihil reticente) non debebat deſervire à contrario pro magis adſtruenda bona fide in
11 Contractu tranſactionis, in quo adeò exuberat bona fides, ut etiam quando eadem tranſactio feriat perſonas in lependentèr vocatas à Tranſingentibus, adhùc ratione ejuſdem bonæ fidei, & publicæ tranquillitatis illas liget, & arctet ad obſervantiam, ut paſſim videre eſt penès *Card.d. Luc.de Donat. diſc.28.n.13.*, *Rot.cor.Carill. deciſ.141.n.5.*, *et in rec.deciſ.341.n.16.par.17.*, *et deciſ.202. n.27.par.18.*, *et in Urbevetana Primogenituræ 19.Junii 1693.§.Moti ſiquidem*, *et ſeq. coram R.P.D me. Muto*, *et in Romana Cenſus 5.Junii 1697.§.Tùm demùm quia*, *coram R.P.D. meo Caprara*.

Ità Mancini: Verùm Domini rurſus pro conſtanti juremerito habuerunt, præſentem tranſactionem adeò enormitèr læſivam apparere ex abundè deductis *in Deciſionibus*, quæ præceſſerunt tria Judicata Tribunalis, nempè *cor. Reverendiſs.D.Molines Decano ſub die* 28.*Fe-*

*28. Februar. 1695.*, & *R. P. D. Priolo ſub die 16. Ianuar. 1696. & 10. Iunii 1697.*, ac *R. P. D. Muto ſub die 9 Decemb. ejuſdem Anni, & 26. Februarii proximè præteriti*, ut in primis reſpondendo ad ſuppoſitam nullitatem ſinè difficultate cenſuerint, quod conſtito ex præmiſſis *Deciſionibus*, & ex inferiùs quoque deducendis de enormiſſima læſione paſſa in hoc Contractu tranſactionis per illos de Macilentibus, & Montibus, minimè ampliùs oporteret in Judicio ordinario per tres conformes reſcindere eamdem tranſactionem; hoc enim
12 adamuſſim operatur læſio, quando eſt ultrà beſſem, & enormiſſima, ut adimendo conſenſum ab actu præſupponat, actum ipſum, ſivè tranſactionem celebratam fuiſſe per errorem, ac ſinè conſenſu, proindeque citrà neceſſitatem infringendi prius tranſactionem per tres conformes recta via tribuitur immiſſio, perindè acſi nulla tranſactio, nullus Contractus, qui neceſſariò ſemper exigit conſenſum, de medio adeſſet, ut egregiè reſpondit *Paulus I. C. in l. cùm à te, ff. de dol. mal.*, *Andreol controv. 286. n. 13.*, *Card. de Luc. de fideic. diſc. 39. n. 2. & 3.*, & pluriès dictum fuit in ſimilibus circumſtantiis per *Rot.* & præſertim *in dec 755. n. 5. par. 2. rec. dec. 312. n. 19. & 21. par. 16.*, *dec. 350. n. 10. & ſeqq. par. 19.*, *in Bononien. ſeù Imolen. Bonorum 18. Martii 1686. §. Verùm, cor. bo. me. Albergato, & 12. Iunii 1693. §. Reſolutioni, cor. b. m. Urſino, in Saonen. Immiſſionis 14. Maii 1696. §. Quo verò, & 23. Ianuarii 1697. §. Præſuppoſitis, cor. Reverendiſs. D. meo Decano, & in Callien. Bonorum 26. Aprilis ejuſdem Anni §. fin. cor. R. P. D. meo dell'Olmo.*

Circà verò Juſtitiam, & ſic læſionem, quæ aſcenderet ad gradum enormiſſimæ, utraque viſa eſt magis, atque magis ſemper effulgere inſpecta medulla articulorum, quorum reſpectu Domini nullatenùs reſilire poſſe agnoſcebant à definitionibus, ſivè reſolutionibus jam captis, ex quo, quidquid in contrarium æſtimaverint nonnulli *Scribentes* ſuperiùs adducti, aliique de facili cumulati, & cumu-
13 landi, cùm in Jure noſtro nihil adeò pacificum ſit, ut aliquo colore, vel diſputatione velari non poſſit, Teſtimonio *Surd. dec. Mantuana 272. in fin.*, verior tamen, ac firmior ſententia eſt in ordine ad primum articulum: quod ſivè agatur in ſphæra deſcendentium, ſivè in altera Tranſverſalium intrà limen repræſentabile, tàm deſcendentes, quàm collaterales admitti ad beneficium repræſentationis, ſivè Patre, ſivè Matre, ſivè alio Aſcendente præmortuo, obtineant tantum-
14 modò, ac repræſentent purum gradum, ac nudum locum non ex aliena, ſed ex propria perſona, quem occupabat, ſeù occupaſſet in ſucceſſione, ſi vixiſſet Pater, Mater, vel alius Aſcendens, atque ad hunc effectum Domini rurſùs præ oculis non ſimplicem *Doctorem* pro anteſignano, ſed habuere litteram expreſſam *Cæſarei Iuris* non tantùm *in §. 1. verſ. in hoc enim, & §. Si igitur, Authen. de hæred. ab inteſt. venien. & in §. Cum filius, & §. fin. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer.*, ſed & apertiùs *in Novell. 127.* ſeù *tit. 8.*, *Authen. collat. 9.* ut ibi = *Meminimus igitùr ſcripſiſſe legem, per quam juſſimus, ut ſi quis moriatur relinquens Fratres, & alterius Fratris filios præmortui, ad ſimilitudinem Fratrum, & præmortui Fratris filii ad hereditatem vocentur, Paternum adingredientes gradum, & illius ferentes portionem*, in quo ſanè *Textu* ſimplex gradus, non verò perſona, aut qualitas Parentum repræſentari indulgetur, ac præcipitur, quod, & optimè more ſuo diſſeruit, & firmavit *Bellon. de Iur. accreſc. cap. 9. quæſt. 1. n. 12. & ſeqq. & quæſt. 11. n. 19. cum ſeqq.*, & antè eum *Faber in C. lib. 2. tit. 3. de pact. defin. 1. n. 4. & ſeqq. & in alleg. n. 15. & 16.*, *Modern. Lucen. de pact. fut. ſucceſſ. lib. 2. cap. 24. n. 7. 7. et ſeqq.*, & ſignantèr *n. 79. et 80.* cum aliis uberrimè, ac pluſquam digeſtè collaudatis *in Deciſione hujus Cauſæ ſub die 10. Iunii 1697. per tot. cor. R. P. D. meo Priolo, et 26. Februarii labentis Anni* paritèr *per tot. cor. R. P. D. meo Muto.*

Subſiſtente itaque hujuſmodi fundamento, & propoſitione, per quam Macilenti, & de Montibus ad ſucceſſionem Avunculi unà cum Fratribus ejuſdem citrà ſcrupulum de Jure communi repræſentantes purum gradum propriarum Matrum, & reſpective Sororum Avunculi prædefuncti adſpirare poterant, & debebant, de plano ſubſequebatur, quod etiam juxtà ſecundum articulum, neutiquàm ab eadem ſucceſſione eiſdem de Jure communi delata poſſent arceri in vim particularis Statuti fœminarum, ſivè propriarum Matrum excluſivi; cùm enim eo-
15 rum alter eſſet Sacerdos, & alter Clericali Charactere inſignitus, profectò, tamquàm perſonæ Eccleſiaſticæ, exemptæ remanebant à cenſura, & determinatione quorumcumque Statutorum laicalium, ut ſemper tenuit, firmavitque Tribunal in hac quotidiana materia Statutorum à ſucceſſionibus excludentium fœminas quemadmodùm liquet ex *deciſ. 149. n. 9. cor. San. mem. Alex. VIII.*, *et deciſ. 258. n. 11. coram Celſ.*, *et in recent. dec. 256. num 13. et ſeqq. par. 11.*, & in aliis relatis *in Deciſione diei 28. Februarii 1695. §. Neq. ie allegati, cor. Reverendiſs. D. meo Decano, et 16. Ianuar. 1696. §. Ità paritèr, cor. R. P. D. meo Priolo, et 9. Decembris 1697. §. Nec rurſùs, cor. R. P. D. meo Muto.*

Nihil officiente idcircò Sententia R. P. D. Ginnetti, quæ rubeat ex præmiſſis, minuſque ſuffragante imminentia Innocentianæ Conſtitutionis, ſuper ea namque aliqua fortaſsè major vis fundari potuiſſet, vel ad peraugendam bonam fidem præcedentis tranſactionis, vel ad corroborandam opinionem illorum,

rum, qui ( ut ſuprà ) reputabant, Statutum excluſivum fœminarum poſſe compræhendere deſcendentes ab eis, licèt Clericali cæteròquin exemptione ſuffultos, quotieſcumque, ut erat in ſupra adducto exemplo Monetarum, Principi paulo poſt placuiſſet, vel directe abolere contrariam ſententiam, vel ſaltèm procedendo per viam declarationis, aut compræhenſionis apertarum ſucceſſionum demandare, quod ſua deinceps edita Conſtitutio amplecteretur ſucceſſiones antecedentèr delatas, ſivè purificatas: At cùm eadem Conſtitutio nil tale dixerit, utiquè ad neutrum ampliùs ex præcitatis effectibus
16 poterat prodeſſe, ſed veluti habens, ut fert Adagium, oculos antè, & non retrò, ſuaptè natura non compræhendebat caſus, & ſucceſſiones præcedentes, & jam delatas, ſivè acquiſitas de Iure communi, per *Text. in l. jubemus, §. Quæ in poſterùm, C. de Teſtam.*, *& in l. meminimus in fin. C. de legit. hæred.*, Rot. *deciſ. 115. n. 12. par. 8. recen.*, *deciſ. 104. n. 7. par. 16.*, *& deciſ. 520. n. 8. par. 18.*, *& in Romana Nullitatis Subbaſtationis 11. Decemb. 1684. §. Non refragante, coram bo. me. Albergato*, & in terminis alterius Conſtitutionis, ſeù Reformationis ejuſdem Innocentii XI., dictum fuit *in Romana Cambiorum 26. Junii 1697. §. Nec deficit, coram bo. me. Urſino*.

Abſquè eo, quod regulæ huic in lance Iudicii præponderare valeret contrarium ſup-
17 poſitum, ſuper compræhenſione etiam delatarum ſucceſſionum in Foro pendentium, habitum *à Card. de Luc. in Comment.* per eum efformato ſuper eadem Conſtitutione *de Statut. ſucceſſ. §. 7. n. 8. & 9.* Quantumvis enim tanti *Doctoris* Authoritas, qui eximiè tunc in munere Auditoratus ejuſdem Summi Pontificis verſabatur, in admodùm conſiderabili præſidio, & reflexione haberi mereretur, nihilominùs quia eadem Conſtitutio Innocentiana viſa, & introſpecta ſemper eſt correctoria Iuris communis æquè admittentis ad ſucceſſionem Maſculos, Fœminas, Agnatos, & Cognatos, ut *in l. maximum vitium, C. de liber. præterit.*, & in propoſito Nepotum *in Auth. poſt fratres, C. de legit. hæred.*, proùt ſemper fuerant pro correctoriis judicata antecedentia Statuta fœminarum excluſiva, licèt Papali Authoritate confirmata: Hinc eò ipſo, quod nec expreſsè, nec implicitè prædicta Conſtitutio declaravit, velle compræhendere ſucceſſiones præteritas, ut erat præſens delata, & aperta uſquè de Anno 1675., meritò in omnibus etiam aliis Cauſis circà
18 ſucceſſiones antè Conſtitutionem adapertas, & actu pendentes Tribunal tenuit, non eſſe diſcedendum à firmitate regulæ, de qua ſuperiùs, quodque proindè hæc adamuſſim Conſtitutio deſtituta verbis ſufficientibus ad importandum oppoſitum, locum ſibi vindicare dumtaxat deberet, ac poſſet in ſucceſſionibus ex poſt delatis, non autem à parte antè, ſeù præcedentèr, ſicuti reſponſum liquet *in Romana Hæreditatis 27. Januar. 1696. §. Ceſſare viſa eſt, coram R. P. D. meo Pio*, confirmata *4. Februarii 1697. §. Nec excluſionem, cor. R. P. D. meo de la Tremoille, & in Firmana Succeſſionis 4. Julii 1696. §. Haud refragante, cor. bo. mem. Urſino*.

Hiſque robuſtiùs militantibus pro inducenda claritate utriuſque articuli tàm in anteactis reſolutionibus, quàm in hodierna propoſitione favore eorumdem de Macilentibus, & de Montibus, quàm quod proportionabilitèr urgerent pro extorquenda dubietate reſpectu illorum de Mancinis, vanum videbatur, vel ſaltèm non neceſſarium
19 ultrà deſcendere, ex quo in Iure novum non eſt, tranſactiones paſſim reſcindi, ſi ex poſteriori Judicato comperiatur clarum potiùs eſſe Jus ex parte illius, qui bona cum ſuppoſito dubietatis articuli Adverſario ſuo dimiſit, ac relaxavit, juxtà firmata per Rot. *deciſ. 277. n. 12. & ſeq. par. 13. recen.*, *dec. 412. n. 15. cum plur. ſeqq. par. 16.*, *deciſ. 196. & deciſ. 277.* utrobiquè *num. 6. & 7. par. 18.*, *& in Bononien. Fideicom. 3. Martii 1692. §. Etenim, & §. Hæcque Sententia, cor. bo. me. Urſino*.

Cæterùm in omnem caſum palpabilis, & nimis evidentèr ad oculum coruſcabat retorſio objectionis ſuperiùs jactæ pro ſubſtinenda tranſactione ſuper dubietate Cauſæ, & articulorum; quia etiam data non claritate, ſed quacumque majori eorumdem ar-
20 ticulorum ambiguitate, certè iſta ambiguitas cadens ſuper meris Juris articulis, aliquo Perito, vel Judice arbitrante, ad limites Juſtitiæ, & æquitatis penſanda erat, & æſtimanda, ut latè, ac ſolidè animadverſum fuit *in Bononien., ſeù Imolen.* Bonorum *18. Martii 1697. §. Quemadmodùm, & §. Parùmque, cor.* R. *P. D. meo dell' Olmo*.

Nulla autem æquitas, nulla Juſtitia pati poſſe videbatur, quod ratione duplicis articuli, in quibus per tot Judicata uniformia *Rota* credidit, & cenſuit ( ut ſuprà non obſtantibus omnibus præmiſſis ) vel omninò clarum, vel ſaltèm effulgentius Jus aſſiſtere Nepotibus, ſola dumtaxat ſcut. 750. ſuper hæreditate, quæ citrà controverſiam aſcendebat ad ſcuta 20000., forent etiam ab initio ſufficientia pro juſto appretio hujuſce dubii Juris Nepotum conſiſtentis in medietate prædictæ hæreditatis, & ſic in ſc. 10000. ad eoſdem Nepotes de Jure obtingere vel omninò debentibus, vel ſaltem probabilitèr
21 valentibus, ut præcisè in his terminis, conſiderato etiam eventu ſubſecuti Judicii, ac æſtimationis factæ de ipſa læſione per eumdem Judicem Cauſæ principalis, dictum fuit *in Soanen. Immiſſionis 14. Maii 1696. §. Nec viſum eſt, & 23. Janu. 1697. §. Abſque eo, quod coram Reverendiſs. D. meo Decano, & in præci-*

*iata Bononien., ſeù Imolen. Bonorum d. §. Parumque urget*, *cor. R. P. D. meo dell' Olmo*.
Licèt namquè, exagerantes pericula, &
infortunia litium, magnum lucrum quando-
que dixerint, ut ſuprà in obiecto, *Doctores*
eſſe recedere ab ipſa lite, nec non ſufficere
pro ſubſtentanda tranſactione vel quidquam
modicum, vel ſolum timorem deperdendæ
litis: In Foro tamen, & in praxi, ubi matu-
riùs trutinantur, & reſolvuntur momenta,
& importantiæ Cauſarum, diverſæ quidem
circà æſtimationem hujus afferti lucri, vel ti-
moris deperdendæ litis, aleæque Iudicialis
22 noſcuntur prodiiſſe opiniones, aliis creden-
tibus quintam, aliis quartam partem, habito
reſpectu non tàm ad valorem bonorum ſtan-
tium ſub Iudice, quàm ipſius dubii eventus,
ſuperabundare ad infringendam tranſactio-
nem, ſivè læſionem in ipſis quoquè Concor-
diis, & tranſactionibus detegendam, uti vi-
dere eſt penès *Malvaſ. conſ. 9. n. 25. Andr. Gaill.
conſ. 4. num. 20. lib. 1., Noguerol. alleg. 18. n. 58.,
Altolin. reſol. 111. n. 12., Andreol. contr. 286.
num. 58., & ſeqq., Modern. Lucen. conſ. 100.
num. 14. & 15.*
Omnes ferè tamen concordant, quod ſi
Judex ipſe deguſtans, & penetrans etiam ex
poſt medullam Cauſæ, & articulorum ſub-
cenſeat, hujuſmodi dubietatem eventus va-
lere (ex. gr.) ſuper diſputatione importan-
te in ordine ad bona ſcut. mille, in ordine
verò ad ipſum dubium ad minus ſcut. 500.,
ſtatim ac litigans dimittat bona controver-
ſa aſcendentia ad prædicta ſcuta mille non
23 recepta medietate eorumdem ſcutor. 500.,
videlicèt 250., & ſic quarta parte bonorum
controverſorum, intret citrà difficultatem
læſio, ut in cæteris quibuſcumque Contra-
ctibus ad limites, & normam *l. 2. C. de reſcind.
vendit.*, quemadmodum ſequendo in hoc
ipſo propoſito Theoricam *Bart. in l. ſi quis cùm
alter num. 5. ff. de verb. oblig. & in l. Lucius 78.
§. fin. n. 3. & in d. l. 2. n. 7. & 8. C. de reſcind.
vendit.* liquet ex deductis per *Soccin. Iun. con-
ſil. 98. n. 17. lib. 2., Pariſ. conſ. 12. num. 10a. lib. 2.
Everard. Iun. conſ. 24. n. 103. lib. 2., Facch. con-
ſil. 76. n. 9. lib. 1, Pinell. in d. l. 2. par. 1. cap. 4. ex
n. 12. uſquè ad 27. C. de reſcind. vendit., Viv. de-
ciſ. 429. num. 11., Modern. Forolivien. in addit.
ad Ramon. conſ. 7. n. 17., Rot. in* Melevitana
*Tranſactionis 4. Iulii 1631. §. Quibus omnibus,
cor. Motmanno m. ſ., & cor. Card. Celſo dec. 391.
num. 6 & in Bononien. Fideicommiſſi de Cæſareis
4. Junii 1677. §. fin. cor. bo. me. Bourlemont, im-
preſſ. apud Modern. Lucen. conſ. 342. n. 48.*
Et idcircò applicando ad rem, cùm me-
dietas hæreditatis, ac ſucceſſionis prætenſa
per Macilentos, ac de Montibus aſcenderet
citrà hæſitationem ad dicta ſc. 10000., ſicuti
fuit in hodierna quoque Audientia dedu-
ctum, & comprobatum, ipſeque dubius litis
eventus juxtà conſtantem ſententiam Tri-
bunalis neceſſario attingeret quaſi totam
æſtimationem ipſius prætenſionis, ſicque ad
eadem ſcut. 10000., utique illam quoque in
gratiam vel probabilis, vel poſſibilis dubieta-
tis reducendo ad medietatem ſaltèm ejuſ-
dem cæteroquin iuſtæ æſtimationis, & con-
ſequentèr ad ſc. 5000. palpabile ſemper, & à
primo uſquè ad ultimum efficiebatur, quod
ſola ſc. 750., quæ reſpectu ſcut. 5000., non
efficiebant quintam partem prædictæ æſti-
mationis ad medietatem totius prætenſionis
redactæ, non poterant unquam efficere, quod
Concordia non foret læſiva, & reſcindenda
24 nedùm ad terminos memoratæ *l. 2 C. de re-
ſcind. vend.*, ſed ad tenorem cæterorum Con-
tractuum ſub cenſura quoquè, & infractio-
ne, quæ practicatur in caſibus enormiſſimæ
læſionis ultrà beſſem, juxtà ſupputationem,
quam in genere tranſactionum exempliſi-
cando facit *Soccin. d. conſ. 98. n. 18. & ſeqq.*,
& ſignantèr *num. 20. lib. 2.*, & ad præciſum
effectum declarandæ læſionis earumdem
tranſactionum in gradu enormiſſimo ſubſe-
quitur, & firmat Rota *deciſ. 92. n. 9. cor. Mer-
lin. dec. 335. num. 1. & ſeqq. & deciſ. 391. n. 3.
cor. Celſo, deciſ. 174. n. 4. & 5. poſt Modern. Lu-
cen. de pact. fut. ſucceſſ., in Romana Fideicomm.
de Stephanis 15. Iunii 1657. §. Enormiſſima ve-
rò, cor. Meltio m. ſ., & in præallegata Soanen.
Immiſſionis 14. Maii 1696. §. Quod verò atti-
net, & 23. Januarii 1697. §. Vltra falſitatem,
cor. Reverendiſs. Domino meo Decano.*
Et ità, neglecto etiam fundamento bonæ
fidei, tanquàm pleniſſimè ſublato in præce-
dentibus *Deciſionibus*, & præcipuè in illa *diei
9. Decemb. 1697. §. fin. cor. R. P. D. meo Muto*,
reſponſum fuit, Partibus informantibus, ac
quinto, & ſexto ex DD. ſuffragantibus, &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

ISTA Deciſio habetur etiam impreſſa *apud
Conſtantin. poſt ejus Comment. ad Statut. Vrb.
in ordine dec. 168. & inter collect. ad ornatum
Card. de Luca in Mant tom. 4. ſub tit. de Statut.
ſucceſſ. dec. 8.* conceſſoque deſuper *Expediatur*
ſub die 6. Martii 1699. in Ruta quam nuncu-
25 pant *Urbanam*, ex quo fuerit ordinata, & juſſa
celebrari per fa. mem. Urbanum VIII. ſub pri-
ma die Veneris Hebdomadæ Quinquageſſi-
mæ, Cauſa terminavit, & ſimpliciter per Me,
tanquàm ultimum Ponentem, ac Judicem,
fuit Judicatum Sacræ Rotæ plenariè deman-
datum executioni cum ſubminiſtratione
expenſarum pro facienda eadem expeditione
Mihi injuncta per Tribunal, quod benignè
26 ſolet injungere eidem Ponenti, ut quandò-
que à Reo, vel poſſeſſore ſuccumbente ſub-
miniſtrentur Actori, ſive Victori pecuniæ
neceſſariæ pro complenda eadem expeditio-
ne circà ſolutiones Sportularum, ac ſatisfa-
ctionem mercedis debitæ Actuario, ſivè No-
tario Cauſæ, cum ſimilibus, ne aliàs Actor
de-

defraudetur in ſua Juſtitia, & Reus ſeſe con-
foveat in ſua injuſta poſſeſſione, ad ſimili-
27 tudinem illorum ſumptuum litis, qui, con-
ſtito de paupertate, & bono jure petentis, paſ-
ſim ordinantur per Tribunalia, uti teſtatur
*Capuc. in Prax. Iudic. par. 1. cap. 3. n. 18. & ſeq.
tom. 1., Card. de Luc. de Iudic. diſc. 14. n. 1. 10.
& ſeqq., Rot. dec. 4. cor. Zarat., & in rec. dec. 54.
par. 15. & dec. 402. & 618. par. 18.*

Benè verùm, quod loco moleſtandi in
proprio ære ipſum Reum ſuper hujuſmodi
28 ſubminiſtratione, quandòque decernuntur
hæ proviſiones æquitativæ ſuper effectibus
ſequeſtratis, vel exiſtentibus penès Tertium,
ut in conſimilibus terminis ſubminiſtrationis
pecuniæ *in cauſam declarandam* proviſum fuit
per Tribunal *in Rom. Hæreditatis cor. R. P. P.
Priolo inter Coppam, et Valorum.*

Circà concluſionem, quod Statuta fœmi-
narum excluſiva non comprehendant Cleri-
cos tàm in capite incluſivo, quàm excluſi-
vo, diſputatum fuit in famigerata *Romana,
ſeù Ianuen. Legitimæ cor. Cardinali Matthejo,*
utrùm in bonis Januæ Cardinalis Lazarus
Pallavicinus Patruus Principis Nicolai ex-
cludere poſſet à ſucceſſione Dominum Jo:
Baptiſtam Centurionem Avum maternum
dicti Principis Nicolai, & quia regula com-
muniter affirmans, perſonas Eccleſiaſticas
non ſubjacere hiſcè diſpoſitionibus Statuta-
riis, intelligitur procedere in odioſis, non
29 autem in favorabilibus, adeòut nihilomi-
nùs Clerici, vel aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ
perfrui valeant hujuſmodi Statutis, illa alle-
gando per modum privilegii, ut communitèr
notant *Surd. conſ. 2. à n. 35. ad finem, Graſſ. de
effectib. Clericat. effect. 2. n. 500. & ſeqq., Spe-
rell. dec. 11. n. 7. & ſeqq., Adden. ad Pamphil.
dec. 98. n. 7. Rot. dec. 490. n. 8. cum duobus ſeqq.
et dec. 773. n. 14. cor. Cerro, et dec. 377. n. 32.
et ſeqq. par. 17. rec.*

Nihilominùs inſpecta particulari ſanctio-
ne Statuti Januenſis fuit dictum, quod præ-
fatus Cardinalis allegare non poſſet tale Sta-
30 tutum, ex quo illud poſitivè proteſtabatur *in
cap. 4. lib. 6.*, quod perſonarum Eccleſiaſtica-
rum bona, & Cauſæ cognoſcerentur, ac de-
ciderentur ſecundùm Jura communia, in
hoc quippè caſu nulla irrogari dicebatur
31 violatio Eccleſiaſticæ Immunitati, quia Sta-
tutum intellexerat providere ſuis Subditis
ſæcularibus dumtaxat, Juſque dicere inter
eoſdem Subditos ſæculares, undè Eccleſia-
ſticæ perſonæ non poterant implorare bene-
ficium illius Statuti, quod nec prò, nec con-
trà tangere intendebat Eccleſiaſticos, ſed il-
los relinquere ad normam Juris, ſicutì ad id
allegando *Maſcard. de gener. Statut. Interpret.
concluſ. 1. n. 43. verſ. Et hoc indubitatum, et
n. 194., et 250., Armenzan. deciſ. Ianuen. 2.
n. 39.* firmavit, ut diximus, *Rota ſub die* 14.
*Iunii* 1680. *cor. præfato Cardinali Matthejo ex
Tom. I.*
§. *Quod paritèr, cum ſeqq.*, quævè Deciſio (etſi
per errorem regiſtrata ſub nomine *Cardinalis
Vicecomitis*) habetur apud *Torr. de ſucceſſ.
in majorat. tom. 3. dec. 35.*

In præteritis Deciſionibus, & reſpectivè
diſputationibus habitis in caſu præſentis De-
ciſionis, quæſtio verſata fuerat ſuper regu-
landa ſucceſſione ad normam Statuti Urbis,
vel potiùs Firmanæ Civitatis, undè cùm con-
ſimilem caſum examinaverim in quadam
*Aretina, ſeù Anglarien. Succeſſionis* ſub An-
no 1680., utrùm pro determinanda ſucceſ-
ſione Camilli de Teſtis ab inteſtato in Curia
prædefuncti prævalere deberet Statutum Ter-
ræ Anglari, vel Florentiæ Civitatis Domi-
natricis, tenui pro Statuto loci dominantis
ſequenti modo, & rationibus.

Conſultus in ſenſu illius veritatis, quæ
Mihi videatur, in caſu Succeſſionis, de qua
agitur, brevitèr, & reſolutivè procedendo
pro Patruis reſpondendum eſſe cenſerem.

Siquidem indubitati Juris eſt, quod niſi
adeſſet de medio Statutum Anglarien. ut in-
frà, ſucceſſio ad eoſdem Patruos attineret,
32 cùm ex cenſura Statutorum Florentiæ Pro-
ximiores Agnati uſque ad Sextum, imò ad
octavum gradum, cognatitium latus, & fœ-
mineum ſexum excludant; ideòque poni non
poſſet in controverſiam, quod præſcindendo,
ut præmiſimus, à Statuto Anglarien. Patrui
in tertio agnationis gradu exiſtentes præde-
functi Sororem excluderent, non ſolùm quià
33 eadem Statuta Florentina ad litteram præ-
cipiunt, quod eorum Sanctiones in quibuſ-
cumque Terris, lociſvè ſubditis adamuſſim
obſerventur, verùm etiam, quia de Jure ineſt,
34 quod ſicuti membra à proprio Capite diri-
guntur, ita loca omnia alicui dominanti Ci-
vitati ſubjecta utantur legibus, & Statutis
ejuſdem Urbis dominatricis, juxtà commu-
nitèr notata per *Doctores in l. omnes Populi,
ff. de Iuſt. et Iur. Honded. conſ. 13. n. 11. lib. 1.,
Port. conſ. 163. n. 14., Corn. conſ. 151. lib. 3, Ro-
man. conſ. 218. et ibi Adden., Laderch conſ. 108.
n. 7., Gratian. diſcept. 7. n. 1. et diſcept 9. n. 14.
et ſeqq. et diſcept. 474 n. 2., Sabell. var. reſol.
cap. 88. n. 6., Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. qu. 18.
n. 70.*, ubi de communi, *Barz. dec. 117. ſub
n. 24. verſ. Licèt enim, Leoncill. dec. 28. n. 3.,
Thomat. dec. 55. n. 35. et ſeq. et dec. 102. n. 8.
tom. 1. et dec. 134. n. 14. tom 2., Pigant. ad
Statut. Ferrar. lib. 1. rubr. 2. n. 27. tom. 1., Rot.
cor. Mantie. dec. 259. n. 3. cor. Seraph. dec. 1161.
cor. Gregor. dec. 260. ſub n. 3. verſ Non obſtat,
et dec. 269. n. 2., cor. Coccin. dec. 457. n. 11.
cor. Buratt. dec. 332. et in rec. dec. 217. ſub
n. 25. par. 5. et in Tiburtina Hæreditatis 16.
Martii 1640. §. 1. cor. Veroſpio, deciſ. 197.
n. 1 poſt Merlin. de legit.*

Idque adeò verum, ut Terræ, Oppidaque
ſubiecta, tanquam ſufficienter proviſa, &
35 obſtricta legibus dominantis, nequeant ſinè

expreſſa Superioris, & Dominæ Civitatis licentia, ſeù approbatione ulla condere Statuta, & in omnem caſum permiſſæ poteſtatis,
36 nequaquàm valeant in minima parte decernere aliquid, quod exiſtat contrarium diſpoſitis à lege Superioris Civitatis, ut in terminis primæ propoſitionis habetur ex *l.1.§.Sed neque, C.de vet.Iur.enuclean.*, *Barto'.in l.omnes Populi n.3.ff.de Iuſt.& Iur.Gratian.diſc pt.for. cap.9.n.4.Cirocc.diſcept.53.n.2.Spad conſ.322. num.4.& per tot. lib.3.*, ubi loquitur de loco ſubiecto Florentinis, & recenſet Statuta eorum in propoſito iſtius prohibitionis, de quibus etiam mentionem facit *Caſtren.conſ.256. par.2.Tuſ.h.in ſuis Concluſion.verbo Statutum concluſ.429.n.65.*, & in ſpecie ſecundæ concluſionis *idem Bart. in d. l. omnes Populi ſub n.27.ff.de Iuſt.& Iur. Spad.conſ.20.n.5.lib.1. Pereg.decif. Patavin.1.n.8.verſ.Vbi ex multis, Anſald.conſ.122.n.26.& ſeq.*

Certiùs autem in caſu noſtro, quia in approbatione Statutorum Anglarien. per Florentinam Rempublicam emanata expreſsè legitur = *Item quod omnia, & ſingula in dictis Statutis, vel ordinibus contenta, quæ eſſent contrà honorem, vel Statuta Communis Florentiæ, ex nunc intelligantur, & ſint revocata, & totalitèr annullata*; undè quod Statutum, ſuper quo diſceptatur, non poſſit ullo modo adverſari determinationi Statutorum Florentiæ, non
37 eſt per Iuris interpretationem deſumendum, dum præcisè ex ipſius approbationis littera reſultat, argumento *Text.in l.ille, aut ille §. Cùm in verbis, ff. de legat.3.* cum concord. per *Rot.deciſ.44.n.14.par.11.rec.*

Jactis igitur iſtis ſolidiſſimis fundamentis, manifeſtè collabeſcunt omnia, quæ ſuper diſpoſitione præfati Statuti Anglarien. exadverſo motivabantur; ponamus enim, quod idem Statutum à contrario ſenſu, ut prætenditur, diſponere intellexerit, quod non exiſtentibus Fratribus, vel deſcendentibus ab eis, Sorores ſuccedant, ſeù quod idem Statutum jubeat, quod pro interpretatione, aut ſuppletione ipſius recurrendum veniat ad Jus commune Romanorum, non autem ad leges, aut Statuta Florentinorum, eccè, quod ſumus in clara, & incontrovertibili annullatione talium Statutorum, cùm con-
38 trarietas inter utrumque Statutum foret indubitata, ex quo ſtare non poteſt, quod vigore Statuti Anglarien. debeant ſuccedere Sorores, & juxtà legem Florentinorum Sorores ſuccedere non poſſint, ad tradita per *Surd.conſ.230.n.13.Rot.deciſ.725.n.4.par.4. tom.3.& deciſ.875.n.11.cor.Dunoz.Jun.*

Proùt non minùs palpabilis emergit contrarietas, & deſtructio Juris ex Statuto Florentino derivantis, quotiès in defectum Statuti Anglarien. recurrere oporteret ad Jus Romanorum, id enim tenderet ad diminu-
39 tionem præeminentiæ, & Juriſdictionis Dominii Florentini, à quo, ex ſuprà firmatis, loca ſubdita debent legem recipere, & ab ea regulari, ut in individuo poſt *Roman.conſ.218. n.4.5.& 6.* firmat viden. *Anſald.in conſ.122. num.23.*, *& ſeqq*, ubi reſpondendo contrariis adduci conſuetis adversùs *Roman.* dicit, quod ad Jus Romanorum deveniri non debet, niſi in ſubſidium, & quatenùs deficiant leges Urbis dominatricis, quodque ità conciliantur omnes, qui ſententiam *Romano* contrariam tueri videntur, idemque firmat *Peregrin.conſ.63.lib.1. & d.deciſ.1.Patavin.n.7. verſ. Et ſententiam iſtam Romani.*

Atque ex his ſuperfluum detegitur ulteriùs evagari, quoniàm, ut ajunt *Dialectici*, poſſumus concedere totum, & negare conſequentiam, nimirùm, quod dato etiam, quod Statutum Anglarien. interpratativè, vel litteralitèr præciperet, quod Sorores admitterentur ad excluſionem Patruorum, inſanabilis in eo adeſſet defectus poteſtatis, ut ſuprà: verùm nihilominùs ad abundantiam crederem, perſpecto tenore ejuſdem Statuti Anglarien., hujuſmodi intellectum minimè reſultare, undè benè valeat arguendo à de-
40 fectu poteſtatis ad illum voluntatis inferri, quod ſicuti non poterant Statuentes lateri cognatitio, & fœminino ſexui ſucceſſionem præbere in gradibus per Florentinorum legem excluſis, ità illam tribuere voluiſſe non præſumantur, ex plenè ad rem congeſtis per *Dec.in cap.Eccl.S.Mariæ n.50.de Conſtit.Spad. conſ.302.n.4.lib.2.*&generalitèr*Buratt.dec.24. n.12.* cum aliis apud *Peutinge..dec.209.n.11.*

Et quidèm nullo modo ſubſiſtit, quod à contrario ſenſu Statutum Anglarien. *in lib.2. Rub.48.* vocet Sorores ad ſucceſſionem, diſponit enim = *Fratre verò defuncto ab inteſtato, Sorores ipſius ad ſucceſſionem non veniant ſuperſtite Fratre, vel Fratribus utrinque conjunctis, vel ſaltèm ex linea paterna, ſeù filiis ipſorum*; dicit igitùr Statutum, quod ſuperſtite Fratre, vel ejus filiis Sorores non ſuccedant, at non dicit, quod ipſis non ſuperſtitibus ſuccedant, aliàs enim eſſet arguere ſuper id, quod in
41 ſenſu directo non eſſet diſpoſitum ab ipſo Statuto, & è converſo reperitur deciſum à Jure communi, vel alia lege generali, quod omninò vetatur, proùt conſimilibus relatis exemplis animadvertunt *Dec.conſ.110.n.5.& conſ.364.n.3.& ſeq.Caſtren.conſ.106.in princ. lib.2. Card.Tuſch.litt.A. concluſ.498.n.34 & 36. Ruin.conſ.117 n.26.& ſeq.vol.2. Cravett. conſ.203.ſub n.11.Barboſ.loc.argum.l c.27.n.2. Bonden.collect.2.n.36. Rot.cor. Burat.dec.116. n.11.& cor.Bich.deciſ.200.n.14.& 15.*egregiè *Peregrin.conſ.144.n.6.lib.5.*, ubi quod inter
42 excludere, & vocare datur quoddam medium, & proſequitur alios adducendo *Aloyſ. Manſ.conſult.170.n.52.& ſeqq.*

Eoque magis, quoniam retento, ut diximus, contrario intellectu, Statutum Anglarien.

rien; corrigeret ea, quæ ſecundùm Jus commune Florentinorum diſponuntur, in qui-
43 bus terminis receptum eſt, ut nunquam argumentum à contrario ſenſu in Municipalibus inferioribus Sanctionibus admittatur, ut in puncto tennit in publica diſputatione *Jacob. de Belviſ.*, quem refert, & ſequitur *Bald. in l. 1. ſub n. 1. verſ. Secundò quæritur, C. de inutil. ſtipulat. Alex. conſ. 17. n. 3. lib. 2. Barboſ. d. loc. argum. 27. n. 30. Maſcard. de general. Statut. interpret. concluſ. 4. n. 69.* aliiſque relatis *Rot. cor. Buratt. d. deciſ. 116. n. 10.*

Quod autem ea, quæ ſanciuntur per Statutum Florentiæ, reputari debeant pro Jure communi totius Provinciæ ſubiectæ, eſt apud omnes non minùs receptum, quàm indubitatum; quia quidquid ſit de illis Statutis, quæ ex permiſſione Principis, & Superioris à ſubdita Civitate compilantur, utrùm habenda veniant pro Jure communi reſpectu alicujus Oppidi, vel Territorii in quemdam ſubalternum modum eidem Civitati ſubditæ ſubordinati, itaut oporteat omninò deficere proprium Statutum in præfato loco ſubordinato ad effectum, ut intret Statutum Civitatis immediatè Superioris, in quibus terminis locum ſibi vindicant, & loquuntur *Authoritates* in contrarium relatæ: nemo
44 profectò ambigit, quod determinationes, & leges per Regiam dominatricem Civitatem habeant idem robur, quod in univerſo Terrarum Orbe conſequitur Jus commune Romanorum, quodque tàm in omnimodum defectum Statutorum, quàm in caſu ab inferiori Statuto ſpecialitèr non proviſo recurri debeat ad normam legis, & Statutorum Civitatis Regiæ, & dominatricis, non autem ad Jura communia Romanorum, ut perbellè unum caſum ab altero diſtinguendo *Franch. deciſ 148. n. 5. Rovit. deciſ 78. n. 5. Merlin. de pignor. lib. 3. cap. 12. de Luc. de legit. diſc. 10. n. 24.* & magis in ſpecie *Peregr. d. conſ. 63. n. 5. & ſeq. lib. 1. & d. deciſ. 1. Patavin. per tot. Surd. conſil. 560. n. 5. & 6.*, & adnotavit declarando *Conſil. Roman.*, *Gaſpar Theſaur. lib. 2. quæſt. 49. in fin. verſ. Et ulteriùs loqui.*

Atque ità à primo ad ultimum neceſſe eſt concludere ſub hoc inevitabili dilemmate, quod vel Statutū Anglarien. interpretativè, ut aſſeritur, & à ſenſu contrario vocat Sorores, eoque caſu cùm manifeſtè contradicat Statuto Florentino, nullo modo meretur attendi ex palpabili defectu poteſtatis, & permiſſionis ſtatuendi limitativè Hominibus dicti loci, ut ſuprà, elargitæ; Vel (ut magis probabile eſt in præſenti) non includendo, neque excludendo Sororem, caſum remittit Juris diſpoſitioni, tuncque ſubintrat cenſura Statuti Florentini, tàm perſpecta veriſimili voluntate, quàm ipſa neceſſitate Statuentium obtemperandi legibus à Civitate Regia, ac habente, proùt hæc, Jura Principis Supremi præſcriptis.

## ROMANA, SEU' LIMANA CAMBIORUM.

*Lunæ 12. Januarii 1699.*

### ARGUMENTUM.

Aliqua tanguntur circà Canonizationem Sanctorum, quæ ſolo Pontifici reſervata eſt. Quando Procurator quis à pluribus conſtituitur, à quolibet cenſetur in ſolidum conſtitutus, quando Mandata in diverſis Inſtrumentis continentur. Succeſſores in Canonicatu quando teneantur pro geſtis ab anteceſſoribus, & quando talia geſta cenſeantur ratificaſſe. Procurator ad aliquid ſpecialitèr conſtitutus, cenſetur habere facultatem ad omnia ea, quæ ſunt neceſſaria pro obtinenda tali re. Cambia Maritima quæ ſint, & de eorum legitimitate. Procuratores plures, licèt regularitèr non cenſeantur conſtituti in ſolidum, hæc tamen regula limitatur concurrentibus Clauſulis contrarium denotantibus, & etiam quando agitur de materia Mercantili, favore Commercii.

### SUMMARIUM.

1 *Canonizatio Sanctorum ſoli Sanctæ Romanæ Sedi competit.*

2 *Merces laborantium fraudari non debet.*

3 *Actor, qui habuit Sententiam contrà ſe, non poteſt ex integro agere, ſed debet vel per viam appellationis, vel reſtitutionis in integrum obtinere revocationem prioris Judicati.*

4 *Non entis nulla ſunt qualitates.*

5 *Mandatum à pluribus eodem contextu factum, an importet in Procuratore facultatem obligandi Conſtituentes in ſolidum.*

*Et quid, ſi à diverſis perſonis diverſa ſunt confecta Mandata in caput ejuſdem Procuratoris, n. 6.*

7 *Procurator ex quibus Clauſulis cenſeatur habere Mandatum ad ſuſcipiendas ad Cambium pecunias pro indigentiis Mandantis.*

8 *Procurator ad lites ſimplicitèr conſtitutus, nequit per contractum, & præſertim fructiferum, obligare Mandantem.*

9 *Promotor Fidei in Cauſis Beatificationum, & Canonizationum debet citari in quolibet actu.*

*Sed non ideò hujuſmodi Cauſæ Canonizationum reputantur contentioſæ, n. 10. 11. & 12.*

13 *Mandatum nunquam extenditur ad ea, quæ ſunt improbabilia, & inveriſimilia.*

14 *Pecuniæ ſolutæ per Procuratorem ad certam Cauſam conſtitutum, præſumuntur habitæ à Principali.*

15 *Mandatum non debet cenſeri inutile, & de vento.*

16 *Bona Eccleſiæ non poſſunt obligari abſque ſolemnitatibus.*

17 *Solemnitates requiſitæ in contractu inito ſuper bonis Eccleſiaſticis, requiruntur etiam in præcedenti Mandato ad contrahendum.*

18 *Solemnitates non requiruntur in actu, vel contractu utili Eccleſiæ.*

*Proùt non requiruntur, quando contractus ſequitur ſub oculis, & approbatione Summi Pontificis, n. 19.*

20 *Ca-*

Digitized by Google

20 Canonici ſucceſſores non ligantur obligatione, vel facto ſuorum anteceſſorum.

Limita, ubi agatur de obligatione ſuſcepta ex cauſa concernente totum corpus Capituli, quia tunc etiam ſucceſſores remanent obligati, n.21.

Limita etiam, quoties Canonici ſucceſſores aliquid egerunt in ſequelam, & adimplementū obligationis ſuſceptæ per anteceſſores, n.22.

23 Qui vult conſequens, cenſetur etiam velle omne neceſſarium antecedens.

24 Contractus ſcientèr initus cum Procuratore à Jure, vel ab homine revocato, non valet.

25 Mandatum extenditur ad omnia dependentia, & neceſſariò connexa cum actu principali.

26 Expenſæ debent bonificari Adminiſtratoribus, quando ex contingentia rei ſunt probabiles, vel veriſimiles.

27 Contrahens cum Procuratore habente facultatem à Principali, non debet inquirere, in quam cauſam ipſe pecuniam convertat.

28 Mercatura, & negociatio cenſetur quodammodò quintum Elementum vitæ humanæ.

29 Cambium Maritimum quid ſit, & quid pro ſui ſubſtantia, & validitate requirat, & n.31.

Et referantur Doctores de hujuſmodi Cambio tractantes, n.45.

30 Sacra Rota valdè circumſpectè procedit in legitimandis, & approbandis interuſuriis.

32 Procurator poteſt facere omnia ea, quæ ſecundùm naturam rei veriſimilitèr ipſemet Principalis feciſſet.

33 Quis allegare non poteſt damnum, quod ex propria culpa ſentit.

34 Culpa propria nemini debet prodeſſe.

35 Actio ſolidalis datur contra Socios ad favorem extranei mutuantis Societati, non autem quando quis Socio particulari credidit.

36 Mandatum Procuræ ad contrahendum cenſetur revocatum per conſtitutionem alterius Procuratoris, niſi tamen Tertius bona fide contraxiſſet in vim primi Mandati.

37 Matrimonium contractum cum Procuratore revocato non obligat Mandantem, licèt revocatio non fuiſſet intimata alteri Parti contrahenti.

38 Procuratores plures quando ſunt conſtituti in eadem Charta, vel Inſtrumento, tunc unus ſinè alio nullitèr agit, neque obligat Mandantem.

Limita, ſi adſit Clauſula, in ſolidum, vel alia æquipollens, n.39.

Quæ autem Clauſulæ æquipolleant dictioni in ſolidum, n.40. & 41.

Limita etiam, quandò duo, vel plures Procuratores fuerunt ad certum præciſum finem deputati, quia tunc unus illorum implendo mentem Mandantis rectè agit, n.42.

Limita etiam in rebus Mercantilibus, in quibus ratione Commercii quiſque ex pluribus Procuratoribus cenſetur inſolidùm conſtitutus, n.43.

Limita demùm in Mandatis Procuræ Romæ ſtipulatis, quia in Formulario adeſt Clauſula in ſolidum, n.44.

46 De Statuto Bononiæ mandante, quod Creditores, qui intrà quatriennium contraxerunt, concurrant per æs, & libram in bonis Ceſſantium, remiſſivè.

Quæ autem Credita immania ſint ab hac Statutaria diſpoſitione, vide ibid., & n.48.

47 Statutum, quod excipit aliquos caſus, in omnibus aliis locum habet.

49 Adiectus quam actionem habeat contrà eum, qui dedit litteras Cambii, quæ non fuerunt acceptatæ, & n.50.

51 Apodixæ, quæ dantur datori litterarum Cambii, tranſeunt in illius dominium, & habeat vim pecuniæ numeratæ, & n.52.

53 Actio pro recuperatione rerum datarum pro litteris Cambii non competit, quando fuit de eis translatum dominium, ſed tantum datur actio ad pretium contrà eum, qui litteras inſcripſit, & n.54.

55 Scribens litteras Cambii non liberatur, donec ſequatur illarum ſolutio, niſi eas recipiens fuerit moroſus in procuranda ſatisfactione ab eo, cui erant directæ.

56 Olea de Ceſſ. Jur. & act. tit. 7. quæſt. 3. num. 8. in quibus terminis loquatur.

57 Dominium rei venditæ translatum in Emptorem non impedit, quin ipſius rei periculum ex pacto pertineat ad Venditorem.

58 Venditor, qui habuit fidem de pretio, poſtponitur ſuper re vendita omnibus Creditoribus anterioribus Emptoris.

Amplia, id procedere etiam in ſubſidium, nempè quando Venditor aliundè non poſſet ſatisfieri de pretio rei venditæ, ibid. & num.59.

Niſi tamen Creditores Emptoris ſoverent cauſam tantummodò lucrativam, d.n.59.

## DECISIO LXVIII.

CAnonizatio Sanctorum unicè Sacroſanctæ Apoſtolicæ Sedi reſervata per determinationem expreſſam Alexandri III.
1 Summi Pontificis in cap.1. de Reliq. & venerat. Sanctorum, priuſque etiam eidem ſoli Sanctæ Sedi competens, ut notat Zipæus conſult. Canon. lib. 3. tit. de Canoniz., & Beatific. conſult. 2. §. 2., & antè eum Contilor. de Canoniz. Sanctor. cap 3. n.4. & ſeqq., ſecum neceſſariò fert incommodum plurium expenſarum, quas Procuratores, & (ut vocant) Poſtulatores ſubire non minùs coguntur, quam offerunt; quia etſi eadem Sancta Sedes, ejuſque Officiales, & Miniſtri gratis impendant omne ſtudium, & laborem in ſevera meritorum Cauſæ diſcuſſione, juxtà exquiſitiſſimas diligentias, quas humano modo, & ad magis aſſequendum, induendumque Divini Spiritus afflatum oſtendunt Volumina ſuper hujuſmodi materia impreſſa Troyli Malvesi, Iacobi Caſtellani, P. Angeli Roccæ, Fortunati Scacchæ, Lucæ Caſtel-

*Caſtellini, Fælicis Contilori*, & omnium noviſſimi *Caroli Fælicis de Matta Epiſcopi S. Severi*, non tamen Juſtitiæ, & æqoitati conſo-
2 num eſt, quod ea, quæ requirunt laborem inferiorum, videlicèt Amanuenſium, Notariorum, Artificum, aliorumque deſuper jogitèr inſudantium, debita mercede fraudentur, *os enim Bovi trituranti claudi non debet*, ut habetur *Levit. cap. 35.*, & in alio propoſito per *Text. in cap. extirpandæ 30. de præben. & dignit* dixit *Rot. dec. 342. n. 4. par. 14. rec.*

Anxiè igitur cupiens Capitulum Metropolitanæ Eccleſiæ Limanæ cum Apoſtolica approbatione cultui, & venerationi, ac reſpectivè Populorum imitationi exponere perſonam, & geſta Venerabilis tunc Servi Dei Alphonſi Turibii, iteratum exaravit Mandatum, de Annis ſcilicèt 1651. & 1664. in Virum Eccleſiaſticum ejuſdem Eccleſiæ Limanæ, cujus fuerat merititiſſimus Antiſtes idem tunc Venerabilis, modò Beatus Turibius, codemque deſiderio paritèr flagrans Melchior illius Beati Succeſſor in Archiepiſcopatu Limano, conſimile Mandatum confecit de Anno 1678. in perſonam ejuſdem Eccleſiaſtici, cognomine nuncupati *Vagliadolid*: cùmque fœlicitèr adſpirante Deo ſecutus fuerit in Cauſa primus Canonizationis gradus, nempe Beatificatio Alphonſi, contingentia prædictarum expenſarum præbuit, quod eodem Procuratore Archiepiſcopi, & Capituli, ſcilicèt *Ioanne Franciſco Vagliadolid* adlaborante ſub preſſura refuſionis pecuniarum, quas acceperat in banc cauſam à publico Banco Sancti Spiritus, coactus idem fuerit in tanta locorum diſtantia accerſere Comitem, & Equitem Franciſcum Nicolaum, Nummulariam artem (ut moris eſt in pluribus Regionibus etiam per Viros Nobiles) exercentem, & ab eo ad Cambium girabile per univerſas Nundinas, & Plateas recipere effectivum valorem ſc. 6800., cumque poſt initum de Anno 1680. primum Cambium, novis ex eadem cauſa pecuniis indigeret Vagliadolid, iterùm exoravit Franciſcum Nicolaum, ut ſibi illas mutuaret ad ſolita lucra Campſoria, undè computatis, & in ſortem redactis Capitale, & fructibus primi Cambii, novum Cambium paſſivè contraxit pro ſumma Petiarum 20000. de Anno 1682., aliudque tandem (creſcente neceſſitate) Cambium inivit cum ipſo Petiarum 2300. de Anno 1683., ſub aſſueta tamen expreſſione, quod omnia bæc Cambia juxtà frequentem praxim, & intellectum *Gloſſ. in l. fin. verb. Ponere in fin. C. de vſur.*, de quò uberiùs *in Romana Cambiorum 21. Iunii 1697. & 13. Januarii 1698. cor. R. P. D. meo Caprara*, contracta forent *per contanti*.

Verùm qoia in ordine ad banc totam ſummam conſtantem Petias 22300., quidquam in ſui ſatisfactionem reportare non valuit Franciſcus Nicolaus; niſi à ſolo Archiepiſcopo quantitatem Petiarum 7878., idcircò pulſavit Capitolum inſolidum obligatum pro conſecutione reſidui coràm A. C., ac inibi adverſa ejus intentioni Sententia reportata, provocavit ad Sacram Rotam, in qoa prævüs *duabus Deciſionibus cor. bon. mem. Exerix*, & R. *P D. meo de la Tremoille*, feliciùs obtinuit Sententiam canonizantem prætenſom à ſe Creditum in ſumma prædicti reſidui Petiarum 14422. una cum fructibus, qua ſanè Sententia ad trutinam confirmationis, vel infirmationis revocata *coram bo. me. Vrſino*, DD. non obſtante, quod bis coram eodem *Vrſino* reſponſum foret pro Rotalis Sententiæ confirmatione, uti liquet ex *Deciſionibus* opportunè editis *ſub diebus 26. Februar. & 4. Iulii Anni præterlapſi*, demandarunt Mihi in locum ejuſdem prædefuncti Vrſini ſuffecto, ut Caoſam tertia vice reproponerem, & dempta aliquali fluctuatione (ut infrà) circà Cambia Maritima rigidus unà cum fructibus ad rationem Petiarum 55. pro centenario computata in prædicta tota ſumma Petiarum 22300., tandem in Deciſis perſiſtendum eſſe ceoſuerunt.

Quamvis etenim Scribentes pro Capitulo robuſtè ſatagerent impugnare non minus validitatem, quàm juſtitiam Sententiæ Rotalis *R. P. D. mei de la Tremoille*, non tamen in primis reſpectu ordinis viſa eſt ſubſiſtere impugnatio validitatis ſub prætextu alterius Sententiæ antecedentèr latæ in Civitate Limana contrà Equitem Actorem ſuper abſolutione Capituli ab impetitis per eumdem Actorem ex cauſa hujuſmet Crediti, de quo
3 agitur, ex qno non revocata per viam appellationis, vel reſtitutionis in integrum prævia Actorum tranſportatione memorata priori Sententia, non licuerit Actori penitùs ex integro agere in Curia pro aſſecutione ſui Crediti, juxtà notata, & tradita per *Rot. cor. Bich. dec. 250. num. 35., & in rec. dec. 312. num. 9. par. 17., & dec. 251. n. 40. cum duobus ſeqq. par. 19. & dec. 946. n. 14. & 15. coram Card. Cerro*.

Quoniam hujuſmodi impugnatio ſeſe (ut *Logici* dicunt) habebat de ſubiecto non ſupponente; nullibi namquè docebatur de aſſerta antecedenti Sententia, niſi per quamdam etiam de per ſe minimè concludentem enonciativam emiſſam in Epiſtola per Archiepiſcopum Limanum conſcripta ad Agentem ſui Capituli in Vrbe commorantem, ac in ea nil aliod in ſubſtantia habebatur, niſi quod Capitulum reportaverat Decretum abſolutoriom in Cauſa Concurſus adverſus Creditores Joannis Franciſci olim Procuratoris Capituli, & communis Debitoris, abſquè eo, quod tamen ſciretur, ſive oſtenderetur, an inter Creditores comparuerit Eques Franciſcus Nicolaus, quodque magis

eſt,

eſt, utrùm ſuppoſiti Creditores rejecti fuerint vel ex defectu actionis, vel alia de cauſa, quævè foret vel omninò extranea à præſenti Judicio promoto in Curia, vel inefficax ad inferendum præjudicium Franciſco Nicolao actionem ſuam de cætero legitimè introducenti adversùs Capituli Limani Procuratorem in Urbe: undè non poterat congruere præmiſſa conclusio circà neceſſitatem appellandi, confirmandi, vel infirmandi Sententiam prioris Inſtantiæ, quando nedùm non conſtabat de accidentalibus ejuſdem Sententiæ, ſed nec conſtare valebat per non factam illius tranſportationē una cum Actis,
4 ſiquidem, juxtà vulgare dictum, non entis nullæ ſunt qualitates, ad *Text. in l. ejus, qui in Provincia in fin. ff. ſi cert. pet.*, *& in l. ſi ſervum, §. fin., ff. de act. empt.*, & in propoſito Sententiæ *Rot. dec. 86. n. 24. par. 16. & dec. 66. num. 13. & 14. par. 19. rec.*

Minùs ſubſiſtere poſſe compertum eſt prætenſa capita injuſtitiæ per Defenſores Capituli fuſo Calamo aut excitata de novo, aut in unum reaſſumpta; Licèt namquè eadem capita ad modum Hydræ aſſurgerent in ſeptem, & Scribentes pro parte Franciſci Nicolai, negligendo reliqua, ſivè eis non reſpondendo, putarent, melius eſſe obtruncare perniciosiora: Nihilominus Domini ſingulorum capitum ſivè ſybilum, ſivè efficaciam audire, perpendere, & contrectare non dedignantes, parvi crediderunt cenſendum eſſe primum de conflictata obligatione ſolidali Capituli; Jam enim quod Procurator Vagliadolid, Vir cæteroquin notoriæ probitatis, & vitæ inculpabilis, intellexerit, & voluerit, utendo plenitudine utriuſque Mandati, Archiepiſcopi ſcilicèt, & Capituli, utriuſque bona, ſivè utriuſque Menſæ effectus obligare, non erat ampliùs in controverſia, licèt non adiecerit expreſsè Clauſulam, *in ſolidum*, ex rationibus adductis, & hodiè non impugnatis *in Deciſione bo. mem. Urſini 4. Julii 1698. §. Denique*.

Reſpectu verò poteſtatis, cujus defectum obiiciebant hactenùs Defenſores Capituli, videlicèt, ipſum Procuratorem non potuiſſe obſtringere Archiepiſcopum, & Capitulum conſtituentes favore Equitis debendi Reos in ſolidum, ex quo in uno, ac in altero Mandato talis poteſtas minimè continebatur, agnoverunt Domini, eamdem poteſtatem in præſentibus facti circumſtantiis eſſe planam, & innegabilem; nam quemadmodùm dubia res dici potuiſſet, quandò eodem tempore, & unico contextu Archiepiſcopus, & Capitulum ſimultaneum Manda-
5 tum exaraſſent, an ſcilicet tunc vel ex obiecto individuo Canonizationis, vel ex vi verborum ejuſdem Mandati exoriri valeret obligatio ſolidalis utriuſque Conſtituentis, ſivè in hoc caſu veriſimilitèr facultas attributa uni, eidemque Procuratori obligandi utrumque Conſtituentem in ſolidùm, ex iis, quæ per *Text. in l. Reos 11. §. Cum tabulis, ff. de duobus Reis cum concordan.* diſceptavere deducti per *Surd. conſ. 154. n. 34. cum duobus ſeqq., Mantic. de tacit. lib. 15. tit. 3. n. 8. & ſeq., Cyriac. contr. 198. ex n. 4. cum pluribus ſeqq., Poſth. reſolut. 59. num. 1. & ſeq., Rot. dec. 79. num. 14. & 15. par 6. rec.*

Profectò caſus hujuſcè diſputationis nullo modò Theſi noſtræ congruebat; quoniàm diverſa, & ſeparata diverſis, & ſeparatis temporibus conſtituta fuerant (ut ab initio præmiſſum eſt) Mandata per Archiepiſcopum, & Capitulum, abſquè (quod magis eſt) relatione unius ad alterum, quapropter dum Procurator Vagliadolid oſtendendo hæc ſeparata, diverſaque Mandata intellexit, ut diximus, utriuſque facultate ſibi conceſſa peruti, palpabile videbatur, Equitem extradentem pecunias ſecutum extitiſſe fidem utriuſque ſeparati Conſtituentis, & quemadmodùm potuiſſet vel unius, vel alterius Mandati tantummodò fidem ſequendo, unum, vel alterum Conſtituentem habere legitimè obligatum in ſolidùm, ita magis utrumque potuit ſibi in ſolidùm devincere;
6 dum utriuſque Conſtituentis fidem in ſolidùm, & ſuaptè natura ſeſe totum obſtringentis ſequebatur, per expreſſam cenſuram *Textus* in longè fortioribus terminis emanatam *ab Ulpiano in l 9.*, aliàs, *Eamdem rem, ff. de duobus Reis*, in ea namquè conſideravit *Juriſconſultus* pro ſolidali obligatione arguenda, utrùm Contrahens, duorum promiſcuè, vel potius utriuſque promittentis fidem in ſolidùm fuerit ſecutus, ibi = *Eamdem rem apud duos paritèr depoſui, utriuſque fidem in ſolidùm ſecutus, vel eamdem rem duobus ſimul commodavi: fiunt duo Rei promittendi, quia non tantùm verbis ſtipulationis, ſed & cæteris fiunt contractibus, veluti emptione, venditione, locatione &c.*, atque ita de facto conciliavere diſcrepantiam Jurium, quæ emergeret ſi aliàs unica à pluribus eſſet facta promiſſio, vel exaratum Mandatum, *Pacion. de locat. cap. 26. n. 4. Carolus Antonius de Luc. ad Gratianum diſceptat. 682. n. 3.*, aliique apud iſtos.

Reciſo igitùr hoc primo conſiderabili capite in ordine ad voluntatem, & poteſtatem Procuratoris Vagliadolid obligandi inſolidùm Archiepiſcopum, & Capitulum, parum difficultatis habuit etiam ſecundum, quoad deficientiam (ut prætendebatur) poteſtatis obligandi Conſtituentes, & ſignantèr Capitulum pro Cambiis, & interuſuriis, quaſi quod idem Vagliadolid, veluti habens Mandatum poſitivè reſtrictum ad promovendam Cauſam Beatificationis, nequiviſſet illo abuti per receptionem pecuniarum ſub uſuris: Nàm Clauſulæ in Mandato contentæ ſunt adeò amplæ, & effrænatæ, ut reten-

tenta ſuperiùs inſinuata conſideratione ex-
penſarum neceſſario occurrentium in hiſcè
arduiſſimis, & graviſſimis Cauſis, nec non
locorum diſtantia, quodque nemo hodiè
eſt, qui gratis, & cum magno periculo ve-
lit mutuare pecunias recuperandas de uno
ad alterum Orbem, utiquè Domini ex his
omnibus tàm ſeorſim, quàm inſimul conſi-
7 deratis prædictas Clauſulas æquipollere cen-
ſuerunt expreſſo Mandato ſuſcipiendi pecu-
nias ſub quibuſcumque legitimis Cambiis, &
uſuris, habentes in hoc ſeſe remiſſivè ad ſin-
gulariùs diſcuſſa, & annotata in præceden-
tibus *Deciſionibus* circà importantiam prædi-
ctarum Clauſularum, ac ſubjectæ materiæ,
& ſignanter in prima *dici* 14. *Maii* 1696. *ex*
§. *Conſtat ſiquidem, uſquè ad* §. *Neque contra-
rium, cor. bon. mem. Emerix*, & in ejus confir-
matoria *ſub die* 10. *Decembris ejuſdem Anni ex*
§. *De credito, ferè uſquè ad fin. cor. R. P. D. meo
de la Tremoille*, quas poſteà Tribunal in hoc
ipſo propoſito approbavit *in Piſauren. ſeu Fa-
nen. Emphyteuſis* 3. *Iunii* 1697. §. *Superveuta
autem, cor. Reverend. D. meo Molines Decano*,
& reaſſumpſit *poſtrema Deciſio dici* 4. *Julii
proximè præteriti cor. bo. mem. Urſino a prin-
cipio uſquè ad* §. *Majorem autem*.

Incongrua autem, & penitus eidem ſubje-
ctæ materiæ inapplicabilis viſa eſt ſuperaddi-
ta ad præſens conſideratio, quod Vagliado-
lid foret conſtitutus dumtaxat ſimplex Pro-
curator ad lites, & conſequenter, quod, quid-
quid dictum fuerit in enunciatis præcedenti-
bus *Deciſionibus* de Procuratore conſtituto ad
negocia, vel mercimonia, non tamen eædem
propoſitiones applicari poſſent mero Procu-
8 ratori ad lites conſtituto, qui non poteſt ex-
cedere ipſam litem, & per Contractum fru-
ctiferum, & ſeparatum obligare Mandan-
tem, juxtà *Text. in l. ſed ſi tantùm* 14. *in prin-
cip. ff. de pact. & in l. Tranſactionis* 7. *C. de
tranſact.*, *Munnoz de ratiocin. cap.* 19. *n.* 38.
*Caſt. de Clauſ. convent. par.* 2. *Clauſ.* 61. *n.* 3.

Quoniàm, etſi ad alios effectus Cauſæ hu-
juſmodi Canonizationum præſeferant ſpe-
ciem quamdam Judicii, cùm neceſſaria ſit
citatio Promotoris Fidei, Sedes namquè
Apoſtolica ſedulò, ac maturè invigilans hu-
juſcemodi tàm gravibus negociis Beatifica-
tionum, ac Canonizationum, per expreſſa
quidem Decreta edita juſſu S. mem. Urba-
ni VIII. publicè Typis demandata poſitivè
9 præcepit, non poſſe deveniri ad ullum, vel mi-
nimum actum, niſi citato probo Viro, ac
plerumque Prælato, qui idcircò Fidei Fiſca-
lis, ſive Promotor appellatur, ut videre eſt
pœnès *Matt. de Canoniz. par.* 5. *cap.* 2. *per tot.*,
& ſignantèr *n.* 48. & 49.

At non idcircò illa talis qualis ſpecies con-
tentioſa, quæ videtur intermiſceri in eiſdem
10 Cauſis per attentam oppoſitionem ejuſdem
Promotoris Fidei, de qua teſtatur *Iacob. Pi-
gnatell. conſult. Canon. tom. primo conſult.* 249.
*n.* 20. *poſt med. & t.* 4. *conſult.* 42. *n.* 61., for-
malitèr efficit, quod ad alios fines, & effe-
ctus Cauſæ Beatificationum, & Canoniza-
tionum reputari debeant, & ſint reverà con-
tentioſæ: in Cauſis namquè contentioſis Iu-
dex tenetur ſemper ſecundùm Acta, & pro-
bata proferre Sententiam, ſed in hujuſmodi
negociis Summus Pontifex, ac S. Sedes ex-
quirit utiquè cum contradictione Promoto-
ris Fidei Vota inſignium Regularium, nec
non Prælatorum, inter quos tres ex noſtro
Ordine Seniores fixè enumerantur, ac ferè
majoris partis S. Collegii S. R. E. Cardina-
lium; verùm quia hujuſmodi Vota prò, vel
contrà Canonizationem in tàm Sacroſancto
Conſeſſu differta, ſunt ſimplicitèr conſulti-
va, quia ad ſolum Papam Divi Petri Succeſ-
ſorem pertinet hæc Illuminatio, & poteſtas
adſcribendi in numero eorum, qui Cœleſtem
Patriam ſortiti ſunt, illos, quos S. Spiritus
à Patre, Filioque procedens firmat, & inſuf-
11 flat eſſe ſcribendos; remanet propterea ma-
teria hæc penitùs extrà ſphæram Iuris forma-
lis, undè Procurator, ad hunc effectum piè
per Fideles conſtitutus, cenſetur potiùs de-
putatus ad hoc grave negocium indigens, ut
ſuprà, neceſſariis expenſis, quàm ad puram
litem, quemadmodum generaliter, & in
eadem materia, & ad alium finem recenſen-
di has Cauſas inter negocia extrajudicialia
diffusè probat *Contilor. de Canoniz. Sanctorum
cap.* 25. *ex n.* 39 & præcipuè *n.* 41., & antè
eum *Iacob. Caſtellan. eodem tract. qu.* 8. *propè
12 fin. verſ. ſed Canonizatio*: & in propoſito di-
gnoſcendi, quod hujuſmodi Judicium non
ſit omninò contentioſum, & neceſſarium,
ſed liberum, & pendens à poteſtate, & inſpi-
rata voluntate Summi Pontificis, proſequitur
*Matta de Canoniz. par.* 4. *cap.* 1. *n.* 1. 2. & 3.
& *cap.* 30. *n.* 21. & 22., *Epiſcop. de Roſa de
Exec. litt. Apoſtolic. tom.* 2. *tit. de Exec. in
Cauſ. Canoniz. n.* 20. & *ſub n.* 21. *verſ. quibus
tamen expletis*.

Neque major durities inventa eſt in abra-
ſione tertii, & quarti capitis; tertium nam-
què elatum, ſive fundatum in mera veriſi-
militudine, ex quo cùm nullibi appareret,
Capitulum Limanum, unum vel obolum
impendiſſe pro Beatificatione obtenta Servi
Dei Alphonſi, & prò Canonizatione poſt-
modùm promota, & adhùc pendente, & in
Scrinio pectoris Summi Pontificis ad præſens
reſervata, ſed univerſas, ut ſuprà, neceſſa-
rias Actorum, aliorumque rerum expenſas
prodiiſſe à ſpontanea largitione Fidelium
ſpeciali venerationi ejuſdem Beati addicto-
rum, nimiùm improbabile idcircò redderetur,
quod idem Capitulum per Mandatum
Procuratori Vagliadolid ſimplicitèr, &
quodammodò ex honeſtate tranſmiſſum in-
tellexerit attribuere facultatem obligandi
pro-

propria bona, quodque magis eſt ſub effectivis
13 uſuris, quandò regulariter in quolibet Mandato nuſquam veniunt ea, quæ ſunt improbabilia, ac inveriſimilia, ad *Text. in cap. in generali* 81. *de regul. Iur. in* 6., *Corn. conſil.* 284. *n.* 6. *lib.* 4., *Soccin. Iun. conſ.* 22. *n.* 21. *lib.* 3., *Valenzuel. conſ.* 186. *n.* 28., *Barz. dec. Bonon.* 125. *n.* 25., *Larræ, dec. Granat.* 19. *n.* 9. *in fin.*

Abſciſſum incontinenti remanſit; animadverſum quippè fuit, baſim, ſivè ſuppoſitum objectionis vel collabeſcere, vel malè fundari in ipſo facto: quia quod pecuniæ implicatæ pro memoratis expenſis Beatificationis, ac promotæ Canonizationis deſcenderent à Crumena, & largitione Fidelium particularium, nullatenus apparebat demonſtratum, immò enitebat oppoſitum ex ipſo tenore, ac viſceribus Mandati, in quo formitèr aſſerebatur, ad manus Theſaurarii ejuſdem Capituli, abſquè alia expreſſione perſonarum largientium, deveniſſe pecunias pro majori parte neceſſarias ad effectum Beatificationis, & Canonizationis; quandò tamen, non exiſtente alia juſtificatione, ſivè extrinſeca pro-
14 batione, præſumptio eſt, quod pecuniæ effectivè ſolutæ per Procuratorem ad certam cauſam, vel effectum conſtitutum cenſeantur eſſe de habitis à Principali, ſive Conſtituente, ut per *Nevizzan. conſ.* 19. *n.* 9., *Mandell. conſ.* 2. *n.* 3., *Menoch. conſ.* 81. *n.* 38., *Rot. coram Buratto dec.* 347. *n.* 4.

Quapropter ſtante prædicta enunciativa, ac aſſertione inſita Mandato, eſto millies, quod etiam inter pecunias, quas pro majori parte ſupponebatur extare ad manus Theſaurarii ipſius Capituli, reperirentur aliquæ, vel plures ſummæ promanantes à Burſa Particularium, dum tamen Capitulum prò aſſequendo plenario effectu Cultus Duliæ in perſona Servi Dei Alphonſi conceſſit Procuratori ampliſſimam facultatem obſtringendi Bona, & redditus Capituli mandantis, utique neceſſariò concludendum eſt, quod intenderit illud plus ad finem operis tàm laudabilis opportunum adjungere, & ſup-
15 plere de proprio, ad hoc, ut Mandatum non cenſeatur vanum, & inutile, & (ut dicitur) de vento, juxtà ea, quæ ad rem ponderant *Hector. Fœlic. alleg.* 1. *n.* 6. *&* 7. *par.* 3., *Staiban. Iun. reſol.* 200. *n.* 83., *Contr. diſcept.* 81. *n.* 23., *Vargas dec. Aragon.* 10. *n.* 5., *Rot. dec.* 528. *n.* 11. *cum duobus ſeqq. poſt Cenc. de Cenſib.*

Super quarto autem ſubalternante capite, nimirùm, quod ubi etiam idem Mandatum præſeferret in Vagliadolid poteſtatem obligandi Bona, ac effectus Capituli, inquantum hujuſmodi poteſtas defluere potuiſſet à voluntate Mandantium, adhùc laboraret illa præcedenti, ac majori poteſtate circà perſonas Conſtituentium, & Mandantium, qui
16 non valebant, tanquam Perſonæ Eccleſiaſticæ habentes de rebus pariter Eccleſiaſticis nudam adminiſtrationem, ullo modo obligare eadem bona Eccleſiaſtica, ſive Menſæ Capitularis abſque ſolemnitate generaliter ſancita *in Extravag. Ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alien.*, nempe ſine interventu Benepla-
17 citi Apoſtolici, cùm eædem ſolemnitates requirantur in confectione Mandati, quæ alias exiguntur in poſitiva celebratione Contractus, teſte *Olea de ceſſ. Iur. tit.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 5., *Golin. de Procur. par.* 1. *cap.* 3. *n.* 55. *& ſeqq.*, *Mell. obſerv. forenſ.* 118. *n.* 4., *Rot. dec.* 1080. *n.* 2. *cor. Seraphino.*

Domini parùm immorandum cenſuerunt, quia cùm Capitulum ſciens, & volens, omnique rationabilitate exigente exaraverit hujuſmodi Mandatum in perſonam Vagliadolid, & finis conſequendi Canonizationem proprii Antiſtitis cenſeri poſſet undequaque utilis, & proficuus non tantum univerſæ Eccleſiæ Militanti, ſed (quod propriùs erat) ſplendori, & quandoque per ſubſequi ſolitas oblationes Fidelium etiam effectivo commodo, & utilitati
18 ejuſdem Eccleſiæ Limanæ, profectò vel ex hoc motivo utilitatis tàm temporalis, quàm ſpiritualis nullæ requirebantur ſolemnitates, ſecundùm animadverſa per *Turricell. de reb. Eccleſ. non alien. cap.* 9. *n.* 26. *& cap.* 16. *n.* 1. *cum ſeqq.*, *Rot. coram Merlin. dec.* 702. *n.* 74. *cum duob. ſeqq. & dec.* 887. *n.* 13., *& dec.* 114. *n.* 37. *&* 38. *par.* 9. *rec.*

Vel in omnem caſum poſitiva, & pluſquàm æquipollens ſolemnitas interceſſerat, ex quo non ſolùm Sanctæ, & præclaræ recordationis Innocentius XI. occaſione cujuſdam Brevis directi eidem Vagliadolid indubitantèr, præſuppoſuit, eumdem Vagliadolid conſtitutum fuiſſe Procuratorem à Capitulo Limano ad hujuſcemodi præciſum effectum Canonizationis, ut in *v. ter. Summar. Actoris dato in prima propoſitione cor. bon. mem. Emerix n.* 4, ſed etiam, quia ipſamet ſubjecta materia ſecum trahebat poſitivum, ac neceſſariò præambulum aſſenſum Sedis Apoſtolicæ, & Papæ, non etenim ſignantur Commiſſiones de manu SS. Pontificum pro introductione harum Cauſarum coràm Sac. Congregatione Rituum, ipſoquemet Papa, coràm cujus Sacratiſſima Perſona tertio loco propriam opinionem, & Vota diffundit eadem Congregatio, neque ulli ulteriores actus conſumuntur, niſi maturè conſideratis & ſupplicationibus Principum, & Regnorum, Epiſcoporum, aliarumq; Illuſtrium Perſonarum, nec non ad trutinam Promotoris Fidei libratis, ac relatis eidem Papæ Mandatis Poſtulatorum præciſiùs deputatorum; Undè dum omnia hæc fieri non poterant, nec facta fuere abſque participatione, & approbatione Pontificis annuentis & Procuratori, & Judicio faciendo, conſequens eſt,
19 quod evaneſceret neceſſitas aliarum ſolemnitatum, quæ nunquam deſiderantur, quoties

tiès Contractus ſecutus eſt ſub oculis, & ap-
probatione Pontificis, ex animadverſis per
*Abb. conſ. 41. n. 3. verſ. item omnis ſolemnitas
lib. 1. Dec. conſ. 341. n. 12. verſ. & quandò conceſ-
ſio, Por. ſ. conſ. 24. n. 4. lib. 4. Gratian. diſcep. 473.
n. 19., Frances de Eccl. Cathedr. cap. 10. n. 11.,
Rot. coram Seraphin. dec. 1307. n. 1., & in Ferra-
rien. Decimarum ſuper Iure univerſali decimandi
8. Junii 1696. §. Comprobatam in fin. coram
bon. mem. Urſino*.

Ejuſdem irrelevantiæ, ac reſpectivè debi-
litatis agnitum fuit quintum caput unicè in-
20 nixum propoſitioni, quod nemo poſſit ex
proprio facto per obligationem ligare Suc-
ceſſores independentes, quales ſunt Canoni-
ci omnes, & Præbendati, qui in omni provi-
ſione nuſquam cauſam habere dicuntur ab
Anteceſſore, ſed ab Epiſcopo, vel Papa Col-
latore, per *Text. in cap. cùm veniſſent, de Inſtit.,
& in cap. 1. de regul. Iur. in 6*. Canonici etenim
moderni obiiciebant, minimè potuiſſe obli-
gari per Mandatum tàm amplè conceſſum
à Canonicis, & Capitularibus anteceſſoribus
de Anno 1651.; Præſcindendo ſiquidem ab
illa forti animadverſione, quod poteſtas tra-
dita Procuratori Vagliadolid ſapiebat po-
21 tiùs Cauſam totius corporis Capituli, quàm
ſingulorum membrorum, ſivè perſonarum
de gremio ipſius Capituli, in quibus ſanè ter-
minis obligatio ritè ſuſcepta per anteceſſo-
res ſuper bonis ipſius Collegii, Capituli, vel
Univerſitatis Succeſſores etiam ferit, & ad-
ſtringit, ut habetur *in cap. 1. de ſolut.*, ibique
præ cæteris *modern. Gonzal. n. 3, Turricell. de
reb. Eccleſ. non alien. cap. 25. n. 2., Rot. dec. 778.
ſub num. 3. par. 2. rec., & deciſ. 633. n. 3. par. 4.*
cum aliis notiſſimis.

Adhùc ex repercuſſione paritèr nudi facti
cadebat hujuſmodi caput, quia ſecundum
Mandatum Procuræ exaratum per Capitu-
lum de Anno 1664. adhæſivum, & declarati-
vum præcedentis Mandati expreſsè comple-
ctebatur Canonicos tàm præſentes, quàm
futuros; proindeque quidquid eſſet, an inter
Canonicos de tempore motæ litis ſuperex-
tantes reperirentur poſitivè in humanis ple-
rique ex eiſdem Canonicis, qui ſecundum
inivere Mandatum complexivum futuro-
rum: nihilominùs dum & Canonici moder-
niores novum rurſus confecere Mandatum
pro terminatione, & proſecutione hujus
22 Cauſæ Canonizationis, utique ex hoc ſub-
ſequenti facto per neceſſarium antecedens
ratificaſſe cenſebantur omnia præcedentia
Mandata, dum illorum proſecutioni, & con-
ſumationi intendebant, quemadmodùm
etiam in hoc propoſito benè obſervaverat
*poſtrema Deciſio cor. bo. me. Urſino ſub §. Cùm er-
gò*, & comprobat *Modern. Lucen. conſult. 178.
num. 38. & 44. & conſult. 192. num. 10., Rota
coram Coccin. deciſ. 1525. num. 6. & ſeqq., &
deciſ. 1541. n. 18.*; non enim potuiſſet ad fi-
nem perduci Canonizatio, niſi fuiſſet in-
choata cum antecedentibus Mandatis, & ex-
penſis, ideoque locum ſibi valebat vindica-
23 re Adagium, quod qui vult conſequens,
pernecesſè approbet, & velit etiam antece-
dens, ut inquit *I.C. in l. 2. ff. de Iuriſd. omn. Iud.*
cum concordan. latè collectis per *Barboſ.
axiom. 54. n. 1.*

Obtruncatis capitibus in numero (ut vi-
dimus) quinque percutientibus ipſa Man-
data, neque paritèr apud Dominos effica-
ciam ſortiri poſſe viſa ſunt alia duo finalia
capita concernentia perſonam Comitis, &
Equitis contrahentis cum Capitulo ſub in-
tuitu eorumdem Mandatorum, & Conſti-
tuentium: Illud enim in ordine ſextum,
quod idem Eques in mala fide verſatus eſſet,
ex quo cùm certò ſciret, Vagliadolid conſti-
tutum fuiſſe Procuratorem ad finem dum-
taxat poſtulandi Beatificationem Ven. Servi
Dei Alphonſi, non deberet inire primum
Cambium, quandò jam eadem Beatificatio
fuerat expleta, multòque minùs transfuſo
hujuſmodi Cambio cum illius acceſſionibus
creare ſecundum cum Procuratore, qui po-
terat cenſeri amotus à Provincia ſuæ Com-
miſſionis, eodem modo, quo non valet Con-
24 tractus ſcientèr initus cum Procuratore vel
à Iure, vel ab homine revocato, ex not. per
*Bart. in l. Diſpenſatori § 1. n. 1. ff. de ſolut. Intri-
gliol. conſ. 30. n. 54. & 55., Coſt. in tract. de
Scient. & Ignor. cent. 2. diſt. 24. n. 6., Flamin.
Chartar. deciſ. Januen. 30. ſub n. 5. ex verſ. his
tamen, uſque ad n. 16., Modernus Lucen. con-
ſult. 318. n. 29. cum ſeqq.*

Quoniam etſi ad diluendum hujuſmodi
obiectum concurreret, (ut præmiſimus) in
Vagliadolid ſecundum Mandatum decla-
rans, & præſupponens, eumdem Vagliado-
lid fuiſſe deputatum in Procuratorem tàm
pro Beatificatione, quàm pro Canonizatio-
ne finali, ut *in dicto veteri Summario coram bo:
mem. Emerix num. 3.*, quod & exigebat natu-
ra actus neceſſariò tendentis ad conſuma-
tionem operis: Nihilominùs, quatenùs per-
tinebat ad primum Cambium, illud fuerat
exaratum ad finem ſatisfaciendi Banco San-
cti Spiritus Creditori pro expenſis jam factis
ex cauſa Beatificationis in ſumma ſc. 6400.;
non etenim opus erat novo Mandato Capi-
tuli poſt Beatificationem expletam, quotiès,
proùt hic, ab ipſa Beatificatione reſultabat
neceſſitas refuſionis expenſarum, quas ante-
cedentèr nomine Capituli ſubiverat Vaglia-
25 dolid, Mandatum quippè ſemper extendi-
tur ad omnia dependentia, & neceſſariò con-
nexa cum actu principali, juxtà perpenſa
per *Rot. coram Merlino deciſ. 17. n. 15., & in
rec. deciſ. 202. n. 11. par. 12., & deciſ. 461. n. 12.
par. 14.*

Scrupuloſa autem nimis in ſequelam hu-
jus capitis apparuit prætenſio, quod Eques,
qui

qui pecnniam ſuam pro hoc primo Cambio
effectivè refuſerat Banco Sancti Spiritus, te-
neretur hodiè digito demonſtrare qualita-
tem, & quantitatem expenſarum, quas inive-
rat optimus Sacerdos, & Procurator Vaglia-
dolid; ultrà enim, quod cùm eædem expenſæ
conſiſterent in diſpunctione receputarum
aſcendentium nſque ad numerum nonagin-
ta, & octo, quævè promanabant ab aliis per-
ſonis neceſſariorum in hac materia Mini-
ſtrorum, & Artificum, nimiùm diſpendioſa,
& impracticabilis fuiſſet ſingillaris recogni-
tio manus Creditorum; Et ultrà etiam, quod
effectivè Bancus S. Spiritus (tàm ſancte in
Urbe ad levamen Pauperum, & commodum
illius celebris Archihoſpitalis erectus, & cu-
ſtoditus) creditor erat in prædicta ſumma
ſcut. 6400., nec idem Bancus ſummam hanc
credidiſſet, niſi ſolidè agnoviſſet, Vagliado-
lid expendiſſe in hanc Cauſam hujuſmodi
quantitatem; Et ultrà deniquè, quod ſemper
26 expenſæ omnes quibuslibet Adminiſtra-
toribus bonificantur, quando illæ ſunt ex
contingentia facti, & ex ſubiecta materia
vel prorsùs neceſſariæ, vel admodùm veriſi-
miles, ad ea quæ paſſim tradiderunt *Gutier.
de Tutel. par. 3. cap. 1. n. 151., Contr. diſcept. 32.
n. 13., Rot. deciſ. 765. n. 6. par. 18., in Parmen.
Expenſarum 26. Junii 1641. §. Undè hodiè,
cor. clar. mem. Card. Pauziloro, & in Romana
Pecuniaria 4. Julii proximè præteriti §. Non
obſtat, cor. R. P. D. meo Muto.*

Nonnè in præſenti Theſi ſufficere debe-
bat facultas attributa Vagliadolid ſive ex
primo, ſivè ex ſecundo Mandato pro conſu-
menda Cauſa Canonizationis, & ad hunc
effectum obligandi Bona, & redditus Capi-
tuli, & inſimul ex alia parte Epiſcopi? con-
27 trahens enim cum legitimo Procuratore
non inquirit, neque inquirere tenetur, in
quam cauſam idem Procurator verterit, aut
vertat pecunias, imputet enim ſibi, qui ta-
lem conſtituit Procuratorem liberum, & ab-
ſolutum, ut præter benè firmata *in Deciſ. diei
16. Decembris 1696. §. Abſque eo quod, coram
R. P. D. meo de la Tremoille*, habetur etiam
apud *Mandell. conſ. 452. n. 9. & 10., Strace.
de Mercat. tit. Mandati n. 27 & 28., Franciſc.
Rocc. de Mandat., & Complem. not. 46. n. 94.,
Maſtrill. deciſ. 204. n. 29., Hodiern. ad Surd.
deciſ. 156. n. 2.*

Validius (ſi tale dici poterat) erat ulti-
mum, & ſeptimum caput, quod contrà eum-
dem Equitem Actorem prorumpebat in exa-
gerata compilatione per ipſum Actorem fa-
cta in ſecundo, & tertio Cambio aſcenden-
te uſque ad Petias 22300., ex quo præciſivè
à quantitate per eumdem Equitem Acto-
rem effectivè ſoluta, adhùc in ſubſtantia
tanta ſumma Petiarum 22300. foret deprom-
pta ex calculatione, & computatione Cam-
biorum nedùm terreſtrium, Platealium, &
Nundinalium, ſed etiam Maritimorum,
quando revera nec in Procuratore aderat fa-
cultas ſumendi pecunias ad Cambia tàm ri-
goroſa pertingentia uſque ad annuas Pe-
tias 55. pro centenario, nec apparebat, benè
legitimari ſubſtantiam iſtorum Cambiorum,
quæ licèt jugitèr practicentur in Emptoriis
pro neceſſario uſu humani Commercii, &
28 negociationis, quæ eſt quintum elementum
vitæ, vel miſeriæ noſtræ, ut dicit *Bald. con-
ſil. 348. ſub n. 4. vol. 1.* adhùc tamen exqui-
rit pro ſua quidditate, ut vel pecuniæ mu-
tuentur trajiciendæ effectivè per incertitu-
dinem tempeſtatum, & Maris, vel mutuen-
tur Capitaneo, ſeù Navarco ad eumdem fi-
nem trajiciendi Mare, inſtruendique alia
opportuna in Mercibus, Stilis, Inſtrumen-
tis, aliiſque pro eadem trajectione de Terra
ad Terram per Mare facienda, itaùt in ſub-
29 ſtantia totum conſiſtat in periculo, ad cujus
periculi menſuram datur etiam in Jure, &
Mercatura recompenſa mutuanti, qui ſuam
pecuniam amitteret, ſi Navis deperderetur,
& periculum eveniret, ad ea, quæ perpen-
dentes naturam hujus Cambii Maritimi con-
ſiderarunt *Covar. var. reſol. lib. 3. cap. 2. n. 5.,
Gratian. diſcept. 589. n. 1. & ſeqq., Scacc. de
Commerc. & Camb. §. 1. quæſt. 1. n. 388. & ſeq,
Modern. Lucen. conſult. 421. n. 6., Rot. deciſ. 53.
n. 29. & ſeqq. poſt Urceol. de Tranſact.*

Cùm igitùr neque Eques effectivè mutua-
verit pecuniam trajiciendam, neque pecu-
niam dederit alicui Navarco, vel Capitan︠eo
pro comparandis rebus, ac Inſtrumentis
transfretandæ Navis, neque ullum in ſub-
ſtantia periculum ſubiiſſe videretur, quia
ſemper remanebat creditor pecuniæ mutua-
tæ Capitulo, mediante facto ejus Procurato-
ris, aſperum Informantibus pro eodem Ca-
pitulo reddebatur ſubjugare idem Capitu-
lum ſub hiſce valdè gravibus uſuris ad ra-
tionem, ut præmiſimus, Petiarum 55. pro
30 centenario, & maximè in noſtro Auditorio
juremeritò tam circumſpecto in legitiman-
dis, & approbandis uſuris, ut fuit dictum *in
Romana Cambii 26. Junii 1697. §. Quamvis
enim cor. Me*; & eſt vulgare, quod ceſſante pe-
31 riculo ceſſent hæc Cambia, ut habetur apud
*Franciſc. Rocc. de Aſſecur. not. 75. n. 283. & ſeq.
Modern. Epiſcop. Iſclan. ſelect. diſput. Iur. cap. 98.
n. 10. & ſeqq.*

At nihilominùs Domini rectè pondera-
runt pro juſtitia hujus computationis in pri-
mis non ſolùm bonam fidem ipſius Equitis
Actoris, qui cùm haberet pro ſe Inſtrumen-
tum cantans in effectivè pecunia numerata,
attamen ingennè confeſſus eſt, hanc quanti-
tatem ſecundi, & tertii Cambii, Petiarum
ſcilicet 22300., conſtari ex computatione
horum Cambiorum Maritimorum, quan-
do abſtinens ab hujuſmodi confeſſione va-
luiſſet ſaltèm in Foro Fori inſiſtere eiſdem
publi

publicis Inſtrumentis ſonantibus, Cambia creata fuiſſe in pecunia numerata, ac facultatibus ampliſſimè attributis Procuratori Vagliadolid: Sed & in ordine ad deficientem in Procuratore poteſtatem conveniendi, ſeù bonificandi hæc Cambia Maritima perpenderunt, quod Vagliadolid illimitatum habebat Mandatum, & non poterat ità de facili de uno ad alterum Orbem advenire, qui finè alia Cautione exburſaret Petias in ſubſtantia 14000. & ultrà, quamobrem Mandatum ipſi attributum cum clauſulis ampliſſimis poterat rectè interpretari, ut acciperet pecunias eo modo, quo poſſet pro aſſequenda reparatione expenſarum tàm Piæ, proficuæ, & laudabilis Canonizationis,
32 adeoùt quemadmodùm Capitulum ipſum veriſimilitèr ſeſe obſtrinxiſſet huic Contractui expectanti ſatisfactionem per tot millena milliariorum, ità valuerit Procurator optimè facere, quod Principalis feciſſet, ut eſt de natura Mandati, ad not. per *Barrett. conſ. 112. ſub n. 7.*, *Cioff. conſ. 99. n. 9. lib. 2.*, *Rauden. conſ. 21. ſub n. 111. verſ. Tertiò reſpondetur, lib. 1.*, *Hector Felic. alleg. 1. n. 10. & 11. par. 3.*, *Mart. Medices deciſ. Senen. 58. num. 26.* & maximè, quia quod actum fuit neceſſitate urgente, non Procuratori, ſed Capitulo videbatur imputandum, dum pecunias opportuno tempore non tranſmiſerat pro extinguendo ſaltèm primo Cambio, ad regu-
33 lam, quod ſi quis damnum, ſeù præjudicium patitur ex propria culpa, nequit illud allegare, ut in *l. quæro, §. Inter locatorem, ff. locat.*, *& in cap. damnum, de regul. Jur. in 6.*, *Leoncill. deciſ. Ferrar. 42. n. 12.*, *Cenſal. deciſ. Lucen. 82. n. 2. & 3. cum reliquis vulgaribus.*

Quovero ad juſtitiam, Domini præter animadverſa *in ultima Deciſione bon. mem. Urſini, §. Sicuti etiam*, periculum neceſſarium pro legitimatione talium Cambiorum, perſpectis facti circumſtantiis, ex bonò ſaltèm, & æquo reputarunt, poſſe, & debere bonificari Actori, & reſpectivè per æquipollens adfuiſſe; quoniam antè omnia apparebat innegabile, quod Actor pro medietate ex effectiva conventione ſubiverat periculum trajectionis pecuniarum, quas ſibi obtigiſſet ſolvi, & tranſmitti per Capitulum Limanum, ut *in dicto Summario cor. bo. mem. Emerix num. 13. & 15.* ibi = *A' riſico della Capitana, & Armiraglia delli Galeoni per metà*: & circà hoc Domini parùm fluctuabant, quia etſi periculum non extaret ab initio traditæ pecuniæ, extabat tamen de tempore recuperationis; ſicque ſi Capitulum actualitèr non ſolvit, & periculum ex hoc non facto occurrere poterat, culpæ potiùs, & moræ ejuſdem Capituli, quàm legitimitati Contractus in periculo
34 fundati adſcribendum erat; culpam autem nemini prodeſſe poſſe notorium eſt, *ex vulg.* de quibus *Magon. deciſ. Lucen. 33. num. 43.*, *& Rot. deciſ. 435. num. 19. par. 18. r. cent.*

Cæterùm in reſpectu alterius medietatis, ſuper qua ſtetit aliqua controverſia, tandem compertum fuit, plura ſuppetere æquipollentia capita periculi: In primis etenim occurrebat conſideratio, quod pro vero, & effectivo Capitali Petiarum 14396. quas Actor exſolverat in manibus Vagliadolid, nulli fuerant conventi fructus, niſi poſtquam idem Actor præſentaſſet Inſtrumenta Cambiorum in Civitate Limæ; & eccè unum, ſi non periculum, ſaltèm detrimentum, & præjudicium Campſoris exercentis Artem, ut diximus, Nummulariam: Rursus, quia poterant Inſtrumenta in hoc remotiſſimo, & valde periculoſo itinere deperdi, eo namque caſu, donec denuò tranſmitterentur nova Inſtrumenta ab Urbe ad Plagas Americanas ob rariſſimas, & ad minùs dumtaxat biennales occaſiones, interim Creditum remanebat infructiferum; & eccè paritèr alterum vel damnum, vel periculum Equitis: Aderat quoquè tertium periculum, quià ultra poſſibile riſicum novæ trajectionis pecuniæ à Portu Gadicen. ad Urbem, ſubire etiam Eques debebat neceſſariam diminutionem ſcut. 10. circiter pro quolibet centenario ſui Crediti, pro eo, quod vocant *el Gaſto de la Haberia*, & vulgaritèr etiam nuncupatur *Indulto*, de quo *Solorzan. de Jur. Ind. tom. 2. lib. 5. cap. 1. n. 56. & ſqq.*

Ac deniquè ſuperaccedebat, quod Eques Actor ratione retardatæ per Capitulum ſolutionis controverſi Crediti pro implendis propriis indigentiis ſuſcipere coactus fuit in Civitate Gadicen. plures pecuniarum ſummas ſub paſſiva correſpondentia fructuum ad rationem ſcut. duodecim pro centenario; adeoùt à primo ad ultimum, ſivè inſpecta medietate periculi ab initio, ut diximus, ſuſcepta per Creditorem, ſivè tot aliis eventualitatibus, & præjudiciis, nequaquàm cenſeri valeat injuſta, vel exceſſiva calculatio premii Maritimi in ſcut. 55. pro quolibet centenario, quandò præſertim de eo tempore hujuſmodi premia, ſeù Cambia contrahebantur ad longè graviorem importantiam, nempè ad rationem ſcut. 80. & 82. pro ſingulis centenariis, ut juſtificabat Actor ex *Summar. ſuper Fructibus dato in propoſitione habita cor. bon. mem. Emerix n. 2. & 3.*

Et ità, neglectis, ac ſuffocatis aliis capitibus pluſquàm ab Hydra in hac Cauſa, ut diximus, ſybilantibus reſpectu juſtificationis Cambiorum Terreſtrium, & Nundinalium, ad quæ fuere redacta hæc Cambia Maritima, ab Anno ſcilicèt 1686. ſecundùm reſoluta in *Deciſ. diei 10. Decembris 1696. §. finali, coram R. P. D. Imeo de la Tremoille*, Domini innixi datis in *d. vet. Summ. ſuper Fructibus* circà eorumdem juſtificationem, non ſinè magna, ac ſolita maturitate in hac cæteròquin effecta

Labo-

laborioſa, licèt in ſe planiſſima, ac amæniſſima Cauſa, reſponderunt; utraque &c.

## ANNOTATIO, ET ADDITIO.

Deciſiones, quæ præſentem præceſſerunt, tàm *cor. Emerix Jun.*, quàm *cor. R. P. D. de la Tremoille*, habentur hactenùs impreſſæ, una videlicèt *cor. Emerix Jun. inter ſuas in ordine la* 1332., & alia *cor. R. P. D. de laTremoille poſtCard. Albit. deIuconſtant. in Iudic. dec.* 54. Quoverò ad illam, de qua ſuprà, conceſſa fuit nova audientia, & poſteà perſtitum fuit in deciſis *die* 1. *Julii* 1699. cum ſucceſſiva expeditione *ſub die* 31. *ejuſdem Menſis, & Anni*; Undè poſtmodùm in ſequenti Volumine progreſſus, & finis Cauſæ opportunè paritèr ſuo loco enarrabitur.

Hæc Deciſio continet diverſas materias, ſivè articulos, prout ſubiectum diſputationis exigebat; Nonnulla etenim exponuntur, quæ concernunt Stylum Sacræ Congregationis Rituum, quæ præ cæteris agit iàm grave, & operoſum negocium de Canonizatione Sanctorum; Quamobrem Ego, qui eidem Congregationi adhuc aſſideo non tanquàm Sacræ Rotæ Auditor, ſed tanquàm retinens locum, quem uſque ab Anno 1691. occupavi uti Auditor æternæ recordationis Innocentii XII., aliqua in Deciſione diſſerui, quæ neceſſaria erant ad Cauſam, & quædam alia connotavi obitèr, utpotè informatus de his, quæ peraguntur in præfata Sacra Congregatione.

Curſim autem aliqua dicendo, juxtà concluſiones inſinuatas in præſenti Deciſione, notandum eſt, quod licèt rectè in iſta Deciſione fuerit affirmata obligatio ſolidalis ergà Capitulum Eccleſiæ Limanæ, non tamen id congruiſſet, quandò (quemadmodùm fuit hactenùs ſuffragantibus omnibus DD. diſputatum)ageretur inter Socios Bancariæ Rationis diſceptantes inter ſe; nam cùm portio pertinens ad Magdalenam de Tarpignet's per unum ex Sociis renovantibus Rationem in Urbe nomine *Gandolfi, e Roſſi*, fuerit immiſſa in Negocium renovatum, cœpit prætendere Magdalena pro recuperanda hujuſmodi portione, agere in ſolidum contrà omnes novos Conſocios, & ab initio obtinuit: ſed poſtmodùm reaſſumpta diſputatione extitit recepta, ac canonizata diſtinctio, quod obligatio ſolidalis da-
35 tur contrà Socium, ubi nomine communis Menſæ contraxerit cum tertiis Creditoribus, ſecùs autem, quando Socius, ut in hoc caſu, portionem propriam Magdalenæ nomine proprio, & non Sociali ſuſceperat, & immiſerat in Tabernam, tunc etenim extrà ratam Socii immittentis nulla dabatur actio ſolidalis, ſivè contrà Tabernam, ſivè contrà Conſocios, proùt videre eſt *in Romana Hæreditatis* 18. *Junii* 1700., *&* 7. *Martii* 1701. *coram R. P D. Priolo*.

Quando verò) proſequendo materiam Deciſionis) quæſtio ſit è converſo ſuper conſtitutione plurium Procuratorum, utrùm nempè hi poſſint ſejunctìm agere, ſeù contrahere pro Conſtituente, itaut facultas unicuique illorum cenſeatur attributa in ſolidum, nec nè, diſtinguere opus eſt, quod vel
36 conſtitutio plurium Procuratorum facta fuit in diverſo Inſtrumento, vel Charta, ac diverſo tempore, & tunc, niſi contrarium præſeferat littera præciſa, ceſſat hæc controverſia, quia per ſecundam Chartam Procuræ cenſetur prima revocata, niſi ſuppleat bona fides Tertii contrahentis, *Gratian. diſcept. forenſ.* 201. *n.* 15. 16. *&* 17. *ibique Carol. Anton. de Luc. n.* 19. *verſ. quapropter*.

Solùm quippè in concernentibus contractum Matrimonii hoc ſibi qualitas ſubiecti
37 vindicat ſingularitatis, ut Matrimonium non teneat contractum vigore primi Mandati, quando à Conſtituente fuit exaratum ſecundum, cùm etenim voluntas debeat uniri de tempore celebrati Matrimonii, hæc amplius dici nequibat adeſſe eo ipſo, quod Conſtituens illam alteraverat mediante electione alterius Procuratoris, *Sanchez de Matrimon. tom.* 1. *lib.* 2. *diſp.* 11. *n.* 6. *& ſeqq.*, & ſignantèr *n.* 10. *in fin.*, *Rota cor. Vbald. dec.* 310. *n.* 3. *& per tot.*

Fortiùs verò, ſi duo Procuratores extiterint deputati in eadem Charta, ſivè Inſtru-
38 mento, tuncque regula eſt, quod unus ſinè altero quidquam operari non poſſit, quodq; nullatenùs valeat tàm in Judicio, quàm extrà obligatio Principalis, *Golin. de Procurat. par.* 1. *cap.* 4. *n.* 101.

Fallente hac regula, quoties vel expreſſa, vel ſub aliis verbis interclusa appareat Clau-
39 ſula, *inſolidùm*, unuſquiſque etenim eo caſu ſolidalem habet poteſtatem obligandi Principalem ſinè Collega, per *Tex. in cap. ſi duo, de Procurator. in* 6. *ibique* communitèr *Scribentes*, *Grotian. diſcept.* 201. *n.* 3. *ibique Carol. Anton. de Luc. n.* 1., *Golin. de Procurat. par.* 1. *cap.* 4. *n.* 101., & ibi paritèr *Carol. Anton. de Luc. n.* 10.

De modo æquipollenti Clauſulæ *inſolidùm*, plura proponuntur, & approbantur per *Do-*
40 *ctores*, videlicet ſi Conſtituentes promiſerit ratom habere quidquid ab eis, & ab aliquo eorum geſtum fuerit, *Gratian. d. diſcept.* 201. *num.* 5. 6. 7. *&* 8., *Golin. de Procurator. par.* 1. *d. cap.* 4. *n.* 101. *verſ. nota quod verba*, & priùs *n.* 94.

Sicuti paritèr ſi dictum fuerit, *utrumque ipſorum*, aut, *quemlibet ipſorum*, ſivè etiam, *& alterum ipſorum*, quoniam Clauſulæ, ſeù verba accipiuntur diviſim, & diſtribuunt cuilibet officium inſolidum, ut per *Gratian. d. diſcept.* 201. *n.* 9. 12. *&* 14., *Carol. Anton. de Luc.*

*Luc. ad Golin. de Procur. d. par. 1. cap. 4. n. 10. ſub verſ. limitatur.*

Limitatur quoquè eadem regula, quando
tractatur de Mandato ſpeciali ad certum fi-
42 nem; & effectum, quia ſi unus de pluribus
Procuratoribus ſpecialitèr impleat illum cer-
tum finem, & effectum, non eſt ultrà curan-
dum, an malè, vel benè egerit ſolus hic Pro-
curator, *Gratian. d. diſcept. 201. à n. 20. ad
totum n. 28.*, Ricc. *collect. 1444. infrà med*

Rursùs ceſſat eadem regula in negociis
43 Mercantilibus, quia data commiſſione plu-
ribus Procuratoribus, ratio Commercii facit,
ut unuſquiſque intelligatur deputatus inſoli-
dùm, ſibique imputet Conſtituens, ſi pro fa-
ciliori Commercio, ſuovè Intereſſe plures
deputaverit, *Gratian. d. diſcept. 201. ſub n. 93.
verſ. Et quid in mandatis Mercatorum, & n. 94.
& 95.*, *Ricc. d. collect. 1444. propè fin.*

Deniquè (prætermiſſis aliis caſibus, qui
facilè apud præmiſſas *Authoritates* poſſunt
44 deſumi) limitatur præfata regula in contra-
ctibus Procuræ Romæ exaratis, nam Formu-
larium Urbis inter cæteras Clauſulas continet
etiam illam, *in ſolidum*, teſte *Gratian. loco ci-
tato n. 69. & 70. Ricc. d. collectan. 1444. in fin.,
Rot. cor. Ludoviſ. dec. 284. n. 4., & ibi Ad-
den. n. 10.*

Habetur in præſenti Deciſione concluſio,
quod abſtractivè anteceſſor non valet obli-
gare ſucceſſorem in Officio, ſeù Dignitate,
cum limitationibus jam datis, & pro muni-
mento ejuſdem regulæ adnotatione dignus
eſt caſus examinatus in celebri Cauſa *Toleta-
na Decimarum de Capilla*; cùm enim Sententia
*Martini Andreæ* condemnaſſet Archiepiſco-
pum Toletanum ad ſolutionem Decimarum
per ſe, *vel per alios* perceptarum, adeòut in
proſecutione Judicii hodiernus D. Cardina-
lis Portocarrero Archiepiſcopus Toletanus
fuiſſet declaratus debitor in eximia nimiùm
quantitate ſcut. 340000., & ultrà cor. R.P.D.
Priolo Judice Executore præfatæ rei Judica-
tæ *Martini Andreæ*, ut in illius *Deciſ. diei 13.
Junii 1698.*, nihilominùs in gradu reſtitutio-
nis in integrum commiſſa Mihi Cauſa, cun-
ctis DD. ſuffragium differentibus, injuſtiſſi-
ma viſa fuit hæc condemnatio prælaudati
D. Cardinalis, & ex hoc capite principalitèr
conceſſa fuit reſtitutio in integrum, ut con-
ſtat *ex Deciſione diei 23. Martii 1699.*, & 14.
*Junii 1700. cor. Me.*

Reſtaret aliquid adnotandum in materia
Cambii Maritimi, quod ab aliquibus ni-
miùm genericè confunditur cum diſpoſitis
45 *in cap. naviganti, de uſuris*, & de hoc agunt
*Epiſcopus Rocca ſelectar. diſp. cap. 98., Leotard.
de uſur. quæſt. 23., Giballin. eodem tract. lib. 2.
cap. 4. art. 3. à n. 20. & ſeqq., Rot. poſt Urceol.
de tranſact. dec. 53.*

Ad propoſitum verò hujus controverſiæ
Cambiorum, poſt editum à Me Tractatum
*de Commerc. & Mercat.* habui caſum practi-
cabilem inſimul, & curioſum; Cùm etenim
Foro ceſſiſſet Bononiæ famoſa olim Ratio
Bancaria Jo: Franciſci Daviæ, quidam ne-
gociator *D'Allè* crediderat eidem Rationi
quaſdam Schedulas mutui, ſeù *Pagarò* ad ſui
favorem cantantes pro obtinendis litteris
Cambii ſolvendis Lugduni ſibi, vel ejus Ad-
jecto, ſubſequuta interim decoctio Ratio-
nis d. Jo: Franciſci Daviæ effecit, quod Mer-
cator Lugdunenſis, cui erant directæ litteræ
ſolvibiles ipſi *D'Allè*, vel ejus Adjecto, de-
negavit ſolutionem earumdem litterarum
conſcriptarum à Davia, cumque paulò poſt
efformatus fuerit Concurſus ſuper effectibus
ejuſdem Daviæ, nolebat *D'Allè* comparere
in Concurſu, in quo, juxtà Statutum Bo-
noniæ, ſatisfactionem tantummodò reci-
pere poterat proportionabilitèr cum aliis
Creditoribus *per æs, & libram*, & intende-
bat ſuas Apocas, & Schedulas recuperare,
ſivè liquidare; Ego autem à Capitibus Cre-
ditorum Rationis requiſitus, Diſcurſum
cum fauſto (ut audivi) eventu efformavi,
ſic incipien.

Caſus, de quo agitur, videtur undequaq;
planus, & abſolutus; ſufficeret enim reſpon-
dere, quod ſtante celebri diſpoſitione *Statu-*
46 *ti Bononien.* mandantis, quod omnes Credito-
res, qui intrà quatriennium contraxerunt,
ſivè hypothecarii ſint, ſivè ſolam perſona-
lem actionem habentes, teneantur in bonis
Ceſſantium concurrere per æs, & libram,
excepto Credito dotali, vel Cameræ Bono-
nien., ut latiùs *in cap. 68.* ejuſdem Statuti,
Pars adverſa non doceat eſſe, ſeù verſari in
caſu alicujus ex præfatis limitationibus, ad
hoc, ut contrà eamdem Partem ſit pronun-
ciandum, ut alias definivit eadem *Alma Ro-
ta Bononien. in Deciſ.* regiſtrata *apud Caſtald.
conſult. 137. n. 19. & 42.*, ubi referuntur plu-
res *deciſ. Sacræ Rotæ Romanæ* in approbatio-
nem, & commendationem ejuſdem Statuti;
47 & in ſpecie, ob exceptionem ſolius Crediti
dotalis, & Cameræ Bononien. factam ab eo-
dem Statuto; hoc argumenti genere uſa eſt
*Rot. deciſ. 503. per tot.* & ſignantèr *n. 15. 16.
& 17. par. 14. et dec. 76. n. 7. et ſeqq. par. 15.*
ubi paritèr, quod ſtante hoc Statuto illud
compræhendit in verbis quoſvis Creditores
etiam Inſtrumentarios, & habentes quaſvis
hypothecas, & credita cujuſvis conditionis,
qualitatis; & privilegii licèt digni ſpeciali
48 nota, itàut non recipiat aliquam reſtricti-
vam, ſed indiſtinctè intelligendum veniat
de omnibus, exceptis tantummodò Creditis
dotalibus, & Cameræ prædictæ, & prius dictũ
quoque fuit *in deciſ. 627. n. 3. & ſeqq. cor. Bich.*,
ſuper qua etiam ſcripſit, idemque firmavit
*Card. de Luc. de Credit. diſc. 10. per tot.*

Tantum verò abeſt, quod de prædictis,
vel alia ſufficienti limitatione doceatur, vel
poſſit

Digitized by Google

poſſit edoceri, ut potiùs evidenter appareat de contrario: Siquidem Creditum *D'Allè* unicè conſiſtit in eo, quod quidam Mercator Lugdunenſis noluerit ob ſubſecutam decoctionem Ioannis Franciſci Daviæ, ſivè Rationis Bancariæ ſub eo nomine cantantis implere tractam, ſivè ſolvere litteras Cambii, quas ad ejus favorem ſcripſerat præfata Ratio Bancaria, & reſpectivè direxerat eidem Mercatori Lugdunen.; in his namquè
49 terminis utiquè non video, quod *Doctores* de hac Nummularia materia tractantes aliam impartiantur actionem ad commodum Adjecti, ſeù recipientis præfatas litteras contrà Scribentem, niſi viam, ſeù Mandatum executivum pro reſtitutione pretii, pro quo idem Adjectus litteras à Scribente obtinuerat, quemadmodùm videre eſt apud *Card. de Luc. de Camb. diſc. 22. n. 2. & 3. et de Iudic. diſc. 42. n. 27. et diſc. 37. n. 63.* & eſt pleniſſima *dec. 334. per tot. par. 5. rec*, cum aliis plenè relatis *in Modern. Tract. de Commerc. et Mercat. diſc. 1. ſub n. 8. et diſc. 77. ſub n. 7.*

Quin etiam in hoc caſu, quia ſolent litteræ proteſtari, ſeù redire proteſtatæ, ubi non ſequatur illarum ſolutio, & adimple-
50 mentum, refundenda quoquè ſunt ſuper bonis Scribentis, ſeù datoris litterarum damna, & Intereſſe paſſum ab Adjecto, nam, ut examinat practicus, & doctus *Turr. de Camb. diſp. 2. quæſt. 13. n. 9. et ſeqq.*, quotiès litteræ non implentur per ſolutionem ejus, cui dirigebantur, ex tali defectu, ſeù carentia perfectionis inſurgit jus, & actio agendi pro eodem Cambio contrà datorem litterarum, ad inſtar emptionis, in qua, re non tradita, datur actio ex empto, quod & Me ſcribente, ad finem concurrendi cum cæteris Creditoribus, deciſum fuit *in Romana, ſeù Januen. Pecuniaria de Menſe Iunii 1689. §. 1. et ſeq. cor. R.P.D. Caprara.*

Atque his, quæ non videntur de ſtylo, vel de Iure ullam habere difficultatem, opportunè præmiſſis, corruunt omnia, quæ de cætero ingenioſè per exadverſò Scribentes promoventur; ſi enim ex eodem Cambio oritur actio contrà datorem litterarum, ut monet *Turr. in loco mox alleg.*, conſequens eſt, quod nullo modo poſſit agi vigore primæ traditionis, ſeù prætendi vindicatio Apocarum, quæ fuerunt traditæ pro conſequendis litteris Cambii directis Lugdunum: Et nihilominùs parum relevat, quod pro obtinendis eiſdem litteris Cambii conſignatę fuerint Apocæ, vel exburſatæ pecuniæ numericè, & effectivè, quia Apocæ, ſeù quæ-
51 cumque alia res, quæ traditur in hoc caſu æſtimata per veram æſtimationem, tranſit perneceſsè in dominium datoris litterarum, & induit rationem pecuniæ numeratæ, ut pulcherrimè tradit idem *Turr de Camb. diſp. 1. qu. 2. ſub n. 11. et ſeqq*, ubi oſtendit, quod cùm pretium requiratur pro creatione Cambii, parùm officit, quod pretium ipſarum litterarum, & Cambii proveniat à nomine debitoris ceſſi, vel à Mercibus, vel à Prædiis, & *ſub n. 13.* ubi proſequendo demonſtrat neceſſitatem interventus pretii, & *ſub n. 14.* ſubdit, hoc pretium, ſeù pecuniam ſaltèm requiri formalitèr, virtualitèr, vel in ſpe, & ibi exemplificando inquit = *formalitèr, quandò datur res æſtimata: virtualitèr, quandò datur nomen debitoris, vel ipſius recipere debentis; in ſpe, quandò alias recepturus ſequitur fidem repræſentare debentis*, (hoc eſt receptoris litterarum, ſeù Adjecti,) poſteàque concludit per hæc aurea verba = *Sed quocumque tandem modo fiat, induere ſemper debet rationem pecuniæ numeratæ*, hancque *Doctrinam* retuli, & ſecutus ſum *in d. Tract. de Commerc. & Mercat. diſc. 31. ſub n. 19.*

Dum igitùr Apocæ fuerunt appretiatæ, ac induerunt naturam pecuniæ numeratæ, perneceſsè tranſlatum fuit dominium Apocarum in Rationem Bancariam, quæ de-
52 dit litteras; duo enim in hoc caſu Contractus celebrantur, alter nempè venditionis earumdem Apocarum, quarum pretium brevi manu cenſetur numeratum ipſi Creditori earumdem Apocarum, & ab eo poſteà datum Mercatori pro litteris Cambii obtinendis, juxtà *Text. in l. ſingularia, ff. ſi cert. pet. & in l. 3. §. Sed ſi debitorem, ff. de donat. inter Vir., & Vxor., Caſtren. in l. & elegantèr num. 6. verſ. perindè etiam, ff. de pignor. act.*, & alter Cambii pro pretio fictè numerato per recipientem ipſas litteras: undè in caſu
53 ineffectuationis prædictarum litterarum poterit quidem agi per ſpeciem actionis ex empto, juxtà ſuperiùs tradita cum *Turr.*, ſed numquam rei vindicatione, ut credimus ad ſenſum patere, & faciunt in ſimili deducta per *Gratian. diſcept. 962. n. 31. & ſeqq.*, & meliùs per *Rot. deciſ. 151. n. 23. par. 19.*, ubi dictum fuit, agendum eſſe ex empto, & ex ſecundo Contractu, non ex primo, quandò in partem pretii cujuſdam emptionis fuit excomputata Societas Officii, licèt Emptor, qui excomputavit, re empta remanſerit ſpoliatus, fingebatur enim mediante præmiſſa excomputatione pretium Societatis brevi manu, ſeù loco prioris crediti recepiſſe.

Et magis in terminis habemus caſum apud
54 *Fontanell. dec. 124. per tot.*, ubi quis pro conſequendis litteris Cambii tradiderat quaſdam Merces, cumque eædem litteræ non fuiſſent impletæ per eum, cui fuerant directæ, nulla contigit dubitatio, quominus agendum eſſet ad refuſionem valoris litterarum in pecunia, non autem ad recuperationem Mercium.

Neque hic intrant termini, an habita fuerit fides de pretio, necnè, dum (ut vidimus) ipſæmet Apocæ deſervierunt pro pretio nume-

numerato, & pro ſubſtinendo Cambio poſt receptionem virtualem ejuſdem pretii factam à *D' Allè*, ipſum poſteà ab eodem fuiſſe exburſatum Rationi Bancariæ: Doctrina autem *Scacc. deCommerc.& Camb.§.2.gloſſ.5. ex n.322. cum ſeqq.* exadverſò laudata, diverſam omninò percutit quæſtionem, nempè, an dator litterarum per ipſam dationem earumdem litterarum remaneat liberatus ab
55 obligatione contracta pro Cambio, & utiquè, quia recipiens eaſdem litteras eas recipit ſub ſpe recipiendi ſolutionem, non dicitur, ſeù cenſetur liberare Scribentem, ſed niſi fuerit moroſus in exhibitione earumdem litterarum, habet regreſſum contrà eumdem Scribentem pro Cambio, quod nos non negamus, immò expreſsè admittimus, & admiſit *Fontanell.d.dec.124. n.3. & ſeqq.*, & reliqui omnes allegati *ſub §. Tantum verò cum ſeq.*, & ſignantèr *Rot.d.dec.334.n.6.& 7. par.5. rec.*, ſed nemo ſomniavit dicere, quod habeat alium regreſſum, quàm actionem ex empto, & vigore ſecundi Contractus, ſeù Cambii, à quo non remanſit liberata Ratio Bancaria per ſimplicem traditionem litterarum.

Minùſque relevat, quod Apocæ receptæ per Rationem eſſent ſolvibiles poſt aliquot Menſes, quodque periculum idcircò remaneret inexactionis apud *D' Allè*; quoniàm ex natura, & quidditate Cambii ceſſant, ut ſuprà, hujuſmodi diſcurſus, nam ſi quantumcùmq; ſtatis temporibus ſolvibiles Apocæ prædictæ ſortiri de neceſſe debeant vim pecuniæ numeratæ, & effectivæ, remanent
56 extranea ea, quæ afferuntur cum *Olea de ceſſ.Jur.tit.7. quæſt 3.n.18.& ſeq.*, cùm caſus ab eo examinatus ſupponat præcedens Creditum ex parte recipientis nomen debitoris, itaùt deinceps ſolummodò inqiratur, utrùm eadem receptio, vel aſſignatio debitoris facta fuiſſet pro ſoluto, vel pro ſolvendò debito jam præexiſtente: ſed quando (prout hic) pro creatione Cambii requiritur vera, vel ficta numeratio pretii, eadem numeratio præcedere debet, & ſic non poteſt cenſeri pro ſolvendo, vel pro ſoluto, ſed fingitur (ut ſuprà exemplificavimus) milliès ſolutum pretium Apocarum Rationi Bancariæ, & rursùs ab ea, recepto brevi manu eodem pretio, creatum Cambium, Quamobrèm quotiès eædem Apocæ non potuiſſent exigi, valdè dubitandum eſſet, an ex præmiſſa ratione ullum intentare poſſet regreſſum, vel actionem Ratio Bancaria contrà *D' Allè*, vel in omnem caſum competiiſſet actio de evictione, vel ex empto, firma ſemper remanente translatione, & acquiſitione dominii: Addito, non eſſe novum,
57 quod periculum ex pacto, vel ex lege ſit Venditoris, & nihilominùs dominium ſit translatum in Emptorem, ut præclarè firmat Gomez *var.tit.de empt.& vendit.ſub n.32 verſ.quid autem*, *Altograd.conſ 9.ſub n.31.32. & 33.lib.1.*, optime etiam *Rot.in Romana, ſeù Tuſculana Pecuniaria* 13. *Maii* 1689 *§. Nam quidquid ſit in fin.cor. R.P.D. Urſino*, egregiè *Surd.conſ.38.n.11.& 12.* cùm aliis *in d tract. deCommer.& Mercat.diſc.6.n.13.& diſc.8.n.7.*

Suppoſita autem, & ſanè revera incontrovertibili translatione dominii Apocarum in Rationem Bancariam, quodque plus eſt, implicita, & neceſſario ſubintelligenda ſolutione pretii, fruſtratorium eſt reſpondere ad id, quod ſubiungitur, quod in ſubſidium dari debeat actio Creditori ad rem propriam vindicandam; Quia ſi pretium fuit fictè receptum, de plano etiam ſequitur, quod pro Credito extincto nulla valeat actio, vel rei vindicatio concedit: *Doctrinæ* vero exadverſo allegatæ loquuntur, quoties hæc implicita ſolutio non adeſt, & nihilominùs ſi talis æquitas ſubſidiaria mereretur attendi, fruſtrà in illa *Bononien. Diſcuſſionis cor. Bich.d.deciſ.627.*, & apud *Card. de Luc. d. diſc. 10.de Credit. per tot.*, & ſignanter *num.21.& ſeqq.*, ad interpretationem noſtri Statuti fuiſſet examinatum, & meliùs relictum examinandum, an ſtante adiectione Præcarii facta ad favorem Venditorum illarum Mercium appareret de reſervatione dominii, quæ excluderet operationem noſtri Statuti, cùm utiquè Venditores in illo caſu agentes ſuper Patrimonio Decocti, à quo non habuerant, nec poterant habere ſatisfactionem, agerent de ſubſidio, ſivè in ſubſidium, ac potuiſſent ſuper eiſdem Mercibus, vel earum loco ſubrogatis agere rei vindicatione, vel evocatoria.

Et ob id contrà exempla paritèr extranea, nonnè paſſim habemus, quod niſi de ſpeciali hypoteca, vel reſervatione dominii caverit Venditor in traditione rei ſuæ, ſemper
58 poſtponitur omnibus, & quibuſcumque Creditoribus, etiam præſupponendo, prout ſupponere neceſſe eſt, quod aliundè recipere nequeat ſatisfactionem, & ſic tractetur de ſubſidio, ut apud *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.gloſſ.2. par. 8. num.70.*, *Grivell. deciſ. Dolan.56. num.1.*, *Mell.obſer.for.25. num.50.*, *& obſerv. 112. n. 13.*, pleniſſimè *Adden. ad dec.16.ex num.93.uſquè ad 115.par.8.Caſtald. conſult.63. num.3.*, ubi quod Venditor nulla fruitur prærogativa reſpectu aliorum Creditorum Emptoris, & eſt in hoc Textus litteralis *in l.Procuratoris 5. §.Planè ff. de tribut. act.*, ibi - *ſed ſi dedi Mercem meam vendendam, & extat, videamus, nè iniquum ſit, me in tributum vocari; & ſi quidem in creditum ei abii, tributum locum habebit*: & de facto ſuper hoc motivo, quod ſalva veneratione nullam dotem mereri poſſe videtur, ſtabit pro reſponſione ad *Salgad*, exadverſò allegatum *idem Salgad.par.2.cap.24. n.20. & ſeqq.*, ubi ait,

59 ait, quod hæc actio in ſubſidium intelligitur, quando alii non extant Creditores, & vix eſſet tolerabilis hæc ſubſidiaria avocatio, quandò alii Creditores, vel Tertii foverent cauſam lucrativam, ad terminos *l. ſi me, & Titium ff. ſi cert. pet.*, pròut referendo *Calvin.* alioſque annotavi ipſe *de Commerc. & Mercat. d. ſ. 5. num. 22.*, & alibi.

## BONONIEN. PRÆDII.

*Veneris 23. Januarii 1699.*

## ARGUMENTUM.

Licèt in venditione regulariter veniat quidquid eſt expreſſum inter Confinia, & non ultrà, tamen quandò conſtat de intentione Partium, ſeù ex aliis circumſtantiis id reſultat, extenditur, & compræhendit venditio etiam ultrà id, quod continet Confine, maximè, quandò agitur de unico Prædio, & quantitas pretii excedit valorem ejus, quod infrà Confinia comprahenditur. Legata Domo, quando veniant Apothecæ ſubtus eandem Domum exiſtentes, & plura hinc indè cumulatur pro earum incluſioue, vel excluſione. Excavatio Lapidicinæ in privato Fundo non admittitur invito Domino, quando non agitur de re pretioſa, in qua cadant Regalia Principis.

## *SVMMARIVM.*

1 *Contractus venditionis, & contextualis conductionis cum pacto affrancandi frequens eſt, & uſitatus in Civitate Bononiæ.*

2 *Locatori finito tempore locationis competit manutentio.*

3 *Aſſociatio competit habenti pro ſe clauſulam* conſtituti, & Præcarii.

4 *In venditione, ſeù conceſſione non venit aliud, niſi illud præcisè, quod ſub Confinibus expreſſis includitur.*

*Limita, quandò aliundè conſtat ex partium voluntate, quod Confinia ſint poſita erroneè, vel demonſtrationis cauſa, n. 5.*

6 *Expreſſio Coloni, qui Prædium laborat, præfertur expreſſioni Confinium.*

7 *Prædium dicitur unicum deſtinatione Patriſfamilias, quamvis efformetur per terras, Foveas, & Agros inter ſe ſeparatos, & diſtantes.*

8 *Parochia dicitur unica, licèt conſiſtat in Domibus, vel ſuper perſonis alibi, quàm in proprio Circumdario conſparſis.*

9 *Teſtibus informatis multùm venit deferendum.*

10 *Teſtes plenè probant contrà inducentes.*

11 *Re vendita ad menſuram, non obſtante finium appoſitione, venit totum id, quod menſuræ correſpondet.*

12 *Pactum francandi, ſeù redimendi minuit pretium in tertia, ſeù quarta parte.*

13 *Ex quantitate pretii deſumitur, quid fuerit compræhenſum in venditione.*

14 *Nemo præſumitur velle jactare ſuum.*

15 *Clauſula*, cum omnibus juribus, & pertinentiis, *facit, ut veniant pertinentiæ, etiam extrà Confines exiſtentes, & n. 16.*

17 *Petium terræ exiſtens intrà Confines alicujus Tenutæ venditæ, quandò eſt undequaque circumdatum à lateribus ejuſdem Tenutæ, compræhenſum cenſetur in venditione, ſeù contractu.*

18 *Numerus tornaturarum, quandò fuit inceptum à corpore, cenſetur ſtare potiùs demonſtrativè, quàm taxativè; ſecùs, ſi fuerit inceptum à numero.*

19 *Dictio*, uſquè, *excludit terminum, quandò ille eſt Iuris publici, vel alieni.*

*Secùs, quandò ſpectat ad vendentem, ſeù concedentem, num. 20.*

21 *Appellatione Domus, Apothecæ, & ſimilium, quid veniat in contractu, remiſſivè.*

22 *Domus appellatione an veniant Apothecæ ſubtùs eam exiſtentes, totum pendet à conjecturata voluntate diſponentis, & n. 29.*

23 *Domus appellatione venit Apotheca, quandò in diſpoſitione apparent deſignati Confines, ſub quibus intercluditur etiam Apotheca, & num. 32.*

*Item quandò ad Apothecam patet aditus per ipſam Domum, vel aliàs illa inſervit pro uſu, & commoditate Domus, d. n. 23.*

*E' converſo autem Apotheca non compræhenditur appellatione Domus, quandò habet aditum in via publica, & ſeparatìm locatur, num. 24.*

*Præſertim, ſi de Domo facta eſt mentio abſquè ſpecificatione Confinium, ſub quibus includatur etiam Apotheca, ibidem.*

25 *Scriptura non dicitur relativa ad aliam ex eo ſolùm, quod illam enunciet, ſi deficiat Clauſula* - ad quam &c.

*Vide tamen n. 33.*

26 *Repetitio non admittitur in odioſis, & pœnalibus, niſi adſint verba clara.*

27 *Qualitas adiecta diſpoſitioni, ipſam diſpoſitionem declarat.*

28 *Legatum relictum conjunctæ perſonæ non debet latè, ac favorabilitèr interpretari, quandò hæres exiſtit in pari gradu conjunctionis ergà Teſtatorem.*

30 *Apothecæ veniunt ſub legato Domus, quando fuerunt acquiſitæ ſub eodem contractu, & pretio cum ipſa Domo.*

*Item quando ipſemet Teſtator, dum viveret, obtinuit ad ſui favorem declarari, Apothecas eſſe de appendiciis Domus, n. 31. & 35.*

34 *Legato uſufructu Domus non tenetur legatarius illam inhabitare, ſed poteſt aliis locare, licèt ſecùs eſſet, ſi ei fuiſſet ſimplicitèr legata habitatio.*

36 *Conjectura ſemel rejecta nequit iterùm adduci, aut in aliqua haberi conſideratione.*

37 *Teſtator præſumitur inter æquè Conjunctos æqualitatem ſervare voluiſſe.*

38 *In venditione generali venire poſſunt non expreſſa ſpecialitèr, quandò ſunt compræhenſibilia ſub generalitate verborum.*

39 *Vendito Fundo cum pacto Lapidicina ibidem exiſtens poſſit excavari ad libitum Venditoris*

an

*an id intelligatur privativè quoad Emptorem.*

40 *Gratiæ Tertio non citato præjudiciales, ſunt ad viam Juris reducendæ.*

41 *Excavatio in privato Fundo nunquam permittitur invito Domino.*

42 *Fodinæ, quæ non continent Metalla, ſeù lapides pretioſos, non ſunt de Regalibus Principis, ſed poſſunt pertinere ad Privatos.*

43 Textus in l. cuncti, C. de Metallariis lib. 11. *in quibus terminis procedat.*

44 *Prælatio in excavatione ad publicam utilitatem facienda, competit Domino Fundi, & n. 45. ubi declaratur.*

46 *Impetrans à Principe Gratiam excavandi in fundo Privati, tenetur refundere Domino ipſius Fundi integram æſtimationem omnium rerum, quæ in eo reperientur.*

## DECISIO LXIX.

EXoriente ab eodem Inſtrumento Tranſactionis, ac reſpectivè dationis in ſolutum, quam Fratres de Rubeis iniverant favore Comitiſſæ Franciſcæ circà Prædium nuncupatum *del Reno*, duplici remedio manutentionis, ac etiam Aſſociationis, Domini in conflictu Judicatorum in Partibus, & reſpectivè in Curia coram A. C. (etſi Lucretia, tamquàm herede ejuſdem Comitiſſæ Franciſcæ, hodiè dumtaxat informante) opinati ſunt ad normam poſterioris Judicati, utrumque remedium citrà hæſitationem congruere Actrici, non jam pro medietate, ut in Partibus, ſed ad totalitatem Prædii memorati, ut rectiùs in Tribunali A.C. fuerat definitum.

Quoniàm cùm iidem Fratres de Rubeis in diſſolutionem debiti, quo tenebantur ergà Franciſcam Comitiſſam pro ſumma, & quantitate librarum 12000., tradiderint ſub eadem Tranſactione in ſolutum ipſi Comitiſſæ prædictum Prædium *del Reno*, & ſimultaneè (ſicuti paſſim practicari conſuevit in illa Regione) per actum contextualem denuò receperint idem Prædium datum in ſolutum ſub titulo locationis duraturæ ad ſexennium
1 cum pacto affrancandi ipſum Prædium durante ſexennio, ſecutaque affrancatione per viam effectivæ refuſionis earumdem librarum 12000. illud poſtmodùm perpetuo retinendi, juxtà naturam hujuſcemodi Contractuum, quos veluti frequentes in illa Provincia benè explicat *Urceol. conſult. for. 59. ſub princ.*, *Rot. dec. 48.* paritèr *in princ. cor. Card. Cerra, & in Bononien. Affrancationis 23. Februarii 1674. §. 5. cor. bo. mem. Bourlemont.*

De plano ſequebatur, quod nullatenùs ſecuta actuali infrà prædictum ſexennium affrancatione, ſicque per expirationem pacti remanente integro effectu transfuſionis Dominii penès Comitiſſam Franciſcam, ſtante primordiali datione in ſolutum, de qua ſuprà, utiquè eò ipſo expiraverat quoque
2 ſubalterna locatio reſtricta ad eamdem intercapedinem ſexennii, & conſequentèr citrà dubium competebat Franciſcæ, ejuſque hæredi manutentio, quæ ſemper, finita locatione, niſi alia probabilis exceptio reſultat, Domino conceditur, ad not. per *Bart. in l. 1. §. Ait Prætor n. 17. ff. uti poſſid.*, *Poſth. de manut. obſer. 16. n. 49.*, *Pacion. de locat. cap. 65. n. 29. cum ſeqq.*, *Rot. dec. 105. n. 4. & 5. cor. Sa. mem. Alex. VIII.*, *& in Bononien. Domorum 17. Aprilis 1682. §. Undè cùm Laurea, cor. clar. me. Card. Matthæjo.*

Proùt non minùs competebat Actrici alterum quoque in hoc caſu compatibile remedium Aſſociationis; quoniam ceſſata per terminationem præfati ſexenni locatione, reviviſcebat Dominium jam translatum in ejus Auctricem vigore Tranſactionis, ac dationis in ſolutum, & ſtante Clauſula *conſti-*
3 *tuti.* ac *Precarii* poterat Actrix pro effectu recuperationis proprii Dominii petere, & aſſequi Aſſociationem, ex trad. per *Card. de Luc. de Iudic. diſc. 44. n. 28. & ſeqq.*, *Rot. cor. Arguell. dec. 75. & deciſ. 86.* utrobiquè *n. 1. & dec. 187.* paritèr *n. 1. par. 10. rec.*, *& in Bononien. Aſſociationis ad Palatium 7. Junii 1680. §. Quibus concurrentibus, & ſeq., & 2. Maii 1681. §. Cùm enim, cor. bo. mem. Urſino.*

Hæc circà ordinem: Reſpectu autem totalitatis Prædii, pro qua, non autem pro medietate conceſſa fuit manutentio, & inſimul Aſſociatio, viſum fuit, relevare non poſſe unicum obiectum, quod aliàs deduxerant, ac rursùs deducere valuiſſent Fratres de Rubeis, nimirùm quod deſignata apparerent in præcitato Inſtrumento Tranſactionis, ac dationis in ſolutum certa Confinia hujuſce Prædii *del Reno*, quibus ſanè obſervatis non veniſſet, niſi medietas, ex quo eadem medietas, & non totum ſub eiſdem Confinibus
4 includebatur, quando tamen regularitèr in quacumque conceſſione, venditione, aut alio ſimili Contractu non venit, niſi illud præcisè, quod ſub Confinibus in conceſſione, ſivè contracto expreſſis includitur, ſivè continetur, ad *Text. in l. ſi fines 10. C. de evict.*, *Gratian. diſcept. 657. n. 26. & ſeqq.*, *Franciſc. Palm. conſult. 89. n. 15.*, *Rot. coram Merlin. deciſ. 245. n. 1*, *& cor. Ceſ. dec. 35. n. 6.*, *& in Bononien. Appartamenti 27. Febr. 1679. §. Secundò per deſignationem, cor. clar. mem. Card. Taya.*

Non etenim impugnabatur, ſivè impugnari poterat hujuſmodi regula in abſtracto, ſed eadem regula paſſim fallit, quotiès contrarium in ſubſtantia facti per Juridicas, & convincentes demonſtrationes demonſtratur, nempè quod Partes expreſſerint Confinia vel erroneè, vel gratia ſimplicis demonſtrationis, non verò poſitivæ reſtrictionis in-
5 trà ipſa Confinia; quamobrem, ſi quid ultrà eadem Confinia concedere, ac transfer-

re intellexerunt, deſignatio Confinium non officit, quominùs illud plus ſuprà Confinia extradi debeat Emptori, vel alieri Conceſſionario, ſicuti patet per *Text. in l. Patronus 34. §. Libertis, ff. de leg. 3. Gloſ. in l. cum ſervo 63. verbo demonſtratione, ff. de contrahen. empt. Auguſt. Bero: quæſt. famil. qu. 48. per tot., Mantic. de Tacit. lib. 4. tit. 9. n. 4. in fin. & n. 5 cum duobus ſeqq. Pacion. de locat. cap. 23. n. 12. & ſeqq.*

Applicando autem ad rem, in primis fortior enituit pro compræhenſione totius (ultrà Confinia ſimplicitèr demonſtrata) expreſſio, ac ſpecificatio emiſſa in Inſtrumento dationis in ſolutum per deſignationem Coloni, ut ibi = *Una Poſſeſſione di Terra arativa, arborata, e vitata con Caſa &c. Lavorata di preſente da Sabatino Amorotti*: Quamobrem cùm appareat, & foret incontroverſibile, præcitatum Colonum de eo tempore ſe ſe exercuiſſe circà totum Prædium *del Reno*,
6 etiam ſuprà memorata Confinia, hæc utique individuatio, ac expreſſio Coloni prævalebat demonſtrationi Confinium, juxtà quam ſola medietas prædicti Prædii *del Reno* compræhenſa extitiſſet in ipſa datione in ſolutum, quemadmodum in fortioribus procul dubio terminis punctualitèr, & optime reſpondit *Scævola I. C. in d. l. Patronus, §. Sempronio, ff. de leg. 3.* cujus opportuna verba juvat hìc recenſere -- *Sempronia ita legavit: Sempronius ſumito Prædio ea omnia, quæ ſunt uſque ad Prædium, quod vocatur Gaas, finibus Galatiæ ſub cura Villici primi, it aùt hæc omnia inſtructa ſunt; quæſitum eſt, cùm in eorum confinio Prædiorum unum ſit Prædium non Galatiæ, ſed Cappadociæ finibus, ſub cura tamen ejuſdem Villici, an etiam id Prædium cum cæteris ad Sempronium pertineat: Reſpondit, & hoc deberi* -- cum quo ſanè *Textu* figurante demonſtrationem Confinium etiam de Provincia ad Provinciam procedunt quoque *Menoch. conſ. 337. n. 17., Odd. conſ. 21. n. 68., Simon. de Præt. de Interpr. ult. vol. lib. 4. interpr. 1. dubit. 7. n. 41., Merlin. Pignatell. contr. for. cent. 2. contr. 83. n. 8., Gizz. in obſer. ad Capyc. Latr. dec. 37. n. 9. & 10., Surd. dec. 241. ſub n. 20. verſ. per quam rationem, Rot. cor. Merlin. dec. 316. n. 27., & dec. 295. n. 3. par. 14. rec.*

Clarius autem ſecundo loco, quia nullum verbum in præcitata datione in ſolutum legebatur, ob quod Partes cogitaſſent reſtringere dationem in ſolutum ad ſolam medietatem, aut alteram quotam, ſed indefinite dictum fuerat -- *Una Poſſeſſione di Terra arativo chiamata la Poſſeſſione del Reno*, ſicque dum Fratres de Rubeis ſeſe in tradendo Poſſeſſionem hanc in ſolutum expreſſerant per verba univerſalitatem importantia, non poterat fieri ulla diminutio per annotationem Confinium (ut diximus) labefactatam à fortiori demonſtratione Coloni; aliqua namque difficultas ſubeſſe potuiſſet, quotiès iidem Fratres de Rubeis plures Poſſeſſiones à diverſis Villicis, & Colonis laboratas propè Renum poſſediſſent, ſed quandò effectivè non detinebant in præfato loco, niſi unam Poſſeſſionem ab eodem Villico cuſtoditam, profectò parùm intereſt, quod eadem Poſſeſſio interſecaretur ab aliis Poſſeſſionibus, vel Prædiis, quodve eorum Confinia deſigna-
7 rentur, ſtante namque indefinita, ſivè univerſali traditione intra uſus, vel Judicium Patrisfamilias, qui poteſt, & quotidiè ſolet conſtituere unam Poſſeſſionem, vel Prædium, licet hoc efformetur per Agros, & Terras inter ſe diſtantes, interſecatas, ac diviſas, ut per *Text. in l. Seiæ 20. §. Tyranno, ff. de fund. Inſtruct.* communitèr docent *Menoch. d. conſ. 337. n. 19., Caſtill. contr. Jur. lib. 3. cap. 62. ex n. 23. cum pluribus ſeqq.*, & ſignantèr *n. 34., Capy. Galeot. contr. forenſ. lib. 1. contr. 22. per tot.* & præcipuè *n. 9. & n. 14. cum ſeqq., Surd. d. dec. 41. n. 13., Rot. cor. Cavaler. dec. 146. n. 3. & dec. 160. n. 1., & in rec. dec. 120. n. 3. & 4. par. 6., & dec. 506. n. 8. & ſeqq. cor. Bichio.*

Idque videmus etiam in nobiliori materia
8 Spirituali; quandoquidem Parochia, quæ ex deſtinatione Papæ, vel Epiſcopi in ſe eſt quid unum, non deſinit eſſe talis, licèt conſiſtat in Domibus, vel ſuper Perſonis alibi præter proprium Circumdarium conſparſis, juxtà perpenſa per *Card. de Luc. de Paroch. diſc. 24. n. 3.*

Quodque ità res in ſui veritate ſe haberet, apparuit etiam ex depoſitione Teſtium in præcedenti Inſtantia inductorum per eoſdem Fratres de Rubeis: ii namque Teſtes deponunt, integrum Prædium *del Reno* eſſe conſtitutum, & reſpectivè conſparſum, & diviſum in tres petias, ſivè Campos, ad quos, & non ad alios petebat Actrix manutentionem, vel Aſſociationem; quodvè prædictis Teſtibus plena fides deferenda eſſet, ambigi non poterat, tùm quia, vel erant Coloni
9 ejuſdem Prædii *del Reno*, vel finitimas Poſſeſſiones exercebant, ſicuti notat *Odd. d. conſ. 21. n. 9., Simon de Præt. de interpr. ult. volunt. d. lib. 4. interpr. 1. dub. 7. num. 48. fol. 390., Pacion. de locat. d. cap. 23. n. 72.*, & quia demùm
10 fuerant inducti per ipſos Fratres de Rubeis, quo caſu certum eſt, (niſi aliud obſtet,) ſemper probare contrà Inducentes, ad notata per *Rot. dec. 9. n. 14. & dec. 72. n. 3. par. 15., & dec. 35. n. 4. par. 19. rec.*

Tertiò magis, quia in Inſtrumento dationis in ſolutum Partes aſſeruerunt, Poſſeſſionem venditam eſſe capacem ſeminis Corbarum 20.; cumque adamuſſim ex depoſitione prædictorum Teſtium integrum Prædium, non autem illius pars capax ſit recipiendi ſemen in enunciata quantitate, inde fit, quod totum Prædium fuerit in Contractu compræhenſum, ut in propoſito rei venditæ ad
11 talem menſuram, quod non obſtante certa finium

Digitized by Google

finium appoſitione, nihilominùs veniat ſub
venditione totum id, cui magis eadem menſura,
& capacitas aptatur, & convenit, habetur ex *Riminald. Sen.conſ.93.n.19.in fin.& n.21.& ſeqq., Bero quæſt.famil.48. n.2.in fin. verſ.tertia conjectura, Rot. cor.Cavaler. dicta dec.146.ſub n.4.*

Quartò in idipſum conſpirat animadverſio, quod Fratres de Rubeis paulò poſt dationem in ſolutum occaſione univerſalis diviſionis inter eos ſecutæ devenerunt ad electionem Periti, qui æſtimavit inter cætera Prædium, de quo agitur, in lib. 16666., illudque pro eodem pretio aſſignatum extitit in portione Com: Neſtoris, quod quidem pretium ad unguem correſpondebat dationi in ſolutum factæ Comitiſſæ Franciſcæ: quamvis etenim eadem datio, ut diximus, ab initio ſecuta fuerit pro libris duntaxat 12. mil.
attamen quia adiectum fuerat in illa pactum francandi, de plano (ſublata, ſeù defalcata
12 ejuſdem pacti importantia,) quod ſemper minuit vel in quarta, vel in tertia valorem veri pretii, & maximè, quando idem pactum ex conventione exerceri poteſt, ut erat ad præſens, per ſolutiones minutatim faciendas teſte *Covarr.var.reſol.lib.3.cap.10.n.1., Rot. deciſ.64.n.12.& 13.par.4.tom.2. recent. deciſ.2.n.10.par.15., deciſ.77.n.5.par.19., & in Bononien. Appartamenti 27. Februarii 1679. §. Nam præmiſſo, cor.clar.me.Cardinali Taja, ubi concord.*; palpabilis, ut præmiſimus, emergebat correſpondentia pretii, verique valo-
13 ris: data autem hujuſmodi pretii correſpondentia, nulla melior demonſtratio dari poteſt ad oſtendendum, quod Contrahentes integrum Prædium emere, & reſpectivè vendere intellexerint, ut omiſſis generalibus in præciſis terminis obſervant *Surd. conſ.13. n.37., Everard. Jun. conſ.38. num.38. & 39. lib.1., Spad.conſ.321.n.4.& 5.lib 2., Mantic. de tacit. lib 4. tit.9 n.11., Hyeron. de Mont. de fin. regund. cap.95. n.8., & 9., Bero dicta quæſt.48.n.1.& 2., Capyc.Latr.deciſ.57.n.8. cum duobus ſeqq., Rot.coram Seraph.deciſ.932. n.13., & coram Royas deciſ.352. ſub num.6. verſ.ulteriùs, & n.7. & ſeqq., & in Romana Cenſus 7. Februarii 1681. §. Maximè quia, cor. clar.me.Card.Vicecomite.*

Quintò prævalidè adſtipulabatur effectiva conductio hujuſmodi Prædii contextualiter inita, ut diximus, ad ſexennium per ipſos Fratres tranſigentes, ac dantes in ſolutum pro annua reſponſione libr.480.; Cùm enim tàm ex deſcriptione facta in Inventario bonorum hæreditariorum Jacobi illorum Patris, quàm ex Inſtromento diviſionis, de qua ſuperiùs, integrum Prædium ſolitum eſſet locari pro libris 500., imperceptibile idcir-
14 cò, vel ſaltem nimis improbabile reddebatur, quod ſi Fratres de Rubeis intellexiſſent tradere in ſolutum ſolam tantummodò partem Prædii, voluiſſent illam unico contextu conducere pro annua penſione correſpondente ad locationem integri Prædii, contra omnem præſumptionem, de qua in terminis *Rot.deciſ.283.n.27.coram Dunoz.Sen deciſ.520. num.73. par.14. recent., & deciſ.13. n.34. in fine poſt Pacichell. de diſtant*, & faciunt in hoc ipſo propoſito animadverſa per *Menoch. dicto conſ.337. n.28., et de præſumpt.lib.3.præſumpt.73.n.6., Mantic.de tacit. lib.5. tit.3.n.9.*, *Rot. d.deciſ.283. n.26. coram Dunoz. Sen.*

Sextò denique pro majori, & exuberanti præmiſſorum, quatenùs opus eſſet, corroboratione intercedebat, quod Contrahentes in præcitato Inſtrumento Tranſactionis declararunt tradere, & reſpectivè recipere in ſolutum Prædium -- *del Reno* -- cum omnibus ſuis pertinentiis, ſub illis Clauſulis ſalutaribus & opportunis -- *E altri più veri Confini* -- necnon, quod idem Inſtrumentum deberet *ſtenderſi latiſſimamente alla forma del Clauſolario de' Notari di Bologna*; undè dum non minùs ex pacto, quàm ex vi Formularii dati *in Summ.* Actricis *num.4.* præſervati noſcuntur veriores confines, ſi qui forent, vel ſucceſſivè apparerent, & ulteriùs juxtà idem Formularium extendi deberet Contractus ad omnia annexa, cohærentia, & pertinentia, quæ de Jure, conſuetudine, aut de facto rei venditæ accedere, & ſpectare poſſent, profectò ex hac ipſa dubitatione Partium, & extenſione facienda ad normam Formularii, corruebat in radice tota amaritudo dubitandi, quæ cum verſaretur in eo, utrùm totum Prædium cum omnibus ſuis partibus, etiam inter ſe diſparatis, ſub Contractu cenſeri deberet comprehenſum, utique præſcindendo etiam ab adductis demonſtrationibus undequaque proſternentibus unicam
15 conjecturam Confinium, ſola Clauſula *cum omnibus Iuribus, et pertinentiis* adiecta in viſceribus Inſtrumenti, & ſubintelligenda per relationem ad Formularium, talem operabatur effectum, ex ponderatis per *Cæphal. conſ.144.num.19.et ſeqq., Surd.conſ.429.n.2. et 3., Mantic. de tacit. lib.13.tit.23.n.34. et ſeqq., Cyriac.contr.311.n.9.cum ſeqq., Rot.deciſ.297.num.9.par.14. recent.*, & magis in in-
16 dividuo, non obſtante ſcilicet expreſſione certorum Confinium, quod ea non obſtante ſub nomine *pertinentiarum*, veniant etiam partes extrà Confines exiſtentes, quotiès ſunt partes integrales rei venditæ, liquet ex *Caldas de empt.et vendit.cap.22.n.21.*

Coruſcante igitùr ex præmiſſis, quod totum Prædium comprehenderetur in datione in ſolutum, Domini juremeritò non curarunt de extrajudicialibus Atteſtationibus quorumdam, ſeù duorum aſſ. Peritorum deponere ſatagentium, valorem ſolius medietatis Prædii controverſi aſcendere, & ſupe-

rare libras 12.mil., pro quibus ſequuta erat datio in ſolutum: Quia nimis ad oculum contemnendi remanebant, utpotè ſuffocati (ultrà cæteros defectus, quod ipſimet fatebantur de eorum inſcitia circà ſtatum antiquum, quodque ſteterant ad dictum, & complacentiam Coloni actu inſervientis Fratribus de Rubeis) à poſitivo Inſtrumento appretiationis, ac diviſionis initæ inter eoſdem Fratres, ut ſuprà, & ab aliis evidentibus demonſtrationibus, quæ citrà ſimplicem conjecturam pretii palpare ſeorſim etiam faciebant, totum, & integrale Prædium reverà, & præter hæſitationem traditum undequaque fuiſſe in ſolutum.

Et ità pro Lucretia Informante reſponſum fuit &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

CUM hæc Deciſio prodierit una dumtaxàt Parte informante, & nonnulla in facto aſſerrentur per Succumbentem, conceſſa fuit adversùs eamdem Deciſionem nova audientia, & ſucceſſivè repropoſita Cauſa permanſum fuit in deciſis, cum ſubſequenti expeditione per Sententiam, ut infrà ordine ſuo demonſtrabimus.

Reſpectu verò materiæ contentæ in Deciſione, quidnam venire cenſeatur in locationibus, venditionibus, aliiſve Contractibus, tractare ſolent paſſim *Scribentes* in ſuis ſedibus, quapropter tantummodò attingam aliqua, vel magis practica, vel magis per ſui ſingularitatem, adnotatione digna; Præter enim regulam juxtà concluſiones adductas in Deciſione, habemus, quod corpus, ſivè Pe-
17 tium exiſtens intrà Confines alicujus Tenutæ, vel univerſitatis venditæ, ſivè conceſſæ, quando eſt undequaque circumdatum à lateribus ejuſdem Tenutæ, ſeù univerſitatis, compræhenſum ſemper cenſetur in conceſſione, ſivè contractu, per *Text. in l. Æde Sacra, §.1. ff. de contrahen. emption., Roman. conſ. 5. n. 1. in fin., Mantica de tacit. lib. 4. tit. 9. n. 4.*

Hinc advertendum eſt, longè differre inter ſe, locatum, vel venditum fuiſſe corpus, & univerſitatem, ſivè locata, aut vendita fuiſſe tot Rubra tornaturæ, vel petiæ terræ: Pri-
18 mo etenim caſu, quia fuit inceptum à corpore, numerus tornaturarum, & Jugerum ſtare potiùs cenſetur demonſtrativè, quam taxativè, ſecùs autem, ſi fuerit inceptum à numero, ut plenè diſtinxit *Rota in Ariminen. Bonorum 4. Iulii 1678. cor. Bourlemont.*

Solet paſſim, occaſione hujus quæſtionis examinari, an dictio *uſque* excludat, vel includat terminum, cui adiicitur in locatione, vel venditione, aliave conceſſione, & in abſtracto nequit aliquid determinari, quia ubi terminus, ad quem ponitur dictio *uſque*, pertinet ad Publicum, vel ad alium Domi-
19 num, hæc utique dictio *uſque* includit omnia contenta, ſivè clauſa in dicto termino, & non includit eumdem terminum, tanquàm juris publici, vel alieni, quod nemo conceſſiſſe, aut vendidiſſe reputatur; Unde talis dictio *uſque* (exempli gratia) *uſque ad flumen A.* dicitur facere terminum terminativum, & excluſivum iſtius fluminis, *Pecch. de Servitut. cap. 9. quæſt. 19. n. 27., Rot. deciſ. 195. n. 14. par. 8. rec., & cor. Emerix Jun. deciſ. 1086. n. 6.*

Quotiès verò terminus, quem attingit, ſeù
20 deſignat dictio *uſque*, ſpectat ad concedentem, ſeù Venditorem, undè ceſſat præſumptio excluſiva diſtractionis rei publicæ, vel alienæ, adhùc ſuboritur alia quæſtio, an idem terminus includatur in conceſſione, ſivè venditione, illaque dirimitur à quæſtione, de qua ſuprà, utrùm idem terminus includatur ſub corpore, vel menſura rei, nam tunc continetur, ſecùs autem in caſu contrario, prout exemplificando, *uſque ad talem Araorem*, ſivè ea ſit pars Fundi, necnè, monuerunt *Bald. in l. fin. ff. de Senat., Barboſ. dict. 437. à n. 7. cum ſeqq. & n. 13.*

Generalitèr autem quid veniat in conceſſione, ſeù venditione Domus, Apothecæ,
21 fundi, cum ſimilibus, ut diximus, conſiderarunt *Scribentes*, ac *Tractantes* in ſuis ſedibus, inter quos præcipuè *Mantica de tacit. lib. 4. tit. 9.*, & magis ſingullaritèr *Jo: Baptiſta Thoro in ſuo voto dec. 46. par. 2., Surd. dec. 134. Gizzarelli. deciſ. 32, Capyc. Latr. deciſ. 37.* cum copioſis ibidem *Additionatoribus*.

Id autem, quod diſputatur in conceſſionibus, aut Contractibus inter vivos, ex identitate rationis, ex quo agitur de interpretanda voluntate, locum ſibi vindicat in Teſtamentis, aliiſque ultimis elogiis, & ideò recenſendum duxi quoddam Reſponſum per Me exaratum de Anno 1679. ſuper interpretatione legati cujuſdam Domus, an & compræhenderet Apothecas, illudque eſformatum in ſenſu veritatis ſic incipit.

Anna de Carmiuatis in ſuo poſtremæ voluntatis elogio titulo uſufructus reliquit Franciſco Fratri Germano, in proprietate autem ejuſdem Franciſci filiis quamdam Domum, quam ipſi Teſtatrici legaverat Alexander illius frater, verùm quia in Teſtamento Alexandri per verba prægnantiora legebatur habitatio præfatæ Domus eidem Annæ relicta, adeoùt ipſius Teſtamenti vigore, Anna non ſolùm conſequuta fuerit ipſam Domum, ſed etiam Apothecas ſubtùs illam exiſtentes, dubitari propterea contingit in ſenſu veritatis, utrùm & in hoc ſecundo legato facto ad favorem Franciſci, ejuſque filiorum prædictæ Apothecæ cenſendæ veniant compræhenſæ.

In hac igitùr difficultate duæ videntur eſſe inſpectiones, una ſcilicèt Juris in abſtracto,

ſto, & altera perſpectis facti circumſtantiis
22 in concreto; quoniam cùm iſta quæſtio re-
vera tota pendeat ab interpretatione volun-
tatis, congruum, & opportunum reputari
ſolet, firmare priùs Theoricam Iuris, ut
exindè dignoſcatur, an ex coniecturis, &
adminiculis ab ipſa Iuris regula recedi de-
beat, ad ea, quæ egregiè in terminis iſtius
præciſæ quæſtionis reſpondit *R.P.D. meus de
Luc. lib.11. de legat. diſc.8. num.8.*

Quatenùs itaquè pertinet ad primam par-
tem, licèt *Scribentes in l. Olimpico, ff. de ſerv.
Urban. Præd. & in l. Prædiis, §. fin. ff. de legat.3.*
diverſimodè, ac cum conſueta ingeniorum
ſciſſura illarum intellectum extorquere vi-
deantur, adhùc tamen ſtrictè, & reſolutivè
procedendo cum iis propoſitionibus, & fun-
damentis, quæ deſuper habentur in praxi re-
cepta, certum eſt, quod ea magis communi-
tèr canonizata videtur diſtinctio, quod vel
23 appareat in Teſtamento deſignati Confi-
nes, intra quos etiam claudantur Apothecæ,
vel ex deſtinatione Teſtatoris eædem Apo-
thecæ pro uſu, & commoditate ipſius Do-
mus exiſtunt paratæ, ut (ex gr.) ſolet eve-
nire, quandò aditus ad Apothecas tanquàm
domeſtico ſervitio inſtructas ſolummodo pa-
tet per ipſam Domum, & in hiſcè caſibus
nemo dubitat, quod in legato Domus Apo-
thecæ quoquè contineantur, ex iis, quæ ple-
nè deducuntur per *Pacion. de locat. & conduct.
cap.23. ex num.30. cum ſeq., Surd. conſ.207. n.3.*
& facit *Text. in l. Seio, §. Tyrannæ, ff. de fund.
inſtruct., Mantic. de conject. lib.9. tit. 2. n. 36.,
Cancer. var. reſ. l. par.3. cap.20. n.149. & 150.,
Gratian. diſcept.126. n.6. & ſeqq., Celſ. dec.35.
num.2., & in rec. deciſ.79. num.5. par. 19.*

Aut verò è converſo (ut præſupponitur
in præſenti (ipſæ Apothecæ ſoliæ fuerunt
exteris Artificibus locari, atque ad eas, ut-
potè ad ſervitium ejuſdem Domus minimè
24 paratas, ingreſſus patet ex ſola Via publica,
nullique habentur deſignati Confines; &
hoc pariter caſu ſinè contradictore rece-
ptum eſt in oppoſitum, nimirùm quod Apo-
thecæ non veniant in legato Domus, juxtà
firmata per *Gabr. conſ.94. num.11. cum ſeqq.
lib.2., Giovagnon. conſ.33. n.16., Surd. d. conſ.
207. num.12. verſ. quarè Domunculæ, Marilian.
dec.92. per tot., Rot. dec.243. n.27. & 28. par.5.
rec., & in Romana Executionis Laudi coram
Arguell. deciſ.43. num.13. repetit deciſ.77.
num.12. par.10.* confirmata *in deciſ. 93. n.9.
coram eodem Arguell.*

Hinc proindè ponderato primo puncto,
ac niſi Domus, de qua agitur, relicta foret
cum demonſtratione, ſeù enunciatione an-
tecedentis legati, cujus vigore obtentæ quo-
què fuerunt Apothecæ per Teſtatricem, in-
trepidè reſpondendum eſſet, Apothecas non
compræhendi in eodem legato: Sed tran-
ſeundo ad ſecundam inſpectionem, utrùm
ſcilicet in caſu noſtro ob prædictam demon-
ſtrationem, ſeù enunciationem, & ex aliis
facti circumſtantiis veriſimilitèr conſtet de
voluntate contraria ejuſdem Teſtatricis,
adeòut recedendum veniat à præfata regu-
la Iuris in abſtracto excluſiva compræhen-
ſionis.

Prima facie pro excluſione repetitionis
ejuſdem qualitatis, ac reſpectivè compræ-
henſionis Apoſtolicarum in ſecundo legato
duo maximè videntur argumenta militare:
Primò nimirùm, quod præfata verba enun-
ciativa alterius Teſtamenti ibi - *l' uſufrutto
della Caſa laſciata ad eſſa Signora Teſtatrice dal
quondam Aleſſandro Carminati nel ſuo Teſta-
mento* - revera non videntur concipi poſſe re-
lativè ad eaſdem qualitates repetendas, &
juxtà eamdem amplitudinem verborum ex-
preſſam in primo Teſtamento, quoniam
cùm in ſecundo deficiat Clauſula *ad quod &c.*
25 dicitur etiam de communi ſenſu *Doctorum*
deficere relatio, adeòut eadem verba dum-
taxat appoſita cenſeantur ad demonſtran-
dam occaſionem, propter quam ipſa Teſta-
trix Domum acquiſiverat, ut benè diſtin-
guit *Rot. coram Bich. deciſ. 664. n. 1. & ſeq.*
& meliùs *in Ferrarien. Tenutæ Diamantinæ 13.
Maii 1676. §. Prout minùs ſubſiſtit in fin. coram
Albergato, quæ eſt deciſ.712. num. 11. & ſeq.
par.18. tom.2. rec.*

Certiùs, quia in prædicto primo legato
ulterius iniungebatur legatariæ onus habi-
tandi in ipſa Domo ſub individua, ac ex-
plicita pœna privationis, ideoque ſi velle-
mus, poſtremum illud legatum eſſe ad alte-
rum relativum, neceſſe eſſet, quod etiam
eadem pœna privationis habenda foret pro
26 repetita, & tamen unanimitèr concludunt
*Doctores*, quod in odioſis, & pœnalibus non
admittitur iſta relatio, ſed verba requirun-
tur clara, & literalia, ex firmatis per *Me-
noch. conſ.220. num.84. & ſeq., Dec. conſ.567.
num.6. Surd. conſ.421. num.62. & 64.*

Secundò magis, quia Teſtatrix poſt lega-
tum uſusfructus Domus ſtatim ſubjungit -
*e Mobili, che ſono dentro*; ac propterea cùm
nulla Mobilia exiſtant in Apothecis de do-
minio Teſtatricis, quævè poſſint in legato
venire, per conſequens præfata adiectio le-
gati Mobilium explanare videtur omnem
27 difficultatem, ex inconcuſſa propoſitione,
quod qualitas adiecta diſpoſitioni, diſpoſi-
tionem ipſam declarat, *Imol. in l. hæredes pa-
làm 21. §. Si quid poſt num.8. ff. de Teſtam., Crot.
conſ.50. n.8., Cyriac. contr. 21. n. 98 & 99.*

Juncta præſertim altera non minùs clara
concluſione, quod ſcilicet quamvis præſens
legatum appareat relictum conjunctæ Per-
ſonæ, ideòque regulariter latè, ac benignè
deberet interpretari; nihilominùs quia hæ-
28 res quoquè reperitur in eadem qualitate
conjunctionis, & ſanguinis, non tantum
ener-

cuervatur dicta præſumptio favorabilis le-
gatario, ſed etiam nullo modo venit ab ea-
dem regula recedendum, propter quam in
dubio favore hæredis reſpondendum venit,
ut ille minùs, quàm fieri poteſt, pergrave-
tur, ut in ſpecie ait *Cæphal. conſ. 14. n. 21., Surd.
conſ. 207. n. 17. & ſeq., Manſ. conſul. 186. n. 25.
& ſeq.,* Rot. *coram Arguell. dec. 43. num. 49.*

Verùm licèt iſta, præcipuè accedente
Theorica Iuris ( ut in primo puncto ) ali-
quam facere videantur impreſſionem, adhùc
29 tamen perpenſa veriſimili voluntate, & uni-
cè in hujuſmodi controverſiis ſpectanda,
contrarium in ſenſu veritatis exiſtimarem
fore cenſendum, adeòut non ſolùm conie-
cturæ proximè recenſitæ pro hærede cedere
debeant infraſcriptis long potentioribus,
ſed etiam, quod iſtæ militantes pro legata-
rio prorsùs infringant regulam Iuris de cæ-
tero, ut ſuprà, aſſiſtentem hæredi.

Siquidèm admittendo quoquè, quod præ-
fata verba — *laſciata ad eſſa Signora Teſtatrice
&c.*, non ſint ſufficienter relativa ad primum
Teſtamentum, adhùc tamen negari nequit,
quod ſaltèm manifeſtè denotent originem
acquiſitionis Domus factæ per Teſtatricem,
quæ cùm fuerit conjuncta cum Apothecis,
nimiùm conſideratio iſta perſtringit ad cre-
dendum, quod paritèr illa voluerit Apothe-
cas cum ipſa Domo legare; dum in proxi-
mis terminis, in quibus eadem profectò mi-
litat ratio, *Doctores* uno ore tradiderunt,
30 quod ſi Domus ſub eodem tecto, & funda-
mentis exiſtens fuerit per Teſtatorem acqui-
ſita ſub eodem Contractu, & pretio cum
Apothecis, tuncque Apothecæ paritèr ve-
niant in legato cum Domo, ex quo ob in-
dividuitatem, ſeù unicitatem acquiſitionis
ab initio, quæ pariformitèr, ut diximus, in
caſu noſtro concurrit, conſtare dicitur de
præciſa voluntate non ſeparandi Domum
ab Apothecis, ex collectis per *Bartol. in dicta
l. Prædiis, §. Balnea, & §. fin. ff. de legat. 3., Alex.
conſ. 223. lib. 2., Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 2.
n. 37., Gcovagu. conſ. 33. n. 5. & num. 15. lib. 1.*

Fortiùs verò, & extrà hæſitationem, quia
non tantùm Anna ab initio ex prædicto le-
gato acquiſivit eodem tempore Domum,
& Apothecas, ſed etiam ex Mihi præſuppo-
ſitis judicialitèr vexata ab hærede ſuper
conſimili denegatione facta, quod Apothe-
cæ non deberent cenſeri compræhenſæ in
legato, poſtmodùm eodem hærede acquie-
ſcente, ſeù liti renunciante obtinuit Apothe-
cas; undè non eſt ullo modo credibile, quod
enunciando Teſtamentum, ſuper cujus in-
terpretatione mota fuit contrà ipſam con-
troverſia, noluerit pariformitèr Apothecas
legare, aliàs enim ſequeretur, quod litem
potiùs, quàm legatum reliquiſſet, ideoque
cùm verſemur in Muliere Iuris imperita,
31 omnis ratio ſuadet, quod intantum non ex-
preſſerit Apothecas, inquantum credebat,
ampliùs cadere non poſſe dubitationem,
tamquàm de re ad ſui favorem ſemel reco-
gnita, & definita, ut in proximis *Bald. in
conſ. 473. ſub n. 3. vol. 5., Caſtren. conſ. 91. pro-
pè fin. vol. 2., Bertazzol. conſ. civil. 62. num. 48.,
Peregrin. conſ. 4. ſub num. 1. vol. 2.*, & facit *Rot.
coram Celſ. deciſ. 35. num. 7.*

Eòque magis, quià etiamſi non dignoſ-
cantur in hoc poſtremo Teſtamento ſpecifi-
cati Confines cum amplitudine verborum
de Cœlo uſquè ad Terram, nihilominùs di-
ctum apparet — *appreſſo ſuoi lati &c.*; ſicque
dum intrinſecè, & in ſubſtantia Confines
habentur enunciati, clariùs coadiuvatur di-
cta præſumptio, quod eoſdem explicitè non
expreſſerit, quia putabat, omnem corruere
difficultatem ex enunciatione prioris Teſta-
32 menti, & per conſequens dum virtualis
adeſt denotatio Confinium, intrà quos una
cum Domo clauduntur Apothecæ, recurrit
propoſitio in principio inſinuata, quod &
Apothecæ veniant in legato Domus, ad tra-
dita per *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt.
129 num. 16., Gratian. diſcept. 775. num. 3., &
num. 18., Seſſ. deciſ. Aragon. 124. n. 15., Manſ.
conſult. 186. num. 16. verſ. & reſpondet, Mant.
de coniect. lib. 9. tit. 2. n. 37., & de tacit. &
ambig. lib. 13. tit. 25. n. 32. Rot. deciſ. 327. n. 2.
par. 4. diverſ., & coram Celſ. d. dec. 35. n. 6.*

Atque hinc ceſſat primum argumentum
in contrarium adductum ob defectum veræ
33 relationis ex omiſſione Clauſulæ, *ad quod
&c.* cùm enim, ut diximus, in ſubſtantia
enuncietur prima diſpoſitio, ſatis, ac impli-
citè dicitur de relatione conſtare, pròut re-
cedendo à prioribus Deciſionibus, Me ſcriben-
te, firmavit *Rot. in eadem Ferrarien. Tenutæ
Diamantinæ 6. Maii 1678. §. Neque viſum fuit,
verſ. nil urgente, cor. Reverend. Albergato.*

Ceſſatque paritèr altera animadverſio,
quæ ſucceſivè fiebat ex ommiſſione repetitio-
nis oneris habitandi cum pœna privationis:
quia in caſu noſtro nequit cenſeri repetitum
præfatum onus, ex quo nequè de Iure pote-
rat repeti, dum non relinquitur, ut in priori
caſu, habitatio Franciſco, ſed uſusfructus,
34 qui ad differentiam habitationis non obli-
gat legatarium ad inhabitandum, ſed eodem
modo, quo poteſt locare Domum, eaque
frui per exactionem penſionum, ità valet
Apothecas locare, ad firmata per *Caſtill. de
uſufruct. cap. 29. per tot. & cap. 24. num. 22. in
fin., Menoch. conſ. 392. num. 25. lib. 4., Surd. de
alim. tit. 2. quæſt. 1. n. 25. & tit. 4. quæſt. 14.
num. 14. cum ſeq., R. P. D. de Luca de Serv.
diſcurſ. 84. & de legat. dicto diſc. 8. n. 9. & ſeq.*,
& in ſpecie *Gratian. dicta diſcept. 775. num. 10.
uſquè ad fin.*, & in fortioribus *Rot. coram Celſ.
d. deciſ. 35. num. 9.*

Quinimò cùm non obſtante, quod Annæ
noſtræ Teſtatrici fuerit relicta Domus cum
onere

Digitized by Google

35 onere habitandi, declaratum fuerit, Apothecas venire, quamvis iſtæ non poſſent effectivè inhabitari, à fortiori dicendum eſt in caſu noſtro, ubi de tali onere nulla legitur expreſſio, pròut egregiè ad rem diſtinguendo adnotavit *Bald. in d. l. Olimpico, verſ. nota in iſta lege, ff. de Servit. Urban. Præd., Gabr. conſ. 94. n. 8. & 9. lib. 2., Gratian. dicta diſcept. 775. n. 15. & ſeq. Celſ. d. dec. 35. n. 8.*, & poſt *Giovagn. in d. conſ. 33. n. 4. lib. 1.* admiſit *Rot. d. dec. 94. n. 11. cor. Aguell.*

Atque in his ejuſdem irrelevantiæ exiſtit ſecunda ponderatio ſuper legato Mobilium in Domo, non autem in Apothecis exiſtentium; quoniam & idem legatum Mobilium aderat in priori Teſtamento, & tamen hæres amicabilitèr ceſſit Apothecas, undè ſuper
36 conjectura jam rejecta nullum conſtitui poſſe videtur probabile fundamentum.

Deniquè nil refragatur prædilectionis argumentum ad favorem hæredis: quia hujuſmodi conjectura ſuperatur ab aliis fortioribus, nimirùm quod legatum Domus, de qua agitur, habet ad mixtum onus compenſandi ſcut 400.; cùmque de cætero Anna reliquerit hæredes alios Fratres, Franciſcum verò gratificaverit cum ſimplici legato Domus in uſufructu, ejuſque filios in proprietate,
37 dicendum proculdubio videtur, quod aliquo modo voluerit æqualitatem ſervare, pròut in dubio inter æquè conjunctos præſumunt omnia Jura, de quibus in propoſito legati oneroſi *Bertazzol. conſ. civil. 87. n. 19.*, & admittit *Rot. in dicta Romana executionis laudi cor. Aguell. dec. 43. n. 5. repetit. dec. 77. n. 4. par. 10. rec.*

Atque igitùr à primo ad ultimum, licèt criticando Juris propoſitiones videatur lis ſuſtentari poſſe ſine calumnia, nihilominùs ſpectata mala voluntatis, & ſecundùm eam veritatem, quæ Mihi videtur, Apothecas in hoc legato comprahendi exiſtimarem. *Hucuſque Reſponſum.*

Continuativè autem ad mox adnotata, quod ab onere a hæredo legatario, ſeù conceſſionario arguatur, quid veniat in legato, vel in conceſſione, *Rot. in dec. 452. n. 7. cor.*
38 *Emer. ix Jun.* cenſuit in generali venditione venire poſſe per extenſionem non expreſſa, ſufficientèr tamen compræhenſibilia ſub generalitate verborum, ad id allegando *Rot. dec 349. num. 11 par. 10. rec. & coram Bichio dec. 46. n. 17.*

Pulchrum quidem caſum in ſubjecta materia affert *deciſio Buratti in 471.*, utrùm
39 vendito Fundo cum pacto, quod Lapidicina ibi exiſtens poſſit ad libitum Venditoris excavari, refuſo damno Emptori, hæc conventio ſtaret privativè ad eumdem Emptorem, & negativè reſponſum fuit interpretando verba conventionis. Ego verò, in ſimili caſu Lapidicinæ, cùm (ignaro Domino) ſub variis narrativis, & præſuppoſitionibus extiterit obtentum quoddam Chirographum á ſa. mem. Clemente X. ſuper facultate privativa excavandi eamdem Lapidicinam, quæ videbatur Alabaſtri, in diſtrictu, ſivè Diœceſi Balneoregien., ſcribens pro Joanne Antonio de Mazzantibus Domino, in Signatura Gratiæ *cor. ſel. rec. Innocentio XI.* reportavi Oris aperitionem, qua mediante poſtmodum Gratia conceſſa in Chirographo nullum habuit effectum: Dicebam itaquè:

Inconcuſſus eſt ſtylus, & Sacroſancta con-
40 ſuetudo Sanctiſſimorum Pontificum conſimiles Gratias adeò præjudiciales tertio Innocenti ad viam Juris reducendo flectere, ac temperare, ad *Text. expreſſ. in Canon. quod quis, Canon. veniam, canon. ultim. 35. qu. 9.*, *Geminian. conſ. 53. n. 3. & 15.*, *Bero conſ. 71. n. 21. lib. 3.*, *Sarnen. ſuper regul. de Iur. quæſit. qu. 14. in fin.*, *Marcheſan. de Commiſſ. par. 2. tit. de Commiſſ. aperition. Oris §. unico n. 59.*, *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 66. n. 13.*, *Sa gad. de ſupplicat. ad Sanctiſs. par. 1. cap. 7. n. 54.*, *Rot. cor. Card. Celſ. deciſ. 270. n. 4.*, & frequentèr in aliis.

Quod autem hujuſmodi Chirographum proculdubio exorbitet ab Jure, ex quo nun-
41 quam, reluctante Domino, privatum Fundum excavare permittitur, *Text.* eſt litteralis *in l. Venditor, §. Si conſtat, ff. commun. Prædior.* ibi = *ſi conſtat, in tuo Agro Lapidicinas eſſe, invito te, nec privato, nec publico nomine quiſquam lapides cædere poteſt*, cum quo in eiſdem terminis procedit *Crot. in conſ. 156. n. 10. & ſeqq. lib. 2.*, *Ripoll. de Regal. cap. 16. n. 37. verſ. privati enim homines*, *Afflict. dec. 325. n. 6.* ibi = *An autem, ſi in Prædio meo ſint venæ Metallorũ, poſſit Rex alteri concedere, ut me invito quærantur, & certè non* = *Novar. de Vaſſall. Gravam. tom. 3. gravam 42. n. 3*, *Farinacc. in qu. 104. n. 48. & 49.*, *Burgiu. dec. 62. n. 13. par. 2.*

Eòque clarius, quia non verſamus in lapidibus pretioſis, neque ſumus in veris Metallis, ſed tantummodò peragitur de quodam medio genere Lapidicinæ, quod neque in-
42 ter pretioſa, neque inter vilia connumeratur, ut probant Teſtes, quo caſu, ceſſante prorsùs Jure Regaliæ in prima tantùm ſpecie conſiſtente, nullum Jus Fiſco Principis attinere, optimè diſtinguendo advertit in individuo *R. P. D. meus de Luc. diſc. 147. n. 29. lib. 2. de Regalib.*

Neque obſtat *Text. in l. cuncti, C. de Metallariis lib. 11.*, ex cujus determinatione forſan
43 prætenditur, quod perſoluta decima parte Fiſco, aliaque decima privato Domino reſervata, liceat hujuſmodi excavationem facere: quoniàm illius cenſura dumtaxat procedit in publicis Metallariis, qui ad hunc effectum per Principem cum certo ſalario ſolent conſtitui, non autem ſimplici, ac privatæ perſonæ applicatur, pròut ex *Boſſio in*

*tit. de Metallis, et Iacobino de SanctoGeorgio* notat *Farinacc. in d.qu.104. n.48. circà fin. verſ. et reſpondendo contrariis, et num.52. et n.58., R.P.D. meus de Luca d. diſc.147. n.29. verſ. vel privilegium Mettallariorum*, & facit *Afflict. dicta dec.321. n.19.*, ubi quod hodie non eſt in uſu electio talium Officialium.

Fortiùs verò, & ſine difficultate, quoniàm ulteriùs diſponendo præfatum Chirographum facultatem attribuit = *ancorchè non ſia ſtato inteſo il Padrone di detto Fondo*, proindeque ſubſtineri nequit, dum tollit eam præla-
44 tionem, quam in omnem caſum excavationis ad publicam utilitatem faciendæ privato Domino deberi, habetur ex punctualiter deductis per *Cæpoll. de ſervit. ruſtic. Prædior. cap.22. nu.4. in fin., Farin. d. queſt.104. nu.50. & n.53., Montan. de Regal. in verb. Argentariæ n.3. circà fin. verſ. Niſi Dominus loci, & in fine verſ. Poſſ. tamen, Roſental. de Fœud. cap.5. concluſ.90. nu.4. Adden. ad Afflict. d. dec.321. n.3. Antunez de donat. Reg. lib.3. cap.12. n.15.*

Nil refragante, quod Pars expoſuerit, ſeſe fuiſſe primam Inventricem: quia præterquàm nemo ex *Doctoribus* exadversò adducetur, qui in hoc caſu prælationem deneget ipſi Domino, difficultas ex ipſo facto, ac depoſitione quinque Teſtium abundè ſuperatur, iſti enim non ſolùm de publica voce, & fama exiſtentiæ iſtorum lapidum ſuprà Terram teſtificantur, ſed inter cæteros Octavius Fabermurarius optimè deponit, quod eadem Pars ab ipſo notitiam habuit hujuſmodi Fodinæ, poſtquàm patefacta jam erat pluribus perſonis, & præſertim eiſdem de Mazzantibus Dominis ipſius Lapidicinæ, *Summ. n.2.*

Minùs deniquè juvat aſſerta præventio excavationis; quia nulla ſuper hoc exhibita dignoſcitur juſtificatio, imò ſolùm comprobari valet, quod ad ſummum geminos lapides ſuprà Solum exiſtentes Dominicus revoluit, cumque ab hac revolutione notitiam Chirographi deſumpſerint illi de Mazzanti-
45 bus, niſi etiam exadverſo factas fuiſſe magnas impenſas in fodiendo, aut inveniendo Venas edoceatur, præferendum Dominum indubitantèr fore, in puncto dixit poſt *Cæpoll. de ſervit. ruſtic. Prædior. cap.22. n.4. verſ. ubi limitavi, Roſental. de Feud. d. c.5. concl.90. litt.G.*, ubi quod ceſſat ratio maximi laboris, & expenſarum, ac publicæ utilitatis, *quia* (ſunt ejus præciſa verba) *idem faceret Dominus fundi, quæ faceret extraneus.*

At quando per modum diſcurſus præfata pati poſſent aliquam difficultatem, (quod ſemper expreſsè negatur,) adhùc exorbitantia Chirographi redditur manifeſta, nam ſola quarta pars iiſdem de Mazzantibus vigore dicti Chirographi reperitur aſſignata, & ta-
46 men indubitata eſt propoſitio, quod eadem quarta pars locum ſibi vindicat, ex deductis, in ſolo caſu publicorum Metallariorum, reſpectu autem illius, qui gratiam excavandi à Principe ſub titulo privato impetravit, iſte etiam in caſu, quo cogere valeat Dominum ad excavationem permittendam, integram æſtimationem refundere tenetur, nè alias Princeps adeò apparentèr, & ſine ratione Jura privatorum tollere dicatur, ad tradita in ſpecie per *Cæpoll. d. cap.20. n.8. verſ. Et priùs, Crot. in d. conſ.156. lib.2. n.11. verſ. Quia iſto caſu, Montan. de Regal. in verb. Argentariæ in fin. verſ. Poſſe tamen, Afflict. in d. dec.321. n.16.*

Atque igitùr, dum Iuris diſpoſitio manifeſtè privato Chirographo reſiſtit, maximumque detrimentum privatis Dominis reſultat, omnis ratio naturalis, & legalis expoſcere videtur, quod Commiſſio Sanctitati Veſtræ porrecta benignè veniat ſignanda.

## CRACOVIEN. SCHOLASTERIÆ.

*Lunæ 9. Februarii 1699.*

### ARGUMENTUM.

Præſentatio, quouſquè non fuit exhibita coràm Ordinario, habet vim ſimplicis nominationis, & poteſt ad libitum revocari. Abſens licèt poſſit per Ordinarium inſtitui, quandò Beneficium non requirit examen; adhùc debet priùs coràm ea exhiberi præſentatio, & ſaltèm per Procuratorem inſtari pro inſtitutione. Plures conjecturæ cumulantur pro arguenda colluſione, & antidata. Confitens ſcripturam veram, non ideò confitetur veritatem Datæ eidem annexæ.

### SVMMARIVM.

1 *Inconſtantia in judicando à legibus reprobatur.*
2 *Sapientis eſt mutuare conſilium in melius.*
3 *Præſentatio, donec fuerit à Præſentato exhibita coràm inſtituere debente, poteſt à Patrono revocari.*
4 *Negativa probatur ex revolutione Actorum.*
5 *Præſentatio exhibita in Actis Cancellariæ Epiſcopalis debet conſtare, à quo fuerit exhibita.*
6 *Preſentatus debet perſonalitèr comparere coram inſtituere debente.*
*Intellige, id procedere in Præſentato ab Beneficium Curatum, quod requirit examen, secùs in Præſentato ad ſimplex Beneficium, is enim ètiam abſens poteſt inſtitutionem obtinere, n.7.*
*Dummodo præſentationem de ſe factam acceptaverit, eamque ſaltèm per Organum Procuratoris exibuerit coràm Ordinario, n.8.*
9 *Inveſtitura numquam conceditur, niſi Emphyteuta, vel Fœudatarius per ſe, vel ſaltèm per Procuratorem inſtet pro ejus conceſſione.*
10 *Præſumptio ſtat pro validitate inſtitutionis facta ab Ordinario.*
11 *Antidatæ ſuſpicio excluditur ex regiſtratione, vel inſertione ſcripturæ congruo tempore facta in alia publica ſcriptura, vel Inſtrumento.*
12 *Præſentatio ad Beneficium quandò, & ex quibus conje-*

*conie{c}turis præſumatur ſuſpecta de Antidata, & num. 12. & ſeqq.*

15 *Scriptura ſerotinè producta non eſt immunis à ſuſpicione Antidatæ.*

16 *Mutatio Iuris provenit ex facti mutatione.*

17 *Confeſſio veritatis Scripturæ, non influit ad approbationem Datæ in ea inſertæ.*

## DECISIO LXX.

INter cæteras quidèm Juſtitiæ laudes illa potiſſimè ſolet effulgere, quod ad normam ſuæ veræ definitionis exiſtat *conſtans, & perpetua voluntas Jus ſuum unicuique tribuendi;*
1 & ob id juremeritò levitas, & inconſtantia non ſolùm per noſtras leges quotidiè reprobatur, ad *Text. in l. 4. §. Eleganter, & in l. penult. ff. de lege Commiſſ. & in cap. quod ſemel 21. & in cap. mutare 33. de reg. Iur. in 6*; ſed & uſquè ad titulum iniquitatis increpatur ab *Imperatore in l. ſi quis Iusjurandum, C. de reb. cred. & Iurejuran. ibiquè Gloſs. verb. iniquitates.*

Verùm (quemadmodùm annotavere *Scribentes in principio Inſtitutionum*, ſivè *tit. de Iuſtit. & Iur.*) hujuſmodi conſtans, & perpetua voluntas, media non reſpicit, ſed objectum, quia, dummodò perveniatur ad finem conſtantiſſimè volitum impartiendi Iuſtitiam, media quotiès detegantur per ſucceſſivam trutinationem vacillantia, ex tota animi docilitate varianda ſunt, & reprobanda in quamdam ſpeciem ſimilitudinis, ſivè religioſæ imitationis ergà Summum Opificem Deum, qui etſi per Organum Prophetarum expreſſerit - *Ego ſum Deus, & non mutor*, nihilominùs, & ipſum *pœnituit fecisſe hominem*; Nilquè propter eà mirum, ſi Domini hodiè in hac Cauſa denuò per Me conſulti ſuper receſſu, vel perſiſtentia in Deciſis, ex facto poſt primam reſolutionem apud Me lucidiùs concordato, & ſobſcripto, enixè retinentes eamdem conſtantem voluntatem red-
2 dendi unicuique Ius ſuum, mutavere conſilium in melius, mediante receſſu a præterita reſolutione diei 16. Iunii ſuperioris Anni, juxtà ſalubre monitum *I. C. in l. numquam, ibiquè Gloſs. ff. de collat. bonor.*, & Papæ *in cap. Fraternitatis, de frigid. & maleſic.*

Diximus, ex facto: Quia propoſitiones, & fundamenta Juris ſtabilita in præcitata prima reſolutione magis, atquè magis ſolidiſſima emerſerunt, quamobrèm nedùm illa concutere, ſed nec tangere tentarunt Scribentes prò Thoma tunc ſuccumbente, quin potiùs iiſdem propoſitionibus innixi, nempè, quod intantum ſecunda præſentatio facta per Laycum Patronum admitti nequeat, inquantum appareat de præcedenti præſentatione in alium expleta, undè non valeat per ſecundam eripi Ius à primo Præſentato, ſubiungebant, ſecùs eſſe, quotiès vel non conſtat de præſentatione inita antecedèntèr, vel non liqueat, eamdem præſentationem exhibitam fuiſſe ad normam SS. Canonum coràm Ordinario: in his namquè terminis retorqueri ad hominem dicebatur ex parte Thomæ *deciſ. 37. ex num. 9. uſquè ad fin. cor. Ubag.*, & ad favorem ipſius Thomæ applicari Concluſio-
3 nem, quod altera præſentatio non adhùc exhibita Ordinario vim tantummodo ſortiatur ſimpliciſſimæ nominationis ſemper, & uſquè ad Inſtitutionem, ſivè ipſam exhibitionem revocabilis, ut citrà adductos *in præterita Deciſ. 16. Iunii 1698. ſub §. Ac propterea*, firmavit etiam *Gloſ. in cap. unic. in addit. verſ. Nota, quod Laycus, propè fin. de Iurepatr. in 6. Graz. de Beneſ. par. 7. cap. 1. n. 33. & 34. Lotter. de re Beneſic. lib. 2. quæſt. 6. n. 35 & ſeq. Antonell. de tempor. legal. lib. 1. cap. 71. per tot.*, & præcipuè *ſub num. 4. verſ. Conſtat autem, Add. ad Pamphil. deciſ. 706. n. 16.* Rot. *cor. Bich. dec. 411. n. 18. & cor. Priol. dec. 2. n. 7. cum ſeqq.* & ſignantèr *num. 10. & in rec. dec. 665. n. 8. & deciſ. 816. num. 2. & 3. par. 18.*

Thomas igitùr (ut Fabulæ figurabant de Anthæo) ab ipſa ſua decidentia fortior aſſurgens, ex prædicto novo facto apud Me juſtificato demonſtravit in primis, quod coràm Officiali Tarnovien. cui Cracovienſis Epiſcopus, veluti Diœceſanus, delegaverat munus recipiendi præſentationes, ſolus ipſe, non autem Franciſcus, comparuit, ſedulò inſtans
4 pro admiſſione ſuæ præſentationis, cùmque de negativa comparitionis Franciſci ejus Adverſarii liquidò appareret ex revolutione Proceſſus, quemadmodùm in individuo dixit *Rot. d. deciſ. 816. num. 9. & 10. par. 18*, & generalitèr habetur *in deciſ. 64. num. 2. & per tot. par. 1. diverſ. & cor. Buratt. deciſ. 683. num. 2. & dec. 385. num. 4. cor. Priolo.*

Hinc in nihilo merebatur attendi altera præſentatio, quæ poſtmodùm (licèt in Data anteriori) noſcitur intermixta inter paginas Proceſſus deinceps exarati coràm memorato Epiſcopo Cracovien. occaſione definiendi, cui nàm deberetur Inſtitutio, ſivè adjudicatio Scholaſteriæ; Quia neque Franciſcum poterat adjuvare prædicta intermixtio, ſive regiſtratio ſuæ præſentationis, nequè Data, quæ videbatur anterior, juxtà rationes cæteroqnin benè expenſas apud Dominos *in præcitata Deciſione diei 16. Iunii 1698. ſub §. Verùm cum ſeq.*

Siquidem reſpectu regiſtrationis, ſivè intruſionis ſcripturæ apparentis circà præſentationem Franciſci in mox enunciato Pro-
5 ceſſu, nullibi oſtendebatur, à quo nàm extitiſſet exhibita, & in Actis appoſita prædicta præſentatio, proùt neceſſarium eſſe punctualitèr reſpondit *Rot. d. dec. 683. n. 3. cor. Buratto*, quandò tamen, abſtractivè loquendo, ſuffeciſſet, quod Thomas, ultrà documentum propriæ præſentationis, perſonalitèr comparuiſſet coràm ſuo Diœceſano, & reverentèr



Digitized by Google

ab eo poſtulaſſet Inſtitutionem; quodque (ſicuti convincebatur ex eodem Proceſſu) Franciſcus è converſo reperiretur abſens, ex
6 quo regularitèr quilibet Præſentatus debet eſſe præſens, ſeque perſonalitèr Ordinario inſtituere debenti præſentare, ad ea, quæ unanimitèr firmant *Barboſ.de offic.,& poteſt.Epiſc. par.3.alleg.72.n.110.cum ſeqq. Marcell. Vulp. in prax.for.Eccleſ.cap.49.n.13.Vivian.de Iurepatr.lib.8.cap.7.n.1.& ſeqq. Add.ad Burat.deciſ.481.lit.B.Corrad.in prax.Beneſ.lib.4.cap.2. n.11.cum ſeqq. Rot.cor.Pamphil.deciſ.99.n.5.*

Nullatenùs in propoſito refragantibus limitationibus, quæ ad hujuſmodi regulam attribui ſolent, videlicèt, quod hæc præſentia
7 Præſentati minimè requiratur, ubi agitur de Beneficiis Animarum cura deſtitutis, & quando idem præſentatus exiſtat ſubditus Epiſcopi inſtituere debentis, quaſi quod, non occurrente obligatione ſubeundi examen, proût requiritur in Beneficiis Parochialibus, & ſuppoſita agnitione morum, & idoneitatis in proprio Epiſcopo reſpectu ipſius Præſentati, etiam abſens valeat inſtitui, ſecundùm ea quæ limitando tradunt *Abb.conſ.76. ſub num.2.verſ.Sed in caſu noſtro,& n.3.par.2. Rocc.de Jurepatr. verb.Honorificum n.32. in fin Barboſ.d.alleg.72.n.118.Adden.ad Gregor. deciſ.34.n.5. Amayden. de ſtyl.Datar.cap.15. § 15.n.32.& 34.Murg.de Beneſic.quæſt.3.n.52. cum duobus ſeqq. Rot.deciſ.575.n.1.par.4. diverſ.& in rec.deciſ.593.n.3.par.3.& deciſ.607. n.18.& 19.par.5.& deciſ.106.n.4.& ſeqq.cor. Vbaldo.*

Quoniam, ut benè reſpondebat Thomas, & in his circumſtantiis facti variantis approbaverunt Domini, omnia hæc ad ſummum
8 procedere potuiſſent, quando Franciſcus ſaltem præſentationem ſuam poſitivè priùs acceptaſſet, & ſucceſſivè vel eandem præſentationem de per ſe exhibuiſſet Ordinario, vel ad omne pejus mediante ſpeciali deputatione Procuratoris ad hunc effectum conſtituti, ex his, quæ benè proſequuntur *Vivian.de Iurepatr.lib.6 cap.8.ſub n.23.Lottber.de re Beneſic. lib.2. quæſt.6.n.38. Rot. cor.Buratt. deciſ.209 n.14.& cor.Bich.deciſ.461.n.23.*

Applicando autem ad rem, utique quoad geſta coram prædicto Officiali Tarnovien. ad recipiendas præſentationes ſpecificè delegato, non ſolùm neque per umbram apparebat de acceptatione ullius præſentationis, ſed nec de ipſa præſentatione, vel de ulla comparitione Franciſci ſivè de per ſe, ſivè per Organum Procuratoris, cùm tantummodo intervenerint ipſe Thomas, necnon alter præſentatus, nomine Stanislaus, (de quo non eſt quæſtio,) ac demum quidam aſſ. Famulus, & Procurator Michaelis unius ex Compatronis; undè cùm idem Franciſcus neque coram Delegato, neque coram Delegante præſentialitèr exhibuerit ſuam præſentationem, neque prædictus Famulus Michaelis unquam in ſua comparitione nominaverit ipſum Franciſcum, ſed tantummodò actibus initis per eumdem Delegatum interfuerit, proteſtando de Juribus Domini ſui, parum relevabat, quod alter quidam Sebaſtianus coram Epiſcopo Delegante comparuerit nomine Franciſci, dum copulativè nullum exhibuit Mandatum Procuræ, quodque plus eſt, nec attulit (uti liquet ex rimatione Proceſſus, & Facto concordato) ipſam præſentationem, quæ legitur ordine præpoſtero, & in confuſo materialitèr regiſtrata inter Acta totius intricatiſſimi Proceſſus; Quapropter ſemper ad excluſionem Franciſci militabat concluſio ſuperiùs adducta, nempè quod contemnenda veniat illa præſentatio ad finem aſſequendi Inſtitutionem, quæ non ſit exhibita vel per ipſummet Præſentatum, vel per illius legitimum Procuratorem, exemplo etiam temporalis Inſtitu-
9 tionis, ſivè Inveſtituræ, quæ nuſquam conceditur, niſi Fœudatarius, vel Emphyteuta aut perſonalitèr, vel ope Procuratoris doceat de Jure ſuo, atque inſtet apud Dominum directum pro conceſſione Inveſtituræ, ſicuti per *Text.in cap.unico, §.Sed etiam in fin.verſ. Sed utrùm, per quos fiat Inveſt.* communitèr oſtendunt *Fœudiſtæ*, & ſignantèr *Borcbolt.c.7. n.25. Sonsbeck.par.6.n.27.& par.7.n.24. Rittersbuſ.lib.1.cap.9.num.5. Larath.par.6. dilucid.27.per tot. Schrader.par.6.cap.3.n.11.*

Eoque magis, quia quamvis Epiſcopus Cracovien. Thomam inſtituendo rejecerit Franciſcum ex defectu dumtaxat legitimæ vocis Patronalis, adhùc ex non obtenta per prædictum Franciſcum Inſtitutione non poterat is penès noſtrum Auditorium vices adimplens Ordinarii, per celebrem *Clement. Auditor. de reſcript.* ullo pacto Juvari fulci-
10 mento illius præſumptionis, per quam concurrente Inſtitutione Diœceſani in perſona illius, qui ſe prætendebat juridicè præſentatum, alio non apparente credatur, præſentationem illiuſque exhibitionem ritè, ac rectè fuiſſe ſecutam, ut tradunt *Pariſ.de confident. quæſt.28.n232. cum duob.ſeq. Rot.cor.Duran. deciſ.74.ex n.10. cum ſeqq.* & ſignantèr *n.19. & cor.Dunozett.Sen.deciſ.211.n.21. & in rec. deciſ.148 ex n.11.uſque ad 17.par.12.dec.398. n.11.& 13.par.16.& deciſ.576.n.15.cum duob. ſeqq.par.18.*

Remanente itaque in obſcuro, quomodo, & per quem, & de quo præciſo tempore fuerit ſimpliciſſima nominatio, ſeù præſentatio cantans in perſona Franciſci relata, & ingeſta inter folia Proceſſus, reſilitio, ac receſſus à præterita reſolutione reddebatur ex hoc ſolùm capite neceſſarius; Sed & ſecundo loco vires ad extruſionem memorati Franciſci validiſſimè aſſumebat illa ſuſpicio Antidatæ, quæ etiam in anteacta oppugnatione pro-

promovebatur à Thoma; licèt enim tunc
ex ſuppoſito non benè adhùc ex alterutra
Parte detecto, nimirùm, quod præſentatio
Franciſci canonicè fuerit exhibita, viſum
meritò fuerit, non eſſe attendendas eas leves
conjecturas, quas ad hunc effectum Tho-
mas adducebat, ut habetur *in præterita Deci-
ſione diei 16. Junii 1698. ex §. Ac propterea
cum ſeqq.*

Nihilominùs hodiè firmata baſe, quod re-
giſtratio aſſ. præſentationis favore Franciſci
non eſſet facta ipſo, vel ejus Procuratore in-
ſiſtente, valdè, validèque dubitatum fuit de
aliqua antidata; quemadmodùm enim, quo-
tieſcumque conſtaſſet de juridica exhibitio-
ne ejuſdem præſentationis reſultantis ab
Apoca, nedùm trino, ſed nec ullo Teſte mu-
11 nita, tunc fortè ipſa inſertio, & regiſtratio
apud Acta Epiſcopalia in contradictorio Ju-
dicio, & abſque partium oppoſitione po-
tuiſſet avertere ab animo Judicantium ſuſpi-
cionem ſimulationis, & antidatæ, ad ea, quæ
in ſimili habentur apud *Rot. cor. Seraph. de-
ciſ.879. ſub num.3. verſ. Tertiò adeſt, & n.4.
verſ Quintò concurrit, & deciſ.1221.n.4., &
deciſ.100.n.3., & 4. par.4. diverſor., & de-
ciſ.13. num.11., & 12. par.12. recent., & in
Romana, ſeù Iannen. Pecuniaria 23. Iunii 1698.
§. Secunda conjectura, coràm R.P.D. meo Ca-
prara.*

Ità ex oppoſito, dum ad punctualitèr tra-
dita in ſuprà laudata *deciſ. Buratt.683. n.2,
& 3.* non erat attendenda ſimplex regiſtratio
12 prætenſæ præſentationis, nimis de vehemen-
ti incaleſcebat præſumptio colluſionis, & an-
tidatæ, de qua optimè, & in individuo relorta
*deciſ.37.n.9.10. & 11. coram Ubag., & in alia
Cracovien. cor. bo. me. Rondinino impreſſ. de-
ciſ.665.n.5. & ſeqq. par.18. rec.*

Adſtipulantibus præcipuè conjecturis con-
ſecutivè ſuadentibus antidatam: quamvis
enim utrinque vigente productione Scriptu-
ræ ſinè munimine Notarii, vel Teſtium dif-
ficilè locum ſibi vindicet hujuſmodi ſuſpi-
cio, ex his, quæ fuerant ponderata *in præce-
denti Deciſione ex §. Verùm, & ſeq.*, attamen,
13 non docto de legitima productione, ſemita
libentiùs aperitur præſumptionibus, & con-
jecturis ad arguendam Antidatam, ut præ-
tèr animadverſa *in dicta deciſ.37.n.11. coram
Ubag.*, paſſim annotarunt adducti per *Rot. cor.
Celſ. deciſ.352.n.5. in fin. verſ. Nam ſicuti, &
n.6., & in Anconitana Pecuniaria 9. Iunii 1690.
per tot.*, & ſignantèr *§. Ex quibus, & 17. Mar-
tii 1692. §. Eoque magis, cor. bo. mem. Emerix
Jun.*, confirmata *4. Iulii 1698. §. Concomi-
tantibus cum ſeqq. cor. R.P.D. meo Muto.*

Conjecturæ autem (retenta variatione
hypotheſis) reddebantur ſatis urgentes; Si-
gnantèr namque coram Officiali Tarnovien.
nulla per imaginationem habita fuit mentio
de præſentatione Franciſci, aſſertus quippè
famulus Michaelis apud pr[illegible]citatum Officia-
lem comparendo, tantummodò, ut diximus,
proteſtatus eſt de pinguiori voce ſui Domi-
ni, ac Principalis, & Sebaſtianus, qui vide-
batur induiſſe Pannos Procuratoris Franci-
ſci in comparitione facta coram Epiſcopo
Cracovien., enunciativè quidem præſuppo-
ſuit, Franciſcum fuiſſe præſentatum ab Ale-
xandro, & Michaele, ſed loco exhibendi aſſ.
præſentationem, ſimplicitèr dumtaxat alle-
gavit, pleniora Jura aſſiſtere prædictis Ale-
xandro, & Michaeli, ſicutì enituit ex Folio
concordato: Quapropter ex hoc facto gemi-
næ præ cæteris exoriebantur conjecturæ, al-
14 tera, quod veriſimile non erat, Franciſcum
non curaſſe, ut de ſe, ſuaque præſentatione
fieret ſaltèm mentio in Proceſſu Officialis
Tarnovien.; *Nec enim* (ut dicebat *I.C. in l. ſi
quis fortè §.1. in fin. ff. de pæn.*) *debebat tàm ma-
gnam rem tamdiù reticere*, cum concordan. in
propoſito per *Rot. deciſ.59. n.8. verſ. Rursùs,
& n.9. par.13. recen., & deciſ.148. n.14. par.16.,
& in Romana, ſeù Veliterna Mutui 26. Apri-
lis 1697. §. Eòque validiùs, cor. Me.*

Altera demùm, quia cum alii duo Præ-
ſentati, nempè Thomas, & Stanislaus coram
prædicto Delegato ſuas exhibuerint præſen-
tationes, utique exhibuiſſet ſuam ipſe Fran-
ciſcus ſaltèm coram Epiſcopo Delegante,
itaùt dato contrà hucuſque præmiſſa, quod
prælaudata inſinuatio, ſeù regiſtratio in Pro-
ceſſu circà præſentationem Franciſci cano-
15 nicè ſecuta extitiſſet, profectò tamen ipſa
tarditas in producendo magnam redolebat
ſuſpicionem colluſionis, & antidatæ, ex col-
lectis per *Noguerol. allegat.26. n.124. & ſeq.,
Creſp. de Valdaur. obſerv.23. n.24. cum duobus
ſeqq., Iul. Chartar. deciſ. Mediol.40. n.1., Rot.
deciſ.525. n.7. part.14. recen., & in Anconitana
Pecuniaria 17. Aprilis 1693. §. Tertia demùm
cor. bo. mem. Emerix, & in Theatina Matrimo-
nii 25. Iunii 1695. §. Quibus poſitis, coram
R.P.D. meo Pio.*

Atque idcircò, cum ab immutatione facti
16 neceſſario ſequatur provida, & laudabilis
immutatio Juris, ut per *Text. in l. ſi ex plagis
52. §. In Clivo Capitolino, ff. ad l. Aquil.* dicebat
*Bald. conſ.52. n.2. in fin. lib.3.* Domini prono
animo receſſerunt à deciſis, utraque &c.

*ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

Excluſa æquivocatione Facti oriente ab in-
ordinato Proceſſu tranſmiſſo de partibus
Poloniæ, Deciſio hæc revocat antecedentem
ſuprà jam regiſtratam, ùt dixi in hac ipſa
Deciſione, quæ poſtmodùm fuit abſolutè
confirmata cum totali terminatione Cauſæ,
ut in ſequenti Volumine tradetur.

Cumque materia ſit eadem cum antece-
denti, variata ſolùm perſona de Franciſco in
Thomam, firmis de cætero remanentibus
iiſdem

Digitized by Google

iiſdem concluſionibus, ſuperfluæ redduntur aliæ adnotationes, vel additiones, cùm ſi quid ultrà repetibile erit ad propoſitum, regiſtrabitur in præfata alia Deciſione confirmatoria præſentis; Tantummodò autem perfunctoriè occaſione ſuſpicionis, vel vitii
17 antidatæ mouendum videtur, inſimul compati poſſe, quod Apoca, vel Scriptura ſit vera, & tamen laboret ſuſpicione, vel vitio antidatæ, adeoùt ſi quis confeſſus fuerit, Apocam eſſe veram, non tamen ob id fatetur, Datam eſſe veram, ut ex *Oddo conſ. 500. ex n. 67. cum ſeqq., & n. 93., & ſeqq., Gaball. conſ. 125. n. 56., & ſeqq.* advertit *Rot. deciſ. 5038. n. 15. cor. Emerix Jun.*

## CRACOVIEN. SCHOLASTERIÆ SUPER SEQUESTRO.

*Lunæ 9. Februarii 1699.*

### ARGUMENTUM.

Sententia nulla, & injuſta non meretur nomen Sententiæ, nec inducit bonam Juris præſumptionem, ex qua datur Sequeſtrum. Sententia lata per Judicem, poſtquàm fuit legitimè allegatus ſuſpectus, non valeti Sacra Rota an debeat in totum abſtinere à judicando, ſi unus ex Auditoribus ſit conjunctus in gradu cum uno ex litigantibus, vel ſufficiat, ipſum Auditorem recedere ab Aula Rotali, quando talis Cauſa diſcutitur, & demonſtratur, quid diſponant ſuper hoc Pontificiæ Conſtitutiones. Privilegium conceſſum Legatis, ne durante Legatione conveniantur, quomodo, & in quibus caſibus procedat, & an juvet litis conſortes.

### SUMMARIUM.

1 *Judex non valet reſpondere, niſi juxtà ea, quæ ſibi preponuntur.*

2 *Sententia nulla, & injuſta non meretur nomen Sententiæ.*

3 *Sequeſtrum in Beneficialibus non conceditur vigore Sententiæ, quæ ſit nulla, vel injuſta.*
*Et de ratione, ibidem, & n. 4.*

5 *Sententia lata per Judicem, poſtquàm fuit allegatus ſuſpectus, eſt omninò nulla.*

6 *Sententia confirmans Sententiam nullam, eſt paritèr omninò nulla.*

7 *Sententia, quæ expreſsè non revocat aliam contrariam Sententiam præcedentèr latam inter eaſdem Partes, eſt nulla.*

8 *Judex ex quibus cauſis recuſari valeat utì ſuſpectus, & de materia remiſſivè.*

9 *Auditores Sac. Rotæ Romanæ nequeunt allegari pro ſuſpectis.*

10 *Conſtitutiones Pontificiæ vetant, nè Sacra Rota cogneſcat de Cauſis propriis illius Auditorum, vel eorum Familiarium, Conſanguineorum, & Affinium uſque ad certum gradum.*
*An autem ad evitandam cenſuram dictarum Conſtitutionum ſufficiat, quod Auditor abſtineat à vetando in prædictis Cauſis, vel in actu illarum diſcuſſionis exeat ab Aula Rotali, n. 12. & 13.*
*Et an hujuſmodi Cauſæ ſaltèm de conſenſu Partium cognoſci valeant in Tribunali Sac. Rotæ, n. 23.*

12 *Verba ubi ſunt clara, non eſt opus in contrarium adducere ratiocinia, vel authoritates* Doctorum.

14 Textus *prævalet cuicumque gloſſationi, & opinioni* Doctorum.

15 *Conſtitutio ſubſequens nequit ab antecedenti interpretationem recipere, quando totalitèr ab illa diſcordat.*

16 *Conſtitutio poſterior, licèt emanaverit pro declaratione antecedentis, adhuc poteſt inducere novum Ius, ſi ejus diſpoſitio eſt certa.*

17 *Argumentum à diverſo modo exprimendi, vel diſcretivo modo loquendi, valet in Conſtitutionibus.*

18 *Iudex conjunctus de Iure removetur à judicando, & uſque ad quem gradum.*

19 *Conſtitutio debet aliquid addere Iuri communi.*

20 *Conſtitutiones Pontificiæ nequeunt per non uſum, vel contrarium uſum abrogari.*
*Niſi non uſus, vel contrarius uſus inoleverit cum ſcientia, & conſenſu Pontificis conditoris, & ulteriùs fuerit canonizatus in contradictorio Iudicio, n. 22.*

21 *Clauſula*, ſublata, *& decretum irritans, omnem contrariam conſuetudinem tollunt, & infringunt.*

24 *Obſervantia debet probari in caſu præciſo, de quo agitur, non autem in æquivoco, & in eo, qui duplicem admittit intellectum.*

25 *Unicus actus in contrarium obtentus deſtruit conſuetudinem etiam per plures actus probatam.*

26 *Exempla in judicando attenduntur, quando ſunt individualia, & concurrunt eædem circumſtantiæ.*

27 *Tribunal totum an valeat ex ſuſpicione Præſidis, vel unius ex Senatoribus recuſari, & n. 28. & 36.*

29 *Statutum, vel Conſtitutio nequit cenſeri exorbitans, vel odioſum, quando in conflictu diverſarum opinionum uni adhæret.*

30 *Diſpoſitio facta in caſu ſimplici, quando locum habeat etiam in caſu mixto, licèt agatur de materia odioſa, & n. 31.*

32 *Iudex allegatus ſuſpectus ab uno ex litis Conſortibus, nequit quoad alios in Cauſa procedere.*
*Et de ratione, n. 33.*

34 *Iudex, qui habet conſimilem articulum in ſua Cauſa propria, poteſt utì ſuſpectus recuſari.*

35 *Deſtinatio quando habeatur pro facto.*

37 *Legati, durante Legationis officio, nequeunt conveniri.*
*Intellige, ut num. 38. 39. 40. 42., & 44. cum ſeqq.*

45 *Legati, tamquàm perſonæ Sacroſanctæ, non poſſunt lædi, aut quomodocumque offendi.*

43 *Sententia lata contrà Procuratorem dominum litis effectum valet, etiamſi Principalis mortuus fuerit.*

45 *Petens aliquid à Principe per viam Gratiæ, videtur fateri, id ſibi ex Juſtitia competere non poſſe.*

46 *Legati, qui longo tempore debent in Legationibus morari, poſſunt conveniri in loco proprii Domicilii.*

47 *Privilegium Legatis conceſſum, non compræhendit cauſas motas antè obtentam Legationem.*

48 *Legatus ab ipſo momento obtentæ Legationis gaudet privilegiis cæterorum Legatorum.*

49 *Æqualitas in Judiciis debet ſervari.*

50 *Privilegium competens uni ex litigantibus an, & quandò ſuffragetur aliis litis conſortibus, & n. 51.*

52 *Sententia lata contrà plures litisConſortes pro indiviſo poſſidentes corruit quòad omnes, ſi illorum unus non fuerit in ea citatus.*

*Secùs eſt, ſi pro diviſo poſſideant, quia tunc Sententia ſubſtinetur quòad citatos, ibidem.*

53 *Conſtitutio Ægidiana poteſt effectum ſuum operari reſpectu aliquorum bonorum, non verò reſpectu aliorum, licèt agatur de una, eademque Sententia.*

54 *Sententiæ contrariæ, & diverſæ variis temporibus proferri poſſunt contrà plures pro diviſo poſſidentes, n. 40.*

55 *Immiſſio petita contrà duos pro diviſo poſſidentes poteſt intrare quòad unum, et quòad alium non, ratione retentionis huic, et non illi competentis.*

56 *Privilegium competens uni ex pluribus litis Conſortibus, qui abſit cauſa Reipublicæ, non impedit, quin contrà alios poſſit in Cauſa procedi.*

*Et declarantur in hoc propoſito* Authoritates, *quæ videntur in contrarium urgere, n. 57., & 58.*

59 *Sententia lata contrà plures Fratres, inter quos unus ſit Pupillus, vel Minor, ſubſtinetur, quandò ejus Fratres majores Cauſam acritèr defenderunt.*

*Vel in omnem caſum Sententia ſubſtinetur quoad portiones Fratrum majorum, n. 60.*

## DECISIO LXXI.

VIGILAT, quantum fieri poteſt, Prudentia Tribunalis, ne hypotheſis per rectos Juſtitiæ tramites decidenda à ſua ſince-
1 ritate deflectat, uti non valens reſpondere, niſi ſecundùm ea, quæ proponuntur, ut dicebat *Scævola in l. Lucius Titius 78. §. 1., & 2.* utrobiquè *in fine, ff. ad Trebell.*, ideòque ſub expreſſo Ædicto ſancivit, non minùs Informationes in facto, quàm *Summariæ* continentia medullam, ac ſubſtantiam Cauſarum, & Proceſſuum propria manu ſubſignari per ipſoſmet Patronos jam ab Auditorio noſtro approbatos; At nequè hoc quandòque ſufficiente ad veritatem, quæ de Terra exoritur, adſtruendam, proſpiciente idcircò de Cœlo Juſtitia, quotidiè etiam præcipit in caſuum contingentia concordari Facta coràm Relatore, ſeù Ponente: Quapropter, cùm (ſicuti fuit enunciatum ſub hac eadem die in altera diſcuſſione, ac reſolutione ſuper negocio principali) tota Scœna facti Dominorum oculis apparuerit immutata, oportuit conſequentèr non minus quoad ipſum meritum ſubſtantiale Cauſæ, quam circà Sequeſtri indictionem recedere à deciſis.

Intantum enim ad terminos *Clement. unicæ ſub tit. de Sequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* in hac ſubiecta Beneficiali materia Tribunal præfigit Sequeſtrum, inquantum Sententia contrà poſſeſſorem edita in Curia, revera mereatur nomen Sententiæ, idemque Tribunal dignoſcat, ipſam Sententiam juſtam, ac validam eſſe, aliàs namquè Sententia, quæ nulla ſit,
2 vel injuſta, ad quemlibet effectum Juris habetur pro non lata, adeò quod in nihilo veniat attendenda, ad *Text. in l. 4. §. Condemnatum, ff. de re judic., & in cap. inter cæteras, eodem tit. in Decretal., Mart. Med. exam. S. neu. 39. n. 16., Contrius diſcept. 80. n. 4., Rot. dec. 130. n. 26. & ſeq. par. 16. recen.*; Itàut illa boni Juris præ-
3 ſumptio, quæ Mater eſt Sequeſtri, ac reſpectivè promanat à Judicato favorabili, omninò collabeſcat, poſita nullitate, vel injuſtitia Sententiæ, ut proſequendo annotarunt *Adden. ad deciſ. 617. n. 129. cum ſeqq. part. 4. tom. 3. recen., Rot. cor. Cavaler. dec. 467. n. 2., & dec. 508. n. 5. & 6. cor. Card. Cerro.*

Utroque autem defectu viſa eſt laborare Sententia per Judicem alterius Inſtantiæ in Curia pronunciata; reſpectu namquè Injuſtitiæ, illa ex ſuperiùs enunciata Metamorphoſi, ſeù mutatione facti ſatis abundè coruſcare viſa eſt per fundamenta ſolidius ſtabilita in præcitata reſolutione, ſeù Deciſione ſub hodierna die de Voto Dominorum meorum extenſa: Dum enim in eadem Deciſione clarè demonſtratur, Franciſcum, ad cujus inſtantiam extiterat reſoluta ſequeſtratio, nullibi de per ſe, vel mediante legitimo Procuratore exhibuiſſe præſentationem, quàm prætendebat obtinuiſſe circà Scholaſteriam controverſam, profectò nullum Jus neque in re, neque ad rem poterat prætexere, per quod & Sententia ſuper hoc erroneo præſuppoſito lata in Curia foret ſubſtentabilis, & per quod ullo modo valeret relaxari Sequeſtrum, quod exigit vel bonum Jus poſitivum,
4 vel ſaltèm ejuſdem boni Juris præſumptionem, ad trad. per *Veſtr. in prax. lib. 7. cap. 2. n. 5. & 7., Gratian. diſcept. 232. n. 13., Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 14. n. 154., Rot. deciſ. 5. n. 9. coràm Ubald.*

Invaliditas verò ejuſdem Sententiæ pari fulgore protinùs emicavit ex rimatione Fa-

eſt providè ( ut diximus ) concordati, cum fuerit oſtenſum, in præcitata Sententia prolata in Curia confirmatam extitiſſe alteram Sententiam Præpoſiti Camenecen., quandò
5 is remanſerat ex parte Thomæ ſuſpectus allegatus, in quibus ſanè terminis, quia Sententia per hujuſmodi Judicem ſubſcripta inſanabili claudicat nullitate, ex deductis per *Armenzan. dec. Januen.30. n.28.*, *Rot. apud Marcheſan. de Commiſſ. part.2. fol.385.*, *&* *fol.518.* utrobiquè *num.1.*, *&* *dec.31. num.1.*
6 *par.15. recent.* Ità pari vitio tabeſcit Sententia illius confirmatoria, ut habetur apud *Card. de Luc. de Benefic. diſc.92. n.8.*, *&* *de Jurepatr. diſc.27. n.4.*, *Rot. coram Peuting. dec.256. n.12.*, *cor. Bich. dec.272. antè n.1. verſ. Influunt enim*, *&* *dec.145. n.11. coram Priolo*.

Addito altero defectu, quod extitit in eadem Sententia de Curia prætermiſſa infirmatio duarum Sententiarum, quarum unam dixerat Ordinarius Cracovien., alteramque pronunciaverat Metropolitanus, ſeu Primas Regni Polonici, quandò de cætero pervii
7 Juris eſt, Sententiam fore nullam, niſi ſibi adverſantia infirmet, & abſcindat Iudicata præcedentia, ad *Text. in l. 5. C. quand. provoc. non eſt neceſſ.*, *Fælin. in cap. inter Monaſterium n.16. de ſenten.*, *&* *re jud.*, *Rot. dec.312. n.1. part.5. recen.*, *dec.223. n.1. cum ſeq. par.7.*, *&* *dec.191. n.4. part.14.*

Et ità utraquè &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

IN conſequentiam revocatæ Deciſionis ſuper negotio principali, prout in antecedenti Deciſione, collapſa quoquè eſt altera Deciſio ſuper Sequeſtro, quod velut acceſſorium ſequitur naturam principalis ex oppoſitis propemodum rationibus, juxtà illud = *Contrariorum eadem eſt diſciplina*.

In ordine verò ad ea, quæ in hac Deciſio-
8 ne inſinuantur reſpectu Iudicis recuſati tanquàm ſuſpecti, plura agit *Card. de Luc. de Iudic. diſc.3. à n.56.*, *&* *n.63.*, *&* *ſeqq.*, unde non obſtante, quod in exteris Tribunalibus frequentes haberi ſoleant in hac re quæſtiones, adeòut integros uſquè videamus ſuper ea compilatos Tractatus à *Steph. Aufrer. de recuſat.*, *à Lanfranc. de Ariadn.* paritèr *de recuſat.*, qui habentur *inter Tractatus varior. tom.3. par. pr. fol.356.*, *&* *ſeqq.*, *&* *à Iacob. Laurent. de Iudic. ſuſpect.*

Adhùc tamen in Curia, ſicut teſtatur *idem Card. de Luc.*, rarò audiuntur in Foro hæ controverſiæ, niſi contingat caſus aliquis valdè ſpecialis, quemadmodùm præciſè accidit Mihi diſceptari ſub Anno 1681.; cùm enim tractaretur de celebri Cauſa *Ferrarien. Fideicommiſſi de Turchis* inter Marchiones de Flaſchis, & Marchiones de Bentivolis, & Bevilacquis, appellarent autem præfati de Flaſchis à quadam Sententia lata tunc temporis ab A.C. Cavallerino, nolebant appellationem cognoſci in Tribunali Rotæ in vim Conſtitutionis San. mem. Pauli V., ex quo in eodem Collegio Sacræ Rotæ reperiretur adſcriptus bon. mem. R.P.D. Muſtus, tunc Nuncius Apoſtolicus ad Sereniſſimum Sabaudiæ Ducem, iſquè foret in gradu connotato per Bullam cum Marchionibus de Bentivolis Conſanguineus, ſivè conjunctus,
9 quamobrèm etſi Sacræ Rotæ Auditores nequè ſoleant, nequè poſſint allegari ſuſpecti ob eorum notoriam integritatem, & juſtitiam, ex omnibus idcircò partibus Chriſtianitatis, ſeù Fidei Ortodoxæ prælecti, teſte *eodem Card. de Luc. in relat. Rom. Cur. diſc.32. n.16.*, *et plurib. ſeqq.*

Nihilominùs ſtante præfata Conſtitutione Pauli V. habitus fuit recurſus ad Signaturam Gratiæ coràm recol. mem. Innocentio XI., & Ego eo temporis ſcribens pro Flaſchis obtinui, quod Cauſa decidenda committeretur particulari Congregationi, etſi inde in ſucceſſivè Marchiones de Flaſchis, parum fœlicem experti ſortem in prædicta Congregatione particulari, anxiè poſtea exoptaverint, remitti ulteriorem inſtantiam ad Rotam, ſed inutilitèr, quia coacti fuerunt ſtare Iudicio novæ Congregationis particularis; Diſcurſus itaquè, ſivè informatio editus per Me ſub prædicto Anno 1681. ità ſe habebat.

In vim *l. final. C. de edict. Div. Adr. tollen.* inſtituto per Marchiones de Flaſchis Iudicio adversùs Marchiones de Bentivolis, & Bevilacquis, poſt diuturnam, acerrimamque diſputationem prodiit ab Eminentiſſimo Legato Sententia Actoribus favorabilis, ſed cùm iſta nuper fuerit in gradu appellationis per A.C. Cavallerinum infirmata, porrexerunt illi de Flaſchis Sanctitati Veſtræ Commiſſionem pro obtinenda ulteriori deputatione alicujus Congregationis particularis, ex quo interim ad Sacræ Rotæ Auditorium aſſumpto Reverendiſſimo Muſto in ſecundo gradu Conſanguinitatis exiſtente cum illis de Bentivolis, ad litteram iutrare videbatur cenſura Conſtitutionum Apoſtolicarum ( ut infrà ) vetantium, nè Cauſæ Conſanguineorum alicujus ex Auditoribus Sacræ Rotæ uſquè ad prædictum ſecundum gradum Canonicum cognoſci poſſint in ipſa Rota: Verùm reluctantibus aſſentiri iiſdem de Bentivolis, & litis Conſortibus, placuit Sanctitati Veſtræ præfatas preces ad præſentem Signaturam Gratiæ remittere: Quamobrèm cùm hodiè illas trutinari contingit, credimus proculdubio, juſtè petitis benignè fore annuendum.

Siquidem remanet in facto apud Partes abſquè controverſia, quod Reverendiſſimus

Muſtus in ſuprà relato gradu Conſanguini-
tatis cum iis de Bentivolis conjungitur, pro-
10 indeque ſubintrat quoquè clara, & incon-
trovertibilis determinatio Conſtitutionis,
tàm San. mem. Pii IV. *la* 44. *in ordine* §.9.,
quàm Pauli V. *la* 71. edita *ſuper reformat. Tri-
bunal. tit. de Auditor. Rot. n.* 14. quævè habe-
tur *impreſſ. ſeù repetit. penes Ridolphin. in ſua
prax. fol.* 676. *n.* 14., ubi per hæc verba diſpo-
nitur a *Cauſæ propriæ Auditorum, & eorum
Familiarium, ac Conſanguineorum, vel Affinium
uſquè ad ſecundum gradum juxtà jus Canonicum
computandum, non cognoſcantur in Rota*; adeò
enim iſta ſunt litteralia, & rotunda, ut ina-
11 nis reddatur labor cumulandi deſuper Do-
ctrinas, & ratiocinia, juxtà monitum *I.C. in
l. ille, aut ille, §. Cùm in verbis, ff. de legat.* 3.
cum concordantibus relatis per *Rot. dec.* 44.
*n.* 14. *par.* 11. *recen.*

Jacta igitur baſe hujuſcè tàm adapertæ
Sanctionis, obſtare nequeunt ea, quæ ſub-
tilitèr forſan, ſed contrà mentem Summo-
rum Pontificum, & verba adeò expreſſè lo-
quentia deducentur exadversò: Non etenim
adverſari valet, primò, quod ſufficiat, Au-
12 ditorem in prædicto gradu conjunctum ab-
ſtinere à votando, vel exire interim penden-
te diſcuſſione Cauſæ de Rota, ſecundùm *Ca-
pucc.*, *Marcheſan.*, *Reverend. de Luc.* in con-
trarium allegandos; iſti etenim, non animad-
vertiis præfitis verbis nullam ambiguitatem,
aut interpretationem tolerantibus, præſup-
ponunt, quod ità, & non alitèr (ut ſuprà)
decernatur in Conſtitutionibus, prout ex
eorum lectura videre eſt, ſignantèr apud
*Capucc. in prax. par.* 1. *cap.* 2. *n.* 56., *Marche-
ſan. de Commiſſ. tit. de ſuſpic. Judic.* §. 2. *n.* 3.
& 4., *Reverendiſſ. de Luc. lib.* 15. *de Judic.
diſc.* 3. *n.* 67.

At cùm memoratæ Conſtitutiones non
13 continentur, quod Auditor ſimplicitèr ab-
ſtineat à perhibendo Suffragium, vel exeat
de Rota, ſed per verba cubitalia directa ad
ipſas Cauſas, & Rotam diſponant, quod
Cauſæ prædictæ = *non cognoſcantur in Rota*, non
exiſtit ampliùs locus contrariæ interpretatio-
ni; undè detecta fallacia, & erroneitate fun-
damenti, cui præfati *Doctores* innituntur,
profectò poni merentur ad partes, littera
14 etenim *Textus* prevalet cuicumque gloſſatio-
ni, & opinioni *Scribentium*, ad ea quæ opti-
mè reſpondit *Rota in Romana Domus* 29. *No-
vembr.* 1669. §. *Et cùm Rota, & §. Ideò Domi-
ni, cor. Reverend. Bourlem. in ordine la* 214.
*n.* 10. & 14. *par.* 16. *recen.*

Atque hinc paritèr collabeſcit, quod eæ-
dem Conſtitutiones veniant intelligendæ re-
tento themate, & ſenſu alterius anteceden-
tis Bullæ editæ per Joannem XXII. quæ præ-
dicta abſtinentia à votando, vel exitu de
Rota contentabatur: Si etenim voluiſſent
San. mem. Pius IV., & Paulus V. ſimplicitèr
immorari in terminis memoratæ Bullæ Jo-
annis, ejus verba, & limites fuiſſent proſe-
quuti, non autem per verba adeò contraria,
& incompatibilia diſpoſuiſſent, ex recepta
15 propoſitione, quod Conſtitutio ſubſequens
nequit ab antecedenti interpretari, quandò
apertiſſimè ab illa diſcordat, & aliquid ulte-
rius ſuperaddendo loquitur per verba pro-
hibitiva, ad tradita per *Abb. in cap. decerni-
mus in fin.* ibiquè *Felin.*, *de Iudic.* & per *eum-
dem Fœlin. in cap. ſuper quæſtionum §. Verùm ſub
n.* 8. *verſ. ſecundò nota, de offic. & poteſt Judic.
delegat.*, *Spad. conſ.* 113. *n.* 8. *lib.* 1., & in du-
16 rioribus, quod quandò Conſtitutio, ejuſ-
que diſpoſitio eſt certa, inducat novum Jus,
licèt emanaverit ad effectum dumtaxat de-
clarandi, doctrina eſt *Bartol. in Extravag. ad
reprimendum in verb. prout ſub n.* 2. & eſt *Text.
in cap. Abbate*, cum ibi notatis, *de verb ſignif.
Spad. conſ.* 71. *n.* 8. *lib.* 1., *Rot. cor. Put. de-
ciſ.* 360. *n.* 2. *lib.* 2. *in antiquis*.

Fortiùs verò, & extrà hæſitationem per-
ſpecta duplici, evidentique ponderatione,
una nimirùm, quod iidem Summi Pontifices
Pius IV., & Paulus V. quandò voluerunt,
ſatis eſſe abſtinere à votando, vel diſcedere
à Tribunali, id litteralitèr ſciverunt expri-
mere, ut conſtat *in Conſtit.* 87 §. 8 *Pii. IV. Bul-
lar. nov. tom.* 2. & *Conſtit.* 71. *Pauli V. tit. de Ca-
merar.*, & *Camer. Apoſtolic.* §. 12. & 13. *Bullar.
nov. tom.* 3. In iſtis enim pertractando de Tri-
bunali Cameræ diſponitur, non quod Cauſæ,
ut in caſu noſtro, non committantur in Ca-
mera, ſed quod non committantur Clerico
Conſanguineo uſquè ad quartum gradum,
quodque *ipſe Clericus etiam injuſſus* (ſunt
verba Conſtitutionis Pauli V. *impreſſ. etiam
apud Ridolphin. in prax. fol.* 672. *n.* 12. & 13.)
*dum Cauſa proponitur, egredi debeat*; ſicquè
etiam quandò non haberemus prædicta ver-
ba luce meridiana clariora, quod prædictæ
Cauſæ *non cognoſcantur in Rota*, ſuperabun-
17 daret vulgata regula deſumpta à diverſo mo-
do exprimendi, de qua *Text.* habetur *in l. uni-
ca*, §. *Sin autem*, *C. de caduc. tollen. Rot. de-
ciſ.* 350. *n.* 3. *poſt ſecundum volum. conſ. Fari-
nac.*, & *dec.* 257. *n.* 12. *par.* 16. *recen.*

Et altera, quod ſi mallemus procedere
cum intellectu Partis, præfatæ noſtræ Con-
ſtitutiones redderentur quodammodò ini-
quæ, dum extrà ſecundum gradum poſſent
Auditores Conſanguinei votare, & non exi-
re de Rota, cùm de hoc caſu non loquatur
ipſarum prohibitio, & tamen, ut optimè
agnoverunt iidem Conditores in altero Ca-
meræ Tribunali, de Jure prohibitio uſquè
ad decimum, vel ſaltem quartum gradum
extenditur, ideòque neceſſe eſt, quod præ-
dictæ Conſtitutiones aliquid addant Juri
communi, prohibendo, nè Cauſæ ullo modo
cognoſcantur in Rota, non autem ipſum di-
minuant reſtringendo ſimplicem abſtinen-
tiam

tiam à votando ad ſecundum gradum dum-
18 taxat, ut in terminis primæ propoſitionis circà remotionem Judicis de Jure uſquè ad decimum, vel quartum gradum, plenè *Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 21. n. 55.*, *Creſp. de Valduar. obſer. 8. per tot.*, & priùs tradidit *Bertrand. conſ. 93. vol. 3.*, *Rovit. ſuper Pragm. de ſuſpic. Official. pragmat. 1. n. 25.*, *Milanen. dec. 15.*
19 *n. 10.*, & in ſpecie ſecundæ, quod Conſtitutiones debeant aliquid Juri communi ſuperaddere, ootavit *Bartol. in l. 3. §. Prætor ait n. 15.* ibiquè *Alex. n. 10. & ſeq. ff. de damn. infect.*, *Abb. conſ. 42. verſ. ex ſecundo capite lib. 2. Spad. conſ. 113. n. 5. lib. 1.*

Ejuſdem prorsùs irrelevantiæ exiſtit ſecunda oppoſitio ſuper prætenſa inobſervantia, ex quo quotidiana praxis edoceat, ut etiam Cauſæ propriæ ipſorum Auditorum ventilentur in ipſa Rota: Tùm quia non ſo-
20 lùm leges Papales, tanquàm non pendentes à poteſtate per Populum, ſed ab ipſo Deo communicata, nequeunt per ejuſdem Populi non uſum, ſivè contrarium uſum abrogari; ſed etiam, quia memoratæ Conſtitutiones
21 continent Clauſulam = *ſublata*, & Decretum irritans, quod omnem contrariam conſuetudinem enervat, & infringit, ex *Rota cor. Buratt. dec. 795. n. 3.* ibiquè *Adden. n. 9.*, *Gratian. diſcept. 559. num. 35.*, optimè *Merlin. dec. 814. n. 5. & 6.*, *Celſ. dec. 200. n. 6.*, cum aliis fuſo Calamo firmatis per *Rot. in Monaſterien. Canonicatuum cor.* R. P. D. meo *Bourlemont impreſſ. dec. 260. n. 26. uſquè ad finem par. 17. recen.*, ubi latè progreditur, quod &
22 contrarius uſus debet emergere cum poſitiva ſcientia, & conſenſu Papæ, quodque non ſufficiat præſumptiva ſcientia deducta ab Officialibus, ac deniquè, quod contrarius uſus, & conſuetudo debet eſſe in contradictorio Judicio canonizata: quæ omnia cùm in præſenti deficiant, exuberat ſuper hiſcè propoſitionibus prædictam *deciſionem*, in qua omnia iſta requiſita diſcutiuntur, retuliſſe.

Eoque faciliùs, quia neſcitur, an Partes in adductis contrariis caſibus voluerint de
23 unanimi conſenſu Rotam adire; quamvis enim de rigore ſubſtineri poſſet, quod Partium conſenſus adhùc ſufficiens in hoc caſu non eſſet, ex congeſtis per *Fulvium Conſtant. in l. unica num. 78. C. de Claſſic. lib. 11.*, *Petr. Barboſ. in l. 1. art. 1. n. 155. ff. de Iudic.*, *Carleval. de Iudic. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 7. ſect. 4. n. 1187.* bene *Caraſe. in tract. de caſib. Cur. num. 106. & ſeq.*

Nihilominùs ſatis eſt, quod præfata obſervantia in præſenti valeat modo, de quo ſu-
24 prà, conciliari, requiritur enim, quod illa probetur in caſu præciſo, & individuo, non autem in æquivoco, quivè duplicem pati poteſt intellectum, ut ait *Surd. deciſ. 131. n. 8.*, *Bich. deciſ. 650. n. 13. & 14.*, *Gregor. deciſ. 45. n. 6. & deciſ. 462. n. 2.*, *& deciſ. 355. num. 11. par. 11.*, *& deciſ. 304. num. 12. par. 12.*, *& in Carpentoraten. Cenſus 19. Iunii 1676. §. Non obſtat unica*, *coram* R. P. D. *Rondinino*, & in puncto conſimilis legis adamuſſim in Regno Granaten. militantis advertit viden. *Caraſc. in dict. Tract. de caſib. Curiæ n. 104. & 105. fol. mihi 24.*

Ac demùm ſiuè ſcrupulo, quia de facto exorta ſimili controverſia inter R.P.D. Farſettum, & bon. mem. Bevilaquam in notiſſima Cauſa *Romana Locorum Montium*, ac juremeritò renuente R.P.D. Farſetto, eamdem Cauſam appellationis committi Sacræ Rotæ, in qua reſidebat bon. mem. Bevilacqua, prodiit tunc temporis, videlicet de Anno 1673. (non obſtante oppoſitione, & Commiſſione Rotali jam præſentata in Actis ſub die 4. Julii ejuſdem Anni coràm bo. me. Priolo) reſolutio, quod deputaretur, pròut de facto deputata fuit, Particularis Congregatio Prælatorum; ideoque locum ſibi vindicat indu-
25 bitata concluſio, quod ad deſtruendam quamcumque conſuetudinem ſufficit unus actus in contrarium, præcipuè, pròut hic, Parte contradicente ſecutus, etiamſi mille concurrerent pro conſuetudine, teſte *Cagnol. in l. ſemper in ſtipulationibus n. 12. ff. de regul. Iur.*, *Surd. conſ. 393. n. 23. & 24.*, *Bichius dec. 48. n. 14. & 15.*, *Add. ad Gregor. dec. 162. n. 15. & in dicta Carpentoraten. Cenſus §. Vlterius dicta conſuetudo*, *cor.* R. P. D. *Rondinino*.

Non adverſante altero exemplo in illa Cauſa illorum de Marſiliis, & Albergatis; Quoniam ultrà quamplures facti circumſtantias nimium diverſificantes unum ab altero caſu, concurrit inter cætera illa, quod Cauſa prædicta fuerat non ſolùm, jam citata Parte, introducta in Sacra Rota cum formali Dubii ſubſcriptione, ſed ulteriùs prodierant Deciſiones, ut plerique ex Reverendiſſimis PP. poterunt reminiſci, quinimò cùm R.P.D. tunc temporis Auditor Sanctiſſimi ſub die 23. Aprilis 1675., ad inſtantiam eorumdem de Albergatis citantium ad videndum mandari procedi ad ulteriora in Rota, decreverit = *niſi infrà quinque Marſilius declaraverit velle adire Congregationem Particularem, Partes utantur jure ſuo*, intantum Cauſa, ut ſuprà, poſt lapſum undecim Menſium propoſita fuit in Rota, inquantum infrà prædictum terminum dierum quinque nullam illi de Marſiliis fecerunt declarationem, ſed permiſerunt, Cauſam in Rota, ut ſuprà, decidi, & poſteà adiverunt Signaturam pro avocatione à Rota, quam tunc non obtinuerunt, quia res non erat integra; Cæterum non fuit dubitatum per Signaturam, quin, ſi res integra fuiſſet, deberet à Rota avocari, tenendo, claram eſſe Conſtitutionem prohibitoriam, ut ootiſſimum eſt Reverendiſſimis DD. utriuſque Signaturæ; ideòque tantum abeſt, quod ab hoc exemplo va-

leat

leat ad noſtrum inferri, quin potiùs mirificè
faveat huic Parti, quia tunc quoque deciſum
fuerat pro incompetentia Sacræ Rotæ.

Atque hinc, retento eodem exemplo,
enervatur altera tertia exceptio exadversò
fortè, ut præmiſimus, facienda, nimirùm,
quod prædictæ Conſtitutiones militare non
poſſunt in præſenti, ex quo ultrà eos de Ben-
tivolis concurrant illi de Bevilacqua, qui
nullo vinculo Conſanguinitatis cum præfa-
to Reverendiſſimo Muſto obſtringuntur,
proindèque ob prætenſam exorbitantiam
prædictarum Conſtitutionum verſari videa-
mur in caſu mixto, in quibus terminis ada-
ptari non ſolet Statutum, ſeù diſpoſitio lo-
quens in caſu ſimplici: Quia pariformiter in
Cauſa eorum de Albergatis concurrebant
illi de Graſſis nulla Conſanguinitate con-
juncti cum Reverendiſſimo Albergato, &
tamen R.P.D. Auditor Sanctiſſimi tribuerat
optionem Marſiliis accipiendi Congrega-
26 tionem Particularem; ſicque quando veli-
mus procedere cum exemplis, iſtud, tan-
quàm individuale, & cum iiſdem qualitati-
bus, ſuffragatur proculdubio illis de Flaſchis,
juxtà ea, quæ congerit *Bonden. collect.* 14.
*n.* 126. *lib.* 1., *Cyriac. contr.* 23. *n.* 23., *Thomat.
dec.* 131. *n.* 1. cum reliquis *in Farſen. bono-
rum 17. Iunii 1675. §. Quatenùs autem, cor.
R.P.D. Calatajù.*

Verùm quoquè præſcindendo ab eodem
exemplo, abſolutè negamus, quod præfatæ
Conſtitutiones exorbiteut à Jure communi,
undè adaptari valeat in abſtracto propoſi-
tio, quod diſpoſitio loquens de caſu ſimpli-
ci locum non habeat in mixto; Licèt enim
prætendatur ab exemplis nonnullorum Tri-
bunalium aliarum Regionum, ac ſecundùm
ſententiam aliquorum *Scribentium* ſuffice-
re, quod Senatores, vel Judices ſuſpecti
Votum non præbeant, abſque eo, quod Cau-
ſa de Senatu, vel Parlamento avocetur: at-
tamen præterquàm, ut ſuperiùs ponderavi-
mus, hujuſmodi prohibitio magis rigoroſa
compenſatur cum reſtrictiva ad ſecundum
gradum dumtaxat, quando & in Camera,
ac de Jure prohibitio ſaltèm quartum gra-
dum attingit; dicimus ulteriùs, quod præ-
fata opinio, ut non poſſit allegari ſuſpectum
totum Tribunal, non fundatur in aliquo
*Textu* Cœſareo, vel Pontificio, undè Bulla
conſiderari poſſit exorbitans à Juris deter-
minatione, quinimò inter *Scribentes* non mo-
27 dica adeſt ſciſſura, aliis negantibus, aliis af-
firmantibus, quod totum Tribunal valeat ex
ſuſpicione Præſidis, vel unius ex Senatori-
bus recuſari, pròut recognoſci poteſt apud
*Canoniſtas in cap.* 1. *de Iudic.* & ſignantèr *Rip.
n.* 42. *cum ſeq. & in cap. accedens, il ſecondo,
ut lite non conteſt.*, *Bær. deciſ.* 269. *n.* 4., ubi
in ſpecie, quod integer Senatus poſſit recu-
ſari, *Albert. Brun. in tractat. de Statut. par.* 1.
*qu.* 101., *Menoch. conſ.* 94. *n.* 10., ubi quod
omnes Doctores unius Collegii poſſunt recu-
ſari, *& in tract. de arbitrar. Iudic. lib.* 2. *caſ.* 458.
*n.* 3. *cum pluribus ſeq.* latè *Caraſc. in tract. de
recompilat. leg. partitarum cap.* 9. *n.* 22. *tit. de
recuſat. Iudic. ordinar.*

Pròut abſolutè verum non eſt, quod ità
28 ſervent omnia extera Tribunalia; nam in
Regione Pedemontana adeſt Conſtitutio *ſub
tit. della recuſatione del Giudice §. Non ſi potrà*,
in qua ſancitur, Senatum recuſari in totum
poſſe, ut proſequitur *Menoch. de arbitr. dicto
caſ.* 458. *n.* 13., & in Hiſpania adeſt eadem
præciſa ordinatio, cujus verba recenſet *Aze-
ved. in recompilat. lib.* 4. *tit.* 4. *l.* 10., & in Can-
cellaria Pinciana, & Granaten. extat alia ſi-
millima, quam refert, & exornat *Caraſc. in
præcit. tract. de caſib. Cur. n.* 103. *& ſeq.*

Cùm itaquè non deſint aliorum Tribuna-
lium conſimiles ſanctiones, ac in Jure præ-
maxima intercedat diſcrepantia *Doctorum*,
nullo modo dici poteſt, quod noſtræ Conſti-
29 tutiones exorbitent à Jure, ſed tanquàm in
unam potiùs opinionem inclinantes, dicun-
tur favorabiles, & non odioſæ, ad firmata
per *Burgos de Paz ad ll. Tauri in Probem. n.* 432.
*& ſeq.*, *Rovit. in Pragm.* 1. *de Aſſaſſin. n.* 36.,
Rot. *deciſ.* 20. *num.* 7. *par.* 3. *recent.*, *ubi Ad-
den. num.* 29.

At dato per quemdam diſcurſum, quod
eædem Conſtitutiones dici mererentur cor-
rectoriæ Juris communis, non tamen exindè
elici poteſt conſequentia, quod locum ha-
bere non poſſint in caſu mixto ob concur-
ſum Perſonarum non compræhenſarum;
30 Tùm quia, in diſpoſitione etiam odioſa, di-
ſpoſita in caſu ſimplici habent locum in ca-
ſu mixto, quando in utroque militat eadem
ratio, vel quandò ex mixtura, ſimplex non
31 aſſumit novam formam, neque pertranſit
in novam rem, ſeù ſpeciem, ut in puncto
primæ concluſionis reſpondit Rot. *Bonon. de-
ciſ.* 99. *n.* 13., & 19., & *Rom. dec.* 206. *n.* 9. *&
ſeq. par.* 6. *rec.*, & in propoſito ſecundæ, egre-
giè *Farinacc. in fragment. par.* 2. *litt. M. n.* 253.
*&* 254., *Barboſ. axiom.* 152. *n.* 5. *&* 6., *et* Rot.
*dicta dec.* 206. *n.* 10. *et ſeqq. par.* 6. *recen.*

Videamus ergò, utrùm militet eadem ra-
tio, & an ex mixtura fiat tranſitus ad novam
ſpeciem: Si etenim Summi Pontifices nolue-
runt cognoſci in Rota Cauſam alicujus Fa-
miliaris importantem ſimplex intereſſe ſcu-
torum 500., permittendum nè venit, quod
cognoſcatur præſens, in qua Conſanguineus
habet intereſſe in ſcutis 5000. & ultrà? cum-
que per adhæſionem alterius non Conſan-
guinei non tollatur ratio affectionis, ob quam
cognitio Cauſarum prohibetur, quis dicet,
adhùc non militare eamdem rationem, ideò-
que locum eſſe Conſtitutionibus non obſtante
prætenſa mixtura, ex *Farinacc.*, *Rot.*, aliiſ-
que ſuperiùs allegatis.

Atque id magis clarum fit ex gemina con-
cluſione, quam ſine controverſia firmarunt
*Doctores*, prima nimirùm, quod ſufficit, ut
32 Judex ab uno ex litis Conſortibus in eadem
Cauſa ſuſpectus allegetur, ad effectum, nè
etiam procedere poſſit quòad alios, proindè-
que ſi Rota in caſu noſtro redditur ſuſpecta
reſpectu illorum de Bentivolis, quomodò
poteſt procedere in Cauſa, quia adſunt illi
de Bevilacqua ? contrà ea, quæ egregie fir-
mat *Tondut. de prævent. Iudic. par. 2. cap. 15.*
*n. 2.*, ubi conſiderat eam rationem, quod
33 omnibus litis Conſortibus competit ) ut in
præſenti ) eadem ratio defenſionis, idemque
optimè tradit viden. *Rovit. ſuper Pragmat. 1.*
*de ſuſpic. Official. n. 76.*

Et ſecunda, quod ſatis eſt pro juſta cauſa
34 recuſationis, quod Judex habeat conſimi-
lem Cauſam cum illa, in qua vult judicare,
ex hoc enim redditur ſuſpectus, quia præſu-
mitur judicare talitèr, pròut vellet in ſua
Cauſa judicari, ex *gloſſ. & ibi Abb. in cap.*
*cauſam, quæ ( il ſecondo ) de Judic.*, *Marant.*
*in ſuo Specul. par. 6. verb. & quandocumquè*
*appellatur n. 46. fol. Mihi* 343., *Spad. conſ. 197.*
*n. 5. lib. 2.* ac propterea ſi ob affectionem.
quam præſumunt Conſtitutiones, vetatur,
ne Cauſa Conſanguinei cognoſcatur in Rota,
impoſſibile eſt, quod ſub prætextu alterius
non Conſanguinei, non ſimile, ſed idem ne-
gocium decidatur.

Deniquè non credimus, quod exadversò
fiat aliquod fundamentum ſuper eo, quod
Reverendiſſimus Muſtus non ſedet adhùc in
Rota; Quia, quidquid ſit ad alios effectus,
in quibus procedere poſſunt in contrarium
allegandi, utrùm ſcilicet ſufficiat deſtinatio,
certum eſt, quod ad illum, de quo agitur,
cùm antequàm Cauſa iſta nedùm termine-
tur, ſed proponatur, in Rota intererit Re-
verendiſſimus Muſtus, ex præciſa identitate
35 rationis deſtinatio habetur pro actuali reſi-
dentia, ad *Text. in l. abeſſe, & in l. cui, §. Tam-*
*diù, ff. ex quib. cauſ. major.*, *Bald. in l. penult.*
*ff. de teſtam.*, *Ancaran. conſ. 9. circa fin.*, *Lup.*
*in rubr. de donat. inter Vir, & Uxor. n. 1. §. 38.*,
*Marſil. in rubr. de fidejuſſor. n. 216.*, *Gratian.*
*diſcept. 96. n. 19.*, *Rot. cor. Coccin. dec. 1855.*
*n. 19. & ſeq.* *Explicit Reſponſum.*

In quoddam coronamentum ejuſdem rei
omittendum non videtur, quod Tribunal,
pluſquàm Domus Cœſaris, non ſolùm à
malo, ſed ab omni ſuſpicione mali nimiùm
vehementèr abhorret, nedùm abſtinet, nu-
perrimè nimirùm ſub Anno proximè dela-
pſo 1702., particulari, propriavè lege ſanci-
verat, ne Cauſæ Auditorum, eorumvè Con-
ſanguineorum, & Familiarium uſquè ad
præſcriptum gradum à præfata Conſtitutio-
ne Pauli V. ( quidquid uſus intermedius di-
verſimodè effeciſſet ) recitarentur in Sacra
Rota, niſi id contingeret de conſenſu Par-
tium; ſed placuit Sanctiſſimo Domino No-
ſtro pro nunc à Tribunali requiſitam appro-
bationem ſuſpendere.

De tempore, quo Ego degebam in mune-
re Auditoratus ætern. memor. Innocentii
Duodecimi, ad evitandas fraudes, & protela-
tiones, quæ facilè committi ſolent in hiſcè
recuſationibus Judicum in Curia, prodiit
36 Reformatio *ſub die 24. Auguſti 1692.*, per
quam prohibetur allegari poſſe ſuſpecta tota
Curia, ſeù Tribunal Vicarii, A.C., ac Ca-
pitolii, & hæc Reformatio viget in ſuo ro-
bore, illaquè habetur extenſa in parvo Bul-
lario ejuſdem Innocentii XII. *ſub Rubri-*
*ca 64.*, aliàs *fol. 230.*

Singularitas articuli, & coincidens ſubje-
ctum in prænarrata *Ferrarien. Fideicommiſſi de*
*Turchis* Me impulit, ut etiam inſeram Diſcur-
ſum exaratum ſuper tollenda dilatione peti-
ta ex parte bo. me. R.P.D. Aloyſii Bevilac-
quæ tunc Romanæ Rotæ Auditoris, ac Rei
in eadem Cauſa lacеſſiti ſub fundamento,
quod ipſe tunc commoraretur ad confoven-
da fœdera Pacis, poſtmodùm concluſæ in
Civitate Nimeghæ, ſuperindutus charactere
extraordinariæ Nunciaturæ Apoſtolicæ; ſed
Signatura Gratiæ, recurrentibus Marchioni-
bus de Flaſchis, de Anno 1678. reſcripſit =
*procedi ad ulteriora quòad Correos, quòvero ad*
*Reverendiſſimum Nuncium, pro ſuperſeſſoria ar-*
*bitrio Sanctiſſimi*, pròut etiam teſtatur, & re-
fert poſt hæc ſcripta viſus *R.P.D. Zaul. ad Sta-*
*tut. Favent. lib. 1. rubr. 24. n. 23. in fin.* Verùm
audito hujuſmodi reſcripto Nuncius præten-
ſioni dilationis ceſſit, & cum cæteris compa-
ruit coràm A.C.; Exponebam igitùr factum,
& jura recurrentium ſequenti modo.

Purificato ad favorem Marchionum de
Flaſchis Fideicommiſſo per Marchionem
Alphonſum de Turchis ordinato. & exiſten-
tibus Bonis eidem Fideicommiſſo ſuppoſitis
apud tres diviſos, ac ſeparatos Poſſeſſores,
ut infra, nonnulla ſcilicet penès Marchiones
de Bevilacqua Fratres, ac Nepotes reſpecti-
vè, ac reliqua apud illos de Bentivolis, con-
tra omnes iſtos, prævia ſpecificatione ſingu-
lorum corporum pro diviſo ab eis poſſeſſo-
rum, ex parte eorumdem de Flaſchis petita
fuit judicialitèr Immiſſio coram Eminentiſ-
ſimo Ferrariæ Legato, quam ab eo ſibi de-
cerni obtinuerunt, ut eſt apud Partes incon-
troverſum.

Hinc licèt, juxta notiſſima Ferrarienſium
privilegia, hujuſmodi Cauſa extrahi non
potuiſſet ab illa Civitate, nihilominùs Re-
verendiſſimus D. Bevilacqua unus ex prædi-
ctis Poſſeſſoribus vigore Eugenianæ, & Mar-
chiones illius Nepotes in vim *l. unicæ, C. quan-*
*dò Imperator inter Pupill. etc.* eligendo Forum
A.C. una cum DD. de Bentivolis Cauſam
appellationis introduxerunt coram A.C. Ca-
vallerino uſquè de Menſe Decembris 1675.,
idque

idque mediante Citatione, propter quam illi
de Flaſchis urgebantur ad comparendum,
alias videndum poſt lapſum decem dierum
ad cognitionem Cauſæ procedi per Contra-
dictas.

Paruerunt præfatæ Citationi iidem de Fla-
ſchis, tranſportatiſque Proceſſibus, eorum
Jura coràm A.C. Cavallerino deduxerunt,
quandò ex abrupto, & ultra omnem credu-
litatem pro parte Reverendiſſimi D. Bevilac-
quæ prætenſum., oppoſitumque fuit, quod
durante ejuſdem Legatione foret in Cauſa
ſuperſedendum: cùmque A. C. Cavalleri-
nus huic Inſtantiæ non inclinaret, Signatura
Juſtitiæ illi præcepit, ut Legatione durante
ſuperſederet non ſolùm quòad ipſum, ſed
( quod magis eſt ) etiam reſpectu aliorum,
ut ſupra, ſeorſim, ac pro diviſo poſſidentium.

Cùm igitur illi de Flaſchis intolerabile ab
hac ſuperſeſſoria reportent præjudicium.,
ex quo hujuſmodi Legatio nimis in longum
protrahitur, neque revera aſſertum Legato-
rum privilegium in Jure ſubſiſtit, recurſum
humilitèr habuerunt ad pedes Sanctitatis
Veſtræ, ut remedium porrigendo eorum
indemnitati dignetur mandare eidem A. C.
Cavallerino, ut in Cauſa procedat tam con-
tra ipſum Reverendiſſimum Bevilacquam,
quam adversùs cæteros Poſſeſſores, idque
ſperant indubitantèr obtinere, ex ſequen-
tibus.

Siquidem reſpectu Reverendiſſimi D. Be-
vilacquæ totum fundamentum exadversò
conſtituitur in præfato privilegio, juxta
37 quod Legati, durante Legationis officio,
minimè valeant conveniri, deducendo *Text.
in l.2. §. Legatis, ff. de Iudic. cum cæteris con-
cord.*: Sed multiplicitèr, & ad evidentiam
corruit objectum.

Primò, quia nulla ex præfatis *legibus* ad-
duci conſuetis determinat id, ad quod alle-
38 gatur, ex quo illæ ſolummodò Legatis at-
tribuunt, nè Officio durante in loco Lega-
tionis conveniri poſſint, quodque eiſdem.
in hoc caſu competat privilegium revocan-
di Domum, videlicèt, ut in ſola Domo va-
leant pulſari: At quando ( pròut hic ) illi de
Flaſchis convenire dumtaxat intendunt Re-
verendiſſimum D. Bevilacquam in proprio
Domicilio, ſivè in Curia, ubi per ipſummet
jam Legationis charactere inſignitum Cauſa
reperitur inſtructa, non ſolùm ceſſat prædi-
39 ctorum *Iurium* applicatio, verùm quod poſ-
ſint in loco proprii Domicilii, & ſic in Cu-
ria conveniri, receptiſſima eſt propoſitio,
de qua per *Gloſſ. in l. ſi præſens, C. de Epiſcopal.
Audient.* tradit *Iaſ. in l.1.n.3. verſ.4. ff. de in
Jus vocand.*, *Innocent. in cap. licèt 20. n.3. de
for. compet.*, *Alberic. in l. Senatus circà fin.
ff. de offic. Præſid.*, *Pariſ. de Put. de Syndicat.
in verb. Officialis durante officio ſub n.1. fol.263.*,
*Scacc. de Iudic. lib.2. cap.9. n.984.*, *Fermoſin.
in cap. fin. qu.28. n.1. de for. compet.*, *Burgin.
dec.7. n.20. in fin. par.1.*

Idque magis, & abſquè difficultate, quo-
niam reaſſumendo præfatarum *legum* initiū,
morumque, & temporum diverſitates ( ut
par eſt ) degustando, prædictæ *leges* neque
reverà poterant ſomniare, ſeù reſolvere ca-
ſum conſimilium Legatorum, cùm de tem-
40 pore, quod ipſæ *leges* emanarunt, non eſſet
in uſu illa Legatorum ſpecies, quæ modo in-
ter Principes æquales practicatur, atque ſo-
lùm Legati, de quibus *Iura* pertractant, mit-
tebantur ad Urbem Romam, vel Præſides
Romanos a ſubditis Civitatibus, ſivè Provin-
ciis Romano Imperio ſubjectis, ita enim clarè
deſumitur ex omnibus prædictis *Textibus*, ut
in *l. Paulus*, ibi = *nec intereſt, utrùm Legatio
in Urbe, an in Provincia agentibus nobis man-
data ſit* = et in *l. Legato, ff. de Legat.*, ibi =
*Legato tempus prodeſt, ex quo Legatus creatus
eſt, non ex quo Romam venit* = et in *l. Legatus,
ff. eodem*, ibi = *Legatus creatus à Patria ſua
in Urbem Romam venit*.

Et quamvis etiam inter æquales, atque
inter ipſoſmet hoſtes aliquandò pro rerum
opportunitate mitterentur Legati, ad iſtos
tamen, tanquàm Imperio Romano non ſub-
ditos, quivè pro communi Patria Urbem
Romam habere non poterant, ex ſanctione
*Antonini Pii in l. Urbe 17. ff. de ſtat. homin.*,
applicabiles proculdubio non erant ſupradi-
cti termini revocationis ad Domum, cùm
ſolum Parthorum Rex tunc temporis Roma-
num Jugum excuteret, ut habetur in vita
*Trajani*, *Adriani*, *Antonini*, & aliorum Im-
peratorum; Ideòque nullo modo poterant
hujuſmodi leges diſponere de Legatis ab eo-
dem Rege Parthorum, vel ab alio Principe
non ſubjecto mandatis, ex quo nimis enim
eluſoria fuiſſet prætenſio, quod ex diſpoſi-
tione Juris Romanorum iidem ( exempli
gratia ) Romani ad Parthos miſſi, quotiès
apud eoſdem convenirentur, opponere po-
tuiſſent legem Romanorum, & privilegium
revocandi Domum, ſicque trahere Parthos
ad litigandum in Curia, & è converſo, ac pro-
ptereà Jura loquentia de hujuſmodi Legatis ab
independente tranſmiſſis, ſolummodò diſpo-
41 nebant, quod ipſi tanquàm Sancti, ſeù invio-
labiles à nemine poſſent offendi, adeòut of-
fenſa Legatis illata, cauſa ſufficiens reputare-
tur ad Bellum, ex iis, quæ habentur *in lib.2.
Regum cap.10.*, ubi David Rex ob violatos
ſuos Legatos Bellum intulit Ammonitis, &
eſt *Text. in l. ſi quis, ff. de Legat.*, ſuper qua
plura cumulat *Thomas del Bene in tract. de Im-
munit. cap.15. ſub n.1. ſect.1. in princ.*, *Gregor.
Tholoſ. de Repub. lib.11. cap.10. n.14.*, *Fermo-
ſin. in d. cap. fin. qu.29. n.2. de for. compet.*, *Ger-
mon. de Legat. lib.3. cap.2. per tot.*, *Franciſc.
le Vayer. eod. Tract. cap.4.* pariter *per tot.*

Hinc apertiſſime currente dictarum *le-
gum*

Digitized by Google

*gum* applicatione, & redeundo ad alteram ſpeciem Legatorum, de quibus enunciata Jura loquuntur, prorsùs extranea ſit illatio ad caſum, de quo agitur; quia cùm tunc dubitaretur, utrùm hujuſmodi Legati ad Urbem miſſi, tanquàm in Curia reperti, legitimè ibidem Forum ſortirentur, ex *vulgata l. Roma 33. in fin. ff. ad Municipal.*, favore eorumdem Legatorum, quodque in proprio Domicilio ſorent conveniendi reſponſum fuit: ac proindè perſpectis eiſdem *legibus*, noſtriſque temporibus applicatis, ad ſummum effici, ac reſultare poſſet, quod (exem-
42 pli gratia) Legatus per Ferrariam, ſeù Bononiam ad Sanctitatem Veſtram tranſmiſſus in Urbe conveniri, durante Officio, nequiret, ſed haberet privilegium revocandi Domum, cum ſimilibus exemplis reſpectu cujuſque Metropolitieæ Civitatis, & Legatorum ad ipſam tranſmiſſorum per Subditos, ex benè ponderatis per *Germon. lib. 4. cap. 8. verſ. verùm cùm hodiè*, *Fermoſin. in cap. fin. qu. 18. n. 3. verſ. nam ut communitèr*.

Et licèt fortaſsè neque etiam Domi poſſent de eo tempore conveniri Legati, ut ſuprà, à ſubditis Civitatibus, & Provinciis miſſi, ſed eorum reditus expectandus foret, (quod tamen nullæ *leges* dicunt,) id nihilominùs poterat evenire, ex quo tunc pro conſtituenda formalitate Judiciorum adeò neceſſaria reddebatur præſentia Rei, ut perſonalitèr traducerentur per Actores, & quatenus ultrò non venirent, obtorto Collo per eoſdem trahebantur, quod tanquàm ſapiens irreverentiam adversùs Patrem, Patronum, alioſque ſimiles, fieri Jura non permittebant, ex *l. 1. & tot. tit. ff. de in Ius vocando*, traditque egregiè *Faber. ſub eadem l. prima in ſuis rationalibus*.

Sed hodiè, quod exceptis Judiciis Criminalibus, in quibus de pœna corporis afflictiva peragatur, quilibet comparere poteſt per Procuratorem, corruit ſinè dubio omnis amaritudo, inſurgitque potiùs contraria ratio æquitatis, juxtà quam dum Reverendiſſimus Bevilacqua cum Procuratore, & pluribus Advocatis ad hujuſmodi dilationem opponendam comparuit, Judiciumque priùs introduxerat, neſcitur, quarè continuare non debeat in proſequendo, quandò etiam quotidiana docet experientia, quod ut plurimùm abſunt à Curia Principales litigantes,
43 imò Procuratore Domino litis effecto Sententia datur, & ſubſtinetur, etiamſi idem Principalis, ſivè Conſtituens occubuerit, ex cumulatis per *Becc. conſ. 127. n. 2. verſic. non omitto*, *Vant. de nullit. ex defect. citat. n. 85. & 86.*, *Guidopap. dec 86.*, *Rot. cor. Dunoz. Sen. dec. 201. n. 3. & 4.*

44 Secundò clariùs, quoniàm ſupradicta privilegia, ſivè exceptiones proptèr abſentiam ex cauſa Reipublicæ integralitèr dependent ab uſu, pròut egregiè teſtatur *R.P.D. de Luc. de Iudic. lib. 15. diſc. 20. n. 14.*

Uſus verò, qui inconcuſsè practicatur in Curia, nunquam admiſit, Legatos, alioſque Reipublicæ cauſa abſentes poſſe gaudere iſto beneficio, quod revera nimium redderetur Publico præjudiciale, quia hodie prorsùs innumeri ſunt, qui proptèr officium Militare, ſeù Civile, Reipublicæ cauſa dicuntur abſentes, ſicque in maximum Juſtitiæ, & Partium detrimentum Judicia conquieſcere deberent: ideòque de facto Sacræ Romanæ Rotæ Volumina plena ſunt reſolutionibus in Cauſis Nunciorum Sedis Apoſtolicæ, aliorumque ſimilium abſentium emanatis, imò quoties ipſi voluerunt, durante Legatione,
45 conveniri non poſſe, preces porrexerunt pro obtinenda gratia à Summis Pontificibus, ſignum evidens, quod de rigore Juris illud conſequi non valebant, ut evenit de tempore San. memor. Alexandri VII., in quo Eminentiſſimus Columna, tunc apud Elvethios Legatione fungens, & bon. mem. Cardinalis Robertus in Gallia degens in eodem Officio, per viam gratiæ impetrarunt, Legationis officio durante conveniri non poſſe? Imò ad inſtantiam Marchionis Coppolæ privilegium, ut ſupra, primo attributum, tanquàm exorbitans de medio fuit per ipſum Pontificem ſublatum.

Tertiò magis, quia Reverendiſſimus Bevilacqua nimiùm in longum protraxit, &
46 protrahit abſentiam, & adhùc incertum redditur, quandò ſit reverſurus: ideòque poſſe in his terminis, & debere conveniri firmarunt unanimiter omnes *Scribentes*, iique etiam, qui partem, ſeù privilegium Legatorum mordicùs ſubſtentant, pròut habetur ex *Ruger. conſ. 2. n. 110. lib. 1. Villadieg. de Legat. qu. 5. n. 8. inter tract. magn. par. 2. to. 13.*, *Martin. Lauden. in eodem tract. ibid. impreſſ. tom. 16. par. 2. fol. 213.*, *Germon. de Legat. lib. 3. cap. 9. n. 8.* ibi = *Opus eſt diſtinctione, ut ſi brevi tempore reverſurus ſit, non cogatur, ſecùs, ſi diutiùs appareat, eum abſentem fore*, & poſt hæc ſcripta viſus *R.P.D. Zaul. ad Statut. Favent. lib. 1. rubr. 24. n. 35.*

Quartò etiam, quia Cauſa de tempore ob-
47 tentæ Legationis erat inſtructa, undè ne privilegium contrà omnem Juris intellectum Tertio præjudicet, illud Cauſas motas compræhendere non poſſe, *Textus* eſt litteralis *in l. eumdem*, ibi = *Antè Legationem ſuſceptam ſi cui negocium moveatur, etiam abſens defendi debet* = ibiquè *Bartol.*, *ff. de Legat.*, *Germon. de Legat. inter tractat. magn. tom. 2. par. 2. pag. 213.*, *Gratian. diſcept. 421. ex n. 35. ad 47.* *Vela differt. 39. n. 23. lib. 2.*

Quintò deniquè, & abſquè difficultate, quoniàm poſt præfatam immiſſionem ab illis de Flaſchis reportatam de Menſe Decembris 1665. Reverendiſſimus Bevilacqua provoca-

vocavit, atque coegit eoſdem de Flaſchis ad
comparendum coràm A. C. tanquàm Judi-
ce ab eo electo, cum prænarrata communa-
tione procedendi contrà iſtos per Contradi-
ctas, quatenùs comparere negligerent, ſeque
coràm eodem non defenderent; cùmque
etiam indubitatum exiſtat in facto, quod de
tempore dictæ provocationis, & citationis
48 Reverendiſſimus Bevilacqua reperiebatur
declaratus Legatus, ſicquè gaudebat privi-
legiis Legationis, ex claro *Textu in l. Legato*,
ibi = *Legato tempus prodeſt, ex quo Legatus eſt,*
*non ex quo Romam venit* = *ff. de Legat.*

In claram quoquè venit conſequentiam,
quod dum (ea declaratione, & diſtinctione
non obſtante) citavit illos de Flaſchis, hu-
juſmodi privilegio renunciaverit, aliàs enim
nimiùm patens ſequeretur abſurdum, quod
Reverendiſſimus Bevilacqua potuiſſet pro-
ſequi Judicium uſquè per Contradictas ad-
verſus præfatos de Flaſchis, & quando po-
ſteà comparuerunt, iidem ab ulteriori pro-
ſequutione debeant abſtinere, contrà om-
49 nem æqualitatem, quam in Judiciis ſemper
ſervandam eſſe clamant Jura recenſita per
*Baratt. dec. 40. n. 4. & 5.* ibiquè *Addent., Rot.*
*apud. Poſth. de manut. deciſ. 59. n. 9.*, & alibi
paſſim.

Atque ex his minimè oporteret diſcurrere
de aliis litis Conſortibus, cùm deficiat ipſum
principale præſuppoſitum privilegii Lega-
tionis: At quando aliqua (pròut conſtantiſſi-
mè negatur) adeſſe poſſet in primo puncto dif-
ficultas, nulla remanere poteſt occaſio dubi-
tandi in ſecundo reſpectu dictorum Conſor-
tium; quandò enim inter *Doctores* diſceptari
ſolet, an Privilegium uni competens ſuffra-
getur quoque alteri litis Conſorti, receptiſſi-
50 ma diſtinctio eſt, quod ubi omnes pro indi-
viſo poſſident, tuncque ratione individuitatis
privilegium unius ſubextendatur ad alte-
rum, ſecùs verò, quandò unuſquiſque, pròut
hic, propriam portionem habet ab alio ſepa-
ratam, tali quippe caſu ſicuti ceſſat ratio in-
dividuitatis, & communionis, ità quoquè de-
ficit extenſio, & communicatio privilegii,
pròut egregiè diſtinguendo tradit *Afflict. de-*
*ciſ. 213. per tot.*, & ſignantèr *n. 3. & 4. ibiquè*
*Adden. num. 10.*, *Tondut. de prævent. par. 2.*
*cap. 15. n. 3.*, *Bellett. diſquiſit. Cleric. tit. de fa-*
*vor. Cleric. perſonal. §. 16. n. 27.*, *Ciarlin. con-*
*trov. 54. n. 29. verſic. verumtamen*, & in termi-
nis individualibus Legatorum advertit *Ger-*
*mon.* exadversò ſolitus allegari *in d. cap. 9. n. 15.*
*& 16. lib. 3. de Legat.*, & ſub hac diſtinctione
conciliantur omnes *Authoritates*, quæ poſ-
ſunt in oppoſitum deduci.

Quod autem Judicium, de quo agitur, ſit
omninò dividuum, manifeſtè patet ex pu-
blico diviſionis Inſtrumento, per quod ap-
paret, ſingula corpora inter tres Dominos
litis Conſortes, & Adverſarios diviſa fuiſ-
ſe, idque paritèr convincitur ex Libello, ubi
conſtat, quod petita non fuit Immiſſio ge-
neralitèr ſuper bonis, ſed ſpecialitèr per ca-
pita ſeparata ſuper ſingulis, ac ſpecificatis
corporibus: proindeque cùm adeò patens
concurrat dividuitas in ipſa materia, & pe-
titione, & concurrat deniquè reſpectu per-
51 ſonarum, ceſſat proculdubio quælibet con-
nexio, quæ per neceſſe ad hunc effectum re-
quirit identitatem perſonarum, rerum, &
actionum, ex vulgato *Text. in l. cùm quæri-*
*tur 12. cum duab. ll. ſeqq. ff. de except. rei judi-*
*cat.*, *Surd. conſ. 173. n. 83. & conſ. 189. n. 29.*,
*Tondut. de prævent. cap. 15 n. 32. par. 1.*, *Gratian.*
*diſcept. 384. n. 14.* cum aliis *in dec. 8. n. 5. & ſeq.*
*par. 16. rec.*

Iſtaque propoſito eſt adeò vera, ut in for-
tioribus receptum videamus indubitantèr,
52 quod ſententia contrà plures litis Conſortes
prolata, altero ex illis non citato, corruat in
totum, ſi omnes pro indiviſo poſſideant, ſed
in caſu converſo, quo ultrà diverſitatem per-
ſonarum accedat diverſitas, & ſeparatio cor-
porum pro diviſo poſſeſſorum, eadem Senten-
tia contrà citatos abſquè ulla prorsùs impli-
cantia ſubſtineatur, per *Text. in l. de unoquo-*
*que, ff. de re judic.*, *Gabr. conſil. 76. n. 14. cum*
*plurib. ſeqq.*, *Ubert. de citat. par. 3. cap. 13.*
*n. 9.*, *Add. ad Gregor. dec. 319. n. 7.* *Rot. de-*
*ciſ. 124. n. 12. & ſeqq. coram Dunozett. Sen.*, *&*
*in rec. dec. 456. n. 5. & 6. par. 4.*, *dec. 104. n. 3.*
*& ſeqq. & dec. 341. ex n. 7. cum ſeqq. par. 14.*, *&*
*dec. 59. n. 5. & ſeqq. poſt Torr. de pact. fut. ſuc-*
*ceſſ.* quodque Ægidiana Conſtitutio intret
53 reſpectu aliquorum Bonorum, & in aliis non
procedat, licet unica, ac ſub eadem ſtru-
ctura verborum lata noſcatur Sententia, tra-
dunt ad effectum appellationis deducti in in-
dividuo per *Rot. cor. Coccin. dec. 1819. per*
*tot.*, & alibi frequentèr.

Nilquè adverſatur, quod unica ſit defen-
ſio, quæ competit illis de Bentivolis, & de
Bevilacquis, ideoque, ne Cauſarum conti-
nentia dividatur, oporteat, quod in omni-
bus ſuperſedendum veniat: Nam præterquàm
ſola unicitas defenſionis nullam in Jure ope-
rari valet inconvenientiam, ex quo nihil
54 implicat, quod etiam inter ſe contrariæ di-
verſis temporibus contrà diverſas perſonas
pro diviſo poſſidentes, & ſuper diverſis bonis
Sententiæ proferantur, ad firmata in indi-
viduo per *Cravett. conſ. 232. n. 3. 5. & 7.*,
*Bellett. diſquiſit. Cleric. tit. de favor. Cleric.*
*perſonal. §. 16. n. 27.*

Tollitur ex ipſo facto omnis amaritudo,
quoniàm exceptiones ſolidæ exadversò dari,
quævè effectivè fuerunt allatæ in Cauſa, de
qua agitur, continebant, & continent, Im-
miſſionem à Flaſchis petitam vigore Fidei-
commiſſi Marchionis Alphonſi locum ha-
bere non poſſe proptèr antiquius Fideicom-
miſſum ſuper eiſdem bonis ordinarium, ac
pro-

proptèr detractiones etiam faciendas,ut conſtat ex toto Proceſſu; proindèque cùm plura corpora penes unum, & plura alia penes alterum reperiantur, utiquè ſtat ſimul, quod unus poſſideat bona antiquioris Fideicommiſſi, & non conſumpſerit detractiones, & ſic contrà illum Immiſſio non competat vi-
55 gore retentionis Fideicommiſſi, vice autem verſa illa ſubintret contrà alium, qui ejus portionem antiquiori Fideicommiſſo ſubjacere non probet, ac detractiones ſibi competentes conſumpſerit, ut de per ſe patet ad ſenſum, & tradunt in propoſito *Adden. ad Gregor. dec.470. ſub n.17.*, *Add. ad Buratt. dec.644. n.10. verſ. quod ſatis eſt*, cum cœteris per *Rot. in d. dec.8. n.6. par.16. rec.*

Fortiùs verò, & extrà omnem hæſitationem, quia tunc ad trutinam reducere præfatam quæſtionem de non dividendis continentiis Cauſarum oporteret, quandò prædicti de Flaſchis agere vellent uno, eodemque tempore contrà unum coràm uno, & contrà alterum coràm altero Judice: At quandò
56 (pròut hic) ex parte ſolùm Reverendiſſimi Bevilacquæ allegatur abſentia, Actores verò ſaltèm proſequi intendunt Judicium contrà cœteros, id fieri proculdubio poſſe, reſpondet in puncto *I.C. in l. non idcircò, ff. de Iudic.* ibi = *Non idcircò Judicis officium impeditur, quod quidam ex Tutoribus poſt litem adversùs omnes inchoatam Reipublicæ cauſa abeſſe cæperunt, cùm præſentium, & eorum, qui defenduntur, adminiſtratio diſcerni, & æſtimari poſſit*, & cum hoc *Text.* aliiſque procedit egregiè *Rot. cor. Gregor. dec.488. n.7.*

Neque vim hujuſcè nimiùm de per ſe claræ diſpoſitionis evertere valet innovatio, ſeù correctio allegari conſueta vigore *Authen.*
57 *boc ità, C. de duob. Reis*; Quoniàm in præfata *Authent.* ſolum habetur, quod inſolidum agi nequit contra plures obligatos, niſi alter ex Correis inops, vel abſens reperiatur, undè neſcitur, quale exindè deduci poſſe argumentum ad præſentis articuli reſolutionem.

Minùſque refragantur *Bartol. Angel.*, &
58 *Imol.* pariter adduci ſoliti *in dicta Authen. boc ita, & in l. Reos promittendi C. de duob. Reis*; Quia abſquè ſingillari replicatione ſufficiat eorum dicta perlegere, quæ manifeſtè retorquentur in oppoſitum, & præſertim *Imola*, qui *ſub n.4.* referendo *Angelum* hæc ſubjungit = *Quando ille, contra quem Actor ſuperſedere vult, reſiſtit, & petit, quod examinetur negocium communiter alias ad petitionem alterius Correi, non eſt ſuperſedendum propter abſentem etiam cauſa neceſſaria &c.*

Denique nil facit, quod à proſequutione hujuſmodi Judicii contrà litis Conſortes maxima redundaret vexatio animi ergà ipſum Reverendiſſimum Nuncium; Quia præterquàm hujuſmodi perturbatio non debet eſſe ſufficiens ad retardandam Actoribus Immiſſionem, ac reſpectivè ipſum manutenendum in indebita poſſeſſione: adhùc tamen in quandam exuberantiam replicatur, quod ille tutus omninò reddi poteſt ab omni inquietudine proptèr operam, ſolertiamque tot Defenſorum ſibi ob Cauſæ paritatem, & ſangui-
59 nis proximitatem conjunctorum, quoniàm in fortioribus, poſita conſimili defenſione, ſubſtineri proceſſum reſpectu Pupilli, firmavit *Rot. in Romana, ſeù Soanen. Caſtri Proceni 13. Martii 1673. §. Ultrà quod*, *coram R.P.D. Catalajù*, ibi = *Ultrà quod Judicium fuit inchoatum, & proſequutum etiam cum aliis ejus Fratribus, qui habent idem Ius, & coæquale Intereſſe, & qui acritèr ſe defendere non neglexerunt, quapropter cum dici non poſſit, quod Pupillus totalitèr remanſerit indefenſus, non eſt curandum de dicta nullitate*, *Rot. cor. Gregor. dec.43. n.11.*; vel ſaltèm non poſſet impediri
60 exequutio Mandati ſuper portionibus ab aliis Fratribus detentis, ut reſpondit *Rot. coram Coccin. dec.449. n.5.*, & declarat *Adden. ad Gregor. dec.319. n.7. verſ. Si tamen.*

A' primo igitur ad ultimum manifeſtè patet, quod Reverendiſſimus Bevilacqua nullatenùs pro ſuo mero Intereſſe retardare poteſt Judicii proſequutionem, ſicquè multò minùs aſſertum privilegium cœteris communicare Conſortibus, ſed nè in perniciem Partis, & publici Commercii (quod nimis ab hoc exemplo adeò præjudiciali læderetur) detrimentum emergat, reſcribendum, ut ſuprà, veniat A.C. Cavallerino, ut in Cauſa procedat.

## CARPENCTORATEN. PAROCHIALIS DE MAZAN.

*Veneris 13. Februarii 1699.*

### ARGUMENTUM.

Reſignans ad favorem indigni non cadit à jure ſuo, niſi in reſignante probetur concludenter ſcientia indignitatis: Sic paritèr dicendum eſt de Patrono præſentante perſonam inhabilem, quia non probata ſcientia poteſt præſentare alium idoneum infrà quadrimeſtre in præjudicium Ordinarii; ſecùs in præjudicium alterius primo loco ab ipſo præſentati, vel præſentatorum ab aliis Patronis, quibus pro illa vice accreſcit Jus præſentandi. Conſtitutio obligans Notarios ſub pœna ad denunciandum Inſtrumenta; debet intelligi de Inſtrumentis Gabellabilibus, utpotè ad quæ eſt directus finis, & ratio legis.

### SUMMARIUM.

1 *Reſignans ad favorem certæ perſonæ, non cenſetur voluiſſe abdicare à ſe Ius proprii Beneficii, niſi talis reſignatio habeat plenarium effectum.*

2 *Reſignans ſcientèr ad favorem perſonæ indignæ*

*cadit*

*cadit à jure Beneficii, quamvis illud non acquiratur Reſignatario propter ejus incapacitatem, et n.4. ac 27.*

*Declara, dummodò probetur, quod Reſignans habuerit ſcientiam certam, et indubitatam hujuſcemodi indignitatis Reſignatarii, n.9., et 10.*

*Et dummodò etiam talis ſcientia probetur de præciſo tempore initæ reſignationis, et non aliàs ex poſt, n.17. et 18.*

*Amplia, ut ad effectum excuſandi Reſignantem, nè cadat à jure Beneficii, quælibet juſta cauſa ſufficiat ad præſumendam in eo ignorantiam indignitatis Renunciatarii, n.19.*

*Et quid, ſi Reſignatarius non ſit indignus, ſed ſimpliciter inhabilis ad aſſequendum Beneficium, an Reſignans in hoc caſu cadat à jure ſuo, n.24. et 30.*

3 *Patronus præſentans ſcientèr indignum cadit pro illa vice à jure præſentandi.*

*Et ex hoc capite poteſt à quolibet extraneo impetrari Beneficium à Sede Apoſtolica, num.5.*

7 *Sacra Rota ſemper venerari ſolet, et amplecti Decreta, ſeù declarationes Sacrarum Congregationum.*

*Niſi tamen diverſitas circumſtantiarum aliud ſuadeat, ibidem n.6.*

8 *Conſanguineus, juxtà imbecillitatem humanæ naturæ, non cognoſcit vitia ſui Conjuncti.*

9 *Scientia, quando ex ea reſultat privatio proprii Iuris, debet eſſe clara, palpabilis, et inexcuſabilis.*

11 *Confeſſione proprii oris, nulla datur major probatio.*

12 *Scientia de facili præſumitur quoad ea, quæ ſunt notoria.*

13 *Teſtis non poteſt variare à ſuo primo dicto, aliàs tamquam poſitus inter duo Iuramenta eſſet perjurus.*

14 *Teſtis poteſt declarare ſuum dictum, taliſque declaratio ſemper admittitur, quando eſt veriſimilis, vel aliundè adminiculatur, et n.15.*

16 *Scientia futurorum non datur in humanis.*

17 *Scientia, et notitia non retrotrahitur, adeoùt qui ſcit de præſenti nequeat præſumi, quod ſciret etiam de præterito.*

20 *Clauſula,* cujus litis ſtatum &c. *cujus ſit efficaciæ ad præſervandum impetrantem à labe attentatorum.*

21 *Continuans in ſua poſſeſſione ſciente, et permittente Superiore, non attentat.*

22 *Inferior nequit infringere geſta à Superiore.*

23 *Clauſula,* dummodo de tempore datæ præſentium non ſit alteri ſpecialitèr Jus quæſitum, *præſervat jus illius, ad cujus favorem fuit admiſſa per Papam reſignatio.*

24 *Præſentans ad Beneficium perſonam inhabilem non amittit jus præſentandi, dummodò alium idoneum præſentet infrà quadrimeſtre, et n.25.*

*Intellige in præjudicium Ordinarii, non verò alterius habilis præſentati ab aliis Compatronis, n.26.*

28 *Patronus ſi ſemel idoneum præſentavit, per ſucceſſivam præſentationem alterius inhabilis, aut indigni, nullum irrogat præjudicium primo præſentato.*

29 *Patronus præſentans indignum, præſumitur ignoraſſe ejus vitia, et defectus, donec alitèr probetur.*

31 *Eccleſia Regularis ad hoc, ut ſæcularizari valeat propter defectum Religioſæ obſervantiæ, quid debeat probari.*

32 *Pœnæ, non obſtante temporis præfixione ad aliquid faciendum, tanquam in iure odioſiſſimæ, non exiguntur abſque interpellatione.*

33 *Interpretatio quælibet poſſibilis capienda venit pro excluſione pœnæ.*

34 *Cauſa quælibet etiam fatua, et beſtialis excuſat ab incurſu pœnæ.*

35 *Ratione legis ceſſante, ceſſat etiam ipſa lex.*

36 *Lex, quamvis dura, ſervanda eſt.*

*Limita, quando illa iniquitatem involveret, num.37.*

38 *Notarii tenentur deferre copias Inſtrumentorum ad Archivium, quod fuit adinventum, nè publica Acta depereant.*

*Rursùs, nè fraus fiat Gabellæ, tenentur Notarii denunciare Inſtrumenta, quando ſumus in iis locis, in quibus ſolvitur Gabella Contractuum, n.39.*

40 *Obligatio denunciandi ceſſat in exemptis à ſolutione Gabellæ.*

41 *Error probatur eo ipſo, quod conſtat, rem alitèr ſe habere.*

42 *Clauſula,* ſine præjudicio alicujus, *operatur, quod actus habeatur pro infecto, quatenùs ex poſt detegatur alicui præjudicialis.*

43 *Conciliatio quælibet poſſibilis ſumi debet ad evitandam contradictionem in legibus, et Statutis.*

44 *Interpretatio quælibet ſumenda eſt, nè lex, vel Statutum dicatur continere iniquitatem.*

45 *Clauſula,* ſine præjudicio alicujus, *ſemper tacitè ſubintelligitur in quibuſcumque Gratiis, et reſcriptis.*

46 *Denunciatio rerum gabellabilium non eſt facienda ab exemptis, quoties adeſt conſuetudo non denunciandi.*

*Amplia, licèt exempti aliquando una, vel alia vice mulctati fuerint ob non factam denunciationem, n.47.*

*Et de ratione, ibidem.*

## DECISIO LXXII.

DELAPSO Sebaſtiano à ſpe reſignationis per eum initæ ad favorem Joſephi Nepotis, ex quo non ſolùm proprius Ordinarius, & Antiſtes definiverat, litteras reſignationis eidem Ordinario in forma *Dignum* commiſſas, exequendas non eſſe, ſed etiam poſtmodum Sac. Congregatio providè

negociis Epiſcoporum , & Regularium præ-
poſita declaraverat, eumdem Joſephum Re-
ſignatarium non fore admittendum ad regi-
men Curæ Parochialis Eccleſiæ reſignatæ de
Mazan, inſurrexit ex una parte Joannes, ob-
tinendo à S. Sede litteras , quas nuncupat *ex
certa cauſa, ſeù modo*, nempè vacationis ob ex-
pletam à Sebaſtiano reſignationem ſcientèr
in perſonam indignam, & ex altera idem Se-
baſtianus humiliando, ut par erat , caput
Oraculo prædictæ Sac. Congregationis , &
idcircò reſiliens à prædicta reſignatione fa-
vore Nepotis , novum Mandatum de reſi-
gnando exaravit in perſona Petri , qui ſuc-
ceſſivè litteras ſuæ poſtremæ reſignationis ,
in forma tamen gratioſa , expedivit ; Undè
in conflictu litterarum hinc indè Apoſtoli-
carum ex capite vacationis *certo modo*, ut ſu-
prà, obtentarum à Joanne, & ex illo ſecun-
dæ reſignationis à Petro , Domini , quibus à
Signatura Juſtitiæ delatum erat arbitrium
retardationis hujuſmodi litterarum, ſub ho-
dierna die cenſuerunt , conſimile arbitrium
pro retardatione ſolùm intrare circà litteras
Joannis .

Is enim pro ſubſtinenda ſua impetratione
debuiſſet de duobus copulativè edocere ,
primo nempè de prætenſa indignitate Reſi-
gnatarii , & ſecundò de ſcientia talis indi-
gnitatis in ipſo reſignante ; quoniam , licèt
1 regularitèr reſignans aliquod Beneficium
non cadat à Jure ſuo , niſi quatenùs reſigna-
tio ab ipſo volita , & à Summo Pontifice ad-
miſſa ſortiatur effectum in perſona Reſigna-
tarii , ex quo cenſetur noluiſſe Reſignan-
tem mediante reſignatione facta ad favo-
rem certæ perſonæ abdicare à ſe jus proprii
Beneficii, vel tituli , quotiès ejuſdem volun-
tas non aſſequatur effectum ſuum ad com-
modum ejuſdem certæ perſonæ , ut tradunt
*Barſatt.conſ.411.num.4.et 5.*, *Rebuff.conſ.75.
num.4.*, *Pariſ.de reſign.lib.1.quæſt.3.num.47.
et ſeqq.*, *Rot. deciſ.354.num.6. apud Poſth. de
manut.*, *deciſ.90.n.10.cum ſeqq.part.9.recent.*,
*et deciſ.106.n.3. cum duob.ſeqq. cor. Sa.mem.
Alex.VIII.*

Adhuc *Sacri Canones* caſtigavere, ſeù opti-
mè limitarunt hanc regulam , quando Reſi-
gnans ſciens , Reſignatarium eſſe indignum
illius Beneficii, quod intendit reſignare, per-
ſonam indignam proponat Papæ , quia tunc
2 & ratione deceptionis , qua mediante præſu-
mit circumvenire Papam , & ratione Mini-
ſterii Eccleſiaſtici , quod abhorret indignos ,
eodem tempore plectitur & Reſignatarius ,
qui èſt indignus tanti muneris , & characte-
ris, & Reſignans, qui doloſè , & ſcientèr
propoſuit indignum ; proindeque irrito re-
manente effectu in perſona indigni , punitur
etiam Reſignans . & proponens indignum ,
qui ſubindè in pœnam regredi non poteſt ad
3 Beneficium reſignatum , fortiori exemplo
Patronorum , & eligentium , qui doloſè , &
ſcienter eligentes, & præſentantes perſonam
indignam, cadunt ſaltèm pro illa vice à Jure
præſentandi, vel eligendi, ſicuti per *Text. in
cap.cùm in cunctis, §.fin.*, *& in cap.innotuit, de
Elect.*, *& in §.Si quis Oratorii, Authen.de San-
4 ctiſſ. Epiſc.* communitèr obſervant *Pariſ. de
reſign.lib.9.qu.21.n.8.*, *Io:Bapt.Coſt. in tract.
aut ſciebat &c. cent.2.diſt.44.n.5.*, *Tondut.de
Penſion.cap.60. num.6. & ſeqq. & num 23 cum
ſeqq.*, *Epiſc.de Roſa de exec.litt. Apoſt.part.1.
cap.14.num.85* . *Rot.deciſ.389.num.11.coram
Priol.* ; tuncque meritò S. Sedes tribuit Gra-
5 tiam ſupradictam *certo modo* , quaſi in pre-
mium neceſſariæ delationis tantæ indignita-
tis , & Criminis, ut liquet apud *Tondut.reſol.
Benef.part.3.cap.138.ſub princ.verſ.Quartò*, *&
Rot.in Sueſſana Parochialis 14. Iunii 1669.cor.
Eminentiſſ.Carpineo*, & generalitèr in propo-
ſito ſimilium expiſcationum per Dominos
animadverſum fuit *in Barchinonen. Beneficii
14.Aprilis Superioris Anni §.Quamvis enim ,
coram Me* .

Applicando autem ad rem , docuerat qui-
dem Joannes, ſeù ſufficientèr docuiſſe appa-
rebat de uno extremo , videlicèt indignitatis
reſpectu Joſephi primi Reſignatarii ; quo-
niam circà iſtud aderat non ſolùm definitio ,
ut præmiſimus , proprii Ordinarii , hodiè
quoque roborata *in Summario* Joannis ſuper
Remiſſoria *num.3.* , ſed etiam ſuperaccede-
bat memoratum Oraculum Sac. Congrega-
tionis Epiſcoporum , & Regularium repu-
tans indignum ipſum Joſephum : Noſtrum
6 autem Tribunal (niſi facti circumſtantiæ di-
verſitatem caſus, de quo agatur, manifeſtent,
ſicuti prænotavit *Card.de Luc in annot.ad Sac.
Concil.Trid.diſc.1.n.11.*, *& Rot.in Burgen. Iu-
riſdictionis 7.Maii 1688.*, *& 24.Ianuarii 1689.*
utrobique *§.fin.coram clar.mem.Card.Caccia*)
7 cum omni ſemper reverentia , & obſequio
veneratum , & amplexum eſt præfinitiones ,
& Oracula Sacrarum Congregationum ,
quemadmodùm quotidiè paſſim proteſtatur,
ut in *deciſ.878.n.10.coram Dunoz.Iun.*, *& de-
ciſ.5.n.12. coram Card. Celſ.*, *in Avenionen.
Donationis 19.Iunii 1682.§.Quæ quidem Sen-
tentia, cor.bo.me.Albergato*, *& in Burgen. Iuris
deputandi Curatum 3.Iulii 1684.§.Penult.cor.
eodem*, confirmata 26.*Novemb.* 1685. *§.For-
tiùs quia, cor.bo.me.Benincaſa* .

Verùm apud Dominos ocularitèr defecit
in juſtificatione ſecundi extremi , videlicèt
ſcientiæ in Sebaſtiano Reſignante, quoad Jo-
ſephi proprii Nepotis , ac reſpectivè Reſi-
gnatarii indignitatem ; poſthabita etiam
namque animadverſione , quod ipſe tàm ar-
cta ſanguinis neceſſitudo potuerat nimiùm
de facili eblandiri , & irretire Patruum , nè
8 tàm benè dignoſceret vitia Nepotis , itaùt
juxtà imbecillitatem noſtræ naturæ caligare
in hoc potuerint Oculi ejus , teſte *Gloſſ. in l.*

*non*

*non ſolùm 67. verb. Suſpicionem, ff. de rit. nupt.*, *& in l. penult.* §. *Si verò Pater, verb. Reſecante, C. de Adopt.*, *Signorol. de Homod. conſ. 63. n. 11.*
Profectò nihilominùs hujuſmodi ſcientia
9 tamquàm præſeferens privationem proprii
Juris, & conſequentèr concernens materiam
nimis præjudicialem, deſiderabatur, ut eſſet
clara, palpabilis, & inexcuſabilis, ac dolum
implicaret, quemadmodùm generalitèr habetur in omni materia præjudiciali, ex not.
per *Venturin. conſ. 50. n. 19.*, *& ſeqq.*, *Hodiern. contr. 34. n. 41.*, *Adden. ad deciſ. 542. n. 90. cum ſeqq. part. 4. tom. 3. recent.*, *Rot. dec. 156. n. 14.*, *& 15. cor. San. mem. Alex. VIII.*, &
10 in ſpecie reſignationis *Rot. dec. 26. n. 4. poſt Tondut. de Penſ.*, *& deciſ. 581. n. 3. cor. Card. Cerr.*, *in Leodien. Canonicatus S. Dionyſii 28. Junii 1627.* §. *Quià quicquid ſit*, *coram bon. mem. Pirovano*, *& in dicta Sueſſona Parochialis 14. Junii 1669.* §. *Deniquè*, *cor. Eminentiſſimo Carpineo*.

Talis verò ſcientia, quæ ad hunc gradum
aſcenderet, utiquè non probatur, ex quo
juxtà binas Atteſtationes à Joanne exhibitas
diceretur, Sebaſtianum Patruum, ac Reſignantem protuliſſe verba, quod ipſe Patruus
judicaret indignum, ſeù incapacem eſſe Joſephum hujuſmodi Curæ, & Beneficii, quodque ità etiam cenſuerit Curia Epiſcopalis in
Proceſſu contrà eumdem Joſephum exarato,
& per enunciatam Sac. Congreg. Epiſcoporum, & Regularium approbato: Quamvis
11 etenim nulla major exoptari ſoleat, & poſſit
probatio in quocumque facto, vel intentione,
quàm propriis oris confeſſio, ad *Text. in l. cùm precum*, *C. de liber. cauſ.*, *l. cùm te*, *la 2.*, *C. de Tranſact.*, *l. generalitèr*, *C. de non numer. pecun.*, *& in cap. per tuas*, §. *Quià verò*, *de probat.*, & Proceſſus ab Ordinario, & declaratio Sac. Congregationis conferre valerent
ad præſumendam ſcientiam indignitatis in Se-
12 baſtiano, hujuſmodi enim res, ſeù facta ſolent eſſe notoria, undè eidem Sebaſtiano de
facili obicii poſſet dictum in S. Evangelio = *Tu ſolus Peregrinus in Hieruſalem*, & obſervant
in hoc propoſito *Tondut. reſol. beneſ. part. 3. cap. 159. ſub n. 10. verſ. Et dummodò*, *& n. 14. in fin.*, *Ciorlin. contr. 1. ſub n. 96. verſ. Et verè*, *Card. de Luc. de Iurepatr. diſc. 47. ſub nu n. 4. verſ. Secùs autem*.

Attamen in primis hæc omnia à fundamentis corruere viſa ſunt; quo etenim ad
prædictos Teſtes præſupponentes, Sebaſtianum protuliſſe verba ſapientia, & præſcientia indignitatem Nepotis Reſignatarii, adhùc, ut iidemmet Teſtes ſucceſſivè declararunt, *Summ.* Petri *Nu. 9. Litt B.*, *& N. 10.*, *Litt. E.*, Sebaſtianus conſimilia verba propalavit ſtudioſè, ac diſſimulantèr, ne ſcilicèt,
expanſa notitia reſignationis, aliquod à ſuperſeminantibus Zizaniam poneretur impedimentum ipſi reſignationi: quapropter,
13 etſi Teſtis variare non poſſit ab ejus dicto,
quia alias eſſet poſitus inter duo Juramenta,
& non probaret, velutì perjurus, ad tradita
per *Cyriac. contr. 681. n. 8.* cum concord. per *clar. mem. Card. Albit. de Inconſt. in Indic. qu. 34. n. 12. cum ſeqq.*, *& qu. 35. n. 15.*, *& 16.*, *Rot. dec. 514. n. 11.*, *& 13. part. 18. rec.*, *& in Baren. Teſtamenti 23. Ianuarii 1692.* §. *Siquidem*, *il 2.*, *cor. bo. mem. Benincaſa*, poteſt
14 tamen ſe declarare, ejuſque declaratio,
quandò præſertim (pròut hic) eſt veriſimilis, ſemper admittitur, quemadmodùm monuerunt *Abb. in cap. prætereà n. 12. verſ. Si verò vult addere*, ibiquè *Imol. n. 9 verſ. Si autem ſe non corrigat*, *& Butr. n. 13. verſ. Sed ſi non ſe corrigit, de Teſtib.*, *Cenſal. dec. Lucen. 24. n. 12.*, *Rot. dec. 147. ſub num. 14. verſ. Poteſt enim*, *par. 1. rec.*, *& dec. 82. n. 31. par. 18.*

Eòque maximè, quia eadem veriſimilis
declaratio fulciebatur adminiculo aliorum
Teſtium, inter quos numerabatur Dominus, ſeù Baro loci de Mazan; Quandò au-
15 tem dicta Teſtium, vel eorum declarationes extrinſecè ab aliis probationibus remanent adminiculatæ, pleniùs recipiuntur, &
veritatem ſuadent, ex notat. per *Menoch. de Arbitr. caſ. 108. n. 6.*, *Rot. cor. Gregor. deciſ. 230. n. 5.*, *& dec. 169. n. 6.*, *& 7. par. 17. rec.*

Reſpectu verò prædicti Proceſſus fabricati
ab Ordinario, & declarationis, ſeù approbationis Sac. Congregationis Epiſcoporum, &
Regularium, placuit manifeſta demonſtratio,
quod hęc facta contigerint poſt jam expletam
reſignationem favore Joſephi, undè, quia in
16 humanis non datur ſcientia futurorum, notitia, & ſcientia, quæ potuit ſupervenire in
Sebaſtiano, certè non erat apta retrotractio-
17 ni, nimiſque duræ præſuppoſitioni ſcientiæ
ab initio, ut generalitèr habetur apud *Cravett. conſ. 6. n. 74.*, *Coſt. de Retrotract. cap. 8. caſ. 30. n. 13. verſ. Ego autem*, *Schrader de Fœud. par. 9. cap. 1. n. 41.*, *Rot. dec. 63. n. 3.*, *& 4. cor.*
18 *Card. Cerro*, & in præciſis terminis Reſignationis *Gloſſ. in Clement. unic. verb. Scientèr*, *verſ. Sicut qui ignorantèr, de ætat.*, *& qualit.*, *Rot. dec. 22. ſub n. 4.* §. *Non obſiſtit*, *poſt Novor. in Summa Bullor.* aliàs *dec. 176. par. 17. rec.*

Cœterùm ad proſternendam hanc ſcientię
qualitatem, quæ aſcenderet, ut diximus, ad
gradum malitiæ, ſeù doli, prævaluit ex
abundanti potiùs in Sebaſtiano præſumenda
tota capacitas Joſephi Nepotis, ob quinquies repetitam ab Ordinariis illarum Partium approbationem perſonæ ejuſdem Joſephi præcedentèr factam ad Confeſſiones audiendas, regendamque Curam Animarum,
ipſequemet hodiernus Antiſtes, ſivè Epiſcopus, qui poſtmodum exaravit Proceſſum
contrà Joſephum, per anteà illum approbaverat, *Summario* Petri *Num. 1. Lit. E.* Quamobrèm ſi idem Paſtor, qui invigilare tenetur
ſuper Oves ſuas, ſeſe in hoc deceperat, &

quare decipi non potuit Patruns blandimento
Carnis, ac conjunctionis illectus, ut ex ſe patet
19 ad ſenſum, quando tamen ſufficere quam-
cumque etiam juſtam cauſam opinandi, juxtà
præſumptionem *Text. in l. meritò, ff. pro Soc.*,
ad hunc eumdem finem excuſandi Reſignan-
tem, nè cadat à Jure ſuo, ſuique Beneficii,
ac tituli, firmarunt *Mar. Antonin. var. reſol.
lib. 1. cap. 19. ſub n. 15. verſ. Tùm quia dictus
Sala, Tondut. de Penſion. cap. 60. n. 17., Rot.
dec. 139. ſub n. 24. verſ. Tùm quia viderat, &
n. 25. cum trib. ſeqq., apud Vivian. de Iure-
patr., & dec. 391. n. 17. cor. Priol.*

Oſtenſo itaquè, quod nuſquam à Sebaſtia-
no potuerit ob reſignationem Parochialis
factam in perſona Joſephi Nepotis ſivè inca-
pacis, ſivè indigni, abdicari Jus, & evelli,
parum deniquè viſum eſt relevare, quod al-
tera reſignatio facta per eumdem Sebaſtia-
num prodierit de tempore, quo jam pende-
bat lis ſuper prætenſa vacatione certo modo
inter ipſum Joannem impetrantem, & Seba-
ſtianum, quodque ulteriùs mortuo Sebaſtia-
no Joannes foret aſſecutus litteras gratioſæ
ſubrogationis à V. Legato Avenionen.; Si-
quidem attentatum, de quo criminabatur
ſecunda reſignatio favore Petri, non erat
ullo modo conſiderabile, ac opponibile, quia
ultrà quod in litteris ſecundæ reſignatio-
nis facta dignoſcitur mentio ejuſdem litis
20 per Clauſulam, *Cujus litis ſtatum &c.*, quæ
ſatis eſt in hac materia, quæ unicè pendet à
voluntate, & appoſitione manus Papæ, ad
tollendum vitium attentatorum, ut dixit
*Corrad in prax. beneſ. lib. 5. cap. 1. n. 74., Rot.
cor. Coccin. dec. 396. n. 6., & in rec. dec. 249.
n. 6. par. 13., deciſ. 413. num. 16. & dec. 424.
n. 13. & 14. par. 18.* Nihilominùs quomodò
dici poterat attentaſſe Sebaſtianus, ſi vexa-
tus à prætenſa vacatione proprii Beneficii
undequaque injuſtiſſima, (ut patet ex præ-
miſſis,) recurrendo ad Papam, & ſincerè, ac
fideliter ei exponendo rem, prout erat, con-
21 tinuavit in exercitio ſui Juris? ſciente nam-
què, & permittente Superiore non attentat,
qui continuat in ſua poſſeſſione, ut reſpondit
*Rot. dec. 641. n. 13. par. 1. diverſ., & cor. Pam-
phil. dec. 698. n. 1. cum duob. ſeqq., & in Pa-
duana Sedilium 30. Maii 1616. §. 1. cor. bon.
mem. Card. Sacrato.*

Subrogatio demùm reportata à V. Lega-
to Avenionen. penitùs apparuit inefficax,
nullo namquè modo poterat prodeſſe Joan-
ni, tùm quia poſterior erat reſignationi jam
admiſſæ per Papam favore Petri, nè aliàs In-
22 ferior infriugat, quæ geſſit Superior, immò
Inferiori in his terminis ligatæ cenſentur
manus, ut in propoſito conſiderat *Urceol.
conſult. 62. n. 21., Rot. deciſ. 67. n. 16. par. 4.
tom. 2. rec. dec. 381. n. 28. cum duob. ſeqq. cor.
Bich., & dec. 187. n. 12. cor. Card. Cerr.* Tùm
23 etiam, quia eadem ſubrogatio continebat
Clauſulam expreſſam = *Dummodò tempore
datæ præſentium non ſit in ea alicui ſpeciale Ius
quæſitum*, quæ proculdubio præſervabat Jus
jam acquiſitum à Petro mediante reſigna-
tione per Papam, Sanctamque Sedem admiſ-
ſa, ad trad. per *Adden. ad Gregor. dec. 350.
lit. A., de Roſa de Exec. litt. Apoſt. part. 1.
cap. 4. il 2. n. 106. & ſeqq., Rot. cor. Pamphil.
dec. 459. n. 6. & dec. 588. n. 8. & cor. Sa. mem.
Alexand. VIII. dec. 263. n. 18., & in Anrien.
Cantoriæ 14. Iunii 1697. §. Quòvero in fin.,
cor. R. P. D. meo dell'Olmo.*

Et ità, informante Petro, & in eadem
Rota perperàm expetente Joanne conceſſio-
nem Remiſſoriæ, reſponſum fuit &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

SUB die 27. Aprilis ejuſdem Anni 1699. de-
mandata fuit expeditio hujus Cauſæ, ſeù
Deciſionis, quantumvis in contumaciam
editæ, deindèque commiſſa appellationis
Cauſa R. P. D. Muto, reſolutum paritèr fuit
ſub die 28. Junii 1700. = *Procedendum ad legi-
timam Executionem litterarum Petri*, qui in
præſenti Deciſione obtinuerat victoriam,
cum ſucceſſiva expeditione Cauſæ ſub die
2. Auguſti, itàut ampliùs de ea actum non
fuerit.

Ad propoſitum, de quo agitur, circà præ-
ſentationem, ſeù reſignationem expletam
favore perſonæ indignæ, brevitèr notari po-
24 teſt, magnam eſſe differentiam inter præ-
ſentationem Perſonæ inhabilis, ac perſonæ
indignæ, ut etiam poſt *Lambertin. de Iurepa-
tronat.* monuit *Pyrr. Corrad. in prax. Beneſic.
lib. 4. cap 6. n. 1.* Nam quemadmodum reſi-
gnans Beneficium favore Perſonæ indignæ,
vel præſentans Perſonam indignam, ut dixi
in hac Deciſione, cadit à Jure ſuo, non ſic eſt
de reſignante ad favorem Perſonæ inhabilis,
aut illam præſentante, ſicuti latè definitum
fuit *in Barchinonen. Beneficii 20. Iunii 1701.
cor. R. P. D. Prialo*, in qua cum Laicus Patro-
nus præſentaſſet quemdam Clericum ad Be-
neficium, licèt poſteà detecta fundatione ap-
pareret, præſentandum eſſe Sacerdotem, ex-
cluſa fuit proviſio Ordinarii facta ex capite
devolutionis.

Intelligendo tamen præmiſſa in eodem
ſuppoſito præſentationis (quia circà reſigna-
tionem diverſa eſt ratio ob non abdicatum
in caſu inhabilitatis Reſignatarii Jus à Reſi-
25 gnante) dummodò Patronus nominet alte-
rum idoneum intrà ſpatium quadrimeſtris;
quotiès enim negligens fuiſſet in præſentan-
do alterum idoneum intrà quadrimeſtre,
Ordinarius conferre poteſt jure devoluto, ad
*Rot. dec. 231. n. 3. cor. Cavalerio, & in Eugubi-
na Canonicatus 10. Martii 1690. §. fin. cor. Card.
Caccia*, & benè unus ab altero caſu diſtinguí-
tur *in d. Barchinonen. Beneficii 20. Iunii 1701.*

per

*per tot.*,& ſignantèr *ex* §. *Eò libentiùs uſquè ad*
*fin. cor. R. P. D. Priolo*, in qua præ cæteris ad-
ducitur *gloſſ. in cap. fin. verb. ex vi, circà fin.*,
*de Jurepatronat.*, *Fagnan. in cap. cùm vos n.* 48.
*de Offic. & poteſt Judic. Ordin.*, *Tondut. re-
ſolut. beneſ. qu.* 18. *n.* 32., *Rot. cor. Hierony-
mo Priolo dec.* 91. *n.* 4. *cum ſeqq.*

Rursùs ſubintelligendo, ubi tractetur de
impedienda devolutione ad Ordinarium,
26 quia ſi quæſtio eſſet cum aliis præſentatis ab
aliis Compatronis, tunc non poſſet Patronus,
qui præſentavit inhabilem, in præjudicium
alterius præſentati habilis ab aliis Compa-
tronis, alterum etiam intrà quadrimeſtre
cumulare, ſeù præſentare, ex quo omne jus
in ſe individuum præſentandi remanet con-
ſolidatum in aliis Compatronis legitimè præ-
ſentantibus, quidquid dicendum eſſet in præ-
judicium ſimplicitèr alterius compræſentati,
ut eſt caſus verè præciſus *in d. dec.* 231. *Cava-
lerii*, *Tondut. reſol. beneſ. part.* 1. *cap.* 18. *n.* 83.
*Ciarlin. contr. lib.* 1. *contr.* 1. *n.* 97. *Vivian. de
Jurepatr. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 76. *verſ. adde.*

Ubi autem præſentatio facta fuerit, ut ab
initio diſtinximus, de Perſona indigna, re-
27 curri ſolet ad ſcientiam, vel ignorantiam,
circà quam remiſſivè ſeſe habere fas eſt ad
tradita per *Fagnan. in d. cap. cùm vos n.* 33. *&
ſeqq. & n.* 46, *& ſeq.*, *Card. de Luc. de Iurepa-
tron. diſc.* 37. *n.* 5., & adeſt *deciſio Rot. cor.
Creſcentia la* 11. aliàs 41. *de Iurepatr.*

Non omittendo, quod ſi juxtà facnlta-
tem, quam habet Patronus Laicus, varian-
di, ſivè cumulandi plures Præſentatos, pri-
28 ma vice præſentaverit idoneum, poſteàve
quomodòlibet cumulaverit alium inhabi-
lem, vel etiam indignum, nec Patronus ca-
dit in hoc caſu à jure ſuo, nec priori præſen-
tato habili poteſt inferri præjudicium per
quamcumque præſentationem poſteriorem
alterius inhabilis, criminoſi, vel indigni,
*Vivian. de Iurepatron. lib.* 10. *cap.* 4. *num.* 13.,
*Barboſ. de Offic. & poteſt Epiſc. par.* 3. *alleg.* 72.
*num.* 160.

Cæterùm reaſſumendo articulum præſen-
29 tis Deciſionis, in dubio præſumitur potiùs
ignorantia vitiorum præſentati, ſivè electi,
quàm ſcientia, ſicuti cum *Peralta in l. cum
quidam n.* 3. *ff. de legat.* 2. *Tiraquell.*, *aliiſque*
tuetur *Molina de Primogen. Hiſpan. lib.* 2 *cap.* 4.
*ſub n.* 39. *verſ. ſed & id*, *Gratian. diſcept. for.
cap.* 58. *ſub n.* 11. *verſ. idem ſi, in fine*; & ob id
30 quod Reſignans non cadat à Beneficio reſi-
gnato, quotiès Reſignatarius ex poſt in exa-
mine (exempli gratia) ad Eccleſiam Paro-
chialem repertus fuerit inhabilis, habetur
ex *Rot. deciſ.* 581. *fermè per tot. coram Card.
Cerra.*

In ſubiecta materia inhabilitatis notatu
dignus eſt caſus nuperrimè diſcuſſus in Sa-
cra Congregatione Concilii; expetente
etenim Civitate Beneventana a S. Sede beni-
gnè ſibi concedi Eccleſiam S. Sophiæ, illiuſ-
que redditus, & bona, amotis Canonicis Re-
gularibus Sanctiſſimi Salvatoris, ad effe-
ctum illùc transferendi inſignes Reliquias,
ſivè Corpus S. Bartholomei, vel (ut alii vo-
lunt) S. Paulini, ex duplici militante ratio-
ne, altera, quod vetus Eccleſia S. Bartholo-
mei, in qua Sacrum hujuſmodi pignus quie-
ſcebat, impetu præcedentis Terremotus di-
ruta fuerit, & altera, ex quo in hujuſmodi
Eccleſia, ſeù Monaſterio S. Sophiæ minus ha-
bilitèr obſervaretur munus diſciplinæ Re-
gularis, & eo maximè, quia eadem Eccleſia
31 ſolita erat commendari: nihilominùs, quia
hæc inhabilitas, & demerentia Canonicorum
Regularium non benè probabatur in facto,
& apparebant inobſervata requiſita *Textus in
cap.* 5. *de Relig. domib.*, quæ latè expenduntur
per *Fagnan. ad eumdem Text.*, reſponſum fuit
ab eadem Sac. Congregatione *Negativè* ſub
die 18. Auguſti 1703.

Super concluſionibus verò conſparſis in
præſenti Deciſione, quod à pœna ſemper
excuſet quælibet cauſa etiam fatua, inferen-
dum putavi Diſcurſum à Me confectum ſub
Anno 1691. pro Notariis Terræ Bibienæ, à
qua nomen deſumpſit celebris ille Cardina-
lis humanarum litterarum expertiſſimus de
tempore Leonis X.; contendente etenim
Dohana Aretina mulctare Notarios ejuſdem
Terræ, ex quo ſingulis Annis non dederint
notitiam, ſeù (ut dicitur) *il rapporto* = In-
ſtrumentorum ab eis celebratorum, Ego
illorum jura tunc defendens, non ſinè ſenſu
veritatis, reſpondi.

Licèt individuæ præſentis facti circum-
ſtantiæ Me lateant, nihilominùs ex iis, quæ
in hac temporis anguſtia Mihi ſupponuntur,
& patet etiam ex contextu Informationis,
ſeù Voti per Clariſſimum Practicæ Magiſtra-
tum editi de Anno 1580., non ſolùm abſol-
vendi videntur ab omni pœna Notarii Ter-
ræ, ac Diſtrictus Bibienæ, ſed etiam ſilen-
tium crederem Magiſtris Dohanæ Aretinæ
eſſe inpoſterùm imponendum.

Firmo etenim manente duplici principio,
altero nimirùm, quod Notarii Bibienæ, pro-
ut & reliqui deferre teneantur ad Archi-
vium generale, & reſpectivè Officium Ga-
bellarum Civitatis Florentiæ dominatricis,
ſeù (ut dicitur) quolibet Anno *rincontrare*
Tabulas, ſivè Inſtrumenta per eos medio
tempore confecta, quodque ſuper hoc nul-
la cadit difficultas, quòminus iidem Notarii
huic oneri, ſeù muneri ſatisfecerint; Et al-
tero, quod uſquè de Anno 1513. Homines
Bibienæ declarati fuerint exempti à ſolutio-
ne cujuslibet Gabellæ pro Contractibus ab
eiſdem celebratis, non video, in quo funda-
ri poſſit prætenſio præfatorum Magiſtrorum
Dohanæ Aretinæ prætendentium exigere
pœnas à Notariis Bibienæ, ex quo iſti ad
nor-

normam reſcripti, ſeù legis conditæ de An-
no 1580. non detulerint notulam, ſeù, ut di-
citur, *il rapporto* Inſtrumentorum intrà ter-
minum inibi præſcriptum: Siquidem omiſ-
ſo pro nunc implemento finis legis, vel pu-
blicæ utilitatis reſultante ob enunciatam
tranſmiſſionem Inſtrumentorum ad Urbem
Florentiæ, nihilominùs, ubi etiam procede-
remus per regulas generales, & vellemus, ex
præfata lege effectivè ligari Notarios Bibie-
nenſes, adhùc cum ex parte præfatorum Mi-
niſtrorum Dohanæ Aretinæ nulla præceſſe-
32 rit interpellatio, ſeù admonitio; regula eſt,
quod ſimiles pœnæ, non obſtante qualibet
præfixione temporis ad faciendum actum,
minimè exigantur, tamquàm in Jure odioſiſ-
ſimæ, & ad merum terrorem inflictæ, ut per
*Text. in Auth. hoc ampliùs C. de fideic.*, multi-
plicitèr exemplificando docent *Fælin. in cap. 2.
n. 4. verſ. primò quia, de Magiſtr.*, *Angel. in
conſ. 133. per tot.*, *Ruin. conſ. 91. n. 10. lib. 2.*,
*Iaſ. conſ. 191. n. 2. lib. 2.*, & latè diſpuncta
materia *Menoch. de arbitr. caſ. 498. num. 53.
& ſeqq.*

Fortiùs verò, quoniàm adeò robuſta vi-
dentur eſſe fundamenta excluſiva cujuſcum-
que obligationis, ut niſi ex mox deducendis
perpetuum imponi debeat ſilentium Actori-
bus, ſeù Magiſtris memoratæ Dohanæ, (ut
probabilius undiquè videtur,) innegabile ſal-
tem exiſtat, quod juſtiſſimam præbere va-
33 leant cauſam excuſationis ab hac pœna Sta-
tutaria, dùm pro pœnæ excluſione omnis
nedùm poſſibilis interpretatio capienda ve-
nit, ad *Text. in l. ſi Præſes, ff. de pæn. & in l.
penult. ff. de pæn. legat.*, cum concordan. per
*Oſaſch. dec. 76. n. 67.*, *Rauden. dec. Piſan. 22.
n. 28.*, *Rot. dec. 182. n. 28. cor. Burott.*, *&
dec. 230. n. 9. cor. Sa. mem. Alex. VIII.*, *&
deciſ. 102. n. 2. verſ. adeòut dum agitur, poſt
diſcept. Contrii*, *& dec. 376. n. 9. & dec. 958.
n. 13. cor. Dunozett. Iun.* Verùm etiam, quia
34 vulgati Juris eſt, quod ad hunc effectum ex-
cuſationis à pœna, omnis cauſa quantumvis
(ut noſtri dicunt) fatua, & beſtialis ſupera-
bundat, ut monebat *Iaſ. in l. ſi quis major
n. 32. C. de tranſact.*, *Honded. conſ. 68. n. 31.
lib. 1.*, *Cenſal. dec. Lucen. 34. n. 24. & dec. 36.
n. 12. & dec. 46. n. 13.*, *Rot. cor. Royas dec. 416.
n. 3.*, *& cor. Buratt. d. dec. 182. n. 25.*, *& cor.
Celſ. dec. 15. n. 16.*, *& dec. 158. n. 3. par. 13.
rec.*, & alibi milliès;

Quid igitùr dicendum, dum revera nul-
la ſubeſt ratio, propter quam iidem Notarii
Bibienenſes (præciſivè prò nunc ab ordina-
tionibus Anni 1532. & 1580.) poſſint haberi
pro compræhenſis, vel compræhendi mere-
rentur ſub obligatione ſtatutis temporibus
deferendi, ſeù faciendi = *il rapporto* = de
Inſtrumentis, de quibus exiſtant rogati,
35 ceſſante namquè ratione, & fine legis, ceſſare
etiam ipſam legem, & pœnam ab ejus con-
traventione reſultantem, habetur ex *Text. in
c. in omni, ibique Bart.*, *ff. de adopt. Tiraquell.
in tract. ceſſant. cauſ. verb. legis n. 130. & ſeqq.
uſquè ad n. 179.*, *Surd. conſ. 375. n. 24.*, *Mar.
Antonin. var. reſol. lib. 2. reſol. 32. n. 8.*; & ma-
ximè, quandò lex extenderetur ad caſum
36 iniquum, quia tunc non obſtante notiſſimo
Adagio, ut lex quamvis dura ſervanda ſit,
ex mente *Text. in l. proſpexit, ff. qui, & à quib.*
37 legem non tenere, vel non eſſe executioni
demandandam, probat *Scacc. de Appellat.
quæſt. 17. limit. 48. num. 11.*, *Ambroſin. dec.
Peruſ. 3. n. 20.*

Applicando etenim ad rem, duæ ſunt ra-
tiones, quæ poſſunt umquam excogitari ad
finem, ut Notarii teneantur tradere notu-
38 lam Inſtrumentorum; prima nempè, ne
publica Acta depereant, argumento *Text. in
§. 1. Authent. de Deſenſ. Civit.*, juxtà illa verba
= *deindè cum nullum habeant Archivium, in quo
geſta apud ſe reponant, deperit quod conficitur* =
*Frances de Eccleſ. Cathedr. cap. 23. antè n. 5. &
39 n. 21.* Et ſecunda magis propria, nè fraus
ergà Gabellam quoàd Inſtrumenta Gabella-
bilia committatur, ut in propoſito ſimilium
denunciationum eſt *Text. in l. fin. §. Divus
ff. de Publican.*, *Boſſ. in tit. de fraud. Vectigal.
n. 10.*, *Amat. dec. Marcb. 35. n. 1.*, & conſtat
litteralitèr ex recurſu, & narrativa facta pèr
Aretinos de Anno 1580.

Sed utraque ceſſat in præſenti; nàm qua-
tenus pertinet ad primam, nullus adeſt Are-
tii locus, in quo, tamquàm in Archivio pu-
blico, ſimilia Acta aſſerventur, ne pereat me-
moria, ſed ille manet Florentiæ, ad quam
(ut diximus in principio) jam Notarii Bibie-
nenſes, & alii ſtatutis temporibus faciunt =
40 *il rapporto*: Et circà Gabellam, eo ipſo, quod
propter memoratam declarationem Anni
1513. declarati fuerunt exempti homines de
Bibiena, ceſſat obligatio etiam denunciandi,
ut docuit *Bartol. in d. l. fin. §. Divus ſub n. 2.*
ibi = *quædam ſunt, de quibus liquet Publicano,
quod non debet ſolvi, ut quia numquam ſolvit,
& tunc non debet peti Apodixa*, & rurſùs = *ſe-
cùs, ſi eſſet res, ex quo non deberet ſolvi ex for-
ma Statuti*, quod & deciſum refert *Amat. d.
dec. Marcb. 35. ex n. 4. uſquè ad fin.*, & ſuper-
addito *Ancbaran. & Cæphal. Gratian. dec.* pa-
ritèr *Marcb. 148. in addit. n. 5. 6. & 7.*, *Paitell.
Iun. in addit. ad exped. Urbin. 49. n. 15.*, *Rot.
dec. 412. n. 31. par. 9. rec.*

Atque hinc deſcendendo ad objectum,
quod depromitur ex prædicta ordinatione
Anni 1580., ubi patet, quod in calce inter
cætera Loca obligata ad faciendum = *il rap-
porto*, deſcripta non minùs eſt Terra Bibie-
næ, utiquè dici poſſet, hoc proveniſſe per
errorem, ex quo hujuſmodi ordinatio pro-
diit poſt informationem Clariſſimi Magiſtra-
tus ab initio conceptam per illa verba = *la
Prattica ſarebbe d'opinione, che s'ordinaſſe, che*

*ſula*

*ſolamente i Notari della Città di Arezzo, e dei
luoghi del ſuo Contado vecchio, dove gl' Aretini
riſcuotono le Gabelle de Contratti &c. foſſero te-
nuti frà un Meſe, &c. rapportare alla Dogana
di Arezzo i Contratti, & atti gabellabili &c.*
Proindeque dum ( ex præmiſſis ) actus, &
Inſtrumenta Bibienenſium non ſunt Gabel-
labilia, corruit omnis vis, quæ fieri poſſet
ſuper deſcriptione, ſeù nominatione in cal-
ce facta de Notariis Bibienæ, ſi vera eſt regu-
41 la, proùt eſt veriſſima, quod error probatur
eo ipſo, quod conſtat, rem alitèr ſe habere,
de qua *Bart. in l. ſed & ſi me putem n. 2. ff. de
condict. indeb., Burſat. conſ. 339. n. 24., Surd.
conſ. 37. n. 6. & conſ. 202. n. 23., Poſth. reſol. 126.
n. 2., Palm. Nep. alleg. 57. n. 9. & 10., Bonden.
collect. 27. n. 75. lib. 1., Rot. dec 985. n. 6. coram
Dunoz. Iun., & cor. Pamphil. deciſ. 454. n. 12.
& dec. 60. n. 20 par. 19.*

Euque certiùs, dum in eadem ordinatio-
ne poſt triduum edita, nempè ſub die 18.
Maii 1580. ſub qua continetur deſcriptio Bi-
bienæ, adſunt illa verba = *con dichiarazione,
che tutto s'intenda ſenza alcun pregiudizio, ò
danno dell'eſenzioni, e franchigie, che i Commu-
ni, e Uomini delli ſopra, e infraſcritti luoghi ha-
veſſino, e godeſſino*: quid enim ultrà deſidera-
mus ad dignoſcendum, an deſcriptio, ſeù no-
minatio Locorum in Calce facta prodierit
vel per errorem, vel cum ſuppoſito, quod
Homines Bibienæ ſubiacerent oneri ſolven-
di Gabellam de Contractibus, ſi iidemmet
ordinantes declararunt, nolle, quod deſcrip-
tio officeret Locis exemptis, & immunibus,
42 quamvis deſcriptis; ejus etenim naturæ eſt
hujuſmodi Clauſula, ut actum quemcum-
que reddat infectum, apparente de contra-
rio, ſeù præjudicio, proùt contingeret ad
præſens, ſi Notarii Bibienenſes obligarentur
ad legem pœnalem rapportandi in caſu, quo
ceſſat finis ejuſdem legis unicè prolatæ ad
effectum vitandi fraudes, quæ patrari ſolent
in occultatione actuum gabellabilium, ſicuti
in propoſito ſimilis præſervativæ per *Text. in
l. ſi Teſtamento 51. §. 1. ff. de manumiſſ. Teſtam.*
tradit *de Pont. conſ. 5. n. 66., Surd. conſ. 333.
n. 10. verſ. & ubi poſſeſſio, Salgad. in Labyr.
Credit. par. 2. cap. 6. n. 60. & ſeqq., Add. ad Bu-
ratt. deciſ. 511. n. 6., Rot. cor. Merlin. dec. 316.
n. 25. in princ., & coram Coccin. deciſ. 2283.
num. 102.*

Verùm pro meo Judicio de facili omnia
hæc conciliantur, quia ſimul ſtare poteſt,
quod Notarii Bibienenſes teneri valeant ad
faciendum *il rapporto*, & hac de cauſa fuerit
Terra Bibienæ deſcripta in calce præfatæ or-
dinationis diei 18. Maii, & inſimul in certis
caſibus non tenerentur, undè ad invicem
compatiantur & deſcriptio, & exemptio præ-
ſervata; nam cùm, ut præmiſimus, obliga-
tio rapportandi habeat reſpectum ad ſolu-
tionem Gabellæ, quemadmodùm notavimus
de jure, & expreſsè indicant illa verba --
*foſſero tenuti infra un Meſe dal dì del celebrato
Iſtromento rapportare alla Dogana di Arezzo i
Contratti, & atti gabellabili inter vivos*: de
plano ſequitur, quod eadem obligatio de-
beat intelligi de iis Inſtrumentis, quæ ( ex:
gr: ) celebrantur per Forenſes, vel Adve-
nas, aut alios prætèr exemptos, juxtà eam
43 conciliationem, quam in quibuſcumque
legibus, ordinationibus, & Statutis facien-
dam eſſe monuerunt relati per *Ger. Spin. conſ.
95. per tot., Altograd. conſ. 9. n. 81. & 96. lib. 1.*,
& alibi quotidiè.

Atque ex his non eſt opus intrare quæ-
ſtionem, an prævalere debeat claræ nomi-
nationi, ſeù deſcriptioni factæ in calce præ-
fatæ ordinationis, ipſa præcedens informatio
Clariſſimi Magiſtratus: Quia ſufficit, non
intendiſſe ordinantes mediante deſcriptione
præjudicare Locis etſi deſcriptis, attamen
exemptis, quodque obligatio, de qua agitur,
& de Jure, & ex littera ejuſdem ordinatio-
nis reſtringeretur, ſivè cantaret de Inſtru-
mentis, Actiſque gabellabilibus, itaùt quan-
dò etiam non haberemus tàm litteralem
præſervativam, illa deberet præſupponi, ſeù
44 tacitè adiecta cenſeri, tùm quia aliàs ea-
dem ordinatio involveret quamdam iniqui-
tatem, quod eſſe evitandum ſub omni poſſi-
bili interpretatione contraria, in terminis
Statuti pœnalis exclamat *Menoch.* cum ibi
relatis *de arbitr. caſ. 186. num. 12. & ſeqq.* Tum
45 etiam, quia eadem Clauſula, *ſinè præjudicio*,
ſeù præſervativa, in quibuſcumque reſcrip-
tis, & ordinationibus ineſſe cenſetur, ut ait
*Surd. conſ. 203. n. 28., Cravett. conſ. 276. n. 7.,
Eugen. conſ. 1. n. 88. et ſeqq. lib. 1., Valenzuel.
conſ. 2. n. 28. et conſ. 162. n. 47., Larr. alleg. Fi-
ſcal. 8. n. 76.; Vinc. de Franch. dec. 544. n. 15.,
Rot. cor. Dunoz. Iun. dec. 482. n. 2.*

Et ceſſat omnis hæſitatio, ſi libeat ſuper-
addere inconcuſſam, & ſubſecutam obſer-
vantiam, quæ uſque Sæculum excedit, dum,
ex Mihi præſuppoſitis, à prædicto Anno
1580., uſque ad hodiernam diem Magiſtri
Dohanæ Aretinæ deſtiterunt ab eorum mu-
nere rincontrandi, interpellandi, vel perqui-
rendi Bibienenſes ſuper rapportatione ho-
rum Actorum, & Inſtrumentorum, quapropter
tèr credibile nè eſt, quod Aretini ità ſocor-
des extiterint, ut per ſpatium Annorum
100. abſtinuerint ab hac indagatione? cùm
certò certiùs dubitare non poſſent, quod in
loco Bibienæ fuerint celebrata quandoque
aliqua Inſtrumenta, vel Acta; ſtante autem
46 hac conſuetudine negativa collabeſcere
omnem difficultatem, omiſſis generalibus,
in ſpecie præfatæ conſimilis obligationis de
denunciando res gabellabiles firmat *Amat. d.
deciſ. Marcb. 35. n. 8. et 9.* & concurda: *Mau-
ſon. de Contrabann. quæſt. 20. num. 14. et ſeqq.,
Cuen. reſol. 206. ſub n. 1. verſ. et in terminis re-
cipien.*

*cipiendi*, *& reſol.*207*num.*1.*&* 2., *Maſſin.de Confiſc. quæſt.*21. *num.*28., *Bonden. colluct.*4. *n.*6.*lib.*2.

Nec obſtat, quod (ut audivi) medio tempore deventum fuerit ad quaſdam Mulctas, ſeù Sententias; Quia cùm præfata, & pluſquam centenaria conſuetudo negativa fulciatur ratione Juris, & littera Informationis, ac ejuſdem ordinationis, profectò nequit interrumpi ab hoc, vel illo actu, qui vel redigendus eſt, interpretandusque quoad Acta, quæ forſan erant gabellabilia, licèt de eis rogati fuerint Notarii Bibienenſes, juxtà conciliationem mox indicatam: Vel in omnem caſum præſumitur per vio-
47 lentiam extortus, abſque eo, quod de rigore nec iis, qui fuerunt actu mulctati, præjudicium aliquod irrogari potuerit, ut benè ad rem noſtram animadverterunt *Roman. conſ.*252.*n.*5., *Surd.conſ.*262.*n.*4.*& conſ.*419. *n.*35., *Menent.conſ.*85.*n.*39.*&* 40. cum reliquis plena manu apud *D. Urceol. conſult.*73. *n.*15.*cum ſeqq.& Rot.Bonon.apud eumdem ibidem n.*41.*&* 42. & maximè, dum de injuſtitia præfatarum Mulctarum, ſeù Sententiarum eluceſcit ex nuda quantitate, quoniam condemnationes (ut audivi) cantant in ſumma ſcut.60. ad limites præcedentis ordinationis Anni 1532., quando tamen cubitalis eſt reformatio hujuſmodi pœnæ pecuniariæ redactæ in ſecunda ordinatione de Anno 1580. ad decem Aureos tantummodò.

Quamobrèm concludendo, tantum abeſt, quod ulla pœna (à qua, ut diximus abundantèr eximit quælibet cauſa, licèt beſtialis) valeant de præterito affligi Notarii Bibienenſes, quin potiùs imponendum videtur Aretinis ſilentium perpetuum, & ad ſummum pro meo Judicio declarari poſſet in futurum præfata ordinatio Anni 1580., ut intelligatur quoad acta gabellabilia, quæ per Notarios Bibienenſes ſucceſſivis temporibus celebrarentur.

## CARPENCTORATEN. PAROCHIALIS DE MAZAN SUPER REMISSORIA.

*Veneris* 13.*Februarii* 1699.

## ARGUMENTUM.

Argumento propter ſui brevitatem non indiget.

## SUMMARIUM.

1 *Probationes non ſunt anguſtiandæ, ſed de facili admittendæ.*

*Limita, quando ab initio ipſa probatio dignoſcitur omninò irrelevans, & infructuoſa pro victoria Cauſæ, n.*2.

3 *Reſignans favore Perſonæ indignæ non cadit à jure Beneficii reſignati, niſi probatur, quod certam habuerit ſcientiam indignitatis Reſignatarii.*

## DECISIO LXXIII.

JOannes, qui in hodierna propoſitione detrectabat informare ſuper meritis, inſtando dumtaxat ſuper conceſſione Remiſſoriæ, contrariam juremeritò reportavit reſolutionem etiam ſuper ipſa Remiſſoria.

Quamvis enim noſtrum Tribunal cum moderatione æquitatis implendo Juſtitiam (ut fert ipſa Oratio, quàm Summo Deo antè inchoationem diſcuſſionis Cauſarum enixè diffundimus) de facili indulgeat conceſ-
1 ſioni Remiſſoriæ tendentis ad probandum, quidquid alterutra Pars ſibi expedire ſuadeat, nè ſcilicet litigantium anguſtientur præcordia, ſed valeant potiùs liberè probare quidquid intendunt probare, ſecundùm benè ſancita per *Imperat. in l.quoniam multi in fin. C.de Hæret. & Manich.*, cum concord. per *Rot.cor.Card.Cerro dec.*101.*n.*42., *et dec.*284. *n.*11.*cor.Priolo Sen.*, *et in Aſculana Beneficii* 5.*Martii Anni præteriti* §.*fin.cor.Me.*

Inter cæteras tamen limitationes, quæ huic juſtæ, & æquitativæ regulæ tribuuntur, & ab eadem Sacra Rota juxtà contingentiam caſuum practicantur, una eſt, quod
2 Remiſſoria denegetur, quotiès probatio facienda per expetentem eamdem Remiſſoriam nullo modo dignoſcitur profutura ad intentum poſtulantis, ſivè, quod idem eſt, quando probatio facienda detegitur uſque ab ipſo momento petitionis irrelevans, & infructuoſa pro victoria Cauſæ, prout inſequendo litteram, & rationem *Text. in l.ad probationem, la* 2., *C.de probat.* dictum perpetuò fuit, & ſignantèr *cor.Ludoviſ.dec.*184.*n.*3.*&* 4. *& dec.*45. *n.*8. *&* 11.*cor.Sa.me. Alex.VIII.*, *& dec.*194.*n.*2.*cor.Priol.*, & nuper *in Colonien. Parochialis* 12. *Decembris proximè præteriti* §.1.*in fin.cor.R.P.D.mea de la Tremoille.*

Cùm itaque, ex deductis in Deciſione hujus diei ſuper negocio principali, Domini pro certo habuerint, ſcientiam incapacitatis, ſivè indignitatis ergà Perſonam Joſephi Reſignatarii nedùm non concurrere in Sebaſtiano reſignante, ſed vel offuſcari, aut penitùs excludi ex contrariis demonſtrationibus in eadem Deciſione plenè recenſitis, exiſtimarunt profectò, quod etiam ubi Teſtes ad trutinam Interrogatoriorum revocati formitèr depoſuiſſent, quod Sebaſtianus loquendo dixerat, Joſephum ejus Nepotem eſſe incapacem, vel indignum aſſequendi Beneficium, ſivè Parochialem Eccleſiam Loci de Mazan, nihilominùs vel eiſdem Teſtibus ſecundùm petitionem Partis examinandis, ſemper obſtitiſſet ſucceſſiva declaratio per eos facta, quod Sebaſtianus ità fuerat effatus

fatus, ne propalando reſignationem, viam pararet malignantibus quandoque impedimentis reſignationi, quam anxiè exoptabat in perſona ſui Nepotis: maximè, dum in idem conſpirabant teſtificationes aliorum Teſtium, & idipſum circà intentionem Sebaſtiani teſtificabatur Dominus, ſeù Baro Loci, ac demùm omnes aliæ demonſtrationes in prædicta Deciſione ſuper negocio principali enunciatæ palpare faciebant, quod ſi non in naturali, & optima fide verſatus fuerat Sebaſtianus, adhùc ſemper remanebat in media fide, ſemperque excuſabili, & ob quam ſivè bonam, ſivè mediam fidem, ſivè palliabilem, ſivè naturalem, & excuſabilem
3 ignorantiam poſitivæ indignitatis in præfato ſuo Nepote Reſignatario, nuſquam poterat à Jure ſuo, ſuique Beneficii cecidiſſe, ut præter adductos in dicta Deciſione ſuper negocio principali §. *Caeterùm*, tradiderunt etiam *Garz. de Beneſ. par. 11. cap. 3. num. 38.*, *Pariſ. de Reſign. lib. 4. quaeſt. 2. n. 26.*

Et ità, utraque &c.

*ANNOTATIO.*

PAriformitèr expedita fuit hæc Deciſio, parique paſſu una cum negocio principali terminavit, ut enunciatum fuit in Deciſione præcedenti, abſque eo, quod indigeat alia adnotatione; Intantum quippe regiſtrantur hæ plerumque hæſiles Deciſiones, inquantum ordo cunctarum reſolutionum, quæ prodierunt coram eodem Auditore, ſervetur, proùt obſervavere etiam Majores.

## ROMANA PRÆTENSÆ NULLITATIS CONTRACTUS.

*Lunæ 16. Februarii 1699.*

### ARGUMENTUM.

Contractus non poteſt judicari læſivus, niſi conſideratis omnibus pactis, & circumſtantiis diminuentibus rei valorem. Loca Montium vinculata valent ſatis minus eorum ſolito, & currenti pretio. Contractus fæneratitius ex quibus excludatur. Pactum retrovendendi non valet exerceri à Creditore hypothecario Venditoris, quando anteà Emptor illud affrancavit. Vacante Abbatia olim Regulari, poſteà per Pontificem commendata, adminiſtratio fructuum ſpectat ad Ordinarium, non autem ad Abbatem.

*SUMMARIUM.*

1 *Exceptio ſimulationis, ſeù uſuriæ pravitatis, eſt apta retardare executionem obligationis Cameralis.*

2 *Pactum retrovendendi ad libitum Venditoris pro eodem pretio, an, & quando ſapiat ſpeciem Contractus fæneratitii, remiſſivè.*

3 *Loca Montium vinculata longè minùs valent, quàm ſit eorum valor intrinſecus.*

4 *Læſio ex diſpoſitione Statuti Urbis ſufficit in ſola tertia parte pro reſciſſione Contractus.*

5 *Conventio, quæ de Jure ineſt, non poteſt ad uſuram referri.*

6 *Contractus, in quo Emptor cum pacto retrovendendi cogere poteſt Venditorem ad redimendum, ad hoc, ut præſumatur uſurarius, quæ requirantur.*

7 *Modicitas pretii ultrà dimidiam requiritur ad hoc, ut emptio cum pacto retrovendendi cenſeatur uſuraria.*

8 *Loca montium vinculata vix aſcendunt ad valorem ſcutorum 65. pro quolibet.*

9 *Simulationis cauſa deficiente non attenduntur conjecturæ adductæ pro arguendo Contractu tamquàm ſimulatè geſto.*

10 *Emptor cum obligatione retrovendendi abſtinet à deſcriptione bonorum in Cataſtro, quia neſcit, an ſit ſecutura redemptio.*

11 *Venditor facit ſuos fructus rei emptæ.*

12 *Qui percipit fructus de re aliena, tenetur rationem de eis reddere.*

13 *Mulieres facilè confingunt, & dant intelligere unam rem pro alia.*

14 *Suſpicio fœneris, & uſuræ ceſſat in Viro Eccleſiaſtico.*

*Proùt & in Viro Nobili, donec contrarium concludentèr probetur, n. 15.*

*Rursùs ceſſat hujuſmodi ſuſpicio in Contractu, pro cujus validitate Judex Decretum interpoſuit, n. 16.*

17 *Numeratio effectiva pecuniarum non reſultat ex verbis Inſtrumenti* -- in mei &c. manualitèr habuit, & recepit.

*Contrarium eſt verius, n. 18. 20. & 23.*

19 *Dictio*, nunc, *indicat actum de præſenti excluſivè ad tempus præteritum.*

21 *Clauſula*, in mei &c. *adiecta per Notarium in Inſtrumento, quomodò extendatur.*

22 *Numeratio pecuniæ in contractu Cenſus probatur ex aſſertione Notarii coram duobus Teſtibus.*

24 *Monacus quidquid acquirit, pro ſuo Monaſterio acquirit.*

25 *Epiſcopus quidquid acquirit, cedit ad commodum ſuæ Cathedralis.*

26 *Exceptio de jure Tertii admittitur, quotiès eſt excluſiva juris Agentis.*

27 *Camera Apoſtolica ſuccedit ratione Spoliorum loco Eccleſiæ Cathedralis.*

28 *Subrogatus ſuccedit in omnibus juribus ejus, in cujus locum ſubrogatur.*

29 *Læſio in Contractu emptionis, & venditionis excluditur ex periculis, & eventualitatibus tamquàm minuentibus rei valorem.*

30 *Pactum negativum, nè intrà certum tempus liceat Venditori redimere, ex ſe ſolùm non influit ad qualitatem fæneratitiam.*

31 *Pactum redimendi, ejuſque jus cadit ſub hypotheca Creditorum Venditoris.*

32 *Pactum redimendi, an ſit ad inſtantiam Creditoris hypothecarii exercibile contrà Emptorem, quando hic antecedentèr cum ipſo Venditore bona affrancavit*, & *n.34.*

33 *Creditor Venditoris non poteſt exercere pactum redimendi, quando jam tempus ad redimendum fuit effluxum.*

35 Textus in l. hæreditatum, ff. ad l. Falcid. *non habet locum in calculanda læſione in Contractibus vitalitiis.*

*Sed talis læſio debet judicari ab æquitativo Judicis arbitrio, n.36.*

37 *Conſtitutio* Sa. mem. Innocentii XII. *ſuper abolitione Spoliorum quoad Epiſcopatus Regni Neapolis, quid diſponat.*

*Et an Epiſcopus in vim dictę Conſtitutionis teſtari valeat favore Eccleſiarum Parochialium, prætermiſſa ſua Cathedrali, n.38.*

39 *Clauſulę ſalutares contentę in Libello, ſeù Monitorio operantur, quod Actor poſſit obtinere ſuper deductis, & probatis in Proceſſu Cauſæ, licèt æqualitèr petitis contrarientur.*

*Declara, & intellige, ut n.40. & 41.*

42 *Mandatum præſumptum in Procuratore, ex quibus probetur.*

43 *Regulares omnes ſunt exempti à Juriſdictione Ordinariorum.*

44 *Laici quando ſint capaces adminiſtrationis rerum, & bonorum Eccleſiæ.*

45 *Commendatarius Abbatiæ Regularis, an per adminiſtrationem redditu um ipſius Abbatiæ dicatur exercere aliquam authoritatem, vel Iuriſdictionem in Religioſos.*

46 *Abbatia conceſſa in Commendam non ſubiacet ampliùs electioni Monacorum, ſed per appoſitionem manus Papæ remanet Sedi Apoſtolicæ reſervata.*

47 *Camera Apoſtolica integralitèr percipit fructus Beneficiorum vacantium, adeoùt nil Succeſſori reſervet.*

*Hoc tamen practicatur in illis Locis, & Dominiis, in quibus Sedes Apoſtolica conſuevit retinere Collectores, n.48.*

49 *Ordinarius de Iure habet fundatam intentionem cuſtodiendi, & adminiſtrandi quælibet Beneficia vacantia.*

50 *Commenda temporalis, & perpetua, in quo differant, & in quo diſtinguantur.*

51 *Ordinarius in adminiſtratione Commendæ vacantis facit ſimplicem figuram depoſitarii, nec exercet actum aliquem Iuriſdictionis, & num.52.*

53 *Qui habet contrà ſe regulam, tenetur docere de limitatione.*

54 *Regulares non poſſunt, nec expreſsè, nec tacitè ſe ſupponere Iuriſdictioni Ordinarii.*

## DECISIO LXXIV.

HOdiè Domini iterùm reſpicientes ad vetera fundamenta captæ reſolutionis ſub die 20. Junii 1698., & perſpicuè de more rimantes obiecta novitèr excitata pro parte Comitiſſæ Pantaſileæ, illicò circà præterita motiva tranſiere cum Deciſione, quæ prodiit ſub prædicta die 20. Junii, improbum laborem reputantes retexere jam dicta, ſolidèque firmata, proindeque totam ingenii aciem intendentes ad oppoſitiones per eamdem ſuperadditas, adhùc ne illis in aliquo obſiſtentibus, præcedentem reſolutionem pleniſſimè, & abſque ulla fluctuatione approbarunt.

Parùm itaque adiuvit Comitiſſam de novo excogitata retorſio *Textus* Capitalis adducti in principio alterius Deciſionis, nempè *l. fœminis 18. C. ad S.C. Vellejan.*, quaſi quod cum eadem Sanctio *Cæſarum* nolit impartiri præſidium irritandi Contractus initos per Mulieres ſub prætextu fragilitatis in hoc ſexu, quando potiùs conſtat, ipſas Mulieres non abſque dolo decepiſſe Creditores, ſeù Contrahentes, dolus hujuſmodi, ac deceptio ſtaret potiùs ex parte Epiſcopi Creditoris, varias circumſtantias, & pacta deducendo, per quæ Contractus initus ab Epiſcopo vel tanquàm undequaque fœneratitius dolum involveret, vel ſaltèm foret inexequi-
1 bilis, dum inter exceptiones, etiam in Contractibus Majorum impedientes executionem Cameralis obligationis, una eſt illa ſimulationis, vel reſpectivè pravitatis uſurariæ, ut habetur apud *Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 8. n. 197. & n. 227. & 229., Rot. dec. 3. n. 18. & dec. 319. n. 12. cor. Peutinger., & dec. 63. n. 37. par. 8. recen.*

Animadverſum quippè fuit, quod principalis illa circumſtantia, ſivè pactum appoſitum in primordiali Contractu Anni 1666.,
2 ut Epicoſpus pro ſui libito cogere valeret Comitiſſam ad redimendum loca Montium ſub illo eòdem pretio, cum quo fuerant coempta, abſtractivè quidem, ſivè in ſuis caſibus fortaſsè potuiſſet inducere ſuſpicionem uſuræ, juxtà ea, quæ in terminis ſimilium conventionum tradiderunt *Hoſtien. in cap. illo vos n. 1.* ibique etiam *Abb. n. 1.*, & *Jo: Andr. n. 4.*, *de pignor.*, *Anton. de Burgos in cap. ad noſtram n. 43. de empt. & vendit.*, *Cott. in memorabil. verb. pactum de retrovendendo n. 2*, *Farinacc. de falſit. & ſimul. quæſt. 163. n. 60.*, *Mant. de tacit. lib. 8. tit. 30. n. 26.*

Verùm in concreto nullam penitùs hujuſmodi pactum facultativum ex parte Emptoris, & coactivum ex illa Venditricis ſuſpicionem labis Uſurariæ poterat præſeferre, quin potiùs optimam fidem ſummæ benignitati admixtam undequaque redolebat; quia cùm Epiſcopus in gratiam Comitiſſæ coemerit pro pretio naturali, & intrinſeco ſcutorum 100. ſingula loca Montium, quan-
3 dò hæc erant vinculata, & ſic longè diminuta ab eodem intrinſeco valore, teſte *Altograd. conſ. 63. n. 21. lib. 1.*, *Rot. dec. 126. n. 41. & 42. par. 14. recen.*, & *in Romana Quarti Dota-*

*lis*

*lis 1. Julii 1697. §. At rurſùs, coram Me.*
Profectò omnis Juſtitia, & æquitas expo-
ſcebat, quod Epiſcopus, qui propriam pecu-
niam effectivè exburſaverat, pro ſui indem-
nitate ſibi præcaveret de poteſtate cogendi
Venditricem ad redimendum, aliàs quippè
Contractus remanſiſſet ratione periculi ex
cauſa vinculorum undiquè in grave dam-
num ipſius Epiſcopi lœſivus, & ad normam
4 *Statuti Urbis* ( quod pro ſola tertia parte con-
tentatur, ut *in lib. 1. cap. 154.*) reſcindibilis, ut
notat ibidem *Fenzon. lit. C. & n. 27.*, & di-
ctum fuit *in deciſ. 982. n. 2. coram Coccin., de-
ciſ. 801. num. 1. coram Dunozett. Iun., & cor.
Card. Celſ. deciſ. 203. n. 2., & dec. 698. n. 6.*
5 *par. 18. rec.*, ideòque non poterat referri ad
uſuram illa conventio, quæ in effectu inerat
de Jure, ut patet ad ſenſum, & in propoſito
obſervat *Mantic. de tacit. lib. 8. tit. 17. n. 4. in
fin. verſ. & ideò, Actolin. reſol. 88. num. 28.
in fine.*

Atque ex his ſuperfluum omninò Domi-
nis videbatur ingredi ſupradictam propoſi-
tionem, ſivè quæſtionem promanantem ex
reſponſo *Innocentii III. in cap. illo vos, de pi-
gnor.*, utrùm nempè hujuſmodi pactio in em-
ptionibus appoſita reddat Contractum fœ-
neratitium, hæc etenim inſpectio militaret,
quandò Epiſcopus juſtum pretium, & non
ex nimia indulgentia ſibi lœſivum exburſaſ-
6 ſet; Et nihilominùs ad limites quoquè *præ-
dictæ Decretalis*, duo ad inferendam uſuræ
præſumptionem copulativè requiſita exi-
guntur, alterum, quod Emptor exiſtat ſoli-
tus fœnerari, & alterum, quod è converſo
paciſcatur, ut à Venditore aliquid ſuprà ju-
ſtum pretium, ſeù ſortem in arctata redem-
ptione exſolvatur, ut inquit *Pontifex in eodem
Text.*, ibi: *& quod ultrà ſummam receptam 60.
Solidi deberent perſolvi, contrà ipſum Emptorem
præſumitur vehementèr, præſertìm cùm uſuras
conſueverit exercere*, & materiam egregiè, plu-
ribuſque *Authoritatibus*, & rationibus exor-
nando *Covar. lib. 3. var. reſol. cap. 8. n. 1. & ſeqq.*,
& ſignantèr *n. 2. in fin. & n. 3.*, & antè eum
*Gabr. conſ. 152. n. 4. lib. 1., Lup. de uſur. com-
ment. 2. §. 1. n. 28., Caſtill. contr. Iur. lib. 2.
cap. 25. n. 8. & ſub n. 60. verſ. tamen quod atti-
net*, *Bonaccin. oper. moral. tom. 2. tit. de Con-
tract. diſp. 3. qu. 2. punct. 3. n. 6., Leotard. de
uſur. qu. 15. n. 16. & ſeq., Vela differt. 32. n. 5.,
Ciarlin. contr. 40. n. 63.*

Labente igitur hac principaliori conjectu-
ra elicita ex primo Contractu, corruere pa-
riformitèr viſum eſt repetitum in idem con-
ſimile objectum quòad ſecundum Contra-
ctum, ſivè Apocam, in qua alia octo loca
Montium paritèr vinculata comparabantur
per Epiſcopum minori pretio ſcut. 65.; Quia
circà diminutionem pretii perſoluti per Epi-
ſcopum ( quandò opus eſſet ) referri valeret
ad illam ſatis planam animadverſionem,
quod Epiſcopus, qui in gratiam Comitiſſæ
non ſinè gravi lœſione emerat per anteà lo-
ca 30., non intendebat ampliùs ſubjacere
tantæ lœſioni: Sed & in hoc ſecundo Con-
tractu aderat circumſtantia excluſiva cujuſ-
libet ſuſpicionis, dum non apparet adjecta
conventio, quod Comitiſſa foret obſtricta
ad placitum Epiſcopi inire nedùm redem-
ptionem pro majori pretio, ſed nec de ulla
prorsùs redemptione Emptor convenerat,
ſolùmque liberè ( ut moris eſt ) redimendi
7 facultas relinquebatur placito Comitiſſæ, in
quibus ſanè terminis ad impingendum fœ-
nus neceſſaria eſt alia circumſtantia modici-
tatis pretii, quæ ſit ultrà dimidiam, ex con-
geſtis per *Caſtill. controv. Jur. lib. 2. cap. 25.
n. 62., Caren. reſol. 14. n. 5., Cirocch. diſcept. 76.
n. 1. & ſeq., Rot. Lucen. inter dec. diverſ. col-
lect. per Modern. Palm. dec. 52. num. 46. Rot.
dec. 2. n. 3. & 4. & dec. 94. n. 8. & 9. par. 15.,
dec. 189. n. 17. & ſeqq. par. 16., dec. 293. n. 24.
par. 17., dec. 641. n. 3. & 5. & dec. 656. n. 4.
& 5. par. 18.*

In præſenti autem pretium *ſcut. 65.* pro
ſingulis locis Montium nullo modo cenſeri
poterat lœſivum, ſeù modicum, cùm loca
8 Montium vinculis Fideicommiſſorum, vel
evictionum obnoxia raro aſcendant ad hanc
quantitatem, quemadmodùm quotidiana
denotat experientia, & videre eſt pratèr ſu-
prà in genere allegatos apud *Card. de Luc. de
Regal. diſc. 30. ſub n. 13. & diſc. 31. n. 16.*, &
habetur *in Modern. Tract. de Commerc. &
Merc. diſ. 60. n. 58.*

Excluſo fœnore, proſtrata remanebat etiam
aſſerta ſimulatio, quæ ad perſonandum, ſivè
obumbrandum idem fœnus afferebatur, fri-
gidiſſimæ ſiquidèm præfulxerunt conjecturæ
ad hunc effectum à Comitiſſa coagulatæ: illæ
namquè de omiſſa translatione litterarum
Patentium occaſione primi Contractus, &
de contraria pactione conventa in ſecundo,
per quam contradictoriè quodammodò Par-
tes pepigerant, quod Epiſcopus fructus lo-
corum Montium exigeret, *come coſa propria*,
& inſimul, quod Pantaſilea teneretur = *darli
ſempre conto de i frutti, e della ſorte, ſin tanto
ſaranno ricomprati*, neque per umbram vide-
bantur applicabiles ad ſimulationem, vel
uſuram: Ultrà enim, quod ruunt ſuaptè na-
9 tura conjecturæ cujuſcumque ſimulationis,
quotiès palpatur juſtitia rei geſtæ, & conſe-
quentèr deficit cauſa ſimulandi, ſinè qua
eædem conjecturæ redduntur inanes, ut ait
*Bart. in l. poſt Contractum 15. n. 3. ff. de Donat.,
Farinacc. de falſit. & ſimulat. qu. 162. n. 136.
& ſeq., Rot. cor. Dunozett. Iun. dec. 602. n. 8.,
& cor. Sa. me. Alex. VIII. dec. 238. n. 10., &
in recen. dec. 264. n. 15. par. 15., & in Foroli-
vien. Donationis 23. Iunii 1679. §. Hinc deficien-
te*, confirmata 17. *Iunii* 1680. §. *Potiſſimum
verò in fin. cor. clar. mem. Card. Matthejo.*



Digitized by Google

Adhùc neutra circumſtantia relevabat; omiſſa namquè translatio litterarum Patentium nimis rationabilitèr facta fuerat, nè ſubſecuta redemptione locorum Montium ſivè voluntariè, ſivè coactè ex parte Comitiſſæ Pantaſileæ, fieret inutilis jactura expenſarum, ut (præter inſinuata in præterita
10 Deciſione) in valdè ſimilibus, & perſtringentibus terminis, quandò ſcilicèt Emptor ſub incerta alea redemptionis abſtinet à revolutione, ſeù translatione deſcriptionis bonorum in cataſtro, benè innuunt *Houded. conſ.33.n.79. in fin.lib.2.*, *Caren. dicta reſol.14. n.11.*, *Rot. dicta dec.293. n.32. par.17.*

Contradictio verò, de qua redarguebatur ſecundus Contractus emptionis octo locorum Montium, quandò etiam in ſe ſubſtitiſſet, nullum tamen præbere poterat fomentum ſimulationi, multòque minùs inquinationi uſurariæ: ſed in rei veritate nulla intercedebat contradictio, cùm in ea parte, in qua firmabatur, Epiſcopum Creditorem poſſe exigere fructus hujuſmodi locorum,
11 *come coſa propria*, hoc erat connaturale ipſi Contractui emptionis, per quam Venditor facit fructus ſuos, ad *Text. in l. Iulianus, §. Fructus, ff. de act. empt.* quando verò ſubjungitur in altera parte, Comitiſſam teneri reddere rationem de fructibus, ac ſorte, id utiquè providiſſimè ſanciebatur loco evictionis, quia cùm dari facilè poſſet caſus, ut non facta commutatione litterarum Patentium, ipſa Comitiſſa exigeret hujuſmodi fructus, conveniens idcircò erat, ut ipſa rationem
12 redderet de perceptis, ſicuti compellitur quicumque ex quolibet titulo ſcientèr percipit fructus de re effecta aliena, ex notiſſ. Jur., de quibus *in l. ſi quis fundum, ff. de acquir. poſſeſſ.*, *l. fundum, ff. de uſucap.*, *l. bonæ fidei, §. In contrarium, ff. de acquir. rer. domin.* cum reliquis vulgatis.

Ejuſdemque frigiditatis palpabatur exiſtere altera circumſtantia, quod Epiſcopus indagare valens, priora loca 30. remanſiſſe jam diſtracta per Comitiſſam, dennò devenerit per Apocam privatam ad emptionem aliorum locorum octo, non requiſita pleniori cautione, & firmamento Contractus; Quia & hoc, vel potiùs referendum erat ad nimiam bonitatem Epiſcopi fidentis Nobili Matronæ, ſuæque Concivi, vel (ſalva qualitate Matronali, ac undequaque Nobili ejuſ-
13 dem Pantaſileæ) ad ſolertiam ejuſdem Mulieris figurantis hanc, vel illam rationem, & cauſam, juxtà ea, quæ in genere Fœminarum cecinit Propertius = *ſed vobis facile eſt verba, & componere fraudes*, & appoſitè per plura annotavit *Tiraquell. dell. Connub. l.9. ex n.45.*

Urgentiùs autem profligatæ dici poterant hujuſmodi conjecturæ (cæteròquin inutiles ſinè fundo cauſæ, & juſtitiæ (es contrariis, licèt aquè generalibus conjecturis, quæ pro Epiſcopo Creditore militabant; Nàm cùm Pontifex *Innocent. III.* in ſupra enunciata *Decretali*, ſeù *cap. illo vos, de pignor.* potiſſimè requireret, ut in hiſcè Contractibus ambiguis aliundè conſtaret, Creditorem aſſuetum eſſe uſuras exercere, profectò tale quid neque per imaginem apparebat aliundè demonſtratum reſpectu hujus Religioſi Epiſcopi, quinimò ejus Nobilis nativa quali-
14 tas, charactere etiam Epiſcopali decorata, omnem à ſe fœnoris fumum excludebat, ſicuti reſpectu qualitatis Eccleſiaſticæ monuere obſervandum *Iuſ. de Roſa conſult.13. n.13. lib.2.*, *Mart. Medic. exam. Senen.20. n.24.*, *Rot. dec.94. n.25. par.15.*, *dec.283. num.11. par.16.*, *& dec.656. n.19. & 20. par.18.*, & de
15 Nobilitate natalium *Ciarlin. contr.29. n.73.*, *Sperell. deciſ.28. n.62.*, *Rot. dec.641. n.20. par.18.*, *& in Piſauren. Pecuniaria 23. Martii 1695. §. Ex quibus, cor. R.P.D. meo Pio.*

Additò, quod tàm primus Contractus conſiderabilioris emptionis locorum 30. Montium, quàm noviſſimus Anni 1672. relativus, & approbativus omnium præcedentium, celebrati fuerant in præſentia Judicis cum interpoſitione Decreti ſeriò emiſſi ad formam Statuti, quo ſanè caſu, quia ſemper
16 Jura præſumunt pro Decreto Judicis, magis, atque magis corruit præſumptio labis uſurariæ, ex quo non cenſetur, Judicem voluiſſe authorizare Contractum conſimili, indignaque lue venenatum, pròut proſequuntur *Ciarlin. dicta controv.29. n.71. & 72. & controv.40. n.67. cum ſeqq.*, *Actolin. reſolut.88. n.45.*, *Rot. dec.413. n.2. in fin. par.2. rec.*, *& dicta dec.94. n.24. par.15.*, *& dec.293. n.25. & 26. par.17. & in Romana, ſeù Civitatis Caſtelli Cenſus 9. Iunii 1684. §. penult., cor. bo. me Albergato.*

Fruſtrà demùm ad enervandam ſolemnem, ac Cameralem obligationem Pantaſileæ, repetebatur, quod ad conflandam ſummam ſcut.4700. fuerint compræhenſæ nonnullæ ſummæ innitentes dumtaxat confeſſioni de recepto, quodquè paritèr ad nudam confeſſionem de recepto adſcribenda foret inſigni*r* partita ſcut.2200., quia quamvis in Inſtrumento diceretur = *& reliqua ſc.2200. nunc in mei &c. manualitèr, & in contanti &c.*
17 *habuit, & recepit &c.* nihilominùs hæc verba poſſent benè referri ad actum de præterito, ſicquè pariformitèr ad meram confeſſionem de recepto, ex traditis per *Mantic. de tacit. lib.18. tit.6. n.5. & 6.*, *Surd. dec.284. ſub n.11. verſ. ſecundò movit*, *Rot. dec.344. ex n.5. cum pluribus ſeqq. par.9 rec.*

Siquidèm de effectiva ſolutione pro majori parte conſtabat per ſubſecutam cum Girata Pantaſileæ exactionem ordinis aliàs exarati per clar. mem. Card. de Luca Venuſinum contemplatione Epiſcopi ſuæ Patriæ,

etſi

etſi fuerit legitimo,ſeù Procuratorio nomine
exactus per ejuſdem Pantaſileæ Maritum: &
circà ſummam ſcut.2200. perperàm aſſume-
18 batur prætenſio, quod verba ſuperiùs recen-
ſita in primo Inſtrumento non importarent
veram, realem, & effectivam numerationem
pecuniæ de præſenti, dum Notarius una cum
Teſtibus in calce Inſtrumenti deſcriptis aſſe-
ruit,non jam per verba ſonantia de præterito,
ſed in ſui præſentia recepiſſe, & habuiſſe Pan-
19 taſileam totidem pecunias per verbum pro-
culdubio cantans de præſenti, ut eſt dictio
*nunc*, ad *Textum in leg. 1. §. Nunc tractemus, ff. de tutel. & ration. diſtrahen.*, *Corrad. in prax. beneſ. lib.5. cap.5. n.180. & ſeqq.*, *Ciar-*
20 *lin contr.132. n.23.*, & benè in his terminis
*Rot. dec.310. n.5. & 6. & dec.382. n.2. & 3. par.4. rec.*, *& dec.198. n.3. & 4. part.16.*, *& in Firmana Cenſus 9. Iunii 1698. §. Abſquè eo quod, cor. R.P.D. meo Muto.*

Abſquè eo, quod refragaretur, non fuiſſe
expreſſam perſonam Judicis,ſed tantummo-
dò dictum fuiſſe = *in mei &c.*; Quia jam de
21 ſtylo eadem Clauſula cæterata extenditur =
*in mei, Teſtiumque infraſcriptorum præſentia*; Et
quoàd Judicem, nullibì auditum eſt, quod
debeat fieri illius mentio circà numeratio-
nem pecuniæ, Judex enim authorizat Con-
tractum in cauſa, & radice contrahendi, ſed
ignobilitèr numquam ſe immiſcet in ordine
ad mechanicum miniſterium ponderationis,
& numerationis pecuniæ; Et de facto glor.,
22 & Sa. mem. B. Pius V. præſcribendo pro for-
ma numerationem pecuniæ in contractu
Cenſus, qui paſſim celebratur per Mulieres,
& Minores, totam fidem repoſuit publico
Notario cum duorum præſentia Teſtium,
quibus aſſerentibus, pecuniam fuiſſe nume-
ratam in eorum præſentia per eumdem No-
tarium aſſerta, Cenſus ſubſiſtit, ut ſancitur
in eadem Bulla, & habetur ex notatis per
*Cenc. de Cenſ. qu.51. ex n.3. cum plurib. ſeqq. Nicol. Catan. dec.25. ex n.19. uſquè ad fin. Rot. poſt eumdem Cenc. dec.436. n.4.*, & magis
23 punctualitèr de verbis *nunc in mei &c.* reſ-
pondit *eadem Rot. in deciſ.452. num.6.*, *coram Priol.*

Magiſque Dominos in hanc ſententiam
confirmavit ſeries fundamentorum allato-
rum *in præcedenti Deciſ. diei 20. Iunii 1698.*,
in qua, proſtratis ad evidentiam objectis
circà ſolemnitatem utriuſque, & ſignantèr
ultimi Contractus Anni 1672., demonſtra-
tum fuit in ſubſtantia, quod Pantaſilea loca
Montium diſtracta in Epiſcopum contrà
*Text. in l. qui duobus 21. ff. ad l. Cornel. de falſ.*
Epiſcopo decepto tranſtulit in alios, quod-
que poſtremò (uti par erat) Nobilis hæc
Matrona coràm Judice ad exonerationem
ſuæ Conſcientiæ omnia geſta, & recepta ſo-
lemnitèr confeſſa eſt, & ratificavit; quapro-
ptèr potiùs decebat, ipſam ſatisfacere pro-
priæ obligationi, & Conſcientiæ, quàm im-
pugnare Contractus de per ſe fulcitos verita-
te exburſationis plenioris quantitatis pecuniæ
ex parte Epiſcopi, & illicitæ diſtractionis ex
parte Pantaſileæ, pròut latiùs in *dicta Deciſ. diei 20. Iunii ſuperioris Anni cor. me ex §. Et eò potiſſimè, uſquè ad §. Atque ex his.*

Fuerat in præterita reſolutione poſthabi-
tum objectum excitatum contrà Nepotes
Epiſcopi ſuper jure tertii, nempè quod idem
Epiſcopus & utì Regularis, & utì Epiſcopus
foret inteſtabilis, proindèque non obſtante
Indulto San. mem. Alexandri VII. circà fa-
cultatem teſtandi, adhùc ſemper obſtaret re-
24 gula, quod quemadmodùm quidquid acqui-
rit Monacus acquirit Monaſterio, ità quid-
25 quid adipiſcitur Epiſcopus, adipiſcatur ſuæ
Cathedrali, itàut non hodiè Fratres Actores,
ſed ipſa Eccleſia Cathedralis Venuſina com-
26 parere teneretur, hæcque exceptio ad exclu-
ſionem Actorum rectè valeret opponi, ſe-
cundùm limitationem, quam tribuunt *Surd. conſ.415. n.17.*, *Modern. Lucen. conſult.150. n.5. & 6.*, *Leoncill. deciſ. Ferrar.99. n.11.*, *Rot. cor. Gregor. dec.14. n.15.*, *& cor. Coccin. dec.1073. n.5.*, & alibi paſſim.

Aſt hodiè neque hoc de reliquo frivolum
motivum apud Juſtitiam Dominorum ſinè
evidenti ſolutione remanſit; quoniàm cùm
27 priùs Reverenda Camera Apoſtolica per
Pontificias Conſtitutiones ſucceſſerit ratione
Spoliorum loco Cathedralium, ex notatis
per *Spad. conſ.136. n.5. lib.1.*, *Fraſſ. de Reg. Patron. Indiar. cap.20. n.46.*, *Epiſc. de Roſa de rect. diſtrib. reddit. Eccleſ. cap.7. ex num.1. cum pluribus ſeqq.*, eo ipſo, quod eadem Re-
verenda Camera, illiuſque Dominus, & Ad-
miniſtrator Summus Pontifex fuit imparti-
tus licentiam teſtandi, Regularis, vel Epi-
ſcopus, qui teſtatur, exercet jura Cathedra-
lis tranſlatæ in jura Cameræ, & jura Came-
28 ræ tranſlata in ſemetipſum, ut eſt de pecu-
liari, & ordinaria natura ſubrogatorum,
*vulg. l. qui in jus, ff. de reg. jur.*, *Rot. cor. Coccin. dec.109. n.8. & dec.1541. n.16.*, *& cor. Dunozett. Jun. dec.651. n.20.*, & frequen-
tèr in aliis.

Et ità, utraque &c.

*ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

POST hanc Deciſionem deventum fuit ad
Sententiam, cùm ſub die 31. Julii 1699.
decretum fuerit, *expediatur*, & deindè devo-
luta Cauſa appellationis *ad R.P.D. Scottum*,
fuit confirmata Sententia ſub die 18. Junii
1700., & paritèr demandata expeditio ſub
die 2. Auguſti ejuſdem Anni 1700; Præſens
Deciſio habetur impreſſa apud recollectas
(ex utili induſtria, & bono publico proficua)
per *D. Palmam Nepotem* in ordine *la* 285., illa
verò *R.P.D. Scotti* legitur *poſt Conſtantin. ad*

*Sta-*

*Siotuta Vrbis dec.155.*, Cauſaque ſic hucuſ-
què terminavit.

Circà conſimilem materiam agitatam in
hac Deciſione acritèr in Rota fuit diſcuſſus
caſus in altera *Romana Nullitatis Contractus
coram Reverendiſſimo Molines Decano*: Petrus
quippè Comparinus ( cujus luctuoſa memo-
ria eſt, & Hyſtoria memorabilis ) vendide-
rat Chriſtophoro, & Fratribus de Scottis
bona quædam ſtabilia annui redditus ſcuto-
rum 41. pro appretio ſcutorum 284. cum pa-
cto redimendi, diùque fuit diſceptatum, an
hujuſmodi Contractus ſubſtineretur, vel
potiùs corrueret, & tanquàm ſapiens pravi-
tatem uſurariam obligaret Emptores ad re-
fuſionem perceptorum redditiuum; & certè
conſiderato, ut ſic, valore ſtabiliom, lœſio
fuiſſet longè forſan ultrà beſſem, & conſe-
quentèr reſponderi debuiſſet pro nullitate
29 hujus contractus: Sed conſideratis in facto,
de quo erat quæſtio, periculis, & eventua-
litatibus per Emptores ſuſceptis, reſponſum
fuit pro ſubſtentatione Contractus, cùm ea-
dem pericula, ac eventualitates valorem im-
minuant, & lœſionem excludant, *Gratian.
diſcept. forenſ. cap.756. n.8. & ſeqq. & n.46.
& ſeqq.*, *Mangil. de evict. qu.79. n.31. Ego
in tract. de Commerc. & Mercat. diſc.99. n.20.*,
*Rot. deciſ.281. n.3. par.6.*, *& dec.23. n.35.
part.11. rec.*, cum aliis latiùs examinatis *in
prædicta Dec. ſub die 13. Iunii 1701. cor. præ-
fato Reverendiſ. Molines Decano*, in qua plu-
ra opportunè cumulantur pro excludenda
lœſione, ac labe fœnoris.

Signantèr in eadem *deciſione* animadver-
30 ſum fuit, quod pactum redimendi negati-
vum, nè intrà certum tempus liceat Vendi-
tori rem venditam redimere, non eſt per ſe
ſolùm ſufficiens ad præſumendum fœnos,
ad tradita per *de Marin. reſol.160. n.7. & 8.
lib.2.*; maximè, ubi pactum iſtod negativum
exiſtat ex poſt conjunctum pacto affirmativo
favore Venditoris, quovè pacto affirmativo
idem Venditor ſucceſſivè uſus non fuerit,
ut videre eſt *in d. Deciſ. diei 13. Iunii 1701.
§. Quales revera*.

Non abſcedendo ab hujuſmodi materia
pacti de redimendo, pulchra fuit controver-
31 ſia, utrùm pactum redimendi ( quod aliàs
indubitantèr cadit ſob hypotheca Credito-
rum Venditoris, teſte *Merlin. de pignor. lib.2.
qu.31. ex n.1. cum trib. ſeqq.*, *Acoſt. de privil.
Credit. in præfat. ad reg.1. n.69.*, *Vrceol. con-
ſult.59. n.11. & 12.*, *Rot. dec.563. n.6. par.2.
& dec.179. num.9. par.5. rec.* ) ſit exercibile
32 contrà Emptorem, quotiès hic mediante
refuſione pretii iſtius pacti, vel aliàs bona
coempta affrancavit, & idem pactum extin-
xit, & articulo examinato reſolutum fuit
negativè *in Rom. Salviani 4. Decemb. 1702.
ex §. Quatenùs verò, fermè uſque ad fin. cor.
R.P.D. Priolo*, ubi plenè reſpondetur *Au-
thoritatibus* in contrarium allegatis, nempè
*Theſaur. dec.201. n.7.*, *Rot. cor. Seraph. dec.1063.
n.14.*, *& dec.769. n.6. cor. Emerix. Iun.*

Ea potiſſima ratione, quia ſicuti reſolu-
to, ſivè extincto pacto de retrovendendo,
33 ſivè de redimendo per lapſum temporis con-
ventionalis, vel etiam juridici, trigiuta ſci-
licet, vel quadraginta Annorum, nulla fa-
cultas remaneret Creditoribus Venditoris
pro eſercendo hoc pacto, ad *Rot. in Romana
Iuris Redimendi cor. R.P.D. Caprara poſt Card.
de Luc. de Servit. deciſ.3. & 4.* utrobiquè
*n.3. & ſeqq.*; idipſum à fortiori videbatur
affirmandum ſupplente Emptore cum pro-
priis, & effectivis pecuniis beneficium, &
34 operationem temporis, nam in boc caſu ceſ-
ſante fraude per affrancationem rei emptæ,
nullæ remanent favore Creditoris intermedii
reliquiæ exercibiles ipſius pacti, ad tradita per
*Bald. conſ.25. n.5. lib.1.*, *Cyriac. controv.339.
n.1. & ſeqq.*, *Card. de Luc. de Credit. & debit.
diſc.40. n.5. & 6.*, *Rot. dec.364. n.6. par.4.
tom.1.*, *& dec.425. n.7. par.5. rec.*

Non abs re, ſivè in propoſito læſionis, ac
modicitatis pretii, annotari poteſt, qood in
Contractibus vitalitiis per ſententiam Tri-
bunalis Sac. Rotæ ceſſat hodiè illa agitata
35 quæſtio, an in iiſdem Contractibus vitali-
tiis pro arguenda læſione locum habeat diſ-
poſitio *Text. in l. hæreditatum, ff. ad l. Falcid.*,
quia Rota tenet abſolutè opinionem nega-
tivam, quàm Ego etiam tuebar *in tract. de
Commerc. & Mercat. diſc.99. n.18.*, pròut Me
citato, aliiſque ſuperadditis habetur *in Cal-
lien. Bonorum 26. Aprilis 1697. cor. R.P.D.
dell'Olmo impreſſ. penès Conſtantin. ad Statut.
Vrbis dec.167. & in dicta Romana Nullitatis
Contractus 13. Iunii 1701. §. Quibus, cum
ſeq.*, *cor. Reverend. Molines Decano*.

Verùm non idcircò penitùs proſternitur
præſomptio derivans ex *d. l. hæreditatum*; &
de facto cùm quidam Angelus de Fœlicibus
Prædium vendidiſſet fratribus de Berardis,
reportata vice pretii promiſſione annuæ præ-
ſtationis ſcut.80., poſt ejuſdem Angeli mor-
tem ſequutam in termino quinquenni, illius
hæredes intentarunt ex capite læſionis enor-
miſſimæ immiſſionem adversùs idem Præ-
dium, quia Angelus ferme ſeptuagenarius,
& in parùm fœlici valetudine conſtitutus ne-
quibat conſequi à præfatis annuis præſtatio-
nibus congruum pretium, etiam tolerata
læſione intrà dimidiam, pròut eſt caſus, de
quo in prælaudata *Callien. Bonor. cor. R.P.D.
dell'Olmo*, ubi *in §. Præſertim quia*, aliàs *n.9.
& 10.* rectè inſinuatur, quod indagatio,
36 utrùm ab initio Contractus adfuerit læſio,
nec nè, plorimum ex poſt dijudicatur ab æqui-
tativo, & rationabili Judicis arbitrio, teſte
*Molin. de Primog. lib.1. cap.19. n.39. verſ. ſed
quamvis*, *Adden. ad Burat. dec.675. n.34.*, *Torr.
de pact. futur. ſucceſſ. lib.3. cap.9. n.34.*

Tan-

Tangitur in fine præſentis noſtræ Deciſionis perfunctoriè materia Spoliorum applicatorum Rev. Cameræ: Quarè non immeritò
37 poterit fieri mentio de Conſtitutione glor. mem. Innocentii XII., quæ incipit = *Inſcrutabili*, aliàs in ejus parvo Bullar. *Conſtit.*23. per quam idem Pontifex, certa lege demandata, remittit Spolia Regni Neapolitani; & quoniam tribuit Epiſcopo ad hunc effectum facultatem teſtandi priùs favore Cathedralium, ac Metropolitanarum, illiſque non indigentibus, favore Parochialium, accidit nuperrimè ſub die 18. Auguſti 1703., quod
38 Epiſcopus Abellini prætermiſſa ſua Cathedrali teſtatus fuerat de effectibus aliàs ſub Spolio cadentibus favore quarumdam Parochialium: hinc ad conquæſtionem Capituli Abellini, & Frequentini prætendebatur, irritam fuiſſe diſpoſitionem, & non obſtante, quod Conſtitutio videretur in aliis partibus ambiguè loqui, nihilominùs *ſub prædicta die* 18. *Auguſti* emanavit declaratio *S. Congregationis Concilii* negans, diſpoſitionem Epiſcopi ſubſiſteri poſſe, prudentialitèr de cætero adhærens Voto deſuper requiſito, ac tradito eidem Sacræ Congregationi ab Eminentiſſimo Cardinali Urſino Archiepiſcopo Beneventano, & reſpectivè Metropolitano circà partitionem eorumdem effectuum, priùs favore Cathedralis, ſeù Cathedralium, & deindè in beneficium Parochialium, juxtà illarum indigentiam, antelatis ſemper Cathedralibus.

Cohærentèr ad præmiſſa, vacante quadam Abbatia Lubinenſi Ordinis S. Benedicti per obitum Epiſcopi Cameracen. illius Commendatarii ſæcularis, & exiſtentibus in eodem gremio quibuſdam Conſtitutionibus Synodalibus initis de Anno 1634. in quibus *ſub cap.*15. demandatur adminiſtratio redituum Abbatialium, donec Sedes Abbatialis fuerit impleta, loci Ordinario una cum Superiore Regulari, conquæſti fuerant Monaci ab initio de abuſu Ordinarii, petieruntque coæqualem adminiſtrationem ad formam prælaudatæ Synodalis, poſteàque verſo conſilio omnimodam conabantur (tanquàm exempti ab Ordinario) conſequi adminiſtrationem, ſed Ego de Anno 1687. defendens Jura ejuſdem Ordinarii in Tribunali A.C. etiam cum ſenſu veritatis ſic loquebar.

Duæ ſunt partes hujus Cauſæ, una, quæ concernit ordinem Judicii, & altera, quæ reſpicit ſubſtantiam boni Juris: Sed quamvis nequeat, ut infrà, hactenùs ad examen ſecundæ inſpectionis deſcendi, nihilominùs ferenda videtur in omnibus Abſolutoria ad favorem Reverendiſſimi Suffraganei Poſnanien.

Quatenùs enim pertinet ad primam, innegabile eſt in facto, quod pro parte Monacorum expeditum fuit Monitorium, & ſucceſſivè in Curia reproductum non jam generalitèr ſuper contentione adminiſtrationis Abbatiæ, de qua agitur, ſed reſtrictivè, ac præcisè ſuper obſervantia, & executione *Cap.*15. Synodalis editæ de Anno 1634. in Regno Poloniæ, ideoque neſcitur, quomodò valeat in præſenti ſubſiſteri petitio totalitèr oppoſita, & incompatibilis, nimirùm ſuper inobſervantia, & inexecutione ejuſdem
39 *Capituli*, quidquid enim exadversò dicatur, quod per Clauſulas ſalutares in Monitorii ventre contentas poſſit Actor obtinere ſuper deductis, & probatis in proceſſu Cauſæ, quamvis expreſſis, ac petitis in eodem Monitorio aliqualitèr contrarientur, propoſi-
40 tio hæc ad ſummum locum ſibi vindicare poteſt, quando tractatur de Libello obſcuro, proceditorque per viam declarationis, vel agitur de remediis tantummodò diverſis, ſivè demum quandò in eodem Monitorio certa petitio, & cauſa non legitur ad litteram explicata, & hos terminos percutiunt omnes *Authoritates* in oppoſitum congeſtæ, quaſvè ſingillaritèr perquiſivi, & quotquot umquam poterunt allegari: ſecùs autem, quotiès (proùt hic) illud, quod prætenditur in proceſſu Cauſæ probari, ac deduci, non ſolùm eſt diverſum, aut aliqualitèr contrarium, ſed prorsùs contradictorium, & incompatibile, proùt eſt petere executionem Capituli, & poſteà unicè inſiſtere ſuper illius deſtructione, quemadmodùm uno ore, & ſinè contradictore diſtinguunt *viden. Surd. conſ.*273. *ex n.*23. *uſque ad* 28. ubi ait, quod hujuſmodi Clauſulæ non operantur quoad remedia contradictoria, quia Legiſlator non poteſt inducere actum repugnantem, & adducit univerſam Scholam Civilium, & Canoniſtarum Interpretum, *Jo:Franc. de Pont. conſ.*42. *n.*25. *& ſeqq. lib.*1., *Poſth. reſol.*93. *n.*16., & meliùs *in tract. de manut. obſerv.*2. *n.*45 *in fin. verſ. adverte*, *Palm. Nepos alleg.*80. *num.*1. *&* 2., ubi ampliat, etiamſi tractetur de Cauſa, in qua Judex poteſt procedere ſola veritate inſpecta, optimè *Rot. cor. Manzaned. dec.*468. *per tot. & dec.*751. *num.*1., *& dec.*99. *num.*2. *part.*4. *recen.*, *Modern. Caſtald. conſult.*47. *n.*3., *Card. de Luca lib.*15. *de Iudic. diſc.*8. *n.*8. *&* 9.

Atque in hoc caſu nedùm reficiendæ ve-
41 niunt expenſæ, & novum Monitorium expediendum, ut cum *Iuſ. in l. ſancimus n.*14. *C. de Iudic.*, *Hippol. de Marſil. in l. Patre*, *vel Marito n.*73. *ff. de quæſt. & aliis* monet *Card. Albit. de Inconſtant. in Iudic. quæſt* 19. *n.*20. & concordat *Capyc. Latr. conſult.*138. *in princ. §. Pro cujus*; ſed etiam denegari poſſe non videtur à prima Inſtantia, perperàm exadversò intentata, petita Abſolutoria, ut præter *Papien.* in facto relatum, punctualitèr, & per verbum *omninò* firmat *de Pont. d. conſ.*42. *n.*15. *& n.*21., ubi paritèr ex *Bald.* quod Reus in his

Digitized by Google

his terminis debet abſolvi ex neceſſitate, & multis exornat *n.2. & ſeqq.*

Neque juvat aſſerere, quod Monitorium ſuper executione *d.Cap.15.* fuerit expeditum à non habente legitimum mandatum Procuræ: Quia quando totum hoc in rei veritate ſubſiſteret, nec etiam poſſet prætendi lis, ſeù Cauſa de præſenti legitimè conteſtata,& reſpectivè introducta; Sed de reliquo habemus in facto, quod prædictum Monitorium deinceps, ut præmiſimus, extitit reproductum ab eodem Patrono nunc comparente, undè neſcitur, quomodò hodiè, & non priùs haberi debeat pro legitimo Procurato-
42 re, quandò præſertim & ipſamet impenſa facta pro expeditione Monitorii, & copia Synodi cum aliis documentis, & ſcripturis hac occaſione productis, quævè non potuerunt haberi ab aliis, quàm ab ipſis Monacis Principalibus, exuberant pro Mandato præſumpto, & in propoſito ſufficienti, ut in ſpecie ſimilis impenſæ *Rot. coram Ottbobon. dec.85.n.11. & 12. & dec.145.n.3. & 4, & in Maceraten. Magazeni, ſeù Mauutentionis 24. Ianuarii 1642. §. Non obſtat paritèr, cor. Cornelio*, & in propoſito Scripturarum *Poſth. reſol.68.n.84., Thomat.dec.59.n.33. & dec.68. n.47., Rot. cor.Gregor. dec.331.n.12. ibique Add.n.20., & cor. Arguell.dec.29.ſub n.5., & dec.27.n.9.par.17.rec.*

Ex his itaque ſuperfluum videtur ad merita deſcendere: Sed adhùc verſamur in claris, non enim controvertimus, quod omnes
43 Regulares generalitèr, & penitùs exempti ſint à lege Diœceſana Epiſcoporum, eorumque Juriſdictione, itaùt ex ipſomet *Sac. Concilio Tridentino ſeſſ.21.cap.8 ſeſſ.24.cap.11.de Ref. & ſeſſ.25.cap.12. & cap.23. de Regul.* reſultet regula contraria caſibus, & limitationibus in eadem Conciliari cenſura ſuper competentia Juriſdictionis Epiſcoporum inter Regulares particularitèr exceptis; Verùm punctus ſtat, an hujuſmodi exemptio ſivè de Jure, ſivè ex privilegiis Apoſtolicis competens Regularibus amplectatur caſum, de quo eſt quæſtio, quandò nempè per obitum ultimi Commendatarii ſæcularis vacat Abbatia, utrùm nempè tunc Jura repugnent, quod bona ejuſdem Abbatiæ, ſuper quibus, excepta quarta parte, nullum fovet intereſſe Menſa Conventualis, adminiſtrentur à Loci Diœceſano, & præcipuè conjunctim cum Priore ejuſdem Abbatiæ ratione ejuſdem quartæ partis, prout tàm providè, & Canonicè cautum fuit in ſolemni Synodo celebrato, ut ſuprà, de Anno 1634. cum interventu tot Epiſcoporum, Abbatum, & omnium færè Capitum Religionum, & in hoc non vidi laudatam ullam *Authoritatem*,
44 quæ id dicat, quin potiùs dum agitur non de aliqua adminiſtratione rerum Eccleſiæ, quæ ſit authorizabilis, vel miniſterialis, ſed ſolùm de adminiſtratione providentiali, & ſollicitudinis, nedùm poteſt illa competere Perſonæ, prout hic, Eccleſiaſticæ, & Ordinario loci, ſed etiam Laicis, ex magiſtrali dicto *Archidiac.in can.benè 17.qu.7. & Fælin.* ac *Abb.* ſuperadditis *Gennen. in prax. Cur. Archiep. Neapol.cap.41.num.2. & 3., Card. de Luca in Miſcell.Eccleſ lib.14.diſc.35.num.11.*, & magis in puncto Abbatiarum Regula-
45 rium, quæ ſint incommendatæ, quod Commendatarius, vel adminiſtrans (ſivè Menſa Abbatialis ſit ſeparata à Menſa Conventuali, ſivè non) in hac parte Oeconomica nullam exerceat authoritatem, & Juriſdictionem cum Religioſis, *idem Card. de Luca eod.tit. Miſcell.Eccl.in Supplem. par.4.diſc.54. ſub n.26. ex verſ. una ſcilicèt.*

Diximus, quod ad Monacos non intereſt, penès quem ſit Cura, & adminiſtratio redditùum Abbatiæ; quoniàm cùm eadem Abbatia modò vacet per obitum Epiſcopi Camerecen. ultimi Commendatarii, circà redditus Abbati Commendatario competentes nihil habent Monaci commune, cùm
46 ſtante præcedenti Commendatione Abbatia non ampliùs pertineat ad electionem Monacorum, ſed per appoſitionem manus Papæ remaneat Sedi Apoſtolicæ reſervata, ex vulgata *dec.2.de reſerv.cor.Caſſador., Gonzal.ad regul.Cancell.gloſ.5.§.8.n.61.* & juxtà celebre *conſ.Roman.350.n.11., Lotther.de re Beneſ.lib.3.qu.8.n.128., Garz.de Beneſ.par.5. cap.4.ex n.66.cum ſeq., Corrad.in prax.diſpenſ. Apoſt.lib.6.cap.4.n.10.& ſeqq.* & dictum fuit *in Salisburgen. Canonicatus 16. Martii 1676. cor. R.P.D. Rondinino impreſſ.poſt Novarr.in Summ.Bullar.dec.14.n.15.*

Ac propterea quemadmodùm ſi eſſemus in Italia, aut in illis Partibus, in quibus Ca-
47 mera Apoſtolica percipit fructus vacantes, quo caſu nihil ſucceſſori Prælato reſervat, ut eſt praxis notiſſima, & tradidit *Fraſſ. de Reg. Patronat. Indiar.cap.18.n 21.*, non diceretur, quod Commiſſarius ejuſdem Cameræ, vel Collector exerceret ullam Juriſdictionem, & authoritatem in Monacos ex adminiſtratione fructuum iſtius Abbatiæ: ità nec dici valet illa exercere ſecundùm Decreta Synodi Gneſnen. loci Ordinarius, ut patet ad ſen-
48 ſum; maximè, quia de Jure remota Camera Apoſtolica, quæ inſpecta declaratione Sa. me. Julii III. non ſe intromittit in hiſce Locis, ut teſtatur, & examinat *Rot.cor.Seraphin. dec.594. ex n.10.cum ſeqq.* & poſt eam *Solorzan.de Iur.Indiar.lib.3.cap.12.n.25.*, Ordina-
49 rius loci habet fundatam intentionem cuſtodiendi quælibet Beneficia vacantia, ad *Text. in cap. cum vos plerumque, ubi gloſſ. de Offic.Ordin., & in cap.fin.eod.tit.in 6., Vivian. de Iurepatr.par.1.lib.1.cap.3.num.24.verſ.17., Cabed.de Patronat.Reg.Coron.cap.25.ex n.1., Fraſſ.eodem tract.cap.15.n.11.*

Ac-

Digitized by Google

Accedit in idem, quod cùm & hæc admi-
niſtratio dicatur Commenda temporalis, ad
50 differentiam perpetuæ, qualis eſt, quandò
Papa ex inhabilitate perſonæ commendat
alicui Beneficium ſæculare, vel Regulare,
eique concedit, ut de fructibus ejuſdem Mo-
naſterii, vel Beneficii ad ſui libitum diſpo-
nat, itaùt prima Commenda dicatur in utili-
tatem Eccleſiæ, altera verò in utilitatem
ipſius Commendatarii, ſicutl diſtinguendo
animadverterunt *Garz. de Benef. par. 5. cap. 4.
n. 7. Gonzal. ad regul. Cancell. d. gloſſ. 5. §. 8. ex
n. 35. cum ſeq. & n. 47., Lotther de re Benef. lib. 3.
quæſt. 8. n. 115. & ſeq., Corrad. in prax. diſpenſ.
d. lib. 6. cap. 3. ex n. 6. cum ſeqq., Tamburin. de
Jur. Abb. tom. 1. diſput. 4. quæſt. 5. n. 2. & per
tot. & diſput. 11. quæſt. 14. n. 1. tom. 3.*

Et quænam lex vetat, vel Canon, aut Con-
cilium prohibet, quod iſta Commenda tem-
poralis ſubalterna circà fructus Abbatiæ,
quantumvis Regularis, reſervatæ ad diſpo-
ſitionem Sedis Apoſtolicæ ad commodum
futuri Succeſſoris, & Proviſi, maneat penès
Ordinarium loci, qui habeat ulteriùs in
ſuum Coadminiſtratorem ratione quartæ
partis, ut ſuprà, Priorem Conventualem, tan-
51 tùm quippè abeſt, quod hæc Commenda
temporalis, ſivè adminiſtratio durante vaca-
tione Abbatiæ præſeferat ullum imaginabi-
lem actum Juriſdictionis, ut potiùs Ordina-
rius in hoc caſu citrà exercitium ejuſdem
Juriſdictionis, vel legis Diœceſanæ faciat ex
placito Comitiorum Synodalium ſimplicem
figuram Depoſitarii ad meram cuſtodiam bo-
norum, & reddituum Beneficii, vel Abba-
tiæ providendæ, ne interim diſſipentur, aut
dilapidentur, ut per *Text. in l. commendare 186.
ff. de verb. ſignific.* inquit *Simonett. de reſervat.
quæſt. 69. num. 2.*, & *Roman.* in dicto celebri
*conſ. 350. n. 8., Gonzal. ad reg. Cancell. d. gloſſ. 5.
§. 8. n. 38. & 39., Garz. de Benef. d. par. 5. cap. 4.
n. 6., Lotther. de re benef. lib. 3. quæſt. 8 n. 115.,
Corrad. in prax. diſpenſ. d. lib. 6. cap. 3. n. 6.*, ubi
quod hæc Commenda, & adminiſtratio non
tribuit Jus, *Tamburrin. de Jur. Abb. d. diſput. 4.
quæſt. 5. n. 2. & diſput. 12. qu. 4. n. 1. & 4. tom. 1.*,
& in fortioribus, quod non tantùm Epiſco-
52 pus, vel Diœceſanus poſſit eſſe Adminiſtra-
tor, & Commendatarius temporalis pro cu-
ſtodia bonorum, & reddituum, ut ſuprà, ſed
quod poſſit Epiſcopus decernere Adminiſtra-
torem, & Commendatarium temporalem,
fatetur *idem Tamburrin. de Jur. Abb. d. diſp. 4.
quæſt. 3. n. 8. & 9. tom. 1.*

Et ex his non indigemus immorari ſuper
efficacia confirmationis noſtri *Cap. 15.*, priùs
obtentæ à Sacra Congregatione, & deinceps
à Sa. mem. Urbano VIII.; Quia ſemper, cùm
Pars adverſa excipiat dumtaxat de Clauſula
præſervativa circà ea, quæ obtinenda eſſent
ſpecialitèr à Sede Apoſtolica, demonſtrare
compellitur, quod hæc facultas adminiſtran-
di bona, & fructus Abbatiæ Sedi Apoſtolicæ
ex præmiſſis reſervatæ non poſſit ad com-
modum Succeſſoris ab eadem Sede provi-
dendi ſtare penès perſonas Eccleſiaſticas, &
53 quod magis eſt, Ordinarios locorum, nobis
enim ſinè examine prædictæ reſervativæ ſu-
perabundat allegare regulam generalis con-
firmationis, ad hoc, ut Pars adverſa teneatur
docere de limitatione, ſeù caſu ſub præſer-
vativa comprehenſo, ad tradita per *Surd.
dec. 322. n. 40. & 41., Rot. cor. Gregor. dec. 182.
n. 1., & dec. 317. n. 8. par. 5. rec.*

Minùſque imaginabiliter congruit exem-
plum allatum à *Fagnan. in cap. quod ſuper his
num. 14. & ſeqq. de major. & obed.*; Quia præ-
termiſſis cæteris obſervationibus, nil mirum,
ſi Sa. mem. Paulus V. nihil voluit tunc de-
terminare, ſed Nuncio reſcripſit, quod age-
ret cum ipſis Epiſcopis Regni Poloniæ, eoſ-
que moneret ad petendam à Sede Apoſtolica
determinationem: quoniam in eo caſu age-
batur de Synodo præcipiente, quod Abbates,
& Præpoſiti Regulares Forum haberent in
Epiſcopali Audientia, &, ut inquit *Fagnan.*,
indiſtinctè coràm Epiſcopo convenirentur;
Id namque formalem importat Juriſdictio-
nem in Regulares, & eſt vulnus de principa-
lioribus exemptionis Ordini Monaſtico, &
Regulari competentis, cùm Ordinarii non
poſſint cognoſcere de Cauſis Regularium,
quæ vel tractandæ ſunt coràm Superioribus
ipſius Religionis, vel coràm eorum Conſer-
vatore, vel apud Nuncium Apoſtolicum Ju-
dicem Exemptorum, vel penès Sacram Con-
54 gregationem, itaùt non poſſint tacite, vel
expreſsè Regulares ſe ſubmittere Foro Ordi-
narii, ſeù privilegio exemptivo in hoc pro-
poſito renunciare, ut latè ibidem advertit
*Fagnan.*, & hoc eſt, quod dicunt *Mart. de Ju-
riſd. par. 4. caſ. 182. n. 2., Thomas del Bene de
Immunit. cap. 9. dub. 3. n. 6.*, & plenè quamplu-
ribus *Rotæ deciſionibus* cumulatis *Paſqualig.
ad Lauret. de Franch. de controverſ. inter Epiſc.
& Regular. par. 1. n. 839.*, ubi adducit eam
rationem, quia hoc redundaret etiam in
præjudicium Romanæ Sedis, cujus intereſt,
Subditos ſuos ab alio non judicari.

At in noſtra theſi non agimus de Foro
contentioſo, non agimus de præjudicio Se-
dis Apoſtolicæ, aut aliqua læſione exemptio-
nis, ſed de temporali adminiſtratione, &
Commenda, quæ nullum, ex ſuprà firmatis,
exercitium Juriſdictionis in Regulares pro-
hibitæ denotat, aut importat: ideoque, ac-
cedente ulteriùs conſuetudine inconcuſſa,
non dubitamus, quominùs ex utroque capite
ſuperiùs inſinuato, in hac Cauſa, quæ ſuper
hujuſmodi materia revolveret totum Polo-
niæ Regnum, tribui debeat Abſolutoria.

## ROMANA SALVIANI.

*Lunæ 16. Februarii 1699.*

### ARGUMENTUM.

Commoditas fructuum cadit ſub hypotheca Creditoris, quando non eſt ſpecialitèr prohibita. Laudemium quando, & in quibus caſibus ſit ſolvendum. Filius hæres Patris non poteſt dimittere emphyteuſim à Patre pro ſe, & filiis ſtipulatam, reprobatis *Corneo conſil. 301. lib. 1. & Andreolo contr. 379.* in contrarium allegatis.

### SUMMARIUM.

1 Fæudum, & Emphyteuſis licèt non valeant pignorari, & hypothecari, fructus tamen, & eorum commoditas cadit ſub hypotheca Creditorum.

2 Hypotheca licèt non cadat ſuper Decimis ad favorem Laici, poteſt tamen ad illius favorem hypothecari commoditas eas percipiendi.

3 Commoditas Penſionis Eccleſiaſticæ cadit ſub hypotheca Creditorum Penſionarii.

4 Commoditas percipiendi fructus ex bonis fideicommiſſariis competens Creditoribus gravati, non eſt exercibilis, niſi durante vita ipſiut gravati, & non ultrà.

Idemque procedit in Emphyteuſi pactionata, in qua per obitum Emphyteutæ ceſſat Jus illiut Creditorum ſuper commoditate percipiendi fructus, n. 5.

Si autem agatur de Emphyteuſi perpetua, & ad quoſcumque hæredes tranſitoria, non extinguitur Jus Creditorum defuncti Emphyteutæ, n. 7.

6 Emphyteuſis tranſitoria ad quoſcumque hæredes, iis deficientibus non tranſit ad Fiſcum, ſed devolvitur ad Dominum directum.

8 Emphyteuſis Laicalis, ad differentiam Eccleſiaſticæ, præſumitur perpetua, & ad quoſcumque tranſitoria, niſi alitèr fueris conventum in actu conceſſionis.

9 Clauſula præſentibus &c. in Emphyteuſi Laicali importat incluſionem quorumcumque hæredum etiam extraueorum.

Idemque importat Clauſula ad habendum, num. 10.

Præſertim, ſi addita ſit dictio in perpetuum; num. 11.

12 Obſervantia declarat qualitatem Emphyteuſis tranſitoriæ ad extraneos.

13 Commoditas Emphyteuſis non cadit ſub hypotheca Creditorum Emphyteutæ, quoties exindè reſultaret aliquod præjudicium Domino directo,

Et quando dicatur adeſſe hujuſmodi præjudicium Domini directi, n. 16. 19. & 21.

14 Commoditas Emphyteuſis non cadit ſub hypotheca Creditorum Emphyteutæ, quotiès repugnat lex Inveſtituræ.

15 Immiſſio in Salviano datur ad hoc, ut Creditor ſibi de fructibus ſatisfaciat.

17 Salvianiſta, ſi ſpatio decennii nequit conſequi ex fructibus ſatisfactionem ſui crediti, poteſt procedere ad diſtractionem proprietatis, & quomodò.

18 Ceſſionarius ſuccedit in locum, & jura cedentis.

20 Immiſſio ex remedio utilis Salviani dari poteſt pro indiviſo pluribus Creditorſbus pari hypotheca ſuffultis.

22 Laudemium debetur Domino directo in compenſationem utilis dominii tranſlati in perſonam ab initio non inveſtitam, & n. 27.

23 Laudemium non competit Domino directo ex ſola immiſſione in Salviano obtentu per Creditorem Emphyteutæ.

24 Præjudicium, quod derivat in neceſſariam conſequentiam actus voliti, & permiſſi, non habetur in conſideratione.

25 Emptor per immiſſionem paſſam in Salviano non agit de evictione.

Niſi tamen convenerit de evictione etiam in caſu, quo pateretur immiſſionem in Salviano, n. 26.

28 Laudemium debetur ex datione in ſolutum, quia fraternizat cum venditione.

Et multò magis ex Judiciali adjudicatione, num. 29.

30 Hæres Emphyteutæ nequit impugnare factum ſui Authoris, quando agitur de enrphyteuſi hæreditaria.

31 Commoditas an veniat appellatione Juris, & un adſit aliqua differentia inter hæc vocabula, & n. 32. 35. & 36.

33 Emphyteuta poteſt diſponere de Melioramentis à ſe factis, quando Emphyteuſis non caducatur ejus culpa.

34 Argumentum à majoritate rationis eſt in Jure validiſſimum.

37 Verbum Jus accipi poteſt pro facultate; & dantur exempla.

38 Commoditas percipiendi fructus importat ſimplicem facultatem, non verò Ius aliquod in re, vel ad rem, & n. 39.

40 Appellatione Jurium quid veniat in materia locationis, vel Emphyteuſis, & n. 41.

42 Exceptio melioramentorum aliquando diſpungenda reſervatur ad tempus executionis Sententiæ immiſſionis.

Et quomodò in hoc caſu tribui ſoleat immiſſio, ibidem.

43 Commoditas percipiendi fructus poteſt alienari, vel hypothecari, niſi adſit ſpecialis prohibitio compræhenſiva etiam ipſius commoditatis.

44 Fructus fideicommiſſi liberè ſpectant ad gravatum.

45 Reductio Canonis ex capite læſionis non competit, niſi probetur exceſſivitas ipſius Canonis de tempore conceſſionis in Emphyteuſim.

46 Fæudatarius an valeat renunciare, ſeù dimittere Fæudum invito Domino infæudante, remiſſivè.

47 Emphyteuta, invito Domino directo, nequit refutare, ſeù dimittere rem emphyteuticam, & n. 49. & 71.

Quid-

Google

Quidquid in contrarium ſcripſerint Corn. & Andreol., qui plenè reprobantur, n.48.

50 Doctores conſulentes nequeunt attendi in concurſu aliorum, qui contrarium firmarunt in Tractatibus, & diſſertationibus pro veritate editis.

51 Corneus Doctor Peruſinus multifariam increpatur à Ruin. & aliis.

52 Andreol. in ſuis controverſiis non ſemel reprobatur à Card. de Luca, ut ibidem.

53 Filius hæres Patris non poteſt repudiare Emphyteuſim à patre pro ſe, & filiis receptam, & n.54. & 55.

56 Hæres non tenetur ſervare factum defuncti, ſi ab eodem facto nulla oriri poteſt actio, vel exceptio.

57 Pater ſtipulari poteſt pro filiis abſentibus, ac etiam naſcituris, eiſque per conſequens actionem acquirere.

Exemplifica in Emphyteuſi à Patre recepta pro ſe, & filiis, n.58. & 59.

Neque in his terminis requiritur ulla filiorum acceptatio, vel ratificatio ad hoc, ut eis quæſita dicatur actio ex ſtipulatione Patris, n.60.

Niſi Pater ſtipulatus fuiſſet pro filiis cum promiſſione de rato, n.61.

62 Aditio hæreditatis importat ratificationem ejus, quod defunctus geſſerat nomine adeuntis cum, vel ſine promiſſione de rato.

63 Emphyteuſi ſtipulata pro ſe, et aliis, ſi iſti non ratificant, illa conſolidatur in primo, & ejus hereditate, durantibus lineis, & generationibus, pro quibus fuit ſtipulata, & n.64.

65 Emphyteuſi recepta pro ſe, filiis, & Nepotibus, an dicantur tot conceſſiones, quot ſunt perſonæ, pro quibus fuit ſtipulatum.

66 Conceſſio emphyteutica ultrà tres generationes in re Eccleſiæ eſt prohibita.

67 Conceſſio facta Patri recipienti pro ſe filiis, & nepotibus dicitur unica, quidquid ſit de facta pro ſe, ac fratre.

68 Diſtinctio unius caſus ab altero, nec non circumſtantiarum utriuſq; ſemper fieri debet in perpendendis Doctorum traditionibus; aliàs de facili ſumuntur æquivoca.

69 Donatio facta Patri pro ſe, & filiis, an, & quando cenſeatur facta pro filiis uti filiis, vel uti hæredibus.

70 Card. de Luca defenditur ab impugnatione illorum, qui eum increpant, cur ſæpè in ſuis ſcriptis paucas, vel nullas alleget Authoritates.

72 Conceſſio facta alicui acceptanti pro ſe, & fratre, ſi frater non ratificat, reſpectu ejus Emphyteuſis non ſubſiſtit, ſed tamen tota Emphyteuſis conſolidatur in fratre, qui fuit ſtipulatus.

Præcipuè ſtante promiſſione per eum facta ſolvendi integrum Canonem, n.73.

74 Emphyteuta poteſt, ubi ità vigeat conſuetudo, dimittere rem Emphyteuticam etiam invito Domino directo.

In quibus autem locis vigeat hujuſmodi conſuetudo, vide ibidem n.75. 76. & 77.

78 Emphyteuta in quibus caſibus poſſit à ſe abdicare rem Emphyteuticam invito Domino directo, remiſſivè.

Et quid, ſi poſt ſtipulatam conceſſionem reperiat, rem Emphyteuticam gravatam eſſe alio onere ultrà Canonem cum Domina directo conventum, n.79.

## DECISIO LXXV.

IMmiſſionem, quam duo præcedentes Judices ex capite utilis Salviani interdicti Petro Paulo denegaverant, durum Aſtulpho videbatur ſubeundam eſſe in noſtro Auditorio, ideòque rursùs audiri pluſquàm enixè deprecatus adversùs reſoluta ſub die 13. Junii Anni proximè delapſi, antiqua non minùs corroborare fundamenta ſategit, ſed & alia ſuperexcitavit, per quæ receſſum ab aſſueta, eximiaque docilitate Tribunalis ſibi proſperè ſuadebat fretus etiam fortaſsè accidentali revolutioni Orbitæ, ſeù Rotæ noſtræ per obitum bo. mem Urſini Decani, juxtà quam quilibet Auditor ad immediatam ſuperiorem Sedem conſcendens, locum frequentèr aperit mutationi Judicum, ſivè (uti vocant) Correſponſalium, & aliquandò conſequentèr naturali nimiùm commutationi Suffragiorum, ac opinionum: Verùm Domini novam quoquè Sedem implentes putavere, inhærendum omninò eſſe jam deciſis.

Et quidèm reſpectu veterum fundamentorum, ſtatim inanis, irrituſque labor apparuit in impugnando, ſeù controvertendo ſolidam illam propoſitionem toties per Sacr. Rotam aſſertam, & confirmatam, quod non
1 obſtante quacumque etiam ſtrictiſſima prohibitione alienationis, & cujuslibet alterius hypothecationis, vel oppignorationis, fructus tamen ipſi, ac commoditas, quæ exindè per recollectionem eorumdem fructuum retrahitur, valeant ſubjectari vinculo illius hypothecæ, quam Debitor omnia ſua ſubjugando favore Creditoris ſuperimponit omnibus ſivè juribus, ſivè rebus, ſivè actionibus ex quocumque titulo etiam quandocumque ſibi competentibus, & competituris, ad normam *Text. in l.1. ff. de pignor. & in l. final. C. quæ res pign. oblig. poſſ.*, & in ſpecie noſtra *Jaſon. in l. final. n.78. in fin. C. de Iur. Emphyt.*, ibi = *quamvis Fœudum non poſſit pignorari, tamen fructus, & commoditas benè poſſunt*
2 *pignorari*, ſubdens quoquè exemplar Decimarum, quæ licèt in alium alienari prohibeantur, vel ſuper jure illas percipiendi hypotheca aliqua nequeat infigi, nihilominùs commoditas utiquè valeat oppignorari etiã ad favorem Laici cæteroquin incapacis Decimarum Eccleſiaſticarum, ex punctuali doctrina *Speculat. tit. de pignor. §.1. circa fin.*, quam etiam refert, & ſequitur *Tiraquell. de retract.*

*lignag.* §.1. *gloſſ.*7. *n.*51. & concordant *Monet. de Decim. cap.*5. *qu.*3. *n.*61. *& ſeqq.*, *Card. de Luc. eodem tract. diſc.*6. *ſub n.*16. : proùt
3 etiam familiare habemus in Penſionibus Eccleſiaſticis, quarum profectò jus omninò eſt
inhypothecabile, ſed commoditas rectè poteſt ad beneficium cujuslibet Creditoris
transferri, cedi, & obligari, ad tradita per
*Taudut. de Penſion. cap.*17. *n.*13. *cum ſeqq.*, *Card. de Luc. eodem tit. diſc.*68. *n.*26. *& n.*30. *& diſc.*69. *n.*3.

Hac ſolùm cadente differentia, quod ubi ſubiecta materia reddat ipſam commoditatem, ſeù facultatem in ordine ad fruitionem fructuum reſtrictam intrà Cancellos Vitæ poſſidentis, conſimilis ceſſio, translatio, ſivè obligatio commoditatis ſecuto obitu ejuſdem poſſeſſoris obligati illicò expiret, itàut
4 ad limites *Text. in l. lex vectigali, ff. de pignor.*
reſoluto circà eamdem commoditatem illo tali quali ſubalterno jure datoris, reſolvatur etiam conſecutivum acceptoris, ipſaque res, ac proprium, verumque ſubſtantiale jus ad Dominum citrà omnem hypothecam, vel ſervitutem, ſivè in Jure, ſivè in mero facto conſiſtat, liberè revertatur, quemadmodùm in terminis bonorum reſtitutioni, ac Fideicommiſſo ſubjectorum, defuncto hærede gravato, annotarunt *Peregrin. de Fideic. art.*40. *n.*112. *cum ſeqq.*, & ſignantèr *n.*117., *Moliu. de Primogenit. lib.*1. *cap.*20. *n.*12. *&* 13., *Fuſar. de ſubſtit. qu.*527. *n.*2. *&* 5. *& qu.*706. *n.*1., *Rot. cor. Peuting. dec.*408. *n.*2., *& dec.* 86. *n.*1. *cum duob. ſeqq. par.*14. *rec.*, & in hoc ipſo pro-
5 poſito Emphyteuſis pactionatæ, vel per deficientiam conceſſionis reverſivç ad Dominum directum, proſecuti ſunt *Pappon. conſil.*15. *n.*9. *&* 10., *Bera. qu. familiar.*95. *n.*11., *Salgad. in Labyrint. Creditor. par.*3. *cap.*3. *ex n.*33. *cum plurib. ſeqq. & cap.*15. *n.*26. *& ſeqq.*

Ubi verò peragatur de re ad quoſcumque hæredes etiam extraneos de ſui natura, vel ex formula diſpoſitionis, aut Inveſtituræ tranſitoria in ſempiternum, eo ſanè caſu,
6 quia nulla imminet poſſibilis ad Dominum reverſio, niſi fortè ad excluſionem Fiſci ultimi, & diſperati hæredis anomali, ad *Rotam dec.*40. *n.*22. *par.*8. *rec.*, nec ullus adeſt, qui valeat ipſam rem ex propria perſona, ſeù independenti jure ab obligato vindicare, indu-
7 bitabilis intrat hypotheca pro Creditoribus, ex quo (ut præmiſimus,) nec Dominus ullo modo tunc fovet intereſſe, ſi fructus ab una, vel altera manu percipiantur, neque exiſtit perſona, quæ poſſit offendi per ipſum actum hypothecationis, atque in hunc ſenſum conſpirarunt *Doctores, & Sacra Rota*, ſicuti latiùs oſtenſum fuit *in præterita Deciſ. ex* §. *Cæterùm cum ſequentib.*, & ſignantèr §. *Agnoverunt, coràm Me*.

Iterùm itaquè ſtabilita Theorica, & ad rem applicando, non erat ambigibile, quod reſpectu Emphyteuſis, de qua tractabatur, illa proculdubio foret in ſecundo diſtinctionis membro referenda tanquàm omninò ſempiterna, & ad quoſcumque perpetuò habentes cauſam ab inveſtitis, excluſo dumtaxat Fiſco, tranſitura; Evincebat etenim quidditatem hodiernæ Emphyteuſis in hunc
8 ſenſum circumſtantia primordialis, nempè quod eſſet prophana, & Laicalis, in qua cùm idcircò locum ſibi non vindicent Jura *Sacrorum Canonum* providè vetantium, nè bona, juraque Eccleſiæ ex mala Rectorum adminiſtratione diſtrahantur in perpetuum (niſi diverſimodè diſponat utilitas, ac Supremus rerum Eccleſiaſticarum Dominus Papa, ejuſque Sacræ Congregationes ſubcenſeant) ſemper in abſtracto, ac regulariter Inveſtituræ præſumuntur initæ cum permiſſione perpetui tranſitus bonorum ad quoslibet hæredes etiam extraneos, ex celebri *conſil. Alex.*228 *ſub n.*8. *verſic. licèt lib.*1., *Calderin. conſ.*6. *n.*1. *ſub tit. de locat.*, *Clar. in* §. *Emphyteuſis qu.*28. *n.*6., *Pacion. de locat. cap.*53. *n.*38., *Rot. cor. Merlin. dec.*860. *n.*8. *& dec.*872. *n.*2., *& cor. Dunoz. Iun. dec.*491. *n.*1.

Sed & præciſiùs in eumdem intellectum conjurabant verba Inveſtituræ, quæ facta noſcebatur Cynthiæ, & Iſabellæ *præſentibus*
9 *&c.*, hujuſmodi etenim cæteratio, nulla alia accedente refrenatione, protrahit ſignificatum ad incluſionem quorumcumque hæredum, & ſucceſſorum extraneorum, teſte *Rovit. conſ.*46. *n.*28. *ad medium lib.*1., *Conciol. alleg.*50. *n.*11. *& n.*42., *Rot. deciſ.*155. *n.*3. *par.*16. *rec.*, *dec.*269. *n.*4. *&* 5. *par.*17., *& dec.*441. *n.*17. *cor. Card. Cerra.*

Vehementiùs, quia eadem Inveſtitura progrediebatur ulteriùs per additionem aliarum Clauſularum, nempè = *ad habendum, fructificandum, faciendum, diſponendum, pròut de re emphyteutica in perpetuum conceſſa fieri ſolet*:
10 Si etenim ſimpliciſſima Clauſula, *ad habendum*, operatur extenſionem ad quoslibet hæredes extraneos, ex firmatis per *Mantic. de tacit. lib.*22. *tit.*19. *n.*25., *Spad. conſ.*182. *n.*1. *lib.*3., *Ciracc. diſcept.*60. *n.*8., *Epiſc. Rocc. ſelect. diſput. Iur. cap.*66. *n.*17., *Rot. cor. Duran. dec.*295. *n.*2. *& in rec. dec.*452. *n.*3. *& ſeqq. par.*9., *dec.*510. *n.*1. *par.*13., *& dec.*225. *n.*17., *par.*17., eò validiùs urget efficacia prædictæ
11 Clauſulæ, ponderando ſuperfetationem, & adjunctionem illius alterius Clauſulæ, *in perpetuum*, juxtà ea, quæ in hac eadem quæſtione pariformitèr animadverterunt *Spad d. conſil.*182. *n.*2. *&* 3., *Epiſc. Rocc. d. cap.*66. *n.*13. *& ſeqq.*, *Rot. cor. Caval. dec.*293. *n.*3., *& in rec. dec.*232. *n.*5 *par.*9., *& d. dec.*510. *n.*4. *par.*13., *& dec.*332. *n.*9. *par.*19.

Deniquè extrà omnem amaritudinem, perſpecta obſervantia profluente ex nunquam interrupta, ſed ſemper admiſſa, approbataque ſerie tot alienationum enunciata

rum

rum in ipſa poſteriori Inveſtitura Anni 1672. exhibita per eumdemmet Aſtulphum in ejus *præterito Summario num.6.*, ex ea namquè præfulgebat, quod poſt priorem Inveſtituram Anni 1605. hujuſmodi Domus, antequàm titulo dotis devenerit ad manus ipſius Aſtulphi, non una vice, ſed quinquiès, & non ſemper, ac ſimplicitèr mediante titulo univerſali hæredis, ſed etiam bis per liberum, ac ſingularem Contractum venditionis transfuſa fuerat in diverſas perſonas; undè ad expreſſionem verborum, & Clauſularum In-
12 veſtituræ ſuperaccedente quoquè obſervantia, omnem, ut diximus, amaritudinem ceſſare, omiſſis generalibus optimè notarunt adducti per *Rot. dec.872. n.11. cor. Merlin.*, *dec.381. ſub n.8. verſ. ex prædictis, par.5. rec.*, *dec.232. ſub n.6. verſic. & quatenùs*, *& n.7. & 8. & dec.452. n.13. par.9.*, *& d. dec.510. n.5. par.13.*

Sentiens igitùr Aſtulphus vim præcitatæ Theoricæ non minùs, quàm ejus applicationis, convolare tentavit ad enervandam ipſam applicationem, geminæ innixus limi-
13 tationi, quarum una verſabatur ſuper eo, quod in præſenti hypotheſi contrà ſuppoſitum, ac fundamentum præteritæ Deciſionis poſitivè concurreret (data alienabilitate commoditatis in Creditores extraneos) palpabile Domini præjudicium, & ſecundò pa-
14 làm obſiſterent, non autem faverent verba effectivæ Inveſtituræ, adducendo in ordine ad primam limitationem doctrinam *Bald. in l.2. n.17. C. de reſcinden. vendit.*, & quoàd ſecundam, alteram *Caſtren.*, *Cuman.*, *Soccin.*, *& aliorum in l. cum filio familias*, *ff. de leg.1.*

Ad neutra limitatio viſa eſt poſſe caſui congruere: Non ſanè prima de præjudicio Domini directi, ex quo ſignantèr Creditor immiſſus ex capite, ſeù titulo utilis Salviani Interdicti in poſſeſſionem hujus Domus poſſet per longiſſimum, ac fermè immortale tempus ipſam Domum detinere, & maximè in præſenti, dum tàm Mattheus, quàm Petrus Emphyteutæ ingens alienum æs ad decoctionem uſquè contraxere, quaproptèr donec omnibus interpolatè, ſeù ſucceſſivè ſatisfieret, de facto Domus remanſiſſet ſemper apud extraneos, fortaſsè uſquè ad ſupre-
15 mum Judicii diem; cùm enim immiſſio ex prædicto utilis Salviani Interdicto detur, donec Creditor immiſſus ſibi ſatisfiat ex fructibus, ut fert formula Decreti, ſeù Mandati, ſecundum tranſcripta per *Ridolphin. in prax. par.2. cap.6. num.4. & num.24.*, hæc ipſa ſempiterna tranſlatio, in ſeque-
16 lam tot ingentium Creditorum de facili ſubſequenda, manifeſtè efficeret, quod etiam in terminis puræ commoditatis illa ſaperet, & indueret naturam perpetuæ, ac prohibitæ alienationis, ut ſignantèr ad hunc caſum advertit *Bald. in Authen. hoc jus porrectum n.8. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.*, *Covar. variar. reſol. lib.2. cap.16. ſub n.1. verſ. & id verum*, *Hartm. Piſtor. qu. Iur. lib.1. qu.15 n.47.*, *Ioſ. de Roſa conſult.18. n 12. & ſeqq.*, & ſignantèr *n.18.*, *& conſult.59. n.26. & 27.*, *Epiſcop. Rocc. ſelect. diſp. Iur. cap.60. n.37. cum duob. ſeq.*, *Modern. Lucen. conſult.557. num.10. & conſult.565. n.9. verſ. et ideò*.

Eòque evidentiùs, quia facillimè occurrente impoſſibilitate, ut Creditor per Salvia-
17 num immiſſus valeat per decem Annos de ſuo credito ſatisfieri ſuper fructibus rei ſibi à Judice traditæ, is præſtolari valet à Judice per Principis Commiſſionem familiare ſubſidium obtinendi eamdem rem in proprietate mediante judiciali adjudicatione, ex iis, quæ practicè teſtantur *Ridolphin. in prax. par.2. cap.6. ex n.41. uſquè ad 47.*, *Mangil. de ſubhaſt. qu.126. n.14.*, cum aliis per *R.P.D. Maſerium in prax. Legat. Aven. lib.1. cap.29. n 4. et ſeq.*, & ecce, quod (uti ſubjungebat Aſtulphus) Domus ampliùs non rediiſſet in grave præjudicium Domini cum ſua naturali conſolidatione ad ipſum Dominum directum,
18 cujus idem Aſtulphus vigore affrancationis, ac ceſſionis locum, & jura repræſentabat, per *Text. in l. 2. §. Non ſolùm, ff. de hæred. vel act. vend. l. emptor.*, *C. eodem*, *& l. ſi à Creditore, C. de action. & obligat.*, cum concord. per *Surd. conſ.22. num.16. & ſeq.*, *Rot. deciſ.187. n.10. & n.12. & 13. poſt Zacch. de oblig. Camer.*

Addito, quod expreſsè per vigorem pacti ſuperinjuncti in eadem Inveſtitura recenſita *in dicto præterito Summar. Aſtulphi ſub n.5. litt. D.* legebatur inita prohibitio, quod Emphyteutæ non poſſent Jura Emphyteuſis, niſi integrè, & in totum cedere in perſonam tantummodò non prohibitam à lege: quamobrèm quotieſcumquè tribueretur anſa ad-
19 mittendi hypothecationem commoditatis, nimiùm incaleſceret præjudicium prædicti Dñi directi, ſiquidem, non obſtante ejus prohibitione, Domus potuiſſet non integrè decidere ad manus plurium Creditorum, ſecundum ea, quæ conſideravit *Rot. cor. Seraph. dec 1290. n.10.*, & ſequitur *Rot. Florent. apud Modern. Lucen. conſult.718. n.16. in fin.* Immiſſio namquè ex remedio Salviani Interdicti paſſim
20 conceditur (data ex. gr. paritate hypothecæ, vel capacitate fundi) pluribus Creditoribus pro intranti quantitate eorum crediti, & reſpectivè pro indiviſo, ut liquet ex deductis per *Pappon. conſ.75. n.29.*, *Pract. Papien. in form. libell. in act. hypoth. gloſſ 6. n.11. propè fin.*, *Coſt. de ration. rat. qu.115. n.12.*, *Pacif. de Salvian. inſp.3. cap.2. n.432.*

Ac deniquè palpabilius ejuſdem Domini coruſcabat jactura; de facto namquè Authores Petri Pauli fato ceſſerunt ſinè hærede; vocati quippè per Teſtamentum legis, ſivè ſucceſſuri ab inteſtato abnuerunt ſeſe face-

facere, & declarare hæredes, quin potiùs paſ-
ſi ſunt deputari Curatorem hæreditati velut
jacenti, *hodierno Summar. Aſtulphi n.1.*, qua-
proptèr cùm in caſu deficientiæ hæredum
jam ad excluſionem Cameræ, & Fiſci Domi-
nus directus valuiſſet ſibi conſolidare domi-
21 nium etiam utile, de plano ſequebatur,
quod ex præcitata permiſſione hypotheca-
tionis commoditatis favore Creditorum du-
ratura, Domus ampliùs non rediret liberè ad
eumdem Aſtulphum, qui ex vi memoratæ
ceſſionis induerat pannos Domini directi,
contrà ea, quæ ſuperiùs in adhibita diſtin-
ctione conceſſimus, ac præſuppoſuimus, nec
non firmant *Pract. Pap. in form. libell. in act. hypothec. tit.43. gloſ.7. n.16.*, *Corbul. de Em-
phyt. tit. de cauſ. privat. ob alien. lim.33. n.4.
& 5.*, *Caldas de extinct. Emphyt. c.13. ſub n.35.
verſ. ſubjicit*, *Guid. Pap. dec.575. n.2.*, *Oſaſcb.
dec.56. n.9.*

Nequè ultrà hæc omittebatur considera-
tio, quod aliud etiam præjudicium emerge-
22 ret Domino directo ratione Laudemiorum,
quæ cùm ex Juris determinatione ſancian-
tur in recognitionem, & reſtaurum utilis
Dominii, ac poſſeſſionis reſpectivè translatæ
in perſonam non inveſtitam ab initio, *l. fin.
C. de Jur. Emphyt.*, *Amæd. à Pont. qu. Lau-
dem quæſt.1. n.7. & ſeqq.*, *Faber in Cod. lib.4.
t.t.42. defin.1. n.18.*, *Frantz. de Laudem cap.2.
n.6. & cap.6. n.4.* profectò merus Salvianiſta
intruſus in detentationem hujuſmodi Domus
juridicè detrectaſſet hujuſmodi Laudemium
23 exſolvere, quia immiſſus tantummodò per
Salvianum Laudemium ſolvere non tenetur,
ut probat *Salgad. in Labyr. Credit. par.3. c.3.
n.42.* *Conciol. alleg.15. per tot.* *Panimol. dec.4.
annot.1. n.29.*

Verùm ad hæc omnia, & ſingula DD. reſ-
ponderunt breviter, & perſtringenter nem-
pe quod Dominus directus in primæva con-
ceſſione ſibi cautiùs ſtipulari debebat, quip-
pe eo ipſo, quod conceſſionem iniverat in
perpetuum tranſitoriam ad quoslibet hære-
des extraneos, & fuerat impartitus poteſta-
tem Emphyteutis faciendi, & diſponendi,
pròut de re Emphyteutica in perpetuum
conceſſa fieri ſolet, de natura conſimilis Em-
phyteuſis erat, quod commoditas reſpectu
fructuum foret hypothecabilis, ſicuti fuit ſu-
prà demonſtratum, & uberiùs in præterita
Deciſione, ideòque non debebat idem Do-
minus directus ægreferre aſſentiri illi conſe-
quentiæ, quæ promanabat in ſequelam juris
24 à ſe conceſſi, ſeù conventi, præjudicium
namque, quod deſcendit in neceſſariam ſe-
quelam juris ab habente poteſtatem voliti,
ſemelque placiti, & permiſſi numquam in
aliqua habetur conſideratione, ut inquit *I.C.
in l.1. ff. de author. & conſenſ. Tut.*, *Ciarlin.
controv.182. n.8.*, *Add. ad dec.199. n.101. &
ſeq. part.8. rec.*, *Rot. cor. Seraph. dec.1410. n.23.*

Solùmque (licèt ad exuberantiam) ſub-
jungebant, quod nec in effectu aliquod
præjudicium ingruebat Domino directo
tàm ex capite integralitatis, quàm ex alte-
ro Laudemiorum, quæ deperdere lugebat
Dominus directus: Non enim reſpectu inte-
gritatis quidquam illi detrahebatur per Im-
miſſionem ad poſſibile concedendam pro in-
diviſo, quia verba prohibitionis, ut etiam in-
frà demonſtrabitur, reſpiciebant veram, ac
formalem ceſſionem plenarii utilis Domi-
nii, non autem concernebant meram, &
ſimplicem Immiſſionem in Salviano, ſecun-
dùm quam minimè deturbantur Jura tàm
directi, quàm utilis Dominii, immò nec
25 etiam poſſeſſionis propriè, & ſubſtantialitèr
civilis, quia per eamdem Immiſſionem nec
etiam regularitèr conceditur, ſivè compe-
tit evictio, ad *Rot. coram Buratt. deciſ.240.
n.10., & ſeq.*, *ibiquè Adden. litt. B.* & *cor.
Merlin. dec.317. n.5. & 6. & in rec. dec.179.
num.9. cum ſeqq. par.7.*, *& deciſ.151. n.20.
cum duob. ſeqq. par.19.*, dummodò non fue-
26 rit explicitè conventa, & promiſſa in hoc
quoquè caſu interverſæ poſſeſſionis de facto,
ac per viam puri Salviani, juxtà cauthelam
traditam à *Bart. in l. ratio n.1. verſ. dic. ut in
gloſſ., ff. de act. empt.*, *Bald. in l.1. qu.4. n.17.
verſ. & ideò, C. de peric. & commod. rei vend.*,
*Poſth. reſol.58. num.11.*, *Urceol. conſult.25.
n.22.*, *Modern. Argentan. collact.49. n.64. &
66. lib.1.*, *Rot. dicta dec.179. n.17. cum duob.
ſeqq. par.7. rec.*

Quoverò ad deperditionem Laudemii,
clariſſima paritèr) licèt ſemper ex abundan-
ti) ſuppetebat reſponſio, quod vel Credi-
tor immiſſus nunquam curaſſet de obtinen-
da ad ſui commodum adjudicatione judicia-
li, eoque caſu quia Salvianiſta reputatur,
& eſt merus detentor, ſuique Debitoris no-
mine occupans poſſeſſionem, utiquè non
erat ejuſdem Salvianiſtæ perſona conſidera-
bilis ad finem Laudemii, ſed ſolùm illa veri
27 Succeſſoris, ac translatarii utilis Dominii, à
cujus mutatione ſuboritur obligatio ſolven-
di Laudemium, ut firmant *Clar. in §. Emphy-
teuſis qu.23. n.1.*, *Dexart. dec. Sardin.51. n.2.*
*Fontanell. dec.281. num.15.* Undè in Emphy-
theuſi hæreditaria, & perpetua cavere de-
bet Dominus directus, nè dominium utile
abſquè reverſione ad directum tranſeat in
novas perſonas non inveſtitas à principio,
& in his terminis convenientia aptet reme-
dia, ſed circà puram detentationem, & per-
ceptionem fructuum ſua non intereſt, an
hi per hanc, vel illam manum percipiantur,
quemadmodùm etiam præventive obſerva-
tum fuerat *in dicta præcedenti Deciſione ſub
§. Et ob id.*

At quod magis erat, & in facto omnem
ſubmovebat difficultatem, (etſi ſemper ad
exuberantiam) quod Aſtulphus obtinuerat
ex

Digitized by Google

,ex cauſa Dotis Agathæ filiæ Petri, inſimul-
que veri Emphyteutæ, Domum hanc pro
pretio ſcut.4.mil. in ſolutum ſibi transferri,
proindèque ipſe potiùs erat, qui de Jure fuiſ-
ſet obſtrictus ad ſolvendum Laudemium, ex
quo translato utili dominio rei Emphyteuti-
cæ in alterum locus eſt, ut præmiſimus, ſo-
lutioni Laudemii, ceſſio namque, ſivè da-
28 tio in ſolutum, quam ipſe Aſtulphus obti-
nuerat ab ultimo Emphyteuta, utpotè tranſ-
lativa ejuſdem Dominii, penitùs fraternizat
cum venditione, itaùt ex ea debeatur Lau-
demium, ut firmant *Dan. Moller. Semeſtr.
quæſt.lib.4.cap.5.n.1.& 2., Frantz.de Laudem.
cap.16.n.426.& ſeq., Ioſ. Ludovic.dec. Peruſ.60.
n.7., Theſaur.dec.139.ſub n.1.*

Quod ſi fortaſsè contingeret, vel Petrum
Paulum Actorem in hac Cauſa vigore ſui
crediti non extinguibilis intrà decem annos,
vel alium quemlibet futurum Creditorem
Matthei, & Petri Emphyteutarum implora-
re præſidium judicialis adjudicationis, eo
ſanè caſu talitèr immiſſus, mutata figura Sal-
29 vianiſtæ, fieret emptor judicialis, ſivè ad-
judicatarius, & conſequentèr citrà vel mini-
mam jacturam Domini directi ipſe exburſa-
re compelleretur Laudemium, ut appoſitè
conſideravit *Tiraquell. de retract.lignag. §.1.
gloſſ.14.n.14., Poſth de ſubbaſtat.inſpect.48.ex
n.1.cum ſeqq., Maynard.deciſ.Tholoſan.30.42.
& 51.per tot., Vincent. de Franch.deciſ.277.*
paritèr *per tot., Fontanell. deciſ.278. n.2. &
ſeqq.*, & ſignantèr *n.5.*

Imperceptibilis proindè, ac omni ratione
vacua detegebatur conquæſtio ſuper eo,
quod Aſtulphus ex capite affrancationis, ceſ-
ſioniſque reportatæ à DD. de Grimanis effe-
ctus Dominus directus amiſiſſet per hodier-
nam Immiſſionem emolumentorum Laude-
mii, ſivè vigore detentationis in longum
protrahibilis ab ipſo Petro Paulo, vel ab alio
Creditore, ſivè ex capite devolutionis, quæ
obtigiſſet per ſupradictam deficientiam Mat-
thei, & Petri Emphyteutarum abſque hære-
de: Jam enim reſpectu Laudemiorum para-
ta effulgebat reſponſio promanans ex præ-
miſſis: quoverò ad titulum devolutionis,
cùm Petrus ultimus Emphyteuta adhùc vi-
vens occaſione Nuptiarum Agathæ ſuæ filiæ
transfudiſſet in Aſtulphum hujuſmodi Do-
mum, non erat ampliùs quærendum de hæ-
rede, illiuſque exiſtentia, vel deficentia,
dum ſivè defeciſſet, vel adfuiſſet, extranei
ſemper efficiebantur termini devolutionis,
dato namque, quod adfuiſſet, tunc nec ulla
30 coincidiſſet devolutio, nec potuiſſet in
conceſſione Emphyteuſis effecta verè hære-
ditaria contraire facto ejus Authoris rem
ſuam in vita diſtrahentis in eumdem Aſtul-
phum juxtà *Text.in l.tale pactum 41.in princ.
ff.de pact., & in l.cùm à Matre 14.C.de rei vin-
dic.cum cæteris vulg.* Si verò defuiſſet, uti de-
fuit, jam remanebat ſuppletum ad impedien-
dam devolutionem per acquiſitionem utilis
Dominii licitè factam ab Aſtulpho.

Atque ex his detruſa prima limitatione
radicata in præjudicio Domini directi, ibat
pariformitèr in præceps ſecunda limitatio
fundata ſuper verbis Inveſtituræ prohiben-
tis, nè Emphyteutæ poſſent nedùm bona,
ſed nec etiam melioramenta, aliaque locata,
neque demùm *Iura aliis vendere, cedere, ſeù
alitèr alienare, alienationis vocabulo latiſſimè
ſumpto, etiam cum Clauſula, reſervato conſenſu
Proprietarii, & non aliàs, alitèr, nec alio mo-
do &c. niſi priùs habuerint expreſſum conſenſum
in ſcriptis*, quaſi quod in dicta prohibitione cu-
31 juslibet ceſſionis, ac diſtractionis *Iurium*, ve-
niret etiam commoditas, quæ per ſpeciem
ſynonimæ locutionis valdè affinis eſt, & co-
gnata ipſi Juri, ſicutì promiſcuè uſurpantes
conſimilia vocabula per dictionem alternan-
tem, ſivè æquè explicantem, ac nullam idcircò
conſtituentes differentiam inter jus, & com-
moditatem tradidere *Ioſ. de Roſa conſult.18.
n.21.& n.26.& 29., Epiſc. Rocca diſput.Iur.
cap.60.n.32, Modern.Lucen.d.conſult.565.n.7.
& n.10.& conſult.749. §.Secundum cum ſeqq.*,
aliique apud iſtos.

Potiſſimè obſervando, quod ſtatim ac
commoditas, veluti quid diſtinctum ab ipſo
Jure, cedi, vel diſtrahi permitteretur, inu-
tilis remanſiſſet præcitata prohibitio aliena-
32 tionis Jurium, nam, ut egregiè monebat
*Alex.in l.ſi conſtante 25. §.Sivè autem n.1. ff.
ſol. Matrim.*, cui Jura donantur, videntur
donari & commoda, ſequitur *Mantic. de ta-
cit.lib.13.tit.23.n.21.*

Quinimò ſi ità de Jure dicendum erat, ex
quo nullibi diſcriminatur jus percipiendi
fructus ab ipſa commoditate percipiendi
fructus, à fortiori hoc ipſum confiteri ne-
ceſsè erat ex ſedula Partium, ſivè particula-
ri Domini directi providentia; dum enim is
vetuit, Melioramenta facta per Emphyteu-
tam cedi, ac alienari poſſe, contrà natura-
33 lem poteſtatem cujuslibet Emphyteutæ va-
lentis liberè diſponere de Melioramentis à
ſe factis, dummodò devolutio ob aliquam
ejus culpam minimè ſubſequatur, ut per *Do-
ctores* communitèr *in l.Senatus, §.Marcellus,
ff. de leg.1., Petr. de Lùna inter conſ. diverſ.
Sicul.Illuſtr.conſ.38.n.5.& 6.& n.35., Fulgin.
de Iur. Emphyt. tit. de Melior.quæſt.8 per tot.,
Rot.dec.76.n.1.& ſeq.apud Pacific.de Salvian.
Interdict., & coram Ubald.Sen. deciſ.3. n.6.,
& deciſ.17.n.1.*

Utiquè certiùs putandum erat, intelle-
xiſſe vetare, nè commoditas fructuum abſ-
que expreſſo ſui conſenſu in ſcriptis obliga-
re poſſet extraneis, commoditas namque,
ſivè (ut alio nomine compellavimus) facul-
tas percipiendi fructus ſemper enaſcitur ab
ipſo Solo exiſtente de dominio Domini dire-
cti,

Digitized by Google

cti. Melioramenta verò propriùs exiſtunt incrementa provenientia magis aliundè, quàm ab eodem Solo, videlicèt ab induſtria, & Crumena meliorantis, & conſequentèr penetrata etiam medullitùs intentione Partium, fortiùs ſtringebat obiectum, ſivè ar-
34 gumentum, quod, tamquàm proſiliens à majoritate rationis, in qualibet diſpoſitione reputatur validiſſimum, quemadmodùm inquit *Conciol. alleg.82. n.10.*, *Modern. Lucen. conſult.343.n 81.*, *Rot. in Romana Fideicommiſſi de Roſis 9. Iunii 1687. §. Reſpectu autem, cor. bo. me Urſino*.

Reſponſum namque fuit ad hæc omnia, ſolidè, & conſtantèr extitiſſe ſemper per Sacrum Auditorium adhibitam magnam differentiam ad effectum, de quo agitur, inter Jus, & commoditatem, adeoùt quantumvis nonnulli *Scribentes* ad alium ſenſum, & finem quandoque videantur permiſcuiſſe terminos Juris, ſeù commoditatis, quia ni-
35 mirùm ad normam prælaudatæ propoſitionis *Alex. in d. l. ſi conſtante §. Sivè autem in princ. ff. ſol. matrim.* translato Jure ſecùm involvente commoditatem, cenſetur transferri etiam ipſa commoditas tanquàm quid minus, & ſuaptè natura comprehenſum ſub ipſa ampliori generalitate: Attamen quotiès Jus ipſum, ſeu genus ſupremum alienabile, ceſſibile, & transferibile non eſt, nequit à contrario detorqueri argumentum, nempè quod illud minus cedi, transferri, & alienari non
36 liceat, ex quo commoditas, quæ eſt quid minus reſpectu Juris in abſtracto, deflectit in merum factum ab ipſo ſubſtantiali Jure penitùs diſparatum, ſicuti magiſtralitèr introeundo viſcera, animamque quæſtionis perpendit *Garz. de expenſ. & melior. cap.10. n.33. & ſub n.39. verſ. Alterum verò*.

Atque in rei veritate *idem Garz.* quotieſcumque ad hæc animadvertens conſiderare ſategit diſcrimen Juris à facultate, egregiè
37 agnovit, quod quodlibet Jus, veluti genus generaliſſimum, vertibile eſt ad includendam etiam facultatem, exemplo Juris adeundi, Juris agendi ad ſupplementum legitimæ, cum ſimilibus, proùt videre eſt *in d. cap.10. ſub n.40. verſ. Præterea*: Aſt ubi oporteat penetrare differentiam ad hunc præciſum effectum, ut ſub obligatione, ac hypotheca non veniat ipſum Jus, vel commoditas ad
38 ipſum Jus ſimplicitèr acceſſoria, rectè autem veniat commoditas tanquàm quid facti, & quid diſtinctum, & ſeparatum à Jure magis proprio, ac ſupremo citrà infractionem Inveſtituræ, vel pacti, ac citrà præjudicium Domini, robuſtè demonſtrat, commoditatem ſubiacere hypothecæ, ac mutuò converti, & nuncupari poſſe facultatem ab ipſo Jure diſcretam, & præciſè etiam concordat *Aldern. Lucen. conſult.111.n.2. & conſult.557. n.9. in fin.*, & magis generalitèr
39 accipiendo commoditatem percipiendi fructus pro ſimplici facultate, non autem pro aliquo Jure, vel in re, vel ad rem, proſequuntur *Pinell. in l. 1. par.3. ſub n.39. verſ. Nec ſuperſtitioſi, C. de bon. matern.*, *Petr. Barboſ. in l. uſuſ. uctu 58. n.3. in fin. verſ. & tamen, & ſub n.5. verſ. cum igitùr*, & clariùs *ſub n.15. & 16. ff. ſol. matrim.*, *Pappon. conſ.15. ſub n.10. verſ. quod ſimile*, *Valenzuel. conſ.56. n.10. & 12.* utrobique *in fin.*, *Fab. de Anna conſ.51. ſub n.13. Giurb. ad Conſuetud. Meſſan. cap.1 gloſſ.2. n.109 & ſub n.111. verſ. nec mirum*, *Borguin. de uſufruct. n.66.*, *Caſtill. eod. tract. cap.69. n.7.*

Dum igitùr illud verbum *Iura*, ex ſui magis ſtricta, ac naturali ſignificatione nulla tenùs amplectebatur commoditatem, in minimo officiebat argumentum deſumptum (ut dicitur) à fortiori circà prohibitionem alienandi Melioramenta; Nam Dominus directus contingente devolutione intendebat prorsùs in ſua primæva libertate Domum reaſſumere mediante ſpeciali pacto, & conventione accretam etiam Melioramentis, ideoque neceſſarium erat ità expreſsè convenire; Sed non ità oportebat paciſci circà commoditatem, quæ reſoluto Jure Emphyteuſis incontinenti dilabitur, & ceſſat, qua-
40 propter idem verbum, *Iura*, aut intelligi debebat circà Jura locata, proùt præſeferebat relatio, *ut ſuprà*, ad *Rot. deciſ.300. n.21. coràm Duran.*, & *dec.456. n.22. par.4. tom.2.*
41 *rec.*, vel ad vera Jura eidem rei locatæ convenientia, ſicutì ſunt ſervitutes, aliaque Jura conceſſioni famulantia, & de quibus *Pacion. de Locat. cap.23. n.88. & ſeq., & cap.27. ex n.1. cum ſeqq.*

A' primo idcircò ad ultimum proſtratis geminis limitationibus, ac ſemper firma remanente propoſitione, quod non tantùm in Emphyteuſi hæreditaria, & perpetua, ſed in quacumque alia materia prohibita, minimè intelligatur interdicta hypothecatio commoditatis, Domini non putaverunt quidquam eſſe reſpondendum in ordine ad poſtremam exceptionem Aſtulphi conclamantis reſtauraſſe, ac ampliaſſe Domum controverſam, adeoùt perameà nihil aliud extaret, niſi nudus ſitus, & Cæmenta: quo-
42 niàm de hujuſmodi exceptione diſpungendum remanebit in limine executionis, quæ abſque alicujus detrimento in hiſce caſibus vel attribuitur pro indiviſo, vel juxtà liquidationem ſucceſſivè faciendam in ipſa executione, ut aliàs reſponſum fuit *in dec.1489. n.4. cor. Coccin. in Brundusina Immiſſionis 28. Ianuarii 1689. in princip., & in fin. cor. clar. mem. Card. Caccia, & in Romana Cenſus 1. Martii 1697. §. fin. cor. R. P. D. meo de la Tremoille*.

Et ità, utraque &c.

*ANNO.*

*ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

DEciſio hæc confirmatoria alterius impreſſæ *apud D. Palmam Nepotem dec. 231. tom. 3.* traxit ſecum expeditionem ſub die 2. Aprilis 1700., in qua dictum fuit = *Expediatur extenſa brevi Deciſione ſuper Melioramentis*, & deindè Sententia per Me prolata recepit confirmationem ſub die 9. Maii 1701. cor. R.P.D. Muto, pendente adhuc Cauſa indeciſa, non jam ſuper definitis in præſenti Deciſione, ſed ſuper Melioramentis, aliiſvè ſubortis emergentiis.

Quòad diſtinctionem firmatam inter alienationem proprietatis, vel ſimplicis commoditatis, plura fuerunt connotata in Deciſione præcedenti, & nihilominùs juvat ſubnectere caſum fortè ſingularem: Cùm enim quidam de Leliis Teſtator ſtrictè prohibuiſſet ſuorum bonorum alienationem, ordinando ſuper ſuis bonis Fideicommiſſum pro decore Familiæ, ac ſubjugaſſet eidem Fideicommiſſo etiam legitimam illius filiorum primò vocatorum, ad hæc adhibendo notoriam *Soccini* cauthelam, ac deniquè adjungendo per participium, *reſtando*, ſequentia verba, ibi = *reſtando ſolo in loro la libera diſpoſizione de' frutti*; Canonicus autem de Leliis unus ex prædictis filiis donaverit Fratribus de Orpheis per verba generalia omnem ſubſtantiam, quæſitum fuit, utrùm hæc donatio ſubſtineretur, ſaltèm vita durante præ-
43 fati Canonici, & Rota exiſtimavit affirmativè, quia donatio cenſenda erat reſtricta ad meram commoditatem fructuum, quæ non erat ſpecificè prohibita alienari, latè examinando *Authoritates* in contrarium, ut in *Firmana Manutentionis die 5. Dec. 1701. & 24. Martii 1702. cor. R.P.D. Priolo*, ad id allegando deducta *in dec. 5. n. 17. par. 6. rec., & dec. 893. n. 4. cor. Emerix. Jun., & in Rom. Caducitatis 23. Jan. 1701. §. Neque aſſumptum, cor. R.P.D. dell'Olmo*.

Neque ſubſiſtere viſa eſt replicatio, quod hoc intelligeretur ſaltèm ad ratam legitimæ; Quia præfata verba = *reſtando ſolo in loro la libera diſpoſizione de' frutti* = poſita cauthela *Soccini*, reddita fuiſſent eluſoria, niſi intelligerentur de univerſa hæreditate, nam in correſpectivitatem cauthelæ non poterant eadem verba diverſimodè percipi: Siquidem ſi filius inobediens, qui voluiſſet contravenire præcepto ad normam ejuſdem cauthelæ, potuiſſet alienare proprietatem ratæ correſpondentis ipſi legitimæ, & conſecutivè etiam fructus, inconveniens erat, quod obediens poſſet alienare ſolos fructus correſpon-
44 dentes ratæ ejuſdem legitimæ, maximè cùm fructus ſemper ſint in dominio, & poteſtate gravatorum, ex *Bologuetto* relato per *Manſ. conſult. 111. n. 41., Salgad. in labyr. Creditorum par. 3. cap. 15. n. 6.*

Super materia verò Emphyteuſis poſſent plura coacervari, ſed alibì, Deo dante, locus erit; obitèr tamen referri poteſt, quod cùm vigore reſcripti per Me exarati de ordine ſempiternæ memoriæ Innocentii XII., quandò illius Auditoratus officio fungebar, conſulta Rota ſuper quærimoniis à Sanctitate ſua in publica Audientia receptis à poſſidentibus Vineas Suburbanas, ſivè in Agro Romano, circà exceſſivitatem Canonum, ideoque rogantibus, ut ad Juſtitiam, & æquitatem reducerentur, emanavit elaboratus Diſcurſus *cor. Emerix Jun.* regiſtratus *inter ſuas deciſiones in ordine* 1130., & nulla capta fuit reſolutio ob multiplicitatem conventionum, & caſuum, ſed prudentèr injunctum fuit, quod hi Poſſeſſores ſeorſim in particulari deducerent Jura ſua

At comparente Fœlicita longè poſt, nempè ſub Anno 1703., cæpit iſta prætendere hanc reductionem à Canone per ejus Authores convento de Anno 1579.; ſed quia de eo tempore non apparebat ulla læſio, parùm
45 ſuffecit, quod de præſenti extaret, niſi per tempora intermedia, & ſucceſſiva, demonſtrato ſtatu expenſarum, Canonum, ac fructuum, de eadem læſione conſtaret, ſequendo in hac parte motivata *in d. Diſcurſu*, ſeù *dec. 1130. à n. 16. cum ſeqq., & n. 37. & ſeqq.*, ſicutì plenius apparet ex Deciſione edita *in Romana Canonum 9. Martii 1703. cor. R.P.D. Lancetta*.

Quæſtio etiam fuit priùs per Me ſubſtentata ſuper prohibita dimiſſione bonorum Emphyteuticorum prætenſa per compræhenſum in Inveſtitura ex pacto, & providentia, quotiès idem compræhenſus eſſet quoquè hæres primi acquirentis, & ità fuit judicatum non ſolùm Florentiæ, ſed etiam in Urbe in plena Congregatione Sancti Officii, quemadmodum habetur in ſequenti Diſcurſu, qui inchoat =

Recepta per Georgium de Biſagnis à PP. Carmelitis emphyteutica, ſeu livellaria conceſſione unius Domus pro ſe, filiis, & Nepotibus maſculis, ſub annuo Canone ſcutorum 22., ſuperaddita ulteriùs conventione, *quod* (ſunt verba præciſa) *dictus Conductor, aliique, pro quibus, ut ſuprà, conduxit, teneantur, & obligati ſint, pròut d. D. Georgius promiſit, & ſe obligavit ad omnes, & quaſcumque expenſas tam ordinarias, quàm extraordinarias, pròut dictus Georgius nomine ſuo, & aliorum vocatorum facere promiſit*; fato ex poſt ceſſit memoratus Georgius, illiuſque filii, quantumvis puri, liberique Patris hæredes, prætendere cæperunt arbitrium, ſeù facultatem refutandi conceſſionem; ſeſeque reſpectivè eximendi ab annua reſponſione, cæteriſque obligationibus eamdem conceſſionem ſociantibus: Verùm hujuſmodi refutationi conſentire recuſantibus PP. Carmelitis, Cauſaque idcircò de-

deſupèr introducta coràm Vicario Florenti-
no, prodiit Sententia, ſeù Mandatum Patri-
bus favorabile, eoque deinceps in Tribuna-
li Nunciaturæ Florentinæ revocato, extitit
tertio loco delegata, ſeù commiſſa cognitio
D. Canonico de Cavalcantibus, qui, poſtha-
bitis Aſſeſſorum ſuffragiis in ſententiam
Nunciaturæ abeuntibus, confirmavit pri-
mam in Curia Archiepiſcopali pronun-
ciatam.

Cùmque in hac rerum judicatarum diſſo-
nantia pendeat ad præſens nova provocatio,
ſeù appellatio, Typiſque edito prædicto Aſ-
ſeſſorum Voto, diſceptari contingat de vi-
ribus, & juſtitia poſterioris Sententiæ, cre-
derem, in ſenſu tamen illius veritatis, quæ
Mihi videtur, omni Jure ſubſiſtere præfa-
tam Sententiam D. Canonici, & conſequen-
tèr nullo modo valuiſſe PP. Carmelitas invi-
tos ad retroaccipiendam Domum compelli.

Regula ſiquidèm indubitantèr aſſiſtit Do-
46 mino directo; Quidquid enim apud *Scriben-
tes* in terminis Fæudalibus ſpeciales in hoc
conſuetudines, & leges habentibus diſpute-
tur, ad *Text. in cap. unic. de Vaſſal. qui contrà
Conſtit. &c.*, cum reliquis apud *Roſentall. de
Fæud. cap. 9. concl. 50., clar. mem. Card. de Luc.
de Fæud. diſc. 71. per tot.*, abſqu contradicto-
47 re receptum eſt, quod Emphyteuſis ad effu-
giendam injuſtam claudicationem nullo pa-
cto poteſt invito Domino remitti, & refuta-
ri, quemadmodùm uno ore docuerunt Ma-
jores noſtri *in l. 2. §. Sin autem*, ibique præ cæ-
teris *Bald. & Iaſ. n. 28. C. de jur. emphyt., Pinell.
in l. 1. p. 2. ſub n. 72. limit. 8. verſ. quæ renuncia-
tio, C. de bon. mater. & in l. 2. par. 1. cap. 4. n. 2.
poſt med. verſ. ſed in emphyteuſi, C. de reſcind.
vend., Corn. conſ. 16. n. 10. lib. 2., Pariſ. conſ. 24.
n. 18. lib. 4., Schrader. in §. Adeò n. 24. Inſtit. de
locat., Maut. de tacit. lib. 22. tit. 24. n. 2. & ſeqq.,
Surd. de alim. tit. 9. qu. 23. n. 24., Valaſcb. de
jur. emph. qu. 38. n. 26. verſ. in emphyteuſi, Fulgin.
eod. tract. tit. de renunc. qu. 5. n. 1. & 2. & de
ſolut. Canon. qu. 1. n. 93. & de Laudem. qu. 29.
n. 4., Pinchei. de Emphyt. diſput. 4. ſect. 7. n. 152.,
Burg. de Laudem. par. 2. inſpect. 28. n. 6. & 7.,
Fragoſ. de Regim. Reip. par. 3. lib. 6. diſput. 10.
§. 3. n. 34., Manzius dec. Palatin. 18. n. 6. & 37.,
Leoncill. dec. Ferrar. 117. n. 1., Cenſal. dec. Lu-
cen. 16. n. 51.*

Neque receſſum à prædicta regula, ſeù li-
48 mitatione ſuadere poſſunt in contrarium fir-
mata per *Corn. conſ. 301. lib. 1. & Andreol. con-
trov. 379.*; Satis enim, præſcindendo etiam
à rationibus, & fundamentis mox recenſen-
49 dis, eſſet reflectere, quod in oppoſitum ha-
bemus *Doctrinas* non minùs punctuales, uti
patet ex *Caldas de Iur. emphyt. tit. de nomin. em-
phyt. qu. 7. ſub n. 26. verſ. cave tamen, Fulgin.
eod. tract. tit. de renunc. qu. 5. n. 5., clar. mem.
Card. de Luc. de emphyt. diſc. 38. n. 3. & per tot.,
& in ſupplem. par. 2. diſc. 69. n. 2. & 9. ſub eod.
tit., & de donat. diſc. 61. n. 27. in d. par. 2. ſupplem.*
Cùm enim *Corneus*, & *Andreol.* ſimplices exi-
ſtant *Conſulentes*, quivè dumtaxat ad Cauſæ
50 opportunitatem ſcripſere, comparari poſſe
non videntur in pondere, & authoritate pe-
nès Judices cum *Caldas, Fulgin.*, & *de Luca* in
Tractatibus, vel in diſcurſibus ad veritatem
editis adverſam tuentibus opinionem, juxtà
monitum, de quo præ cæteris *Myſinger. pract.
obſerv. cent. 6. obſerv. 60. per tot., Manſ. conſu. 81.
n. 52., Palma Nepos alleg. 38. n. 14., idem Card.
de Luca de Teſtam. diſc. 74. n. 7. & de Fidei-
comm. diſc. 143. n. 5.*; Maximè, quia de *Cor-
51 neo* militant aſſuetæ cenſuræ, quibus objur-
gatur à *Ruin. in l. 1. n. 107. ff. ſol. matr. & con-
ſil. 93. n. 13. in fin. lib. 2., Zanch. in l. hæredes
mei, §. Cùm ità par. 3. ſub n. 71. ff. ad Trebell.,
Marta in præfat. antè ejus Conſilia n. 57. verſ.
& de Corneo*; Et quoàd *Andreol.* rectè con-
52 gruunt obſervationes habitæ per *Cardin. de
Luca d. diſc. 38. de Emphyt. n. 3.*

At nihilominùs librata rationum præpon-
ponderantia, neſcitur, quomodò filii, qui
paternam hæreditatem ſimplicitèr adeundo
ſeſe obſtrinxerunt ad implendum factum de-
functi, reſpuere poſſint in præſenti factum
ipſum acceptationis Inveſtituræ; illa ſiqui-
dem figura, quam induere ſatagunt nudæ
filiationis, poteſt quidem eoſdem filios utì
53 filios eximere, non autem eoſdem utì hære-
des à defuncti Contractu liberare, & conſe-
quentèr tribuere poteſtatem refutandi Em-
phyteuſim, quam, ex ſuprà firmatis, illorum
Pater, ſi viveret, non poſſet, contrà regulam,
de qua *Natt. conſ. 214. n. 1., Menoch. conſil. 89.
n. 37., Surd. conſ. 73. n. 34., Merlin. Pignatell.
contr. 59. n. 28. cent. 1., Chartar. dec. Januen.
54 123. n. 2., Rot. dec. 48. n. 4. par. 7.*, & in
materia Emphyteutica concordant *Cart. Iun.
conſ. 55. n. 11., Cirocc. diſcept. 60. n. 47. & 48.,
Fulgin. de Emphyt. tit. de renunc. qu. 10. per tot.,
Rot. cor. Arguell. dec. 66. n. 24. & ſeqq.*, & in
55 individuo, quod hæres nequeat Emphyteu-
ſim renunciare, ſeque eximere à Canonum
ſolutione, *Cancer. var. par. 3. cap. 1. n. 184.*

Nil refragante, quod præmiſſa concluſio
uti in ſubſtantia promanans à determinatio-
56 ne *Text. in l. cùm à Matre, C. de rei vendic.* pro-
cedere nequeat in hoc caſu, ubi ex facto Pa-
tris, alteriuſvè defuncti minimè reſultat
actio, vel exceptio, ut prætendendo exempli-
ficare obſcuram traditionem *Bald. in d. l. cum
à Matre n. 4. in fine* firmat *Pinell.* exadverſo
relatus *in l. 1. par. 3. n. 83. verſ. Limitatur nonò,
C. de bon. matern.*; Quoniàm dato etiam, quod
hujuſmodi obſcura Theorica rectè fuerit
dilucidata per *Pinell.*, attamen non video,
quomodo in hoc dialectico argumento pro-
bata remaneat illa propoſitio, videlicet quod
57 de ſtipulatione Emphyteuſis facta per Pa-
trem nomine filiorum non oriatur actio, vel
exceptio in perſona eorumdem filiorum,
dum

dum ex induſtria omittendo cœteros Con-
tractus,de quibus *Alciat.conſ.30.n.5.& ſeqq.
lib.8.,Becc.conſ.56.n.6., Peregrin. de fideicom.
art.51.n.6.ad med., Surd.dec. 322. n. 3., Fon-
tanell.de pact.nupt.clauſ.4.in princ. n.17., Rot.
dec.282. num.4.par.1.rec.,& dec.118.num.16.
58 *par. 6.* in hac ipſa ſtipulatione emphyteuti-
ca Patrem ſtipulari poſſe pro filiis, eiſque ob
id actionem ergà Dominum directum , ipſa-
què bona acquiri , & reſpectivè , ſeù per ne-
ceſſarium conſequens exceptionem reſulta-
re , tradiderunt viden.*Caldas conſ.22.num.2.,
Malvaſia conſ.93. n.75.*, & fatetur *Altograd.
conſ.23. num.31.verſ.Nàm cùm,& n.32.lib.1.*
59 adeòut quando Pater ſtipulatur Emphyteu-
ſim pro ſe , & filiis , abſquè alia declaratione
cenſeatur tàm ſuo , quàm eorumdem filio-
rum nomine poſſeſſionem ingredi, & accep-
tare , teſte *Bart.in l. qui mihi donatum in fin.
ff. de donat.*, *Ruin. conſ.25. num. 16. lib.1.,
Bec. conſ.129. num.81.*

Abſquè eo , quod adverſetur , quod hoc
veniat intelligendum , quotieſcumquè filii
deinceps prædictam ſtipulationem ratifica-
verint : quia prætèr ea, quæ reſpectu aditio-
nis hæreditatis proximè adducentur , nullibi
60 ſubſiſtit , quod alia filiorum ratificatio ſit
neceſſaria , ad hoc, ut ipſis filiis actio, vel ex-
ceptio ex ſtipulatu Patris acquiratur , ut pa-
ritèr, neglectis generalitatibus, in individuo
inquit *Malvaſ.d.conſ 93. n.74.& 75.* egregiè
viden. *Ant.Monac.de rect.Feud.interpr.c.23.
partic.2.n.37.& 38.& cap.25.num.6.* , ubi
optimè diſtinguit inter ſtipulationem Nota-
rii, & ſtipulationem Patris , *Spad.conſil.184.
num.2.verſ. & hinc eſt , lib.3.*

Atque ex his comperto , quod abſquè alia
neceſſitate expreſſæ ratificationis fuerit ac-
quiſita filiis, & nepotibus actio , & exceptio
ex ſtipulatione Patris , proindèque maneat
in ſuo robore generalis determinatio *Text.in
d.l.cùm à Matre*,non oporteret deſcendere ad
alteram virtualem , ac tacitam ratificatio-
nem , quæ ex aditione paternæ hæreditatis
ipſo Juris miniſterio reſultat ; Sed adhùc
hanc quoquè ratificationem perpendendo ,
fateri cogor , captivari non poſſe meum in-
61 tellectum in obſequium illius diſtinctionis ,
quod id utiquè procederet , quandò Pater
fuiſſet pro filiis ſtipulatus cum promiſſione
de rato, ſecùs autem, dum ſimplici nomine
filiorum Emphyteuſim conduxit , & obſer-
vantiam promiſit,ad *Bart.in l.1.1. §.Nuncia-
tio ſub n.16.& 17.ff.de oper.nov.nunc.* Iſte enim
legum Magiſter , & Coripheus plures caſus
ibidem diſtinguit reſpectu materiæ , de qua
tractabat , nimirùm de nunciatione novi
operis , utrùm nunciatio facta nomine alte-
rius , ſeù pro altero, intelligatur Procurato-
rio nomine , vel dumtaxat reputetur facta
per negociorum geſtorem ſinè Mandato , &
concludere videtur , quod non Procuratorio
nomine , ſed per ſpeciem geſtionis negocio-
rum, niſi Pars ſciret , eumdem exiſtere Pro-
curatorem ; Verùm quod ad inducendam
62 ratificationem mediante aditione hæredita-
tis,idem non ſit adire hæreditatem illius, qui
de rato promiſit , vel nomine ſucceſſoris,aut
adeuntis contractum celebravit , hoc ſanè
*Bartolus* non dicit , & è converſo utrumque
caſum ad noſtrum præciſum effectum pari-
ficat *ipſemet Bartol.in l.rem alienam4.num.14.
ff.de pignor.act.*,ibi=*habet vim ratihabitionis in
his,quæ defunctus geſſit nomine ſuccedentis, vel
pro eo promiſit de rato*,& hanc parificationem
terminorum ſub eadem dictione diſiunctiva,
& alternativa , *vel* , cum *Bart.* Anteſignano
proſequuntur *Anſald.conſ.32.num.15. & 16.
& num.63.,Maſcard.de probat.concl.870.n.15.
Negnſant. de pignor. par.2. membr.2. num.57.*

Oſtenſo igitùr , quàm malè huic funda-
mento fuerint inniti *Corn.*& *Andreol.*,quod-
que contrà ipſos urgent Juris regulæ firmiſ-
ſimæ , ſuperiuſque inſinuatæ , nulla reſpon-
ſione indigere videtur aſſumptum *Andreoli*,
quod ipſe Pater , ex quo non promiſit de ra-
to pro filiis , non teneretur de ipſorum reni-
tentia , & diſſenſu ; exuberat enim ex præ-
miſſis , quod Contractum ipſorum nomine
geſtum per aditionem hæreditatis ratificaſſe
videantur : Sed adhùc , quidquid dicendum
foret per regulas generales , utrùm ſcilicet
gerens contractum Procuratorio nomine,in
caſum denegatæ ratificationis teneatur;ver-
ſamur extrà hæſitationem, inſpecta peculiari
qualitate acceptationis in vim ſimilium
conceſſionum, in quibus contractus , & obli-
gatio ſubſtantiatur , ac perficitur in ipſo ſti-
63 pulante nomine etiam alieno,itàut renuen-
tè acceptare perſona , nomine cujus fuit ini-
ta ſtipulatio , Emphyteuſis remaneat penès
eumdem ſtipulantem , duratura ad tempus ,
quo generationes demonſtratæ ejuſdem ab-
ſentis, ſeù ratificantis perdurabunt , ex his ,
quæ in ſpecie edocuit *Baldus in l.ſi mihi,& Ti-
tio n.11. in fin.ff.de verbor.oblig.* , & in termi-
nis terminantibus inſequendo eumdem *Bald.
& Salicet*, quandò (prout hìc) conceſſio fuit
correſpectiva,& oneroſa. *Alex. conſ.24. n.5.*,
& præcipuè *verſ.undè dicit*, ibi =*quod ſi accepi
Fundum in emphyteuſim pro Titio,& deſcenden-
tibus ſuis uſquè in tertiam generationem , &
proptèr hoc aliquid ſolvi,& poſteà Titius ratum
non habet,certè remanebit Emphyteuſis apud Me
& finietur finita tertia generatione illius Titii*=
64 *lib.5.*,&generale eſt,quod quotièsEmphyteu-
ſis nomine proprio , & alieno recipitur, alter
vero negat habere ratam hujuſmodi recep-
tionem , Emphyteuſis tota conſolidatur ad
tempus cæteròquin præſcriptum in ipſo ſti-
pulante, & conſequentèr ejus hæredibus,ſub
ea ratione , quia aliàs Dominus directus uni
tantùm non conceſſiſſet,ad Theoricam ejuſ-
dem *Bald.in l.unica n.37.C.quandò non petent.*

*part. Modernus Roſignol. de Contract. tit. de Emphyt. diſquiſ. 2. §. 8. per tot.*, qui in propoſito
diſtinguunt inter Fœudum, & Emphyteuſim, & generalitèr *Iaſ. in d. l. ſi mihi, & Titio ſub n. 51. verſ. ſecundus caſus, ff. de verb. oblig.*, *Alex. conſ. 22. num. 2. lib. 5.*, *Ruin. conſ. 5. ſub num. 5. verſ. & ultra eum, lib. 2.*, *Bellon. de Iur. accreſc. cap. 6. quæſt. 39. num. 209. & ſeqq.* & quandò promiſſoris intereſt, fieri conſolidationem, idipſum in terminis emptionis procedere, *Text.* eſt litteralis *in l. fundus ille, cum ibi not. per gloſ. & DD.* communnitèr, *ff. de contrah. empt.*

Et ſanè, quantumvis ad alios nimis extra-
65 neos effectus, facta emphyteutica conceſſione *Titia* ſtipulanti pro ſe, filiis, & nepotibus, dicantur tot conceſſiones, quot ſunt perſonæ, quibus eſt ſtipulatum, & ſignantèr, vel ad finem inſpiciendi, utrùm una, vel multiplex debeatur Gabella, vel an filii, & nepotes cenſeri debeant ex propria perſona vocati, vel de-
66 niquè an conceſſio exarata ultrà trinam generationem, in emphyteuſi Eccleſiaſtica regularitèr prohibita, per *Text. in §. Emphyteuſim, Auth. de non alien.*, de qua pleniſſimè *Robles de repræſent. lib. 3. c. 17. per tot.* irritetur in totum, vel ſubſtineatur pro parte, ſeù reſpectu trium dumtaxat generationum, cum ſimilibus, quos terminos percutiunt relati per *Andreol. d. controv. 379. n. 7.* Nihilominùs benè obſervabat *clar. me. Card. de Luc. d. diſ. 38. de Emphyt.*, quod ad effectum, de quo eſt quæſtio, obſervantiæ ſcilicet promiſſionis, & receptionis factæ per Patrem, quatenùs attinet ad illius hæredem, & ejus hæreditatem, con-
67 ceſſio pro unica, & non multiplex reputatur; quinimo ubi, ut in præſenti, peragitur de ſtipulatione Patris facta pro filiis, & nepotibus, unicam proculdubio eſſe Inveſtituram, ad diſtinctionem habitæ pro ſe, & fratre, conclamavit *Caldas recept. ſent. quæſt. 20. num. 23. verſ. ſed communem*, ubi teſtando de communi, contrarium tenentes *Rabulas* appellat, egregiè etiam viden. *Monac. de rect. Feud. interpr. cap. 23. partic. 2. ex n. 104. uſquè ad fin.*, ubi mirabilitèr materiam explanat, & proſequuntur *Covar. var. reſol. lib. 2. cap. 16. ſub num. 5. §. Verùm, verſ. Ego profectò*, *Mantic. de tacit. lib. 5. num. 127. propè fin. verſ. ſed Covarruvias*.

Et ob id ſemper magis in praxi verificatur, quod pluriès in ſcriptis nobis reliquit, & vivens ſæpiùs proferebat *clar. mem. Card. de*
68 *Luca*, quod nempè in legali facultate neceſſarium eſt diſtinguere caſum à caſu, & effectus ab effectibus exindè reſultantibus, quia aliàs facile eſt incidere in æquivoca; quoniam in altero etiam Voto *Decani Antonii Ricci* vidi traditum exemplum donationum, in quibus paritèr tot reputantur eſſe contractus, & donationes, quot ſunt perſonæ, & tamen tantum abeſt, quod adaptari poſſint termini donationis ad Emphytèuſim, quod ſi verſaremur in donatione, eſſemus etiam extrà difficultatem ob ipſammet formolam ſtipulandi pro ſe, filiis, & nepotibus, nam donatio in his terminis reputaretur etiam hæreditaria, cùm hodiè pacifica, & prorsùs incontroverſa exiſtat diſtinctio, quod quan-
69 dò donatio facta fuit Patri, filiis, & nepotibus, tunc profectò intret prædicta regula, quod tot ſint donationes, quot perſonæ, abſquè neceſſitate mixturæ qualitatis hæreditariæ in filiis, vel nepotibus, ſecùs verò in donatione ſtipulata *pro ſe, filiis &c.*, quia tunc qualitas quoquè hæreditaria deſideratur, ſtipulatumque cenſetur non filiis uti filiis, ſed uti hæredibus, juxtà receptiſſimam diſtinctionem, de qua *Surd. dec. 322.*, cæterique ad ſatietatem ibidem collecti per *Hodiern.*, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gl. 9. par. 2.*, *Rot. in Florentina donationis coram Peutinger. dec. 406. ex n. 5. & dec. 202. n. 1. & ſeqq. poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ.* & alibi milliès.

Perſtringendo itaque, non tantùm undequàque coruſcat juſtitia Sententiæ tertio loco prolatæ per D. Canonicum, ſed etiam conijcitur, quàm perperàm, & abuſivè fuerint neglecta Authoritas *Clar. me. Card. de Lu-*
70 *ca*, ſub aſſueto prætextu, quod ſint illius ingenii meræ divinationes, & ratiocinia, quandò ſi iſte Vir æternæ recordationis voluiſſet, uti valuiſſet, (quod tamen abominabatur) replere paginas Allegationibus, non defuiſſent in præſenti quæſtione, & in aliis, præclara Iuris lumina, ut ſuprà, quæ ejus diſcurſum ſolida authoritate comprobaſſent, ſed ipſe dicere conſueverat, = *Scientibus legem loquor*, ut cum *Divo Paulo* fuit ſignantèr proteſtatus in fronte Compendii, ſeù Summæ *de Fideicommiſſis* = *Hucuſquè progreditur Reſpon-*
71 *ſum* = Poſt hæc, eadem opinio fuit canonizata *in una Romana Emphyteuſis 10. Iunii 1687. §. Quæ quidem, coram Reverendiſs. Hervault Archiepiſcopo Turonen.*, & *in una Maceraten. Emphyteuſis 19. Iunii 1702. cor. R. P. D. Kaunit.*

Et in hac poſtrema cùm receptio pactionatæ Emphyteuſis facta fuerit per Joannem Quarantottum ſtipulantem pro ſe, & Antonio Fratre, pro quo de rato, objectaverint proindè hæredes Joannis, quod ſaltèm pro medietate pertinere debente ad Antonium intraret dimiſſio, vel devolutivo, reſponſum fuit, hanc neque ſubalternam exceptionem ſubſiſtere, quia cùm ageretur de Emphyteuſi
72 cum Canone æquante fructus, dabatur in ea jus accreſcendi ad favorem præſentis, & ſtipulantis cum omnibus qualitatibus, quæ cohærebant alteri fratri abſenti, qui non ratificavit, & ad cujus favorem non valuit conceſſio, *Corbul. de Emphyteuſ. tit. de cauſ. privat. ob lin. finit. n. 103.*, *Gomez. var. reſol. tit. de jur. accreſc. cap. 10. n. 5.*, *Giovagnon. conſ. 35. num. 2. lib. 2.*, *Panimoll. dec. 4. annot. 3. n. 19. & 20.* *Rot.*

dec.

Digitized by Google

*dec.522. n. 3. & ſeqq. cor. Pamphil.* præcipuè
73 ſtante promiſſione ſolvendi integrum Ca-
nonem, donec duraverit locatio, *Fulgin. de
Emphyt. tit. de contrat. Emphyt. quæſt. 34. n. 28.
verſ. quod ſi Emphyteuſim, Bellon. de jur. accreſc.
cap. 6. quæſt. 38. num. 146.*

*NOVA ADDITIO.*

PRæmiſſa, quæ diſſerveram in præinſerto
Reſponſo in ordine ad prohibitam renun-
ciationem rei Emphyteuticæ invito Domino
directo, procedunt ad tramites Juris, ideò-
que non inopportunum erit indicaſſe, quod
74 fortè ſecus eſſet, quotiès ex particulari con-
ſuetudine Regionis receptum foret, quod
valeat Emphyteuta rem quandocumquè di-
mittere etiam reluctante ipſo Domino dire-
cto, id namquè poſſe ex conſuetudine cæte-
ròquin rectè, & concludentèr juſtificata in-
duci, uno ore monuerunt *Maut. de tacit. lib. 22.
tit. 24. n. 5.*, *Borell. in Summ. deciſ. tom. 1. tit. 33.
n. 140.*, *Faber in Cod. lib. 4. tit. 43. defin. 11. verſ.
ſed tamen, Fragoſ. de regim. Reip. par. 3. lib. 7. diſ-
put. 14. §. 11. num. 14. Gratian. deciſ. Marcb. 87.*
*5 *num.* 8. Prout de univerſali conſuetudine
totius Galliæ teſtatur *Tiraquell. in loc. relat.*
per *Fulgin. de jur. Emphyt. tit. de renunc. qu. 5.
num. 3. Cenſal. deciſ. Lucen. 16. n. 50.* & de par-
76 ticulari conſuetudine Comitatus Tholoſæ
*Maynard dec. Tholoſ. 38. n. 1. & 2. lib. 6.* ac de-
77 mùm de generali conſuetudine Principatus
Cathaloniæ, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4.
gloſ. 18. par. 1. n. 122. cum 2. ſeqq.* & antè eum
*Mieres ad Conſtit. Cothalan. par. 2. collat. 11.
cap. 3. n. 17. & 19.* ubi etiam in ſpecie de con-
ſuetudine Civitatis Gerunden., *Cancer. var.
reſol. par. 3. cap. 1. num. 186.*

Si quis autem videre cupiat alius caſus, in
78 quibus, præciſivè etiam à peculiari conſue-
tudine, licitum eſt Emphyteutæ dimittere
bona emphyteutica contra voluntatem Do-
mini directi, recurrere poterit ad *Chaſſanæ. in
Comment. ad Conſuetud. Burgund. rubr. 9 §. 8.
verb. en delaiſſant n. 4. fol. mihi 307. Thom.
Maulins tract. var. tit. 6. de Emphyt. n. 5. in fin.
Theſaur. Iun. in addit. ad Patrem deciſ. Pedem.
20. n. 2. verſ. quod limi. a, Gratian. d. dec. Marc.
87. n. 9. & ſeqq. Gob. de Aquis quæſt. 16. n. 8.*

Et præcisè omittendum non videtur, quod
cùm acriter fuerit diſceptatum in Sac. Audi-
79 torio, utrùm ob onus repertum in rè Em-
phyteutica, quandò Dominus directus aſſe-
ruerat, & promiſerat, rem in Emphyteuſim
à ſe traditam eſſe liberam, liceret Emphyteu-
tæ invito Domino directo dimittere emphy-
teuſim, ſivè bona Emphyteutica, vel potiùs
is teneretur exercere alias actiones, nempè
liberationis à moleſtiis, refectionis damno-
rum, vel evictionis, cum ſimilibus, & Tribu-
nal reſolvit ad favorem Emphyteutæ affir-
mativè in illa *Romana Emphyteuſis* diù uſq; ad
faſtidium agitata inter Monaſterium Sanct.
Alexii, & Bonifacii de Urbe, & Vanninum
de Vanninis, & ſignantèr *ſub die 10. Februarii
1702. coram Eminentiſſimo D. de la Tremoille
ac 22. Junii 1703. coram Reverendiſſ. Omanna
Epiſcopo Gieunen.*, nec non in *Romana, ſeù Alba-
nen. Bonorum anni 1707.*, & *12. Martii 1708.
coràm R. P. D. Aldovrando* inter Joſephum Ga-
putum, & hæredes cujuſdam Antonii.

Abindè enim citrà, ſequuta dimiſſione ad
formam Judicati Rotalis, oportuit omnia
in priſtinum reducere cum ſpinoſa diſcuſ-
ſione plurium exceptionum, quas fortè Van-
ninus pœnitentia ductus ſequutæ dimiſſionis
oppoſuit Monaſterio circà prætenſa Melio-
ramenta per eum facta, ut liquet ex *Deciſio-
nibus* ſubſequentibus, & præſertim *ſub die
26. Iunii 1705. coràm d. Reverendiſſimo Epiſc.
Giennen.*, & *16. Martii, ac 6. Iunii 1708.
coràm R. P. D. Scotto.*

## GIENNEN. JURIS MUTANDI.

*Veneris 20. Februarii 1699.*

### ARGUMENTUM.

Epiſcopus duarum Eccleſiarum unitarum,
habens vigore immemorabilis, & rerum Judi-
catarum facultatem mutandi ad ſui libitum
Miniſtros de una ad aliam, poteſt id facere ab-
ſquè aliqua cauſa, & pro ſola ſui conſcientia:
Epiſcopus quando ſinè Capitulo poſſit Statuta
condere in Synodo. Renunciatio facta à Mi-
nore laico occaſione ingreſſus in Religionem,
requirit ſolemnitates Statutarias, non autem
illas requiſitas à Sacro Concilio Tridentino.

### *SUMMARIUM.*

1 *Unio duarum Eccleſiarum Cathedralium
efficit, quod utraque, licet materialitèr
diviſa, habeantur formalitèr pro unica,
& de conſequentiis exindè reſultanti-
bus.*

2 *Obſervantia alia eſt præſcriptiva, alia
interpretativa, & de utriuſque effectibus.*

3 *Immemorabilis præbet meliorem titulum
de Mundo.*

4 *Res Judicata facit de albo nigrum, alioſ-
que operatur effectus, de quibus ibid.*

5 *Epiſcopus in rebus gravibus adhibere ſo-
let, & debet conſenſum Capituli.*

6 *Epiſcopus non poteſt quem deſtituere ab-
què legitima cauſa.*

7 *Famæ, & honori Proximi ſemper, quan-
tum fieri poteſt, conſuli debet.*

8 *Lex non ſolet reſpicere præterita, ſed
ſolùm futura.*

9 *Dictio,* liberè, *omnem ſervitutem, & omne
ligamen excludit.*

10 *Dictio,* liberè, *idem importat, ac* ſinè cauſa.

11 *Dictio,* liberè, *ejuſque intelligentia opti-
mè declaratur ex illius uſu, & obſer-
vantia.*

12 *Argumentum à diſcretiva locutione at-
tenditur.*

13 *Quicquid geritur Sede Epiſcopali vacan-
te, non poteſt præjudicare juribus Epiſco-
porum ſucceſſorum.*

14 *Re-*

14 *Regalæ ſtandum eſt, donec de limitatione clarè doceatur.*

15 *Factum à majori parte Capituli, cenſetur factum ab univerſo Capitulo.*

16 *Scandalum paſſivum, quod aliàs appellatur* Phariſaicum, *nullatenus attenditur.*

17 *Intereſt quandoque, ut Superiores cauſam remotionis non aperiant.*

18 *Appellatio non admittitur, niſi cum Clauſula* = non retardata executione = *in his, quæ concernunt ſervitium Dei, vel regimen Animarum.*

19 *Remedio ubi opus eſt malò præſenti, parùm juvant proviſiones, & temperamenta futura.*

20 *Pontifex in Commiſſionibus factis Epiſcopis ſolet frequentèr apponere Clauſulam illam,* Conſcientiam tuam oneramus.

21 *Superior Regularis poteſt pro ejus libito transferre Religioſos ſibi ſubditos de uno ad alium Conventum.*

22 *Beneficia quandò dicantur manualia, itàut Beneficiati removeri poſſint etiam abſquè cauſa, remiſſivè.*

23 *Epiſcopus, qui ſit Parocus univerſalis, an, & quandò valeat etiam ſine cauſa removere ſubalternos Parochos, ſeù Vicarios.*

24 *Epiſcopus an, & quande valeat removere Coadiutorem datum alicui Paroco abſque futura ſucceſſione.*

25 *Judicio, & facto Ordinarii in dubio ſemper admodùm defertur.*

26 *Epiſcopus quæ agere valeat ſine conſenſu, vel conſilio ſui Capituli, remiſſive.*

27 *Epiſcopus an valeat in celebratione Synodi condere Statuta, & ordinationes abſque conſenſu, vel conſilio Capituli.*

28 *Appellotio datur in Cauſa involvente dubios Juris articulos cum Clauſula ſuſpenſiva executionis.*

29 *Appellatio ad ſervandam æqualitatem de facili admittitur à Sententia alterius revocatoria.*

30 *Contractus initus ſuper rebus Minorum contrà formam à Jure præſcriptam, non ſubſtinetur.*

31 *Minor donare non poteſt neque etiam cùm authoritate Curatoris, aliiſque Juris ſolemniis.*

*Limita, ſi donatio fuerit Jurejurando firmat, num.32.*

*Sublimita, quoties Statutum enervat vires Juramenti, præſumendo illud dolo, vel metu extorsum, num.33.*

34 *Forma inducta per* Sac. Concil. Trident. *in donationibus, vel renunciationibus facien. per Novitios, ad quem effectum prodierit, & num.35.*

*Et an hujuſmodi forma ſit obſervanda in renunciationibus, quæ fiant ante ingreſſum in Novitiatum, num.37. & 38.*

36 *Donatio, aut renunciatio inita per Minorem occaſione ingreſſus in Religionem an ſubiaceat ſolemnitatibus ſtatutariis, & n.41. & ſeqq. ubi contrariis reſpondetur.*

*Et an eædem ſolemnitates Statuti requirantur, ſi Minor donet, aut renunciet poſt ingreſſum in Religionem de tempore Probationis, num.40.*

39 *Forum ſortiri, & Statutis ligari, à pari procedunt.*

43 *Dictio,* liberè, *recipit interpretationem à ſubiecta materia.*

*Item recipit interpretationem à Jure, ejuſque diſpoſitionem non excludit, num. 45. & 46.*

47 *Solemnitates Statutariæ ad quem effectum requirantur in contractibus Minorum.*

48 *Dolus, & machinatio excludunt conſenſum ab actu.*

49 *Donatio ob cauſam qualis vere, proprie dicatur.*

50 *Donatio etiam ob cauſam facta per Minorem, requirit ſolemnitates Statuti, ad hoc, ut videatur, an cauſa ſit juſta.*

51 *Donatio cauſa mortis an pro ſui validitate requirat ſolemnitates Statutarias.*

52 *Donatio cauſa mortis licet ſortiatur effectum poſt mortem, autem, quoad ordinationem, & effectum, & prout eſt in fieri, æquiparatur contractibus.*

53 *Donatio cauſa mortis requirit pro ſui validitate rogitum, ſeù interventum quinque Teſtium.*

*Necnon præſentiam Donatarii, num.54.*

55 *Læſio non cadit in donatione cauſa mortis, cum poſſit per Donantem quandocumque revocari, & num.59.*

56 *Religioſus Profeſſus magis cenſetur diligere Religionem, quàm Agnatos.*

57 *Renunciatio facta ex cauſa ingreſſus in Religionem reſolvitur, non ſecuta Profeſſione*

*Amplia, ut num.58.*

60 *Religioſus e Religione egreſſus, quando recuperare valeat ea bona, quæ renunciavit, vel non.*

## DECISIO LXXVI.

ÆGreferentibus Capitulo, & Canonicis Eccleſiæ Cathedralis Giennen. liberam, & abſolutam facultatem, quam Epiſcopus & ex cauſa antiquiſſimæ unionis æquè principalitèr factæ etiam circà bona cum Cathedrali Baeçen., & ex vi immemorabilis conſuetudinis, ac deniquè mediante re judicata ſub Sæculo præcedenti in noſtro Auditorio, ſibi conſtanter aſſerverat, mutandi ſcilicèt, transferendique ad reſidendum Canonicos, aliaſque Dignitates, Beneficiatos, ac Portionarios à præcitata Cathedrali Giennen. ad alteram Baeçen., Sacra Congregatio Eminentiſs. Interpretum Concilii Tridentini, ad quam idem Capitulum, Canonici, Dignitates, cæterique recurſum habuerant pro extorquenda inhibitione contrà ipſum Epiſcopum, nè poſſent ità liberè, & abſquè ullis cauſæ expreſſione decernere hujuſ-

hujuſmodi mutationes, reſpuit annuere pre-
cibus Supplicantium, illoſque remittere di-
gnata eſt ad noſtrum Tribunal, coràm quo
hujuſmodi pervetuſta Cauſa pendebat. Qua-
proptèr reaſſumpta eadem Inſtantia coràm
bo. me. Urſino, & accepto per Capitulum
reſponſo = *Non eſſe inhibendum*, fermè in-
continenti ſategit ſaltèm in devolutivo per
Me proponi Dubium = *An, & qua de cauſa
Epiſcopus poſſit mutare de una Eccleſia ad aliam*,
ſed perperam, & inutilitèr, quia Domini,
aſſueta ponderatione dejudicantes vetera, &
nova fundamenta, firmitèr etiam in hoc Ju-
dicio reſponderunt, *Epiſcopum mutare poſſe
abſquè expreſſione cauſæ*.

Impulit enim Dominos ad ità reſolven-
dum eademmet Hyſtoria translationis, &
reſpectivè unionis de una, & altera Cathe-
drali pleniùs recenſita in Deciſione bo. me.
Urſini ſub die 21. Februarii ſuperioris Anni
1 ſub initio; cùm enim per hujuſmodi unio-
nem ambæ Cathedrales effectæ fuerint
unum, & idem Corpus formale; licèt in
ſe materialiter diviſæ, itàut Canonici, Di-
gnitates, aliique Præbendati unius Eccleſiæ
forent quoque tales in alia, iſtudque Cor-
pus formale regeretur ab eodem Capite,
ſivè Epiſcopo, conſequens proindè erat,
quod ſollicitudini ejuſdem Epiſcopi, ejuſ-
que Paſtorali vigilantiæ ſuperincumberet
diſtribuere Dignitates, & Canonicos, alioſ-
que Præbendatos, vel ad ſervitium unius,
vel alterius Eccleſiæ, quemadmodùm exe-
giſſet cultus Divinus, & ſalus, ac ædificatio
Populorum, pròut idipſum practicare ratio-
nabilitèr ſolent etiam Præfecti Militiis pro-
phanis, qui hunc, vel illum Ducem, hunc,
vel illum Militem transferunt, remittunt, ac
revocant ab hoc, vel illo loco, ab hac, vel
illa Cuſtodia, ea ratione, quia nimirùm unus
eſt Exercitus, una eſt Præfectura; & de facto
perſpecta quidditate hujus fortaſsè peculia-
ris unionis, poſt examinatam in genere ma-
teriam, ſic in individuo utriuſque Eccleſiæ
*Giennen.*, *& Baeæn.* teſtatur *Frances de Eccleſ.
Cathedral. cap. 8. ex num. 132.*, & ſignantèr
*num. 141.*

Suaſit etiam hoc ipſum pediſſequa hujus
rationis, & peculiaris, ut diximus, unionis
ſubſecuta conſuetudo immemorabilis opti-
mè comprobata ex parte Epiſcopi per Teſtes
benè deponentes, conſueviſſe Epiſcopos li-
berè ſemper, & abſquè ulla expreſſione
cauſæ transferre, & mutare Canonicos, cæ-
teroſque ab una ad alteram Eccleſiam, *Sum-
mario* Epiſcopi *num. 9.*; non ſolùm etenim
ſtante hac immemorabili conſuetudine vi-
debatur, Epiſcopum poſſe illam adducere
per viam obſervantiæ interprætativæ, vel
2 præſcriptivæ, juxtà duplicem, ac regularem
effectum, quem operari ſolet conſuetudo, &
obſervantia, ex deductis per *Card. de Luc. de
Præeminent. diſc. 22. n. 4. & de Regular. diſc. 25.
n. 6.*, *Panimoll. dec. 26. annot. 1. n. 60. & ſeqq.*
Verùm (quatenùs oportuiſſet, & non con-
curreret ratio quidditativa particularis unio-
nis, & res judicata Rotalis, ut infrà) eadem
3 immemorabilis conſuetudo valuiſſet præbe-
re titulum Epiſcopo, quem nuncupant me-
liorem de Mundo, ut benè in his præciſis
terminis notat *Leſſ. de Iuſt. & Iur. lib. 2 cap. 41.
dub. 12. in fin. verſ. ſecundò*, & generalitèr dicunt
*Sperell. dec. 37. n. 13. cum duob. ſeqq.*, *Card. de
Luc. de Beneſ. diſc. 32. n. 2. & 4. & de Canonic.
diſc. 11. n. 6.*, *Rot. deciſ. 22. n. 4. par. 8. rec.*,
*dec. 320. n. 2. par. 16.*, *& dec. 671. n. 16. par. 18.*,
*& in Dertuſen. Iuriſdictionis 6. Februar. 1696.
§. Ex diſpoſitione, cor. R. P. D. meo Pio*.

Efficaciùs autem concurrente, ut mox
enunciavimus, antiqua re judicata noſtri
Auditorii per tres Sententias uniformes co-
ràm *Suavio*, *Accoramboно*, *& Sanctacruce* pro-
mulgatas, & per quas explicitè definiebatur,
poſſe Epiſcopum *liberè* mutare Canonicos,
Dignitates, alioſque ab una ad alteram Ec-
cleſiam; hujuſmodi etenim res judicata
cum ſucceſſiva expeditione litterarum Exe-
cutorialium abſque ulla ſupervenientia re-
ſtitutionis in integrum, vel alterius diſputa-
tionis, pluſquàm idonea de per ſe erat ad
ſtabiliendam in Epiſcopo hanc indiſtinctam,
& abſolutam poteſtatem mutandi, cùm res
4 judicata, *ex vulg.*, faciat de albo nigrum, &
æquipolleat cuicumque privilegio, pactioni,
vel Inſtrumento, ut ait *Felin. in cap. quoniàm
contrà n. 31. de probat.*, *Surd. conſ. 61. n. 2.
cum duob. ſeqq. Rot. cor. Pamphil. dec. 218. n. 1.*,
*ibiquè Adden. n. 6.*, *& cor. Priol. dec. 414. n. 5. 6.
& 7.*, *& in Compoſtellana Beneficiorum 11. De-
cembris 1697. §. Quoniàm, & 23. Junii 1698.
§. Quod autem, cor. Reverend. D. meo Molines
Decano*.

Non poterat Capitulum elidere tàm ſo-
lida fundamenta, & præcipuè poſtremum
rei judicatæ Rotalis, ideòque contendebat
in hodierna reſtauratione Judicii triplici fu-
niculo inniti; Primò etenim adducebat,
quod eadem res judicata, & conſecutivæ
Executoriales non dicebant expreſsè, quod
Epiſcopus valeret mutare ſinè expreſſione
cauſæ, ſed ſolùm *abſquè conſenſu Capituli*,
quodque proindè eadem dictio *liberè* poterat
compati, ſi non cum intellectu Juris, juxtà
5 quem Epiſcopus in rebus gravibus Eccleſiæ
adhibere ſolet, & debet conſilium, vel con-
ſenſum Capituli, ad *Text. in cap. 1. de exceſſ. Præ-
lator.*, *Fagnan. in cap. ad abolendam n. 12. de
Hæretic.*, *Oliv. de For. Eccleſ. par. 2. qu. 43.
n. 79.* Adhùc in omnem caſum cùm hæc
6 mutatio ſonaret in quandam ſpeciem deſti-
tutionis, ſaltèm non poterat idem Epiſco-
pus ad illam devenire ſinè expreſſione, &
concurſu legitimæ cauſæ, juxtà *Text. in cap.
conquerente, de reſtit. ſpoliat.*, ibiquè præ cæte-
ris

tis *Faguan. n.2.* , *Rot. deciſ.31. n.9. par.15. recent.*

Secundus funiculus, ſivè exceptio radicabatur in æquitativa ratione ſcandali evitandi non minùs activè, quàm paſſivè; poterant namquè activè, (etſi non hodiernus religioſiſſimus Epiſcopus,) illius tamen ſucceſſores ad ſuggeſtionem Officialium, vel ex aliqua alia humana fragilitate irrationabilitèr moveri contrà particulares perſonas Canonicorum, Dignitatum, aut aliorum ad illas transferendas per ſpeciem cujuſdam relegationis in contingentia caſuum injuſtæ, & reſpectivè poterant Populi, & Homines degentes ſub utraque, vel alterutra Cathedrali ſcandalum paſſivè concipere, ſupponendo, quod ob aliquod Crimen demandarentur ab Epiſcopo hæ translationes, ſivè relegationes, quotieſcumquè idem Epiſcopus cauſam mutandi non exponebat, quandò tamen
7 omnia Jura, præſertim Eccleſiaſtica, ſemper exigunt, ut, quantum fieri poteſt, honori, ac famæ Proximi conſulatur, ut monet *D. Auguſtin. in ſerm. de comm. vit. Cleric.* relat. *in Can. nolo, ut aliquis 10. cauſ.12. qu.1.*, & concordat *Alex.III. in cap. cùm teneamur 6. de Præben. & Dignit.*, *Epiſc. Marant. reſp.1. n.16. par.3.*

Tertio tandem loco proponebatur ſubſidiarium temperamentum aliàs adhibitum à tunc temporis Epiſcopo de Anno 1603., nimirùm quod in ſua reſidentia Giennen. fixe remanentibus actu Canonicis, Dignitatibus, ac Præbendatis, in poſterùm, ac deinceps Juri mutandi dumtaxat ſubjacerent abinde citrà providendi de aliqua Dignitate, Canonicatu, vel Præbenda, quia ſic nulla fieret injuria præſentibus, nullaque injuria futuris, qui hanc legem per voluntariam Præbendarum acceptationem ſponte ſubiiſſent, quod & eſt de mente cujuslibet Legis-
8 latoris, & Legis, ut ex hac ipſa ratione non tangant præterita, ſed tantummodò reſpiciant ad futura, ſicuti per *Text. in l. jubemus, §. Quæ in poſterùm, C. de Teſtam.*, *& in l. meminimus in fin. C. de legit. hæred.*, cum reliquis concord. dictum nuperrime fuit *in Romana, ſeù Firmana ſucceſſionis* 10. *Decembris præterlapſi §. Nihil officiente, coràm Me.*

Verùm neque primus funiculus, ſive exceptio concernens Juſtitiam, neque ſecundus, neque tertius reſpicientes potiùs quamdam epychejam, & æquitatem, quàm Juris cenſuram, potuit removere Dominos à præcitata reſolutione: Quatenùs enim pertinebat ad primum fundatum ſuper interpretatione dictionis *liberè*, jam ipſa natura Unionis peculiariter factæ, ut præmiſimus, jam ipſa conſuetudo immemorabilis exuberantem tribuere poterat intellectum, & interpretationem pro omnimoda libertate, & abſoluta poteſtate Epiſcopi; ſed hoc ipſum pernecesse in hypotheſi præſeferebat ſuperadditio hujuſcemodi dictionis *liberè*, ſuffeciſſet enim ſimplicitèr reſpondere, ſivè definire in Sententiis, quod Epiſcopus poſſet mutare Canonicos, & alios de una Eccleſia ad aliam, quotiès pati deberet poſſibilem, & à Capitulo exoptatam ſervitutem exprimendi rationem, & cauſam, mutatio quippè, ſivè translatio jam neceſſaria erat, ne alterutrius Eccleſiæ ſervitium dererererur, proindèque dum Sententiæ, & Executoriales addiderunt dictionem *liberè*, profectò intellexerunt, ad normam intrinſecam Unionis, & Conſuetudinis mutationem fieri poſſe abſq;
9 expreſſione cauſæ, maximè quia & id de Jure (niſi ſubjecta materia aliud expoſcat) importat dictio, *liberè*, omnem ſervitutem, omne ligamen excludens, per *Text. in cap. quamvis, de Procur. in 6.*, *Bald. in cap.1. n.6. de reſcript.*, *Menoch. conſ.640. n.4. & de præſumpt. lib.4. præſ.188. n.7. & 8.*, *Gonzal. ad Regul. Cancell. gloſſ.45. n.11. & gloſſ.53. ex num.2. cum plurib. ſeqq.*, & præcipuè *n.15.*, *Faguan. in cap. ſtatuimus n.3. de Regular.*; quodque
10 eadem dictio *liberè* ſuaptè natura præſeferat idem, ac ſi diceretur *ſine cauſa*, ſivè *ad nutum*, & *ad libitum*, prænotavere *idem Faguan. in cap. cùm ad Monaſterium n.34. de ſtat. Monach.*, *Sanchez ad præcept. Decalog. lib.7. cap.29. n.111. verſ. non enim*, *Tamburin. de Iur. Abb. tom.3. diſp.9. qu.14. n.2. verſ. non poteſt autem.*

Potiſſimè, & citrà hæſitationem, dum reſpectu memoratæ expreſſionis cauſæ, quæ profectò aſperam ſervitutem libertati contrariam injiceret, ſuffecit, ac ſufficere palàm debebat Capitulo, Canonicis, aliiſque illa expreſſio honorabilis, & æquipollens ſemper facta in hujuſmodi mutationibus poſt Rotalia Judicata ſubſecutis, nempe = *quia ſic congrueret ſervitio Dei, bonoque regimini dd. Eccleſiarum*; vigore namque hujuſce expreſſionis, & reſpective obſervantiæ relativæ ad Judicata noſtri Tribunalis, ut ibi = *in proſecutionem Iuris, & poſſeſſionis, litterarumque Exequutorialium, quas habemus, liberè mutandi*, *Summ.* Epiſcopi *n.14. & ſeqq.*, abunde non
11 ſolùm temperata, ſed ulteriùs explanata magis remanebat interpretatio præfatæ dictionis *liberè*, ſcilicet ut exuberaret exprimere cauſam ſervitii Dei, bonique regiminis Eccleſiarum, ex collectis per *Amat. Panorm. reſol.42. n.8. par.1.*, *Spad. conſ.74. n.37. lib.1.*, *Adden. ad Gregor. dec.184. n.8. verſ. advertendum*, *Rot. cor. Bich. dec.316. n.6. & 7.*, *& in rec. dec.520. n.8. par.13.*, *& dec.696. n.11. par.18.*, & in individuo de obſervantia circà Jus aliquid faciendi abſque alia præciſæ cauſæ expreſſione, quàm generici motivi ſervitii Dei, vel propriæ Conſcientiæ, *eadem Rot. in Dertuſen. Juriſdictionis* 30. *Aprilis* 1694. *§. Quibus non deficit, cor. R.P.D. meo Caprara.*

Parùm-

Parumque in conflictu talium fundamen-
torum recenſeri merebantur nonnullæ mu-
tationes, & translationes, quæ per Capitu-
lum in hodierna Audientia aſſerebantur
fuiſſe factas, & veſtitas cum ſua cauſa; Quia
oculis Dominorum manifeſte eluxit, has
cauſæ expreſſiones emanaſſe de tempore,
quo Sedes vacabat Epiſcopalis, quapropter
clarum efficiebatur, expreſſionem hanc po-
tius eſſe retorquibilem, quia Capitulum, &
Canonici detrectantes in Epiſcopo debitam,
& abſolutam poteſtatem, captabant occaſio-
nem Eccleſiæ viduatæ ad confundendum,
ſive decolorandum ſtatum libertatis, qua
potiebatur Epiſcopus; ſed quando eadem
Eccleſia, ſive Eccleſiæ ſic unitæ proprium
Sponſum recipiebant, adhibita ſemper fuit
præiata formula = *in proſecutionem Juris, &*
*poſſeſſionis, litterarumque Executorialium, quas*
*habemus, libere mutandi*, & ſic ultra vulgare
12 argumentum, quod deſumitur a diſcretiva,
per *Text. in l. unic. §. Sin autem ad deficientis,*
13 *C. de caduc. tollen.*, non poterant acta per Ca-
pitulum expleta in Sede vacante, ipſi Epiſco-
po, ejuſque Dignitati præjudicare, ſecun-
dum paſſim obſervata per *Text. in cap. 1. ne*
*Sede vacan* ſignanter *in Compoſtellana Paro-*
*chialis 8. Junii 1695. §. Nullitas autem, cor.*
*R̃mo D. meo Decano, & in Gerunden. Bene-*
*ficii 10. Decembris ejuſdem Anni §. Et demum,*
confirmata 26. *Aprilis 1697. § fin. cor. R. P. D.*
*meo Priolo*.

Eoque maxime, dum idem Capitulum,
quod ſecundum temporum varietatem con-
ſtitui ſolet a diverſis ingeniis, & ſpiritibus,
uſque de Anno 1642. per poſitivam reſolu-
tionem recedens ab omnibus appellationi-
bus, & recurſibus confeſſum ingenue fuit,
quod *DD. Prælati Giennenſes tam ex Executo-*
*rialibus, quam ex conſuetudine immemorabili*
*habent jus libere mutandi, & per tempus eorum*
*voluntatis Dignitates, Canonicos, & Portiona-*
*rios hujus S. Eccleſiæ Giennenſis ad illam de Bae-*
*ça, & ex Baeça ad illam Giennenſem abſque ali-*
*qua limitatione*: quamobrem dum Capitulum
tunc emiſit illa verba, *abſque aliqua limitatio-*
*ne*, vanum eſt dicere, quod poſtea deberet hæc
libertas limitari, ſive reſolvi in oppoſitum li-
gamen, videlicet ſi, & quatenus cauſam ex-
14 primerent Prælati; excluſa namque limita-
tione, regula, quæ erat pro libertate, ſem-
per ſubſiſtit, & aſſiſtit pro eadem libertate
manutenenda, juxta vulgare Axioma, de
quo *Dec. in l. 2. num. 8. ff. de regul. Iur. Alex.*
*conſ. 59. n. 4. cum duob. ſeqq. lib. 4.*, *Card. de*
*Luc. de preeminent. diſc. 13. n. 10.*, *Rot. dec. 406.*
*n. 6. cor. Priolo*: Impugnatio autem ad hanc
Capitularem reſolutionem de eo tempore
facta per Decanum, & nonnullos Canoni-
cos (ſicuti contendebant hodie ſcribentes
pro Capitulo) viſa penitus eſt irrelevans,
nedum ex poſteriori pacifica acquieſcentia,

15 ſed etiam, quia major pars, apud quam reſi-
det poteſtas totius Capituli, de præfato tem-
pore conſentiit, & devenit ad illam reſolu-
tionem, quod utique ſuperabundat, ex *Rubr.*
*Decretal. de his, quæ fiunt a major. part. Capit.*,
*Barboſ. de Canon. & Dignit. cap. 38. n. 3.*, *Mo-*
*net. de commut. ultim. volunt. cap. 7. n. 399.*,
*Ceccoper. lucubr. Canon. lib. 4. num. 61.*

Deſcendentes autem Domini ad rimatio-
nem ſecundæ exceptionis, ſive funiculi circa
ſcandalum, potius arbitrati ſunt, provide,
& ſalubriter fuiſſe proviſum per Antiſtites
harum Cathedralium exponentes (ut ſupra)
cauſam *ſervitii Dei, & boni Regiminis Eccle-*
*ſiarum*, ex ineluctabili dilemmate, quod vel
ex natura unionis, & ne ſervitium Dei deſere-
retur in Eccleſia Baeçen., ſincere fiebat hæc
mutatio, & quæ major honeſta cauſa apud
Populum, & Cives, quam ut Epiſcopus in-
vigilet ſervitio Dei, & bono Regimini Ec-
cleſiarum ſibi a ſummo Deo, & Sede Apoſto-
lica collatarum? itaut ſi ſcandalum ab hac
16 expreſſione ſuboriri poſſet, recenſeri mere-
retur inter ſcandala Phariſaica, quæ dicun-
tur per *Theologos* ſcandala paſſiva, gratiſque
ſuſcepta, quæve merentur omnino contem-
ni, ex *D. Thom. 2. 2. quæſt. 43. art. 1. in reſponſ.*
*ad 4*, *S. Ioan. a Capiſtrano in cap. manifeſta de*
*pœnit. & remiſſ. n. 21. cum ſeqq.*, & ſignanter
*n. 24. inter Repet. Canon. tom. 4. fol. 831.*, *Lay-*
*man. Theol. moral. lib. 2. tract. 3. cap. 13. n. 2. &*
*n. 8.*, *Dian. oper. moral. par. 5. tract. 7. reſol. 1.*
*per tot.*

Vel in rei veritate aliqua ſuberat, aut ſub-
eſſe poteſt cauſa Criminis occulti, & ob
quam Epiſcopus ſubcenſeat adhibere medi-
camen eum loci mutatione, tuncque melius
eſt, ne Epiſcopus cauſam exprimat, ſed il-
lam prudenter diſſimulet, hæc etenim vera
eſt correctio Paterna, ſeu Fraterna *inter te, &*
*ipſum ſolum*, videlicet, ut exprimendo cauſam
*ſervitii Dei, & boni Regiminis Eccleſiarum*
Epiſcopus loco deveniendi ad conteſtatio-
nem, Proceſſum, & Carcerationes, blande, &
17 laudabiliter amoveat amovendos, ut enim
inquit *Lotther. de re Benef. lib. 1. quæſt. 33.*
*n. 38.* intereſt cauſam reticere, *ne forte Supe-*
*rior cogatur eam exprimere, quam non expedit*
*aliis innoteſcere*, & concordat *Card. de Luca*
*de Regular. diſc. 15. num. 9.*

Quod ſi forſan in fortuitis reſpectu no-
ſtri rerum viciſſitudinibus in poſterum ali-
quando accidens præbebit, ſive præbeat,
quod vel ex prædicta mala ſuggeſtione Of-
ficialium, vel ex alia miſerabili hominum
infirmitate contingeret quandoque minus
juſte per Epiſcopos amoveri cum notabili
earum præjudicio Dignitates, Canonicos,
aut alios Præbendatos ab Eccleſia Giennen.,
& cogi ad reſidendum in altera Baeçen.,
Domini, etiam hoc provide expendentes,
Mihi formiter injunxere, ut aperte declara-

rem quod per hanc Tribunalis noſtri reſolutionem non intendebant præcludere viam gravatis, quominus in concreto hujus, vel alterius caſus recurrerent ad legitimos Superiores, ipſamque Sacram Rotam, ſed tamen eo modo, quem ſæpius practicavere Patres Oecumenici Concilii Tridentini, & practicant in dies Tribunalia, nempe, ut hujuſmodi recurſus audiretur, & quatenus opus eſſet, exaudiretur in Judicio dumtaxat devo-
18 lutivo, non retardata interim paritione mandatis Epiſcopalibus reſidentiam in Eccleſia Baeçen. injungentibus, ut appoſite in ſimilibus concernentibus Servitium Dei, bonumque regimen Eccleſiarum, & Animarum videre eſt *in ſeſſ.23. de Reform. cap.1. & ſeſſ.24. cap.10. & cap.18.*, & alibi, & patet ex ipſa Clauſula *non retardata* paſſim apponi conſueta in commiſſionibus Cauſarum, ut penes *Barboſ. clauſ.159. cum 3. ſeqq.*, & frequenter apud alios.

Temperamentum denique laudabiliter fortaſſe tunc adhibitum ab Epiſcopo de prædicto Anno 1603., & nunc oblatum a Capitulo, & Canonicis de obſtringendis dumtaxat futuris Canonicis, & Præbendatis, Dominis in præſenti rerum ſerie non placuit, nedum propter Juſtitiam, quæ contrarium ex triplici fundamento, de quo ſuperius, ſtricte exigebat, ſed etiam quia molliendo (ſi liceret) terminos Juſtitiæ, cum hodie Eccleſia Baeçen. antiquior, & pervetuſtior de facto deſerta, & derelicta remanſerit, ita ut lugeant viæ Sion, quia Parvuli petebant
19 Panem, & non erat, neque eſt, quia frangeret eis, utique non putarunt, occurri poſſe actuali defectui cum temperamentis, & medicaminibus futuris, ut enim dicebat ille »*dum Romæ conſulitur, Saguntum expugnatur*« & proinde innixi rationi, conſuetudini, rebuſque judicatis (ſalva prædicta facultate recurrendi in caſibus particularibus, & in Judicio ſolum devolutivo) totum de cætero remiſerunt Conſcientiæ Epiſcopi, quia authoritate ſua, & libertate ſibi de Jure, & per tramites Judiciales vindicata diſcrete, & prudentialiter utatur, ſicuti demandare, & præcavere etiam ſolent Summi Pontifices
20 mediante illa familiari Clauſula »*Conſcientiam tuam oneramus*, de qua in ſimili videre eſt *in Clem.1. §. Præcipimus autem, de Jurepatr.*, *Marcheſan. de Commiſſ. tom.1. par.1. tit. de Commiſſ. Appell. in Rom. Curia n.74. & ſeqq. & n.78. cum 2. ſeqq.*, *Monet. de commut. ultim. volunt. cap.7. n.146.*, *Solorzan. de Iur. Indiar. tom.1. lib.2. cap.7. n.11.*

Et ita (penitus neglecto motivo Aeris intemperati in Civitate Baeçen., quod exagerabat Capitulum, & Canonici, quia non debebant, juxta præmiſſa, obtinere Canonicatuum, vel Præbendam in Eccleſia Giennen. ſtylo, lege, & modo, de quo ſupra, unita, ac ſolita gubernari) Domini unanimiter reſponderunt, utraque &c.

*ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

CAſus contentus in præſenti Deciſione valde eſt ſingularis ratione forſan, quod Eccleſiæ *Giennen.*, & *Baeçen.* retinent naturam
21 antiquæ Regularitatis, qua ſtante licitum ſolet eſſe, Superiorem transferre Regulares ab uno Conventu ad alterum, mediante quippe ſuppreſſione plurimorum Monaſteriorum, & Conventuum paſſim in Regnis Hiſpaniarum fuerunt erectæ Cathedrales, & reſpective Abbatiales Sæculares, & Parochiales, ut etiam contingit in effecta celebri Eccleſia Appamien. in Regno Galliarum; ſed ad normam ejuſdem Deciſionis fuit decreta expeditio ſub die 27. Aprilis 1699. & hujuſmodi Judicatum poſtmodum ſemper extitit confirmatum, ut plene dicetur occaſione alterius Deciſionis per Me extenſæ inter eaſdem Partes ſuper Declaratoria die 3. Aprilis ipſius Anni 1699.

Materia Deciſionis verſatur principaliter in amovibilitate etiam ſine cauſa, quando natura Beneficiorum præſefert eamdem amovibilitatem etiam ſine expreſſione cau-
22 ſæ, unde ea, quæ concernunt facultatem amovendi Clericos, Beneficiatos, ac etiam Regulares abſque cauſa, vel ſine illius expreſſione, videri poterunt apud *Card. de Luc. diſc.97. de Benefic. & diſc.15. de Regular.* in quibus quæſtionem examinat, diſtinguit, ac reaſſumit cæteras *Authoritates*, prout etiam facit *Tondut. reſol. benef. par.1. cap.54. ex n.6. cum ſeqq. & par.2. cap.1. §.6.* & pro regula, ceſſante dolo, vel malitia, reaſſumptum fuit *in Romana Cappellaniarum 15. Aprilis 1701. cor. R.P.D. Pio.*

In hujuſmodi autem Deciſione *cor.* R.*P.D. Pio* tractatur, quando Cappellania ſit amovibilis; & ubi etiam agatur de Beneficiis Cu-
23 ratis, ſi Epiſcopus ſit ipſe in tota Diœceſi proprius, & verus Parocus univerſalis adeo ut Parochis ſubalterni faciant figuram Vicarii potius, quam Paſtoris effectivi, an liceat tunc eidem Epiſcopo Parocos ſine cauſa amovere, latiſſime diſcutitur *in dec.15. & dec.53. & dec.85. cor. Pentingerio.*

Hinc S. Congregatio Concilii in una *Comen.* inhærendo (ut par eſt in dubio) relationi, & cauſæ moventi proprium Epiſco-
24 pum, rejecit inſtantiam Sacerdotis *Ignatii Carbonera*, qui apud eamdem Sacram Congregationem conquerebatur de amotione ſui facta per Epiſcopum a Coadiutoria ſimplici, ſine tamen futura ſucceſſione, quam per quatuor annos exercuerat loco *Joannis Nigrini* Archipræsbyteri, & Curati Eccleſiæ Collegiatæ loci Sondrii; Epiſcopo enim, ut
25 diximus, tanquam vel Paroco Univerſali, vel

vel cui incumbit eminentialiter cura Animarum ſuæ Diœceſis, in dubio deferendum eſt, ut *in Comen. 12. Apr. 1698. lib. 48. fol. 179.*

Proſequendo autem articulum ractum in
26 hac Deciſione, quando poſſit Epiſcopus ſine conſenſu, vel conſilio Capituli aliquid agere, notarunt Scribentes *in cap. quod ſuper his, de majorit. & obed. & cap. novit, & in cap. quanto, & toto tit. de his, quæ fiunt a Prælatis ſine conſenſu Capituli*, & relatis pluribus *Authoritatibus*, *& deciſionibus Rotæ*, ac reſolutionibus Sacrarum Congregationum, abunde *Pignattell. conſult. 178. tom. 1.*

In caſu autem præciſo, an Epiſcopus va-
27 leat ſine conſenſu, vel conſilio Capituli condere Statuta, & ordinationes in celebratione Synodi, de quo tractat *Pignatell.*, extitit acriter diſceptatum in una *Cortonen. Synodi*, & Sacra Congregatio Concilii *ſub die 27. Maii* 1702. adhærens alteri reſolutioni editæ in Congregatione Particulari ſuper una *Vigilien. Synodi* noluit irritare ex hoc capite Statuta, & ordinationes Epiſcopi, juxta Votum *Card. Radolovikii*, ſed inſimul cenſuit -- *injungendum Epiſcopo, ut in futuris Synodis exquirat conſilium Capituli*.

Quia nonnulla in hac Deciſione inſinuata fuere ſuper Intellectu dictionis *libere*, ſubnectam Diſcurſum a Me editum pro veritate in una *Florentina prætenſæ Donationis* de Anno 1682.; Cum etenim Clemens Philippus de Chellis ex cauſa ingreſſus in Religionem Carmelitarum donaſſet, non obſtante minori ætate, omnia ſua bona quibuſdam ejus Conſanguineis, ſive Agnatis, non ſervando ſolemnitates Statutarias, neque Sacri Concilii Tridentini, magna exarſit contentio, an hæc donatio ſubſtineretur, & Ego putavi, reſpondendum eſſe *negative*, non ſolum ad finem reportandi reviſionem, ſive Commiſſionem a ſecunda Sententia primam revocante, ſed etiam in ſubſtantia meritorum, ac boni juris, & ita audivi poſtmodum fuiſſe judicatum; Dicebam igitur.

Quæſtio hæc in nudo Juris articulo conſiſteus, utrum ſcilicet donatio abſque ſolemnitatibus tam a Sacro Concilio Tridentino, quam a Municipali cenſura præſcriptis inita per Minorem ex cauſa ingreſſus in Religionem ſubſtineatur, adeo ab *Authoritatibus*, & rationibus hinc inde luctantibus conflictatur, ut proculdubio veniat expetitæ reviſioni indulgendum, donec acriori diſputatione veritatis lumen melius effulgeat, iſteque eſt ſtylus inconcuſſus omnium Tribunalium, &
28 ſignanter quotidie practicatur in hac Signatura Iuſtitiæ, ubi agnita juris dubietate, non ſolum Cauſæ iterum trutinandæ committuntur, quando, prout hic, de impedienda executione Iudicati non agitur, ſed etiamſi oporteat ipſum Iudicatum ſuſpendere cum Clauſulis ad id opportunis, & neceſſariis, illius examen iterum ab aliis Iudicibus diſpungendum remittitur, teſte *Marcheſan. de Commiſſ. Appell. ab execut. Brevis par. 1. cap. 2. n. 39. 40. & 41., Ridolph. in prax. part. 2. cap. 6. n. 34., Card. de Luc. lib. 15. de relation. Curiæ diſc. 31. ſub n. 29. verſ. quandoque vero.*

Eoque certius, quia huiuſmodi dubietatem detegunt geminæ Sententiæ inter ſe pugnantes prolatæ, idenque multo magis concedenda eſt appellatio, ſeu reviſio ad illam ſervandam æqualitatem in Iudiciis, de qua
29 Iura omnia conclamant; ſicuti enim licuit Parti adverſæ appellare a prima Sententia, ita, ne Actor, & Reus judicentur ad imparia, permitti debet, ut a ſecunda Sententia primæ revocatoria appelletur, juxta ea, quæ communiter colligunt *Scribentes in Clement. unica, de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct.*, cum qua procedit *Caſſador. dec. 1. eodem tit., Rot. dec. 95. n. 4. poſt Zacch. de obligat. Camer.* & generaliter advertit *Card. de Luc. de Jud. diſc. 2. n. 29.*

Verum ultra legalem Iudicii methodum, concurrere videtur injuſtitia; ſiquidem quod nulla ſolemnitas exigatur in hiſce donationibus celebrandis, ferme redditur impoſſibile, quando univerſa Iura conjunguntur, ut ad ſupplendam Minoris imbecilitatem certa forma veniat ſervanda: Iura nam-
30 que *Cæſarea* non tantum generaliter certam præſcripſerunt normam in Contractibus, in quibus de alienationibus rerum Minorum pertractetur, alias pœnam nullitatis indixerunt, ut *in l. 1. & l. magis puto, §. non paſſim, ff. de reb. eor., l. Prædia, & tot. tit. C. de*
31 *Præd. Minor.*, verum in ſpecie iſta, ſcilicet in Contractu donationis, nec Curatorem deputari poſſe, neque defectum ætatis ullo modo ſuppleri, cum ipſa donatio læſionem ſemper præſeferat, idemque ſit perdere, ac donare, ad celebrem *Gloſſ. in l. 1. in fin. princ. ff. de Tutel. & ration. diſtrah.*, dixit *Bald. in l. 1. n. 1. & 2. C. ſi adverſus donationem, Paul. de Caſtro in l. 2. in fin. C. eod tit., Alexan. conſ. 125. n. 2. verſ. quarto, & ultimo lib. 1. Nat. conſ. 166. n. 16. 17. & ſeqq. & conſ. 173. num. 1. & ſeqq., Surd. de aliment. tit. 8. privil. 56. n. 109., Simoncell. de Decret. lib. 1. tit. 2. in princ.* plene *Capon. diſcept. 64. n. 3. & ſeq., de Marin. quotid. reſolut. lib. 1. cap. 144. n. 2. & ſeqq., Rot. cor.* Caval. *dec. 257. n. 7. & dec. 268. n. 6., & cor. Buratt. deciſ. 924. num. 15. & 16.* egregie etiam *in Anconitana Immiſſionis 4. Junii 1674. cor. Mattheio*, hodie impreſſa *dec. 306. n. 4. cum pluribus ſeqq. par. 18. recent.*

At quia hujuſmodi ſaluberrima Iuris determinatio de facili eludebatur, cum pleriq;
32 Iuramento talem defectum ſanari cenſerent, ex ſancitis *in Auth. Sacramenta Puberum, C. ſi adverſus vendit.*, idcirco ad pinguius providendum eorumdem Minorum imbecillitati
33 univerſa ferme Statua ejuſdem Iuramenti efficaciam, præſumendo illud dolo, metu-

que extortum, enervarunt, ut habetur ex
*Ruin. conſ.95. n.8., Andreol. contr.239. n.75., Rot.cor, Buratt dec.422. n.18., & cor. Ottbobon, dec.16, n.5. cum. ſeqq., & in rec.dec.279. n.4. par.8., & dec.232. n.3. par.12.*

*Concilium* denique *Tridentinum*, quantumvis pertractetur de perſona, quæ jam Religionem ingreſſa minus obnoxia reperitur ſeductionibus, ac fraudibus, nihilominus *in Seſſ.25. de Regul. cap.16.*, pariformiter tam circa tempus, quam circa perſonas actum authorizare debentes, formam peculiarem
34 injunxit, ſuper cujus interpretatione late inſudarunt *Scribentes* tam Morales, quam Forenſes, idque ſecundum plurimorum opinionem ordinatum fuit, ut minori ætati conſultum remaneret, ut tenuit *Theſ. lib.2. quæſt. forenſ. quæſt.56. n.7., Megal. in promptuar. Iur. lib.2. cap.27. n.27, Zecch. de Republic. Eccl. tit. de Regul. cap.3. n.14. limit.8. Ricc. tom.3. ſuæ prax. reſol.327.*; & licet iſti a
35 quampluribus aliis refellantur, omnes tamen uno ore conveniunt, quod *Concilium* fraudibus intellexerit obviare, ut innumeris coacervatis probavit *Paſqualig. quæſt. moral. centur.3. q.272. per tot., Pellizar. in Manual. Regul. tract.10 cap.2. ſect.3. n.61., Sanchez ad præcept. Decalog. lib.7. cap.5. n.7., Caſtropal. oper. moral. tract.16. par.17. n.5.*, cum aliis infra recenſendis.

Comperto itaque, quod (ut præmiſimus) omnia Jura conſpiraverint ad conſulendum indemnitati Minoris, nulla ratio, aut diſcurſus naturalis pati poteſt, quod Minor qua-
36 libet debita ſolemnitate poſtpoſita poſſit ad ejus libitum Patrimonium donando diſperdere, ac malitioſe ſeduci, quodque ubi *Concilium* etiam in ſtatu Religioſo, minuſque machinationibus expoſito determinavit, quod Epiſcopi, vel Vicarii authoritas accedat, labaturque terminus decem menſium, valeat e converſo Minor adhuc Laicus, magiſque Adoleſcens nullis ſubiacere Solemnitatibus, adeout contrariam ſententiam inter claſſicas irrationabilitates collocaverit *Card. de Luc. in Conflict. leg. & ration. obſervat.254. verſ. ubi vero, poſt tertiam partem Supplem.*, & prius idipſum firmaverat *lib.6. de Donat. diſ.15. n.5.*

Creſcit oculariter abſurdum, quoniam cum de recenti publicato *Concilio* ſuſcitata
37 foret difficultas, an Decretum, de quo *in d. cap.16.*, ſervandum foret in donationibus factis ante ingreſſum in Monaſterium, deſuper conſultus *Nav. in conſ.81. & 82.* reſpondit, donationem non ſervata forma *Concilii* celebratam eſſe nullam, ſub eo fundamento, quod adſit in hoc caſu maioritas rationis, videlicet, quod ſi *Concilium* voluit occurrere fraudibus, & ſuggeſtionibus, licet ageretur de Novitiis intra Septa Monaſterii exiſtentibus, multo magis idipſum congrueret ante eumdem ingreſſum, ex quo Parentes, vel Cognati ad bona Pueri aſpirantes facilius id aſſequi valeant, cum ſint iuniores, minuſque ſapiant, & magis ſubiiciantur imperio Parentum, vel Tutorum, pluſve habeant timoris reverentialis, notavitque etiam *Faguan. in cap. ſtatuimus n.40. & 41. de Regul.*

Cæterum idem *Fagnanus* (celebris olim earumdem Congregationum Secretarius, & per conſequens optime inſtructus animæ, ſive ſenſus EE. Cardinalium Suffragantium) *in n.42. cum pluribus ſequent.* ait, contrarium
38 fuiſſe per Sacram Congregationem definitum, quodque intantum noluerit *Concilium* obligare Sæculares Religionem ingreſſuros, inquantum idem eſt, Forum ſortiri, ac Statutis ligari, proindeque cum ingreſſuri Monaſterium non exiſtant de Foro Eccleſiæ, ſed Sęculari, eidem propterea Foro, legibuſque ſubiici debent, ne aliæ Iuriſdictiones ad invicem turbentur, ac præbeatur anſa Principibus, & Magiſtratibus Sæcularibus conquerendi, quod *Concilium* poſuerit falcem in meſſem alienam, prout latius, quæſo, videre eſt apud *præcitatum Authorem in d. c. ſtatuimus ſub n.46. de Regul.* egregie quoque *Paſqualig. quæſt. mor. centur.3. quæſt.273. n.4. & per tot., Theſaur. q. for.56. n.8. lib 2. Torr. de pact. fut. ſucc. lib.2. cap.25. n.149 & 150.*

Si igitur *Concilium* abſtinuit providere Sæcularibus, ſive adhuc non ingreſſis in Religionem, ex quo de Foro laicali exiſtebant, ejuſque legibus obſtringebantur, quare non debent etiam adimpleri ſolemnitates ab eadem Statutaria, & laicali poteſtate pro utilitate publica, & ſalubriori gubernio ordi-
39 natæ, cum ad effectum illas ſervandi, dividi non poſſint Forum, & Statutum, ex *Alex. conſ.211. n.5. in fin. lib.2., Rimiuald. ſen. conſ.268. n.23. lib.3., Surd. conſ.2. num.14. in fine, & conſ.311. n.16. & ſeqq., Card. de Luc. lib.14. Miſcellaneorum diſc.2. ſub n.29. & diſc.8. num.4. & par.1. in Suppl. diſcurſ.112. ſub n.12. verſ. Ideoque ſub tit. de Iuriſd., Rot. cor. Seraphin. dec.1018. n.6., & in rec. dec.42. n.7. par.6.*

Fortius vero, quoniam adeo cogitarunt *Doctores* hiſce periculis, & ſeductionibus oc-
40 currere, ut nonnulli exiſtimaverint, quod etiamſi a Minore Novitio fuerit adimpleta forma Conciliaris, attamen cum eadem forma indiſtincte militet etiam in Majore, minime idcirco ſufficiat ſervaſſe determinationem *Sac. Concilii*, niſi copulative impleantur Statutariæ ſolemnitates, ratione ipſius minoritatis adinventæ, ut præ cæteris firmavit *Simoncell. de Decr. lib.3. tit.8. inſpect. 14. n.105.* latiſſime *modern. Capon. diſcep.64. per tot.* & ſignanter *n.16. & ſeqq.*, ac propterea quanto facilius id practicandum venit, ubi peragitur de Perſona adhuc mere Sæculari, nulliſque aliis ſolemnitatibus ſuffulta.

Jactis itaque hiſce ſolidiſſimis fundamentis,

tis, agnoſcamus quæsò rationes, & fundamenta, quibus innituntur adverſæ opinionis Aſſeclæ, & videbimus, illas evertere non poſſe uſquedum recenſitas animadver-
41 ſiones: Tria etenim ſunt præfata in contrarium adduci ſolita fundamenta: Primum nempe deſumitur ex diſpoſitione *Text. in c. de iis, il 4., de Sepult. & in §. Si quis forte, verſ. illud quoque, Authen. de Monach.*, in quibus permitti videtur tranſeuntibus ad Monaſteria, libera rerum ſuarum diſpoſitio: Secundo, quod iſtæ donationes, utpote ex cauſa ingreſſus in Religionem celebratæ, dici mereantur ob cauſam, & conſequenter reddantur exemptæ a Municipali ſanctione; Tertium tandem, quod cum mors civilis, videlicet Profeſſio, æquiparetur naturali, nullæ exigantur Solemnitates, ſicuti in donationibus cauſa mortis naturalis minime deſiderantur.

Sed nulla ex prædictis fundamentis ad effectum, de quo eſt quæſtio, videntur eſſe ſubſtentabilia; Nam quatenus ſpectat ad *Text.*
42 *Pontificium in d. cap. de iis*, quis non videt, quod ea libertas, de qua *Summus Pontifex* ibidem loquitur, quartam Funeralem a Paroco prætenſam concernit, diſtinguendo etenim *ibid. Text.* inter eos, qui in ægritudine, de qua decedunt, bona ſua Monaſterio offerunt, & illos, qui in vita, & adhuc ſani donant ratione ingreſſus in Religionem bona eidem Religioni, decernit, quod in primo caſu quarta ſit debita, ſecus vero in ſecundo, ſub ea ratione, quod Donans in vita liberas habeat habenas conferrendi quibuslibet perſonis bona ſua; unde eamdem dictio-
43 nem, *libere*, a ſubjecta materia regulandam eſſe, videlicet ad effectum præſeferendi exemptionem a quarta Parochiali, abſque eo, quod de cetero importet legis interverſionem, docuerunt *Ladereb. conſ. 120. in fine, Gonzal. ad regul. Cancellar. gloſ. 53. n. 24. Gratian. diſcept 46. n. 11., Rot. dec. 316. n. 16. par. 2. diverſ.* & in durioribus *cor. Buratt. deciſ. 168. n. 23. cum ſeq., & dec. 346. n. 25. p. 5. rec., & dec. 59 n. 15, cor. Priolo*, ubi quod neque fideicommiſſi onus excludit.

Quovero ad alterũ *Text. Cæſareum in Authentic. de Monach. §. Si quis autem forte, verſ. Illud quoque*, palpabilis emicat intellectus,
44 nam ibi quoque duo caſus diſtinguuntur, unus ſcilicet, quando ingrediens in Monaſterium nullam ſuorum bonorum ſecerit diſpoſitionem, tuncque determinatur, omnia bona ad ipſum Monaſterium pertranſiiſſe, emiſſa libertate de eis diſponendi, ibi: *Et non erit Dominus earum ulterius ullo modo*, & alter, quando diſponere intellexerit ante ingreſſum, eoque caſu decernitur, licentiam habere *ſuis uti quo voluerit modo*; ac propterea palam eſt, quod præſcripta verba nullatenus tangunt Solemnitates ab eodem Iure ordinatas in contractu Minoris, ſed tantummodo feriunt poteſtatem diſponendi ante ingreſſum, eamque poſt illum auferunt, & de facto *ibidem gloſſa in verbo, voluerit modo*, ſimpliciter declarat ipſos diſponendi modos, videlicet circa uſumfructum, vel proprietatem, non autem Solemnitates perſonam integrantes per ſomnium eliminat.

Quid plus? dum *Textum* in hac parte ad
45 explicationem dictionis, ſeu verbi *libere* generalem habemus *in l. ſi quando, C. de inoffícioſ. teſtament.*, ubi licet poteſtetur *Imperator*, quod conceſſa fuerit licentia *libere teſtandi*, illa tamen ſemper intelligatur ad formam Juris, ejuſque ſolemnitate ſervata, atque cum hoc *Text.* qui alia gloſſatione non indiget, pertranſeunt in terminis relati per *Gratian. diſcept. 975. n. 25.* & generaliter poſt *Rebuff., Menoch., & Vulpell., Barboſ. dict. 190. n. 21. & 22.*, & prius *ſub n. 20.* ubi quod
46 dicto *liberè* non excludit Juris ordinem, recipitque reſtrictionem a Jure ſecundum aliarum legum determinationem.

Quinimo, ſi recte perpendamus, ad hominem retorquetur argumentum; quoties enim non obſervarentur a Minoribus ingredientibus in Religionem Statutariæ Solemnitates, potius auferretur, quam impartiretur libertas diſponendi, nam eædem So-
47 lemnitates per Statuta præſcribuntur, ut fraudes, ſeductioneſque evitentur, & idcirco (ut præmiſimus) Juramentum præſumi-
48 tur extortum; unde in claram emergit conſequentiam, quod Statuta favent libertati conſenſus, non autem illam infringunt, dolus quippe, & machinatio, quibus occurrit Statutum, conſenſum excludunt, ex *Galerat. de renunciat. lib. 3. c. 11. n. 5. & 6. tom. 2.* latiſſime *Torr. de pact. fut. ſucc. lib. 2. cap. 28. n 1. & per tot.*

Ejuſdem irrelevantiæ, atque totius inapplicabilitatis detegitur altera ratio, quod iſta donatio dici valeat ob cauſam; cum ne-
49 mo non ſciat, tunc ſolummodo ob cauſam cenſeri factam donationem, quoties aliqua adeſt correſpectivitas, itaut liberalitas prorſus excludatur, vel ſaltem aliquod exinde commodum æquivalens Donanti reſultaret, ut præ cæteris adnotavit *Angel. in l. ſed hæc ita, ff. de re judicat. Rot. cor. Cavaler. dec. 257. num. 8.* unde oporteret, quod propter hujuſmodi donationes aliquid fuiſſet aſſecutus ipſe Donator, quodq; (ex. gr.) in caſu noſtro non potuiſſet Clemens ingredi Religionem, niſi donaſſet, tunc etenim donatio foret ob cauſam Religionis vere correſpectivam, & conſequenter exemptam a legibus Municipalibus.

Verum neque hujuſmodi aſſumptum in rei veritate ſubſiſteret; Quia dato etiam,
50 quod iſta donatio cenſenda eſſet ob cauſam, non tamen inde remittitur neceſſitas adhi-
bendi

Digitized by Google

bendi Solemnitates, ex illa hodie incontro-
verſa propoſitione, quod cum etiam in do-
nationibus correſpectivis Minores lædi poſ-
ſint, ideo debent intervenire Conſanguinei,
Judex, cum ſimilibus, ad hoc, ut ii rectius
animadvertant, utrum hæc, vel illa donatio
in cauſam vere condignam expleatur, atque
ita articulo late diſcuſſo videre eſt in celebri
*dec.* 380. *par.* 14. repetita *dec.* 118. *per tot. poſt*
*Torr. de pact. fut. ſucceſſ.*

Minus denique fomentum Juris habet po-
ſtrema ratio, quod iſta ſapiat naturam dona-
51 tionis exaratæ cauſa mortis: Quia, in primis
quamplurimi etiam in his terminis præten-
dunt, Statutarias Solemnitates fore neceſ-
ſarias, ut reprobato *Jaſone in l.* 2. *n.*12. *ff.*
*de legatis* 1., qui etiam cogitur fateri, com-
munem opinionem eſſe in contrarium, dixit
videnda *Rot. in dec.*103. *n.*2. *par.*3. *rec.*, ubi
pariter aſſerendo, quod hæc opinio exiſtit
magis communis, & referendo *Rip.*, *Covarr.*
*Lamberteng.*, *Riminald.*, *aliosque*, rationem
52 In promptu eſſe dicit, quia nempe donatio
cauſa mortis licet ſortiatur effectum poſt
mortem, tamen quoad ordinationem, &
initium, & prout eſt in fieri, æquiparatur
Contractibus, & concordant *Mich Craſſ. in*
*§. Donatio cauſa mortis qu.*2. *ſub n.*8. *Capon.*
*diſcep.*278. *n.*8. *Adden. ad Pamphil. dec.*626.
*n.*16. *verſ. contrarium tamen*, *Iovius de con-*
*tract. Minor. gloſſ.*16. §.4. *n.*63. *cum plur. ſeqq.*
& ſignanter *n.*75.

At admiſſa etiam in abſtracto regula in
oppoſitum, attamen incidimus in dilemma
inevitabile; vel enim ſiſtere volumus in to-
tali comparatione utriuſque caſus, mortis
nempe civilis, & naturalis, & tunc, ne ma-
gis operetur veritas, quam fictio, ſive ſimi-
litudo, quam realitas ipſius rei, debuiſſent
53 non ſolum quinque Teſtes intervenire, ad
*Text. in l. final. C. de donat. cauſa mortis*, &
*in l. final. C. de Codicill.*, *Rot. dec.*289. *n.*9.
*par.*14., & *dec.*258. *n.*4. *par.*14. *rec.* & *in Ca-*
*merinen. Bonorum* 24. *Martii* 1681. *§. penult.*
*cor. bo. me. Paulluccio*; ſed etiam ipſius Do-
54 natarii præſentia (quæ hic non concurrit)
deſideraretur, per *Text. in l. inter mortis*,
*ff. ſub eod. tit.* cum pluribus aliis apud *Rovit.*
*conſ.*4. *n.*19. *lib.*2. *Cancer. var. reſol. par.*2. *c.*1.
*ſub n.*65. *Herm ſill. in addit. ad Lopez. gloſ.*6.
& 7. *l.*11. *tit.*4. *par.*5. *n.*1. *fol.*387., *Epiſc.*
*Rocc. ſelect. diſp. Iur. cap.* 28. *n.*39. ubi plene.

Aut vero intendimus dumtaxat cum pa-
ritate rationis procedere, eoque caſu nulli-
bi conſtabit, rationem militantem in vera
donatione cauſa mortis congruere civili,
quoniam in effectiva donatione cauſa mor-
tis, nulla conſiderari valet læſio, utpote
55 quæ viventem bonis non exuit, ſed ſortitur
naturam ultimæ voluntatis ad nutum revo-
cabilis uſque ad extremum vitæ ſpiritum,
ſicque effectus confertur, poſtquam per ſui
annihilationem bonis indigere non valet Do-
nator. ex *eodem Pamphil dec.*626. *n.*4. & *ſeqq.*
omnibuſque aliis, qui in contrarium poſſunt
allegari.

In præſenti autem ſerie conſtat de oppoſi-
to, dum per Profeſſionem, fictamque mor-
tem civilem ſtatim ſpoliatur Donans, quan-
do e converſo magis illi forte expediret bo-
na tranſiviſſe in Religionem, quam ipſe,
56 tanquam illi incorporatus, flagrantius dili-
gere tenetur in concurſu Agnatorum, &
Tranſverſalium, ut ex *Divo Thom.*, aliiſque
optime ponderavit *Paſqualig. centur.* 3. *qu.*
*moral.* 283. *n.*5. & 6., ubi per hæc præciſa
verba ſubiungit, *quod licet profitens in Reli-*
*gionem ſciat, amplius indigere non poſſe bonis*
*renunciatis, præſumitur tamen reſpicere Mo-*
*naſterium, & cogitare de ejus commodo, ut me-*
*liori modo poſſit ſibi neceſſaria ſubminiſtrare*,
*Can. fin.*20. *qu.*3. *præſertim, quia eſt ſolatium*
*Religioſorum, ut bona ſua eos ſequantur §. Sed*
*hoc præſenti*, *Authent. de SS. Epiſcopis*. ibi
*hoc autem ſolatium*, & *notavit idem Berous in*
*cap. in præſentia n.*460 & *ſeqq. de probation.*

Augeturque ponderatio, quia quamvis in
ſubiecta hypotheſi per ſpeciale pactum Do-
57 nans ſibi providerit de reſolutione donatio-
nis in caſu non factæ Profeſſionis, hæc ta-
men ſuperflua redditur, & nugatoria, cum
ipſo Juris miniſterio eadem conditio tacite
intelligatur ineſſe, ut ait *Tiraquell. in tractat.*
*ceſſante cauſa par.*1. *n.*32., *Paſqualig. d. cent.*3.
*qu.*273. *n.*9., *Pellizar. in Manual. Regular. d.*
*tract.*10. *cap.*2. *ſect.*3. *n.*72. egregie *Menoch.*
*lib.*3. *præſumpt.*36. *n.*11., *Cutell. de donat.*
*diſcurſ.*2. *partic.*2. *n.*5., *Barboſ. de poteſt. Epiſc.*
*par.*3 *allegat.*101. *n.*37., & *in Collect. ad Con-*
*cil. Trident. cap.*16 *ſeſſ.*25. *de Regul. n.*17. 18.
& 56., *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib.*2. *cap.*25.
*n.*13., & 14. *cum ſeqq.*, ubi *ſub n.*25. ſuper-
58 addit, quod etiam pactum expreſſum in
contrarium non ſubſiſteret, ad tradita per
*Soccin. conſ.*183. *n.*3. *lib.*2., *Gratian. diſcep.*96.
*n.*35., *Bottiglier. de Succeſſ. theoremmat.*63.
*n.*23., *Royas dec.*41. *n.*14 & *ſeqq.*, *Buratt. de-*
*ciſ.*581. & longe poſt hæc ſcripta *in Arimi-*
*nen. Legitimæ* 13. *Martii* 1699. §. *His poſitis*,
*coram Reverendiſſ. Molines Decano*.

Nihilominus quamplurimi dari valent ca-
ſus, in quibus remaneat privatus Donator
ejus bonis, etiamſi Religionem egrediatur,
ac propterea extranea, ut præmiſimus, eva-
dit illatio à donatione inita cauſa mortis na-
turalis ad illam mortis Civilis, nam reſpectu
59 primæ, permittitur indefinite uſque ad
actualem mortis articulum pœnitendi pote-
ſtas, ex qua læſio omnis excluditur; è con-
verſo autem reſpectu ſecundæ poſt Profeſſio-
nem expletam nulli locus eſt pœnitentiæ,
& conſequenter accidere poteſt læſio, & præ-
judicium enormiſſimum, quodque Dona-
60 tor Religionem egreſſus ea bona, quæ, ſi
con-

Digitized by Google

contuliſſet in ipſam Religionem, recuperaſſet, perpetuo amittat, quoties (prout hic) tranſtulit in extraneos, ſecundum ea, quæ diſtinguendo firmarunt *Cutell. de Donat. tractat. 1. diſc. 3. partic. 5. per tot., Baron. de Citat. tom. 2. ſingul. 9. n. 26., Bottiglier. de Succeſſ. Theorem. 76. n. 9. in fin., Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 25. n. 91. & ſeqq.. Rot. cor. Buratt. dec. 510. n. 2. & 3. & dec. 576. n. 3.*, & plene *in dec. 222. par. 12. rec.*

Agnito itaque a primo ad ultimum, quod etiam in bono Jure rationes ex hac parte perpenſæ reddantur irrefragabiles, contrariæ vero ad evidentiam vel proſternantur, vel retorqueantur, abſtineo pro nunc deſcendere ad ſingularum *Doctrinarum* confutationem, quia præmiſſa videntur ſuperabundare ad effectum impertiendæ reviſionis, fortaſſe ſuppleturus in caſu trutinæ ulterioris.

## ROMANA TESTAMENTI.

*Mercurii 11. Martii 1699.*

### ARGVMENTVM.

Teſtamentum ad hoc, ut irritetur ex doloſis ſuggeſtionibus, ac ex Iracundia, quæ concurrere debeant; & demonſtratur differentia inter doloſas ſuggeſtiones, ac blanditias, & aſſentationes, ex quibus Teſtamentum nullo modo irritatur. Legitima ad hoc, ut dici poſſit prohibita, requiritur cauthela *Soccini*, ſeu *Durantis*, & tunc talis prohibitio ſumit robur ab acceptatione filii; an prohiberi valeat per Clauſulas æquipollentes, & quales illæ eſſe debeant. Differentiæ plures inter legitimam, & Trebellianicam, & eorum prohibitionem, recenſentur.

### SVMMARIVM.

1 *Legitima debet relinqui filiis, vel Nepotibus honorabili titulo inſtitutionis, alias Teſtamentum Patris, vel Avi corrueret.*

2 *Teſtamentum ab hærede extortum ex falſis, ac doloſis ſuggeſtionibus, ſeu ſuppoſitionibus, eſt nullum.*

*Secus, ſi fuerit ſimpliciter procuratum blandis, urbaniſque modis, & allectionibus, quia tunc ſubſtineretur, n. 3. & 9.*

*Et de ratione hujus ſecundi caſus, n. 4. & 5.*

6 *Teſtamentum, ad hoc, ut irritetur ex doloſis ſuggeſtionibus, quæ debeant concurrere.*

7 *Pater teſtari poteſt ad ſui libitum, ſalva legitima ad favorem deſcendentium.*

8 *Nemo litigaret, niſi crederet, ſe bonum jus fovere, & reſpective ſperaret vincere Cauſam.*

10 *Lis inter Partes regulariter ſolet producere odium, & averſionem, & n. 14.*

*Maxime, quando lis vertitur inter Conſanguineos, vel Affines, n. 11.*

12 *Teſtes omnino integri requiruntur ad proſternendum Teſtamentum.*

13 *Teſtes plene probant contra inducentem.*

15 *Teſtis unicus non probat.*

16 *Teſtis loquens per verba dubitativa, non probat.*

17 *Teſtamentum factum ad interrogationem Notarii, reſpondente Teſtatore per verbum* ſic, *aut per nutus, quando ſubſiſtat, necne remiſſive.*

18 *Amantes in exceſſu æquiparantur Furioſis, & dementibus.*

19 *Legitima debetur filio libera ab omni onere, & gravamine.*

20 *Onus ſuper legitima impoſitum an cenſeatur approbaſſe filius, qui expreſſe acceptavit* in omnibus, & per omnia *Teſtamentum Patris, & n. 22. 35. 36. 38. & 43.*

21 *Filius adiens ſimpliciter, & abſque aliqua proteſtatione hæreditatem Patris, non per hoc cenſetur approbare onus ſuper ejus legitima impoſitum.*

*Limita, quoties Pater apponendo onus ſuper legitima præciſe ſervavit Cauthelam* Soccini, *quia tunc filius acceptando hæreditatem ſibi præjudicat in legitima, n. 24. & 25.*

*Et de ratione, n. 26. 27. & 32.*

22 *Filius per generalem acceptationem Teſtamenti Paterni non cenſetur approbare onus ſuper ejus legitima impoſitum, ſed requiritur ſpecialis, vel ſpeciali æquipollens acceptatio gravaminis, & n. 33.*

*Et vide etiam num. 92.*

23 *Filius acceptans prælegatum ſibi a Patre relictum cum onere fideicommiſſi, nequit prætendere detractionem legitimæ, quoties Pater diſpoſuit, quod niſi prædictum onus acceptaret, cenſeretur inſtitutus in ſola legitima, & n. 61. & 63.*

28 *Filius acceptando Teſtamentum Patris, in quo adeſt ſtricta prohibitio alienationis, & onus reſtituendi hæreditatem integre, & ſine aliqua diminutione, non ideo excluditur a detractione legitimæ.*

*Et de ratione, n. 29. & ſeq.*

30 *Legitima numquam cenſetur comprehenſa in generalitate verborum, ſed requirit ſpecificam mentionem, ſeu expreſſionem, & n. 37. & 74.*

*Et de ratione, n. 71.*

31 *Pater in dubio non cenſetur voluiſſe gravare filium in legitima, & n. 95.*

34 *Contractus non ſubſtantiatur ex conſenſu unius tantum ex Contrahentibus, niſi etiam ſuperaccedat alterius conſenſus.*

39 *Cauthela* Soccini *circa prohibitionem, ſeu gravamen legitimæ quando dicatur bene ſervata, & n. 40. & 75.*

*Et an ſervari poſſit per formulam æquipollentem, n. 76. 77. & 78.*

41 *Legitima non cenſetur filio prohibita ex eo ſolum, quod Pater illum in ſola legitima inſtituerit in caſu alicujus contraventionis, aut moleſtiarum, & n. 42.*

44 *Pater non cenſetur voluiſſe prohibere filio detractionem legitimæ, quoties ſcivit illi expreſſe prohibere deductionem Falcidiæ, & Trebellianicæ.*

45 *Legitima non cenſetur filio prohibita ex pro-*

*prohibitione cujuſcumque legalis detractionis, utpote verificabilis in aliis detractionibus, puta antiquioris fideicommiſſi, cum ſimilibus, & n.47. et 79.*

46 *Hæres hæredis gravati poteſt in reſtitutione fideicommiſſi detrahere bona ſubjecta fideicommiſſo antiquiori, niſi conſtet de contraria voluntate, aut remiſſione ipſius gravati.*

48 *Verba Teſtatoris quando poſſunt ad alium ſenſum deflecti, numquam important prohibitionem Trebellianicæ.*

49 *Prohibitio generalis alienationis compræhendit legitimam in actu favorabili ipſi filio, ut puta in caſu Confiſcationis.*

50 Surd. conſil.412.n.24. & ſeq. *declaratur.*

51 Cæphal. conſil.272. num.142. & num.143. *reprobatur.*

52 Maluaſ. conſ.117. *reiicitur.*

53 Menoch. conſ.1141. *reprobatur.*

54 Franciſcus Palma conſult.61. n.45. & 46. *explicatur.*

55 *Subſtitutio pupillaris compræhendit legitimam filii, quia de ejus favore agitur.*

56 Magon. dec. Lucen.85. *declaratur.*

57 *Legitimæ prohibitio valet, quando filius illi conſentiit in actu teſtandi.*

58 *Clauſula*, omni meliori modo, *cenſetur appoſita de ſtylo Notarii.*

*Et quid operetur circa prohibitionem legitimæ num.59. & 60.*

62 *Gravamen poteſt imponi Legatario nedum intra, ſed etiam ultra limites emolumenti.*

63 *Acceptans unam partem alternativæ, non poteſt ad alteram redire.*

64 *Voluntas non minus ex antecedentibus, quam ex ſubſequentibus declaratur.*

65 *Filius in Legitima dicitur potius Creditor, quam Dominus, & n.83.*

66 *Deciſiones, quando agitur de dubio diverſo, veniunt ſupponendæ.*

67 *Beſtiamina non veniunt in particulari legato Fundi.*

68 *Legitima non detrahitur de fideicommiſſo particulari, ſed de reliquo Aſſe.*

69 *Hæres ſimpliciter adiens hæreditatem, in quibus caſibus non teneatur ultra vires.*

70 *Pater poteſt filios in legitima gravare, quando plus eis relinquit, quam ipſa legitima importet.*

*Dummodo tamen clare conſtet de voluntate eos gravandi, ibid.*

72 *Mentis conceptus tripliciter exprimi valet in actibus humanis, & quomodo.*

73 *Expreſſio generalis æquipollet ſpeciali, quando ex illa clare deſumitur animus loquentis.*

80 *Trebellianica ex novo Jure* Authenticorum *debet expreſſe prohiberi.*

*Et tamen ſufficienter cenſetur prohibita per demandatam integræ hæreditatis reſtitutionem, ac ſine diminutione, n.81.*

82 *Detractio legitimæ non cenſetur a Teſtatore prohibita ex ſolo gravamine reſtituendi* totã, & integram hæreditatem, *& n.88.*

84 *Trebellianica, utpote debita in premium reſtitutionis fideicommiſſi, nequit detrahi ante adventum caſum reſtituendi.*

85 *Legitima ſeparatur ab hæreditate in ipſo inſtanti mortis Patris.*

*Nec admittit fructuum imputationẽ, n.86.*

87 *Verba, quæ ſufficiunt ad inducendam tacitam prohibitionem Trebellianicæ, non ſufficiũt pro tacita prohibitiõe legitimę.*

89 *Filius per acceptationem Teſtamenti Paterni non cenſetur ſibi præjudicaſſe in legitima, quoties iſta non reperitur inibi expreſſe prohibita, & n.93.*

90 *Prohibitio legitimæ non ſubſtinetur ex præcepto Teſtatoris, ſed ex voluntate filii, quatenus hujuſmodi prohibitioni acquieſcat, & n.91.*

94 *Filius in dubio non præſumitur conſentiiſſe gravamini per Patrem impoſito ſuper ejus legitima; & n.98.*

96 *Dubietas in Jure æquiparatur dubietati facti. Amplia, ut num.97.*

## DECISIO LXXVII.

DIgnoſcentes DD. de Mutis, vitium præteritionis, cum quo ſubvertere ſperabant Teſtamentum D. Lauræ eorum Aviæ, ſatis cenſeri poſſe ſublatum ex Juribus, & fundamentis late, ſolideque perpenſis in tribus Deciſionibus, quæ emanaverant *cor. bon. me. Urſino ſub diebus* 4. *Martii* 1695. 23. *Martii* 1696., *&* 4. *Febr.* 1697., necnon in poſtrema edita *ſub die* 9. *Junii Anni proxime elapſi coram Me*, etſi hodiequoque idem vitium obiicerent pro conſequendo receſſu a deciſis, attamen fortius inſtetere (prævia admiſſione Articulorum, & præcedente examine nonnullorum Teſtium) ſuper comprobandis inſtigationibus, quæ aſſerebantur perpetratæ per hæredem Teſtamentarium ad ejuſdem D. Lauræ ſeductionem, ac etiam ſuper iracundia, quam ſatagebant oſtendere uſque ad illum gradum perveniſſe, ut mentis exceſſum produxiſſet in D. Laura, eamque reddidiſſet Teſtamentariæ factionis incapacem: Sed nec veteri objecto, nec novis ad trutinam Juſtitiæ noſtri Auditorii revocatis, ullo modo viſum eſt, ab jam firmiter deciſis poſſe recedi.

Quo enim ad memoratum vetus objectum vitii præteritionis, Domini non invenere quidquam pro parte ipſorum de Mutis in Facto, vel in Jure ſuperaſſerri, quod in aliquo debilitaret ſtabilita fundamenta, quatuor præcedentium Deciſionum; Unde ad eaſdem Deciſiones, veluti cæteroquin in hac arida materia ſuperabundantes, ſeſe habuerunt remiſſive, ſemper tenentes, quod potius in Teſtatrice concurreret ſcientia, & ſuperlativa voluntas excludendi Nepotes etiam a legitima, ſi potuiſſet, quam quod

per

per ignorantiam Juris, vel facti decepta ma-
luiſſet proprias Tabulas reſcindi, quia præ-
ciſè ad effectum excludendi ſimilem quæſtio-
nem, non ſolum mentionem fecerat de legi-
tima, ipſiſque Nepotibus, ſed adjunxerat il-
la verba = *Nella quale l'inſtituiſco heredi*, = quæ
cùm jam ad ſenſum, & demonſtrationem
antecedentium Deciſionum agnita fuerint
ſtare abſolutè, & independentèr, non pote-
rant magis diametralitèr opponi prætenſæ
præteritioni, immò præciſivè à remedio
*Text. in l. ſcimus, & in l. omnimodò, C. de in ſſi. Teſtam.*, apertiſſimè ſonabant in ordine ad
titulum in honorabilem, & ſufficientiſſi-
1 mam inſtitutionem, quæ tantummodò, nè
Teſtamenta Aſcendentium corruant, à Jure
noſtro reſpectu filiorum, Nepotum, vel ul-
teriorum Deſcendentium præſcribitur, &
deſideratur; ad *Text. in §. Aliud quoquè Capi-
tulum, ibiquè Gloſſ. in verb. præterire, Authen-
tic. ut cùm de appell. cognoſc., Spad. conſ. 50.
n. 19. lib. 1., Craſſ. recept. Sentent. §. Teſta-
mentum qu. 35. n. 3., Amat. dec. March. 44.
ſub princip.*, cum reliquis vulgatis.

Ejuſdem penitùs irrelevantiæ præfulxe-
runt alia duo nova obiecta, inſtigationis
ſcilicet, & iracundiæ: Quatenùs enim ſpe-
ctabat ad inſtigationem, diſtinguendum
DD. dixerunt, quod vel hæres ſub falſis, ini-
quis, ac doloſis ſuppoſitionibus Teſtantis
2 animum pervertit, tuncque quia dolus dolo-
ſo patrocinari non debet, neque reſpectivè
decipi, ſubripi, & fraudari voluntas, quæ
debet eſſe volita, & libera Teſtantium,
tale vitium, ac doloſa machina falſarum
ſuggeſtionum capax eſt reducendi negocium
ab inteſtato, & ſic ad proviſionem legis, in-
fracto Teſtamento, & proviſione hominis,
juxtà aliàs receptam Theoricam *Angel. in l.
non enim n. 3 ff. de inoffic. Teſtam.*, cum quo
communitèr procedunt *Iaſ. in l. 1. n. 5. C. ſi
quis aliqu. teſtar. probib., & conſ. 141. n. 5.
lib. 4., Ruin. conſ. 73. n. 4. & 5. lib. 2., Surd.
conſ. 373. ex n. 15. cum pluribus ſeq., Menoch.
de arbitrar. caſ. 395. ex n. 44. uſquè ad fin., Mie-
res de Majorat. par. 1. qu. 25. n. 5. cum ſequen.,
Andreol. contr. 14. cum duab. ſeqq. per totas,
Rota dec. 279. n. 6. par. 18. rec.*

Vel hæres ipſe non falſis, ac dolo imbibi-
tis ſuggeſtionibus, machinationibus; & præ-
ſuppoſitis captavit, ac malitioſè extorſit
voluntatem Teſtantis, ſed ſolùm fortè uſus
3 eſt blandis, urbaniſque modis ad allicien-
dum animum teſtari volentis, vel volentis,
eoque caſu, quia largitiones, & munera
non obtinentur, niſi vel ope meritorum, vel
morum, aut verborum illecebris, ità nec
etiam ſuprema, & major aliarum omniom
largitio hæreditatis per hanc viam aſſequi Ju-
ra vetant, ſed explicitè potius permittunt, ut
habetur *in tit. ff. & C. ſi quis aliqu. teſtar. pro-
bib.* utrobiquè *l. fin.*; quoties enim ſucceſſio
4 neceſſario deferretur certis hæredibus, hi
poſſent contemnere Teſtatorem, & impedi-
re, quòminus ab aliis recipere valeret me-
liores, vel humaniores tractatus, ſive pin-
guiora urbanitatis, & dilectionis officia, ſi-
cutì proſequendo rationem, & cenſuram
prædictorum *Textuum* in ſubſtantia obſerva-
runt *Borgnin. Cavalc. in tract. de Tutor., &
Curator. n. 280., Menoch. de arbitrar. d. caſ. 395.
n. 42. & 43., Caſtill. contr. Jur. lib 3. cap. 1. ex
n. 186. cum ſeqq., & lib. 4. cap. 22. num. 117.
& 118., Altograd. conſ. 50. n. 196. & conſ. 88.
n. 6. lib. 1., bo. me. Duran. de condit. & mod. im-
poſſib. par. 3. cap. 5. n. 34., Berlich. pract. concluſ.
par. 3. concluſ. 7. n. 39. & 40., Carpzov. de Juriſ-
prud. foren. par. 3. Conſtit. 5. defin. 7 per tot.,
Gaſp. Manz. de Teſtam. tit. 3. qu. 3. n. 4. & ſe-
quen. ac per tot., Sperell. dec. 150. n. 11. & ſe-
quen., Card. de Luca de Teſtament. diſcurſ. 33.
n. 23., Rot. coram Seraphin. dec. 336. n. 9. cum
duobus ſequen., & dec. 359. n. 10., & in rec.
dec. 375. n. 28. & 29. par. 16., & dec. 19. n. 23.
& 24. par. 19.*

Ideòque videmus, quod nonniſi ad hujuſ-
modi intuitum famigeratæ *ll. unum ex fami-
lia 69. ff. de leg. 2. & l. utrùm, §. Cùm quidam, ff.
de reb. dub.* impartitæ ſunt facultatem Teſtan-
tibus, ut honorantes aliquem in hæredem,
ac intendentes de cætero bona in ſui memo-
riam, vel ſanguinis, aut agnationis conſer-
vationem, ſivè per modum civilem, ſivè
per naturalem perpetuare, & è conversò
mitiùs ſe agere contrà eundem hæredem, vel
5 alios ſubſtitutos, molliendo aſperitatem vin-
culi reſtituendi bona recepta per primùm
Teſtatorem, habeant hi hæredes ex ejuſdem
primi Teſtatoris benignitate, & permiſſione
poteſtatem eligendi, vel nominandi quem
maluerint, vel de certo genere perſonarum,
ad hoc, ut iidem nominare, ſivè eligere va-
lentes queant juſtum exercere arbitrium
cum ſibi magis benevolis; ſibique aptiores
illecebras exercentibus, juxtà frequentem
praxim, & caſum tot Primogeniturarum,
ac fideicommiſſorum, inter quæ adſunt in
ſuis caſibus noviſſimè diſputata in illa *Roma-
na reſtitutionis hæreditatis 2. Aprilis 1696. cor.
bo. me. Emerix*, confirmata 17. *Iunii 1697. cor.
R. P. D. meo Lancetta, & in Rom. Nominationis
13. Jan. 1698. cor. R. P. D. meo dell'Olmo*.

Applicando igitùr ad rem, potiùs ſi qua
induſtria, vel ſtudium fuit ab R. P. D. Caraf-
fa adhibitum erga Lauram Teſtatricem, pu-
tarunt Domini, illam, vel illud cadere evi-
dentiùs ſuper ſecundo, licitoque membro
diſtinctionis, non autem ſuper primo pror-
ſùs indigno, & illicito. Nam etſi ad finem
comprobandi ſeductionem, ac illicitam in-
ſtigationem reſpectu D. Lauræ ex depoſitio-
ne nonnullorum Teſtium contendiſſent DD.
Nepotes juſtificare tale aſſumptum ex pluri-
bus aggregatis, nimirùm ex improviſo di-

receſſu Teſtatricis è Domo eorumdem Nepotum, contemporanea recuperatione Teſtamenti per eam conditi ad illorum favorem, & confectione novi, & hodiè controverſi Teſtamenti in Domo Puteobonella, ad quam forte liberiùs accedere poterat hæres inſtitutus, una cum aſſidua converſatione in eadem Domo cum D. Laura Abb. Octavii valdè Amici ejuſdem hæredis: Hujuſmodi tamen conjecturæ viſæ ſunt nimiùm generales, atque æquivocæ, potiùſque referibiles vel ad inconſtantem Mulieris teſtari cupientis voluntatem, vel (ad normam ejuſdem ſecundæ partis, ut ſuprà, diſtinctivæ) potiùs ad juſtum ſtudium, & illecebras, quandò
6 præſertim receptum eſt, ut ad induendam primam ſpeciem doloſæ, & irritativæ ſuggeſtionis concurrere debeant illa tria requiſita, nimirùm quod ſuggeſtiones debeant eſſe falſæ, & cum dolo præparatæ, quod ſint factæ vel per ipſum hæredem, vel per aliom de ejuſdem hæredis expreſſo, aut virtuali Mandato, quodque denique Teſtans ex hujuſmodi ſuggeſtionibus tali modo machinatis inductus fuerit ad teſtandum, itaut aliàs teſtatus non fuiſſet, ſicuti concludendo tradunt adducti per *Barry. de ſucceſs. lib. 1. tit. 9. n. 14. in fin. verſ. ſed meliùs, Card. de Luc. de Teſtament. d. diſcurſ. 33. ex num. 18. cum ſeqq.*, *Rot. d. deciſ. 375. ex n. 16. ferè uſque ad fin. par. 16.*, *& deciſ. 395. num. 20. & ſeqq. par. 17.*, *& in Senogallien. Legatorum 13. Junii 1607. §. Sublata, coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano.*

Neque minùs æquivocæ, & generales compertæ fuerunt aliæ conjecturæ, videlicèt irrationabilitas diſpoſitionis cum præteritione Nepotum, necnon aſſerta ſuggeſtio, quod lites tunc inſurrectæ inter eoſdem Nepotes, & Aviam forent injuſtæ. quando tamen pariformitèr ex eventu in eadem Sacra Rota & priùs coram A. C. ſubſecuto, compertum fuit, eaſdem lites eſſe undequaque juſtiſſimas: Siquidem reſpectu primæ hujus conjecturæ, illa petere videbatur principium, quantumvis enim ſecundùm ponderata inter eaſdem Partes *in altera Romana legitimæ 9. Junii Anni præteriti in princ. cor. Me*, duriſſima videatur eſſe hæc interverſio charitatis in relinquendo hæredes eſtraneos poſthabita propria deſcendentia; attamen hoc ipſum eſt,
7 quod Jura indulgent, nimirùm, ut quiſque teſtetur, qui teſtari poteſt, ad ſui libitum, relicta legitima favore eorum, quibus eadem Jura ipſius legitimæ leges præſervant, ad *Text. in Auth. de Trient., & Semiſſ. in princ. verſ. reliquum verò*, & in fortioribus *Honded. conſ. 43. n. 11. & 20. lib. 1., & conſ. 71. n. 42. lib. 2. Cyriac. controv. 221. num. 31., & controv. 262. num. 30. & ſeqq., Borgnin. Cavalc. deciſ. 8. n. 8. par. 3., Rot. d. deciſ. 395. n. 28. par. 57. recent., & in Bononien. ſeparationis Bonorum 18. Martii 1669. §. Ex. luſa autem, coram bon. mem. Calatojii m. ſ.*

Quod autem lites forent inter Nepotes, & Aviam juſtæ, vel injuſtæ, nullo modo pertinebat ad Teſtamenti validitatem, vel invaliditatem, quia nihil circà hoc comprobatum extitit in ordine ad hæredem inſcriptum, ſed tantummodò id apparebat ex lectura ipſius Teſtamenti; unde (deficiente penitùs prætenſa ſuggeſtione) quod Teſtatris reputaverit, lites contrà ſe promotas à Nepotibus fore injuſtas, hoc erat tribuen-
8 dum miſeræ credulitati conditionis humanæ, quæ intantùm litigando pugnat, inquantùm vincere ſibi inſimulat, & ſperat, ut ait *Rub. de valid. legal. cap. 30. num. 61. & 62.*; quin etiam, ubi demonſtratum fuiſſet, hæredem aſſeruiſſe, prædictas lites eſſe injuſtas, potiùs id erat tribuendum affectioni, vel blandimento, quàm iniquæ, & falſæ ſuggeſtioni dolo præparatæ, ut enim inquit *Cornel.* in famigerata Oratione Galbæ ad Piſonem = *Aſsentatio ſine ſtudio peragitur*; Et de facto hæ
9 ſunt illæ blanditiæ, quæ non irritant Teſtamentum, juxtà ea, quæ obſervant, vel ſupponunt ultrà ſuperiùs relatos in ſecunda Claſſe diſtinctionis *Grat. diſcept. 659. num. 4. & ſeqq.*, & ſignantèr *n. 9.*, *Peregrin. de Jur. Fiſc. lib. 2. tit. 6. num. 11.*, *Paul. Æmil. Gall. de except. par. 2. tit. 1. except. 1. n. 11. cum ſeqq.*, *Georg. Strun. in Pandect. exercit. 26. Theſ. 8. ſub princip.*, *Andr. Kobl. ad Conſtitut. Brandenburg. quæſt. 18. num. 32.*, *Antun. de donat. Reg. lib. 3. cap. 31. n. 35. & ſeqq.*

Et benè addebatur, quod potiùs hujuſmodi lites ſive juſtè, ſive injuſtè promotæ per Nepotes contrà Aviam eſſent in cauſa revocationis primi Teſtamenti, & factionis alterius; quia cum ſemper largitio hæreditatis proveniat à benevolentia, excluſio autem à
10 quadam indignatione, nulla fortè vehementior paſſio noſtrarum affectionum ad indignationem, & ſic excluſionem cujuſcumque largitionis magis inducit, quam lis, teſte *Caball. conſ. 128. num. 328. & ſeqq. lib. 2.*, *Rub. in addit. ad deciſ. 636. n. 164. & ſeqq. par. 4. tom. 3.*
11 *recen.*, & maximè, quoties lites aguntur inter Conſanguineos, & Affines, quia corruptio optimi peſſima, ſicuti proſequuntur *Frances var. reſol. cap. 1. n. 3.*, *Michalor. de Fratr. par. 3. cap. 1. n. 14.*, *Epiſc. Zaul. in Commentar. ad Statut. Favent. lib. 3. Rubr. 15. n. 4.*, *Rot. in Auximana Alimentorum 5. Decembris 1696. §. Et quamvis, poſt med., cor. R. P. D. meo Muto.*

Denique parum ponderis habere reperta eſt ultima circumſtantia prætenſæ ſuggeſtionis, ex quo non valuerint Nepotes accedere ad Domum Aviæ, quodque tandem poſt conditum Teſtamentum, Teſtatrice loquente cum prædicto Abbate Octavio, eadem Teſtatrix reſponderit = *Oimè non mi tormentate più, fate quello, che volete*: Ultrà enim, quod juſti-

Digitized by Google

juſtificatio talium probationum pendebat, vel a Famulis actu inſervientibus in Domo Nepotum, vel a Mulierculis, quæ non po-
12 terant cenſeri perſonæ omnino integræ, prout requiruntur ad proſternendum Teſtamentum, ex deductis per *Altograd. conſ.* 50. *n.*122. *& ſeq. & n.*135. *lib.*1. cum aliis per *Rot. dict. dec.*375. *ex n.*40. *uſque ad fin. par.*16. *& dicta dec.*395. *n.*17. *cum duob. ſeq. par.* 17. *& in alia Romana Teſtam.* 3. *Decemb.* 1691 §. *Non obſtat pariter, cor. R.P.D. meo Caprara.*

Adhuc, quod acceſſus ad Aviam fuerit interdictus per violentiam, vel machinationem hæredis, minime juſtificabatur in Facto, quin potius, cum hoc non deceret generoſam Nobilitatem ipſius hæredis, quam citra notorietatem aſſerti ſunt iidem Teſtes pro DD. de Mutis examinati, concludentes, eundem hæredem eſſe integerrimi honoris, ac prorſus incapacem inferendi alicui præ-
13 judicium, qui ve proinde plene probant contra inducentem, ex *Iun. vulgat.* apud *Grat. diſcep.*552. *n.*9. *Rot. cor. Priolo dec.*168. *n.*4., *& dec.*327. *n.*8. *& in Piſauren. Teſtamenti* 1. *Aprilis* 1676. §. *Si vero inſpiciantur, cor. bo. me. Urſino*: Et quis revelavit, utrum eadem averſio, & prohibitio acceſſus derivaverit ex facto hæredis, ſive potius (ut erat veriſimilius) ex ſuperius enunciata animi amaritudine ſuborta ex litium introductione
14 contra Aviam? cum eadem litium promotio ſuapte natura peculiarem averſionem inducat, quemadmodum, præter ſupra congeſtos, docet experientia, & adnotarunt *Petr. Gregor. Tholoſan. Syntagm. Iur. lib.*47. *c.*1. *n.* 10. *de Philipp. diſſert. fiſcal.* 20. *n* 43. *& ſeqq.*

Circa vero verba prolata per Teſtatricem: *Obimè non mi tormentate più fate quello, che volete*, in primis id, juxta dictum Teſtium, evenerat poſt jam conditum Teſtamentum, de quo præſens eſt quæſtio, ſemperque ſecundario deficiebat mandatum implicitum, vel virtuale hæredis in perſonam Octavii, & de cætero unica Mulier, quæ hoc dicit, proteſtata inſimul eſt, ſeſe neſcire, ad quem effectum Teſtatrix conſimilia verba anguſtiam denotantia fuiſſet effata; quapropter, vel hæc conjectura nullatenus in ſe relevabat, tamquam deſtituta omnibus requiſitis ad inducendam in hac materia ſuggeſtionem (ut ſupra) neceſſariis, vel etiam non poterat in omnem caſum dici ſufficienter proba-
15 ta, quia Teſtis erat unica, & loquebatur per verba dubitativa, & non concludentia, ad ea, quæ in terminis primę propoſitionis de Teſte unico habentur apud *Rembold. dec.* 595. *n.*3. *Priol dec.*113 *n.*29. & alibi millies,
16 & de proferente verba ambigua, & dubitativa, ponderavere *Lancellott. Gall. conſ.*32. *n.*24., *Conciol. allegat.*93. *n.*4. *cum duob. ſeqq. Rot. cor. Zarat. dec.*73. *n.*21. *& cor. Ubag. dec.*78. *n.*15. *&* 16. *& in Romana, ſeu Viliter-*



*na Mutui* 26. *Aprilis* 1697. §. *Alter ex oppoſito coram Me.*

Atque ex his tranſeundo ad iracundiam, excepta illa indignatione, quæ forte poterat ex præmiſſis, vel aliis ignotis cauſis aſcendiſſe in Cor Teſtatricis, profecto novum Teſtium examen nullatenus ad hoc conducebat, quamobrem, licet hujuſmodi objectum juxta prætenſionem Nepotum videretur induere apparentiam novi, nihilominus in effectu deficiente nova, meliuſque roborata probatione iracundiæ, quę præſeferret, ut requiritur, totalem mentis exceſſum, & incapacitatem diſponendi, DD. cenſuerunt, pluſquam abunde idem objectum extitiſſe ſublatum *in præterita Deciſione dici* 9. *Junii ſuperioris Anni ex* §. *Ceterum uſque ad fin.*

Et ita, utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

IN hac Cauſa præceſſerant aliæ tres Deciſiones coram Urſino, ſed cum illius Sententia ſucceſſive prolata per manifeſtum exceſſum a tenore, & forma Deciſionum fuerit annullata, ut habetur ſuperius in hoc Volumine, interim vero ordinato *Expediatur* ſub die 3. Julii 1699. coram Me, contigit, quod negligente R.P.D. Carafa hęrede devenire ad effectivam expeditionem hujus principalioris articuli ſuper Teſtamento, conſcenderat appellationis Cauſa ſuper alio articulo Legitimæ ad R.P.D. Capraram, & deinceps ad R.P.D. de la Tremoille, unde Legatarii, ſive habentes jus in eodem Teſtamento tot Deciſionibus approbato petierunt devenire ad expeditionem injunctam, ut ſupra, coram Me adamuſſim ad normam hujus Deciſionis, quæ etiam reperitur impreſſa apud *D. Palmam Nepotem t.*3. *dec.*260. *& inter collect. ad ornatum Card. de Luca in Mantiſſ. t.*4. *lib.*16. *ſuper conflict. legal. dec.*17.; Verum quia nec Ego, nec R.P.D. Caprara ullam habebamus Juriſdictionem ob appellationem occaſione alterius puncti ſuper Legitima commiſſam R.P.D. de la Tremoille, huic propterea *Rota* demandavit, ut citra aliam diſputationem Cauſa ſuper Teſtamento expediretur vigore illius *Expediatur* jam decreti coram Me: Appenſa poſtmodum ad novam trutinam hujuſmodi Sententia coram R.P.D. Pio die 2. Martii 1703. dictum fuit, *Sententiam Rotalem eſſe confirmandam.*

Reſpectu autem additionis, vel alterius adnotationis; ſuperfluum quodammodo videtur deſcendere ad alias lucrubationes, cum plura jam fuerint in ordine ad hanc materiam in ſuperioribus Adnotationibus, & Additionibus conſparſa, & recentiora Volumina legantur plena hujus materiæ: Si-
17 gnanter autem quoad Teſtamentum conditum ad interrogationem Notarii cum reſ-

ponſione Teſtatoris affirmativa per verbum, *ſic*, vel per nutum; celebris fuit controverſia in Teſtamento D. Emanuelis Principis a Portugallia *cor. Emerix. Iun., R.P.D. Muto, & Urſino*, & hæ Deciſiones hodie ſunt impreſſæ inter Deciſiones ſuperadditas Operibus *Card. de Luca ſuper mater. de Teſtamentis dec. 9.* 10. 11. & 12.

In allegata vero ſupra Deciſione *Senogallien. Legatorum 13. Junii 1697. cor. Reverendiſſ. D. Molines Decano*, quæ pariter eſt hodie recollecta *poſt Card. de Luca ubi proxime dec. 14.* agitur de caſo, in quo Teſtamentum a Muliere confectum prætendebatur annullari ob paſſionem, ſeu violentiam Amoris, ſed ibi approbatur quidem Theorica, quod
18 Amantes in effectu æquiparentur amentibus, & vere fur'oſis ad plures Iuris effectus tam Civiles, quam Criminales, ut in *dict. dec. 14. n. 9. & 10 poſt Card. de Luc. de Teſtam.* Verum in concreto illius, alteriuſve conſimilis caſus bene explicatur, quando Amor vere tranſeat in inſaniam, juxta dictum Itali, ſeu Ferrarienſis Poætæ *Che non è altro Amor, ſe non inſania?* & tranſeat in perfidum, & ferinum præſeferentem omnimodum mentis exceſſum.

Cogitaveram alibi inſerere geminos Diſcurſus efformatos in ſubjecto legitimæ, de qua fit mentio in hac Deciſione, cum revera non attingant idem propoſitum ad unguem examinatæ quæſtionis in eadem præinſerta Deciſione; Sed quia futurum ſemper eſt incertum, omittere nolui diſcuſſionem a Me pro mea tenuitate habitam ſuper Teſtamento Bajulivi de Puccis, qui cum gravaſſet præ cæteris Laurentium ejus filium de reſtituendo univerſam hæreditatem in caſu obitus ejuſdem Laurentii ſine filiis, is nulla prole relicta, inſtituit hæredem Joannem Laurentium ejuſdem Nobilis familiæ de Puccis, qui prætendens detrahere legitimam ex perſona Laurentii ab hæreditate Bajulivi, diuturna oppoſitione laboravit contra Fideicommiſſarios, quapropter ab eo de Anno 1684. adſcitus ad jura ſua tuendum, fuſe ſcripſi cum plurium diſtinctione caſuum, adiiciamque (ut minus deſit materiæ) conſecutivam Reſponſionem exaratam ad Dubia per Judicem de ſtylo Rotæ Florentinæ ante Sententiam promota: Primus itaque Diſcurſus ſic ſe habet.

Tota vis, ſeu cardo difficultatis in hac Cauſa conſiſtit in examine limitationum, quæ ad impediendam legitimæ deductionem excitatæ noſcuntur, quia de cætero non minus naturalis, quam Civilis Iuris regula indubitanter aſſiſtit Joanni Laurentio, videlicet, quod ſibi ex perſona quondam Lauren-
19 tii competat legitima ſuper bonis Senatoris Bajulivi Julii de Puccis libera, & immunis ab omni onere cujuſlibet etiam reciproci Fideicommiſſi, ex notiſſima ſanctione Imperatoris *in l. quoniam in prioribus 32. & in l. ſcimus 36. C. de inoff. Teſtam.*, cum cæteris antiquioribus in ſpecie congeſtis apud *Fuſar. de ſubſtit. qu. 296. ex n. 23. cum plur. ſeq. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. qu. 9. n. 8. & lib. 3. tit. 2. qu. 20. n. 8.*, & prius *dicto lib. 2. tit. 2 qu. 1. n. 15. & 16.*, *Mel. alleg. 49. ex n. 1. uſque ad fin. Gaſpar. Manz. de Teſtam. tit. 12. qu. 44. n. 14. 16. & 17. Gratian. dec. Marcb. 112. ex n. 5. uſque in fin. Rot. Lucen. apud Manſ. conſult. 122. ex n. 53. lib. 2.*, & alibi millies.

Non turbat itaque, quod præfatus Senator Julius probibuiſſe videatur iſtius legitimæ detractionem, uſurpando etiam Cauthelam
20 *Soccin.* quodque idem Laurentius nedum tacite paternæ diſpoſitioni acquieverit, verum etiam ſpecialiter, ſeu in omnibus, & per omnia judicium, & Teſtamentum Patris approbando cenſeatur eidem oneri ſuper legitima impoſito aſſenſum poſitivum præſtitiſſe, in quibus terminis ceſſare ſolent hujuſmodi diſputationes cæteroquin nimium in Foro frequentes. Quia ne fortaſſis incidamus in æquivoca ſatis in hac legali facultate, & præcipue in hac præciſa quæſtione familiaria per incongruam applicationem rationum, & *Authoritatum* diverſos caſus ferientium, opportunum redditur nonnullos caſus, ac propoſitiones deſuper hodie pacificas præmittere, ac recenſere, ut exinde facilior ſternatur via refutationi objectorum, & veritas noſtræ prætenſionis lucidius eniteat, quemadmodum in hoc ipſo articulo faciendum eſſe præmonuit *Card. de Luc. lib. 9. de legit. diſc. 17. ſub n. 1. verſ. cumque, & diſc. 18. n. 3.*

Primus igitur caſus eſt, quando Teſtator expreſſe probibuit, legitimam deduci, injungendo etiam pœnam caducitatis filio contravenienti, tuncque eodem filio ſimpliciter adeunte Paternam hæreditatem abſque alia animi declaratione, quidquid ab aliquibus fuerit attentatum, communius, & ſine
21 hæſitatione receptum eſt, quod per hujuſmodi tacitam acceptationem ab immixtione reſultantem nullum cenſeatur illatum filio præjudicium, ex quo nullatenus præſumatur, hæredem voluiſſe ſervare præcepta Taſtatoris a Jure improbata, uti liquet ex *Peregrin. de fideic. art. 36. n. 84. & ſeq., Odd. conſ. 63. n. 11. lib. 1.*, ubi quod ita fuit in Rota Florentina judicatum, *Fuſar. de ſubſtit. q. 296. n. 44. & ſeq. & n. 56. Thomat. dec. 4. n. 7. Magon. dec. Lucen. 85. num. 8. & ſeq. Caſtill. contr. lib. 5. cap. 107. n. 75. verſ. tertius caſus. Gratian. diſcept. 684. n. 20.*, *Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. q. 9. ex n. 30.*, *Card. de Luc. lib. 9. de legit. diſc. 17. n. 4.*, *Rot. dec. 206. per tot. par. 1. rec.*, *Adden. ad Gregor. dec. 489. n. 27.*, cum aliis *in dec. 270. n. 12. & ſeq. par. 11.*

Secundus caſus eſt, quando, eadem expreſſa prohibitione legitimæ iniuncta, filius, ultra

tra ſimplicem aditionem hæreditatis, ex-
preſſe Paternum approbat Teſtamentum, &
22 tunc pariformiter pleniori calculo firmatur
in praxi, quod generalis approbatio minime
ſufficiat, ſed exigatur vel aperta declaratio
acceptandi etiam onus ſuper legitima impo-
ſitum, vel ſaltem ſpecifica acceptatio cum
verbis præſeferentibus implicitam, ac indi-
vidualem approbationem omnium in Teſta-
mento contentorum, ſcilicet, *in omnibus &
per omnia*, vel denique deſideretur poſitiva
acceptatio eius partis, ſeu Capituli Teſta-
menti, in quo clauditur einſdem legitimæ
prohibitio, ut diſtinguendo videre eſt apud
*Pariſ. conſ.1. n.45. & n.104. lib.3. Mant. de
conject. lib.7. tit.8. n.11. verſ. item Peregr. de
fideicom. dicto art.36. n.88. et 89., Fuſar. de
ſubſtit. dicta qu.296. ex n.91. uſque ad 99. Rot.
dec.175. n.3. & 4.* juncto principio *par.8. re-
cen. Gratian. d. diſcept.684. n.23.* juncto *d. n.
20., Merlin. de legit. lib.3. tit.2. q.9. n.34. &
35., Card. de Luc. dicto diſc.17 n.4. verſ. niſi
acceptatio, & diſc.18. n.8. de legit. Rot. cor.
Eminentiſs. Ottbob. dec.100. n.6. & ſeqq. & de-
ciſ.509. n.4. & 5. cor. Dunoz. Jun.*

Tertius pariter eſt caſus, quoties Pater
per viam legati particularia bona reliquit
filio, præcipiendo, quod niſi vellet eadem
bona ſibi legata reſtituere, ſeu talis Fideicom-
miſſi onere gravata acceptare, propriam
dumtaxat deſumeret legitimam, & in his
23 terminis, quia filius tanti videtur æſtimaſſe
legata ſibi relicta, juxta aliquorum, & forte
non improbabilem ſententiam, data acce-
ptatione filii, nequit amplius de legitimæ de-
tractione perangi, ex prænotatis penes *Pere-
grin. de fideic. d. art.36. n.97., Fuſar. de ſub-
ſtit. d. qu.296. ex n.56. uſque ad 64. Caſtill.
contr. lib.5. cap.107. n.64. verſ. convenit*, cum
cæteris infra laudandis *ſub §. Sublata*.

Quartus eſt caſus, ubi adamuſſim impleta
præfata Cauthela *Socein. in conſ.122. l.1.* ſeu
potius *Durantis de art. teſtan. tit.6. caut.31. n.
6.* Pater expreſſe prohibendo detractionem
legitimæ, ſeu Fideicommiſſum explicite
etiam ſuper ipſa legitima ordinando, tribuat
electionem filio, an malit aſſequi univerſam
hæreditatem, cum præfato gravamine reſti-
tuendi purificata conditione Fideicommiſſi
etiam legitimam, ſive potius detrahere nu-
dam legitimam, in qua tunc cenſeretur in-
24 ſtitutus, & reliqua bona incontinenti reſti-
tuere Subſtitutis, & in hoc caſu licet non
deſint acerrimi adverſæ ſententiæ propugna-
tores, ut patet ex *Andreol. cont.250. ex n.8.
cum plur. ſeqq.* & advertit *Card. de Luc. d. diſc.
17. de legit. n.5. verſ. & tunc, Cyriac. contr.48.
n.10. Fuſar. de ſubſtit. d. qu.296. n.64.* Atta-
men communius invaluit opinio, quod filius
25 acceptando hæreditatem nequeat legitimā
retinere, ex communiter firmatis per *Pere-
gr. de fideic. art.36. n.32., Ciroc. diſcept.4. n.
ult. Rot. cor. Carill. dec.141. 167. & 223., &
cor. Arguell. dec.66. & dec.509. cor. Dunoz.
Jun., & dec.218. par.8. & dec.235. n.5. cor.
Card. Celſ.*, & alibi millies *Card. de Luc. d.
diſc.17. n.2. & diſc.18. n.5. de legit.*

Idque ſub gemina, eaque ſatis perſtrin-
26 genti ratione, nimirum, & quod illa pote-
ſtas, quæ Patri deeſſet in onerando filium ſu-
per legitima, firmetur ex aſſenſu, & volun-
tate ejuſdem filii, cui liberum erat legiti-
mam habere præcipuam, cæteraque bona
27 reſpuere, quodque dum Pater utique vale-
bat relicta filio legitima ad ſui libitum de
reliquo Aſſe diſponere, relinquendo idcirco
uberiorem bonorum quantitatem, poſuiſſe
dicatur in electione filii alterutrum accipe-
re, ac conſequenter dum filius bene conſcius
iſtius alternativæ unam partem acceptavit,
nequit alteram incompatibilem amplius præ-
tendere, aut retinere, ſicuti fundamentali-
ter expendendo efficaciam præfatæ Cauthelę
monuerunt *Odd. d. conſ.63. n.24. verſ. quia
præſens, & n.25. lib.1., Andreol. dicta contr.
250. n.2. & ſeqq., Giovagn. reſponſ.1. n.5. &
ſeqq. lib.2., Bonden. collect.9. n.147. verſ. etſi
etenim, & verſ. nihilominus, Torr. de pact. fut.
ſucceſſ. lib.2. cap.33. n.141. & 142.*

Quintus denique caſus eſt, quando Teſta-
tor expreſſe non ſuppoſuit gravamini reſti-
tuendi ipſam legitimam, ſed inſtituendo fi-
lium hæredem, eidem prohibuit alienatio-
nem omnium bonorum, mandavitque per
verba univerſalia totum complectentia, hæ-
reditatem, ſeu bona integre reſtitui, & ſine
aliqua diminutione, cum ſimilibus Clauſu-
lis, & amplitudinibus, tuncque quamvis
nonnulli inferius allegandi oppinati fuerint,
virtualiter, ac perneceſſe ſub hac formula
diſponendi cenſeri incluſam legitimam, cu-
jus detractio operaretur, quod bona cum
diminutione, & non integre reſtituerentur,
unde poſita de cætero acceptatione Teſta-
menti in omnibus, & per omnia, reſultet vo-
luntarium filii impedimentum circa detra-
ctionem ipſius legitimæ: Nihilominus cre-
28 bior, æquior, ac validior ſententia eſt, quod
per hanc poſitivam acceptationem filius mi-
nime dicatur excluſus a detractione legiti-
mæ, ex his, quæ bene, & punctualiter com-
probarunt *Mant. de conject. lib.7. tit.8. ex n.3.
uſque ad 12., Peregr. de fideic. d. art.36. n.83.
verſ. ſed bonum opinio*, egregie *Menoch. lib.4.
præſ.196. n.20. & ſeqq. Fuſar. de ſubſtit. dicta
qu.296. n.28.*, ubi innumeros adducit, *& ex
num.107.*, ubi quod non ſufficit prohibere
alienationem in toto, vel in parte, *Caſtill.
contr. lib.5. d. cap.107. n.75. verſ. ſecundus ca-
ſus eſt, Manſ. conſult.122. ex n.11. verſ. hæc
tamen, & n.12. Merlin. de legit. lib.3. tit.2.,
qu.9. num.2. & ſeqq., Card. de Luc. de legit.
diſc.18. n.4.*

Et ratio iſtius opinionis emicat undequa-
que

que plana, & palpabilis; Quoniam per acce-
29 ptationem Teſtamenti factam a filio dici nequit, quod major exoriatur virtus, & efficacia, quam in ipſo contineretur Teſtamento, cum quælibet confirmatio, & approbatio tribuat quidem robur, & validitatem in his, quæ pendent a poteſtate approbantis, & de cetero inſunt actui approbato, ſed non quod exinde ſubextendatur, & amplietur idem actus approbatus ultra id, quod in ſe continet: proindeque dum in Teſtamento nulla noſcitur facta mentio legitimæ, cenſetur etiam, quod Pater conformando ſe diſpoſitioni legis noluerit illam oneri reſtitutionis
30 ſubiicere, maxime, quia eadem legitima, tanquam æs alienum, & naturale ſubſidium, præſumitur exiſtere extra patrimonium Patris, ideoque niſi iſte legitimam litteraliter expreſſerit, ac gravaverit, ex defectu intentionis exiſtimetur illa ſemper excepta ab univerſalitate, & prægnantia diſpoſitionis, ſicuti egregie proſequuntur *Mant. de conject. lib.7. tit.8. ex n.4. cum plurib. ſeqq. Peregr. de fideic. art.36. ex n.81.* & ſignanter *n.83. verſ. ſed horum opinio, Menoch. d. præſ.196. n.22. lib. 4.*, *Fuſar. de ſubſtit. d. qu.296. ex dicto n.28. uſque ad 35. Manſ. d. conſult.122. n.12. verſ. quia in dubio, Merlin. de legit. dict. lib.3. tit.2. qu.9. n.8. & ſeqq.*, & rurſus *n.11. cum ſeqq.*

Haud refragante, quod regulariter eadem ſoleat eſſe virtus taciti, ac expreſſi; quia quidquid dicendum fore, ut infra, ſi ageremus de aliqua ordinatione ſuper legitima filio favorabili, quando tamen (prout hic)
31 pertractatur de gravamine filio præjudiciali, & oneroſo, ſuperabundat, quod verſari dicamur in dubio, quodque verba duplicem intellectum pati poſſint, ad hoc, ut Teſtator exiſtimetur, noluiſſe vinculare legitimam, teſte in his præciſis terminis eodem *Peregr. d. art.36. n.83. verſ. ſed horum opinio, Fuſar. d. q.296. n.40. & 43., Caſtill. contr. d. lib.5. cap.107. n.75. verſ. ſecundus caſus.*

Quæ omnia fortius incaleſcunt, ponderando, quod cum ex ſectatoribus *Durantis*
32 *& Soccini*, intantum ſufficiens indicetur memorata Cauthela, inquantum poteſtas in Teſtatore deficiens fulcitur, vireſque deſumit a voluntate, & aſſenſu filii, qui unam partem alternativæ alteri incompatibilem prælegit, ut reſpondendo *Text. in l. Sejus, & Augerius, ff. ad l. facild.* prçter ſupra allegatos firmarunt relati per *Cyriac. contr.148. n.11. & 54. Card. de Luc. d. diſc.17. n.7. de legit.* perneceſſe ſequitur, quod non ſola, ac per arbitrarias conjecturas elicita intentio Teſtatoris circa compræhenſionē legitimæ arguatur, ſpecteturque, ſed copulative requiratur
33 intentio, & clara voluntas ejuſdem filii approbantis paternam diſpoſitionem, quæ de Jure in ſibi præjudicialibus non præſumitur, ut in individuo egregie diſtinguendo obſervat *Merlin. de legit. d. lib.3. tit.2. qu.9. n.1. in princ. & ſeq.*, ubi quod ſimul ſtare poteſt, quod reſpectu Teſtatoris cenſeri poſſit incluſa legitima in tali diſpoſitione, ſed quod filium non dicatur approbatio continere legitimam, niſi ſpacialiter exprimatur, *Palm. Nepos alleg.17. n.14.* & regulare eſt, quod in
34 omni Contractu, in quo duorum exigatur conſenſus, non ſufficit unius tantum Patris interveniſſe, vel intervenire potuiſſe, ad *Text. in l. non ſolum, ff. de act. & oblig. & in l. ſi ego ibique Bart. n.2. ff. ſi cert. pet.* cum concord. per *Rot. cor. Mant. dec.266. n.7., & dec.317. n.30. par.18. rec.*

Præmiſſa itaque iſtorum caſuum diſtinctione, neglectiſque ad evitandam ſuperfluitatem cæteris, qui poſſent conſiderari, utpote extraneis a noſtra Theſi, & applicando ad rem, de qua eſt queſtio, parum juvat pro deſtruenda ab initio firmata regula deductioni legitimæ favorabili non obſtante reciproco fideicommiſſo, quod Senator Julius infra terminum duorum Menſium præceperit acceptari eius Teſtamentum, quodque contravenientes de prima ad ultimam lineam cenſerentur in ſola legitima inſtituti,
35 ideoque cum Laurentius ipſum Teſtamentum profeſſus fuerit acceptare *in omnibus, & per omnia*, iſta acceptatio habeat vim ſpecialis expreſſionis etiam quoad legitimam: Id namque bene congrueret, quotieſcumque
36 in Teſtamento expreſſe legeretur prohibita legitima, quales ſunt caſus, de quibus peragit *Rot. cor. Arguell. dec.66. & cor. Eminentiſſ. Ottbobon. dec.100. & dec.235. cor. Card. Celſ.* cum cæteris omnibus ſupra recenſitis in ſecundo caſu.

At in præſenti nullibi conſtat per expreſſa verba, quod Teſtator legitimam gravamini ſuppoſuerit; quamobrem cum illa de ſui na-
37 tura individualem mentionem expoſcat, ut præter ſupra congeſtos dixit *Merlin. de legit. lib.3. tit.2. q.7. n.3. & 4. & qu.9. n.7.* & generaliter *Rouden. conſ.28. n.23. lib.2.*, *Fontanell. dec.350. n.31.*, *Rot. dec.269. num.13. par.11. rec. & dec.181. n.16. par.14.*; *& in Romana Donationis 26. Junii 1680. §. Ex qualitate enim, & 9. Decembr. ejuſd. Anni §.2. cor. Card. Vicecomite, & in Cavaillicen. legit. 19. Febr.1680. §. fin. cor. Albergato*, confirmata *11. Decembr.1682. cor. Hervault §. Non obſtat*, & Teſtator ejus expreſſionem ommittendo cenſeatur noluiſſe ad formam legis illam amplecti ſub quavis verborum amplitudine, quinimo ipſamet legitima per Juris intellectum non reputetur incluſa in bonis, &
38 patrimonio Teſtatoris, inferri proinde non valet, quod per omnimodam acceptationem Teſtamenti cenſeri debeat inducta renunciatio legitime, quam non præſumitur ipſemet Teſtator deſideraſſe, ex ſupra relatis in §. *Et ratio*, quibus addimus *Magan. dec. Luceu.85.*

ex

*ex n.8.cum plurib.ſeq.* & ſignantèr *n.10.* & *11.*
Ejuſdemque irrelevantiæ dignoſcitur præ-
tenſa uſurpatio formulæ, ſeù Cauthelæ *Du-
ran.*, ſeù *Soccin.* Quia ut eadem Cauthela cen-
39 ſeatur adhibita, operæ pretium eſt, ut ex-
preſsè ſub alternativa ipſa legitima dignoſ-
catur gravata, ut patet ex verbis ejuſdem
*Durant. dicto tit.6. cauth.31.n.6.* ibi = *ſed ut in
reſtitutione hæreditatis legitimæ detractio ceſſet,
remedium eſt, quod Teſtator roget filium etiam
legitimam reſtituere, adiiciendo, quod ſi onere fi-
deicommiſſi filius non ſit contentus, tunc intelli-
gatur, & ſit tantùm in legitima inſtitutus, & in
reſiduo inſtituat, atque ſubſtituat, quos per fidei-
commiſſum ſubſtituere proponebat* = deindeque
paulò poſt reſpondendo ad *Decium*, & *Pariſ.*
deſiderantes ſpecialem, ideſt expreſſam appro-
bationem quoad legitimam, hæc ait = *Nam re-
ſpondetur, quod illud poteſt procedere, quando Te-
ſtator non rogaſſet filium expreſsè reſtituere le-
40 gitimam Subſtituto*; quodque ad hoc, ut eadem
Cauthela dicatur ſervata, neceſſaria ſit litte-
ralis expreſſio legitimæ in ipſo gravamine
ſubſtitutionis, in individuo docuerunt *Coſt. de
ſcient. & ignor. cent.2 diſt.58.n.3. verſ. diſtin-
guentis, & n.4. Andreol. d. contr.250. num.65.
Manſ. d. conſult.122. n.13.*, ubi eadem verba
*Durantis* per extenſum regiſtravit, *Merlin. de
legit. d. lib.3. tit.2. quæſt.7. n.9. verſ. & ſic, Palm.
Nepos alleg.17. n.13.* & clariùs viden. *alleg.183.
n.26. lib.2.*, *Rot. deciſ.167. n.16. verſ. deinde, &
n.17. poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ.*, *idem Torr.
eod. tract. lib.2. cap.33. n.141. & 142. & n.165.
verſ. in noſtro caſu.*

Certiùs autem, quia optimè congruit, imò,
ſi unquam verificabilis eſt animadverſio *Pe-
regrini*, & cæterorum, ut ſuprà, quod ſuffi-
ciat, nos in dubio verſari, an Teſtator ſub
amplitudine verborum compræhendere in-
tellexerit ipſam legitimam, profectò meliùs
adaptari nequit, quàm in præſenti, ubi Sena-
tor inſtitutis filiis pro inæquali portione juſſit,
quod taciti, & quieti ſtare deberent = *alle por-
zioni aſsegnate alli medeſimi doppo l'iſtituzione
degl'Eredi ſenza poter l'uno contro l'altro pre-
tendere ſopra detti beni, & effetti coſ'alcuna,
etiam per cauſa di qualunque fidecommiſſo purifi-
cato, e da purificarſi &c. e generalmente per qual-
ſivoglia cauſa, ò dependenza, niuna eccettuata,
volendo, & intendendo, che li detti Sig. Lorenzo,
e Marcheſe Orazio &c. dentro due Meſi dal dì
della morte del Sig. Teſtatore per publico Iſtro-
mento &c. accettino liberamente il preſente ſuo
Teſtamento &c. con rinunziare ſpecialmente a
qualunque ragione, & azzione, ò pretenzione, che
l'uno di loro poteſſe havere, e conſeguire contro la
porzione, e porzioni aſſegnate nella parte, e parti
ſuddette &c. e ſe alcuno di detti Signori Loren-
zo &c. non accettarà liberamente il preſente ſuo
Teſtamento, e tutta il contenuta in quello dalla
prima linea ſino all'ultima, e non prometterà li-
beramente l'oſſervanza del diſpoſto &c. in tal ca-
ſo privo, e priva quel tale &c. iſtituenda quel ta-
le nella pura, e ſola legitima di ragione dovuta-
li &c.* Ac propterea & quis non videt, quod
adeo ſedula ordinatio acceptationis Teſta-
menti, & ſpecies Cauthelæ *Durant.* ſeu *Soccin.*
præciſè ferit timorem quemdam, ne filii inter
ſe ob inæqualitatem forte ſervatam judiciali-
ter dimicarent, vellentque ſciendere portio-
nes, detrahendo antiqua fideicommiſſa, ideo-
que dum & privatio hæreditatis, & inſtitutio
in legitima ocùlariter refertur ad alios effe-
ctus, & contraventiones, fieri nequit extenſio
ad detentionem legitimæ: Abſque eo, quod
41 refragetur *Surd. de alim. tit.2. qu.15. n.187. in
fin. & n. 188.* quaſi quod ſufficiat quomodoli-
bet factam eſſe mentionem legitimæ, nam il-
la, ut præmiſimus, neceſſaria eſt, quando Te-
ſtator intelligit eamdem ſubiicere fideicom-
miſſo, non vero quando in caſu expreſſarum
contraventionum adiicitur pro ſalvanda
exhæredatione, ſeu privatione hæreditatis,
ac de facto *Surd.* ibidem repetendo ab eo fir-
mata *in conſ.215. n.16., & ſeqq.* explicite fir-
mavit deſiderari, quod Teſtator declaret,
*velle ſe, quod onus includat etiam legitimam*,
alias poſt *luſ. Aretin.* & ſemetipſum fatetur,
quod ubi in gravamine facta non eſt mentio
de legitima, non videtur Teſtator voluiſſe
eam includere; & in individuo, quod mentio
42 legitimæ non ſufficiat, ſi non fuerit facta in
ejus prohibitione, ſed dumtaxat in caſu, quo
fuerit relicta, ubi unus alterum moleſtaret,
*Palm. Nepos dicta alleg.183. num.25. lib.2.* &
conſonat etiam *Rot. dec.449. n.2. par.1. rec.
Card. de Luc. de legit. diſc.37. ſub n.3. verſ.
quoniam cum ſeqq.*

Neque dicatur, quod cum in inferiori-
bus, & ſubſequentibus Teſtamenti partibus
Teſtator prohibuerit alienationem, quod-
que magis eſt, interdixerit quoque quam-
cumque detractionem tam Falcidiæ, quam
Trebellianicæ, quæ de Jure ipſis competeret,
videatur idcirco ſub hac loquendi formula
compræhendere voluiſſe ipſam quoque le-
gitimam: Jam enim diximus, iterumque
43 repetimus, quod ad effectum, ut tam acce-
ptatio facta de omnibus Teſtamenti parti-
bus, quam robur, & efficacia Cauthelæ *Du-
rant.* prætenſum operetur effectum, neceſſe
eſt, quod non ſubintellecta, vel tacita, ſed
expreſſa, & litteralis mentio fiat de legitima;
quin potius, obiectum retorquendo, juvat
reflectere, quod quemadmodum adeo clare
44 vetuit detractionem Falcidiæ, & Trebellia-
nicæ, ita pariter uno verbo ſciviſſet legiti-
mam quoque exprimere, & prohibere, ſi vo-
luiſſet, ſicuti in proximis rèſponderunt *Zan-
ch. in l. hæredes mei, §. Cum ita n.77. & ſeqq. ff.
ad Trebell.*, *Odd. conſ.90. n.15.*, *Honded. conſ.
69. n.21. lib.2.*, *Rot. deciſ.114. n.18. par.13.
recent.*, & *deciſ.186. n.6. par.17.* & frequen-
ter alibi.

Eoque

Digitized by Google

Eoque certius, quia quidquid ad alium
effectum, & ſine ulla *Authoritate*, aut ratio-
ne dixerit *Rot.deciſ.79.n.27.par.13.* illa ver-
45 ba = *ne ſure altra detrazzione, che di ragione a
loro ſi competeſſe*, redduntur proculdubio ve-
rificabilia in cæteris detractionibus, & ſignan-
ter in illis, de quibus meminit idem Teſta-
tor, nempe, *di qualunque Fideicommiſſo puri-
ficato, o da purificarſi*; quidquid enim ſit, an
detractio antiquioris Fideicommiſſi compu-
tari mereatur in ſphæra legalium detractio-
num, ſufficit ad includendam poſſibilitatem
verificationis in hac detractione Fideicom-
miſſorum. quod de Jure ab hærede gravato
46 fieri valeat hujuſmodi detractio Fideicom-
miſſi antiqui, niſi, prout hic, appareat de
clara, expreſſa voluntate, ex *Soccin.Sen.conſ.
44. num.1. in fin.& ſeqq. lib.3., Pariſ.conſ.31.
n.53.lib.2., Menoch.de præſumpt.lib.4.præſ.197.
n.15., Adden. ad Gregor. dec.421. ſub n.15.
verſ hinc eſt*: Non enim Teſtator dixit, quod
prohibebat detractiones legales, vel detra-
ctiones a Jure conceſſas, ſed detractiones, *che
di ragione a loro ſi competeſſero*; Unde cum
denegari nequeat, quin *di ragione*, ſive de Ju-
ſtitia, aut de jure competat gravato deductio
antiquioris Fideicommiſſi, ſatis in illo verifi-
catur præfata prohibitio, & per conſequens
47 data poſſibilitate verificationis in alio, quam
in legitima, non intrare ejus compræhen-
ſionem, adnotarunt ſuperius adducti *Pere-
grin., Fuſar., Caſtill*, aliique fruſtra ite-
rum tranſcribendi: & in longe fortioribus,
in ipſa ſcilicet Trebellianica receptum ha-
bemus, quod etſi illa, (quod ſecus eſt in le-
gitima) poſſit nedum expreſſe, ſed etiam
tacite prohiberi; nihilominus quando ver-
48 ba poſſunt ad alium ſenſum deflecti, nun-
quam inducuntur pro arguenda Trebellia-
nicæ prohibitione, ad late cumulata per
*Bellon.de Iur.accreſ.cap.6. quæſt.15. num.13.,
Cancer. par.3. var. cap.2. n.102., Calval. de
utraque Quart. par.2. num.71., Rot. cor. Pæn.
dec.1043. n.4.& ſeqq., & cor.Coccin.dec.1634.
n.6., & in rec. dec.203. n.6. par.4., & dec.279.
n.6. par.14., & in Spoletana Hæreditatis de
Ranaldis 8. Aprilis 1680. §. Neutra ex his,
coram Matthæjo*.

Cæterum non leve æquivocum capi vide-
tur ſuper indagine, an, & quando per ſub-
intellectam, vel virtualem verborum com-
prahenſionem incluſa in aliqua prohibitio-
ne cenſeri poſſit legitima; quia punctus ſtat,
utrum conjecturata, & virtualis incluſio le-
gitimæ ſufficiat, ad hoc, ut filius approban-
do Patris teſtamentum, vel juxta Cauthelam
*Durant.* eligendo unam ex duabus alternati-
vis voluerit ex proprio conſenſu concurre-
re cum intentione Teſtatoris, & hos termi-
nos percutere deberent *Doctrinæ*, quæ cir-
cumferuntur., ſicuti e converſo emicat ex
hucuſque pro hac Parte cumulatis, ſub ea
ratione, quod agitur de gravamine odioſo,
& non favorabili, alias namque ſi vellemus
conſarcinare *Doctrinas* legitimæ compræhen-
ſionem in quibuſdam caſibus inducentes,
exuberaret, quod ſimpliciter Teſtator pro-
49 hibuiſſet alienationem, nam quando filius
delinquit, & quaſi contrahit cum Fiſco, ad
effectum, ne legitima ſubjaceat Confiſca-
tioni, ſufficienter illa dicitur in prohibitio-
ne alienationis compræhenſa, ut habetur pe-
nes *Cæphal.conſ.682.n.16., Paucirol.conſ.182.
n.6., Farinacc. conſ.173. num.7. & 8. Fuſar. de
ſubſtit. qu.296. ex n.7., Merlin. de legit.lib.3.
tit.1. qu.32. n.5. verſ. limitatur ſexto, Maſſin.
de Confiſc. qu.28. n.30. & ſeqq., Rot. dec.635.
n.4. par.4. tom.3. rec., Card. de Luc.de Regal.
diſcurſ.160. n.16. & ſeqq.*

Atque hinc ſtricte caſum noſtrum truti-
nando, videamus, an contra noſtras *Doctri-
nas* adeo limpidas, ac poſcentes litteralem,
& expreſſam prohibitionem legitimæ, ullæ
congerantur *Authoritates*; Et ſane præter-
mittendo *Soccin.*, qui cum Cauthela *Durant.*
50 fraternizat, *Sand. in conſ.412.* in primis *ex
n.24. uſque ad* 27. apertiſſime profitetur, quod
niſi expreſſa accedat prohibitio legitime, ac-
ceptatio filii non nocet, & *ſub num.28. 29.
& 30*, hoc themate retento, quod conſtet in
Teſtamento de expreſſa prohibitione legi-
timæ, ait, quod ſi in omnibus, & per omnia
filius Teſtamentum approbaverit, dicatur
abunde conſentiiſſe, quod & nos ultro con-
ceſſimus in ſecunda figuratione caſus, qui-
nimo *ex n.45. verſ.non obſtante, uſque ad fin.*,
pro excluſione Fiſci contentatur nuda pro-
hibitione alienationis, & præcepto, quod
bona reſtituantur ſine diminutione: In *tract.*
vero *de alim.* jam vidimus ſupra, quod indivi-
dualiter dicat, & *ſub tit.9. quæſt.15. num.13.
& 16.* extraneos terminos percutit renun-
ciationis.
51 *Cæphal. in conſ.272. n.142. & 143.*, qui in
idipſum adducit *Rub. Alex. in conſ.43. n.13.*,
ultra quod de facili poſſet proſterni obſer-
vando, quod audet inducere ſufficientem
approbationem filii per ſimplicem aditio-
nem, quando, etiamſi expreſſa intercederet
prohibitio legitimæ, id ſatis non eſſet, ex ſu-
pra firmatis in primo caſu; adhuc explicite
noſcitur reprobatus apud *Menoch. de præſum-
pt.lib.4.præſ.196.n.22., Fuſar. de ſubſtit.quæſt.
296.n.35., Manſ.conſult.122.n.12., Merlin. de
legit. lib.3. tit.2.quæſt.9.n.5., Mant.de conject.
lib.7.tit.8.n.3. cum pluribus ſeqq., Peregrin. de
fideic.art.36. ſub n.33. verſ.ſed horum opinio*:
52 Unde videamus quæſo, quæ ratio poſſit ha-
beri de *Malvaſ.in conſ.117. ſub n.3. verſ. quod
ſi Pater, Nattam, & Cæphalum* inſequente,
dum in adeo inſignibus *Tractatibus* ad verita-
tem, non autem ad opportunitatem Clien-
tis exaratis, apparet refutatus, & maxime
quia in caſu *Malvaſiæ* expreſſe erat prohibita
legi-

Digitized by Google

legitima, ut conſtat *in princ. verſ. nam cum*, *& num.1. circa fin. verſ. tamen*, ſolumque ad
ornatum, & in quandam exuberantiam do-
ctrinam *Cæphali* laudavit.
53 *Menoc. in conſ.* 1141., non merebatur alle-
gari, quia ſubſtentare conatur doctrinam
*Cuman. in l. cohærendi, §. Cum filio n.2. ff. de
vulgar. & pupill. & in conſ* 25. volentis, quod
ubi Teſtator filio reliquit bona pluſquam ip-
ſa legitima importaret, & virtualiter grava-
verit ipſam legitimam, ſufficiat ſimplex ac-
ceptatio Teſtamenti, quando, etſi expreſſe
prohibuiſſet legitimam, & filius ſimpliciter
acceptaſſet Teſtamentum, hujuſmodi acce-
ptatio non relevaret pro impedienda detra-
ctione legitimæ, ex collectis ſupra in primo
caſu; Et quod doctrina *Cumani* ſit commu-
niter repprobata, & erronea, plene compro-
bat *Torr. de pact. fut. ſucceſſ. li.2. cap.33. n.158.
& ſeq.*, *Card. de Luc. diſc.17. n.3. de legit.*,
ubi de *Rotæ* incocuſſa opinione teſtatur.
54 *Franciſc.* autem *Palm conſult.61. ex n.45.
& 46.* præterquam agnoſcit *ſub n.47.*, quod
iſte caſus non tranſit ſine difficultate, ob de-
ciſa *in Urbevetana Legati cor. Bichio*, adhuc
ipſe, & *Fuſar.* ab eodem allegatus *quæſt.241.
ex n.66.*, peragunt de compræhenſione legiti-
mæ filio favorabili, nimium in terminis ſub-
ſtitutionis pupillaris, quæ nil mirum, ſi vir-
55 tualiter compræhendere poſſit eamdem le-
gitimam, dum hujuſmodi gravamen reſpi-
cit commodum filii, cui providet Pater de
hærede ſubſtituendo, ne alias filius decede-
ret inteſtatus; Unde ſi Tutor Pupilli vellet
allegare, onus hoc fore reiiciendum, utique
non audiretur, quia reſpicit incolumitatem
Pupilli, ut per hæc ferme verba, & per *Tex.
in l. ex tribus. C. de inoff. teſtam.* explicat, &
conclamat *Merlin. de legit. lib.3. tit.2. quæſt.4.
n.10.* ſubnectens, quod idcirco ſub directa,
quod magis eſt, ſubſtitutione pupillari Ma-
ter legitima filii privatur, ex traditis per
eundem *dicto lib.3. tit.2. quæſt.14.*, & diſtin-
guendo advertit quoque *Mantica de coniect.
dicto lib.7. tit.8. n.12.*, *Old. conſ.63. ex n.3.*,
& præcipuè *num 8. & ſeqq. lib.1.*
56 Remanet *Magon. dec. Lucen.85.*, & autho-
ritas iſtius almæ Rotæ in illa *Piſana Detractio-
num 18. Mar.* 1680.; Verum *Magon.* non ſom-
niavit excludere filium a legitima, ſed quia
agebatur de hęreditate opulenta, cenſuit,
quod a reliquo Aſſe, non autem a bonis Pri-
mogenituræ ſubjectis legitima foret ſubdu-
cenda, quinimo, ut legitur *ſub n.16.* prote-
ſtatus eſt, quod in effectu, & in ſubſtantia in
nihilo filius prǫjudicabatur, ſed modus tan-
tum illam detrahendi reſtringebatur: In præ-
ſenti autem *Piſana Detractionum* caſus longe
diſtabat a præſenti, cum filii conſentiiſſent
57 oneri in ipſo actu teſtandi: juxta diſtinctio-
nem *Cæphal. in conſ.153. ſub n.81.*, *Fuſar. de
ſubſtit. quæſt.296. n.92. Gomez. var. to.1. cap.11.
n.31. verſ. ſed bis non obſtantibus, ibique Ayllon.
in addit.*, *Rot. dec.167. n.21. & 22. poſt Torr.*,
& alibi frequenter; Ac propterea ſuper eo-
dem motivo aſſenſus ſemper inſiſtendo fate-
tur *§. Quia reſpectu, cum ſeqq.*, quod ſuper
conſimilibus verbis prǫmaxima adeſſet dif-
ficultas, niſi de particularibus bonis agere-
tur, & Pater requirendo conſenſum filiorum
in actu teſtandi, ad alium finem, & effectum,
quam includendi legitimam, expoſcere il-
lum nequiviſſet.

Abſque eo, quod vis fieri poſſit ſuper
Clauſula *omni meliori modo*; Quia præter-
58 quam illa cenſetur appoſita de ſtylo Nota-
rii, ut in memoratis fortioribus terminis
Trebellianicæ dixit poſt *Hond. conſ.45. n.56.
lib.2.*, *Odd. conſ.8. n.23. & ſeqq. lib.1.*, *Eugen.
conſ.6. n.61. lib.1.* & alios *Rot. in Imolen. Præ-
dii 6. Iulii 1653. § Nec ex eo in fin. cor. Alber-
gate*, & individuo legitimæ *Urceol. in Append.
ad conſult.6. n.3. in fin.* Attamen illa quidem
ex ſenſu aliquorum valet efficere, ſeu ſupple-
re defectum exhæredationis, & per æquipol-
lens præſeferre Cauthelam *Duran.* ſeu *Soccin.*
videlicet, quod ipſe filius nolendo approba-
re gravamen ſuper legitima cenſeatur in ipſa
56 inſtitutus, non vero legitimæ prohibitionem
præſeferre, & hoc eſt, quod inquit *Bald. in l.
quoties 13. n.9. & 10. C. de hæred. inſtit.* cum
aliis per *Peregr. de fideic. art.36 n 56.*, *Rot.
dec.342. n.15. par.5. & deciſ.254. n.10. 11. &
ſeqq. par.14.* ubi *ſub num. 8.* patet, quod pœ-
na caduciatis erat injuncta, quoties expreſ-
ſe, *e ſotto la medeſima caducità*, renuerent legi-
timam ad commodum fideicommiſſi relaxa-
re, & clarius *ſub n.15.* ibi = *e ſenza alcuna di-
minuzione, e detrazzione etiam di legitima*; &
conferunt, quæ ſuper dicta Clauſula, & ſu-
per *dicta dec.254. par.14.* alias *in Peruſina ſuc-
ceſſionis cor. Veroſpio*, plene traduntur per
*Palm. Ned. alleg.17. ex n.16.*, *Card. de Luc. de
legit. diſc.18. num.19.* Maxime, quando dicta
60 Clauſula non eſt appoſita cum antecedenti
copula, & ut plene reſpondendo *d. dec.342.
par.5.* firmavit *Urceol. in Append. ad dictam
conſult.6. num.3. verſ. nec pariter*, ubi quod
ita fuit judicatum in *Rot. Bononien.*

Sublata igitur ex præmiſſis magnificata
aptatione Teſtamenti, & congruentia Cau-
thelæ *Durant.*, ſeu *Soccin.*, nullatenus refraga-
tur, quod *Doctores*, & univerſa Chriſtianæ
Reipublicæ Tribunalia firment, quod ſi Pa-
61 ter reliquit filio certa bona, eumque fidei-
commiſſo gravavit, & quatenus nollet illa
bona cum eo gravamine aſſequi, habeat ſo-
lam legitimam, tunc ſane nequeat filius ac-
cipiendo relictum legitimam deducere de fi-
deicommiſſo, juxta magiſtrales *deciſion.175.
par.8.*, & *481. par.9.*, quæ prodierunt *in Ro-
mana fideicommiſſi de Ceulis coram Carillo inter
ſuas deciſ.141. & 223.* Quia, ultra quod in
eidem expreſſa intercedebat prohibitio le-



Digitized by Google

gitimæ, & conſequenter agebatur extra propriam quæſtionem, ut liquet in narratione facti prioris *deciſionis*; Adhuc & iſtas *Doctrinas* nos jam retulimus cum *Peregrin, & Fuſar.* in tertio caſu, qui nimium diſtat ab illo, in quo verſamur, ſiquidem præter ea, quæ in ſubſequenti inſpectione deducentur, jam inter iſtas Partes fuit judicatum, ſeu præſuppoſitum. Me etiam invanum adlaborante, quod fideicommiſſum cenſendum erat univerſale, & per conſequens ſumus extra caſum propoſitæ objectionis; Attamen oporteret animadvertere, quod hoc derivat ex
62 alio fonte, & principio, nempe ratione legati, in quo poteſt apponi gravamen nedum intra, ſed etiam ultra limites emolumenti, ad *Tex. in l. Imperator*, §. *Cum quidam, ibique Bartol. n.1. verſ. venio, ff. de legat.2.*, *Cyriac contr.128. n.72. cum 2. ſeqq.*, *Andreol. contr. 363. n.16. verſ. tamen ſi agnoverit*, *Rot. dec. 81. n.14. poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ.*, & in puncto procedendo cum *dicta l. Imperator*, *Peregrin. de fideic. d. art.36. n.97.*, *Fuſar. de ſubſtit. dicta quæſt.296. n.61. verſ. ratio prima*, *Caſtill. contr. lib.5. cap.107. n.64.* § *Convenit, verſ. & iſta concluſio*; In hoc quippe caſu filius, cui potius, ut præmiſimus, per ſpeciem legati, quam hæreditatis relicta ſunt illa certa bona, vidit, quod Pater ipſa bona eidem reliquit ſub tali onere reſtitutionis, & immediate, niſi tale fideicommiſſum vellet agnoſcere, & pati, eumdem inſtituit in ſola legitima, proindeque dubitare non potuit, quod præ-
63 eligendo unam partem alternativæ cadebat à conſecutione alterius, ſcilicet legitimæ, quemadmodum bene explicat, ſeu ſupponit adducendo *Soccin. in conſ.122. lib.1.* *Mant. de conject. lib.7. tit.8. n.11.*, *Fuſar. d.q.296. n.64. verſ. reſpondetur ſecundo*, *Caſtill. contr. lib.5. dicto cap.107. n.64. dicto §. Convenit*: Sed ad præſens totum eſt in oppoſitum, quia Senator Julius non reliquit certa bona Laurentio cum pacto immediate appoſito, quod agnoſceret fideicommiſſum, illiuſque promitteret reſtitutionem, alias quod ſumeret tantummodo legitimam, ſed hæredem univerſalem inſtituit eundem Laurentium pro tertia parte, voluitque, quod generaliter obſervaret ejus diſpoſitionem; Proindeque quoties vellemus, quod per demandatam approbationem Teſtamenti, & privationem hæreditatis cum inſtitutione in caſu generalis inobſervantiæ in ſola legitima, naſceretur impedimentum retinendi eamdem legitimam, actum foret de tot ſupra cumulatis *Authoritatibus*, quæ volunt, quod non obſtante amplitudine verborum, & injuncto onere reſtitutionis cum dictione *totam, integram, & abſque diminutione* cum ſimilibus, nec ipſe Pater cenſeatur voluiſſe legitimam vinculare, nec ipſe filius eidem per acceptationem Teſtamenti renunciare; Et in hoc revera reſidet totum æquivocum hujus Cauſæ, quia potuit Laurentius adire hæreditatem Patris, ejuſque diſpoſitionem in omnibus, & per omnia approbare ſub juſta credulitate; quod Pater in Teſtamento ei non vetaret deductionem legitimæ, de qua nulla fiebat mentio, quæve de Jure non præſumitur incluſa ſub quocumque verborum apparatu; & generalis injunctio obſervantiæ erat verificabilis in tot caſibus ſpecifice dinumeratis in Teſtamento, quod utique non accidebat in figuratione prædicti caſus apud *Peregrin.*, alioſque antiquiores per ipſum relatos *dicto art.36. ſub n.62.* quia dum Pater ibidem, ut præmiſimus, certa bona volebat ſubiecta eſſe tali fideicommiſſo, alias inſtituebat filium in legitima, nullum cadebat dubium, ſed erat planum, quod legitima eſſet ſuppoſita reſtitutioni: Ad quid enim relinquere legitimam in caſu non acceptationis fideicommiſſi ſuper talibus certis bonis, ſi eadem legitima ſemper, & quandocumque poſt fruitionem temporalem eiuſdem fideicommiſſi, bonorumque reſtitutioni ſubiectorum, libere potuiſſet deduci?

Tantumque abeſt, quod bon. mem. Laurentius intellexerit acceptando hereditatem, & Teſtamentum iuxta ordinationem Patris, quod legitima foret incluſa ſub onere reſtitutionis, quin potius de tempore diviſionis expreſſam emiſit proteſtationem, quod firmaretur ſtatus hereditarius ad effectum perquirendi quantitatem, ſeu quotam legitimæ; Unde cum verſemur in articulo, qui, ut præmiſimus, pendet ab intentione, conſenſu, & approbatione filii, difficile eſt cogitare, quod ipſe ob prædictam acceptationē conſentire intellexerit gravamini, dum de contrario fuit proteſtatus paulo poſt accep-
64 tationem: Voluntas enim non minus ex antecedentibus, quam ex ſubſequentibus colligitur, ut ait *Mant. de conject. lib.6. tit.13. n.1. & ſeqq.*, *Surd. dec.54. n.6.*, *Rot. cor. Coccin. dec.2225. n.7.*, & *dec.84. n.28. coram Cerro*, & paſſim in aliis.

Et ob id ſtante adeo clara intermedia proteſtatione, & declaratione animi, poterat omitti fundamentum, quod in Teſtamento idem Laurentius faſſus fuerit, eius hæreditatem pro maiori parte conſiſtere in pecunia numerata, & Creditis: Quia melius loqui non poterat ad effectum includenti etiam legitimam, cum licet filius adeundo hæreditatem fideicommiſſo gravatam ſibimet ſolviſſe cenſeatur; nihilominus quoties de formali ſeparatione non coſtat, nihil aliud revera Laurentius in eius hæreditate reliquit, quam Credita, dum inter illa adamuſſim, & præ-
65 cipue connumeratur ius detrahendi legitimam, quæ ad inſtar æris alieni deducitur, & efficit, ut filius potius Creditor, quam Dominus dicatur, ex traditis per *Aretin. conſ.156.*

dum

Digitized by Google

cum reliquis apud *Peregrin. de fideic. art.4. n.14. & 15. & d. art.36. n.33. verſ. ubi belliſſime*, *Carpzou. reſponſ.63. n.16. lib.5.*, *Bonden. collect.9. n.151. & ſeq.* cum ſuis nouiſſ. concord.

Conſtito itaque ex præmiſſis de exemptione legitimæ a gravamine fideicommiſſi, ſuperfluum redditur ulteriori replicatione divellere obiectum particularitatis fideicommiſſi, cum ipſum, uti hodie frivolum, & irrelevans, ex abundanti relatum fuerit: Et ſane dum in altera Cauſa inter eaſdem Partes, ac coram eiſdem Judicibus extitit pro universalitate fideicommiſſi reſponſum, &
66 pronunciatum, non poſſunt in præſenti de juſtitia, vel injuſtitia criticari reſolutiones jam editæ, ſed veniunt ſupponendæ abſque alia indagine, vel controverſia, ut paſſim in ſimilibus caſibus reſpondit *Rot. cor. Dunozett. Iun. deciſ.124. n.2. & deciſ.778. n.1.*, & *cor. Bich. deciſ.53. n.5.*, & *in recent. dec.201. n.6. par.17.*, & *dec.160. num.6. par.18.*, *deciſ.134. n.16. & dec.309. n.5. cor. Cerro.*

Maxime quia, licet ignorem, an fuerint deſuper edita Motiva, quæ prædictam canonizationem fideicommiſſi univerſalis manifeſtent, adhuc dubitari pro meo Judicio non valet, quod iſtud fuerit potiſſimum fundamentum adverſæ reſolutionis; Tum quia particulariter ſecunda vice edita per Judicem fuere Dubia ſuper ſola univerſalitate fideicommiſſi; Tum etiam, quia data parti-
67 cularitate ejuſdem fideicommiſſi, expreſſa Jura reſiſtebant; quod legato, vel reſtitutioni ſuppoſito Fundo, Beſtiamina, & Suppellectiles, de quibus agebatur, ſub eodem legato, & reſtitutione includerentur, adverſante cenſura *Text. in l. cum Fundus, ff. de fund. inſtruct.*, *Odd. conſ.30. num.41. cum ſeqq.*, *Mantica de conject. lib.9. tit.2. n.15. & ſeqq.*, *Menoch. de præſumpt. lib.4. præſ.154. num.5. verſ. non etiam.*

At quando per diſcurſum de particularitate, vel univerſalitate fideicommiſſi foret hactenus inquirendum, meæ non videntur eſſe partes hanc inſpectionem, ſeu Provinciam ingredi, quæ jam fuit per Judices degoſtata, & reſoluta, ſolumque ad exuberantiam ſubnectimus, quod particularitas fidei-
68 commiſſi reſpectu Stabilium efficere quidem valet ad ſenſum Partis, quod legitima ſuper illis detrahi nequeat, ſed non quod ipſa deſumenda non ſit ex reliquo Aſſe, ut penes *Magon. d. deciſ. Lucen.85.*, *Fuſar. de ſubſtit. qu. 692. num.21. & ſeqq.* ac per conſequens oportebit iterum involvere ſtatum hæreditarium, & recognoſcere diviſiones: dubitari etenim nequit, quod demptis Stabilibus, reliqua jura, Creditaque, mobilia, & pecuniæ ſatis non ſint pro integra legitima detrahenda, quod ad victoriam iſtius articuli ſuperabundat, ſuppleturus, quatenus oporteret altius perpendere, an conſtito (prout hic) ſuperlative de ſtatu hæreditario, juvet propoſito, quod de proprio teneatur hæres ultra vires cum refuſione ipſius legitimæ, juxta diſputationem habitam in prædicta *Piſana Detractionum*, in qua diſcordia fuerunt Judicantium Vota, dum de cætero *Text. in Authent. de hæred. & falcid. cap.2. §. Sancimus* per illa verba = *& non per ea, quæ forte ſurripiunt, aut malignantur*, ſatis oſtendit, quod cum, ex conceſſis, filius omittens confectionem Inventarii non amittat Trebellianicam, excluſa proinde qualibet præſumptione occultationis, in qua prædictum Jus *Authenticorum* fundatur, per indubitatam, prout hic, firmationem ſtatus hæreditarii neceſſe non ſit, aliud Inventarium extare nedum reſpectu legatariorum, qui cauſam fovent lucrativam, ſed neque etiam quoad Creditores habentes oneroſam, dum ex hac præciſa ratione certitudi-
69 nis ſtatus videmus, quod ubi tractetur de hæreditate Donantis, qui ſibi reſervaverit facultatem teſtandi de certa quantitate, vel de patrimonio Decocti jam ſub Judicis, & Creditorum adminiſtratione pendente, vel denique de Aſſe Mulieris nuptæ, quæ non præſumitur habere alia bona præter dotem, cum ſimilibus, hæres ſimpliciter adiens prædictorum hæreditatem non tenetur ultra illius vires etiam quoad Creditores, ad late firmata per *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.5. gloſ.5. n.47.*, *Hodiern. contr. foren. cap.15.* *Cancer. par.3. var. reſol. tit. de Invent. n.113.*, *de Marin. reſol.11. lib.2.*, *Gizzarell. deciſ.56.*, *Carol. Ant. de Luc. ad Franch. dec.536. n.6. verſ. Adverte*, & in terminis legitimæ *Rot. cor. Royas dec.428. n.5. & 6.* cum aliis *in Melevitana fideicomm. 5. Decemb. 1670. cor. Emerix*, *impreſſ. deciſ.179. num.8. poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ.*

*Subſequitur ſecundum Reſponſum per Me in eadem Cauſa exaratum*. Optimæ, & citra aſſentationem pro meo Judicio judicioſæ ſunt Dubitationes, quæ a D. Auditore, & relatore promoventur in hac Cauſa; eæque in ſubſtantia ad tria capita reducuntur, nimirum; primo, an ad effectum validandi prohibitionem legitimæ, vel includendi eam ſub injuncto onere reſtitutionis requiratur ſpecifica, & individua mentio ejuſdem legitimæ, ſive etiam ſufficiant verba generalia, aliaque, quæ concludenter oſtendant, talem fuiſſe intentionem Teſtatoris, maxime quoties idem Teſtator plus filio reliquit, quam importaret ipſa legitima; Secundo, utrum in concreto verba per noſtrum Teſtatorem adiecta in Teſtamento, de quo agitur, revera ſint talia, ex quibus perneceſſe convincatur, Teſtatorem voluiſſe legitimæ prohibere detractionem, ſive eam includi ſub fideicommiſſo; Tertio denique, an dato quod verba poſſint talem intellectum prohibendi, & reſpective includendi legitimam

præſeferre in ſenſu Judicantis, ſufficiant ta-
men ad inducendum in filio conſenſum gra-
vamini impoſito ſuper legitima, vel e con-
verſo pro excluſione ejuſdem conſenſus ſa-
tis exiſtat, filium, qui Paternam diſpoſitio-
nem approbavit, potuiſſe dubitare de inclu-
ſione, & ſuppoſitione legitimæ.

Quatenus igitur ad primam pertinet in-
ſpectionem, quia nimirum agitur de inten-
tione, & voluntate unius tantummodo Par-
tis, nempe Teſtatoris, poſſemus ultro conce-
dere, quod neceſſe non ſit litteris rotundis
prohibere detractionem legitimæ, præcipue,
quia dum filius non fraudatur legitima por-
tione, ſed in longe ſuperexcedente quanti-
tate legitur inſtitutus, ceſſat fragor obſtre-
pentium, legitimam reiicere a ſe quodcum-
que gravamen, juxta notiſſimos *Text. in l.
ſcimus, & in l.omnimodo. C.de inoff. Teſtam.*;
prout etiam poſſemus concedere, quod Cau-
thela, communiter attributa *Soccino*, non ſit
forma, ut ita dicam, Sacramentalis, cum qua
neceſſario Teſtator debeat mentem ſuam
70 expandere, nos etenim (ſi licet tranſcribere
verba *Baitell.dec.ult.volunt.39 ſub n.29.§. Ad
quartum*) *non ambigimus, quin Pater poſſit filios
in legitima gravare, quando plus relinquit, eſt
enim in arbitrio filiorum, vel legitimam velle,
vel illud plus acceptare: Verum aſſeveramus,
non omnia verba huic prohibitioni inſervire, ſed
ea tantummodo, quæ ſunt clara, quia privare
aliquem jure ſuo eſt odioſum, & in odioſis ſit
ſtrictiſſima interpretatio, ſemperque ad excluſio-
71 nem amiſſionis ſui Iuris*: & quod jus legitimæ,
tanquam ſingulare, ſub quacumque generali
diſpoſitione minime includatur, eo quod le-
gitima non detrahitur ſecundum voluntatem
Teſtatoris, ſed contra, ac etiam ex eo, quod
voluntas Teſtatoris non trahitur ad ea, quæ
ipſe non poteſt, docet *Peregrin.* adamuſſim
agens de filio etiam hærede inſtituto *in con-
ſult.68. ex n.9. verſ. quovero*, & ſignanter *ſub
n.11.§.Sed iſta lib.1.& in tract.de fideic.art.36.
ex n.81.*, & præſertim *ſub n.83.verſ.ſed horum
opinio non eſt tuta*; eoſdemque terminos per-
cutit *Surd. de Alim. tit.2. queſt.15.ſub.n.187.
verſ. quia Pater, & num.188.*, ubi dicit, quod
quando non eſt facta mentio de ipſa legiti-
ma, Pater non videtur illam includere vo-
luiſſe, ex *conſ. Aretin.19. n.2.*, cum aliis ab
eo relatis *in conſ.215. num.1.*, & cæteri mox
recenſendi.

Et ob id poſſumus pariformiter admitte-
re, quod (ut ab initio diſertiſſimarum Du-
bitationum obſervatur) cujuſcumque men-
72 tis conceptus, juxta Doctrinam *Bart. in l.1.
num.5. & ſeqq. ff. de vulg. & pupill.*, exprimi
valeat per modum tam generalem, quam
ſpecialem, quam denique ſingularem, quod-
73 que ſufficiens, & congrua ſemper reputetur
expreſſio, quæ, ſive ſpecialis, ſive generalis,
animum tamen loquentis clare patefacit;

Sed quatenus attinet poſtea ad rem noſtram,
ſtante odioſitate prædicta, & rationibus ſu-
perius expenſis, in ſubſtantia *Doctores* omnes
(exceptis, ſi qui ſunt, pauciſſimis) conve-
niunt, quod quia difficile eſt formulam ge-
neralem, vel ſpecialem adinvenire, quæ cla-
re, ut requiritur, manifeſtet hanc Teſtatoris
74 voluntatem diſponendi de re, de qua non
poteſt, finaliter oporteat, Teſtatorem ſpe-
cialiter legitimam prohibere, ut late præ-
miſſis eiſdem rationibus determinat viden.
*Card. Mant. de tacit. lib.7. tit.8. ex n.3. cum ſeq.*
& præcipue *ſub n.11.*, *Manſ. conſult.122. ex
num.11. verſ. hæc tamen*, *Merlin. de legit. lib.3.
tit.2. qu.7. n.1.2. & 3*, ubi idcirco requiri fir-
mat hujuſmodi expreſſionem claram ipſius
legitimæ, quod & repetit in ſequenti *qu.9.
n.2. & ſeqq.*, & plene colligitur ex *Fuſar. de
ſubſtit. quæſt.296. ex n.27. cum ſeqq.*, *Caſtill.
contr. Iur. lib.5. cap.107. n.7. verſ. ſecundus
caſus eſt.* & præ cæteris allegaſſe ſufficiat *Card.
de Luc. de legit. diſc.18. n.4.*, ubi materiam
per plures caſus diſtinguens ita ait = *Primus
igitur caſus eſt, ubi Teſtator, nulla ſpeciali le-
gitimæ prohibitione adiecta, ſubſtitutionem uni-
verſalem ſimpliciter ordinet, & tunc, quidquid
aliqui variaverint, ſeu diſtinxerint, an concur-
rant, necne verba univerſalia totum comple-
ctentia, magis communis, ac recepta opinio eſt,
ut ſub hujuſmodi diſpoſitione legitimæ prohibitio
non contineatur, nedum ex potentia legit, ac le-
gitimæ privilegio, ſed etiam ex veriſimiliter ceſ-
ſante voluntate Teſtatoris non diſponendi, niſi de
eo, quod erat ſuum, ex d. deciſ. ver Mant &c. apud
quos cæteri, ac tanquam a ſolitum ſupponitur
in deciſionibus &c.*, & uberius id eluceſcet in
diſcuſſione ſecundæ ſequentis inſpectionis.

Atque ex his etiam conſecutive, quando
*Doctores* magnificarunt Cauthelam *Soccini*,
ſeu *Duranti*, non hoc fecerunt ex eo, quia
Cauthela per iſtos privatos *Doctores* adinuen-
ta effecta fuerit, ut dicebamus, forma Sacra-
mentalis, quam neceſſario teneretur expri-
mere Teſtator, ſive Porta, per quam neceſſa-
rio tranſeundum eſſet, ſed quia, ſaltem in
prima parte ſupponendi legitimam grava-
mini, in praxi, & apud magna Tribunalia,
*Doctoreſque* magis communiter approbatos
75 videmus poſtea, quod ceſſante expreſſione
legitimæ in ipſo gravamine nuſquam cenſe-
bitur incluſa, ideoque pro tollenda eadem
difficultate reperta fuit eadem Cauthela, &
hæc fuit intentio ipſius *Durant. de art. teſtam.*
qui *tit 6. cauthel.31. n.6.* hæc ait = *ſed ut in
reſtitutione hæreditatis legitimæ detractio ceſſet,
remedium eſt, quod Teſtator roget filium etiam
legitimam reſtituere &c.*, poſteaque reſponden-
do contrariis, qui ſpecialem, vel expreſſam
voluntatẽ Teſtatoris deſiderari exiſtimarunt,
inquit = *Nam reſpondetur, quod illud poteſt
procedere, quando Teſtator non rogaſſet filiũ ex-
preſſe reſtituere legitimam*, prout quoque nota-
vit

vit *Manſ. dicta conſult.* 122. *num.* 13., *Andreol. contr.* 250. *n.* 65., *Palm. Nep. allegat.* 17. *n.* 12. & 13. & *alleg.* 183. *num.* 26., *Rot. deciſ.* 167. *num.* 16. *verſ. deinde*, & *num.* 17. *poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ.*

Diximus, ſaltem in prima parte, quia cum Cauthela *Soccini* velit, quod expreſſe ſubiiciatur gravamini legitima, & ſi renuerit filius, expreſſe inſtituatur in eadem legitima,
76 quandoque receptum eſt, ſufficere, quoad hanc ſecundam partem inſtitutionis in legitima faciendæ, formulam æquipollentem, ut eſt caſus *dec.* 254. *ex n.* 5. *cum ſeqq.* & *per tot. par.* 14., ubi (quemadmodum videre eſt *ſub num.* 15.) Teſtator in prima parte ſubſtituerat = *in ogni miglior modo, con piena ragione, e ſenza alcuna diminuzione, e detrazzione etiam di legitima*, quæſtio autem quoad ſecundam partem reducebatur, an inſtitutioni in legitima faciendæ in caſu contrario ſatisfacerent verba, de quibus *in dicta dec. ex n.* 8. *cum ſeqq*; & etiam latius apparet ex facti ſerie ejuſdem Cauſæ recenſita penes *Card. de Luc. diſc.* 17. *de legit. in princ.*, & quia revera in eo caſu con-
77 currebat etiam acceptatio filiorum expreſſiſſime quoad onus legitimæ cum ſola præſervativa, quatenus de Jure tenerentur, & ad effectum, ut integram ſucceſſionem obtinere poſſent, & non alias, ut refert *idem Card. de Luc. dict. diſc.* 17. *n.* 1. propterea *Rota*, etſi præcedenter contrarium in duabus deciſionibus firmaſſet, attamen poſtea recenſit *in dicta dec.* 254 *par.* 14., quia (ut pariformi ter teſtatur *Card. de Luc. dict. diſc.* 17. *in fin.*) aderant probationes ſuper voluntate ultimi filii morientis, quod ſcilicet veritatem agnoſcendo moriens dixerat, quod integra hæreditas cadebat ſub Fideicommiſſo, quodque nulla detractio competebat.
78 Quidquid igitur ſit, an inſtitutioni faciendæ in legitima æquipolleat alia formula, quod ſane (non obſtante *d. dec.* 254. *par.* 14. quæ prodit ex mox enunciatis particularibus facti circumſtantiis) eſſet admodum diſputabile, ex his, quæ e contra firmantur *in dec.* 141. *cor. Dunoz. Iun.*, & in aliis ad ſaturitatem congeſtis per *Palm. Nep. dicta alleg.* 17. *n.* 12. & *ſeqq.* & *alleg.* 183. *num.* 26., certum profecto videtur, quod in Foro nimis de plano requiratur expreſſio legitimæ in prima parte prohibitionis, & gravaminis, non autem ſufficiant verba æquipollentia, non quia non ſufficiant uti æquipollentia, ſed quia poſtea omnia, & quæcumque verba citra mentionem legitimæ ad trutinam appenſa non reperiuntur vere æquipollentia.

Deſcendendo propterea ad ſecundam inſpectionem, profecto nulla concurrunt verba, quæ in concreto, ſive generali, ſive ſpeciali, ſive demum individuæ expreſſioni æquipolleant; nam verba, quæ ſolum perpendi videntur in Dubitationibus, ſunt illa, quæ leguntur appoſita per Teſtatorem ex cauſa conſervandi ejus bona in vocatis, & ſignanter in illa repetita Clauſula, *ſenza alcuna diminuzione, ne detrazzione*, & rurſus, *ſenza impedimento, ne diminuzione, ne detrazzione alcuna*, ac denique Ibi = *vietò eſpreſſamente a tutti l'iſtituiti, e ſoſtituiti ſoprascritti il poter detrarre dalli Stabili della ſua Eredità, & effetti vincolati alcuna Falcidia, ne Trebellianica, ne fare altra detrazzione, che a loro di ra-*
79 *gione ſi competeſſe*: Sed quod hæc adamuſſim formula loquendi non faciat, quod prohibita dicatur legitima, ſivè incluſa ſub onere reſtitutionis, & fideicommiſſi, jam pluries deciſum habemus, & ſignanter *cor. Cerr. dec.* 8. *n.* 5. & 6. ibi = *Nec minus probibitio induci poteſt ex illis verbis* = una ſucceda all'altra in tutto, e per tutto ſenza detrazzione alcuna = *quia cum non fiat mentio de legitima, dicta verba, quæ poſſunt intelligi de aliis detractionibus, non compræhendunt legitimam, quam Pater prohibere non poteſt, ſed ſolum ad ea referuntur, de quibus diſponere valet, Per gin. de fideic. &c.* quod & habetur in ejus confirmatoria, quæ eſt *la* 185. *ſub n.* 21. *verſ. quia cum in Teſtamento cum ſeqq. cor. eodem. Cerr.*, *repetit. deciſ.* 228. *n.* 5. & *ſeqq. par.* 8., & *dec.* 383 *ſub n.* 17. *par.* 9., *Caſtald. conſult.* 86. *ſub n.* 9. ibi = *quamvis Teſtator voluerit, bona ſua abſque alia detractione, & diminutione integraliter devenire ad Subſtitutos, quia exinde cenſeri quidem poteſt probibita Trebellianica, non autem legitima &c. Bond. collect.* 47. *n.* 247. & 248. *lib.* 2. ibi = *non baſtando a ciò &c. quelle parole generali* = ſine aliqua diminutione, & detractione = *addattabili anco ad altre detrazzioni fuori dalla legitima*, & præter hos alii mox referendi.

Neque proinde adverſatur pulchrum de cętero D. Auditoris ratiocinium, ſcilicet quod *Doctores* cumulati in eiſdem Dubitationibus *ſub dicto* §. *Tertio*, utpote loquentes in terminis prohibitæ detractionis Trebellianicæ, videantur urgere poſſe a fortiori in prohibitio-
80 ne legitimæ, ex quo reſpectu Trebellianicæ novo Jure *Authenticorum in* §. *Hæc cum dicimus, verſ. ſi vero expreſſim, de hæred. & Falcid.* & *in Auth. ſed cum Teſtator, C. ad l. Falcid.* cautum habeatur, ut ejus prohibitio fieri debeat expreſſim, idipſum autem non ſit præfinitum in legitima, maxime, quando eadem legitima fuit cum Cauthela *Soccin.* onerata: Siquidem cum hujuſmodi ratiocinium duas partes involvat, alteram nempe quoad paritatem legitimæ, & Trebellianicæ, & alteram quoad ſuppoſitum ſervatæ in caſu noſtro Cauthelæ *Soccin.*, diſtincte idcirco ad æquivoca ſubmovenda reſpondendum videtur.

Quatenus namque ſpectat (ut ita dicam) ad fortioritatem, ſeu majoritatem rationis cadentem in legitima, negamus, illam intrare, ſed longe magis Jus reſiſtere prohibitioni detractionis legitimæ, quam Trebelliani-

Digitized by Google

lianicæ, nam ſi per dictum Jus *Authenticorum* Trebellianica poteſt expreſſim prohiberi, legitima e converſo nullo modo poteſt per Jus pariter noviſſimum *Authent. de Trient. & Semiſſ.* §.1., unde licet ab hac prohibitione legis recedatur, quoties revera fuit ſervata Cauthela *Soccin.*, certe ubi illa ſervata non fuit, durius eſt admittere permiſſionem prohibendi, ubi deeſt omnimoda permiſſio, quam ei indulgere, ubi ſaltem expreſſim fieri conceditur a lege: Atque ideo videmus,
81 quod omnes *Doctores* allegati *a Carval. de utraque Quart. par. 2. n. 77.*, & reliqui adducti in dictis Dubitationibus §. *Tertio quod*, admittunt utique, Trebellianicam ſufficienter cenſeri prohibitam, quoties Teſtator demandaverit hæreditatem reſtitui = *integre, ſine diminutione, ſine detractione*, cum ſimilibus, quia tunc repugnet, Trebellianicam ab Aſſe hæreditario ſeparari, & inſimul poſſe verificari volitam integritatem reſtitutionis, ſufficit, quod per hunc æquipollentem loquendi modum Teſtator ſatisfecerit expreſſioni prohibitionis per Teſtatorem faciendæ, ut etiam tenuerunt relati per *Manſ. conſult. 540. n. 20, Rot. in rec. par. 2. dec. 438. n. 3., & dec. 423. n. 9. par. 13. & poſt Vrceol. de tranſact. dec. 9. num. 6.*

At non ſic eſt reſpectu legitimæ, quoniam ex oppoſito per vehementiorem, & omnimodam reſiſtentiam legis, jam vidimus, hujuſmodi verba non ſufficere, unde, præter hucuſque laudatas *Authoritates*, habemus,
82 quod præceptum reſtituendi *integre* hæreditatem non ſufficit pro prohibitione legitimæ, quantumvis exuberet pro prohibitione Falcidiæ, vel Trebellianicæ, ut penes *Baitell. d. dec 39.* in qua dictum fuerat = *tota, & integra hæreditas* = *& cor. Coccin. deciſ. 1886. ex n. 1. §. Non obſtat cum ſeqq.*; & concordat *Fuſar. de ſubſtit. d. quæſt. 296. num. 28. & ſeqq., Mant., Peregrin., Menoch.*, & alii jam ſupra congeſti, quive omnes maximam adeſſe dicunt differentiam ex hoc præciſo capite inter legitimam, & Trebellianicam.

Et ſane Trebellianica datur per ſpeciem
83 lucri in premium reſtitutionis, legitima autem eſt filiis Jure naturali debita, & detrahitur uti æs alienum, itaut in ea filius vero, & legitimo Creditori comparetur; Trebbellia-
84 nica pariter concernit ipſum actum reſtitutionis, neque prius de Jure debetur, ad tradita per *Redenaſc. conſ. 29. n. 83.*, latiſſime *Gob. conſult. 80. n. 19. & ſeqq., D. Vrceol. in append. ad conſult. 20. §. Difficultas, & §. Ego autem, Card. de Luc. de legit. diſc. 33. n. 20., Rot. deciſ. 579. n. 14. & 16 pa. 5. rec.*, & ideo conſecutive in eamdem Trebellianicam fructus, & alia quæque medio tempore percepta, vel obtenta imputantur, exceptis filiis primi gra-
85 dus, quando e converſo, & legitima ſtatim ſecuta morte Patris ab hæreditate ſeparatur, *Carval. de utraque Quart. par. 2. n. 441. & par. 4. cap. 1. num. 33.* cum ibi congeſtis; & ob id
86 nec etiam intrat fructuum imputatio, ut per eumdem *Carval. de utraque Quart. par. 2. n. 90.* Et rurſus, ut diximus, Teſtator poteſt ſaltem expreſſim prohibere Trebellianicam, ſed non legitimam, niſi Cauthelam *Soccin.* ſervaverit ſaltem in ea parte, quæ concernit gravamen, & reſpective expreſſionem legitimæ in parte ſuppoſitiva, & prohibitiva, &
87 conſequenter deficiente tali expreſſione ea verba, quæ ſufficiunt pro prohibitione Trebellianicæ, non ſufficiunt pro inducenda prohibitione legitimæ.

Quovero ad ſuppoſitum ſervatæ in caſu noſtro Cauthelæ *Soccini*, neminem hucuſque vidi, qui firmaverit, eamdem *Soccini* Cauthelam eſſe ſervatam, niſi ſaltem in parte prohibitiva facta fuerit mentio legitimæ; Solum quippe, ut ſuperius annotavimus, circa alteram partem inſtitutionis in legitima faciendæ in caſu filii inobſervantis admittitur apud aliquos æquipollens (de cujus tamen opinionis ſubſiſtentia, utpote extranea a noſtro caſu, ſuperfluum eſt inquirere, & diſceptari:) Advertendo, quod pro obſervatione ejuſdem Cauthelæ non credimus, D. Auditorem intelligere voluiſſe in hac prima parte prohibitoria, quod ſit ſatis plus reliquiſſe filio, quam importaret legitima, ſi enim hoc verum eſſet, ceſſarent, & eſſent falſæ omnes *Deciſiones*, & *Doctrinæ*, quæ punctualiter, ut ſupra, volunt, non eſſe legiti-
88 mam prohibitam, ſi quis juſſus fuerit reſtituere *totam hæreditatem, integram hæreditatem, ſine diminutione, ſine detractione*, quis enim non videt, quod hæc privatio ſupponit habitum, nempe quod cum hæreditate relictum nedum plus, ſed etiam totum, ſeu reſiduum fuerit filio ultra legitimam.

Conſtito igitur ex præmiſſis, quod quicquid argui poſſet in abſtracto, nihilominus difficile ſit in praxi dare verba æquipollentia expreſſioni legitimæ, quodque noſtra verba in concreto magis communiter apud Tribunalia non ſint judicata ſufficientia pro inducenda prohitione legitimæ, vanum videtur ad tertiam inſpectionem tranſire, quia
89 ſi legitima non eſt prohibita in Teſtamento, certe conſenſus, & approbatio filii non poteſt operari talem effectum, ſive ultra id, quod in eodem Teſtamento continetur, ut patet de per ſe, & latiſſime citra neceſſitatem inutilis tranſcriptionis etiam in caſu, quo Teſtator ultra legitimam plus filio reliquit, videre eſt penes *Tranchedin. conſ. 58. n. 14. & ſeqq., Manſ. d. conſult. 122. n. 17. & ſeqq., Rot. dec. 167. n. 17. & ſeqq. poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ.*

Cæterum, ut ſtrictius (quamvis ex abundanti) etiam in hoc capite procedamus, libeat animadvertere, indubitati Juris eſſe, quod

quod iutantum ſervata Cauthela *Soccini*, vel,
ſi volumus, alia æquipollenti ſubſtinetur
onus, & gravamen ſuper legitima, non quia
90 Teſtator plus relinquendo poſſit quantum
in ſe eſt gravare legitimam, quia nec *Iura*,
nec *Doctores* hoc dicere videntur, quoties
enim id poneretur in voluntate Patris, ſuffi-
ceret prohibitio legitimę ſub pęna caducita-
tis, & ſimplex agnitio hęreditatis facta per fi-
lium, & tamen nemo quodammodo eſt, qui
hoc attentaverit, teſte *Odd. conſ.63.n 11.lib.
1. Fuſ. de ſubſt. d.q.296.n.41.& ſeq.& n.56.
Merl.de legit.lib.3. tit.2.q.9.ex n.30.,Card.de
Luc. lib.9. eod. tit. diſ.17. n.4.,* Rot. *dec.206.
per tot.par.1.rec. & dec.270.n.12.& ſeq.p.11.*

Verum, ut latius dicebam in præcedenti
Reſponſo *ex* §.*Quæ omnia*, ubi etiam adduxi
Doctrinam *Merl. de legit. lib.3. q.9. n.11. in
princ. & ſeq.* & addidi *Palm. Nep. all.17 n.14.*
cum tota vis prohibitiva legitimæ conſiſtat
91 non in poteſtate, & voluntate Teſtatoris, ſed
in poteſtate, & voluntate filii gravamini
conſentientis per acceptationem hæredita-
tis ſub præciſa ſcientia talis oneris, vel illius
approbatione, propterea ſuperabundabit,
quod filius probabiliter crediderit, talem
prohibitionem quoad legitimam non adeſſe.

Reſpondere vero, quod *Merl.* loquatur ex-
tra caſum Cauthelæ *Soccin.*, & in terminis,
quibus applicatur diſpoſitio *l.ſi quando*, §.*Et
generaliter C.de in offic. Teſtam.* non tollit hu-
juſmodi fundamentum, quia, & nos verſamur
extra caſum Cauthelę *Soccini*, ac etiam extra
terminos, ſeu neceſſitatem procedendi cum
cenſura *d. Text.in l. ſi quando*, §.*Et generali-
ter*, cum *Doctrinæ* per nos laudatæ loquantur,
quando plus fuit relictum, quam importet
legitima, quodque ubi non eſt in prohibitio-
ne, ſeu in gravamine facta mentio legitimæ,
ea nuſquam cenſetur incluſa etiam in diſpo-
ſitione concernente totam hęreditatem. Re-
flectendo ulterius, videri prorſus impoſſibi-
le, quod filius potuerit conſenſum iſtum ad-
hibere, ubi in Teſtamento prohibita expreſſe
non fuit detractio legitimæ, & ideo omnes
allegati in Dubitationibus *ſub* §.*Neque enim*,
ac etiam *Surd*, citatus *ſub* §.*Liceatque*, per-
92 cutiunt quæſtionem diverſam, nempe an
requiratur, quod ipſe filius in approbatione
Teſtamenti faciat mentionem legitimæ, &
varii varia dixerunt in hoc propoſito, ex quo
hanc mentionem deſiderari etiam in caſu,
quod plus fuerit relictum filio, quam legiti-
ma, voluerunt *Grat.*, *Fabr.*, & *Mart.Medic.*,
ac reliqui pęnes *Trauched. d. conſul.88.n.14.
& ſeqq.*, & ſignanter *n.17.& ſeqq.*; verum
nulla ſubeſt difficultas, quando in prohibitio-
ne non adeſt legitimę prohibitio, ut bene mo-
net *Palp. Nep. d.all.183.*, & patet ad ſenſum.

Unum pro Coronide remanet ponderan-
dum ad majorem firmitatem hujus poſtremę
inſpectionis, nempe quod ſi exigitur talis
conſenſus in filio ad hoc, ut ſimile onus ſub-
ſtineatur, ut etiam pręter jam d. conceditur
in Dubitationibus *d.* §.*Neque enim, verſ. non
in modo*, profecto talis conſenſus relativus ad
93 Paternam diſpoſitionem certitudinarie nuſ-
quam extorqueri valet, dum certitudinarie
non apparet, Teſtatorem voluiſſe compræ-
hendere legitimam; immo quando verſa-
mur in dubio, ſemper lex interpretatur in
94 hiſmet terminis, quod nuſquam filius præ-
ſumatur in ſibi pręjudicialibus conſentire vo-
luiſſe, ad *Text. in l. Sejus, & Augerius, ff. ad
l.Falc.*, cum concord. apud *Cyriac.contr.148.
n.11.& 54.,Card.de Luc. de leg.d.diſc.17.n.7.*

Quod autem iſta certitudinaria intentio
Teſtatoris, cui debeat adiacere conſenſus,
non concurrat in caſu noſtro, liquet ex plu-
ribus argumentis in facto, quæve non repe-
to, tanquam jam nimis diffuſo Calamo alla-
ta in pręcedenti Reſponſo *ex* §.*Certius autem*,
95 itaut ex ibidem datis interpretationibus
utique ſaltem hoc oriatur, quod voluntas
Teſtatoris ita non ſit certa, quemadmodum
requiritur, & proſequitur *Caren.reſol.33.ex
n.24.cum ſeqq.& reſol.165 ex n.17.*, & ſi-
gnanter *n.24.* In jure autem ex tot *Doctori-
bus*, & *Deciſionibus* ſupra punctualiſſime al-
legatis nonne ſaltem intrat aliqua ambigui-
tas, ut filius conſentiendo potuerit credere,
quod per ejus approbationem ſibi non pręju-
dicaret in legitima? cum dubietas in jure
96 ęquiparetur dubietati facti, *Mant.dec.78.n.7.
& 9.dec.559.n.6.& 7 par.5.rec.*, *Card. de
Luc. de Benef.diſc.76.n.15. & 16.*, *Rot.in Ro-
mana Penſionis* 6.Martii 1684. §.*Fin. cor.Flo-
rez*, ubi quod etiam ſufficit; *Rotam* ali-
97 quando de aliquo caſu, vel concluſione du-
bitaſſe; & per conſequens poſita ambiguita-
98 te in ipſa intentione Teſtatoris tam propter
ſenſum verborum in facto vertibilem ad
alium intellectum, quam propter intelligen-
tiam *Doctorum*, & Tribunalium in jure quis
dicat, quod in filio adſit illa certitudo volun-
tatis in conſentiendo, quę non erat in volun-
tate explicata per illum, cui conſentire de-
bebat?

## TOLETANA DECIMARUM DE CAPIL-LA QUOAD PAROCOS.

*Lunæ 23. Martii 1699.*

### ARGUMENTUM.

Decimæ, & Ius decimandi licet ex autho-
ritate Pontificis poſſint eſſe pœnes Laicos, re-
quiritur tamen ad d. effectum immemorabilis
cum fama Privilegii, & ex quibus probetur, vel
excludatur immemorabilis. Vitium litigioſi
ad hoc, ut intret, quid requiratur. Parochi
regulariter debent eſſe Sæculares, non Regu-
lares & in hac materia multum defertur judi-
cio Epiſcopi.

### *SUMMARIUM.*

1 *Clauſula*, parito judicato, *importat refe-
ctionem expenſarum uſque ad obolum.*

2 *Re-*

Digitized by Google

2 *Reſtitutio in integrum adverſus rem Indicatam non conceditur, niſi conſlito de læſione, ſeu injuſtitia, & num.3.*

4 *Ius decimandi reſidere valet apud Laicos ex immemorabili cum ſama Privilegii, & num.20. & 21. ubi declaratur.*

5 *Allegatio tituli deſtruit virtutem immemorabilis.*

*Idemque eſt, quando conſtat de principio, n.6. & n.54.*

7 *Succeſſor ſingularis non acquirit, niſi illa Iura, quæ ſpecialiter ipſam rem acquiſitam concernunt.*

*Nec poteſt habere majus jus, quam haberet ipſius Author ſuper ipſa re, n.9.*

8 *Ordo Equitum Templariorum de quo tempore fuerit ſuppreſſus.*

10 *Hyſtoricis fide dignis, & approbatis plurimum defertur.*

*Præſertim, ſi eorum traditiones aliis fulciantur adminiculis, num.11.*

12 *Verba recipiunt interpretationem ab adjunctis, necnon ab antecedentibus, & ſubſequentibus.*

13 *Productio tituli non nocet, nec præjudicat immemorabili, quando non eſt facta ab eo, qui illam allegat ad ſui favorem.*

14 *Immemorabilis facit præſumi quemlibet meliorem titulum de Mundo, etiamſi unus allegetur, dummodo id non fiat reſtrictive, & num.18., & 19.*

15 *Sententia antiqua juſtificari poteſt ex conjecturis, ac aliis veriſimilibus circumſtantiis, quoties Proceſſu, & Acta amplius non reperiuntur.*

16 *Teſtes plene probant contra inducentem.*

17 *Confeſſione, & agnitione Partis nulla datur melior probatio.*

22 *Verbum* Decimæ *adjectum in Inſtrumento emptionis, poteſt æqualiter referri ad Decimas Eccleſiaſticas, & prophanas.*

23 *Fama nullam expoſcit certitudinem, ſed contentatur communi opinione.*

24 *Procurator ſpecialis in Cauſa ſemper debet citari, etiamſi ad Procurator generalis.*

25 *Citatio ejus, qui habet in cauſa principale intereſſe, ſufficit pro validitate Iudicii, licet non fuerint citati habentes remotum, aut ſecundarium intereſſe.*

26 *Clauſula* - Parito Judicato - *preſervat omnimodam executionem præcedentis rei judicatæ.*

27 *Litigioſi vitium non cadit in re, ſuper qua nullæ amplius remanent reliquiæ præcedentis litigii.*

28 *Sententia declaratoria ſuper deſertatione litis an, & quando requiratur, ſtante longa acquieſcentia ſuccumbentis remiſſive.*

29 *Filius obtinens novam Commiſſionem ex integro, cenſetur renunciaſſe veteri appellationi per ejus Patrem interpoſita, & obtentæ vigore alterius Commiſſionis.*

30 *Qui vult commodum ex aliqua re, debet etiam ſubire incommodum.*

31 *Executoriales Sacræ Rotæ quid importent, & quomodo concipiantur.*

32 *Actus ab initio nullus, quando valeat reconvaleſcere ex poſt, & n.34. & 35.*

33 *Presbyteri amovibiles male regulariter poſſunt paſcere Oves non ſuas quas in proprietate non habent.*

36 *Parochis regulariter debentur Decimæ fructuum, qui intra circumdariam ſuarum Parochiarum naſcuntur.*

37 *Papa eſt dominus omnium Iurium Eccleſiæ univerſalis, ac etiam Eccleſiarum particularium.*

38 *Papa poteſt Decimas Eccleſiaſticas etiam perſonis Laicis impartiri.*

39 *Litigioſi vitium ex quibus inducatur, n.41.*

40 *Parochiæ de jure ſemper inter ſe diſtinctæ præſumuntur.*

42 *Sententia de ſui natura trahitur ad ea, quæ veniunt in neceſſariam conſequentiam expreſſorum.*

43 *Sententia ſemper venit intelligenda prout de Iure.*

44 *Decimæ aliæ ſunt ſpirituales, aliæ temporales.*

45 *Laici an, & quando valeant preſcribere Ius exigendi Decimas Spirituales, remiſſive.*

46 *Decimæ, quæ prius debebantur Eccleſiæ Parochiali unitæ, competunt illi alteri Eccleſiæ, cui facta eſt unio.*

47 *Allegans exemptionem a ſolutione Decimarum, implicite fatetur, Ius decimandi illi pertinere, qui inſtar pro earum præſtatione.*

48 *Exhibere recuſans ſcripturas apud ſe exiſtentes, præſumitur malum Ius fovere.*

*Multoque magis urget hæc præſumptio, ſi accedat occultatio, vel laceratio earumdem ſcripturarum, num.49.*

50 *Epiſcopus nequit concedere Privilegium exemptionum a ſolutione Decimarum.*

51 *Clerici non tenentur pro bonis propriis ad ſolutionem Decimarum.*

*Declara, ut num.52. & 53.*

55 *Conſuetudo abſoluta non ſolvendi Decimas, eſt a Iure improbata.*

*Amplia, ut num.56. & 57.*

58 *Conſuetudo habet de eſſentia, ut ab habente poteſtatem condendi legem inducatur, & num.59.*

60 *Conſtitutiones Synodales faciunt legem in Diœceſi, præcipue quando ſunt conformes Juris diſpoſitioni.*

61 *Conſuetudo non ſolvēdi Decimas introduci nequit adverſus Conſtitutionem Synodalem, in qua præſcribitur illarum ſolutio.*

62 *Lis ſuperveniens interrumpit præſcriptionem non adhuc completam.*

63 *Conſuetudo, & præſcriptio tantum habent de potentia, quantum de actu.*

64 *Onus*

64 *Onus decimarum, tamquam reale tranſit ad quaſcumque ſucceſſores.*
*Nec mutatur ex variatione poſſeſſoris, ibid.*
65 *Clerici an teneantur ad onera Sæcularia pro bonis, quę a Laicis ad illos pervenerũt*
66 *Immemorabilis, vel ſaltem quadragenaria cum titulo requiritur ad inducendam exemptionem a ſolutione Decimarum.*
67 *Iudex ſubdelegatus nulliter procedit, non ſervata ad unguem legis commiſſionis ſibi factæ. Amplia, ut num.68.*
69 *Citationis defectus dicitur nullitas inſanabilis.*
70 *Immemorabilis non probatur per Teſtes nulliter examinatos.*
71 *Teſtes debent coarctare negativam, ad hoc, ut probent exemptionem a Decimis cum qualitate immemorabilis, vel quadrogenariæ, & n.72.*
73 *Præſcriptio exẽptionis a Decimis requirit poſitionem, ac denegationem, cum ſubſecuta acquieſciẽtia habẽtis Ius decimãdi.*
74 *Teſtes deponentes de immemorabili debent teſtari de publica voce, & fama per verba* = fuit, & eſt.
75 *Scientia, & patientia Arrendatoris Decimarum non præjudicat Domino, ſive habenti Ius decimandi.*
76 *Teſtis habens intereſſe, etiam ſecundarium, repellitur a teſtificando.*
77 *Teſtes ad probandam immemorabilem requiruntur omni exceptione majores.*
*Idque potiori Iure procedit in Cauſis Hiſpaniarum, in quibus hæc qualitas Teſtium debet præciſe articulari, & probari, n.78.*
79 *Tempus motæ litis ſemper ſubducendum eſt in probatione immemorabilis.*
80 *Teſtes deponentes de immemorabili debent habere ætatem ſaltem annorum 54. ante motam litem.*
81 *Teſtis deponens contra proprium commodum præfertur aliis Teſtibus contrarium deponentibus.*
82 *Actus unicus ſufficit contra immemorabilem, & ad eam excludendam.*
83 *Cauſa univerſalis magis attenditur, quã ipſe actus in materia ſolutionis Decimarũ.*
84 *Privilegium exemptivum a ſolutione Decimarum, ſi detegatur nimis læſivum, & præjudiciale, moderandum venit.*
85 *Abbas nequit prejudicare ejus Monaſterio.*
*Limita, ſi agatur de actu facto cum debitis ſolemnitatibus, vel alias neceſſario, n.86.*
87 *Hoſpitium Religioſorum cadit ſub Conſtit. Innocen. X. quæ incipit:* Inſtaurandæ.
88 *Reſtauratio quando dicatur, & quando mutatio ſtatus.*
89 *Conditiones, quæ requirantur in erectione novi Monaſterii, aut Cõventus Regulariũ.*
90 *Suppletio non admittitur in præjudicium Tertii.*
91 *Monaſteria nova erigi non valent, niſi in eis ſaltem duodecim Religioſi ali poſſint.*
*Tom. I.*
92 *Diſmembratio, & applicatio redditum Eccleſiaſticorum alteri loco fieri non poteſt abſque licentia Papæ.*
93 *Cura animarum de Iure penes Regulares manere non debet, ſed penes Sacerdotes Sæculares, & n.94. & 95.*
96 *Parocus non tenetur habitare prope Eccleſiam Parochialem, ſed ſufficit, ut inhabitet intra limites Parochiæ.*
*Intellige, id procedere, quando non habet Domum commodam, & capacem prope Eccleſiam Parachialem, alias ſecus, n.97.*
98 *Regulares nequeunt alibi dormire, quam in communi Dormitorio.*
99 *Teſtes, quorum dicto aliunde adminiculantur, præferendi ſunt Teſtibus contrarium deponentibus.*
100 *Epiſcopi ſumma fides tribuitur in iis, quæ concernunt curam Animarum.*

## DECISIO LXXVIII.

QUanta rebus humanis inſit viciſſitudo, etiam in Forenſibus diſſidiis, præ cæteris forſan evidentius manifeſtavit hæc Cauſa longe ſupra Sæculum in Tribunali noſtro agitata inter Illuſtres, & Celſas Perſonas, DD. nimirum Archiepiſcopos Toletanos pro tempore ex una, ac Proceres, & Magnates de Domo Zunica compellatos *Duces de Beyar* ex altera ſuper Iure decimandi in Statu, ſeu Loco de Capilla in temporalibus ſubjecto iiſdem Ducibus de Beyar, ita veriſimiliter diſponente Divina Providentia, vel etiam ita naturali diverſitate opinionum, aut Litigantium majori, vel minoris ſollicitudine. ac ſedulitate exigente; Contigit enim, quod introducta lite inter prænominatas Partes uſque de Anno 1577. tam circa prædictum Ius decimandi; quam circa alterum nominandi Rectores, ſeu Parocos, quæ quilibet ex contendentibus ad ſe privative prætendebat attinere in Statu prædicto, Victrix ab initio fuerit Dignitas Archiepiſcopalis Toletana, quæ Iura Eccleſiarum Parochialium ejuſdem Loci promovebat, reportando tres Sacri Auditorii noſtri Sententias conformes *coram Blanchetto, Bubalo, & Pamphilio Sen.*, cum ſucceſſiva relaxatione Executorialium, itaut conſecutive clar. mem. Cardinalis de Quiroga tunc temporis Archiepiſcopus, & præcedenter emeritus noſtri Ordinis Auditor, depulſis Parochis, ſive Rectoribus a Duce Franciſco Sen. de Beyar nominatis, nedum alios de Anno 1590. cenſuerit eſſe deputandos, ſed in vim ejuſdem rei judicatæ deinceps, nempe ſub die 3. Aprilis Anni 1591., reducto ipſorum numero, illos in titulum perpetuum ad exercendam inibi Animarum Curam incardinaverit, illiſque pariter tertiam, pro congrua, ut moris eſt eſt, ſubſtentatione, Decimarum partem aſſignaverit, diviſo, & incorporato reſiduo favore Dignitatis Toletanæ, ejuſque Archidiaconi,

Capituli, & Fabricæ, aliorumque de Jure, vel de ſtylo participantium in fruitione huiuſcemodi Decimarum.

Verum quia intermedio tempore, videlicet a die relaxationis Executorialium ad illum memoratæ incardinationis, aſſignationiſque Decimarum, prædictus Dux Franciſcus Sen. de Beyar ſuper utroque Jure deperdito nominandi, ac decimandi reportaverat in Signatura Juſtitiæ ulteriorem Commiſſionem, refrenatam tamen cum Clauſula, *Parito Judicato*, & ſucceſſive dignoſcens forte importantiam, ſive aſperitatem prædictæ
2 Clauſulæ ſecumferentis non ſolum præſervationem executionis judicatæ, ſed etiam refuſionem omnium, & quarumcumque expenſarum uſque ad obolum, ex praxi, Juribuſque notiſſ., de quibus *Mareſcott. variat. reſol. lib. 1. cap. 87. ex n. 1. cum ſeqq.*, novam idcirco Commiſſionem (derelicto altero Jure nominandi) ſuper Jure decimandi dumtaxat ab eodem Tribunali obtinuerat, & hanc poſtremam produxerat in Actis ſub die 14. Januarii ejuſdem Anni 1591., & in hoc ſtatu Fato ceſſerat, ſupervenit ad Iudiciũ Perſona filii, iſque penitus independenter. & Iure ſolius Primogenituræ tertiam ſub die 14. Martii 1592. aſſecutus eſt Commiſſionem pariformiter reſtrictam ad Ius decimandi, & temperatam tantummodo cum Clauſula, *ſine præjudicio trium conformium*, propoſitaque deinceps Cauſa per *bon. mem. Martinum Andream*, uti ſuffectum in locum *Pamphylii Sen.*, cui tertio, ſive noviſſimo loco fuerat delegata, prodiit de Anno 1618. vigore novarum probationum ex ingenti numero Teſtium Remiſſorialium reſultantium Sententia definitiva pertinentiæ Decimarum ad ipſum Ducem, & reſpective revocatoria antecedentis rei judicatæ.

Cumque per quinquennale ſilentium abinde citra neglecta fuerit appellatio, vel illius proſecutio, eademque proinde poſterior Sententia *Martini Andreæ* tranſitum feciſſet in rem judicatam, inſtitit idem Dux filius de Anno 1623. *coram Durano*, ex vi alterius ſubrogationis ſucceſſore *Martini Andreæ*, *& Pamphilii Sen.*, ad effectum conſequendi ad ſui pariter beneficium litteras Executoriales Parochis quoque laceſſitis, qui in præcedenti Iudicato ejuſdem *Martini Andreæ* remanſerant incitati: ſed neque hiſce ultimis Executorialibus adhuc executioni demandatis comparuit Sereniſſimus Infans Cardinalis ab Auſtria Archiepiſcopus Toletanus, ac de Anno 1630, impetravit & ipſe Commiſſionem in gradu reſtitutionis in integrum directam *Hieronymo Veroſpio*, ideoque reintegrata tunc, ſive reaſſumpta diſputatione inter Dignitatem Archiepiſcopalem, & Ducem, rurſus, non obſtante novo conatu protendente ad enervandam conſuetudinem immemorabilem cum fama Privilegii canonizatam apud *Martinum Audream* favore Ducis, in ea ſuccubit Dignitas Archiepiſcopalis, reſponſum namque fuit, *conſtare de re judicata*, ex fundamentis luculenter expenſis *in dec. 412. par. 5. rec.*, *dec. 182. par. 7.*, *& par. 10. dec 158. & 270.*, quæ duæ poſteriores prodierunt *cor. Leone* pariter *de Veroſpiis* in Tribunali noſtro eiuſdem *Hieronymi* ſucceſſore.

Et quoniam nihilominus Executoriales relaxatæ ad inſtantiam Ducis, ut præmiſimus, à *Durano*, nullum ſubinde actualis executionis reportaverant effectum, hinc precitati Parochi, qui nuſquam per antea comparuerant, adivere de Anno 1649 Sacram Rotam efflagitantes coram præmemorato *Leone Veroſpio* (in ſequelam tamen alterius diſtinctæ delegationis obtentæ tanquam in prima) declarari, quod Acta geſta de tempore *Martini Andreæ* non poſſent illos afficere, veluti proprium titulum, & intereſſe ſeparatum ab Archiepiſcopo detinentes, ac Duce nullatenus informante, proſpere adepti fuerunt tres *Deciſiones* eorum intentui, ac inſtantiæ favorabiles, cum ſucceſſiva, ac pariter contumaciali expeditione litterarum Executorialium, prout de prædictis tribus *Deciſionibus* apparet *in rec. par. 11. deciſ. 339. par. 12. dec. 253.*, *& par. 13. dec. 219.*

Rebus igitur ita quieſcentibus uſque ad Annum 1674., & ſic vacua remanente victoria Ducum de Beyar ferme per Sæculum à die primævæ introductionis litigii, inſurrexit novus Primogenitus, & ſucceſſor in Statu de Capilla, obtentaque facultate implorandi reſtitutionem in integrum adverſus mox enunciatam, ac pronunciatam rem judicatam pro Parochis, fœliciorem exitum conſecutus eſt, eamdem namque reſtitutionem in integrum, & conſequenter repoſitionem in priſtinos terminos rei judicatæ *Martini Andreæ* etiam contra eoſdem Parocos ſibi concedi fauſtiſſime promeruit, itaut præciſive *a ſecunda Deciſione diei 22. Martii 1675. cor. Bourlemont.* primario in hac reſtitutione Iudicii delegato, tam coram eodem *Bourlemont*, quam coram *Card. Matthæio*, *Vrſino*, *& Benincaſa* conſtantiſſime reportaverit nedum quamplures *Deciſiones*, ac tres formales Sententias ſibi favorabiles, ſed & canonizationem alterius rei judicatæ, una cum effectiva expeditione novarum Executorialium, illarumque conſumatione, & executione per actualem adjudicationem, ſive appræhenſionem quaſi poſſeſſionis Iuris decimandi, hæcque omnia pariformiter ex motivis pluries ad trutinam revocatis, ſed ſemper confirmatis, quemadmodum dignoſcitur ex continuata ſerie *Deciſionum*, quæ coram unoquoque Relatore latas præceſſere Sententias, & ſunt coram prælaudato *Bourlemont*

*lemont*

Digitized by Google

*lemont ſub diebus 9. Aprilis 1674., & 15. Januarii 1677. cor. Card. Matthæio ſub die 10. Maii 1680. co. Urſino ſub dieb. 26. Junii 1686. & 14. Aprilis 1687., & cor. Benincaſa 16. Februarii, & 14. Iunii 1688.*

Neque deſtitit idem Dux Primogenitus parem
ſortem, ſive Juſtitiam experiri in propoſito
Decreti de exequendo litteras Executoriales
à *Durano* relaxatas quoad ipſam Dignitatem
Archiepiſcopalem, prout ſub hac eadem die
meminimus in altera *Deciſione* concernente
Eminentiſſimum Archiepiſcopum; At non
propterea Cauſa, ſeu controverſia remanſit
a ſua omnimoda radice convulſa, quoniam
impetrato novo Signaturæ Juſtitiæ reſcripto
non minus ex parte Dignitatis, quam ex par-
te Parocorum, permiſſivo circa Parocos
ulterioris diſcuſſionis in devolutivo per viam
reſtitutionis in integrum, reaſſumpſerunt
vere quodammodo ex integro Defenſores
Parocorum validiſſime ſub hodierna die to-
tam, vetuſtamque molem hujuſce diſſidii,
ſed minus fœliciter, quia Domini, quorum
non ultima pars religioſiſſime, & pluſquam
modeſte, vel ex cauſa veteris Clientelæ, vel
alterius, etſi minimi, & remotiſſimi inte-
reſſe, a ſuffragando abſtinuerat, rectius cen-
ſuere reſpondendum, minime conſtare de
cauſis petitæ reſtitutionis in integrum.

Quoniam, cum, ut quotidie dicitur, re-
ſtitutio in integrum nullatenus a Iudice con-
cedatur adverſus rem judicatam, ſive eadem
res judicata oriatur ex omiſſa appellatione
per ſuccumbentem intra ſolita Fatalia, ſive
ex numero trium uniformium Judicatorum,
2 niſi liquido oſtendatur injuſtitia ipſius rei ju-
dicatæ, per quam & intrat læſio, & conſe-
quenter etiam aperitur via reſtaurativa ejuſ-
dem læſionis mediante beneficio reſtitutionis
in integrum, ad *Text. in cap. 1.* ibique præ ce-
teris *Abb. n. 2. de reſtit. in integr., Bart. in l. 1.
n. 8. & 9. C. ſi adverſ. rem judic. Andreol. con-
tr. 168. & contr. 187.* utrobique *n. 1. Franciſc.
Merlin. dec. Lucen. 58. n. 1. cum duob. ſeqq.,
Rot. in Romano Domus 16. Iunii 1660. §. Man-
datum quippe, cor. Reverendiſſ. D. meo Moli-
nes Decano, & in Romana Cambii 28. Ianua-
rii 1698. §. Cum enim, cor. Me.*

Profecto, ad finem ſignanter hodiernæ di-
ſceptationis, nullibi comprobata refulxit hu-
juſmodi iniuſtitia, etiam reaſſumendo, ite-
rumq; diſpungendo vetuſtiſſima fundamenta
præcedentium *Deciſionum*, ac Sententiarum:
Illa namque ſubſtantialiter reducebantur ad
duo, unum nempe, utrum Ius controver-
ſum decimandi privative ſpectaret ad D. Du-
cem, vel potius ipſis Eccleſiis Parochialibus
Status de Capilla, earumque Parochis, &
Rectoribus; Et alterum, an poſito, quod ju-
ſtiſſima potius, quam ullo modo injuſta evin-
ceretur declaratio pertinentiæ eiuſdem Iuris
decimandi facta tam per antiquam rem iudi-
catam cor. *Martino Andrea*, quam per mo-
derniorem coram *Benincaſa* favore D. Ducis,
adhuc capax eſſet afficiendi eoſdem Parocos,
ſive Rectores non citatos ab initio; ſubſi-
ſtentibus etenim *Deciſionibus*, Sententiis, ip-
ſiſque rebus iudicatis ſuper utraque inſpe-
ctione, ceſſabat ad oculum quælibet iniuſti-
tia, quælibet læſio, quæ baſis eſt cuiuſcumq;
reſtitutionis in integrum, quemadmodum,
ultra mox adductos, pro regula inconcuſſa
in qualibet materia generaliter docent *Cra-
vett. conſ. 804. n. 3. Hunded. conſ. 34. n. 36. &
37. lib. 2., Surd. conſ. 79. n. 10., Rot. Lucen.
inter dec. diverſ. collect. per Modern. Palm. de-
ciſ. 106. n. 39. tom. 2.*

Quatenus itaq; priorem concernebat inſ-
pectionem, durum prima fronte viſum eſt
infringere velle tam antiquã originalem rem
iudicatam uſque ad tempore *Martini Andreæ*
innixam formali examini Teſtium 126.,
quando hi omnes, vel eorum plerique, etiam
non Vaſſalli D. Ducis, clariſſime depone-
bant de immemorabili conſuetudine, & qua-
ſi poſſeſſione decimandi, in qua verſabantur
Duces de Bayar tanquam poſſeſſores, & Do-
mini Status de Capilla, iuncta ſama Privile-
gii Apoſtolici, quam pariter aſſerebant, &
aperte comprobabant iidem Teſtes, & inter
hos quoque plurimi non Vaſſallis; ubi etenim
3 quaſi poſſeſſio, ſeu conſuetudo immemora-
bilis ſuperinducitur, & conſtipatur etiam a
ſama Privilegii, non eſt dubium, quod Ius
decimandi reſidere valeat etiam apud Lai-
cos, cęteroquin Decimarum Eccleſiaſtica-
rum incapaces, iuxta receptam Theoricam
*Io. Andreæ in cap. cum Apoſtolica n. 9. ad fin.
verſ. ſatis videtur, de his, quæ fiunt a Prælat.
&c. Monet. de Decim. cap. 5. ſub n. 59. & n. 118.
Noguerol. alleg. 39. n. 6. & ſeqq. Rot. cor. Celſ.
dec. 151. n. 2. & cor. Priol. dec. 321. n. 6. & de-
ciſ. 375. n. 3. & 4. par. 15. rec.*

Et ſane prædictorum Teſtium depoſitio-
nem, neque in verbis, neque in perſonis ho-
die retundere ſatagerunt Defenſores Paro-
corum, ſed ſolum totam impugnationis
aciem dirigentes ad enervandam, deſtruen-
damque ſamam, & quidditatem eiuſdem
Privilegii, contendebant oſtendere, quod
jam pro parte D. Ducis fuerat allegatum, &
manifeſtatum, quale foret hoc Privilegium,
ſicque pateſacta non minus infectione, quam
incongruentia ejuſdem Privilegii, de per ſe
decidebat, & inanis remanebat quæcumque
ſama, quæcumque conſuetudo quantumvis
5 immemorabilis; jam enim nil magis repu-
gnat eſſentiæ, ac naturæ cujuſcumque imme-
morabilis, quam allegatio, & demonſtratio
6 tituli, nilque pariter magis efficaciam ſamæ
facit obſolere, quam pateſactio ſalſi princi-
pii, a quo ipſa ſama ortum habere potuerit,
ut in terminis primæ propoſitionis habetur
apud *Innoc. in c. dudum n. 2. de Decim. Add. ad*

*dec.14. n.58. par.3. rec.*, *Card. de Luc. de Regal. diſc.144. ſub n.8. verſ. tum clarius*, *Rot. cor. Coccin. dec. 1986. n.15.*, *& cor. Bich. dec.528. n.17. & in rec. dec.314. n.6. par.11.* & in propoſito ſecundæ *Valenzue'. conſ.169. n.111. & ſeq.*, *Rot. Iunnen. apud Modern. Forolivien. in obſerv. ad conſ. Ramon. tom.4. dec.67. n.24. & 25.*, *Seraphin. dec.355. n.5. & in rec. dec.167. ſub n.25. verſ. immo apparet par.1. & dec.258. n.10. & 11. cor. Coccin.*

At licuti hujuſmodi Concluſiones in abſtracto erant veriſſimæ, ita in concreto deficiebant, & apparebant inapplicabiles: Verum quippe erat, quod apud Acta Tribunalis productus extiterat quidam titulus acquiſitionis controverſi Juris decimandi deſumptus ex donatione Status de Capilla per Regem Henricum II, expleta de Anno 1370 ad commodum Joannis Nunez de Villayzan ejus Familiaris una cum ſucceſſiva tranſlatione ejuſdem Status ex titulo venditionis ſubſecutæ de Anno 1382. ab ipſo Nunez in perſonam Didaci Lopez de Zunica conditoris perſeverantis adhuc Primogenituræ, ſeu Majoratus ſuper eodem Statu de Capilla, & per conſequens Authoris etiam hodierni Ducis de Beyar, *Summ. generali* Archiepiſcopi, & Parocorum *num.1. & ſqq.*, quapropter niſi inſimul demonſtraretur, quod prænominato Regi, illiuſque Donatario competeret Privilegium Juris decimandi, ſub ea ulteriori qualitate, & circumſtantia, quod eſſet idem Privilegium realiter infixum bonis, ſive Ditioni, aut Statui
7 de Capilla, nequibat modernus Dux, illiuſque Anteceſſores juvari fama ejus Privilegii, quod nec adtuiſſet a principio, vel transfundi minime potuiſſet in ſingularem Succeſſorem, in quem regulariter non tranſeunt, niſi illa Jura, quæ rem conceſſam, & reſpective acquiſitam concomitantur, ad *Text. in l.3. §. fin. ff. de Cenſib.*, *contr. diſcept.86. n.27.* *Novar. de elect. For. p.1. ſect.3. in proœm. n.5. cum duob. ſeqq.*, *& dec. Reg. Neap.42. n.1. & 2.*

Potiſſime (uti ſubjungebant prædicti Parocorum Defenſores) reflectendo, quod Privilegium Apoſtolicum in ordine ad perceptionem Decimarum Eccleſiaſticarum profluebat a Summo Pontifice Urbano II., qui ſub Anno 1095. tantummodo Regi, ac Proceribus Hyſpaniarum indulxerat hujuſmodi Decimas ſuper Eccleſiis, quæ in Terris, ac Locis de manu Maurorum tunc temporis impie occupantium illuſtres illas Provincias fortiter, & pie vindicatis extitiſſent erectæ, vel fundatæ; & tamen certum erat, quod de tempore conceſſi (ut ſupra) Indulti, Status de Capilla a Mauris, & Saracenis opprimebatur, recuperatio vero non contigit, niſi de Anno 1227. dominante Rege Ferdinando III., penes quem neque diu perſtitit idem Status, ſed ex ejuſdem, ut probabile eſt, munificentia ferme incontinenti deve-
8 nit ad manus Equitum Templariorum, qui illum detinuere uſq; ad eorum abolitionem, ac ſuppreſſionem ſalubriter indictam per celebrem Conſtitutionem Clementis V. *in 3. in Bull. tom.1.* editam de Anno 1310., & abinde citra iuxta Teſtimonium Hyſtoricorum, & ſignanter *Marian. tom.2. Hyſpan. Illuſtr. lib.5. cap.10. fol.652.*, *Boſſ. in Hyſtor. Relig. Hyeroſol. tom.2. lib.1. pag.42. & lib.3. pag.120.* tranſiit in Reges Alphonſum XI. Petrum pronomine *Crudelem*, ac denique in Henricum II., a quo ut præmiſimus, promanavit donatio in Authorem Didaci de Zunica: Unde cum ex hac Hyſtoriarum, ac temporum ſerie nullatenus conſtaret de quaſi poſſeſſione, vel Iure decimandi in tot Authoribus moderni Ducis, neque de ulla fundatione Eccleſiarum ad limites Privilegii tacta per eoſdem Authores, planum videbatur, vel nullum unquam extitiſſe Privilegium aptabile Dominis hujuſmodi Status, vel non valuiſſe transferri (ceſſante realitate in Domum de Zunica, ſingularis quippe Succeſ-
9 ſor nequaquam poteſt plus Juris obtinere circa rem acquiſitam, quam ſuper ipſa re ſpectaret ad alienantem, ejuſque Authorem, ex his, quæ præter ſupra laudatos annotarunt *Andreol. contr.12. n.6.*, *Conciol. alleg.17. n.31.*, *Tranchedin. conſult.56. n.4. Modern. Argentan. colluct.47. n.84. lib.2.*

Addito præſertim, quod ex ipſa Chronologia manifeſtiſſime corruebat ſuppoſitum præteritarum *Deciſionum*, ac Sententiarum, ſcilicet quod Domus de Beyar potuerit adipiſci tale Ius decimandi in vim memorati Apoſtolici Privilegii Urbani II ob ſtrenua geſta Iacobi de Zunica, qui in Bello Tholoſano ſub Rege Alhponſo per xiv. Annos oppugnaverat Mauros, illorumque Caſtra dirumpens primus penetraverat: Nam quidquid eſſet de probatione præciſæ deſcendentiæ modernorum Ducum de Beyar ab hoc Iacobo, ex quo conſimiles præclaræ Familiæ perſæpe per plures agnatitiosè latere ramos diffunduntur, neque in uno dumtaxat Trunco perſiſtunt; Adhuc ceſſabat difficultas ex facto, quia nedum minime liquebat, Iacobum unicam glebam in hoc Statu detinuiſſe, ſed ex oppoſito convincebatur, eumdem Statum gradatim ad longe diverſas, extraneaſque manus deſcendiſſe, ex univoco
10 documento prædictorum Hyſtoricorum, quibus tamquam fide dignis, & approbatis credendum eſſe dixit *Rot. in Hyſpalen. Decimarum de Olivares 18. Martii 1678. §. Et Privilegium, & §. Hanc eadem, cor. bo. me. Bourlemont, in Romana Præeminentiarum 16. Iunii 1680. §. Nec ad comprobandam, cor. bo. me. Rondinino, & in Ampurien. ſeu Civitaten. Unionis 19. Iunii 1682. §. penult. cor. bo. me. Urſino*: adauctis præcipue Teſtibus pro parte Dignitatis

Ar-

Archiepiſcopalis examinatis, atque idipſum
11 concluſentibus, ut in ſpecie Hyſtoricorum,
qui aliis conſoveantur adminiculis, proſe-
quitur *eadem Rot. dec.867. ex n.19.* & ſignan-
ter *n.22. cor. Cocciu.*

Ac demum fortius, quia remanente con-
quiſitione hujus Status facta per Didacum
de Zunica titulo emptionis a Ioanne Nunez
donatario Regis Henrici, utique reſultabat,
quod nullo pacto transfundi potuerit in ip-
ſum Didacum hoc Ius percipiendi Decimas
Eccleſiaſticas, dum ex lectura ipſius emptio-
nis, & venditionis relatæ *d. Summar. generali
num.2.* explicite quidem nominabantur De-
cimæ; ſed cum tali admixtione aliorum Iu-
rium, & pertinentiarum inibi pariter expreſ-
ſarum, ut non poſſet vocabulum *Decimarum*
protrahi ad alias Decimas, niſi mere tempo-
rales, quæ per Vaſſallos per ſpeciem tributi
ſtatis temporibus Domino perſolvuntur, ibi
*cum aliis omnibus redditibus, tributis, juribus,
portoriis, tranſitibus, decimis &c.*; abſolutum
12 quippe eſt, quod vocabula, & verba ſem-
per recipiunt interpretationem ab adjunctis,
ſive a verbis antecedentibus, & ſubſequen-
tibus, ejuſdemque cenſentur eſſe naturæ, &
importantiæ, ut omiſſis generalibus punctua-
liter reſponſum fuit *in d. Hyſpalen. Decima-
rum de Olivares* 18. *Martii* 1678. *Defectui pote-
ſtatis in fin. cor. bo. me. Burlemont.*

Siquidem ad hæc omnia optime reſpon-
ſum fuit in præcedentibus *Deciſionibus* hujus
Cauſæ, quod forte conſimile objectum per-
urgere valuiſſet, quando prædictum Inſtru-
mentum acquiſitionis factæ per Didacum
de Zunica a Joanne Nunez productum po-
ſitive fuiſſet ab aliquo ex Authoribus veris,
& effectivis D. Ducis modernioris; At cum
illud a principio produxerint Agentes Di-
13 gnitatis Archiepiſcopalis, nequaquam valuit
eadem allegatio, ac productio nocere D. Du-
ci, & maxime Jure proprio, & prorſus in-
dependenter a ſuis Prædeceſſoribus Cauſam
promoventi, quemadmodum, circa neceſ-
ſitatem repetendi bene alias diſcuſſa, & ſta-
bilita, videre eſt *in dec.182. n.18. verſ.2. reſ-
ponſum fuit par.7. recen. & dec.158. n.5. & ſeq.
par.10.* & concordat *eadem Rot. dec.2139.
n.20. cor. Coccin., in Leodien. Electionis 23. Ia-
nuar.1677. §. Omnemque, prope fin., cor. bo.
me. Burlemont*, & optime *in Lucana Benefic.
5. Aprilis* 1688. *§. Tum & fortius, cor. bo. me.
Emerix Iun.*

Eòque magis, qula nec quæl'bet productio
tituli facta per eum, qui principaliter inniti-
tur quaſi poſſeſſioni immemorabili, ſolique
famæ, idonea eſt ad infringendam vim, &
operationem ejuſdem immemorabilis, opor-
14 teret namque, quod allegatio, & productio
facta appareret cũ poſitiva reſtrinctione Juris
ſui ad eumdem titulum, alias quippe illius
productio vel compatitur, vel non deſtruit
efficaciam immemorabilis, juxta quam no-
torium eſt, abſque alia probatione ſubduci
poſſe quemlibet (ut ajunt) titulum melio-
rem de Mundo, ex his, quæ plene habentur
apud *Celſ. dec.32. ex n.16. uſque ad 19. dec.
110. n.7. cum duob. ſeqq., & dec.217. n.11. in
Caven. Collationis Ordinum 26. Iunii 1654. §.
Ad eliciendam in fin., cor. bo. me. Verſpio, &
in Iannen. Abbatiæ 5. Decembr.1689. §. Quia
cum in caſu, & 11. Dec.1690. §. Non obſtat*, &
rurſus 10. *Martii* 1692. *§. In nihilo refragante,
cor. Reverendiſſ. Manuel Epiſcopo Zamoren.*

Et ex hac poſtrema reſponſione labeban-
tur vagæ conjecturæ, quæ contra firmata in
ſupradictis *Deciſionibus* Duci favorabilibus vel
de novo, vel rurſus inculcabantur per eoſ-
dem Defenſores Parochorum, videlicet, quod
potius deficientibus hodie, ob temporum
injuriam, aliave de cauſa Proceſſibus, ſive
Actis primævi Judicii, tamquam deperditis
ab Anno 1592., præſumendum veniat, qui-
nimo convincatur, prędictam allegationem,
ac productionẽ tituli emptionis, & venditio-
nis proveniſſe ab Authoribus D. Ducis,
quodque non obſtante aſſ. independentia Ju-
ris proprii ab eiſdem Authoribus producen-
tibus, de facto Dux etiam Franciſcus Iun.,
aliique ſubſequentes illum allegaverint, eo-
que pluries uſi fuerint, ex quo nimirum poſt
inſtauratum novum Iudicium ab eodem Du-
ce Franciſco Iun. de Anno 1594. coram *Pam-
philio Sen.*, Deciſio, quæ tunc prodiit occa-
ſione petitæ, & obtentæ Remiſſorię pro parte
ejuſdem Ducis, quæve tamquam manuſcri-
pta regiſtrabatur *in d. Sum. generali ſub n.29.*
explicite ſupponeret, ipſum Ducem Fran-
ciſcum Iun. titulum, ſive initium prætenſi
a ſe Iuris decimandi deduxiſſe, quodque idi-
pſum dilucide confirmarent tam Allegatio-
nes, ſive Informationes ſuper puncto prædi-
ctæ Remiſſoriæ diſtributæ, quam aliæ conſi-
miles pariformiter datæ tum antiquitus in
diſſidio, ſeu quæſtione habita ſuper modo ſi-
gnandi de eo tempore Commiſſionem refor-
matoriam, tum etiam recentiſſime, videli-
cet de Anno 1674. quando ſcilicet pendebat
diſcuſſio Cauſæ coram *Bourlemont*, ut latius
*in d. Sum. generali n.30. & n.45.* quibus ſane
inſimnl junctis, & ponderatis emergeret de-
monſtratio ſufficiens allegationis, produ-
ctionis, & uſus hujuſce tituli potiùs ex parte
prænominati Ducis, quam ex illa (ut aſſere-
bant præteritæ *Deciſiones*) Dignitatis Archie-
15 piſcopalis, cum in defectum illius probatio-
nis, quæ haberi non poterat ob Actorum, &
Proceſſuum deperditionem, ſemper oporteat
recurrere ad conjecturas, & vehementiores
circumſtantias, ut inquit *Rot. in Romana fi-
deicommiſſi Io. Petri Sen. de Caffarellis 1. Apri-
lis 1686. §. Quæ omnia, cum ſeqq., cor. bo. me.
Albergato.*

Validius autem, quoniam ultra præmiſ-
ſas

ſas demonſtrationes intercedebat depoſitio Teſtium ſubſecuta in vim prædictarum litterarum Remiſſorialium ad inſtantiam prælaudati Ducis Iun.jhi namque præclare affirmabant, controverſum Ius decimandi conquiſitum extitiſſe a Ducibus de Beyar mediante emptione Status de Capilla inita cum ſuperius enunciato Ioanne Nunez Donatario Regis Henrici II, *d. Sum. n.50.*, unde non videbatur ambigendum, quominus allegatio, & innixio facta huic præciſo titulo procederet ab iiſdem Ducibus de Beyar etiam jure proprio, ſive ſolius Primogenituræ venientibus, non ſolum quia ſuper baſe ejuſdem examinis, ac Remiſſoriæ emanavit Sententia *Martini Andreæ*, ſed etiam, quia
16 nototium eſt, Teſtes plene probare contra inducentem, ſignanter in hoc caſu, in quo illorum unus Socius erat Secretarii prædicti Ducis de Beyar inducentis, ad trad. per *Gratian. diſcept.552. n.9. Rot. dec.208. n.12. par. 17. dec.801. n.9. par.18 & dec.73. n.15. par. 19, & dec.607. n.26. cor. Card.Cerr.* cum reliquis notiſſ.

Ac denique magis, ſuperaddendo confeſſiones iteratas ab ipſo Duce Franciſco Iunſedulo emiſſas in tota reſtauratione Cauſæ independenter facta a Duce Sen. ejus Patre: profeſſus etenim fuit, hoc Ius levandi, & percipiendi Decimas exiſtere de pertinentiis Status de Capilla, proindeque ex hac ratione remanſiſſe transfuſum in illius Perſonam Jure Primogenituræ deſuper ordinatæ, *d. Sum. n.24.* Cumque idcirco palpabile foret, quomodo, & quibus mediis tranſiviſſet Status de Capilla in Domum de Zunica, ſed de Beyar ſecundum teſtimonium *Hyſtoricorum*, ut ſupra, & poſitivum Inſtrumentum initæ emptionis, certum quoque efficiebatur, non potuiſſe ipſum Ducem divagari extra lineam, & importantiam verborum prædicti Inſtrumenti, ac præcedentis Chronologiæ me-
17 lior namque deſiderari non valet juſtificatio, quam proſiliens a propria Collitigantis agnitione, & confeſſione, vulg. reſcripto *Imperatoris in l. cum precum, C. de liberal. cauſ. l. cum te, la 2., C. de tranſact., & l. generaliter, C. de non numer. pecun., Rot.dec 48. n.12. & dec.53. n.3. cor. Card. Celſ. & dec.115. n. 31 & 32. cor. Priol.*

Retenta etenim præmiſſa propoſitione,
18 quod immemorabili una cum fama comprobatæ non officiat quælibet allegatio, & productio tituli, quando copulative non oſtenditur, quod illum allegans, & producens ſemet arctaverit ad illum titulum, ad illam productionem, parum conſequenter relevabat, quod ex tota congerie ſupradictarum circumſtantiarum uſus, ac etiam talium qualium confeſſionum appareret de ejuſdem tituli deductione: Quoniam citra neceſſitatem maturius examinandi, utrum revera Dux ipſe modernus independenter aſſurgens ligaretur hiſce factis, & utrum in rei veritate ex iiſdem factis, ſeu dictis emergeret probatio ſufficienter deſtructiva ſuppoſitionis factæ circa hanc productionem per antiquas, & modernas *Deciſ.* in Cauſa
19 publicatas, ſemper occurrebat reſponſio, quod ex allegatione, & uſu unius tituli, præciſive ab oculari reſtrictione, non excluditur poſſibilitas, & competentia alterius tituli melioris ſubincluſi in ipſa immemorabili, ut præter jam relatos proſequuntur *Card. de Luc. de Jurepatr. diſc.65. n.4., Rot. cor. Dunoz. Iun. dec.800. n.18. cum duob. ſeqq. & in rec. dec.218. n.35. & ſeqq. par.6. & dec.29. ex n.43. cum plur. ſeqq. par.7.*

Maxime ponderando, quod ceſſante poſitiva infractione immemorabilis per manifeſtam arctationem ad aliquem titulum infectum, utique quando etiam omnia ſupradicta ligare valuiſſent Ducem moderniorem, & in ſe conſiderata probabilius tenderent ad everſionem, quam ad confirmationem juſti tituli, ſeu Privilegii; nihilominus ad finem, de quo eſt quæſtio, ſuperabundare potius videbantur, & intentum D. Ducis coadiuvare, quia licet (ut in hac Cauſa præmiſit *Rot. dec.215 n.2. par.2. diverſ, & cor. Martin. Andr. dec.45. n.1.*, & Nos ſupra ſtabilivimus)
20 ad Canonice adipiſcendum Jus percipiendi Decimas Eccleſiaſticas exigatur ultra immemorabilem in Laicis admixta fama Privilegii, vel, ut ſubdunt prædictæ *Deciſiones*, aliqua recognitio ab Eccleſia, vel alium æqui-
21 pollens, non tamen requiritur Privilegium, quod incliner in talem claritatem, ut ſit revera Privilegium, illud namque ſi extaret, ſuperflua redderetur immemorabilis, indubium quippe eſt, pro acquiſitione Juris decimandi ad commodum Perſonæ etiam Laicæ ſatis eſſe Privilegium, vel Indultum Apoſtolicum, ut ſæpius dixit *Rot.*, & præſertim *cor. Verall. dec.241. n.3. in fin. par.1., & in rec. par.1. dec.624. n.12, & par.2, dec.193. n.8. & dec.249. n.13. par.8. & cor. Merlin. dec.694. n.18. et dec.235. n.3. in fin. cor Card. Cerro.*

Ac propterea, ſecluſa neceſſitate Privilegii, quoties concurrit Immemorabilis, & ſatis exiſtente illius fama, negari (quamvis hoc ad exuberantiam) non poterat, quod admittendo etiam cuncta per Parochos præſuppoſita, attamen adhuc eliceretur talis fama, quæ controverſum operaretur effectum, ſignanter ex eo, quod innegabile pariter eſt,
22 quod illud verbum *Decimis* litteraliter adiectum in Inſtrumento emptionis factæ per Didacum non eſſet aliquo modo diſputabiliter referibile ad Decimas etiam Eccleſiaſticas, etſi rectius ex ſimultanea verborum ſtructura congruat prophanis, quemadmodum cenſuit in hac Cauſa *Rot. dec.182. n.9. & ſeqq. par.7., & dec.158. n.9. par.10.*, ; ſicque vel ex hoc

hoc capite, vel ex alia poſſibili ſuſpicione, vel indicio realitatis Privilegii ſemper nihilominus promanante ab ipſa univerſa ſerie objectorum, ſemper erit quoque incontrovertibile, ſufficientem famam inſurgere po-
23 tuiſſe, illa enim nullam expoſcit certitudinem, aut veritatem, ſed contentatur communi opinione, quæ ex ſuſpicione proveniat, fiatque mediante voce manifeſta, ſicuti definiendo, *quid ſit fama*, edocet *Bald. in l. de minore*, §. *Tormenta*, *ff. de quæſt.*, *Amadeus de Syndic. num.* 50., *Paul. Grilland. de quæſt. & tortur. quæſt.* 3. *n.* 4., *Anton. Roſell. in repet.* Can. *maniſeſta cauſ.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 152. *inter Repet. Canon. tom.* 1. *fol.* 127.

Et ex his tranſeundo ad ſecundam cardinalem oppugnationem acriter per Parocos renovatam, utrum videlicet Sententia, cæteraque Acta geſta coram *Martino Andrea* iiſdem Parochis incitatis, ſed cum ſola defenſione Dignitatis Archiepiſcopalis afficere valerent prædictos Parocos, fruſtra denuo repetebantur motiva intermediæ rei iudicatæ reportatæ per eos coram *Ver ſpio*, una cum deductis in intermedia pariter *Deciſione* favorabili coram *Bourlemont*, quæve tamquam Typis non excuſa dabatur *in d. Summ. generali n.* 44.; Quia omnia eadem motiva ſuperlative noſcebantur dilucidata, & reiecta in ſubſequenti *Deciſione* eiuſdem *Bourlemont ſub die* 15. *Januarii* 1677. & in poſtremis *cor. Card. Matthejo, Urſino, & Benincaſa*.

Et ſane nullatenus officiebat aſſumptum, quod dum (ut ſupra prænarravimus) Cardinalis de Quiroga ſemotis Rectoribus intruſive nominatis a Duce Franciſco Sen. de Beyar alios inſtallavit cum titulo perpetuæ Rectoriæ, non amplius teneret reſponſio, quod ſatis eſſet, litem fuiſſe proſecutam cum Archiepiſcopo tanquam univerſali Defenſore omnium Eccleſiarum, uti dicitur *in tertia Deciſione Pamphilii Sen.* lata ſuper manutentione, ac regiſtrata penes *Garz. de Benefic. par.* 6. *cap.* 3. *n.* 147. verum quod opus eſſet directe rem agere cum ipſis jam Canonice incardinatis Rectoribus, exemplo quorumcumque Adminiſtratorum generalium, nam ſi ſuper-
24 veniat Adminiſtrator, vel Procurator particularis, ille ſolus citari debet, vel ad ſummum uterque, numquam tamen omiſſa citatione Procuratoris ſpecialis, ex bene firmatis per *Rot. dec.* 794. *n.* 5. *& 6. coram Dunoz. Iun. & in rec. dec.* 201. *n.* 2. *par.* 2. *& deciſ.* 162. *num.* 8. *par.* 16.

Et eo præcipue, quia quamvis aliquando in ſuis caſibus non obſit omiſſio citationis, ubi poſtmodum per citandum non adducatur aliqua firmior defenſio, quam idem citandus oppoſuiſſet, quoties fuiſſet citatus, in caſu tamen noſtro, & in hac ipſa hodierna colluctatione liqueret, plura extitiſſe allata fundamenta, quæ non attulerat Dignitas Archiepiſcopalis. Etenim quo ad hanc poſtremam circumſtantiam, ſive oppugnationem, agnitum de repente fuit, ſuppoſitionem in facto aberrare, quia & ſi magis (ut ita dicamus) ſubtiliter, & anathomice fuerint per Parochos conſtipata fundamenta ejuſdem defenſionis proteudentis ad excluſionem Ducis ſuper Jure decimandi, in rei tamen veritate compertum fuit, quod non tantum eadem nova munimina nullius erant ponderis, & valoris, ob illas eaſdem reſponſiones, quę extiterunt hucuſque attributæ, ſed quod etiam introſpecta ſubſtantia, idipſum fuerat oppoſitum à defenſoribus Dignitatis Archiepiſcopalis, ſignanter in ordine ad uſum, & productionem tituli, quemadmodum conſtat ex pluries relatis *deciſionibus la* 182. *n.* 19. *par.* 7., *& deciſ.* 158. *n.* 5. *& ſeqq. par.* 10. proindeque reſpectu hujuſce ponderationis ſolide ſubſiſtebat replicatio, quod poſthabita citatio Parocorum non erat apta nocere validitati Judicii ex cauſa illius talis qualis intereſſe, quod fovere poterant, quo-
25 ties (prout hic) vel ſolus, vel legitimus Defenſor, nempe Archiepiſcopus, ſtrenue Cauſam propugnavit, & nihil ultra ſupererat, quod poſſet efficacius opponi, ex animadverſis per *Surd. conſ.* 181. *n.* 28. *& conſ.* 227. *n.* 17., *Fabr. in C. lib.* 6. *tit.* 11. *defin.* 26. *in fin.*, *Ubert. de Citat. caſ.* 14. *n.* 100., *Cenſal. deciſ. Lucen.* 44. *n.* 5., *Rot. deciſ.* 291. *n.* 5. *par.* 10., *dec.* 295. *n.* 6. *par.* 15., *& dec.* 267. *n.* 15 *par.* 19.

Diximus, pro illo tali quali intereſſe quod Parochi foverent; nam Domini quidem reſpicientes ad ea, quæ de Anno 1590. poſt partam victoriam rei judicatæ ſupèr utroq; Jure nominandi & decimandi expleta fuerunt per Card. de Quiroga, & profecto parum dubitarint, quod erectio Parochialium ab eo ſolemniter in titulum conſumata, nedum non ſubjaceret alicui vitio Attentatorum, quæ de cætero, tanquam turbida, Signatura Juſtitiæ rejecerat ad finem litis, verum potius (quantumvis non poſitive) opinarentur, eamdem perpetuam intitulationem eſſe ab omni penitus labe Attentatorum immunem: Jam enim etiam ad normam interpoſitæ appellationis a Duce Franciſco Sen. de Beyar tam ſuper Jure nominandi, quam ſuper altero decimandi, dum Signatura Juſti-
26 tiæ reſcripſerat = *Parito Judicato* = evidens erat, quod prædictus Cardinalis de Quiroga Archiepiſcopus liberas habebat manus exequendi rem judicatam, & conſequenter amovendi Rectores manuales ab eodem Duce Sen. deputatos, implendique Sedes Rectorales ad ſui libitum, & arbitrium, ut in propoſito prædictæ Clauſulæ, *parito Judicato*, *Rot. cor. Gregor. dec.* 545. *num.* 1., *& coram Pamphil. dec.* 692., *& coram Coccin. dec.* 510. utrobique *num.* 3.

Abſque eo, quod in hac parte, ſeu ſaltem indi-

indirecte ad finem, de quo agebatur, ſubſi-
ſtere tuto poſſe viderentur deducta *in Deci-
ſione diei 24. Junii 1688. §. Parum relevante,
cum ſeqq. cor. bo. me. Benincaſa*, quaſi quod, &
hæc erectio Rectoriarum in titulum ſaperet
vitium litigioſi, tum ob obtentam a Duce
Franciſco Sen. reſtitutionem in integrum
etiam ſuper Jure nominandi, tum ob non
ſecutam aliquam declarationem Judicis ſu-
per deſertione litis reſpectu ejuſdem Iuris
nominandi, tum & denique, quia in eiſdem
litteris Executorialibus a Dignitate Archie-
piſcopali reportatis in vim primævæ rei judi-
catæ concederetur Archiepiſcopo ſimplex
facultas deputandi Cappellanos ad nutum
amovibiles, unde nequiverit idem Cardina-
lis de Quiroga ſive per *Text. in cap. 1. de Cap-
pell. Monach. in 6.*, ſive ex magis expreſſa de-
terminatione *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 7. de Reform.
cap. 7.* citra prædictum vitium litigioſi deve-
nire ad memoratam elevationem in titulum:
Quoniam hæc omnia recte forſan congruiſ-
ſent hypotheſi uberius etiam in præſenti diſ-
putatione elucidatæ, quando eadem primor-
dialis Commiſſio ſuper utroque Iure nomi-
nandi, & decimandi, remanſiſſet adhuc
aliquo modo pendula, ſive in ſuſpenſo; ſed
cum idem Dux Franciſcus Sen. ex poſt mu-
tando conſilium novam porrexerit in Signa-
tura Iuſtitiæ Commiſſionem in ordine ad Ius
decimandi dumtaxat, quodque plus eſt, al-
ter Dux Franciſcus Iun. nolens ullo modo
Acta Genitoris facere ſua, novum ex inte-
gro, ac prorſus independens promoverit Iu-
dicium uti vocatur ad Majoratum, & Pri-
mogenituram, imperceptibile omnino red-
27 debatur, quomodo argui poſſet de vitio li-
tigioſi illa erectio, ſuper qua nulla amplius
lis, nullum veſtigium cujuſcumque præce-
dentis diſſidii extabat, prout de per ſe ad ſen-
ſum exprimit verbum *litigioſi*, & prænota-
runt *Pereir. de reviſ. cap. 82. num. 3. & 5. cum
ſeqq.*, *Rot. deciſ. 102. n. 8. & 9. cor. Ubald.*,
*& deciſ. 157. num. 10. par. 10. recent.*, *& in
Sabinen. fideicommiſſi 27. Iunii 1687. §. De-
mum, in fin. coram clar. mem. Card. Caccia.*

Neque alia idcirco apparebat expectanda
Iudicis declaratio ſuper deſertione, nec pa-
riformiter refragabatur formula Executo-
rialium, utpote non excedentium ſimplicem
facultatem conceſſam Archiepiſcopo amo-
vendi, & deputandi Rectores ad nutum
amovibiles; Quoniam reſpectu Sententiæ de-
28 claratoriæ, quidquid ſit, an, & quando, ſtan-
te longævo temporis decurſu, illa ad alios
effectus exigatur, ex quo Inſtantia de Iure
Canonico eſt perpetua, juxta regulam, & fal-
lentias ponderatas apud *Gratian. diſcept. 40.*,
*Scacc. de Appell. quæſt. 11. art. 5.*, *Mareſcott.
lib. 2. var. cap. 74.*, *Card. de Luc. de Judic.
diſc. 37. num. 27.* certe non videbantur tales
termini adaptabiles præſenti Theſi, in qua

cum (ut præmiſimus) Dux Franeiſcus Sen.
ſeſe in poſteriori appellatione, ſeu Commiſ-
29 ſione reſtrinxerit ad Ius tantummodo deci-
mandi, aufugiendo rigorem Clauſulæ *Pari-
to Iudicato*, & amplectendo mitiorem, *ſine
præjudicio legitimæ executionis*, proculdubio
cenſebatur renunciaſſe veteri appellationi,
& per conſequens cuicumque litis penden-
tiæ ſuper hoc capite, ad not. per *Marcheſan.
de Commiſ. par. 3. §. Unic. n. 26. fol. mihi 375.*
*Rot. dec. 339. num. 12. par. 11. rec. & dec. 253.
num. 18. par. 12.*

Clarius autem, quoniam ſi Dux Franciſ-
cus Iun. inſtauravit Judicium uti Primoge-
nitus, nolens in totum facere Acta ſua, niſi
inquantum ſuppeteret neceſſitas reclamandi
à Sententiis veluti latis ſuper pentinentiis
Status de Capilla, ad normam *Text. in l. inge-
nuum, ff. de ſtat. homin.*, quomodo pariter
in hoc reſtaurativo Iudicio promoto ſolum
quoad Ius decimandi, potuit reviviſcere li-
tigium, quod ultro erat jam extinctum in
præcedenti Poſſeſſore ejuſdem Status, &
quod illico fuit impugnatum a Succeſſore,
30 reluctante regula, ut quis nequeat hauriri,
ſeu percipere commodum, quando non vult
ſimul incommodum ex eodem actu ſentire,
ad *Text. in l. cum Fiſco, ff. ad S. C. Syllan.
& in l. 1. §. fin. ff. de aqu. plun. arc.* cum con-
cord. per *Barboſ. axiom. 44. num. 1. & ſeq.*

Quovero ad formulam Executorialium,
nullum quoque ſuper illa conſtitui poterat
fundamentum, nam eædem Executoriales
(quia fortaſſe fuerunt una cum reliquis
Actis, & Proceſſibus antiquioribus de-
perditæ) non extitere oculis Dominorum
ſubjectæ; Sententiæ autem, quæ præceſſe-
rant ipſas Executoriales, quæve apparebant
regiſtratæ *in d. Summ. generali n. 10.*, totæ
ſonabant in excluſionem Ducis ſuper præten-
ſo Iure nominandi, amovendique Cappella-
nos, & idcirco abſolvebant Dignitatem Ar-
chiepiſcopalem ab omni perturbatinne, &
moleſtatione ejuſdem D. Ducis, nihil peni-
tus obloquendo de facultate, vel uſu ejuſ-
dem Dignitatis, quomodo videlicet Archie-
piſcopus gerere ſe deberet in adminiſtratio-
ne, & proviſione hujuſmodi Eccleſiarum
Parochialium: Unde nec earumdem Senten-
tiarum limites excedere valebant etiam Exe-
cutoriales, quæ decernuntur in ſequelam
*Deciſionum*, & Sententiarum, earumque
propterea tenores inſeruntur per extenſum
31 in eiſdem Executorialibus, quæ aliud in ſub-
ſtantia non important, quam publicum
quoddam Iſtrumentum de rebus Iudicatis
cum ſolo ulteriori munimine Clauſularum
injungentium celeritatem executionis ſub
hortationibus, & reſpective pœnis opportu-
nis, ac neceſſariis, ut patet ex formula relata
per *Veſtr. in prax. lib. 8. cap. ult. n. 16.*, & tra-
dit *Capuc. in prax. tom. 1. par. 3. cap. 8. per tot.*

Sola-

Solaque in propoſito difficultas ſtare forſan potuiſſet in eo, quod cum de tempore ſecutæ erectionis Parochiarum in titulum præceſſiſſet prima Commiſſio oblata ex parte Ducis Franciſci ſenioris non minus circa Ius decimandi, quam circa alterum nominandi, actus erectionis ex poſt celebratus a Cardinali Quiroga ſubiaceret pendentiæ litis, ſaltem in extremo devolutivo ob prædictam Clauſulam *Parito Iudicato*, ac propterea in eo, quod tranſgrediebatur ſtatum Eccleſiarum de tempore litis non extinctæ, dici mereretur quodammodo innovativus, & nullus, ne Dux ipſe fortaſſe victor in proſecutione reperiret alterationem præjudicialem Juri ſuo, ſive præcedenti amovibilitati,
32 poſitaque per conſequens hac nullitate, illa deinceps convaleſcere nequiverit, juxta determinationem utriuſque Juris, Cæſarei ſcilicet *in l.30. & l.211. ff. de regul. Iur.*, & Pontificii *in cap.18. eodem tit. in 6.* cum reliquis apud *Barboſ. axiom.164. n.9.*, *Carol. Marant. reſponſ.31. num.36. par.3.*

Sed & pariter (quantumvis obiter) amaritudo hæc removebatur ex facto ſucceſſivæ, ut vidimus, reſtrictionis, & implicitæ renunciationis factæ cuicumque prætenſioni quoad ipſam nominationem Rectorum, tam pro parte ejuſdem Ducis Franciſci Sen., quam fortius ex altera Ducis Jun.; quamobrem cum, ad ſolum finem præjudicii ejuſdem Ducis in caſu ſupervenientis victoriæ, innovatio hæc habenda foret pro non facta, quia de reliquo inſtallatio Parocorum in ſe, ſecluſis prætenſionibus, ac moleſtationibus D. Ducis, ſollicitudini, ac providentiæ ipſius Archiepiſcopi per *Sacros Canones*, ipſiumque *Concilium Tridentinum* commendabatur, nulla aderat occaſio conquerendi de magis Sancta, ac ſalubri deputatione Parocorum in titulum, quam ſi permiſiſſet, eaſdem Parochiales Eccleſias adminiſtrari per mere Mercenarios, ſeu, quod idem eſt, per Preſ-
33 byteros amovibiles ad nutum, qui male regulariter paſcunt Oves in proprietate non ſuas, ut ait *Gloſſ. in cap. unic. verb. perpetui, de Cappell. Monacor.*, *Gonzal. ad regul. Cancell. gloſſ.5. §.6. num.60. & ſeq.*, *Rot. dec.24. verſ. quarta ratio, de Præben. in nov.*

Dum itaque prædictum præjudicium oculariter ceſſabat ex jam derelicto, & inplicite renunciato Jure nominandi, adeout nulla deinceps, nec hodie penderet, aut pendeat lis ſuper eodem Jure nominandi, utique tam ſubſtantia actus appoſitionis Parocorum promanans in executionem rei judicatæ, quam illius qualitas circa laudabilem perpetuitatem adiecta, validata dubio procul re-
34 manſit, non obſiſtente amplius regula, ut quod ab initio nullum eſt, tractu temporis convaleſcere non poſſit, ea namque minime procedit, quoties ex poſt facto, tacite ſaltem, ſupervenerunt ea omnia, per quæ actus ille conſtitui poterat, ſive potuiſſet a principio, ut egregie limitando notavit *Gloſſ. in dicto cap.18. de regul. Iur. in 6. §. Nota ergo, verſ. vel dic*, & concordat *Fæderic. de Senis conſ.26. ſub n.6. verſ. præterea*, *Calderin. conſ.2. ſub n.2. verſ. vel poteſt dici, de Conſtit.*; maxime cum, ſubſecuta prædicta derelictione, & implicita renunciatione, novi ſemper Parochi fuerint in titulum proviſi, ſi etenim quando per obitum primorum Parocorum alii Parochi gradatim unus poſt alterum extiterunt perpetuo inſtallati, liberas omnino manus, & habenas retinebat Archiepiſcopus, profecto
35 nova etiam, & penitus independens ſemper contingebat creatio deputationis in titulum perpetuum, & ob id apta ex hoc capite convaleſcere, ut per eumdem *Text. in l.1. §.1. ff. de leg.3.* ſubdit *Barboſ. dicto axiom.164. ſub num.10. verſ. & in hoc ſenſu*.

Cæterum e converſo, nempe reſpectu alterius Juris decimandi, viſum eſt Dominis, ſubſtentari non poſſe prætenſionem eorumdem Parocorum etiam in illa parte, in qua prætexentes, ac validantes vetera fundamenta ſub hodierna die conabantur evitare executionem rei judicatæ coram *Martino Andrea*, ſucceſſive etiam ſtabilitam per alteram rem judicatam coram *bo. me. Benincaſa* ſub enunciato prætextu, quod poſita legitima illorum inſtitutione, ſeu deputatione in titulum, Decimæ quodammodo eis principaliter deberentur Jure primævo, ſeu poſtliminii, ideoque omnia geſta cum Dignitate Archiepiſcopali, Ipſis incitatis tanquam immediatis Defenſoribus, vel palam ruerent, vel non poſſent illis præjudicare, ex iiſmet ferme rationibus, per quas in contumaciam Ducis extorſerant intermediam rem judicatam, quemadmodum conſtat ex *deciſ.339. par.11. dec.253. par.12. & deciſ.219. par.13. rec.*, necnon ex prædicta pariter intermedia *Deciſ. diei 22. Martii 1675. cor. bo. me. Bourlemont*.

Quoniam compertum evidentiſſime fuit, negocium erectionis in titulum nihil perneceſſe habere commune cum aſſignatione Decimarum facta per eumdem Cardinalem de Quiroga; Siquidem eo ipſo, quod Decimæ, ſive jus decimandi pertinebat ad Duces de Beyar, veluti Dominos, & poſſeſſores Status de Capilla in vim conſuetudinis immemorabilis, juncta veriſimilitudine, ac fama Privilegii, nullatenus relevabat, quod Parochiæ forent diſtinctæ, quod Parochi deputati eſſent in titulum, verum quippe erat, quod abſtractive de Jure ipſis Parochis, &
36 non alteri debentur Decimæ illorum fructuum, qui intra circumdarium parvarum Diœceſuum, ſive Parochiarum colliguntur, ad *Text. in cap. cum contingat, & in c. in tua in fin. de Decim.*, & præcipue, dum illa alia Per-



Digitized by Google

ſona repetitur laica, & incapax Juris decimandi; Sed immemorabilis coſuetudo involvens allegabilitatem Privilegii Apoſtolici, juncta ulterius fama ejuſdem Privilegii, hoc a generali determinatione Juris alioquin devium ſibi vindicat, ut præſumatur,
37 Papam (in cujus poteſtate ſunt omnia Jura Eccleſiæ univerſalis, ac reſpective inferiorum Eccleſiarum, *Can. nunc vero 9. quæſt. 3. & cap. 2. de Præben. in 6.*) vel antequam ſequeretur erectio formalis talium Parochialium, vel etiam deinceps ex ejus rationabili, etſi quandoque imperſcrutabili Judicio, Jus decimandi elargiri voluiſſe Proceribus, & Perſonis ſibi bene viſis, cum de poteſtate non
38 ſit quæſtio, licet uni auferat, alteri det, ſecundum firmata per *Cravett. conſ. 152. n. 8., Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 11. n. 11. & ſeq., Frances de Eccleſ. Cathedr. cap. 6. num 13., & cap. 10. num. 51.*

Poſita igitur hujuſmodi compatibilitate, profecto non ſine vitio litigioſi valuit in eoſdem Parocos Jus decimandi tranſire; Jam enim ab initio primævæ introductionis Judicii nulli extabant Parochi actualiter in titulum exercentes Curam Animarum, ſed reperiebantur dumtaxat ad eamdem Curam adminiſtrandam deputati Presbyteri in ſtatu amovibilitatis ad nutum D. Ducis, unde ſi pendente, ſeu reaſſumpta lite per Ducem Sen. in gradu reſtitutionis in integrum, eademque continuo reſtaurata per Juniorem, placuit nihilominus Cardinali de Quiroga aſſignare Parochis, etiam rite elevatis in titulum, Jus quoque percipiendi Decimas perſeverans in lite, certe quod diſcretive, ſive compatibiliter cum Jure nominandi derelicto, ſive renunciato, & conſequenter cum ipſa erectione in titulum effecta (ut videbatur ex præmiſſis) immuni ab omni vitio, remanſit idem Jus percipiendi Decimas undequaque litigioſum, & idcirco ad effectum evitandæ neceſſitatis citationis, & reintegrandi principaliter Judicium cum ipſis Parochis ex hoc diſtinctiſſimo capite Decimarum, ſemper iidem Parochi habendi erant pro amovibilibus, cum non potuerit in
39 hac parte Decimarum per prædictam aſſignationem, ſeu adjudicationem Archiepiſcopus efficere duriorem Adverſarii ſui conditionem, ut ait *l. C. in l. fin. ff. de litigioſ., Olea de ceſſ. Iur. tit. 3. quæſt. 11. n. 2.*, cum aliis robuſte non minus, quam copioſe firmatis ſuper circumſtantiis neceſſariis ad inducendum litigioſi vitium *in Deciſ. diei 9. Aprilis 1674. §. Notoria autem, cum ſeqq., & 15. Ianuarii 1677. ex §. Et quamvis, coram bo. me. Bourlemont, & 10. Maii 1680. §. Patentem autem cum ſeqq., & §. Nec juvare, & ſeq. coram clar. mem. Card. Matthejo, 26. Iunii 1686. §. 1. in fin. & 14. Aprilis 1687. §. Injuſtitia enim, coram bo. me. Viſino, 16. Februarii 1688. §. Omiſſa namque*, & latius 14. *Iunii ejuſdem Anni §. Subſiſtit enim, cum ſeqq. coram bo. me. Benincaſa*, ad quas in hoc propoſito citra ſuperfluam repetitionem ſuperabundabat habere ſe remiſſive.

Eodemque proinde themate retento, de plano labebantur cuncta, quæ per eoſdem moderniores Parocos inculcabantur ſuper eo, quod non tantum ex antiqua diviſione Parochiarum demandata per Dionyſium Summum Pontificem, ut *in Can. Eccleſias 13. quæſt. 1.* de mente Juris reputentur Parochiæ
40 ſemper diſtinctæ ſub proprio, & particulari Rectore gubernandæ, tranſfuſa obligatione probandi contrarium Parti aſſerenti, *Rot. cor. Royas deciſ. 343. num. 6., & in Corduben. Decimarum Molendini 20. Iunii 1672. §. Nec ab hac probatione, coram bo. mem. Bourlemont*, confirmata *in deciſ. 2. n. 24. & ſeq. par. 17. rec.*, ſed etiam, quod effective in tota Diœceſi Toletana, & cædem Parochiæ ſint prorſus ſeparatæ, & diſtinctæ, earumque Rectores exiſtant perpetui Titulares, ſoliti ſemper provideri per Concurſum, uti convincebatur tum ex iteratis relationibus tranſmiſſis per Archiepiſcopos Sac. Congregationi Concilii occaſione Viſitationis Sacrorum Liminum, *dicta Summ. generali num. 49.* tum etiam ex ſæpius præſuppoſitis in hac ipſa materia Decimarum per noſtrum Tribunal, quemadmodum videre eſt *in dec. 802. & 899. coram Seraphin., & cor. Duran. dec. 320., Dunozett. Iun. dec. 959. Bich. dec. 48., & in rec. dec. 350. par. 12.*

Ultra enim quam quod hujuſmodi generales præſumptiones non erant caſui præciſo harum Parochialium Status de Cappilla applicabiles, cum de tempore *Martini Andreæ* ex parte Dignitatis Archiepiſcopalis contrarium præciſe opponeretur D. Duci, nempe quod ipſe nequiverit præſcribere ullum Jus decimandi, ex quo Eccleſiæ, veluti adminiſtratæ per Parocos ad nominationem, ſeu deputationem ejuſdem Ducis amovibiles, legitimo caruerant defenſore, & ſic ex ejuſdem Partis oppoſitione, & confeſſione conſtabat potius de contrario, quemadmodum plenius eluceſcit *ex dec. 104. ejuſdem Martini Andreæ*, quæ prodiit, ſive extenſa fuit in gradu decretæ, ſeu decernendæ expeditionis Cauſæ, unde & ipſa, una cum ſucceſſiva Sententia, tranſitum fecit in rem judicatam: Attamen applicando ad rem noſtram, facile recurrebat animadverſio, de qua ſupra, nempe, quod parum faceret, Parocos extitiſſe, necne in titulum proviſos, quia conflictatæ ex ſuperventa, ſive juſtificata conſuetudine immemorabili pro parte D. Ducis illa ſimplici, & nuda Juris aſſiſtentia, quæ Parochis perpetuis favere poſſet in abſtracto, ſemper ineluctabiliter efficiebatur vitio litigioſi obnoxia aſſignatio, ſeu adjudicatio Decimarum facta Parochis, cæteriſque de ſtylo Toletanæ Diœceſis, aliarumque Regionum

par-

Digitized by Google

participantibus, dum enim in actione reali
41 per Ducem litigabatur ſuper prædicto Jure,
decimandi, eademque lis præxiſtebat de
tempore factæ adiudicationis, ac deinceps
continuavit uſque ad perfectam, & totalem
victoriam Ducis, clarum, & inexcuſabile
undequaque præfulgebat vitium litigioſi, ut
optime comprobarunt *Gratian. diſcept. 502.
n. 22. & ſeqq., Sabell. var. reſol. cap. 87. n. 1.
cum ſeqq.*, cum aliis præter hos latiſſime con-
geſtis in præteritis *Deciſ.*, & ſignanter in
illa diei 15. *Ianuarii* 1677. *cor. Bourlemont*.

Atque ex his a primo ad ultimum ceſſan-
te rerum judicatarum injuſtitia, & per con-
ſequens decidente reſtitutione in integrum
per Parocos expetita adverſus duplicem
rem judicatam, Aures Domini minime cen-
ſuerunt eſſe præbendas ſubalternæ conquæ-
ſtioni deductæ per eoſdem Parocos, ex quo
Sententia *Martini Andreæ* nimis indefinite
declaraverit, omnes Decimas Status de Ca-
pilla libere pertinere ad Duces de Beyar, ad
effectum illas in proprios uſus, ſive utilita-
tem convertendi, nullumque deſuper Jus ex
oppoſito competere Eccleſiis Parochialibus,
quando & erat nimium abſurdum, ut os Bo-
vi trituranti clauderetur, ut ait *Apoſtol. ad
Corinth. cap. 9.* & quando Duces prędeceſſo-
res pluries obtulerant, & expreſſerant Deci-
mas prætendere, & reſpective ſatagere in il-
larum quaſi poſſeſſione manuteneri ad effe-
ctum providendi Cappellanis de congrua
ſubſtentatione, ſupportandique onera ne-
ceſſaria earumdem Eccleſiarum, *d. Sum. ge-
nerali n. 7. 8. 9. 12. 14. & 15.* juncto *n. 24.*

Siquidem & hujuſmodi conquæſtio dete-
gebatur manifeſtiſſime inſubſiſtens, cum in-
tantum fuerint excluſi Parochi, ſeu declara-
tum extiterit, nullum eiſdem Ius competere,
inquantum revera ob formiter juſtificatam
immemorabilem cum fama Privilegii, tale
Jus pertinebat ad Ducem Dominum, & poſ-
ſeſſorem Status de Capilla, & intantum pa-
riter pronunciatum fuit: Decimas poſſe per
eoſdem Duces in proprios uſus, & utilitatem
converti, inquantum etiam id erat de ſeque-
la victoriæ, ſive illius, qui obtinuit definiri,
ad ſe ſpectare Jus percipiendi Decimas, non
enim per hoc exempti remanebant iidem Du-
ces a congrua ſubminiſtratione illius portio-
nis Decimarum, quæ de Jure ſufficeret ad Pa-
rocorum ſubſtinentium pondus diei, & eſtus
ſubſtentationem, ipſarumque reſpective Ec-
cleſiarum onera materialia, & formalia ſub-
eunda, quæve ſunt indiſpenſabiliter neceſſa-
ria etiam præciſive ab expreſſione, & obla-
tione Ducum Prædeceſſorum, nemo ſiqui-
42 dem ignorat, quod Sententia dici nequit
injuſta, ſi non expreſſit ea, quæ veniunt in
43 Juris conſequentiam, cum ipſa Sententia
ſemper veniat intelligenda, ac recipienda
prout de Iure, ut inquit *Rot. coram Gregor.*
*dec. 176 n. 3. & 4. & dec. 161. n. 7. cum ſub.
ſeqq. apud poſth. de Jubbart., dec. 30. n. 13. & 14.
par. 10. rec., & dec. 158. n. 23. par. 13.*

Et ita in hac voluminoſa, & acriori reaſ-
ſumptione Cauſæ tam vetuſtæ, Domini ma-
ture reſponderunt, utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

CONceſſa fuit erga hanc Deciſionem nova
audientia, ſed ſub die 14. Iunii 1700. poſt-
modum fuit confirmata, cum ſubſequenti
confirmatione Sententiæ per Me latæ, prout
ſuo loco exponetur inferius.

Materia hæc Decimarum frequentiſſime
examinatur in Sac. Auditorio, quia cum ab
omnibus Orbis Catholici partibus ad illud
confluant continui recurſus, & appellatio-
nes, præcipue a Iudicatis Tribunalium Ec-
cleſiaſticorum inter perſonas Eccleſiaſticas,
vel cum earum mixtura, quotidianæ exiſtunt
diſcuſſiones in hujuſmodi propoſito, unde
ſuperfluum videtur alias adnotationes, ſive
additiones recenſere; Nihilominus curſim
poterit adverti in purum ornatum, quod
44 Decimæ aliæ ſunt Spirituales, aliæ tempora-
les, illarumque qualitas diſtinguitur a cir-
cumſtantiis, quæ videri poterunt penes
*Thomat. dec. 52., Rot. in Aquen. Decim. 23. Iu-
nii 1692. cor. Benincaſa*, & paſſim, *Card. de
Luc. de Decim. diſc. 6.*, & alibi, & quando Lai-
45 cus præſcribere poſſit Ius exigendi Decimas
Spirituales contra ſancita *in Concil. Latera-
nen.* relato *in cap. probibemus, de Decim. & in
cap. cauſam, quæ, de præſcript.* late penes *Pa-
nimoll. dec. 33. annot. 1. per tot.*

Multum in ſubiecto Decimarum facit con-
ſuetudo tam active, quam paſſive: Nam
quemadmodum per conſuetudinem imme-
morabilem poteſt acquiri Ius activum deci-
mandi, ita poteſt paſſive obtineri exemptio
a ſolutione Decimarum, ſed quomodo pro-
betur hæc immemorabilis, ſatis examinavi in
una *Legionen. Decim.* de Anno 1679.; Præ-
tendentibus enim Eccleſiaſticis Oppidi *de Vil-
lada* ſeſe exiſtere in quaſi poſſeſſione non ſol-
vendi, & ſuper hac negativa quaſi poſſeſſio-
ne concurrere immemorabilem, Ego tunc
adſcitus ad tuendum jura Abbatis, & Mona-
corum Ordinis S. Benedicti, quorum Mo-
naſterio fuerant unitæ nonnullæ Eccleſiæ Pa-
rochiales S. Fructuoſi, & S. Mariæ de Hera,
ſubſtinui, & obtinui contrarium in S. Rota
*ſub die 13. Martii* 1679. cum ulteriori perſi-
ſtentia in deciſis *cor. Card. Vicecomite*, ut in
Reſponſo, quod incipit =

Presbyteri, cæterique Eccleſiaſtici de Vil-
lada tenentur ſolvere Decimas Capitulo Ca-
thedralis Eccleſiæ Legionen., & Venerabili
Monaſterio Sancti Facundi, nuncupato de
*Sabagun.*, cum etenim in dicto Loco geminæ
tantum exiſtant Parochiales, eæque ſignan-

ter reperiantur unitę eidem Monaſterio, in-
controverſa exinde reſultat Iuris aſſiſtentia,
46 juxta quam Decimæ, de Iure Divino, ac
poſitivo debitæ Parochialibus, ſpectaut ad
illos, quibus facta eſt unio, *Mobedan. dec.10.
tit. de Decim., Verall. dec.339. n.2. par.3., Rot.
in rec. dec.30. par.6., & dec.304. num.2. & 3.
par.7. & dec.161. n.6. par.8., & cor. Merlin.
dec.817. in princ.*

Certius ob explicitam confeſſionem prædictorum Presbyterorum, qui allegando
47 Privilegium exemptionis, & conſuetudinem immemorabilem non ſolvendi Decimas, per conſequens ex hoc ipſo abſque ulla
dubitatione Ius, & pertinentiam decimandi
de cætero nobis competere profeſſi ſunt, per
*Text. in cap. cum perſonæ, de privileg. in 6.,
Caputaquen. dec.306. pa.1. & dec.491. in princip. par.1. rec.*

De Privilegio autem nullibi uſquedum
docuerunt, ſed aſſerendo Privilegium penes
ſe retinere, illud non obſtante qualibet Iudiciali monitione, & præcepto, recurrentes
uſque ad Magiſtratus Sæculares, exhiberę
recuſarunt, quinimo laceratæ noſcuntur Paginæ, in quibus detegi poterat ejuſdem infectio; Ideoque ſi ex ſimplici repugnantia ex-
48 hibitionis Scripturarum maxima conſuevit
reſultare præſumptio mali Iuris contra repugnantes, & contumaces, quando magis emer-
49 get adverſus occultantes, & lacerantes, ad
tradita per *Theſaur. dec.171. n.4. Buratt. dec.
266. n.6. verſ. & ideo, & dec.542. n.3., Cavaler. dec.166. n.2., Bich. dec.224. num.17.,* &
paſſim in aliis.

Præcipue, quia ex atteſtatione Sebaſtiani
Calzas Notarii lucide habetur, quod ipſe
Librum vidit, quodque aſſertum, & allegatum Privilegium nihil aliud continebat,
quam ſimplicem quamdam, & antiquam ordinationem factam ab Epiſcopo pro Clericis
tunc viventibus tantum, proindeque non
oportet multum inſudare pro explicanda ratione præfatæ occultationis, & lacerationis,
ne ſcilicet ictu oculi detegeretur inſubſiſten-
50 tia Privilegii, cum abſolutum exiſtat in Iure, Epiſcopum non poſſe Privilegium exemptivum Decimarum elargiri, ad plene cumulata per *Rebuff. de decim. qu.5. n.28. &
32., Cavaler. dec.343. n.4., Barboſ.* cum ibi
congeſtis *de Iur. Eccl. lib.3. cap.26. §.3. n.49.*

Neque loco Privilegii poteſt ullo modo
51 ſuffragari, quod illi, uti Clerici, non teneantur ſolvere Decimas, ex *Text. in cap.
novum genus, il ſecondo, de Decimis;* quia præ-
52 fati *Text* cenſura loquitur ſolum de bonis aſſignatis pro Parochi ſubſtentatione, non autem de bonis particularium Clericorum nullam Curam habentium, in quibus terminis,
53 etiamſi eadem bona deſervirent pro ſundo
Cappellaniarum, & Anniverſariorum, nihilominus obnoxia remanent indubitanter ſolutioni Decimarum, ut ex verbis ejuſdem
*Text.* ſine contradictore deſumunt *gloſſ. in
cap. Laicus 16. q.1., Suarez. tom.1. de Religion.
tract.2. lib.1. cap.17. n.23. Barboſ. lib.3. de univerſ. Iur. Ecclеſ. cap.26. §.3. n.10., Caſtropal.
tom.2. tract.10. punct.11. n.3. & 4., Monet. de
Decim. cap.5. n.6. & ſeq., Ninot. dec.31. n.15.,
Rot. dec.201. n.9. & dec.304. par.13.* confirmata *dec.254. per tot. par.15.,* & ſcribens in
eadem Cauſa late proſequitur *R.P.D. meus
de Luc. lib.14. tit. de Decim. diſc.2. n.5. & ſeq.*

Sublata igitur ad evidentiam exiſtentia,
ſive ſubſiſtentia Privilegii, invanum iidem
Clerici poſſunt recurrere ad conſuetudinem
immemorabilem; Quia attento eodem ſupradicto rumore, & poſitiva juſtificatione
54 Privilegii ſtudioſe occultati, impoſſibile eſt
agere de immemorabili, cum ei ex diametro
adverſetur, & repugnet initium tituli, & Privilegii, ut ait *Rot. dec.101. n.8. par.4. tom.2. &
dec.56. n.17. & 18. & dec.137. n.6. par.7., &
dec.314. n.6. et 7. par.11. rec.*

Fortius vero, & extra dubitationem, quia
in præſenti non agitur de præſcribenda aliqua quota Decimarum, neque de ſolvendo
potius uni, quam alteri Eccleſiæ, ſive potius
de ſolvendis certis fructibus in certis temporibus, quam in aliis, ſed pertractatur de
omnimoda exemptione, & libertate adverſus quoſcumque, quo caſu ſatis eſt reſponde-
55 re quod etiam quatenus aſſerta probaretur
conſuetudo, illa nullius eſſet roboris, & efficaciæ, cum eidem in hoc caſu omnia Iura
*Sacrorum Canonum* adeo reſiſtant, ut tanquam
ſcandaloſa, & reprobata, nullatenus veniat
attendenda, ut per *Abb. in cap. ult. n.5. in
fin. de Paroch.,* Reverendiſſ. *Fagnan. in cap. ſignificavit n.17. de* Decim., *Rot. dec.5. n.10. p.14.
56 rec.;* & quomodo libertas non ſolvendi Decimas in totum præſcribi non poſſit etiam a
Perſonis Religioſis, licet per mille Annos non
fuiſſet ſolutum, poſt *Text. in cap. cauſam de
præſcr. & Treviſan. dec. civil.29. n.15.* firmat
in puncto *Mareſc. variar. reſolut. lib.2. cap.95. n.
28. & ſeq., Rebuff. de Decim. qu.13. num.60.
verſ. ad libertatem,*

Et denique ſine ſcrupulo, quia eadem immemorabilis eſt impoſſibilis, ex quo ad præſens non agitur de Presbyteris, & Clericis
unius Collegii, vel unius Eccleſiæ, quorum
nomine poſſint illam inducere, ſed verſamur
57 in Clericis particularibus, & diſgregatim
viventibus abſque ulla forma Univerſitatis,
& Collegii, Ideoque poſſunt dumtaxat prætendere conſuetudinem, & præſcriptionem
ex propria perſona, ſed iſta nullo modo redditur tranſmiſſibilis ad ſucceſſores, cum Clerici non generent ſibi Clericos, & per conſequens poſito initio, nempe de tempore,
quo facti ſunt Clerici, & de fine, ſcilicet de
eorum morte, impoſſibile eſt ſomniare, nedum juſtificare aliquam præſcriptionem, vel
im-

Digitized by Google

immemorabilem, quæ (ut diximus) ſolummodo incipit currere ab ortu Clericatus, per *Text. in l. 1. circa fin. C. de Annal. exception.*, *Caſtren. conſ.50. n.9. lib 3*, *Boer. dec.233. n.7.*, & in terminis Decimarum *Valenzuel. conſ.33. num.213.*

Immo deficiente dicta forma Collegii, & Univerſitatis, deficit etiam in radice facultas allegandi conſuetudinem, ex quo de illius
58 eſſentialiſſimo requiſito neceſſe eſt, quod ab Univerſitate, & ab habente proteſtatem condendi legem inducatur, juxta Theoricam *Bart. in l 1. in fin. ff. de legibus*, *Tiraquell. de Iur. P. imogen. quæſt.16. n.1. & 2.*, *Carpzon. de Iuriſprud. forenſ. Conſtit.35. defin.25. in fi.*, *Torr. de pact. futur. ſucceſ. lib.1. c.33. n.33.*, *Rot. dec.91.*
59 *n.15. & ſeqq. par.14.*, ubi quod etiam requiritur ſcientia illius, qui poteſt Ius condere.

Atque ex his, abſque neceſſitate ulterius evagandi, nimium de plano remanet ſublata omnis prætenſio Privilegii, & conſuetudinis; Et nihilominus hujuſmodi veritas hodie redditur luce meridiana clarior, attenta expreſſa Conſtitutione Synodali edita de Anno 1650., quæ litteraliter demandat, omnes Clericos in poſterum teneri ad ſolutionem Decimarum indiſtincte, reſervato ſolum pro præteritis Cappellaniis tunc temporis erectis illorum Iure, qui conſuetudinem, vel poſſeſſionem immemorabilem comprobarent in oppoſitum; unde quando etiam non concurrerent cætera incontrovertibilia fundamenta, de quibus ſupra, caſus haberet de indubitabili, ex recepta, ſæpiuſque canoni-
60 zata propoſitione, quod hujuſmodi Conſtitutiones Synodales, præſertim quando Iuris communis diſpoſitioni conformes exiſtunt, faciunt legem in Diœceſi ſemper, & inconcuſſe ſervandam, ad ea, quæ habentur tradita *in cap. finali, ubi Gloſ. & Doctores, de Conſtitut.*, *Calderin. conſil.5. n.2. eodem tit.*, *Bich.* cum allegatis *dec.647. n.3*, *& dec.163. n.18. par.17. rec.*, & in individuo Decimarum *Coccin. deciſ.1734. n.18. & 21.*, *Zarat. deciſ.74. num.20.*

Atque hinc pro faciliori reſolutione inſequendo ipſammet diſtinctionem præfatæ Conſtitutionis, diſcernendoque Clericos, eorumque Bona, qui de tempore promulgatæ Conſtitutionis præexiſtebant, & illos, qui poſt eiuſdem publicationem aſſumpſerunt Clericatum, & reſpective fundarunt ſibi Patrimonia, vel Beneficia.

Quod attinet ad hanc poſteriorem ſpeciē, ſive ad modernas fundationes, quæve in ſe continent majorē importantiam iſtius Cauſæ, ex quo paulo ante ipſam Conſtitutionem, videlicet de Anno 1646., in quo fuit excitata hujuſmodi controverſia, ſive incæptum denegare ſolutionem Decimarum, tres ſolummodo reperiebantur Clerici contendentes in Oppido de Villada, hodie vero in fraudem iſtarum Decimarum, ut infra, excreverunt uſque ad 29., indobitatum eſt, euod nulla poteſt exadverſo conſiderari, & deduci conſuetudo, cum tantum tempus opportunum, & congruum ſucceſſive non
61 effluxerit, eademque Conſtitutio cujuſcumque conſuetudinis poſſibilem introductionem in radice abſtulerit, & deſtruxerit, ut in individuo dixit *Rota in Cracovien. Decimarum 18. Iunii 1663. §. Ex quo excluditur, cor. Taja*, quam inveni impreſſ. *dec.91, num.14. par.14. rec.*, & per *gloſ. in cap. ult. de conſuetud.*, *Menet. de Decim. cap.5. ſub num.112.*

Quinimo cum ultra præfatam Conſtitutionem Anni 1650. mota reperiatur antecedenter controverſia ſuper ſolutione Decimarum, videlicet de Anno 1646., certum eſt, quod intra quadraginta Annos ante motam litem nulla poteſt cadere ſunſuetudo, vel
62 præſcriptio, dum, ex notoriis, lis ſuperveniens cujuſcumque legitimæ præſcriptionis complementum interrumpit, ad *Text. in l. cum notiſſima, C. de præſcript.30., et 40. Annorum*, *Mareſcot. var. cap 100. n. 10. lib.2.*, *Merlin. deciſ.125. num.5.* cum aliis *in dec.81. num.6. et 7. par.11. recent.*

Ac propterea iſtorum reſpectu non oportet examinare, an Privilegium, vel conſuetudo, ſi forte per alieuos probaretur. ſuffragari valeat cęteris de novo adauctis, & ſupervenlis; tum quia in hac materia fieri ne-
63 quit extenſio de Prædio ad Prædium, ſed intrat regula, quod tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum, quodque conſuetudo, & præſcriptio, tantum habet de potentia, quantum de actu, ut in his terminis *Gabriel. de præſcription. concluſ.2 num. 13.*, *Rot. deciſ.22. num.13. par.10.*, *& dec 96. num.19. & 20. par.17.* *Zarat. deciſ 52. num.13.*

Tum etiam, quia cum habeamus litem de medio, ut ſupra, ac deciſionem præfatæ Conſtitutionis Synodalis, utriuſque autem vigore revocari nequeat in dubium, quod ea Bona, quæ tunc temporis repetiebantur, exiſterent obnoxia ſolutioni Decimarum, perneceſſe ſequitur, quod illa ſemper talia re-
64 manſerint; onera etenim Decimarum, tamquam realia, pertranſeunt ad quoſcumque Poſſeſſores, nec ex iſtorum variatione immutantur, ad *Text. in cap. de Terris, cap. dilecti, cap. tua nobis, de Decim.*, *Rebuff. eodem tract. quæſt.9. n.9.*, *Azor. Inſtit. moral. lib.7. cap.29, quæſt.2.* *Valenzuel. conſil. 33. ex num.29.* *Caſtill. tom.7. de Tertiis cap.8. n.12.*, *Zarat. deciſ.74. num.38.*

Idque in fortioribus eluceſcit, quia licet Clerici regulariter ex proprio charactere etiam de Iure Divino ſint exempti a ſolutione onerum ſæcularium, nihilominus quoties
65 de tempore, quo Bona tranſierunt in Clericos, obligata forent pro hujuſmodi Decimis, & oneribus ſupportandis, ſemper talia

per

Digitized by Google

per .ſtunt, nec ex ſuperventa tranſlatione
poſſeſſionis in Clericum prædicta ceſſat obli-
gatio, *Bero conſ.50. lib.3. Marott. de Bonateγ-
nent, cap.5. n.1, & ſeqq.*, cum aliis in celebri
*Brundusina Gabellæ coram Pænia inter ſuas de-
ciſ.1079.*, *& in Alben, Gabellæ coram Merlin.
deciſ.902.*, & paſſim in aliis
Deveniendo autem ad aliam partem, ſeu
ad Clericos, & Bona, quæ præexiſtebant de
tempore motæ litis, & latæ Conſtitutionis
Synodalis, iſti profecto ad litteram ejuſdem
Conſtitutionis juſtiſicare tenentur antece-
denter conſuetudinem immemorabilem eiſ-
dem ſimpliciter, ut ſupra, reſervatam, ac
de Iure etiam requiſitam, ex indubitata pro-
66 poſitione, quod vel immemorabilis, vel
ſaltem quadragenaria cum titulo ad indu-
cendam iſtam exemptionem exigitur, *Mo-
net. de Decim. cap.5. quæſt.4. n.102. & 112.*,
*Rot. deciſ.23. n.1. & 2. par.6.*, *& deciſ.344.
num.12, par.13. recent.*, *& in Calaguritana
Decimarum de Ocon.* 1. Iulii 1654. §. *Præſcrip-
tio enim, coram Eminentiſſ. Cerro.*
Neutra tamen ex Teſtibus exadverſo de-
ductis emergit, & quatenus pertinet ad illos
primi Proceſſus, ſeu de Anno 1646., parum
eſt inſiſtendum, attenta notoria iſtius exa-
minis nullitate; quidquid enim ſit de illo Iu-
dicio, in quo de ſummariiſſimo poſſeſſorio
tractabatur, certum eſt, quod in præſenti,
ubi cumulatum eſt poſſeſſorium cum petito-
rio, inſanabilis interceſſit defectus Iuriſdi-
ctionis, cum ſervata non fuerit conditio Re-
miſſoriæ, in qua licet Iudici tribueretur
commiſſio examinandi Teſtes ſuper articulis
Monaſterii, nihilominus Iudex examinavit
ſuper articulis Clericorum, quando nemo
67 eſt, qui ignoret, Iudicem ſubdelegatum
nulliter procedere, non ſervata ad unguem
lege, & qualitate Remiſſoriæ, ex plene fir-
matis per *Ridolphin. in ejus praxi par.1. cap.12.
n.71. & 143.*, *Marcheſan. de Commiſſ. nullit.
ſanat. §.4. n.105. par.3. fol. mihi 151.*, *Rot.
cor. Gregor. dec.1. n.1. & dec.518. n.2. & 3.*,
68 ubi quod iſto caſu forma non poteſt adim-
pleri per æquipollens, *& coram Cavaler. de-
ciſ.245. num.1. et 2. et dec.470. num.5.*, *et cor.
Buratt. deciſ.118. num.78.*
Certiſſime autem, quia non fuit citatum
Monaſterium, neque Capitulum in Cauſa
69 exiſtens, cujus citationis omiſſio cauſat nul-
litatem, quæ eſt de tribus, & inſanabilis;
Rot. *in rec. dec.333. n.2. par.4. tom.1.*, *et dec.312.
n.4. eadem par.4. tom.3* Unde per tales Te-
70 ſtes nulliter examinatos immemorabilis non
probatur, Rot. *in rec. dec.334. n.23. par.13.*,
& in fortioribus dictum fuit *in Melevitana Bo-
norum 15. Ianuarii 1672. cor. R.P.D. Rondi-
nino* hactenus impreſſ. *dec.224. n.14. par.17. rec.*
Quovero ad alios examinatos de Anno
1674., imo quoad dicta Teſtium utriuſque
Proceſſus, nulla ad evidentiam reſultat juſti-
ficatio, quæ prætenſam immemorabilem
valeat concludere, cum deſtituti manifeſtiſ-
ſime careant omnibus requiſitis, quæ ad im-
memorabilis probationem exiſtunt neceſſa-
ria, juxta celebrem *gloſſ. in cap.1. verb. me-
moria, de præſcript. in 6.*
Primo ſiquidem, quia nullus ex Teſtibus
negativam coarctat, nimirum, quod eſſe non
potuerit, quod Clerici ſolverint Decimas,
quin ipſi ſciviſſent, ac propterea ſuperfluum
videtur ultra evagari, cum niſi Teſtes de
71 præfata coactata negativa teſtificentur, ad
nihil inſerviant, non ſolum reſpectu imme-
morabilis, ſed etiam cuiuslibet quadragena-
riæ, ut in terminis primæ advertunt *Bich. de-
ciſ.528. n.11.*, *Caſtill. dicto tom.7. controv. de
Decim. cap.27. n.9.*, ubi ponit formam hu-
juſmodi immemorabilis probandæ, *Celſ. de-
ciſ.211. n.16.* cum aliis *in dec.96. num.14.*
72 *& ſeq. par.17. rec.*, & in terminis ſecundæ,
Rot. *coram Ottbobono deciſ.185. n.2.*, & ante
eum *Cavaler. dec.417. n.3.*, *Seraph. dec.1102.
num.8.*, *Buratt. dec.41. n.2. ibique Adden. n.9.*
Secundo, quia Teſtes non dicunt, quod
Decimæ fuerint petitæ, ac denegatæ cum
73 acquieſcentia Capituli, & Monaſterii, in
qua denegatione, & acquieſcientia radicatur
poſſeſſio, & preſcriptio exemptionis in hu-
juſmodi juribus negativis, juxta communiter
notata per *DD. in l.1. C. de ſervit. & aqua*,
*Abb. in cap. Abbate n.10. de verb. ſignif.*, *Ma-
reſcott. var. lib.2. cap.100. n.46.*, *Dunoz. Iun.
dec.335. num.15.*, Rot. *deciſ.333. n.9 par.10.*,
*& dec.242. num.8. par.11.*, *& deciſ.321. n.7.
par.15. recent.*
Tertiò nullus teſtificatur de publica voce,
74 & fama per ea verba, *fuit, & eſt*, quod cum
de præciſa forma ad præſens requiratur, om-
nis evaneſcit probatio immemorabilis; ita
in terminis *Bich. deciſ.528. num.11.*, ubi cæ-
teri referuntur concordantes.
Quarto, quia Teſtes plerique ſunt, ſive
fuerunt Arrendatarii Decimarum, ideoque
impoſſibile eſt, quod iſti congrue valeant
deponere de tempore ſufficienti ad proban-
dam immemorabilem; quia præterquam
iſtorum reſpectu intercedit ea potentiſſima
ratio, quod eiſdem non expediebat lites aſ-
ſumere contra non ſolventes ratione parvi
temporis, quo durabat Affictus, & Arren-
datio; adhuc iſti teſtificari non poſſunt,
niſi ad ſummum de eodem parvo tempore
Affictus, videlicet de uno Anno, vel parum
plus, & tamen in omnem caſum ſuperabun-
dat vulgatiſſima concluſio, quod Arrenda-
75 torum ſcientia, & patientia nequit Domi-
nis, & Arrendantibus præiudicare, ut poſt
*Bartol. in l. ſi Uxori n.3. ff. de acquir poſſeſſ.* di-
xit Rot. *coram. Verall. dec.170. n.5.*, *dec.42.
n.7. verſ. & Miniſtro, par.7. rec.*, *& in Ver-
cellen. Decimarum 13. Novemb. 1645* §. Minus,
*cor. Card. Cerro*, cum aliis *in dec.22. num.21.
par.10.*

Digitized by Google

*par.10., & deciſ.314. num.19. par.11. recen.*

Quinto evidentius, quoniam omnes prædicti Teſtes ſunt Incolæ Villadæ, ſuntque, vel eſſe poſſunt Conſanguinei, vel Affines Clericorum, & ſic habent intereſſe in conſequentiam, cum poſſint ſe eximere a ſolutio-
76 ne Decimarum, quod licet ſit intereſſe ſecundarium, & in conſequentiam, tamen Teſtes repellit, *Farinacc. de Teſtibus quæſt.60. num.7. & 11.* quod & longe poſt (dum hæc revideo) dixit *Rot. in Ariminen. Pecuniaria 8. Februarii 1697. §. Nec ad elidendam, cor. Reverendiſſimo D. Molines Decano*, ubi ampliatur, id procedere, ſive commodum, & intereſſe ſit proximum, ſive remotum, imo etiam opinatum, & in ſpe: Præcipue, quia ad ef-
77 fectum probandi immemorabilem requiruntur Teſtes omni exceptione majores, & ſi-
78 gnanter in Hyſpania, ubi ulterius qualitas illa debet articulari, & probari, ex particulari lege Hyſpaniarum, de qua *Avendan. de exequen. Mandat. c.6. n.6., Garz. de expenſ. c.9. ſub n.14. & 15., Mattienz qu.8. n.2. & 13. tit.7. lib.9. l.1., Molin. de Primogen. lib.2. cap.6. n.30. in fin., Mieres de Majorat. par.3. cap.7. n.4. & 9., Bovadill. in Politic. lib.9. cap.1. n.224.* optime *Caſtil. de Decim. cap.27. n.6.*

Sexto, quia ultra quod (præter ea, quæ bene, & accurate per Cauſæ Patronum recenſentur, quod ſcilicet Teſtes dignoſcuntur ad evidentiam affectati, ac de mendacio convincuntur) concurrit etiam alter defe-
79 ctus undique palpabilis; cum enim in hac materia ſubducendum, ſive demendum ſemper veniat tempus motæ litis, juxta plene firmata, in ſpecie prætenſæ exemptionis Decimarum, penes *Rot. cor. Coccin. dec.1586. num.45. verſ. circa immemorabilem cum ſeqq., Bich. dec.328. n.10., Rot. d. dec.314. n.3. & 4. par.11. rec.*

Nullus proinde ex prædictis Teſtibus, excepto uno, reperitur in ætate ſufficienti,
80 quia nimirum debuiſſent eſſe ſaltem conſtituti in ætate ſupra 80. Annos, videlicet 54. ante 1646., de quo tempore lis inſurrexit; ſicque impoſſibile redditur, ullam probationem ex defectu hujuſce qualitatis poſſe ab hoc Proceſſu reſultare; ad firmata per *Oſaſch. dec.101. n.41., Valenzuel. conſ.33. num.207., Rot. d. dec.314. n.3. & 4 par.11. rec. Coccin. d. dec.1586. num.45. verſ. circa immemorabilem cum ſeqq. Bich. d. deciſ.328. n.10.*

Ille autem unus, qui congruam forte habebat ætatem, præter ſupradictum mendacium, de plano ſuperatur ab altero Teſte Sacerdote de effectiva ſolutione deponente,
81 quinimo cum iſte contra proprium commodum deponendo probet affirmativam ſolutionis, etiam de per ſe cunctos alios ſuperaret, ex ea paſſim recepta concluſione, quod unicus Teſtis pro affirmativa deponens deſtruit machinam univerſæ probationis im-
82 memorabilis, contra quam unicus actus, imo ſolus rumor exuberat, prout de unico tantum actu loquens tradit *Speculator in tit. de probat. §.1. n.28. Covarr. in regul. poſſeſſor par.2. §.3. n.7. Rot. deciſ.203. num.11. par.9. & dec.314. num.7. par.11. Adden. ad Gregor. deciſ.298. num.13.*

Septimo demum ſummopere adſtipulatur, quod cum in facto appareat de conſuetudine totius Diœceſis ſolvendi iſtas Decimas, ſatis exinde comprobatum remanet Jus reale exigendi Decimas ex omnibus Terris, & Perſonis intra limites Parochiæ exi-
83 ſtentibus; cum ad iſtum effectum magis attendatur cauſa univerſalis, quam ipſe actus, ut in propoſito animadvertit *Monet. de Decim. cap.8. qu.2. n.31., Mareſcott. var. reſol. lib.1. cap.11. n.25. & duobus ſeqq., Poſth. de manut. obſerv.73. n.154., Rot. cor. Duran. dec.46. n.2., & in rec. dec.412. num.2. & 3. & dec.481. n.2. par.1., & deciſ.484. per tot. par.3. & deciſ.62. n.3. par.13., & coram Celſo dec.52. n.3.*

A' primo igitur ad ultimum verſari videmur in claris; & nihilominus ex abundanti, ac pro tollenda magis omni ambiguitate, ſupplicatur ad hoc unum reflecti, quod admiſſa exemptione eo modo, & forma, quæ prætenditur a Presbyteris, & Clericis, maximum, & omnino intolerabile reſultaret inconveniens, nimirum; quod ad effectum, ut iſta perfruerentur exemptione, ſicuti crevit numerus trium Clericorum ab initio exiſtentium in lite, ita etiam cum palpabili Juſtitiæ, & æquitatis detrimento abuſus continuaret, & excreſceret in poſterum, ingenſque fieret caterva Clericorum, proindeque perpenſa hujuſmodi duritie, & abſurdo, affirmative proculdubio reſpondendum videtur, dum
84 in durioribus Jura fuerunt adeo inimica fraudibus, ut etiamſi de Privilegio expreſſo, & litterali tractaretur, illud nihilominus ex hoc ſolo capite, tanquam nimis laxivum, & præjudiciale, revocandum eſſe, & moderandum decreverint, ex notiſſimo *Text. in cap. ſuggeſtum, de Decim.* ubi *Fælin. n.8., & Barboſ. n.2., Rebuff. de Decim. quæſt.14. n.15. R.P.D. de Luc. lib.14. tit. de Decim. diſc.3. n.10. & ſeq.* Huc terminat Reſponſum *in d. Legionen. Decimarum.*

Laudatur in hac Deciſione incardinatio Parocorum in titulum perpetuum, ſemotis paucis mercenariis, & ad nutum amovibilibus: Unde in cohærentiam ejuſdem materiæ adnectendum cenſui alium Diſcurſum per Me editum ſub Anno 1682. pro ſubſtinenda appoſitione Vicariorum Sæcularium in titulum perpetuum occaſione Bullæ editæ ab Innocentio X. ſuppreſſivæ parvorum Conventuum; ſatagentibus etenim Monacis S. Benedicti reintegrari ad ſuas Parochiales, quæ præcedenter erant unitæ, ſeu dependentes a Monaſterio illorum Ordinis in Civitate

Man-

Mantuana , ſic coram S. Congregatione ſu-
per Statu Regularium ab eodem Innocen-
tio X. erecta reſpondebam =

*Nihil de reintegratione* reſcribendum eſt ,
quia optime ſubſiſtunt fundamenta , quæ
cauſam , & impulſum huic Sacræ Congre-
gationi tribuerunt ad decernendam ſuppreſ-
ſionem , ſeu remotionem Regularium a Pa-
rochiis , de quibus agitur ; Quidquid enim
dicatur de incuria , & negligentia tunc tem-
poris Abbatis S. Benedicti , illa præventive
vindicata fuit , dum oſtendimus , quod Sacra
hæc Congregatio præcedenter exactam re-
quiſiverat Informationem iſtarum Parochia-
rum , earumque ſtatus , quodque aderat in
Curia Procurator Generalis filius actualis
præfati Monaſterii , qui omnem ſolertiam
adhibuit in hoc negocio , ideoque nulla in-
diget reſponſione id , quod obiicitur , non
potuiſſe Abbatem præjudicare Monaſterio :
Tum quia in facto habemus , quod Epiſtola
ſuper ſuppreſſione fuit exarata ſub die 30.
Maii 1653. , & per conſequens licet judicia-
liter fuerit per Reverendiſſimum Epiſco-
pum notificata ſub die 3. Junii ejuſdem An-
ni ; Attamen tam mediante organo memo-
rati Procuratoris Generalis , ut diximus , exi-
ſtentis in Curia , quam aliunde extrajudicia-
lis notitia ſuppreſſionis illico ad Abbatem
pervenerat , quinimo cum ipſe Abbas oppor-
tunas preces Sanctiſſimo , & Sac. Congrega-
tioni porrexerit , & nihilominus perſtitum
fuerit in ſuppreſſione , ſignum evidens emer-
git , quod de eo tempore fuerunt jura , & mo-
tiva ejuſdem ſuppreſſionis accerrime ventila-
ta , & diſcuſſa : Ac propterea dum verſamur
in actu omnino neceſſario , deſuper vero in-
tervenerit præceptum , & ordo Sanctiſſimi , &
ulterius aſſenſum præbuerit integrum Capi-
tulum cum ipſo Abbate , fruſtra hodie alle-
85 gatur concluſio , quod non potuerit Abbas
præjudicare Monaſterio , ea enim non mili-
86 tat , quoties ( prout hic ) & omnes adhibitæ
noſcuntur ſolemnitates , & actus erat de per
ſe neceſſarius , ex firmatis per *Card. de Luc. de
alienation. prohibit. diſc. 1. n. 45.* , & generali-
ter habetur *in deciſ 460. num. 56. par. 4. tom. 2.
& deciſ. 77. num. 13. par. 7.* , *& dec. 39. num. 9.
par. 11.*

Sicuti igitur ab initio , re mature exami-
nata , fuit demandata appoſitio Parochi Sæ-
cularis , miramur , quod hodie prætendatur ,
noſtram Conſtitutionem , *Inſtaurandæ* , non
intrare , ex quo non adſit deficientia reddi-
tuum , cum quibus manuteneri poſſit Paro-
cus Regularis ; præter enim , quod hujuſmo-
di argumentum ad hominem retorquetur ,
dum inferius Monaci ex capite tenuitatis
redditu um conclamant , ſe non eſſe gravan-
dos ad præſtationem Congruæ , quæ fuit Pa-
roco Sæculari aſſignata per Epiſcopum ; &
omiſſo etiam , quod antiquitus majora ſubi-
bant impendia , quam de præſenti contingat ,
dum , ultra Parocum Regularem , manute-
nere obſtringebantur Curatum , Subcura-
tum , & Clericum Sæcularem : Attamen quis
ignorat , quod præfata ſaluberrima Con-
ſtitutio prodiit ad effectum , ne Regula-
res degerent ſub prætextu Curæ extra Con-
ventum , ad obviandum ſcandalis , & idcirco
ſancivit Sanctiſſimus Pontifex , quod Regu-
lares arcerentur ab illis locis , in quibus exer-
ceri non poſſet integra diſciplina Regularis ,
ut expreſſe legitur tam in memorata Epiſto-
la , quam in verbis Bullæ .

Comperto itaque , quod intret Bulla , &
diſcriminatim loquendo de utraque Paro-
chia , quatenus pertinet ad illam omnium
Sanctorum , Monaci non negant , quod ea-
dem Eccleſia annexa ſit Hoſpitio , & non
Monaſterio , ſolumque figurant , quod anti-
quiori tempore foret Monaſterium ; ſed hoc
gratis ubique , quoniam tam ex lectura Te-
ſtium , quam ex confeſſione Abbatis , & re-
latione Procuratoris Generalis ſemper ha-
betur , quod fuerit Hoſpitium , & per conſe-
87 quens cadebat ſub memorata Conſtitutio-
ne Innocentiana , ut in ſpecie *Nicol. in Flo-
ſculis verb. Hoſpitium , Paſſerin. in cap. unico ex
n. 38. de exceſſ. Prælat. in 6.* , *Donat. in praxi* Reg.
*lib. 1. par. 2. tract. 1. de Monaſt. ædif. quæſt. 22.
ex n. 50.* , *Rota in Florentina hæreditatis 1. Fe-
bruarii 1679. §. Defectus vero cum ſeq. coram
R. P. D. Emerix* .

Fruſtraque proinde ſit hodie oblatio de
manutenendo in prædicto Hoſpitio ſuffi-
cienti numero Regularium , juxta cenſuram
Bullæ : quia id in ſubſtantia præſeferret fun-
dationem , vel erectionem novi Monaſterii ,
ſtante omnimoda interverſione formæ ſim-
plicis Hoſpitii ad Monaſterium formale , ſe-
88 cundum ea , quæ diſtinguendo inter ſimpli-
cem meram reſtaurationem , & mutationem
ſtatus , in proximis tradiderunt *Amat. deciſ.
Macerat. 64. n. 36. & ſeqq.* , *Gratian. diſcept. 84.
num. 20.* , & in puncto *Pignatell. in conſulta-
tione mox allegãda* .

Ad hoc autem , ut novum erigi poſſit Mo-
naſterium , infinitæ prorſus , ac notiſſimæ re-
89 quiruntur ſolemnitates , nempe Summi
Pontificis authoritas , conſenſus quorum-
cumque intereſſe habentium , videlicet alio-
rum Regularium proximiorum , Principis
Civitatis , & Loci habitantium , per ea , quæ
latiſſime probat *Torr. de pact. fut. ſucceſſ. lib. 4.
cap. 1. ex n. 109. cum plurib. ſeqq.* , ubi recen-
ſet plura Concilia , & Conſtitutiones Sum-
morum Pontificum , plene etiam *Pignatell.
conſult. Canon. 177. per tot. lib. 1.* , & ſignanter ,
ac in individuo de mutatione Hoſpitii in
Monaſterium *n. 17. verſ. Vel ſi Hoſpitium* , ad
id allegando Conſtitutionem ſan. mem. Ur-
bani VIII. *la 25.* , *Card. de Luc. de Regul. diſc. 1.
num. 69. & diſc. 29. cum ſeqq.* , & dictum fuit *in
cele-*

Digitized by Google

*celebri Cæſarauguſtana fundationis Conventus*
*cor. Bevilacqua*, *& Card. Cerro*, ut ex *deciſio-*
*nibus* deſuper impreſſis *par*.12.*dec*.309. *& de-*
*ciſ*.41. *&* 67.*poſt collucłationes Boudenis*; ſicque
hujuſmodi immutatio eſt, transfuſio Hoſpitii
in Monaſterium non pendet a nuda volun-
tate, & ſimplici oblatione Monacorum.

Præterea cum vigore jam ſecutæ ſuppreſ-
ſionis cum pacifica plurium Annorum ob-
ſervantia fuerit jus quæſitum hujuſmodi Vi-
cariis ſæcularibus, non poſſunt PP. prædi-
cti ſub hoc mendicato prçtextu augendi nu-
merum Religioſorum, illud auſerre, & ſup-
90 plantare, ut in terminis prætenſæ ſuppletio-
nis in præjudicium Tertii bene firmavit *Ro-*
*ta deciſ*. 107. *ſub n*.34. *& ſeqq. par*.12. *& de-*
*ciſ*.54. *ſub n*.36. *& ſeq.par*.13.*rec.*, quæ ſunt
revocatoriæ præcedentis *dec*.516. *cor. Royas*.

Augetque hujuſmodi difficultatem ne-
dum impracticabilitas mutationis, quoniam
ad præſcriptum Conſtitutionis ſanctæ mem.
Gregorii XV. de qua *in Bullario novo tom*.4.
*Conſtitut*.31. §.3.*fol*.31. confirmata a ſa. me.
Vrbano VIII. *eodem tom*.4. *Conſtit*.25., pro-
hibitum apparet, ne novi poſſint erigi Con-
91 ventus, niſi in eis ſaltem duodecim Fratres,
aut Monaci, ſeu Religioſi commorentur,
prout late etiam firmavit *Rot. in d. dec*.54. *ex*
*n*.5. *cum. pluribus ſeqq. par*.13. *rec.* Unde im-
poſſibile eſt, quod ſub hoc prætextu manu-
tenendi in poſterum ſufficientem numerum
Religioſorum valeat reſtitui Cura Paroco
Regulari, cum oporteret, quod prius Sancti-
tas Sua ex aliquo motivo juſtitiæ, cauſæquæ
utilis, aut neceſſariæ, aſſenſum, & beneplaci-
tum prçſtaret, ad hoc, ut iidem Monaci
cæteris (ut ſupra) requiſitis concurrentibus
valerent congruam dotem conſtituere pro
manutentione ad minus duodecim Regula-
rium in præfato Hoſpitio ad formam Mona-
ſterii regulando, talem enim diſmembra-
92 tionem, & reſpective applicationes reddi-
tuum fieri non poſſe abſque ſpeciali Apoſto-
lico beneplacito, vulgati juris eſt, & in indi-
viduo dixit *Rot. in d. Rumana Hæreditatis*
*cor. Meltio*, quæ eſt *in ordine la* 54.*n*.42.*p*.13.
ubi aliæ antecedentes *cor. Albergato*.

In præſenti autem tantum abeſt, quod ali-
qua juſta cauſa intercedat, quæ Summum
Pontificem valeat impellere ad perhiben-
dum beneplacitum novæ huic obligationi
Monacorum, quinimo cum alia, præter
iſtius Curç recuperationem, adduci nequeat,
iſta potius retorquetur in oppoſitum, cum
*Sacrorum Canonum* Cenſura ſummopere ab-
93 horreat, ne Cura Animarum penes Regula-
res reſideat, ſolumque neceſſitate id expo-
ſcente toleretur, juxta doctrinam *Innoc. in*
*cap. quod Dei timorem poſt princip. de ſtat. Mo-*
*nacor.*, *Rebuff. in praxi benefi. titul. de diſpenſat.*
*cum* Re*gular.n*.5. *& de pacificis poſſeſſor.n*.259.
*verſ* 27. *Pariſ. de reſignat. lib*.4. *quæſt*. 9. *n*.4.
*& 5. Tappia in Autentic h. ingreſſi C. de Sacroſ.*
*Eccleſ. cap*.6 *n*.58. *Fagnan. in d. cap. quod Dei*
*timorem n*.17. *de ſtat. Monac.*, Rot. *dec*.817.
94 *n*.15.*par*.18.*rec.tom*.2., ideoque neceſſariam
eſſe diſpenſationem Apoſtolicam, ſæpiſſime
declaravit Sacra Congregatio Concilii,
prout referunt G*onzal. ad regul. Cancellar.*
*gloſſ*.7. *n*.53. *Sanchez ad præcept. Decalogi*
*tom*.2. *lib*.7. *cap*.29 *num*.71.

Multo itaque fortius ſubſtinenda venit
hujuſmodi ſuppreſſio, per quam, ſublata de
medio hujuſmodi exorbitanti novitate, facta
fuit reverſio ad Jus primævum, & anti-
95 quum, quo attento Cura exercetur ſolum-
modo a Sçcularibus, non autem a Regulari-
bus, ut pluries advertitur per *Card. de Luc.*,
& ſignanter *de dote diſcurſ*.134. *in fine*, *de*
*ſucceſſ. diſc*.49. *n*.7. *& de Judic. diſc*.35.*n*.62.

Quovero ad aliam Eccleſiam Sancti Flo-
riani, non negamus, quod iſta ſit contigua
Monaſterio, dicimus tamen, quod illa ſita eſt
extra illius Clauſtra, prout convincitur tam
ex oculari Plantæ inſpectione, quam ab aliis
juſtificationibus.

Ac propterea, quamvis etiam nos admit-
tamus, quod aperiendo Portam interme-
diam, facilior, ac brevior redderetur tranſi-
tus Parochi Regularis de Monaſterio ad Ec-
cleſiam, eadem tamen facilitas non adeſſet
reſpectu Populi, & Parochianorum, dum
antequam Parochiali Parocum, maxime de
nocte, adinuenirent, tantum circulum, &
iter facere deberent, tantumque expectare,
ut (ſecundum noſtros Teſtes Parocos infor-
matos, & expertos hujus materiæ, & admi-
niſtrationis Sacramentorum) duæ, vel ſal-
tem una hora conſumeretur, & ſecundum
confeſſionem Teſtium per Monacos indu-
ctorum, minuſque expertorum, ſaltem qua-
drans, vel medietas horæ eſſet neceſſaria; un-
de quomodo debent huic periculo ſubiici
animæ Parochianorum in re tam gravi,
quando ipſa experientia docuit, non eſſe ſa-
tis, quod Parocus Regularis inhabitare poſ-
ſet in Monaſterio, ſed opportuit ædificare
extra Muros Caſtri, & Monaſterii ſepara-
tam, Eccleſiam & Domum Parochialem,
quin etiam opus fuit, quod ulterius deputa-
rentur Curati, & Subcurati ſæculares.

Quod ſi numquam evenit, quod Parochia-
ni morerentur abſque Sacramentis de tem-
pore, quo Cura per Regulares exercebatur,
id accidit, quia idem Parocus Regularis non
commorabatur in Monaſterio, prout hodie
prætenditur, ſed in ipſa Domo Parochiali,
quç, quoties conſtructa reperitur, facit eva-
96 neſcere concluſionem deductam, nempe, ut
ſufficiat Parocum habitare intra limites Pa-
rochiæ, id enim intelligitur, & explicatur,
97 quando non habeat prope Eccleſiam Do-
mum commodam, & capacem, juxta ea, quæ
diſtinguendo animadvertit *Barboſ.* in contra-
rium

rium laudatus *de officio*, *& poteſt. Parochi par. 1. cap. 8. num. 34. cum duob. ſeq.* ubi refert *Garz. Ricc. Sanctarelli. & alios*.

Conſtito igitur ex præmiſſis ad evidentiam, quod neque, aperiendo Januam juxta Monacorum oblationem, practicabilis redderetur vocatio Parochi, & opportuna Sacramentorum adminiſtratio, ſuperfluum eſt ſuperaddere palpabiles alias animadverſiones, quæ de novo a quatuor Teſtibus ocularibus, ac omni exceptione majoribus fuerunt ſupperadditæ, videlicet, quod in primis difficile eſſet Parochianis, & plerumque Pueris, vel Mulieribus nocturno tempore Parocum quærentibus reperire eamdem Januam, tanquam ferme latentem, & repoſitam retro ipſam Eccleſiam, quodque opus eſſet interſecare Cæmeterium, per quod de nocte tranſire expaveſcunt nudum Pueri, & Mulieres, ut ſupra, ſed etiam cæteri magis cordati, & animoſi, ſtante præſertim vera, vel falſa opinione, quod ibidem nocturnis horis Spectra, & Phantaſmata compareant.

Solumque cavendum eſt ab altera oblatione ex adverſo facta de conſtruendo prope dictam Januam, ac intra Clauſuram reſpective novam Domunculam, in qua poſit Parocus Regularis inhabitare; quoniam iſte foret error pejor priore, cum præciſe, & ſi-
98 gnanter reperiatur interdictum Regularibus
cujuſcumque gradus, & conditionis, ne poſſint obdormire extra Dormitorium commune, prout litteraliter ſancivit ſan. mem. Clemens VIII. in ejus Conſtitutione regiſtrata *in Bullar. tom. 3. in ordine la 60. §. 16.* ibi = *Nullus, etiam Superior, Cellas ſive in Clauſtro, ſive alibi ſeparatas a communi Dormitorio habeat, ſed unuſquiſque unica Cella, eadem cum cæteris aliorum Fratrum conjunctas, contentus ſit* de qua ad litteram meminit *Novar. in ſumm. Bullar. par. 2. Commen. 108. num. 26.*

Minuſque audiendi veniunt iidem Monaci in altero ſubſidiario expoſito remedio, videlicet appendendi Tintinabulum, quod a præfata Janua aperienda perveniat ad Dormitorium commune; ſiquidem ultra cæteras difficultates ratione ejuſdem Portę quodammodo irreperibilis, & ultra pavorem ex tranſitu Cœmeterii reſultantem, adhuc (ut proſequuntur ſupra laudati digniſſimi Teſtes oculares) diſtantia non ſolum foret longiſſima, nimirum pluſquam 107. Cannarum, & ultra, verum quoque oporteret, quod plures novæ Portæ aperirentur, Funiſque potraheretur per inſitita propemodum Mænia Porticus, Manſiones, & impedimenta, unde vel difficile pulſaretur, vel ſaltem audiri nequiret ab ipſo pulſante correſpondentia ſonitus, itaut ſecurus eſſe valeret, quod Tintinabum ſuam operatum eſſet functionem, cum nimia expectantis incertitudine, maximoque ægrotorum periculo, ac detrimento,

Supplicantes animadverti, quod hæc nova Janua magnum Monaſticæ Clauſuræ afferret præjudicium, nam pro tollenda Regularibus quavis occaſione vagandi, Summi Pontifices Clemens, & Urbanus VIII. provide præceperunt in eorum Decretis regiſtratis apud *Lezan. in ſumma cap. 16. n. 6.* ibi = *Quod Conventus Clauſura perpetuo, & diligenter ſervetur, ac propterea à Superiore Janitor conſtituatur, qui diligentia, ac morum integritate maxime commendetur, & Januæ cuſtodiendæ ſemper aſſiſtat, eamque nemini Fratrum aperiat, niſi Socium, & exeundi licentiam obtinuerit*.

Nova autem Janua, quam PP. Adverſarii prætendunt aperire in Muro Clauſuræ, penitus deſtrueret Sanctiones adeo ſalubres in eorum Cœnobio, ea etenim ſoliti Janitoris fidei cuſtodienda tradi nequiret ad terminos Decretorum, de quibus ſupra, cum ſemper patere deberet ingreſſui, & egreſſui Parochi Regularis; Immo noctis tempore Clavis ejuſdem retineri non poſſet apud Abbatem, vel Priorem juxta laudabilem, ac notiſſimam conſuetudinem practicatam in omnibus Monaſteriis Congregationis Caſſinen. & ſignanter in hoc Sancti Benedicti, de quo agitur, unde ſcit Deus, quibus ſcandalis, præſertim inter nocturnas tenebras, aditum patefaceret,

Atque hæc omnia videntur adeo manifeſta, ut ſupervacaneum profecto detegatur ulterius confrontare dicta, & qualitates Teſtium hinc inde examinatorum: Sed adhuc in quamdam exuberantiam ſubjungimus, quod Teſtes contrarii ſibi contradicunt, ſuntque perſonæ viliſſimæ conditionis, & Monacis addicti pro debitis, vel affictibus; e converſo autem Teſtes hujus Partis ſunt actualiter Parochi, experti Senes, & ob diuturnum Curæ exercitium practiciſſimi, ac
99 denique ſuffulti, & adminiculati non ſolum
ab ipſa Planta judicialiter confecta, ſed etiã a memorata confeſſione, ac reſpective relatione Abbatis, & Procuratoris Generalis, ideoque illos præferendos eſſe, vulgata ſunt Jura, de quibus *Rot. coram Bichio deciſ. 138. num. 10. & deciſ. 255. num. 31. & in recent. deciſ. 140. num. 7. & deciſ. 232. num. 6. par. 14.*

Pro coronide tandem ſupplicatur reflecti, quod in idem coincidit, oſtenditque neceſſitatem ſubſtinendi ſuppreſſionem, ac deputationem, Parochi Sæcularis relatio, & judicium Reverendiſſimi Epiſcopi, qui (ultra quod nullum deſuper fovet intereſſe, ex quo Parochi inſtituuntur ad nominationem Abbatis) tanta coruſcat integritate, & zelo, ut
100 illi ſummopere deferendum eſſe dubio
procul credamus, pręcipue, dum *Canones*, & *Doctores* in hiſce materiis ſummam fidem Epiſcopo tribuunt, ex traditis per *Rot. cor. Gregor. deciſ. 883. num. 6.*, *& cor. Cerro deciſ. 685. num. 9.*

TOLE.

Digitized by Google

## TOLETANA DECIMARUM DE CAPILLA, QUOAD DIGNITATEM ARCHIEPISCOPALEM.

*Lunæ 23. Martii 1699.*

### ARGUMENTUM.

Succeſſor in Epiſcopatu non tenetur ad reſtitutionem Decimarum per ejus anteceſſorem perceptarum, dum pendebat lis ſuper earum pertinentia, ſed ſolum ad eas, quas ipſemet percepit, & ſententia contrarium definiens eſt injuſta. Pacta inita occaſione Reſignationis Beneficiorum, ſi a Pontifice non fuerunt approbata, non tenent, cum ſecundum Regulas Cancellariæ non debeat judicari juxta ſupplicationem, ſed ſecundum tenorem Literarũ expeditarũ.

### *SVMMARIVM.*

1 *Clauſula* ſine præjudicio *adjecta in Commiſſione præſervat quidem executionem præcedentis Judicati, ſed non impedit, quin Judex ad quem valeat plenarie cognoſcere de Juſtitia, vel injuſtitia ipſius judicati.*

2 *Privilegium ſemper cenſeri debet attributum citra præjudicium Juris tertii.*

3 *Fides media, nedum bona, excuſat a reſtitutione fructuum conſumptorum.*

4 *Succeſſor in Dignitate an, & quando teneatur ad reſtitutionem fructuum indebite perceptorum ab ejus anteceſſore.*

5 *Clauſula* de cauſis reſtitutionis in integrum *an, & quando operetur effectum ſuſpenſivum, vel dumtaxat devolutivam.*

6 *Sententia Rotalis excedens limites præcedentium Deciſionum, eſt nulla.*

*Limita, ſi id, quod exprimitur in ſententia, venit in neceſſariam conſequentiam expreſſorum in Deciſionibus, num.7.*

*Limita etiam, ſi Ponens, ſeu Cauſæ relator ante expeditionem ipſius Cauſæ oretenus conſaluerit ſuos Correſponſales ſuper eo, quod erat in ſententia adijciendum, num.8.*

*Sublimata, ſi id, quod venit adijciendum in ſententia, eſt gravis præjudicii, quia tunc neceſſe eſt iterum (Partibus auditis) negocium proponere, num.9.*

10 *Auditor Cauſæ Ponens nequit quidquam de per ſe decernere inconſultis Correſponſalibus, & abſque propoſitione Dubii in articulo ancipiti, ac diſputabili.*

*Et quando articulus cenſeatur anceps, vel diſputabilis, num.11.*

12 *Succeſſor in Epiſcopatu non tenetur ad debita prædeceſſorum, etiamſi ea contraxerint uti Epiſcopi.*

*Et de ratione, num.39.*

13 *Succeſſor in Dignitate, vel Beneficio non tenetur ad reſtitutionẽ fructuũ pendente lite perceptorum ab ejus prædeceſſore.*

*Et quid, ſi fuerit particeps in perceptione eorumdem fructuum, ſupra num.4.*

14 *Succeſſor in Primogenitura nullam habens cauſam a Primogenito anteceſſore, non tenetur ad debita per ipſum anteceſſorem contracta.*

15 *Succeſſor in Dignitate, vel Beneficio tenetur ad debita contracta nomine Dignitatis, aut Beneficii, quando præſertim exinde reſultavit commodum, & utilitas etiam ſucceſſorum.*

16 *Spoliator tenetur ad fructus perceptos non ſolum per ſe ipſum, ſed etiam per eum, in quem lite pendente tranſtulit rem litigioſam.*

17 *Succeſſor non tenetur ad purgationem attentatorum commiſſorum abſque propria culpa per anteceſſorem.*

*Neque ad fructus ab anteceſſore ſpoliative perceptos, num.18.*

19 *Sententia ferri nequit directe contra Tutorem, vel Curatorem, ſed ſolum contra Pupillum, aut Minorem.*

20 *Succeſſor independens cujuſcumque ſpoliatoris, tenetur dumtaxat pro rata utilitatis a ſe reportatæ.*

21 *Vitium litigioſi tribuit facultatem agendi recta via executiva adverſus eum, in quem translatio facta fuit lite pendente.*

22 *Una via electa, regulariter non licet ad aliam variare in Tertii præjudicium.*

23 *PP. Societatis Jeſu an, & quomodo ſint exempti a ſolutione* Decimarum.

24 Decima, *de quibus fructibus ſolvi debeat remiſſive.*

25 Decima *debetur etiam de novis fructibus mutata terræ cultura a poſſeſſore, n.26.*

27 *Mandatum Procuræ non attenditur, neque præjudicat Mandanti, ſi aliquid plus contineat, & Procurator minus promiſerit.*

*Idemque eſt, quando in Mandato Procuræ facto ad obtinendam aliquam gratiam a Sede Apoſtolica plus continetur, quam fuerit obtentum, & expreſſum in Breve deſuper expedito, num.28. & 29.*

30 *Pacta inita inter Permutantes, vel inter Reſignantem, ac Reſignatarium non attenduntur, neque præjudicant, quando non fuerunt a Pontifice approbata, n.31.*

32 *Judicari non poteſt ſecundum formam ſupplicationum, ſed ſecundum tenorem Litterarum expeditarum.*

33 *Obſervantia ſubſequuta eſt optima interpres quarumcumque diſpoſitionum.*

34 *Pactum perſonale non extenditur ad Succeſſorem.*

*Quando autem, & ex quibus verbis, & circũſtantiis pactũ cẽſeatur perſonale, n.35.*

36 *Succeſſor in Beneficio nullam dicitur habere cauſam a præcedenti poſſeſſore, ſed tantummodo a Papa, vel alio ordinario Collatore.*

37 *Pacta omnia conventa inter contrahentes cenſẽtur invicẽ reciproca, & correſpectiva.*

*Et ideo uno ceſsante, vel ſublato, alia quove ceſsant, & tolluntur, num.38.*

## DECISIO LXXIX.

Controverſia Juris decimandi in Sæculo retroacto exagitata inter Dignitatem Archiepiſcopalem, ac Poſſeſſores Status de Capilla, nomine dumtaxat Eccleſiarum Parochialium ejuſdem Loci, deindeque reaſſumpta per ipſoſmet Parocos, ſive Rectores earumdem Eccleſiarum Jure proprio, & ſeorſim a prædicta Dignitate Archiepiſcopali, coegit Patres, ut pariter ſejunctim in proſecutione ulterioris Iudici, procederent; Sed nihilominus tam Dignitate, quam Parochis in Auditorio noſtro ſuccumbentibus uſque ad conſumationem antiquæ rei judicatæ de Anno 1618. cor. *Martino Andrea*, mediante Decreto Signaturæ Iuſtitiæ reſcribentis, *ſine præjudicio legitimæ executionis*, cum ſucceſſiva detruſione Parocorum a perceptione Decimarum, nil ſupererat agendum, niſi, ut ad finem recuperandi importantiam Decimarum, ad quarum reſtitutionem eadem Sententia, ſive res judicata M*artini Andreæ* condemnaverat Dignitatem, Dux modernus inſiſteret pro illarum liquidatione, quam fœliciter impetravit *cor. R.P.D. meo Priolo ſub die* 13. *Iunii* 1698. in ſumma ſcutor. 364858. 20.

Verum habente poſtmodum Dignitate Archiepiſcopali novum recurſum ad eamdem Signaturam Iuſtitię, ſub die 18. Decembris anni 1698., prodiit alterum Reſcriptum *Quoad Ius decimandi, et Decimas perceptas per modernum Archiepiſcopum nec, in Deciſis*, (ſcilicet, ut diximus, ſine præjudicio legitimæ executionis) *in reliquis de Cauſis reſtitutionis in integrum*: Cumque Commiſſio in ſequelam hujuſmodi poſterioris reſcripti Mihi extiterit directa, remanſit quidem apud R.*P.D. meum Priolum* intacta Juriſdictio liquidandi Decimas appræhenſas pro ſua fortaſſe tenui participatione per EmumD. Card. Portocarrero Eccleſiæ Toletanæ ſupra omnem commendationem emeritum Archiepiſcopum; Sed in reliquis, videlicet in devolutivo quoad Decimas etiam perceptas per eumdem Emum, & in ſuſpenſivo quoad Decimas perceptas per Anteceſſores in eadem Dignitate Archiepiſcopali, alioſq; Comparticipes, devoluta ad Me Cauſa, Dubium ſimpliciter ſubſcripſi, *Utrum conſtaret de cauſis reſtitut. in integr.*, & DD. reſponderunt *affirmative.*

Fundamentum reſolutionis non ſteſtit ſimpliciter in eo, an idem Eminentiſs. Archiepiſcopus ſufficienter excuſari poſſet a refuſione Decimarum pro ſua (ut diximus) participatione; Quamvis enim plura per illius Defenſores adducerentur ad inſinuandum, quod nec ipſe potuerat juſte condemnari ad hanc reſtitutionem, quodque eadem allegatio excuſationis diſcuti, & audiri poſſet coram Me, quia Clauſula, *ſine præjudicio* quan-
1
tumvis præſervativa executionis, non impedit, quominus coram Iudice, àd quem tota Cauſa devolvitur, examinentur jura, ſive Iuſtitia præcedentis Iudicati, retento ſemper ordine, ac effectu Iudicii mere devolutivi, & citra minimam retardationem executionis Mandati, vel Sententiarum, quæ fuerint cum prædicta Cclauſula reſpectu ipſius executionis præſervatæ, quemadmodum ſpecialiter annotarunt *Garz. de Benefic. par.* 1. *cap.* 5. *n.* 573., *Ridolphin. in prax. par.* 1. *cap.* 13. *n.* 491. *cum duob. ſeqq.*, *Capuc. in prax. tom.* 2. *art.* 12. *n.* 574. *& ſeq.*, *Rot. dec.* 365. *n.* 13. *cor. Peutinger. & dec.* 50. *n.* 15. *cum duob. ſeq. cor. Card. Cerr. & in Eugubina Bonorum* 26. *Junii* 1680. §. *Neque admiſerunt, cor. bo. me. Paoluccio*.

Et ob id primario demonſtrare ſatagerent, ſubſtineri non poſſe condemnationem etiam contra eumdem Eminentiſſimum, quia cum porſio Decimarum, quam capit Dignitas Archiepiſcopalis, proveniat non minus a Iure, quam ab inconcuſſa conſuetudine Toletanæ Diœceſis, juxta quam indiſtincte, etiam quando eædem Decimæ percipiantur a veris, ac nativis Decimatoribus, adhuc eidem Dignitati, cum participatione Archidiaconi, & Capituli, certa debetur quota Decimarum, ut dictum fuit *in altera Toletana Decimarum dec.* 402. *ſub n.* 4. *verſ. Primum par.* 2. *rec.* neque in hoc Sententia *Martini Andreæ*, quodque plus eſt, neque etiam Teſtes ad probandam immemorabilem cum fama Privilegii ex parte Ducis de Beyar inducti, & examinati quidquam exprimant in contrarium circa hanc juridicam, & conſuetudinariam defalcationem, ſeu participationem; profecto Ius decimandi privilegiative translatum in Dominos, & Poſſeſſores Status de Capilla non videbatur auferre poſſe a prædicta Dignitate, quod non exiſtit ablatum, exigentibus Decimas legitimis, & ut diximus, nativis Decimatoribus; Tum quia Privilegium regulariter nequit excedere naturam ſubjectę materiæ; Tum & quia Privilegium cenſetur
2
ſemper attributum citra læſionem, & compræhenſionem juris Tertii, ut communiter tradunt *Cyriac. contr.* 59. *n.* 6. *cum ſ. qq*, *& contr.* 205. *n.* 39. *Solorzan. de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 26. *n.* 62., *Antunez de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 36.; Rot. *dec.* 165. *ex n.* 9. *uſque ad* 13. *par.* 16. *rec.*

Secundo, quod eo maxime; ſive præciſive etiam a prędicto fundamento, omni jure excuſandus videbatur modernus Archiepiſcopus a refuſione Decimarum perceptarum tempore ſuo, quia cum ab Anno 1648., poſthabita omni lite præcedente geſta cum Archiepiſcopis, non tamen nomine Dignitatis Archiepiſcopalis, ſed nomine dumtaxat Eccleſiarum Parochialium, tota ſucceſſiva diſputatio, & Cauſa ſteterit inter Duces de Beyar,

yar, ipſoſque Rectores, ſeu Parocos immediatos, abſque eo, quod unquam iidem Duces ullo modo judicialiter notificaverint Archiepiſcopo pendentiam hujuſmodi novæ litis, ſeu reaſſumptionis Judicii, vel eamdem Dignitatē laceſſiverint, ſaltem pro ejus jure, & intereſſe, nimirum (uti ſubjungebant prædicti Defenſores) incaleſcebat, ultra radicem juſti, & probabilis tituli, de quo ſupra, optima fides in Archiepiſcopo excluſi-
2 va cujuslibet reſtitutionis, adeout quantumvis extrajudicialiter ſciviſſe, litem agitari inter Ducem, & Parocos, attemen, quia ſua forte non intererat reſpectu quotæ ſibi debitæ percipi Decimas a nativo, vel privilegiato Decimatore, neque de cætero per aliquam interpellationem poſitus particulariter exiſtebat in mala fide, utique dura, & injuſta
3 efficiebatur prædicta condemnatio, a qua ſolet eximere, nedum optima, & bona fides, ſed etiam non mala, ſeu media, ex deductis per *Rot. dec. 163. n. 19. cum duob. ſeq. dec. 663. n. 4. & dec. 687. n. 9. & num. 15. coram Merlin., dec. 206. n. 5. & 6. poſt Cenc de cenſ. & deciſ. 184. n. 6. cor. Buratt. & dec 265. n. 6. cum ſeqq. par. 17. rec.*

Ac demum tertio conquererentur Scribentes, etiam ratione ordinis, reſpectu Executorialium noviſſimo loco relaxatarum *a bo. me. Benincaſa*, ex quo deſcenderent ad ſpecificam condemnationem directe contra Archiepiſcopum, quando nec ipſe unquam, at neque etiam ſui Anteceſſores directe egerant, ſeu nomine proprio litigaverant adverſus Ducem, & quando ultima res judicata *cor. Matthæjo, Urſino, & eodem Benincaſa*, protendebat contra Parocos jam admiſſos independenter ad defendenda jura propriarum Eccleſiarum; ordo ſiquidem videbatur expoſcere, quod etſi prima res judicata *Martini Andreæ*, ſive juſte, ſive injuſte feriret tunc temporis Archiepiſcopum circa Decimas perceptas in prima parte a ſe, quia tamen & Rota, & Pars approbaverat pro legitimis Defenſoribus (licet vitio litigioſi conſperſis) ipſos Parocos, & Rectores im-
4 mediatos, non poſſent idcirco eædem Executoriales duplicari contra Archiepiſcopum, & præcipue modernum, niſi vel in ſubſidium, vel tanquam ex invalida cauſa lucrativa participem Decimarum, ſecundum ea, quæ in proximis innuunt *Surd. conſ. 528. n. 19. & 20., Conſt. de remed. ſubſid. remed. 12. n. 5. verſ. ſeptimo, Rot. dec. 77. n. 27. par. 6. rec.*

Domini nihilominus, veluti exiſtimantes, ſatis conſtare de palpabili nullitate, & injuſtitia rei judicatæ ejuſdem *Martini Andreæ* ex alio capite, de quo mox differemus, nihil circa prædictas excuſationes, & fundamenta tangentia Decimas captas ab ipſomet moderno Archiepiſcopo affirmare voluerunt, utpote quia ſuper hoc articulo nullam de-ſenſionem objectaverunt Informantes pro Duce, nec non etiam, quia eadem fundamenta exquiſitius examen deſiderare videbantur; approbantes de cœtero, quod non ſolum coram Me in una parte effecto Judice devolutivo, ſcilicet in illa, quæ per Clauſulam *ſine præjudicio* præſervabat executionem, ſive liquidationem faciendā *cor. R. P. D. meo Priolo*, & in altera Judice etiam in ordine ad effectum ſuſpenſivum, mediante illa Clauſula *de Cauſis reſtitutionis in integrum*, poſſet, ac deberet utraque cognitio diſputari, verum etiam, quod omiſſa per Cauſæ Patronos amplioris Dubii per Me efformati ſubſcriptione, nimirum = *An conſtaret de Cauſis reſtitutionis in integrum etiam reſpectu reſtitutionis Decimarum perceptarum tam per ipſummet modernum Archiepiſcopum, quam per alios*, tota eadem altercatio commode, & æque bene trutinari valeret ſub alio generaliori Dubio antea per Me ſimpliciter ſubſcripto, hodieque propoſito = *An conſtet de Cauſis reſtitutionis in integrum*, ex quo Clauſula, *ſine præjudicio*, adjecta in priori parte reſcripti Signaturæ, & tantummodo cadens ſuper præſervatione executionis rei judicatæ quoad Decimas appræhenſas a moderno met Archiepiſcopo, non impediebat in devolutivo proponi, & diſputari Dubium de cauſis reſtitutionis in integrum: Ideoque non in opportune, & juxta majeſtatem Tribunalis per verba pauciora, ſemper directa ad præciſum objectum differentiæ, videlicet, *in caſu &c.* ſub præcitato arctiori dubio uterque includebatur articulus neceſſario ſemper procedens, ſive pro uno, ſive pro altero effectu, ad examinanda merita denegandæ, vel concedendæ reſtitutionis in integrum; Ea etenim eſt vir-
5 tus prælaudati reſcripti, *de Cauſis reſtitutionis in integrum*, ut utrumque valeat juxta ſubjectam Theſim amplecti Iudicium, nempe devolutivum, & ſuſpenſivum: In devolutivo ſiquidem operatur, quoties vel executio rei judicatæ fuit præſervata cum comitante Clauſula *ſine præjudicio*, vel extitit legitime cæpta, aut conſumata; Suſpenſivum vero effectum producit, quando nec executio eſt cæpta, aut conſumata, neque præciſe per idem reſcriptum, *ſine præjudicio*, præſervata, ſicuti admonet, & teſtatur *Scacc. de appellat. qu. 19. remed. 2. ex n. 101. cum pluribus ſeqq. Card. de Luc. de Judic. diſc. 38. n. 13. & ſeq.*

Et ſane, relicto memorato articulo tangente Decimas perceptas ab hodierno met Archiepiſcopo, evidens adhuc (ut diximus) intercedebat nullitas, & injuſtitia rei judicatæ *Martini Andreæ*: Nullitas quippe præfulgebat, ex quo Sententia ipſius *Martini Andreæ*, quæ per incuriam Defenſorum in omittenda appellatione tranſitum fecerat in rem judicatam, oculariter excedebat limites *Deciſionum*, quæ ſolent, ac debent præcedere Sen-

Digitized by Google

Sententias;In illis eteuim néc ullum verbum
apparebat appoſitum , multoque minus
quidquam legebatur affirmatum ſuper eo,
quod Dignitas Archiepiſcopalis refundere
teneretur Duci de Beyar Decimas , nedum
per ſe , ſed etiam *per alios perceptas;* prout &
pariter nullibi de hoc actum,ſeu diſcurſum
fuerat *in Deciſione edita ſub die 9. Iunii 1692.
cor. bo. me. Benincaſa* , quçve eodem modo
anteceſſerat relaxationem , & expeditionem
6 Executorialium , ac propterea de plano ad
nullitatem utriuſque Iudicati inducendam
aſſurgebant literales Apoſtolicç Conſtitu-
tiones nullitatis pœnam in hoc caſu expreſſe
infligentes , ex rationibus etiam perpenſis
*in Romana Cambii 31. Ianuarii 1698. §. Ita
nec etiam, & in Romana Teſtamenti 14. Martis
ejuſdem Anni §. Et ſane , cum ſeq. cor. Me* .

Scribentes pro Duce ſentiebant vim , &
amaritudinem difficultatis , ideoque cona-
bantur ad eorum intentum , ſeu præſidium
attrahere limitationem ſtylo, & regulæ præ-
miſſæ attribui conſuetam, videlicet , quod
7 non ſit neceſſe tam mordicus inhærere de-
ductis in *Deciſione* , quin nequeat Sententia
superveniens compræhendere , & definire
etiam ea , quæ per conſequentiam Iuris pro-
veniunt a deductis *in Deciſionibus* præceden-
tibus , quemadmodum fuit animadverſum
*in Romana Cenſus 15. Februar. 1686. cor. clar.
me. Card. Caccia, & in Neapolit. Penſionis 17.
Febr. 1698. coram Me* , utrobique §. *finali ;*
prçcipue , quia eædem Apoſtolicç Conſti-
tutiones non arctant ad proponendum Du-
8 bia ſuperflua , itaut quandoque ſufficiat ,
quod Auditor , Cauſç Ponens , ſeu Relator,
ſucceſſive poſt *Deciſionem*,quæ omnibus Do-
minis, & maxime ſuffragantibus diſtribuitur
ad finem decernendi, vel expeditionem Cau-
ſæ per Mandatum, ſeu Sententiam, vel con-
ceſſionem novæ Audientiæ , conſulat eoſ-
dem Dominos , etiam oretenus , circa mo-
dum expediendi Cauſam , ſeu concipiendi
Sententiam , idque adamuſſim potuerit con-
tingere, tam in prolatione Sententiæ *Marti-
ni Andreæ* , quam in relaxatione Executo-
rialiom *bo. me. Benincoſæ* , ut alias in ſimili
reſpondit *Rot. cor. Manzaned. dec. 48. num. 5.
& cor. Royos deciſ. 385. ſub n. 7. verſ. nec re-
fert , & in recent. deciſ. 159. n. 8. cum duobus
ſeqq. par. 11., & in Bononien. Fideicommiſſi de
Ghiſellis ſuper renunciatione , & uſufructu 4.
Julii 1687. §. Prout nec urget , coram præfato
Cord. Caccia* .

Verum hujuſmodi limitatio nullo modo
congruebat caſui controverſo, quia tantum
abeſt, quod de Iuris conſequentia foret, Ar-
chiepiſcopum Toletanum exiſtentem de
tempore Sententiæ *Martini Andreæ*,& multo
minus modernum Eminentiſſimum Antiſti-
tem condemnari potuiſſe ad reſtitutionem
Decimarum perceptarum *etiam per alios*, vi-
delicet (ut moris, & Iuris eſt ) per Sereniſ-
ſimum Hiſpaniarum Regem Catholicum ,
per Archidiaconum , & Capitulum Eccleſiæ
Toletanæ, per Fabricam Eccleſiarum Status
de Capilla, ac demum per immediatos Paro-
cos , & Rectores, quin potius in hac ipſa Au-
dientia mature diſpuncto negotio ſuper me-
ritis, *Rota* cenſuerit (ut latius infra demon-
ſtrabitur ) injuſtiſſimam eſſe hujuſmodi con-
9 demnationem, & ſic evidens erat, neque va-
luiſſe in apertam ſequelam Iuris , neque in
re tam gravi , & injuſta oretenus per Ponen-
tem recipi prçſcriptum concipiendi , effor-
mandique Sententiam , ſive expeditionem
eo modo, quo fecerunt *Martinus Andreas, &
Benincaſa*, ut liquet ad ſenſum, & convinci-
tur etiam ex eo, quod eadem *Sacra Rota* ne-
10 que ſolet , neque poteſt aliquid ſubſtantiale
interloqui per Decretum definitivum , ſive
per Sententiam effective pronunciare , non
propoſito prius , & examinato Dubio Arti-
culi quomodolibet revera dubii , & diſputa-
bilis , ut habetur *in Reformatione ſa. me. Pau-
li V. tit. de Auditorib. Rot. §. Auditor tamen ;*
11 Dubium vero, & diſputabile ſaltem eſſe, quod
*Rota* poſtmodum reſolvit in oppoſitum , ne-
mo non videt , & in fortioribus teſtatur
*Urceol. de Tranſact. quæſt. 44. n. 8. cum ſeqq. ,
Rot. cor. Royas deciſ. 477. n. 7. & coram ſan.
mem. Alexandre VIII. dec. 25. n. 11. cum ſeq.
& deciſ. 496. n. 4. verſ. quia licet , & num. 5.
& 6. par. 13. & deciſ. 211. n. 7. cum ſequen. poſt
Torr. de pact. futur. ſucceſſ.*

Atque ex his deſcendendo ad cardinem
injuſtitiæ tam Sententiæ *Martini Andreæ ;*
quam Executorialium *bo. me. Benincaſæ* in
hac parte condemnante D. Archiepiſcopum
ad Decimas quoque *perceptas per alios* , illa
clariſſime reſultare viſa eſt; quia cum ſuc-
12 ceſſor in Epiſcopatu minime reputetur, &
exiſtat hæres ſuorum Prædeceſſorum , ſed
agnoſcat proprium formale jus a Summo
Pontifice , & Sancta Sede prorſus ab iiſdem
ſuis Prædeceſſoribus independens , nullibi
modernus Archiepiſcopus arctari poterat
ad factum perceptionis , & cujuslibet debiti
exinde contracti per ſuos Anteceſſores, juxta
communiter receptam propoſitionem , de
qua *Surd. de aliment. tit. 8. privil. 54. n. 6. , Ca-
ſtill. eodem tractat. cap 68. n. 5., Rot. deciſ. 705.
num. 2. par. 1. recent. dec. 778. n. 3. par. 2. , &
dec. 494. n. 12. & 13. par. 18. & coram Dunoz-
zett. Senior. dec. 329. ex n. 7. uſque ad finem*, &
13 magis in ſpecie , quod Succeſſor in Digni-
tate , vel Beneficio non teneatur ad reſtitu-
tionem fructuum pendente lite perceptò-
rum ab ejus Prædeceſſore, *eadem Rot. dec. 805.
n. 4. par. 4. diverſor. coram Buratt. deciſ. 588.
n. 1. & 2.*, ibique *Adden. lit. B. & cor. Rembold.
dec. 417. n. 6. & ſeqq.* , & generaliter etiam
14 in prophanis , reſpectu videlicet Succeſſoris
in Primogenitura venientis independenter,
*Volen-*

*Valenzuel, con.60. n.81., Solorzan. de Iur. Indiar. tom 2. lib.2, cap.16. n.70. Rot. dec,228. n.12.par.10. rec.*

Intantum vero hujuſmodi propoſitio limitabilis eſt, inquantum duo copulative 15 concurrant, alterum ſcilicet, quod Anteceſſor Contractum inierit, ſeu quaſi celebraverit nomine ipſius Eccleſiæ, Dignitatis, vel Beneficii, quodque inſimul utilitatem ejuſdem Contractus, ſeu quaſi converterit in beneficium ejuſdem Eccleſiæ, vel Dignitatis; proindeque cum neutra circumſtantia verificaretur ad præſens, ex quo nec Archiepiſcopi antecedentes nomine Sponſæ Toletanæ, ſed dumtaxat Eccleſiarum Parochialium litem ſuſcepere cum Duce, nec ullam utilitatem, aut lucrum propriæ Dignitati communicarunt, firma idcirco remanebat regula, & quælibet ceſſabat limitatio, de qua *in cap.1. de ſolut., Altograd. con.28. n.77. lib. 1., Gratian. diſcept.94. ex n.30. uſque ad 50. Surd. de alim d. tit.8. privil.54. n.12., Rot. cor. Milin. dec 399. n.1. & 2., & dec.202, n. 16. & ſeq. cor. Bich.*

Parumque conſequenter adverſabatur, quod Cardinalis de Quiroga, unus ex Anteceſſoribus moderni Eminentiſſimi, poſt partam ab initio victoriam ſucceſſive converſam in jacturam, attentate interim devenerit ad aſſignationem Decimarum de Anno 1591. favore Eccleſiarum Parochialium, ex quo adhuc pendebat de præcitato tempore aſſignationis, mediante Commiſſione Cauſæ reſtitutionis in integrum, lis eadem actualis cum D.Duce, ideoq; nullatenus dici mereretur iniuſta (ea præſertim injuſtitia, quæ locum aperiret noviſſimæ reſtitutioni in integrum) & res judicata *Martini Andreæ*, & alia poſterior conſecutiva *Benincaſæ*, dum abſonum non eſt, ſed familiare, omnique Juri, 16 & æquitati innixum, quod Spoliator, ſive alius quilibet condemnatus ad reſtitutionem fructuum de Iure compellatur ad fructus quoque perceptos per eum, in quem lite pendente transfuſit rem litigioſam, ne etenim deterior fiat conditio Collitigantis per voluntariam abdicationem Condemnati, is habetur pro continuo detentore, ſeu poſſeſſore, ut in terminis firmant *Aflict. dec.396. n.6., Sperell, dec.7. n.5. & ſeqq.*, & ſignanter *n.9., Rot. dec.392. n.39.par.5, rec.*, & dictum fuit in hac eadem Cauſa contra Parocos 15. *Ianuarii* 1677. §. *Ex alio etiam, cor, bo. me, Bourlemont.*

Placuit etenim multiplex in Facto, & in Jure replicatio data pro parte ejuſdem Eminentiſſimi, etiam citra repetitionem ſuperius animadverſæ, ac de per ſe ad infractionem rei Iudicatæ exuberantis nullitatis. Et quidem coruſcabat in facto, quod Sententia *Martini Andreæ* non fuerat pronunciata contra Cardinalem de Quiroga, qui devenerat ad præcitatam, ſive litigioſam, ſive attentatam Decimarum translationem ſeu aſſignationem, ſed extitit prolata adverſus Cardinalem Royas, y Sandoval, quartum illius in Dignitate Succeſſorem, & longe durius adverſus magis, atque magis diſtantem hodiernum Eminentiſſimum prodiere Executoriales *Benincaſæ*: Unde admiſſa concluſione, quod agi poſſit contra eum, qui attentate alienavit in Tertium jura litigioſa, ſternebatur ex facto efficacia, & aptitudo ejuſdem concluſionis, quia tales non erant, neque tunc Cardinalis Royas, y Sandoval, neque nunc Eminentiſſimus Portocarrero, 17 proindeque neuter adſtringi poterat, etiam quando adfuiſſet quodcumque attentatum, vel delictum ab Anteceſſoribus perpetratum, ex his, quæ in terminis attentatorum tradiderunt *Adden. ad Buratt. deciſ.278. n. 15., Rot. d. decciſ 705. n.1.par.1. rec. coram Pamphil. dec.498. n.1. & 2., coram* Duran*, deciſ 166. n. 7. cum duobus ſeqq., & deciſ.158. n.13. coram Carill.*

Et proſequendo affines terminos Spoliatoris, paſſim in Foro, ita cogente Iuſtitia, & Epycheia, firmatum habemus, quod, præciſive a qualitate hæreditaria, Succeſſor mini18 me obſtringatur, niſi ad reſtitutionem fructum per ſemetipſum perceptorem pro tempore ſuæ poſſeſſionis, nullatenus vero in ordine ad fructus ab eius Prædeceſſore, ſive ab ipſo Spoliatore appræhenſos, & conſumptos, ſecundum ſolide perpenſa per Ro. *in Romana Vineæ* 30. Martii 1696. §. *Hæc quoad hæreditatem, cor.* R.P.D. *meo Pio.*

Rurſus & in Facto, & in Iure recurrebat inſinuata reflexio, quod nec idem Cardinalis de Quiroga, nec ullus ex Anteceſſoribus litem ſubſtinuerat nomine proprio, vel ſuæ Dignitatis Archiepiſcopalis, ſed omnes conſtantiſſime vigilantes (ut par erat) bono regimini Eccleſiarum Parochialium Status de Capilla eorum ſollicitudini de Iure Divino, & humano commendatarum, illarum dumtaxat nomine ſteterunt in Iudicio, obtinuere Sententias ſuper bono Iure, & proviſionalia, ſeu poſſeſſoria remedia, ac Mandata de manutenendo, iiſdemque demum, prævio reſcripto Signaturæ Iuſtitiæ præſervante executionem, victoriæ fructus, ſeu Decimas aſſignarunt; Unde ubi etiam aſſertum delictum attentatorem, contra hucuſque demonſtrata, inficere potuiſſet Succeſſores, non poterat tamen illos efficere, quando, ut in præſenti, actum fuit nomine perſonæ, vel rei adminiſtratæ, ſicuti contingit in quocumque legitimo, vel dativo Tutore 19 aut Curatore, nam contra eum directe nulla unquam fertur Sententia, vel Mandatum, ſed tantummodo contra rem, vel perſonam Pupilli, alteriuſve Perſonæ ſub aliena cura, & adminiſtratione degentis, proprioque inſimul

Digitized by Google

ſimul nomine litigantis, *vulg. Iur. 2. in l. 2. ff. de adminiſtrat. Tut., l. 4. §. Tutor. ff. de re judic. l. fin. ff. ſi quis Caution. & l. Tut. ff. quod. ex fact. Tut.*, cum reliquis notiſſimis.

Poſtremo tandem non videbatur contemnenda illa alia, quantumvis ſuperabundans replicatio, nempe, quod aſperum nimis extitiſſet cogere prænominatos Archiepiſcopos, & ſignanter hodiernum independentem Succeſſorem, pro attentato, quatenus adeſſet, non ſuo, neque ſui Authoris, ut ad ſe relevandum deberet plura formalia Iudicia pro repetitione, ſeu contributione introducere, & ſubſtinere, ſcilicet contra Regem, contra Archidiaconum, contra Capitulum, contra Fabricas Eccleſiarum, contra Parocos, quorum adhuc plerique legitime ſe ſe forſan eximerent, vel tanquam Ius proprium, & quodammodo incircumſcriptum, & univerſale tuentes, vel tanquam in effectu nullam utilitatem conſequuti, ſed ſolum propriam manutentionem, reſtaurum, & alimoniam, quæ ſane aſperitas tanta non eſſet, quando Dux ipſe perſequeretur veros ſuos legitimos, & immediatos Debitores, adverſus quos, tanquam actuales perceptores forſan injuſte, vel ſine cauſa, facilius intraret repetitio, ad *Text. in l. ſi me, & Titium ff. ſi cert. petat.*, quam contra eos, qui nihil commodi perceperunt, nihil malitioſe perpetrarunt, ad ſummum quippe, præſcindendo ab aliis particularibus motivis, Succeſſor inde-
20 pendens cujuſcumque Spoliatoris tenetur dumtaxat pro rata utilitatis a ſe reportatæ, ut ait *Geminian. con. 17. n. 10. ad fin. verſ. dico tamen, Rot. cor. Peutinger. dec. 482. n. 8 & 9. & cor. Bich. d. dec. 202. n. 16. & 17. & dec. 122. n. 11. cor. Card. Celſo*.

Maxime, quia lata intercedit differentia, etiam reſpectu perpetrantium, inter alienationem, ſeu tranſlationem attentate factam, vel cum ſimplici intrinſeco reali vitio litigioſi: Dibitari namque valide poteſt, utrum memorata adiudicatio Decimarum inita per Casdinalem de Quiroga ad commodum Parochiarum, pro quibus litigaverat, remque judicatam obtinuerat, poſt oraculum Signaturæ reſcribentis, *ſine præjudicio legitimæ executionis*, dici in rei veritate mereretur attentata, dum eadem Signatura hoc probabiliter dignoſcens, eadem pro parte D. Ducis prætenſa attentata ad finem litis reſervavit: Quamobrem ſi res verſaretur in nudo vitio litigioſi, admodum enervarentur Jura Ducis ad finem plectendi Succeſſores in pu-
21 ra Dignitate: Vitium namque litigioſi, admodum diſtans ab attentato, præciſive a fraude, & malitia, tribuit tantummodo facultatem agendi recta via executiva adverſus illum, in quem expleta emicat tranſlatio, & alienatio, ex traditis per *Rota coram Manzaned dec. 873. n. 1. & 2. Royas dec. 209. n. 3., & coram Card. Caſſ. dec. 140. pariter n. 2. & in Romana, ſeu Viterbien. Cambii 25. Iunii 1685. §. Quovero ad alteram, cor. clar. me. Card. Caccia*.

Addebatur etiam pro coronide, ſeu pro corroboratione alias detectæ pluſquam ſufficienter iniuſtitiæ, quod dum ipſemet Dux Franciſcus Junior recognoverat Parocos pro veris, & legitimis Contradictoribus, ac immediatis Defenſoribus ſuarum Eccleſiarum, illos citando, ac cum eis litem agendo ſeorſim ab Archiepiſcopis omnino per longum tempus incitatis, & prætermiſſis, quodque plus eſt, in noviſſimis Sententiis ejus favore pronunciatis per *Cardinalem Matthejum, Urſinum, & Benincaſam*, & reſpective revocatoriis alterius rei iudicatæ præcedenter reportatæ per Parocos *cor. Veroſpio Iuniore, & Bevilocqua*, non jam Archiepiſcopum, ſed ipſoſmet Parocos condemnari curaverat ad reſtitutionem Decimarum per eoſdem perceptarum, ratio proinde, ac æquitas expoſtularet, quod proſequeretur illam viam, quam ſemel, & fortaſſe melius elegerat; In
22 Judiciis namque quaſi contrahitur, & electa una via, alteri cenſetur renunciatum, vel ſaltem non ita de facili una prælecta (ceſſante particulari conventione, vel Privilegio) licet ad aliam variare in præjudicium Tertii, ad *Text. in l. ſi Mulier 21. §. fin. ff. quod met. cauſ. Surd. conſ. 377. n. 3. Scacc. de Appell. quæſt. 17. limit. 9. n. 45., Mar. Antonin. var. reſol. lib. 2. reſol. 17. n. 8., Oſaſch. dec. 163. n. 17.*

Atque ita, a primo ad ultimum, reſtaurata poſt tot intervalla temporum, & Perſonarum, rerumque judicatarum viciſſitudinem Cauſa, reſolutum fuit, utraque &c.

### *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

PAriformiter hæc Deciſio ad novam trutinam revocata robur confirmationis obtinuit ſub die 14. Junii 1700. coram Me, in cujus (Divina favente miſeratione) futuris adnotationibus ulteriorem ſtatum, & Cauſæ progreſſum enunciabo.

Tangendo autem nonnulla ferientia eamdem hypotheſim Decimarum, pluries fuit reaſſumptus, & diſputatus in Rota caſus inter Capitulum Eccleſiæ Illerden., ad quod ſpectat Jus decimandi in tota illa Diœceſi, & PP. Societatis Jeſu, qui vigore ſuorum Privilegiorum allegabant exemptionem a Decimis prætenſis per idem Capitulum, & quæſtio non erat in abſtracto ſuper intelli-
23 gentia Privilegiorum ejuſdem Societatis, quæve illi fuerant attributa per Summos Pontifices *Paulum III., Pium IV., Greg. XIV., & Paulum V.*, & in quo ſane Privilegiorum examine diverſæ juxta variorum caſuum circumſtantias prodierant reſolutiones, mo-

do

do videlicet contra, & modo pro Societate, ſicuti videre eſt in parte favorabili *in Corduben. Decimarum cor. Coccino dec.*2221. confirmata *coram Carillo dec.97., & coram Merlino deciſ.795. & 807.* & ex oppoſito in altera *Valentina Decimarum coram Seraph.dec.1293.*

Verum diſceptabatur, an ſtante quodam Indulto per prænominatum *Gregorium XIV.* conceſſo Capitulo de eo tempore, ac demandante, quod, ne penitus, ob excreſcentiam bonorum per ante decimabilium apud Perſonas, & Religiones exemptas, ac Privilegiatas, in dies ſpoliaretur Capitulum dote ſua neceſſaria, Decimæ ſolvi deberent in poſterum pro novis acquiſitionibus, PP. Societatis ſub hac lege in poſterum pro futuris acquiſitionibus obſervanda compræhenderentur, & de facto, ſuborta lite uſque de tempore *Franciſci Pœniæ*, manutentionem reportaverat contra Societatem uſque ad relaxationem (ob contumaciam in parendo) Declaratoriæ, & finalium Executorialium, ſicuti apparebat *ex deciſ.1260. coram eodem Pœnia*.

Reaſſumpta itaque trutinatione *de Anno* 1700. ſuper bono Jure, exiſtimavit Rota, latius examinatis verbis ejuſdem Indulti, nec non perpenſis rationibus juſtitiæ, & æquitatis, compræhendi ſub eodem Indulto refrænativo in poſterum, etiam Societatem, quemadmodum ſolide habetur *in Deciſ.Illerden. Decimarum 26. Aprilis* 1700.*cor.R.P.D. Scotto*, confirmata *die* 17. *Iunii* 1701. *coram eodem*.

24 De quibus fructibus Decima ſolvi debeat, plura habentur apud *Monet. de Decim. cap 4. quæſt.1.per tot., Barboſ.de offic. & poteſt. Paroc. cap.28.§.1.n.2.& ſeqq. Rot. deciſ.724.& 763. coram Emerix Iun.* ſed quandoque Partes deveniunt ad concordiam ratione mutationis culturæ facile contingibilis; Quare pulchra ſuper hoc articulo quæſtione ſuborta in una *Nullius Tudelæ, ſeu Tiraſonen. Decimarum*, in
25 qua, cum de Jure mutatio ſeminis, aut plantationis non efficiat, quod Decima non debeatur de fructu, aut plantatione ſubrogata, ne ſit in arbitrio Poſſeſſorum per mutationem ſeminis, aut plautationis præjudicare Eccleſiæ, ejuſque Rectoribus, *Caſtill. contr. Iur. lib.6. cap.19.n.21. & ſeqq., Card. de Luc. de Decim.diſc.15.n.3., Cortiad. deciſ.191. n.5. lib.3., Rot. deciſ.135. n.10. & 11. coram Dunozett. Iun., & deciſ.320. num.5. coram Emerix Iun.*

Quædam Concordia, quæ inita fuerat inter Epiſcopum, Decanum, & Capitulum Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ de Tudela ex una, ac Cives, & Incolas ex altera ſuper modo ſolvendi eaſdem Decimas, quæve per mutationem culturæ, novarumque Arbo-
26 rum multiplicationem deflexerat in iniquitatem, fuit annullata, & revocato priori Decreto contumacialiter edito per *R. P. D. Capraram*, perſtitum fuit in reſolutis, ſicuti habetur *in Deciſ. Nullius Tudelæ, ſeu Tiraſon. Decimarum 3. Iulii 1702. coram R.P.D. de la Tremoille*, confirmata *ſub die 1. Iunii 1703. coram R. P. D. Priolo* ejuſdem *R. P. D. Tremoille* tunc abſentis locum, ut quandoque fieri ſolet, ſupplente.

Cumque in hac Deciſione inſinuetur, quod ſucceſſor in Dignitate, ſeu Beneficio non teneatur ad reſtitutionem fructuum lite pendente perceptorum ab ejus Prædeceſſore, caſum inſeram ſatis huic diſſertationi congruentem in una *Veneta, ſeu Patavina Decimarum* de Anno 1680. in qua pro Veritate ſcripſi ſecundum ſequentem facti ſeriem.

Inter cætera pacta, & conventiones, quæ inter Abbatem Boneſium, & Antonium Maurocenum adjectæ fuerunt in Mandato Procuræ Venetiis celebrato ad effectum impetrandi permutationem Archidiaconatus ab ipſo Abbate Boneſio poſſeſſi, in Beneficium ſimplex a Mauroceno detentum, & e contra, illa etiam legebatur, quod obtineri deberet a Summo Pontifice decretum, cujus vigore uterque Permutantium ſolvere teneretur quaſcumque Decimas, onera, & Collectas, quæ in eorum reſpective Beneficio decurſæ, & non ſatisfactæ reperirentur, uſque ad diem ſignatæ Supplicationis.

Verum licet hujuſmodi pactum fuerit appoſitum in ipſa Supplicatione, iſtaque fuerit de more a ſan.mem. Alexandro VII. ſignata, nihilominus in Bullis, ſeu Litteris Apoſtolicis deſuper expeditis, nullatenus apparet, quod hæc reciproca conventio ſolutionis onerum, Pontificia fuerit, ut par erat, authoritate roborata.

Quamobrem ſubſecuta in vim prædictarum litterarum Alexandri VII. pacifica effectuatione permutationis, & per unumquemque Permutantium capta poſſeſſione alterius Beneficii, numquam occaſio forenſis exorta eſt examinandi, an memoratum pactum ſulutionis Collectarum in Mandato Procuræ conventum; & in Supplicatione narratum, remanſerit inefficax ex defectu omiſſæ expreſſionis, & confirmationis ejuſdem in Bullis, & quatenus adhuc ex ſola ſignatura Supplicationis efficax cenſendum foret, utrum ea tantum onera, & Collectas amplecteretur, quæ de tempore detentæ poſſeſſionis ab utroque Permutante decurſæ eſſent, ſive etiam omnia, & quæcumque alia incognita, & antiquiſſima ab eorum Prædeceſſoribus debita, & non ſoluta.

Donec vita functo Mauroceno, deindeque geminis aliis ſucceſſoribus in eodem Archidiaconatu, Cardinalis Epiſcopus Patavinus de eodem providit Bernardinum Mantuanum, qui cum ad ſolvenda quædam onera, & Datia, ut ſupra, antiquiſſima compellatur,

prætendit hodie relevationem a Boneſio, unde ex illius parte, etiam in ſenſu Veritatis conſultus, dubitare cogor, an Mantuanus Jure agat in præſenti, ſive potius Abbas Boneſius veniat ab impetitis abſolvendus; in qua difficultate ſtricte, & reſolutive procedendo cenſerem, Abbatem vexari non poſſe, ex triplici, & unoquoque inevitabili fundamento.

Primo ſiquidem, quia licet unanimi voto Boneſius, & Maurocenus in præfatos Mandato injunxerint Suardo Procuratori, ut apponi curaret decretum confirmatorium iſtius pacti ſolvendi reſpective onera, & Datia decurſa, adhuc tamen ad effectum, ut ex eodem Mandato aliqua potuerit obgligatio exoriri, neceſſe erat, quod idem Procurator explicite, vel ſaltem virtualiter iſtud pactum
27 executioni demandaret, ex ea paſſim recepta propoſitione, quod in hujuſmodi obligationibus inducendis non attenditur Mandatum, & facultas obligandi Procuratori elargita, ſed illius executio, prout tradunt *Scribentes in Clement. 1. de renunciat.*, *Rot. dec. 725. n. 7. par. 2 recen.*, *Duran. deciſ. 285. n. 111.*, *Arguell dec. 44. num. 45.*, *Rembold, dec. 277. n. 3.*, *Manzaned. dec. 210. n. 1.*

Applicando autem ad rem, executio, ſeu adimplementum Mandati per Suardum ſuſcepti nequit deſumi, niſi de tempore, quo tanquam Procurator præſtitit aſſenſum expeditioni Bullarum, ideoque cum in iſtis nedum nullum legatur decretum ſuper obſervantia ejuſdem pacti, ſed neque de eo
28 verbum fiat; in plana emicat conſequentiam, quod ipſum Mandatum, & facultas in nulla veniat habenda conſideratione, ut in individuo Supplicationis prius porrectæ Sanctiſſimo, ut ad præſens, egregie firmavit viden. *Rota in Vercellen. Diſmembration. 5. Decembris 1611.*, *& 2. Aprilis 1612. cor. Manzaned. impreſſ. apud Poſth. de manut. dec. 126. n. 3. verſ. nec talis aſſenſus*, *& num. 4.*, *& deciſ. 128. num. 3.*

Fortius vero, quia cum hujuſmodi reſtrictionis in Bullis plerumque proveniant ex ſtylo Datariæ, ex ea ratione, de qua proxime in ſecundo fundamento, parum intereſt, quod in caſu noſtro Partes ab initio habuerint animum paciſcendi mutuum periculum ſolutionis onerum, ſtante enim moderatione, ſive non compræhenſione Bullarum iſtius pacti, quodque Mandantes uſi ſunt eadem Gratia Apoſtolica, non curatur am-
29 plius facultas attributa in Mandato, ſed ad unguem obſervari debet tenor, & littera Bullarum, quarum vigore capta fuit hinc inde poſſeſſio Beneficiorum, ad tradita per *Rotam in Valentina Parochialis 28. Maii 1746. §. Nec quidquam relevat, cor. Cerro, dec. 114. per tot. coram Seraph.*, *& dec. 163. num. 2. & ſeq. coram Ottbob.*

Secundo magis, quoniam indubitati Juris eſt, quod omnia pacta inter Permutantes, vel Reſignantem, & Reſignatarium ex cauſa ejuſdem reſignationis inita non tenent, niſi
30 Papa illa approbaverit, cùm agatur de materia in Privatorum commercio non exiſtente, ideòque conſimilia pacta arbitrio ipſius Papæ remiſſa cenſentur, ut habetur ex collectis per *Pariſ. de reſignat. lib. 6. qu. 2. n. 72. & ſeqq. & lib. 14. qu. 5. n. 7. & ſeqq.*

Ac proptereà cum Sa. me. Alexander VII. hujuſmodi pictum nullo decreto in Bullis confirmaverit, remanet extrà difficultatem, quod etiam quandò ante permutationem poſitivè convenilſent Boneſius, & Maurocenus de mutua obligatione ſolvendi onera, & Collectas, ut ſuprà, nihilominus vel iſta conventio habenda foret pro non appoſita, vel
31 ſubintellecta ſaltem Clauſula, *ſalvo Beneplacito Apoſtolico*; undè eo deficiente, idem eſſet, ac ſi Partes eamdem conventionem apponere noluiſſent, ut ait *Rebuff. in prax. de reſignat. condit. à n. 23. uſquè ad 28.*, *Gonzol. ad regul. Cancell. gloſſ. 12 n. 92. & 93. verſ. ſimilitèr*, *Rot. dec. 419. n. 10. par. 12. recent.*

Non adverſante, quod Papa ſignaverit Supplicationem continentem iſtud pactum;
32 Quia non debet juxtà formam Supplicationis judicari, ſed dumtaxat ſecundùm tenorem Bullarum, ſub ea potentiſſima ratione, quod plerumque in tanta negociorum mole Papa ſignat ea quoque, quæ ſacris Canonibus, vel ſtylo Datariæ adverſantur, & ob id adſunt Officiales ad effectum revidendi, & reformandi Supplicationes deputati, unde Sancta Sedes ex hac præciſa ratione inter alias Regulas ſuæ Cancellariæ peculiaritèr edidit illam de non judicando juxtà formulam Supplicationum, ſed litterarum expeditarum, pròut in dicta Regula hodie in ordine *la* 27. adnotarunt *Canoniſtæ*, & practici iſtius materiæ, & ſignantèr *Chokier*, cum cæteris relatis per *Coccin. deciſ. 2241. num. 5.*, *& Ubald. deciſ. 16. n. 5. tom. 3.*

Atque hinc de facto (ex Mihi præſuppoſitis) Maurocenus, utpote iſtius veritatis informatus, nunquam auſus eſt hanc prætenſionem excitare, quamvis ſæpiùs fuerit conſimilibus petitionibus Datiorum, & onerum
33 moleſtatus; ad tollendam etenim omnem ambiguitatem, meliorem interpretem non adeſſe, quàm obſervantiam ſubſecutam, trita ſunt Jura, de quibus *Rota cor. Ottbob. dec. 175. n. 9. 10. & 11. & dec. 254. n. 12. & deciſ. 257. n. 15.*, & frequentèr in aliis.

Sed dato etiam, ut ità dicam, per diſcurſum, quod vellemus, hujuſmodi pactum ab initio fuiſſe appoſitum, & approbatum, adhùc tertio loco corruit omnis amaritudo,
34 ex quo in omnem caſum idem pactum fuit perſonaliſſimum, videlicèt inter Boneſium, & Maurocenum, quo caſu illud ad Succeſ-

ſores

Digitized by Google

fores non extendi, uno ore docuerunt Doctores *in l. qui in futurum 58. §. 1. ff. de pact.*, eum concord. per *Rot. deciſ. 15. per tot. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ.*

Quod autem pactum revera in omnem eaſum non poſſit conſiderari, niſi tanquam perſonale, manifeſte demonſtrant plures circumſtantiæ de per ſe ſufficientes, inſimul vero junctæ exuberantes, nimirum dictio perſonaliſſima, *ipſe*, & diſcretiva Decreti in ſupplicatione emiſſi; quando etenim Pontifex voluit authorizare Penſionem a Succeſſoribus perſolvendam, hoc literaliter expreſſit, & e converſo reſpectu iſtius pacti nullam in ipſa Supplicatione mentionem fecit de Succeſſoribus, proindeque his omni-
35 bus inſimul unitis præfatam conventionem ſubextendi non poſſe ad hæredem univerſalem, nedum ad ſucceſſorem particularem, qualis eſt Mantuanus, plene in durioribus dixit *Rot. deciſ. 110. n. 39. poſt Merlin. de pignor. & dec. 330. n. 40. & ſeqq. par. 11. rec. & dicta dec. 15. per tot poſt Torr.* confirmata *in dec. 302.* pariter *per tot. par. 16.*

Quodque veritas aliter ſe habere non poſſit, ad evidentiam convincitur ex palpabili abſurdo, quod capto ſenſu perpetuitatis reſultaret; ponamus enim, quod daretur eaſus e converſo, videlicet, quod ſuper ſimplici Beneficio in permutationem adepto per Boneſium ſuſcitaretur conſimilis prætenſio Datiorum a Tribunalibus Eccleſiaſticis, vel Laicalibus, & Abbas Boneſius expeteret relevationem a Mantuano, certum eſt, quod ille juremerito exciperet, quod ad nihilum
36 teneretur, ex quo ipſe nunquam fuerit poſſeſſor præfati ſimplicis Beneficii, nullamve habeat cauſam a Mauroceno paciſcente, ſed independenter Iura ſua metiatur ab Ordinario, ad ea, quæ in ſimilibus terminis reſpondit *Rot. dec. 295. n. 2. & dec. 437. n. 13. coram Buratt. de Luc. de Feuſ. diſc. 11. n. 4.*

Unde ad æqualitatem ſervandam perneceſſe idem replicare poteſt Boneſius, cum
37 pactum hujuſmodi proculdubio fuerit reciprocum, & correſpectivum, ſicque uno cor-
38 ruente aliud quoque debet corruere, ut in propoſito primæ propoſitionis tradidit *Bald. in l. præſens n. 49. circa med. verſ. & ideo C. de pact. Rot. cor. Ninot. dec. 36. n. 3., Dunoz. dec. 622.*, & in ſpecie ſecundæ *Text.* eſt *in l. fundi partem, ff. de contrah. empt., Seraph. dec. 547. n. 1. Gratian. diſcept. 627. n. 21. & diſcept. 693. n. 38.*

Oſtenditur etiam, quod in omnem eventũ, in quem præfata omnia deficeret, pactum de quo agitur, coarctari deberet intra Cancellos veriſimilis voluntatis nimirum de oneribus, & Datiis decurſis de tempore, quo uterque Permutantium Beneficia poſſedit, non autem de debitis ignotiſſimis, & inopinatis, ad quæ, ex notoriis, voluntas Contrahentium nunquam extenditur, quodque aſperum eſſet, & inhu-
39 manum, ut quis teneatur pro debitis a ſe, vel de tempore ſuæ poſſeſſionis non commiſſis, ut exclamavit *Rot. dec. 231. n. 7. par. 16. rec.*, niſi præmiſſa ſecundum laudabilem ſtylum Romanæ Curiæ in ſupradicto ſenſu illius Veritatis, quæ Mihi videtur, exuberarent.

## ROMANA, SEU SABINEN. DOTIS.

*Lunæ 30. Martii 1699.*

## ARGUMENTUM.

Bona aſſignata pro dote quando cenſeatur tradita pro Fundo dotali, vel tranſeat dominiũ bonorum in Virum, plura hinc adducuntur argumenta, & conjecturæ, ex quibus arguitur, vel excluditur Fundus dotalis.

## *SUMMARIUM.*

1 *Bona æſtimata tradita in dotem Marito an, & quando tranſire dicantur in plenarium illius dominium, & num. 2.*
3 *Datio in ſolutum fraternizat cum emptione, & venditione.*
4 *Prætium rei venditæ poteſt remitti in arbitrium Peritorum, abſq; eo, quod ob id impediatur translatio dominii in Emptorẽ.*
5 *Conjecturæ in claris non attenduntur.*
6 *Dictio*, non però, *dicitur exceptiva.*
7 *Excluſio unius eſt incluſio alterius.*
8 *Correlativorum, & contrariorum eadem eſt diſciplina.*
9 *Clauſula*, ad habendum, *includit dominii translationem, & excludit Fundũ dotalẽ. Limita, ſeu declara, ut num. 33.*
10 *Evictionis promiſſio ſupponit, dominium fuiſſe translatum in Emptorem.*
11 *Promiſſio evictionis eſt de natura dationis in ſolutum, vel emptionis, & venditionis.*
12 *Dos præſumitur tradita in ſpeciebus, non vero in quantitate, quoties Vir ſibi cavit de promiſſione evictionis bonorum dotalium. Declara, & intellige, ut num. 35.*
13 *Dos ſi ſit Viro aſſignata pro vero, & proprio Fundo dotali, nequit Uxor ſoluto Matrimonio agere ad quantitatem, & num. 44.*
14 *Judex debet religioſe omnia verba contractus obſervare in eu quæſtione, an bona ſint data pro Fundo dotali.*
15 *Una, & eadem Dos non debet diverſo jure cenſeri, & num. 63.*
16 *Reſolutio Contractus importat repoſitionem rei in ſtatu primævo.*
17 *Donatio quando eſt facta Sponſæ, ejuſque filiis, tunc filii veniunt ex propria perſona, & bona a Donante recognoſcunt.*
18 *Dictiones*, prima, e poi *important fideicommiſſum graduale de uno in alterum.*
19 *Vir bonorum fideicommiſſariorũ in dotem habitorum conſequitur ſolũ uſumfructũ.*
20 *Dos quando incipit a ſpecie, etſi poſtea ſubſequatur quantitatis expreſſio, hæc dicitur ſtare demonſtrative ad effectum ſciendi valorem, non ad finem exclu-*

*aendi Fundum dotalem.*

21 *Dos in quantitate conſtituta non efficitur Fundus dotalis ex eo ſolum, quod fuerit demandatum illius inveſtimentum pro majori ſecuritate Uxoris.*

22 *Dominium dotis in quantitate conſtitutæ tranſit in Maritum, qui poteſt illam alienare abſque ulla licentia, vel conſenſu Uxoris.*

23 *Fundus dotalis non poteſt alienari per Maritum, ſed requiritur conſenſus Uxoris, & cauſa juſta, cum Judicis decreto.*

24 *Dos quantitativa excluditur, quando ſoluto Matrimonio debent reſtitui eadem bona in Dotem aſſignata, vel alia illius loco ſubrogata.*

25 *Bona ſubrogata induunt naturam eorum, in quorum locum ſubrogantur.*

26 *Fideicommiſſario debetur immiſſio non ſolum ad bona relicta in hæreditate Fideicommittentis, ſed etiam ad alia in locum alienatorum ſubrogata.*

27 *Fideicommiſſarius habet optionem, vel recuperãdi bona fideicommiſſi alienata, vel cõſequẽdi pretiũ ab heredibus alienãtis.*

28 *Judex in concurſu conjecturarum hinc inde, debet inhærere iis, quæ præcellunt, & fortiores ſunt.*

29 *Contrarietas in quacumque diſpoſitione eſt ad concordiam reducenda.*

30 *Argumentum, & decrementum Fundi dotalis, cedit regulariter commodo, vel incommodo Uxoris.*

*Limita, quando Partes in contrarium paciſcuntur, quia id fieri poteſt etiam in Fundo dotali, num.31.*

32 *Verba ſemper debent ſervire intentioni, & conjecturis præponderantibus, etiam in materia Fundi dotalis.*

33 *Clauſulæ generales, & acceſſoriæ, non immutant ſubſtantiam Contractus.*

34 *Clauſula* ad habendum *non immutat qualitatem Emphyteuſis Eccleſiaſticæ, neque facit illam tranſitoriam ad hæredes extraneos.*

36 *Dos an fuerit conſtituta in quantitate, vel Fundi dotali, colligitur ex obſervantia inter Partes ſubſecuta, & n.38. & 39.*

37 *Actus dubii declarationem recipiunt ab obſervantia.*

39 *Alienare non poteſt, qui non eſt dominus.*

40 *Maritus eſt dumtaxat legitimus adminiſtrator Fundi dotalis.*

41 *Dominus non indiget aliorum aſſenſu, quando diſponit de re propria.*

42 *Reſervatio dominii ſupponit, illud remanſiſſe penes reſervantem.*

43 *Confeſſio Mariti facta tempore non ſuſpecto probat, Dotem non fuiſſe conſtitutam in fundo dotali.*

45 *Quartum dotale debetur Conjugi ſuperſtiti ex diſpoſitione Statuti Urbis, ſive Dos conſiſtat in quantitate, ſive in Fũdo.*

46 *Uxor, vergente Viro ad inopiam petere poteſt aſſecurationem non minus pro Dote, quam pro lucro dotali.*

47 *Quartum dotale non poteſt aſſignari, donec fuerint æſtimati Fundi dotales, ad hoc, ut eorum quantitas, & valor ſciri poſſit.*

48 *Quartum dotale non debetur ſuper bonis fideicommiſſi in Dotem traditis, quando Maritus ſcivit, ea eſſe talia.*

49 *Datio in ſolutum requiri certitudinem, & liquidatione crediti.*

50 *Mulier, quæ retinet bona Viri, donec de eis rationem non reddit, non poteſt petere Quartum dotale ob illiquiditatem ſui Crediti.*

51 *Pretium retractum ex deliberatione rite, recteque facta præſumitur juſtum, donec contrarium probetur.*

52 SS.D.N.CLEMENS Papa XI. *laudatur.*

53 *Dos in dubio præſumitur conſtituta in quantitate, non vero in Fundo dotali, & num.54. & 56.*

55 *Dos ſi fuerit in quantitate conſtituta, quæ actio competat Mulieri in caſu illius reſtitutionis.*

57 *Æſtimatio bonorum in Dotem datorum in dubio facit emptionem, & venditionem.*

58 *Dos a principio conſtituta in quantitate, & poſtea ſoluta in Fundis, ſemper remanet in quantitate.*

59 *Frater Dotem a Patre legatam filiæ in quantitate, non poteſt in ejus præjudicium commutare in Fundum dotalem.*

60 *Novatio non inducitur, niſi de ea expreſſe appareat, maxime in præjudicialibus.*

61 *Clauſula,* da conſegnarſi in beni ſtabili, *non importat Fundum dotalem, quando Dos a principio fuit conſtituta in quantitate*

62 *Verba*, ceſſit, & aſſignavit, *in Dotis contractu important tranſlationem dominii, & excludunt Fundum dotalem.*

64 *Loca Montium aſſignata in dotem, non cenſentur ſtare pro Feudo dotali, quia habentur pro pecunia numerata.*

65 *Dos tradita in locis Montium præſumitur in quantitate conſtituta, ſi in caſu illorum extractionis non fuit conventum de ullo reinveſtimento.*

66 *Dictio*, per *denotat improprietatem, & fictionem.*

67 *Dos quando conſiſtit in Fundo dotali, nulla requiritur promiſſio Viri circa illius reſtitutionem, & de ratione.*

68 *Fundus dotalis excluditur ex promiſſione Viri de reſtituendo Dotem* nel valſente, che gli ſi dà,

*Idemque eſt, ſi Vir promittat reſtituere dotem* nell' iſteſſo modo, e forma, *n.69.*

*Rurſus excluditur Fundus dotalis, quando Maritus recepta Dote non quietavit de ſpeciebus, ſed de pretio, ſeu quanti-*

*tita-*

*titute*, *num*.70.

71 *Dos in quantitate conſtituta non aſſumit naturam Fundi dotalis ex eo ſolum, quod dictum fuerit, illam eſſe inveſtiendam pro Fundo dotali Uxoris.*

72 *Notarii ſæpe in Inſtrumentis dotalibus plura de proprio capite apponunt, quæ adverſantur conventibus contentis in Capitulis Matrimonialibus.*

73 *Capitula Matrimonialia potius attendi debent, quam Inſtrumentum dotale ſucceſſive celebratum, & de ratione.*

*Præſertim, quando Inſtrumentum celebratur in executionem Capitulorum, vel alias ad illa relative ſe habet*, n.74.

*Et ſemper capienda eſt omnis poſſibilis interpretatio, ne per Inſtrumentum dicatur receſſum a conventis in Capitulis Matrimonialibus*, n.75.

76 *Dos in quantitate conſtituta nequit converti in Fundum dotalem abſque conſenſu mulieris, ac ſolemnitatibus Statutariis.*

77 *Facultas recuperandi Dotem ſuper omnibus bonis Viri, excludit de neceſſe Fundum dotalem.*

*Et in hoc propoſito declaratur, in quibus terminis procedant* dec.39. poſt Merlin. de pignor., & dec.792. cor. Merlin, *ibidem n*.78.

## DECISIO LXXX.

QUamquam, & veterum reſponſa *Prudentum*, & ipſa reſcripta *Cæſarum* videantur
quodammodo decertaſſe pro dilucidatione illius controverſiæ nimis in Republica familiaris, an, & quando nimirum ad
varios Iuris effectu Dos extradita Marito,
non jam in quantitate, ſed in ſpecie, tran-
1 ſeat in illius etiam naturale dominium vigo-
re ejus emptionis, & venditionis, quæ ſolet
implicite, ſive per actum occultum intercedere quoties eædem ſpecies dotales ſub facta, vel facienda æſtimatione ipſi Marito conſignantur, vel potius idem naturale dominium duret, ſive reſideat penes Uxorem, transfuſo Civili dumtaxat, & adminiſtratorio in ipſum Virum, quemadmodum liquet *ex l. ſi Marito cum 2. ſeq. ff. de fund. dot., l. æſtimatis, ff. ſol. Matr., l. ſi inter Virum, & l. in rebus, C. de Iur. Dot.*, quodque plus eſt, non parum quoque deſuper pro materia magis explananda inſudaverit univerſa ferme Schola *Neotricorum*, ac demum quotidie prodierint practicæ definitiones, & Oracula Tribunalium, ut pariformiter ceteris omiſſis apparet apud *Petr. Barboſ. in d. l. æſtimatis, & in l. dotal. 62. ff. ſol. matr., Boſſ. de Dot. c.2. ex n.242., & c.16. n.27. & ſeq., Card. de Luc. eod. tract. diſc. 97., & diſc. 158. per tot.* noviſſime *Rot. in Rom. Dotis, & Lucri 26. Nov. 1696. cor. R.P.D. meo dell' Olmo, & in Aquil. Succeſſ. 21. Apr., & 27. Iun. 1698. cor. R.P.D. meo Muto*, & antea paſſim.

Attamen, quia hujuſmodi quæſtio ſummopere pendent a tenore verborum, quæ plerumque per oſcitantiam, vel imperitiam Notariorum, aut Partium ſibi invicem colluctu-
ri, ac adverſari noſcuntur, idcirco eadem
2 quæſtio effecta eſt (inſtar illarum, quæ haben-
tur in materia Fideicommiſſaria) prorſus ferme conjecturalis, teſte *eodem Card. de Luc. d. diſc. 158. de Dot. ſub n.4 verſ. Iſta vero*; Ideoque pariter ob id innumerabilium litium antractus longius, quam par eſſet, protrahuntur in Foro, prout accidit in hodierna altercatione inter Cœciliam, & Philippum Mariam, licet enim ipſa eadem Cœcilia ſubſtentare contendens, Dotem a ſe traditam Nicolao Viro omnino præſeferre ſupradictum Contractum emptionis, & venditionis, bis ſuccubuerit in Judicio manutentionis per eam intentatæ ſuper bonis ejuſdem Nicolai tanquam ſibi legitime traditis in ſolutum pro aſſecuratione ſuæ Dotis, utpote redactæ ad purum Creditum pecuniarium, juxta ampliſſimas Deciſiones editas *ſub die 13. Ian. 1696. cor. R.P.D. meo Priolo, & 22. Aprilis 1697. cor. R.P.D. meo Pio.*

Denuo nihilominus indurans in ſua prætenſione, articulum, quem in prædicto poſſeſſorio Iudicio deperdiderat, efficacius reaſſumere conata eſt in petitorio, in quo ad omne (ut dicitur) pejus ſi non poſſet ſubſtentare ex hoc capite dationem in ſolutum aliunde etiam de ſimulatione ſuſpectam, efflagitabat, quod ſaltem nova ob perſeverantem inopiam ſui Viri, decerneretur aſſecuratio proprii Crediti dotalis, ideoque ad utrumque effectum primario pedem figebat ſuper verbis expreſſis in Tabulis Nuptialibus quia cum in eis diceretur, Cæciliam pro ſubſtentatione onerum Matrimonialium futuro Viro aſſignare omnia ſua bona, Jura, & actiones, ſub ea literali proteſtatione — *Non però in Fondo dotale, mà in ſolutum per il prezzo da ſtimarſi da communi Amici*, ceſſabant (ut ipſa ſubjungebat) omnia ratiocinia, omnes con-
3 jecturæ, datio namque in ſolutum fraternizat
cum emptione, venditione concurrentibus in uno, alter ove Contractu iiſdem adamuſſim requiſitis rei, conſenſus, & pretii, ad *Text. in l. fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur, Crot. conſ. 93 n.2., Gratian. diſcept. 321. n.8. Franzk. de Laudem. c.16. n.427., & 432., Rot. dec. 662. n.5. par.1. diverſ., & dec. 113. ſub n.4 part.3. rec., & dec. 650. n.5. cor. Buratt.*

Ac propterea quænam major exoptari poterat explanatio intentionis habitæ in ipſa Dotis conſtitutione ad inducendam virtualem, & æquipollentem venditionem rerum dotalium factam erga Virum, ex quo nedum
intermediabant præfata requiſita conſenſus,
4 rei, & pretii, quo in qualibet venditione po-
teſt in Peritorum, vel Amicorum judicium remitti, abſque eo, quod impediat inſtantaneam Dominii tranſlationem in Emptorem

Digitized by Google

rem, ad *Text. in l. fin. Cod. de contr. empt.*, & *in §. Pretium, Inſtit. de empt., & vendit.* i verum poſita eadem cubitali proteſtatione, ac
5 declaratione cadebant omnes conjuncturæ,
omneſque præſumptiones, per *Text. vulgatiſſ. in l. ille, aut ille, §. Cum in verbis, ff. de leg. 3.*, & optime in puncto *Socc. Sen. conſ. 57. ſub n. 6. verſ. Unde ſi habemus lib. 3., Monach. dec. Lucen. 67. n. 16., & ſeq., Card. de Luc. de Dot. d. diſc. 158. n. 6., Rot. dec. 3. n. 4. coram Rembold.*

Præſertim, quia per illa alia verba exce-
6 ptiva, ſeu adverſativa, *non però*, de quibus
*Monach. d. dec. 67. n. 15.* palpabatur, excluſum fuiſſe Fundum dotalem, ibi – *non però in Fundo dotale*, ſicque reddebatur impoſſibile, quod appretium, & æſtimatio facienda non importaret emptionem, & venditionem, ni deſtrueremus regulam, quod excluſio unius
7 ſit incluſio alterius, excluſa namque impli-
cita venditione, bona remanent in vero Fundo dotali, ad litteram *Text. in l. ſi inter Virum, Cod. de Iur. dot.* correlativorum quip-
8 pe, ac etiam contrariorum eadem eſt diſci-
plina, ut eſt notiſſimum, & habetur apud *Barboſ. axiom. 61. n. 1., Modern. Lucen. conſult. 616. n. 23., Urceol. dec. Florent. 45. n. 8.*

Eoque certius, quia præter literam tam apertam Chartæ, ſive Inſtrumenti dotalis, neque etiam deerant in facto aliæ, licet ſuperfluæ circumſtantiæ, cum in eodem Inſtrumento dotali contineretur Clauſula *ad*
9 *habendum &c.*, quæ nuſquam apponitur in
Contractibus præſeferentibus dumtaxat titulum adminiſtratorium, ſed ſolum in illis, qui exiſtunt habiles ad tranſlationem perfecti Dominii, ſicuti revera talem operatur effectum, prout ad excluſionem Fundi dotalis ponderant *Cirocch. diſcept. 66. n. 50., Andreol. contr. 130. n. 8, Conciol. alleg. 18. num. 27., & alleg. 24. n. 10., Rot. d. dec. 3. n. 8. cor. Rembold. & in rec. dec. 376. n. 26. par. 14., dec. 241. n. 8. par. 57., & in d. Aquil. Succeſſ. 11. Apr. 1698. §. Facilius, verſ. Inſuper, cor. R.P.D. meo Muto.*

Conſovebat hunc idſum intellectum pro-
50 miſſio evictionis, quæ pariformiter nuſquam
adiicitur, niſi per eum, qui poſitive transfert Dominium rei ſuæ in alteram Perſonam, &
51 de reliquo ineſt de intrinſeca natura cujusli-
bet dationis in ſolutum, vel emptionis, & venditionis, ut in eiſdem terminis, pro ar-
52 guenda qualitate dotis æſtimatæ, proſequun-
tur relati per *Conciol. alleg. 5. n. 20., Rot. deciſ. 15., & dec. 187.* utrobique *ante n. 2. par. 17. rec., in Romana, ſeu Viterbien. Cambii 25. Iunii 1685. §. Præſertim quia, cor. clar. mem. Card. Cuccia, & in præallegata Aquilana Succeſſ. d. §. Facilius, verſ. Accedit promiſſio evictionis, cor. R.P.D. meo Muto.*

In idem denique conſpirabat peculiare pactum ſuper additum in caſu Dotis reſtituendæ, nempe, quod ubi res dotales extraditæ Marito fuiſſent per eum, de conſenſu tamen (ut ibi diſponitur) ejuſdem Cœciliæ alienatæ, quodque illarum pretium vigore præciſi pacti inveſtitum appareret extra Ditionem Eccleſiæ, tunc foret in optione Cæciliæ, vel ſeligere, ſibique appropritare eadem bona extra Statum coempta, vel illorum pretium expetere a Marito, ejuſque hæredibus: repugnat namque quidditati Fundi do-
53 talis quælibet actio ad quantitatem, quo-
niam Mulier perſequi non valet in prædicto caſu Dotis reſtituendæ, niſi proprium Fundum dotalem, juxta unum ex effectibus hujuſce quæſtionis, ex firmatis per *Gratian. diſcept. 489. n. 1., & n. 7., Sabell. var. reſol. cap. 29. n. 16., Poſth. dec. Bonon. 50. num. 49. Rot. deciſ. 20. num. 9., & dec. 83. n. 3. par. 15., dec. 15. num. 4., & dec. 144. num. 5. part. 57., dec. 352. n. 10. part. 19., & in Romana Domus 6. Martii 1684. §. Pro ſumma, cor. bon. mem. Albergato.*

Cœterum, etſi hæc in præſenti (ut ab initio præmiſimus) conjecturali materia, non contemnendi ponderis eſſe viderentur, invaluit nihilominus apud Dominos contraria determinatio, proindeque merito reſponderunt, *non conſtare de credito dotali*, neque conſequenter ſubſtineri dationem in ſolutum ſub hoc prætextu colluſive factam a Nicolao Viro favore Cœciliæ, idque tum ex natura bonorum, quæ aſſignabantur in Dotem, tum ex pactionibus in Inſtrumento dotali conventis, Ita, & taliter, quod ſi unum, vel alterum caput ſingulariter in Statera mentis appenſum fortaſſe non præcelleret fundamentis pro parte Cœciliæ mox ponderatis, adhuc iiſdem omnibus inſimul junctis, clariſſime profecto, & indubia excelleret præ-
54 ponderantia, ex illo ſaniori Judicio, quod
collibratis hinc inde argumentis fieri debere per rectam judicare debentis Religionem, in hac ipſa individua quæſtione ſolide præmonuit *Card. de Luc. de Dot. d. diſc. 158. n. 22. verſ. hinc proinde.*

Et quidem ſuadebat primo loco qualitatem Fundi dotalis excluſive ad implicitam emptionem, & venditionem, & per conſequens ad Creditum pecuniarium, ipſamet natura bonorum; illa ſiquidem in parte proveniebant ex proprio ipſius Cœciliæ ſe ſe dotantis Patrimonio, & in altera deſcendebant ab uniformi portione, quam Anna Maria Soror Cœciliæ intuitu certi, & determinati Matrimonii cum Nicolao eidem Cœciliæ, ejuſque filiis prius maſculis, poſtea fœminis per Donationem erat elargita, ſub explicito tamen pacto reverſivo, quatenus Cœcilia ſine liberis occumberet: Unde cum reſpectu medietatis contributæ per Annam Mariam prorſus foret inallegabilis titulus emptionis, & venditionis, in claram emicabat conſequentiam, quod neque etiam in altera medieta-

dietate ſibi conſtituta per Cœciliam poterat
15 extorqueri titulus præfatus, niſi vellemus,
quod una, eademque, ac inſimul inita Dota-
tio diverſo jure, & præcipuè nulla interce-
dente lege diſtinctiva, cenſeretur, contrà ea,
quæ paſſim in hoc propoſito obſervarunt
*Gratian. diſcept.932. n.3., & 4., Giurb. ad con-
ſuetud. Meſſan. cap.15. gloſſ.1. n.14., Card. de
Luc. de Dot. diſc.158. n.16., Rot. cor. Pam-
phil. dec.2. n.2. ibiquè Adden. n.13., & cor.
Bich. dec.350. n.25., & in recen. dec.69. n.2.
part.15., dec.10. n.9. part.16., & in Romana
Dotis 3. Martii 1687. §. Convincit etiam, cor.
Reverendiſs. D. meo Molines Decano.*

Diximus, eſſe reſpectu medietatis contri-
butæ per Annam Mariam inallegabilem ti-
tulum emptionis, & venditionis; quia Do-
natio expreſsè cantabat de bonis, reverſio
pariformiter loquebatur de bonis, citrà ul-
lam imaginabilem mentionem quantitatis,
proindeque bona ipſa, non quantitas dici
poterant donata: ſiquidem cùm unicus effe-
ctus aliorum omnium complexivus reſpiciat
in hac controverſia modum faciendæ reſti-
tutionis, profectò in his terminis ſi ex vi pa-
cti reverſivi remanſiſſet diſſoluta Donatio,
reſtituenda erant Annæ Mariæ bona, & non
16 pecuniæ, reſolutio namque Contractus im-
portat rerum poſitionem in ſtatu priſtino, ut
in ſpecie comprobat *Peregrin. conſ.86. num.3.
in fin. lib.5.*, & generalitèr *Altograd. conſ.16.
num.11. lib.1., Rot. deciſ.669. n.16. part.18.
recent.*

Libentiùs autem, quoniàm (ut paritèr
enunciauimus) eadem Donatio, & reſpe-
ctive contributio Annæ Mariæ præſeferebat
in caſu contrario fideicommiſſum indubita-
tum, quoties nimirum Cœcilia relinqueret
filios maſculos, aut fœminas: quidquid enim
ſit, quando Sponſo, vel Sponſus ſtipulantur
pro ſe, & filiis, videlicet, an tunc adſit hu-
juſmodi fideicommiſſum, quaſi quod iidem
filii tunc adipiſcantur Donationem ex indu-
ſtria, & contemplatione Parentis; certe
17 quando, ut ad præſens, donatio dirigitur
Sponſæ, ejuſque filiis, hi veniunt ex propria
perſona, veluti recognoſcentes bona donata
ex ſimplici liberalitate Donantis, juxta di-
ſtinctionem, de qua *Rot. dec.42. num.3., & 4.
dec.43. num.7., & 8. dec.44. num.3., & 4., &
dec.46. num.6., & 7. poſt Pantell. exped. Civil.,
& in rec. dec.229. ex num.6. uſque ad 12., &
num.21. cum ſeqq. par.12., & coram Priol. de-
ciſ.203. n.2., & n.25. dec.229. n.14., & 16.
dec.239., & dec.446.* utrobiquè *n.1., & 2.,
& in Auximana Donationis 19. Junii 1674.
§. Altera, cor. bo. mem. Emerix Iun.*

Maximè, dum eadem vocatio filiorum
ſecumferebat ordinem quemdam gradua-
lem, ut ibi = *dona alla detta Signora Cecilia; e
18 figli prima maſchi, e poi femine*; nam ubi proce-
ditur per conſimiles dictiones, *prima, e poi*
gradualitatem importantes, ſemper emergit
ſucceſſiva ſubſtitutio, ſeù fideicommiſſum,
ut patet ex *Curt. Jun. conſ.48. ſub n.4. verſ.
præterea, & num.5. in fin., Decian. conſ.1.
n.226. lib.1.* cum cæteris per *Barboſ. dict.270.
n.6., & 7.*

Elicita igitùr ex hoc ſecundo capite quali-
tate fideicommiſſaria ſeriò infixa per An-
nam Mariam ſuper medietate Dotis à ſe do-
natæ, neceſſario exoritur, quod nullatenùs
cenſeri poſſit Dos vendita, ac de bonis re-
dacta ad quantitatem ad hunc ipſum finem
effugiendi qualitatem Fundi dotalis, ex quo
19 traditis in Dotem bonis fideicommiſſariis,
dominium, in ulterioribus vocatis purifica-
bile, nequit in Virum omninò extraneum
transferri, in hoc quippè caſu Vir tantum-
modo conſequitur uſumfructum bonorum
fideicommiſſariorum, quæ recepit in Do-
tem, ex notatis per *Mart. Medic. dec. Senen.
Exam.30. n.42., Card. de Luc. de Dot. diſc.137.
n.4. Rot. deciſ.28. n.35. coram San. mem. Ale-
xandro VIII.*

Secundo non minùs loco adſtipulabantur
pacta recenſita in Inſtrumento dotali, dum
præ cæteris non tantùm Dotis univerſæ con-
ſtitutio, ac promiſſio à bonis incæperat, non
autem à quantitate, quapropter verſabamur
in terminis regulæ principalitèr conſideratæ
per *Scribentes* in hac juridica colluctatione,
hi namque cum anteſignano *Bald. in l. ex con-
ventione, C. de pact.* unanimitèr conveniunt,
20 quod quandò promiſſio Dotis initium ſu-
mit à ſpecie, ſivè bonis, etſi poſteà ſubſe-
quatur æſtimationis, ſeù quantitatis deſigna-
tio (quæ tamen in hodierna hypotheſi facta
non apparebat) nihilominùs eadem æſtima-
tio, ſivè expreſſio quantitatis ſtare dicatur
ad effectum ſciendi valorem, non verò ad al-
terum exuendi qualitatem Fundi dotalis,
quemadmodùm videre eſt apud *Honded. con-
ſil.77. n.5. cum 2. ſeqq. lib.2., Giurb. ad Conſuet.
Meſſan. cap.15. gloſſ.1. n.19., Hodiern. ad Surd.
dec.278. n.9., Gratian. diſcept.38. n.36., &
diſcept.489. n.4., Rot. dec.18. n.10., & de-
ciſ.144. num.6., & 7. par.17. rec.*

At, quod magis eſt, in ordine ad bona do-
nata per Annam Mariam concedebatur alie-
nandi licentia tàm Nicolao Viro, quàm Cæ-
ciliæ Conjugi, ſub ea ulteriori reſtrictione,
ſcilicet = *de conſenſu Annæ Mariæ Donatricis*,
nec non ſub altero conſecutivo onere depo-
nendi pretium pro faciendo novo Inveſti-
mento in aliis ſpeciebus, ſivè Stabilibus, qui-
nimò idem Inveſtimentum demandabatur,
ſivè ſupponebatur in ordine ad totam Do-
tem; proindèque, quidquid ſit in hypotheſi
21 certa, & indubitata conſtitutionis Dotis in
quantitate, vel ad terminos injuncti Inveſti-
menti ſub aperta declaratione majoris ſecu-
ritatis, ut ſunt termini, de quibus *Card. de
Luc. dicto diſc.158. de Dot. ſub n.24., Adden. ad
Pam-*

Digitized by Google

*Pamphil. dec.2. n.18., Rot. dec.517. n.10. cor.*
*Dunozett. Iun.*, & *dec.103. n.9.*, & *10. poſt*
*Torr. de pact. fut. ſucceſſ.*

Utiquè nil magis ex diametro repugnabat
Doti quantitativæ, quàm licentia alienandi
attriſiuta non minùs Viro, quàm Uxori una
cum contextuali obligatione inveſtiendi,
quæ ſonat in virtualem ſubrogationem, dum
22 etenim tractatur de Dote quantitativa, Do-
minium bonorum incontinenti transfertur
in Maritum, iſque efficitur dumtaxat debitor
quantitatis abſquè alia neceſſitate licentiæ,
conſenſus, vel inveſtimenti, ſi velit aliena-
re, ex his, quæ tradunt *Bald. in l. quotiès n.3.*
*C. de Iur. Dot., Rolan. conſ.92. n.15. lib.2., Ca-*
*ſtill. de Vſufr. cap.4. n.7., Hermoſill. ad Lopez*
*l.22. tit.5. par.5. gloſſ.5. ex n.14. cum plur. ſeqq.*
23 quando ex oppoſito Fundi dotalis eſſentia
ſubiacet hujuſmodi legibus, quin etiam eæ-
dem non ſufficiunt, ſed Prætor in illius alie-
natione expoſcit cauſæ legitimitatem, *tot.*
*tit. ff.*, & *Cod. de fund. Dot.*, & *in princ. Inſtit.*
*quibus alien. licet, vel non*, & *in l. unic. §. Et*
*cùm lex Iulia, C. de rei Vxor. act., Boſſ. de Dot.*
*cap.16. n.33., Rot. dec.517. n.4.*, & *dec.593.*
*n.11. cor. Dunozett. Iun.*, & *cor. Bich. dec.350.*
*n.24.*, & *dec.190. n.5. par.15. rec.*

Tertio concurrebat quoquè conventio,
quod in caſu reſtitutionis Dotis illa fieri de-
beret in iiſdem adamuſſim bonis traditis in
Dotem, & quotiès fortaſsè reperirentur di-
ſtracta, reſtitutio fieret in eorum loco ſubro-
gatis ratione ſubſecuti Inveſtimenti, uno ca-
ſu tantùm excepto, quod extrà Statum Pon-
tificium Inveſtimenta reſiderent; nemo au-
24 tem non ſcit, quod ſtante pactione reſtituen-
di ipſamet bona tradita, & aſſignata pro Do-
te, clariſſimè liquet de excluſione Dotis
quantitativæ, cùm Vir, ex jam præmiſſis, ve-
lutì debitor ſolius quantitatis, tunc ſolum-
modò arctetur ad refuſionem ejuſdem quan-
titatis, & hanc ſanè certiſſimam eſſe, & fer-
mè ſufficientem demonſtrationem, agnove-
runt *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.5. gloſſ.8.*
*par.13. n.33., Add. ad Gregor. dec.573. n.16.*
*in fin.*, & *ad Pamphil. dec.2. n.20., Rot. cor.*
*Merlin. dec.792. n.9.*, & *in recen. dec.14. n.3.*,
& *4. part.4. tom.2., dec.396. n.8. part.14.*, &
*in dicta Romana Domus 6. Martii 1684. §. Non*
*attento, cor. bo. me. Albergato.*

Parùm reluctante, quod eadem individua
reſtitutio conventa fore: circà prænominata
Inveſtimenta, quodque ulteriùs ſi illa ſita eſ-
ſent extrà Confinia temporalis Apoſtolici
Dominii, Uxor haberet optionem inſiſtendi
ſuper pretio, ſivè valore, ideòque ſivè ex
uno, ſivè ex altero capite ſupradicta demon-
ſtratio remaneret æquivoca, ac æquè referi-
bilis ad ſpeciem, & quantitatem: Reſpectu
etenim Inveſtimentorum, plana potiùs vide-
batur intrare retorſio, quia adeò erat mani-
feſta excluſio puri Crediti pecuniarii: ſivè
Dotis redactæ ad quantitatem, ut Uxor non
ſolùm agere compelleretur contrà bona per
ipſam à principio aſſignata, ſed etiam adver-
25 ſùs Inveſtimenta, & hoc nonniſi ex vi ſub-
rogationis, quæ efficit, ut bona ſubrogata
induant naturam eorum bonorum, in quæ
facta ſit ſubrogatio, *vulg. Iur.* de quibus in
ſpecie ſubrogationis rei, vel pecuniæ dotalis
*Gratian. diſcept.624. n.5., Merlin. de pignor.*
*lib.2. qu.19. n.71., Rot. deciſ.100. n.16. poſt*
*Torr. de pact. fut. ſucceſſ.*, & in ſimili de fi-
26 deicommiſſario aſſequi valente illam immiſ-
ſionem ad Inveſtimenta, quam obtineret
ſuper bonis ab initio reſtitutioni ſuppoſitis,
*Rot. cor. Ninot. dec.7. n.2., in Romana Fidei-*
*commiſſi de Goggis 5. Iunii 1676. §. fin. coram*
*clar. mem. Card. Vicecomite*, & *in Rom. Cen-*
*ſus 18. Martii 1697. §. Quamobrèm, coram*
*bon. mem. Vrſino.*

Circà demùm præfatam optionem Uxori
conceſſam, vel inſiſtendi ſuper ipſis Inveſti-
mentis, vel ſuper eorum pretio, pariformi-
tèr potiùs exinde fiebat manifeſtum, quod
Dos conſiſteret in Fundo, quia cum ſolùm in
terminis magis præjudicialibus, alienationis
ſcilicet, & inveſtimenti extrà Statum, hujuſ-
modi optio defereretur Uxoris arbitrio, me-
ritò ſibi locum vindicabant ea, quæ proſe-
quendo eoſdem terminos fideicommiſſarios
communitèr habentur, nempè ut ſubſtitu-
27 tus, ſivè ille, cui facienda eſt reſtitutio, nan-
ciſcatur optionem, vel agendi contrà bona
diſtracta, vel conſequendi tantumdem in pre-
tio ab ipſo diſtrahente, ejuſque hæredibus, ex
congeſtis per *Pariſ. conſ.5. n.26. verſ. poterit*
*etiam*, & *verſ. eligat igitur lib.2., Peregr. de*
*fideic. art.45. ſub n.15. verſ. Et in ſpecie, Cyriac.*
*contr.5. n.25., Fuſar. de ſubſtit. qu.558. n.1.*,
& *qu.627. n.54., Rot. dec.402. n.2.*, & *ſeq.*
*part.9. recen.*, & *cor. Card. Celſ. dec.141. n.5.*,
& *dec.235. n.3.*, & *in Fulginaten. fideicom-*
*miſſi 17. Maii 1683. §. Quarta circà valorem,*
*cor. bon. mem. Guaxardo.*

Convenientibus itaquè in unum natura
bonorum, ipſiſque pactis nuptialibus, obſi-
ſtere poſſe non videbantur verba, & conje-
cturæ ſuperiùs in oppoſitum perpenſæ: Quo-
niàm etſi verba primariò conſiderata = *non*
*però in Fondo dotale, mà in ſolutum*, magnam
abſtractivè præſeferre valuiſſent efficaciam
ad effectum excludendi proprium, ac verum
Fundum dotalem ex *Authoritatibus*, & ratio-
nibus allatis in obiecto; attamen in concre-
to, ac repugnantibus prædictis valdè fortio-
28 ribus, neceſſe erat, quod Judex in hujuſmo-
di fluctuatione ſeligeret, partem præcellen-
tem, quævè gravioribus ſtiparetur argumen-
tis, ſicutì in omni, & quacumque materia
utrinquè conflictata, & nihilominùs deci-
denda, fieri debere, præmonuit *Bald. in l. non*
*ignorat ſub n.5. verſ. ſic ergò, C. qui accuſ. non*
*poſſ., Menoch. de præſumpt. lib.1. qu.30. n.1.*
*cum*

*cum ſeqq.*, *Rot. cor. Coccin. dec.*29. *n.*7., *& in*
*Romana Legati* 12. *Junii* 1690. §. *Hinc non*
*obſtat, cor. R.P.D. meo Priolo*; & generale eſt,
29 quod contrarietas, quantum fieri poteſt, ve-
niat in quacumque diſpoſitione reducenda
ad concordiam, & conciliãda, ad *Text. in*
*l. ubi repugnantia*, *ff. de reg. Iur.*, *& in cap.*
*cum expediat, de Elect. in* 6., cum concordan.
per *Barboſ. axiom*.58. *n*.1., & in noſtris præ-
ciſis terminis *Monach. dec. Lucen.*67. *nu.*28.
*cum* 2. *ſeqq.*, *Rot. dec.*277. *n.*20., *&* 22. *par.*15.
*recen.*, *& in Romana Domus* 10 *Maii* 1684.
§. *in hac igitur diſcordantia*, *cor. bon. mem.*
*Roudinino*.

Et ſane retenta ſuppoſitione, quod argu-
menta, & demonſtrationes excluſivæ Dotis
quantitativæ, minus (ut vidimus) urgerent,
quam quæ ſuadebant veri Fundi dotalis con-
ſtitutionem, facile reddebatur conciliare
præfata verba alioquin repugnantia conſti-
tutioni ejuſdem Fundi, ſub ea ſimplici infle-
xione, quæ per *Scribentes*, & Tribunalia paſ-
ſim ad finem rectæ conciliationis adducitur,
& ponderatur, inter Fundum ſcilicet dota-
lem proprium, ac verum, & inter Fundum
do talem improprium, & ad alios effectus ap-
30 tabilem; quia cum, dato vero, ac proprio
Fundo dotali, dominium rei traditæ in Do-
tem neutiquam transferatur in Maritum ad
notabiliſſimum effectum periculi, itaut re-
manente eodem pleno Dominio penes Uxo-
rem, omne incrementum, omne decremen-
tum creſcat, atque decreſcat commodo, &
incommodo ejuſdem Uxoris tanquam Domi-
næ, ut obſervant *Andreol. contr.*317. *n.*5., *de*
*Marin. reſol. Iur. lib.*1. *cap.*91. *n.*5., *Rot cor.*
*Merlin. d. dec.*792. *n.*19. *& dec.*83. *n.*11. *&* 12.
*part.*15. *recen.*, *& in Romana Dotis* 3. *Martii*
1687. §. *penult. &* 19. *Ianuarii* 1688. §. *Siqui-*
*dem*, *cor. Reverendiſſ. D. meo Decano*.

Hinc quoties ſtringentiora verba, & conje-
cturæ validius detorquent intellectum pro
Dote vel in quantitate, vel in ſpecie, verba-
lis incluſo, vel excluſio Fundi dotalis im-
portat tantummodo incluſionem, vel exclu-
ſionem hujuſmodi Fundi juxta obiectum vo-
litum a Partibus; ideoque ad rem applican-
do, cum forte nollet Cœcilia aleam ſubire
diminutionis, & periculi contingentis in
ſuis rebus dotalibus, cautius exiſtimavit in-
niti futuræ æſtimationi, & ſic excludere Fun-
dum dotalem, uti Fundum dotalem indefi-
nite, & ad ſimplicem effectum decretionis,
31 unde eadem verbalis in una parte Tabula-
rum excluſio Fundi remanere facillime po-
terat intra Cancellos hujuſce dumtaxat effe-
ctus, abſque eo, quod nutare ſufficienter fa-
ceret præponderantiam ſtantem magis, ac
perſtringentem pro vero Fundo dotalis ad al-
terum effectum reſtitutionis Dotis, quemad-
modum in propoſito animadverterunt *Pariſ.*
*conſ.*81. *n.*10., *& ſeqq.*, & ſignanter *num.*16.
*lib.*3., *Peregrin. conſ.*86. *n.*4. *lib.*5. *Rot. coram*
*Gregor. dec.*573. *n.*5. *ibique Adden. ſub n.*16.
*verſ. quando tamen*, *et coram Pœnia dec.*903.
*n.*8., *et deciſ.*30. *ſub num.*6., *et ſeq. apud Pa-*
*cific. de Salvian.*, *et deciſ.*144. *n.*4. *cor.* Duno-
*zett. Iun.*

Attento præcipue, quod (ad intentum
ſemper faciendæ conciliationis) potuerant
Partes veteri, ne poſita indefinita conſtitu-
tione proprii, ac veri Fundi dotalis, ea ob-
ſiſteret conceſſioni facultatis alienandi utri-
que Conjugi permiſſæ; nam, ut ſupra firma-
tum fuit, eſſentia Fundi dotalis indefinite
ſumpta reiicit hanc poteſtatem a Marito,
non obſtante placito, & conſenſu Mulieris:
ac propterea cum de cœtero eadem alienan-
di permiſſio ratione inveſtimenti faciendi
retineret in ſubſtantia naturam Fundi dota-
lis, ſequebatur idcirco, quod præciſive ab
excluſione periculi, & præciſive pariter a
poteſtate attributa alienandi, Dos in rei ve-
ritate, & ad ultimum hodiernum finem fa-
ciendæ reſtitutionis perſeveraret in ſua ma-
gis propria, & naturali qualitate veri, & pro-
prii Fundi dotalis; verba namque debent
32 ſemper inſervire intentioni ex fortioribus
demonſtrationibus aliunde depromptæ, &
non e contra, ut omiſſis generalibus in hac
præciſa queſtione obſervat *Modern. Argentan.*
*collect.*20. *num.*293. *lib.*2., ubi plures refert
*concord.*

Extruſa, proſtrataque prima hac efficacio-
ri conjectura, reliquæ ſtatim emerſerunt ina-
nes; Nam Clauſula *ad habendum* cœterata,
nec non promiſſio evictionis deſumpta ex illo
nudo, & ſimplici verbo, *promettendo etc.*,
ac denique memorata optio præeligendi po-
tius appretium, quam bona Conjugis arbi-
trio remiſſa, de plano, nimiumque ad ocu-
lum decidebant: Incipiendo ſiquidem ab ul-
tima, jam, ex jam dictis, uti reſpiciens du-
riorem contingentiam Inveſtimenti extra
Ditionem Eccleſiaſticam, non poterat ad
alium caſum ſubextendi, quinimo eadem
optio ſpirabat potius Fundi dotalis quiddita-
tem, exemplo rerum fideicommiſſariarum,
ut ſupra; Clauſula vero *ad habendum*, & pro-
33 miſſio evictionis, veluti generales, & acceſ-
ſoriæ non poterant quidquam detrahere
menti, & intentioni Contrahentium, quæ
ubi dignoſcitur præſeferre Fundum dotalem,
aptæ non ſunt alterare Contractum, cui tan-
tummodo cenſentur ſtare famulative, ut in
propoſito Clauſulæ, *ad habendum*, in hac ſu-
biecta materia tradiderunt *Cirocc. diſcept.*80.
*n.*24. *cum* 3. *ſeqq. Modern. Mantuan. conſult.*
131. *n.*31., *Rot. d. dec* 792. *n.*24. *cor. Merlin.*
*et dec.*517. *n.*6 *cor.* Dunozett. *Iun.*, *et in re-*
*cen. deciſ.*144. *num.*13., *et* 14. *part* 17., & in
34 proximis terminis Emphyteuſis Eccleſiaſti-
cæ alias de ſui natura non tranſitoriæ ad hæ-
redes extraneos, *Rot. dec.*226. *n.*11., *et ſeqq.*
*cor.*

*cor. Card. Cerr., dec.106. n.21. cum ſeqq. par., 12., & dec.79. n.2. par.16. rec.*

Quovero ad promiſſionem evictionis, ul-
traquod valebat & hæc recenſeri (maxime
ob ſui cœterationem,& virtualem dumtaxat
illius incluſionem ſub verbo, *promettendo &c.*) inter Clauſulas acceſſorias nihil ad-
dentes, aut dementes ſubſtantiæ contractus,
adhuc etiam illa rationabiliter dici mereba-
tur appoſita ad hoc, ut ſubſecuta effectiva
evictione bonorum Dotalium, poſſet Mari-
tus exſpoliatus recta via agere ad reſtaurum
correſpondens ad cauthelam, quam ad ſui
favorem Uxor, ut ſupra notavimus, e contra
adhibuit in conveniendo de æſtimatione, &
appretio faciendo per communes Amicos,
quia ſicuti contra regularem naturam Dotis
in Fundo conſtitutæ, ideoque incipientem a
promiſſione, & traditione bonorum in ſpe-
ciæ, Cœcilia pepigit de firmando valore, &
appretio, ut periculum diminutionis evita-
35 ret, ita par erat, ut Vir de evictione paciſce-
retur, ne alias impediretur agere directe, ſed
adſtringeretur pro reſtauro amiſſionis bono-
rum inſiſtere, ſeque a detrimento relevare
ſimpliciter ex capite fructuum non perce-
ptorum, per egregie deducta apud *Petr. Barboſ. in l. ſi æſtimatis 51. n.19. verſ. cæterum Maritus, & n.20. verſ. Et ex his colliges, ff. ſol. matrim.*, quem cum aliis refert, & ſequi-
tur *Boſſ. de Dot. cap.17. §.2. n.12. & 13.*

Atque hæc robuſtiora de per ſe in hoc pe-
culiari certamine conjecturarum videban-
tur; Et nihilominus ubi quoque dici mere-
rentur æquilibrantia, & ambigua, ſine pro
una, ſive pro altera parte, adhuc in omnem
36 caſum Domini in hac ipſa ambiguitate, &
æquilibrio conſiderarunt, non poſſe recurri
ad magis regulariter ſecuram interpretem,
quam obſervantiam, qua ſene concurrente
præcepta legis, & *Doctorum* inſinuant, poſſe
tutius Gordianos quoſcumque Juris nedos
practice diſrumpi, actus quippe dubi, opti-
37 mam ſemper declarationem recipiunt ab
obſereantia, ut *in l. minime 23. l. ſi de interpretatione 37. ff. de legib., & in l. quædam ff. de reb.*
38 *dub.*, & in puncto hujus præciſæ quæſtionis
Hieron. *Palm. ſen. conſ.88. num.74.*, Rot. *cor. Merlin. d. dec.792. n.5., et cor. Dunozett. Iun. dec.593. ſub n.12. verſ. quarta demum, et deciſ.15. n.5. part.17. recen., et in Romana Dotis, et Lucri 26. Novembris 1696. §. Quod eo tertius, verſ. tum demum ex ſubſecuta obſervantia, cor.* R.P.D. *meo dell'Olmo.*

Obſervantia igitur erat in hac hypotheſi
clara, conſtans, & uniformis, tam ex parte
Cœciliæ Uxoris, quam Nicolai Mariti pro
conſtitutione Fundi dotalis; Cœcilia etenim
de Anno 1674. una cum Anna Maria Soro-
re, & reſpective donatrice reſignavit locum
Montis nuncupati Salis tertiæ Erectionis,
*Summario* Philippi Mariæ *num.4.* qui ſane lo-
cus expreſſe fuerat in dotem aſſignatus Ni-
colao Marito, *dicto Summario Num.2.*; ideo-
39 que cum eadem Uxor actum pro parte ſua
Dominicalem exercuit ſuper re tradita in
Dotem, profecto per neceſſariam antece-
dens retinuerat quoque dominium verum,
& naturale ſuæ Dotis, & Fundi, quia non
Dominus non poteſt alienare, quemadmo-
dum punctualiter oſtendit *Card. de Luc. de Dot. in ſupplem. par.2. diſc 193. n.5. verſ. primo nempe.*

Nicolaus autem ſimultanee, magiſque
dilucide profeſſus eſt, ſive agnovit, eſſentiam
Dotis verſari in vero, proprioque Fundo do-
talis; locavit quippe Domum poſitam in Ter-
ra Mareni, Vineamque ſitam in Territorio
Tuſculano uti Vir, & legitimus Adminiſtra-
tor Cœciliæ ſuæ Uxoris, ac reſpective uti
etiam Procurator Annæ Mariæ Sororis dictæ
Cœciliæ, *Summario* Philippi Mariæ *Num.8.*
Item vendidit aliam Vineam dotalem in vo-
cabulo *le Pantanelle* cum ſimili expreſſione,
quodactum pariter explebat uti Maritus, &
legitimus Adminiſtrator ejuſdem Cœciliæ,
promittens *de rato, &c.*, eidemque reſervans
dominium, donec fuiſſet de pretio ſatisfa-
ctum, *dicto Summario Num.5.* & de facto Cę-
cilia ſucceſſive diſtractionem hujuſmodi ra-
tificavit, *ibidem Num.6.*; nemo etenim igno-
40 rat, quod titulus Adminiſtratorius repugnat
titulo Dominii, ac Doti æſtimatæ, ſed e con-
verſo egregie convenit Doti conſtitutæ in
Fundo, cujus proprie Maritus dicitus, & eſt
dumtaxat legitimus adminiſtrator, ad notata
per *Capon. diſcept.347. n.8., Card. de Luc. de Dot. diſc.158. n.3., Rot. d. dec.593. ſub n.12. verſ. quarta demum, cor. Dunozett. Iun. & deciſ.277. n.16. part.15. rec.*

Addito, quod neque in eiſdem terminis
Dotis æſtimatæ, in quibus res traditæ tran-
ſeunt in liberam poteſtatem Viri, opus erat
ratificatione Mulieris tradentis, cum Domi-
41 nus dubio procul minime indigeat aliena
ratihabitione, vel aſſenſu ad diſponendum
de re propria, ad litteram *Text. in l. re mandata, Cod. Mandat.* bene *Monac. dec. Lucen. 67. n.69., & 70.*, Rot. *dec.399. n.5. part.3. recen.*; multoque minus locum ſibi vindicaſ-
ſet reſervatio Dominii favore Uxoris, ſi illa
42 non remanſiſſet Domina rerum dotalium,
præſervari quippe non poteſt, quod non eſt,
ut per *Text. in l. ſi venditione in fine ff. comm. Prædior.*, Menoch. *conſ.713. n.5.*, & concor-
dat *Rot. dec.42. n.13. cor. Sa. me. Alexandr. VIII. & dec.223. n.5. cor. Cirill.*

Rurſus idem Nicolaus tam in venditione
Vineæ, *le Pantanelle*, quam in erogatione
prætii ex ea retracti, ac deinceps implicati in
reaptationem Domus Mareni cum conſenſu
Uxoris, ingenue faſſus eſt, præfatas res eſſe
dotales, ſive Fundum dotalem, *Summ.* Phi-
lippi Mariæ *Nu.5. & 7.*, hiſce namque con-
feſſio.

Digitized by Google

43 feſſionibus intercedentibus ſub expreſſa Mu-
lieris approbatione, & præſertim tempore,
vel occaſione minime ſuſpecta, optime de-
monſtrari conſtitutæ Dotis qualitatem, an
ſcilicet in Fundo, vel in quantitate conſiſtat,
cœteris relatis affirmavit *Gabr. conſ. 60. ſub
n. 5 verſ. demum lib. 2., Palm ſen. d. conſ 88. ſub
n. 67 verſ. quinto hoc idem, Monach. deciſ. Lu-
cen. 67. n. 65., Rot. dicta deciſ. 593. num. 13.
cor. Dunozett Iun.*

A primo itaque ad ultimum animadver-
ſo, quod Cœciliæ Dos conſiſteret in Fundo,
non autem in quantitate, palam, & indubi-
tanter ſequebatur, quod ſicuti non conſta-
bat de aliquo Credito dotali ejuſdem Cœci-
liæ, eodem modo nec etiam citra indaginem
intervenientis quoque ſimulationis, & col-
luſionis ſubſtineri poſſet datio in ſolutum
expleta per Maritum undique obæratum,
quodque multo minus locus eſſet novæ aſſe-
curationi; quoniam, ut diximus, ubi Mulier
44 ſe ſe dotando proceſſit ad conſtitutionem
ſuæ Dotis in vero Fundo dotali, nullum ha-
bet Creditum contra Maritum, ſed adaperto
caſu reſtitutionis ipſis Dotis omnino per-
ſequi compellitur proprium Fundum, qui
nunquam cenſetur, ſeu remanet a Dominio
Uxoris avulſus, quando ex oppoſito tam da-
tio in ſolutum, quam aſſecuratio præſuppo-
nit Creditum quantitativum, ut videre eſt
apud *Sur. d. conſ. 22c. n. 9., Ancharan. Iunior.
quæſt. famil. lib. 1. quæſt 28. n. 3., Milanen. de-
ciſ. 14 n 43. lib. 1. Rot. cor. Buratt. deciſ. 124.
num. 5., & 6.*

Et quidem veritatem hujus conſequentiæ
ultro admittebant Scribentes pro Cœcilia,
ſed ſubjungebant, ſaltem fore ſubſtentabi-
lem dationem in ſolutum, vel novæ aſſecra-
tioni locum eſſe ad ratam, ſive menſuram
Quarti dotalis, quod utique non poterat in-
termiſceri, ſive confundi cum ipſo Fundo
bonorum traditorum in dotem, ex quo lu-
45 crum dotale poſitive conventum in enun-
ciatis Tabulis nuptialibus ad formam Statu-
ti Urbis, ſive dos radicetur in quantitate,
ſive in Fundo, ſemper, & indiſtincte Mulieri
ſuperſtiti debetur, vel in caſu vergentiæ Viri
ad inopiam aſſecurandum eſt juxta æſtima-
tionem quartæ partis ipſius Dotis quomodo-
libet conſignatæ, ad tradita per *Card. de Luc.
de Dot. diſc. 131. num. 8., Rot. dec. 281. n. 5.
part. 14. & dec. 234. n. 2. cum 2. ſeqq. part. 15.
recen.*, quodque vergente Viro ad inopiam
46 non minus pro Dote in ſuo caſu, quam ab-
ſolute pro Quarto debeatur aſſecuratio, per
*Text. in l. ubi adhuc 29. C. de Iur. Dot.* com-
muniter affirmant *Petr. Barboſ. in l. ſi conſtan-
te 25. in princ. ſub n. 7. verſ. illud igitur, & n. 8.
ff. ſol. Matrim, Goill. pract. obſervat. lib. 2. ob-
ſerv. 83. n. 2., Io. Franc. Balthaſar pract. reſol.
tit. 1. reſol 8. n. 7., Rot. dec. 292. n. 2., & 3. par.
1. rec., & dec. 665. n. 4., & 5. cor. Cord. Cerro.*

Retraxit tamen Dominos ab annuendo
tam uni, quam alteri inſtantiæ noviſſimo lo-
co excitatę per Cœciliam potentiſſima illa
animadverſio, quod in pręſenti caſu bona
generaliter in Dotem aſſignata, nuſquam
extiterunt in effectu deducta ad aliquod ap-
pretium, ex quo æſtimatio ex conventione
Partium facienda per communes Amicos
minime fuit executioni demandata, ideoque
cum Quartum dotale ſit mera quota, ſive
una dę quatuor partibus reſpectu totius, ut
notant communiter *Scribentes* ſuper *Auth. de
Trient., & Semiſſ.* certe nulla fieri valebat
47 determintatio ejuſdem Quarti, ſeu ratæ, do-
nec, & quouſque Cœcilia, prævia æſtimatio-
ne, pateſaceret ad quanti aſcenderet ipſum
totum, ſive ipſa univerſalitas Dotis, ad *Text.
in l. quæ de tota 75. ff. de rei vindic., Soccin.
Sen. conſ. 150. n. 5. verſ. Et illud lib. 1. Modern.
Lucen. conſult. 115. n. 2.*, optime *Card. de Luc.
de Dot, diſc. 141 n. 2.*; Addito præſertim, quod
ex litera dotalis Inſtrumenti apparebat ulte-
rius, quod admixta forent ipſi Doti non ſo-
lum bona Annæ Mariæ Sororis ad ipſam re-
verſura, vel obnoxia reſtitutioni, ſed etiam
alia bona fideicommiſſaria, & per conſe-
quens non facta prius ſeparatione bonorum
liberorum a fideicommiſſariis, eo difficilius
poterat diſcerni idem totum, a quo quomo-
dolibet etiam per viam aſſecurationis deduci
valeret quarta pars pro lucro dotali, data
48 namque ſcientia Viri quoad exiſtentiam fi-
deicommiſſi ſuper bonis traditis in Dotem,
non intrat illorum reſpectu aliquod lucrum,
ſicuti latiſſime tuetur *Card. de Luc. de Dot.
diſc. 137. ex n. 3. uſque ad fin., & diſc. 138. n. 3.
Rot. dec. 525. n. 4., & ſeq par. 18. rec., & cor.
Celſ. dec. 371. per tot., & cor. Cerr dec. 592. n.
2., & ſeq. & dec 639. n. 1. cum ſ qq.*

Quinimo neque ullum uſurpabile erat ar-
bitrium pro decernenda aſſecuratione ſaltem
in genere, vel in aliqua veriſimili quantitate,
quæ poſſet correſpondere illi toti, quod in
ordine ad bona libera probabiliter extaret
ſecernendum a bonis fideicommiſſariis in
confuſo traditis in Dotem, ex iis, quæ in
propoſito habentur *in Romana Quarti Dot. 1.
Iulii 1697. cor. Me*; licet ſecus ſit reſpectu
49 dationis in ſolutum, quæ Crediti liquidita-
tem, ac certitudinem expoſcit, ad *Rot. cor.
Bich. dec 637. n. 12., & 13., & dec. 62. nu. 4.
part. 16. recen.*

Quoniam & hæc talis qualis veriſimilis, &
proportionabilis quantitas, quæ valeret ex-
cogitari pro deductione, vel aſſecuratione
lucri, effecta fuerat illiquida, niſi dicamus
abſorpta pro Mobilibus, quæ Cœcilia reti-
nuerat, ac retinebat non minus in Domo
Urbis, quam in altera S. Poli una cum Vinea,
*Summ.* Philippi Mariæ *Num. 9., & 10.* quem-
50 admodum ad hunc eumdem effectum præ-
pediendi actionem, quouſque fuerit reddita

ratio de bujuſmodi Mobilibus,vel effectibus, ſæpius dictum fuit, & ſignanter *in dec.778. n.10., & 11. cor. Coccin., & in rec. dec.161., & dec.269.* utrobique *n.1., & ſeqq. par.12., & deciſ.487. num.12. part.18., in Veliterna Salviani 13. Junii 1678. §. Non obſtat. cor. clar. mem. Card. Vicecomite, & in Romana Domni 6. Martii 1684. §. Pro ſumma, cor. bon. mem. Albergato*,

Parum refragante, quod eadem Mobilia per æſtimationem factam a Perito ad inſtantiam Cęciliæ prælecto coram A. C. detecta fuerint modici valoris, vixque aſcendere ad ſc.133. 10.; Ultra enim, quod adbuc recurreret ſuperius inſinuata difficultas, quod non facta ſeparatione præſatorum bonorum, neque toto opportune firmato, potuiſſet dari caſus, quod etiam hæc quantitas ſuffocaret importantiam Quarti in ea parte, in qua ratione libertatis foret deducibile: Perſpicue tamen oſtendit Philippus Maria, quod coram eodem Perito non fuerint integre exhibita omnia, & ſingula Mobilia, ut in illius *Summario*, ejuſque confrontatione *n.9., & 10*; Ae propterea ſemper verſabamur in ſufficienti obſcuritate, ae illiquidate, potiſſime dum valor expreſſus tam Stabilium, quam Mobilium datorum in ſolutum eidem Cęciliæ per Nicolaum Maritum caleulabatur ad ſcut.2997. *d. Summario Num.3. Lit.B.*, unde dempto pretio Stabilium deliberatorum ipſi Philippo Mariæ pro ſcutis mille (quidquid ſibi abſque ulla prorſus juſtificatione figuraret Cęcilia eirca majorem importantiam eorumdem Stabilium) omnis præſumptio
51 militabat pro Juſtitia pretii in ſolemni deliberatione firmati, itaut detractis eiſdem ſcutis mille, aut paulo plori ratione Stabilium, Mobilia ipſa circumcirciter importantia ſcut.1900., & ultra, abſorberent aſcenſum Quarti, ſeu lucri dotalis, illudque ad omne pejus redderent turbidum, & illiquidum, ut in ſpecie præfatæ præſumptionis teſtatur *Gratian. diſcept.545. n.28., & ſeqq.* & ſignanter *n.30., & 31., et diſcept.926. n.16. in fin., Poſth. de ſubbaſt. inſpect.49. n.15. cum ſeqq., Rot. cor. Pentinger. dec.485. num.16., et cor. Priol. deciſ.157. n.7., et in Romana Læſionis 9. Januarii 1682 §. Tantum autem, cor. bo. me. Paulaccio*.

Atque ita, diſcuſſis, & reſolutis quibuſcumque objectionibus uſquedum ſuſcitatis, Domini pariter in omnibus propoſitæ dubitationi, ac petitioni Cęciliæ negative reſponderunt, utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

PUblicata, ſive (ut idum de Stylo eſt) Partibus communicata hac Decisione, Cauſa terminavit, quia forte illius fundamentis mature examinatis, vel liti ceſſit ſuccumbens, vel eædem Partes amicabiliter compoſuere negocium.

Quæſtio diſcuſſa in eadem hac Deciſione ventilatur in dies, quia cum totum, ut diximus, dependeat a formula verborum conſtitutæ Dotis, ſecundum eorumdem verborum differentiam inſurgunt quotidianæ altercationes, an ea remaneat in vero Fundo dotali, ſive mavis in nudo Credito, & quantitate; quamobrem in quoddam ſupplementum hujuſce Deciſionis, per quam materia fuit, quantum fieri poterat, reaſſumpta, ſubnectendas exiſtimavi Allegationes per Me exaratas in Cauſa Marchioniſſæ Thereſiæ Mariæ de Lanciis nuptæ in Domo de Maximis, pendente tunc temporis eoram *SS. D. N. Papæ Clemente XI.*; cujus Aurora virtutum, fe-
52 ſtivum diem Orthodoxæ Religioni, cunctæque Chriſtianæ Reipublicæ prænuncians, ad ſe trabebat pleraque vota Litigantium, ut ab illius Juſtitiæ lance, in ipſius inchoantis Prelaturæ munere graviores controverſiæ reſolverentur: Prætendens itaque prædicta Marchioniſſa Thereſia Maria, Dotem a ſe datam conſiſtere potius in quantitate, quam in Fundo ad finem evitandi jacturam diminutionis pretii locorum Montium, ſic, Me jura ſua proponente contra hæredes ejus Viri prędefuncti, reportato exitu favorabili, exorta eſt.

Ex triplici eapite babet Marchioniſſa Maria Thereſia Lancia intentionem undique fundatam ſuper reſtitutione Dotis in quantitate ſcut.10000. prout ab initio ſibi extitit legata, & conſtituta; Unde quando etiam,
53 ex mox ſubiiciendis, verſaremur in ęquilibrio, ſeu conflictu conjecturarum, verborumque tam Capitulorum Matrimonialium, quam Inſtrumenti dotalis, ſtandum eſſet pręmiſſę regulæ, ſeu intentioni, ut in his terminis uno ore conclamarunt *Surd. conſ.112. nu. rot., Conciol. alleg.6. ſub n.53.* præſertim *in fine, & n.63., & alleg.7. n.5., Rot. poſt Merlin. de pignor. dec.63. n.25., idemque Merlin. eod. tract. lib.3. quæſt.19. n.107.* optime *Card. de Luc. de Dot. diſc.158. n.7.*, & alibi paſſim,
54 quodque etiam ad evitandas contrarietates, quæ reperirentur in verbis, & conjecturis, pro excluſione Fundi dotalis veniat pronunciandum, monuit *Facchin. contr. Iur. lib.12. cap.74. verſ. ad evitandas*, & cum eo *Rot. dec. 20 n13., & dec.277. n.21. par.15. & dec.874. n.3. in fin. cor. Card. Cerro*.

Siquidem conſtitutionem Dotis in quantitate, non autem in vero, & proprio Fundo dotali, ſuadet ipſemet favor, & titulus Dotis; quia cum pecunia nec perire, nec minui
55 poſſit, habeatque Mulier pro illius reſtitutione, quando Dos in quantitate conſiſtit, nedum perſonalem actionem contra Virum, ſed etiam cętera bona ejus obligata, ac demum ſpecialiſſimam hypothecam in his rebus

bus pro Dote ſolutis, ſeu aſſignatis: Hine
56 proinde ſemper in dubio judicandum eſt
pro conſiſtentia Dotis in pecunia, ut latiſſi-
me oſtendit *Conciol. d. alleg. 6. ex n. 41. cum
ſeqq., & alleg. 18. ſub nu. 21. verſ. nec pariter
cu n ſ qq., Rot. cor. Bich. dec. 350. n. 26. & de-
ciſ. 69. n. 10., & 11.*, ubi quod hoc procedit,
niſi contrarium concludentiſſime probetur,
*part. 15. recen.*, confirmata *dec. 10. n. 3. verſ.
hinc Rot., cum ſeqq. part. 6.*, cum aliis *in de-
ciſ 98. n. 35., & 36. part. 18.*

Fortius vero, quando Stabilia, prout hic,
videlicet loca Montium, ac Domus data fue-
runt prævia æſtimatione, quia tunc quod
57 etiam in dubio favore Dotis hujuſmodi æſti-
matio præſeferat emptionem, itaut duo cen-
ſeantur initi Contractus, unus nempe Dotis
expreſſus, & alter occultus emptionis, firma-
runt adducti per *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.
5. gloſſ 8. n. 25.*, ubi quod id magis procedit
reſpectu Stabilium, cum altera æſtimatio,
quæ fieri dicitur ad ſciendum rei valorem,
proprie congruat Mobilibus, quæ vetera-
ſcunt, & atteruntur, & in hoc eſt *gloſſ.* com-
muniter recepta *in l. ſi inter Virum, & Uxo-
rem, C. de Iur. dot.*, & infinitos congerit *Giurb.
ad conſuetud. Meſſan. cap. 15. gloſ. 1. par. 1. n. 6.
Boſſ. de Dot. cap. 16. n. 4. Capyc. Galeot. contr.
40. n. 3. cum ſeqq. lib. 2. Conciol. alleg. 24. n. 8.
& 9. Mart. Medic. dec. Senen. 50. ſub num. 2.
Card. de Luc. de Dot. d. diſc. 158. n. 7. Rot. cor.
Coccin. dec. 257. n. 4.*, quæ loquitur in termi-
nis locorum Montium, ac Domus, cum
cœteris infra cumulandis.

Ac denique certius, quia Dos non fuit in
eiſdem locis Montium, ac Domo conſtituta,
58 ſed in ſimplici, & mera quantitate, & in qui-
bus pariſormiter terminis nemo eſt, qui du-
bitet, Dotem conſiſtere in eadem quantitate,
& non in Fundo, ut per *Mant. de tacit. lib. 12.
tit. 21. n. 5. Conciol. alleg. 5. n. 2. Boſſ. de Dot.
d. cap. 16. n. 23. Card. de Luc. eod. tract. d. diſc.
158. n. 8. & ſeqq. Cenſal. dec. Lucen 11. n. 33.
& ſeqq. Rot. cor. Coccin. dec. 1969. ex n. 1. &
per tot. & cor. Pamphil. dec. 2. n. 1. & per tot.
& d. dec 350. n. 22. cor. Bich. & in rec. dec. 63.
n. 16. par. 13. dec. 277. n. 10. par. 15. dec. 241. n.
3. par. 17. & dec. 217. n. 11. par. 19.*

Firmata itaque ex præmiſſis regula firmiſ-
ſima pro conſtitutione Dotis in quantitate,
videamus, an adſint verba, vel conjecturæ,
quæ perneceſſe ſuadeant receſſum ab eadem
regula; Sed tantum abeſt, quod conjecturæ
militent in oppoſitum, ut potius quamplu-
res urgeant pro aſſiſtentia ejuſdem regulæ
Juris: Primo namque reflectere exoramus,
quod Marchioniſſæ fuit Dos ab ejus Patre
legata in prædicta quantitate ſcutor. 10000.,
cumque utilis eſſet, ut rationibus ſupra
ponderatis, & inferius etiam opportune re-
petendis, eadem Dotem ſibi legatam in pe-
cunia retinere, hinc ſi volumus arguere, ut
proculdubio arguendum eſt, a defectu pote-
59 ſtatis ad alterum voluntatis, neceſſe eſt con-
cludere, quod nec etiam Marchio illius Fra-
ter valuerit in præjudicium ſuæ Sororis eam-
dem obligationem, & legatum alterare, ma-
xime ſine conſenſu ejuſdem Sororis, ut per
regulam *Text. in l. Lucius Titius, §. Imperator.
ff. ad Municip.* optime *Rot. dec. 277. n. 18, &
19. par. 15.*, & in durioribus de conſimili Do-
te legata in Teſtamento Patris *d. dec. 241. n.
2. verſ. Quod Prædium, et n. 3. par. 17.*

Præcipue, quia eadem particula legati ſo-
nantis in quantitate ad verbum regiſtrata
fuit in ipſiſmet Capitulis Matrimonialibus,
ac etiam in eodem Inſtrumento dotali, quod-
que magis eſt, Marchio ejus Frater expreſſe
declaravit poſt conſtitutionem Dotis in
quantitate ſe conformare voluntati Teſta-
toris, ibi = *per Dote, e in nome di Dote della Si-
gnora Maria Tereſa promette di dare, et aſſegna-
re &c. ſcudi dieci mila moneta, e queſti in con-
formità del legato, e diſpoſizione fatta &c.* Unde
eo magis dicendum eſt, noluiſſe Partes ab
eadem diſpoſitione, & legato recedere, non
ſolum, quia etiam ad hunc effectum ſuffice-
ret nuda relatio ad ipſum Teſtamentum, ad
hoc, ut cenſeretur eſſe in referente, ſed etiam
60 quia alias induceretur novatio, quæ fieri re-
gulariter non ſolet, niſi expreſſe, imo reiici-
tur in hac materia præjudicialiMulieri, Te-
ſte *Conciol. d. alleg 6 n. 38. & 39. Rot. d. dec.
277. n. 11. & ſeqq. par. 15. & dec. 16. ex n. 14.
uſque ad 19 & d. dec. 241. ex n. 18. uſque ad 26.
par. 17.*, & dixit nuper eadem *Rot. in Macera-
ten. Salviani 6. Aprilis 1685. §. Nec pro ex-
cluſione, cor. Caccia.*

Secundo, quoniam quando devenit poſt
plures periodos intermedias ad aſſignandam
eamdem quantitatem in locis Montium,
conſtituens dixit - *che in tutto fanno la ſomma
di ſcudi 7000.*, & rurſus - *e per la ſomma del-
li 3000., che mancano, dà, & aſſ gna una por-
zione &c. della Caſa &c.*; unde clarum, eſt,
61 quod dum ſemper loco ſummæ, & quantita-
tis aſſignata fuerunt Stabilia, iſta dicantur
aſſignata per meram ſpeciem dationis in ſo-
lutum, & Dos vere, & proprie in ipſa quan-
titate fuerit ſtabilita, ut in fortioribus de
Dote conſtituta cum pacto - *da conſegnarſi in
tanti Stabili* - *Neguſant quæſt. 526. ex num. 1.
cum ſeqq. Rot. d. dec. 63. n. 9. par. 13.*, & in ſpe-
cie noſtra *Card. de Luc. de Dot. d. diſc 158. ſub
n. 23. in. fin. verſ. Secus autem*, ubi etiamſi di-
ctum fuerit, quod eadem Stabilia aſſignata
remanere debeant pro Fundo dotali, & ſecu-
ta eſt *Rot. in Teracinen. Dotis 27. Iunii 1685.
§. Nec Antonio cum ſeq. cor. Albergato*, con-
firmata *ſub die 26. Iunii 1686. cor. Eodem.*

Tertio adſtipulantur verba tranſlativa do-
minii in bo. me. Marchionem Virum, ut in
Capitulis - *dà, & aſſegna*, & in Inſtrumen-
52 to - *ceſſit, et aſſignavit*, ex his namque reſul-
tare

Digitized by Google

tare majorem claritatem, quod Stabilia fuerint data in ſolutum, firma remanente ſubſtantia Dotis in quantitate, in ſpecie ait *Conciol. d. alleg.5. n.16.* & dixit perpetuo *Rota*, ut *cor. Coccin. dec.257. n.6. verſ. Denique, & poſt Merlin. de Pignor. dec.110. n.13. & cor. Rayas dec.153. n.2. & par. 14. rec. dec.487. n. 3. & par. 17. d. dec.241. n.4. & dec.305. n 4. & ſeqq. par.19.*

Quarto clarius, quia innegabile eſt, quod ſaltem in reſiduali quantitate ſcutor.500. Dos conſiſteret extra Fundum dotalem, pro-
63 indeque ne una, eademque Dos diverſo jure cenſeatur, totam cenſeri conſtitutam in quantitate, præcipue, quando etiam quantitas reſpectu rerum expreſſa dignoſcitur, unanimiter tradiderunt *Honded. conſ.41. num.12. lib.1. Conciol. alleg.7. n.24. Card. de Luc. d. diſc.158. n.16.* optime *Rot. d. dec.2. n.2. cor. Pamphil. & d. dec.350. n.25. cor. Bich. & deciſ.231. n.15. par.9. rec. & dec.69. n.2. par.15. & dec.10. n.9. par.16.*

Quinto perſpecto, quod pro majori quantitate fuit exſoluta in locis Montium, quæ habentur loco pecuniæ numeratæ, & de fa-
64 cto *Rot.* ſemper, ut vidimus, quando peregit de locis Montium, exiſtimavit, non ſtare pro Fundo dotali, ut in individuo obſervat *Card. d. Luc. de Dot. diſc.57. n.7.*

Sexto, quia cum, ut diximus, Dos pro majori importantia conſiſteret in locis Montium, iſtaque nimium de facili ſubjecta forent conſuetis extractionibus, adhuc nihil dictum fuit circa inveſtimentum ſucceſſive faciendum pro ſecuritate ſaltem ejuſdem Dotis: proindeque planum videtur, quod liberum ipſorum dominium translatum fuerit in Virum ſub ſola obligatione æſtimatio-
65 nis, & pretii, dum ex quo non fuerit ſervatus Uxoris conſenſus de reinveſtimentis faciendis, inſerunt *Scribentes*, quod Dos in nuda quantitate remaneat, ut videre eſt *in d. dec.350. num.24. cor. Bich. & dec.98. num.31. par.18.*

Septimo, qnia reſpectu Domus, quæ diſtraheretur, jubetur fieri inveſtimentum, ſed non dicitur, quod reinvenſtimentum ſtare poſitive debeat pro Fundo dotali, ſed adhibentur illa verba - *per eſiſtenza di detta Dote*, illa
66 vero dictio *per* excludit Fundum dotalem, cum ſignificet *vice, & loco*, & ſic per modum improprietatis, & fictionis, ut in terminis *Andreol. contr.313. n.16.* quem ſecuta eſt *Rota deciſ.20. n.7. par.15. & deciſ.874. n.7. cor. Card. Cerro.*

Octavo evidentius, quia in eiſdem Capitulis Matrimonialibus cavetur per illa verba relata ad Marchionem Virum - *ſi compiacerà obligarſi, e coſi promette tenere detta Dote ſtabilita nel valſente, che ſe gli dà, e non altrimente*, ex his namque verbis duo reſultant potentiſſima argumenta excluſiva Fundi dotalis, unum nempe, quod quando res in Dotem aſſignatur pro vero, & proprio Fun-
67 do dotali, nulla alia exigitur promiſſio, cum Mulier perſequi debeat rem ſuam, itaut nec etiam exigenda veniat promiſſio reſtituendi Dotem, ut in puncto arguit *Gabr. conſ.60. n. 4. lib.2. Aldovin. conſ76. n.7. Giurb. de conſuet. Meſſan. par.1. cap.15. gloſ.6. n.1.* & poſt eos *Conciol. alleg.18. n.29. Rot. d. dec.20. n.8. par.15.*

Et alterum, quod ſi dictum fuit - *nel valſente, che gli ſi dà, e non altrimente*, impoſſibi-
68 le eſt id referre ad Fundum dotalem, cum impoſſibile etiam ſit, eaſdem res traditas in ſolutum permanere poſſe in eodem valore, præſertim quoad loca Montium, quæ quotidie in extrinſeco pretio Plateali variantur ut de per ſe abſque alia Allegatione patet ad ſenſum.

Nono, quia in eiſdem Capitulis ſimplici-
69 ter conventum fuit, reſtitui Dotem - *nell' iſteſſo modo, e forma detta di ſopra*, quia tunc concors eſt ſententia *Doctorum*, ut intelligatur ſub eadem æſtimatione, ut cum *Maur. Giurb. & Fontanell.* probat *Card. de Luc. d. diſcurſ.158. n.16.* alioſque adducens pleniſſime *Conciol. alleg.7. ex n.20. cum ſeqq.* ubi quod iſta eſt communis opinio.

Decimo tandem, quia quando Marchio Maritus recepit litteras Pateutales locorum Montium quietavit Marchioniſſam Lanciam - *per ſodisfazzione di ſcudi mille moneta*, prout etiam quietavit de pretio ſcutor.2500. quæ fuerat aſſecutus per aſſignationem Domus, concludendo - *ſichè reſta ſolamente a darmi ſcudi 500. metà di tutti li mille ſcudi del-*
70 *la ſudetta Dote*; Unde quando Vir non quietavit de re, ſed de pretio, claram, & indubitatam reddi Partium intentionem, individualiter, cœteris congeſtis, conclamat *Conciol. d. alleg.7. n.26. 27. & 28.*, ubi quod in hoc caſu non attenditur, quid in abſtracto de Jure dici poſſet, ſed ſtandum eſt opinioni, & menti Contrahentium, & refert, ita, fuiſſe judicatum in Civitate Urbini, & coram A. C.

Dum itaque, præter regulam ex tribus fundamentis ſolide ſuperius jactam, habemus decem, eaſdemque validiſſimas potius demonſtrationes, quam conjecturas, perpendamus quæſo, quænam conjecturæ deducantur axadverſo, ut nedum valeant ipſam regulam, ſed præfatas conjecturas in aliquo deturbare; Et certe id, quod opponitur de pacto reſtituendi Dotem *eiſdem modo, & forma*, ſatis vidimus, illud retorqueris, quo vero ad demandatum inveſtimentum, pariſormiter ſupra obſervavimus, quod per dictionem illam, *per*, ſavent eadem verba huic Parti, & nihilominus quando concederemus, quod
71 clare, & litteraliter injunctum eſſet inveſtimentum ſub aperta declaratione, quod illud ſtare

ſtare deberet in perpetuum pro Fundo dota-
li, hoc intelligitur de Fundo dotali impro-
prio, & ad magis tutam efficiendam ipſam
Mulierem, cum tunc deſuper habere dicatur
hypothecam ſpecialem per ſpeciem pacti re-
verſivi, quod non tollit veram probationem
dominii, & in hoc, citra tranſcriptionem
aliarum *Authoritatum*, ſufficiat ſeſe remiſiſ-
ſe ad magiſtralem illam *deciſ.98. ex num.7.
uſque ad 16. et per tot.par.18.* quæ, ut videre
eſt, peragit de caſu magis forti, & reſpon-
det *deciſ. Denuncıat., et Merlin.* in oppoſi-
tum forte adducen.

Denique ſi a Capitulis Matrimonialibus
tranſire velimus ad Inſtrumentum dotale, in
72 quo Notarius de proprio capite, ut loquit
*Card. de Luc. de Dot. d.dec.158. ſub n.13.verſ.
Cum ſæpe Notarii,* voluit cum inutili additio-
ne, & verborum copia; ſeu verſione ſe peri-
tum oſtendere, adiiciendo illa verba = *in eiſ-
dem Corporibus, & effectibus*, tuneque ſubin-
trat communiſſima replicatio, quod ſi hæc
verba contrariantur, ut pernecesse ex huc-
uſque deductis contrariari debent Capitulis
73 Matrimonialibus, eoque caſu illa, non iſtud
venit attendendum, ex quo verba, præſertim
materno idiomate explicata, reputantur ver-
ba Partium, illa autem Inſtrumenti cenſētur
verba Notarii, ut per *Card. de Luc. de Dot.
diſcurſ.97.n.4.et diſc.119.n.8. Add.ad Gregor.
dec.168.n.8. Rot. cor. Merlin. dec 608 n.14.
et ſeqq. & coram Royas deciſ.241 n.5. & ſeqq.
deciſ.34. n.28. & ſeqq. & deciſ.402. n.5. & 6.
par.12. & deciſ. 98. num. 13. par.15. & deci-
ſion.66. num.9. par.19.*

Certiſſime vero, quia Partes profeſſæ ſunt
ad ejuſdem Inſtrumenti dotalis confectio-
nem devenire in executionem eorumdem
Capitulorum, ac eis inhærendo, ut clare le-
gitur in Inſtrumento; Quando enim nedum
74 Inſtrumentum celebratur in executionem
Capitulorum, ſed ſimpliciter fit de illis men-
tio, vel ad ea habetur relatio, quod potius
Capitulis, quam Inſtrumento ſtari debeat,
diſtinguendo ponderat *Add. ad Gregor. dict.
dec.168. ſub n.8. verſ. Item hæc ſecunda opinio,
Palm. Nepos alleg.87.n.16* Rot. *dec.18.n.12.
par.17.* & magis in noſtro propoſito *dec.241.
ex num.23. verſ. Tanto minus, eadem par.17.*

Accedit, quod nec etiam totaliter ad fi-
nem, de quo agitur, Inſtrumentum dotale
Capitulis adverſatur, quia etſi dictum fue-
rit = *in eiſdem corporibus, & effectibus*, atta-
men cum Capitulis apponantur illa verba =
*nel valſente. che gli ſi da*, hoc intelligitur
ſupplendo æſtimationem, ut ita concordent
compatibiliter pactum reſtituendi Dotem in
eiſdem Corporibus, & conſervandi, reſti-
tuendique Dotem ſibi traditam in eodem va-
75 lore, cum facienda pro conciliatione ſem-
per ſit omnis interpretatio, ne recedatur a
Capitulis, *Rot. cor. Royas dec.241. n.8. & 15.
Anguell. dec 77. n.30. Ninot. dec.12. num.6.
& dec.250. n.15. & ſeqq. par.6. rec. dec.169.
num.9. & deciſ.194. num.34. par.15.*

At dato, numquamve conceſſo, quod Par-
tes recedere voluiſſent a Capitulis, hoc uti-
que non poterant, quia cum Marchioniſſa
haberet Dotem ſibi conſtitutam in pecunia,
quodque plus eſt, ſimpliciter legatam in ea-
dem quantitate, eſt præter controverſiam,
76 quod ſine conſenſu ejuſdem Marchioniſſæ,
illoque cum ſolemnitatibus Statutariis, non
poterat per Inſtrumentum dotale ullum ipſi
præjudicium inferri, ut in terminis indivi-
dualibus conſtantiſſime reſpondit Rot. omni-
no viden. *in dec.55. ex num.9. verſ. Conſidera-
tum*, & prius *dec.3. ex n.7. uſque ad fin.par.15.
et d. deciſ.241. num.28. et ſeqq.par.17.* egregie
etiam *in d. Maceraten. Salviani 6. April.1685.
§. Nec pro excluſione, uſque ad fin.cor.Caccia*,
ubi late expenditur præjudicium, quod infer-
retur Uxori, ſi Dos ſibi legata, vel conſtituta
in pecunia, reſtituenda eſſet in Corporibus.

Cœterum, ſi Notarius per hanc verborum
cerebrinam forte additionem, ſeu verſionem
vulnus, & anſam diſputationis intulit, præ-
paravit etiam remedium ſub amplitudine
verborum, quæ legitur in fine ejuſdem In-
ſtrumenti, ubi Dotem ipſam cauthelavit ſu-
per omnibus ſuis bonis cum nimia Clauſula-
rum prægnantia, deditque Marchioniſſæ
authoritatem capiendi ejus bona uſque ad
integram ſatisfactionem ſuæ Dotis, in hoc
77 namque conflictu hujuſmodi cauthelam, &
conceſſionem Facultatis excludere ad evi-
dentiam Fundum dotalem, ſub ea ratione,
quod poſito Fundo dotali Uxor tenetur il-
lum retroaccipere, abſque eo, quod in aliquo
bona Viri poſſint moleſtari, & hanc eſſe po-
tentiſſimam conjecturam cœteris omnibus
validiorem, habetur *in dict.dec.20.n.8.et ſeqq.*
ubi pulchræ diſcurrit, & loquitur adamuſ-
ſim de Inſtrumento dotali in executionem
Capitulorum exarato, *et deciſ.277. n.22. et
ſeqq. par.17. et deciſ.98.n.16. et ſeqq. et n.30.
par.18. et in d.* Romana *Domus* 10. Maii 1684.
§. *Nihilominus, cor.* Rondinino, confirmata
2. *Aprilis* 1685. *cor. eodem, et cor. Card. Cer-
ro dict. dec.874. ex n.8. cum ſeqq. et d. Terra-
cinen. Dotis 27. Jun.1685.§. Hujuſmodi aſ-
ſertio, cor. Albergato*, confirmata pariter,
ut ſupra, 26. *Iunii* 1686. *coram eodem*.

78 Quoad *dec.39. poſt Merlin. de pignor. et de-
ciſ.792. cor. Merlin.* cum aliis, quæ in oppoſi-
tum afferri valent, ſatis pro reſponſione ſuf-
ficit habere ſe remiſſive ad *Conciol. dict. al-
leg.7. n.25. Card. de Luc. de Dot. diſc.158.
ſub num.23 circa fin. Rot. d. dec.874 num.21.
cor. Card. Cerr. et deciſ.98. ſub num.12. et 15.
par.18.* in quibus oſtenditur differentia ca-
ſuum, ſuper quibus prædictæ, & quæ con-
trariare videntur *deciſiones*, prodierunt.

ROMA-

## ROMANA, SEV' SABINEN. MANUTENTIONIS,

*Lunæ 30. Martii 1699.*

### ARGUMENTUM.

Clauſula *Parito judicato* in quo differat ab altera *ſine præjudicio legitimæ executionis* ad effectum obligandi ſuccumbentem ad refectionem expenſarum: Aliqua de manutentione, quando ſit concedenda, necnè, ubi incontinenti conſtat de malo jure poſſidentis; cum aliis, de quibus in *Summario*.

### *SUMMARIUM.*

1 *Clauſula* Parito judicato *importat neceſſitatem reficiendi omnes expenſus præcedentium inſtantiarum antequam quis audiri valeat in devolutivo, & num.6.*

2 *Manutentio denegatur poſſeſſori, quoties clare, & incontinenti conſtat de ejus malo jure, & num.8.*

*Quamvis de rigore Iuris non repugnet, quod Reo, & poſſeſſori dari valeat manutentio, et contextualiter Actori immiſſio, n.9.*

*Et qua ratione id quandoque practicari ſoleat in Tribunali Sacræ Rotæ, num.10.*

3 *Duæ ſententiæ conformes ex Statuto Urbis habent vim trium, et rem judicatam conſtituunt.*

4 *Res judicata de Jure communi non oritur, niſi ex tribus Sententiis conformibus validis, et juſtis.*

5 *Clauſula* ſine præjudicio legitimæ executionis *præſervat executionem Judicati, ſed non arctat ſuccumbentem ad reſtitutionem expenſarum, quæ ſolum debentur in fine litis.*

7 *Clauſula* Parito judicato *non imponit finem liti, donec Signatura Juſtitiæ rurſus reſcribat cum altera Clauſula* Nibil.

11 *Expenſæ factæ in Judicio poſſeſſorio refici debent a ſuccumbente, antequam audiri valeat in petitorio, et num.12.*

PRræcedentibus Mandatis de manutenendo conceſſis in hac Cauſa Philippo Mariæ à RR. PP. DD. meis Priolo, & Pio, Signatura Juſtiæ reſcripſerat non obſtante reclamatione Cœciliæ cum Clauſula *ſine præjudicio* præſervativa executionis, at cum eadem Clauſula non vetet ulteriorem diſcuſſionem in devolutivo, ſeu poſſeſſorio plenario, & regulariter ad effectum (citra ſaltem diſputabilitatem) recuperaudi expenſas deſideretur abſoluta abſciſſio, & denegatio cujuslibet proſecutionis mediante Clauſula *Nibil*, vel quod fuerit per eamdem Signaturam appoſita altera Clauſula conſimilis, licet non omnino impeditiva alterius examinis,
1 ut eſt illa *parito Judicato*, quæ parit ante omnia neceſſitatem refuſionis omnium expenſarum, ad not. *in cap. cum dilecta, de reſcrip., et in cap. fin. de reſtit. ſpoliator* Mareſcott. *var. reſol. lib.1. cap.87. n.1. et ſeqq.* Rot. cor. *Coccin. dec.233. n.4. et dec.1099. n.10., et in recent. deciſ.181. num 2. par.8. deciſ.335. n.1. et ſeqq. par.16. et deciſ.42. num.1. par.19.*

Hinc ad inſtantiam ejuſdem Philippi Mariæ enixe efflagitantis conſumere Judicatum ſuper manutentione, eodem tempore, quo proponebam, urgente Cœcilia, alterum Dubium ſuper negocio principali, ſubſcripſi pariter præſens: *An conſtaret de re judicata*, cui ſane præbuere Domini reſponſum affirmatiuum; Tum quia Cœcilia nihil auſa eſt opponere adverſus Juſtitiam prædicti Judicati, tum etiam, quia deguſtato quoque ſuper meritis malo Iure ejuſdem Cœciliæ, juxta Deciſionem ſub hac ipſa die coram Me
2 promulgatam, facilius Tribunalia, & Sacra Rota inclinant pro denegatione manutentionis, ſaltem in conflictu poſſeſſionis, ſive actuum poſſeſſionem hinc inde præſeferre valentium, quando ſcilicet apertiſſime dignoſcitur, manuteneri expetentem nullum, ſeu malum Jus in Cauſa fovere, ex traditis per *Potth. de mann. obſer.42. ex n.137. cum pluribus ſeqq.*, & ſignanter *n.148.*, Rot. *poſt eumdem deciſ 195. num.1., coram Buratt. deciſ.292. num.7., & deciſ.128. num.18. coram Bich.*

Et quidem non videbatur Dominis aliter etiam ex Officio, ac præciſive ab indagine meritorum de ſtricta Juris cenſura poſſe reſpondere, dum validitas antecedentium Mandatorum erat incontroverſa; Juſtitia vero coruſcabat ex *Deciſionibus* deſuper editis *cor. prædictis RR. PP. DD. meis Priolo, et Pio ſub die 12. Januarii 1696.*, & reſpective *22. Aprilis 1697.*, quibus idcirco remiſſive ſeſe habuerunt, ionixi quoad conſtituendam,
3 canonizandamque rem Judicatam *Statuto Urbis* ordinantis *in cap.180. lib.1.* duo Judicata inter Cives, Incolas, ſive Diſtrictuales, quales erant Litigantes, habere vim trium, quemadmodum latius dictum fuit *in Romana Prælaturæ de Vecchiarellis 9. Decembris 1697. §. ſola igitur, coram* Me, quæ eſt *deciſio* in ordine ſuperius *la 21.*, alias namque extra caſum Satuti particularis, aut neglectæ intra
4 decendium appellationis, nonniſi per tres conformes undequaque validas, & juſtas conſtare potuiſſet de re judicata, ad normam Pontificiæ determinationis *in Clement. ut calumniis, de ſent. & re jud.*, & conſequenter in his terminis pro complendo numero trini Judicati oportuiſſet exponere diſputationi alterum in Auditorio noſtro frequens, ac familiare Dubium, utrum nempe Mandatum Rotale foret confirmandum, vel infirmandum, ſicuti practicatum fuit *in Romana locorum Montium 17. Februarii 1698. cor. bo. me. Urſino*, & alibi paſſim.

ANNO.

*ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

UT diximus in Deciſione præcedenti, Cauſa terminavit non minus ſuper bono jure, de quo in eadem pręcedenti Deciſione tractabatur, quam in poſſeſſorio, ſeu manutentione, de qua ſermo eſt in pręſenti.

Interea juvat connotare, quod paſſim in Voluminibus Sacrę Rotę leguntur impreſſę Deciſiones, quæ manutentionem concernunt, vel ſeorſim a negocio principali, vel unitim (cum Dubio tamen ſeparato) a principio propoſitæ, vel in progreſſu, ita demandante Signatura Juſtitiæ, quæ Papam repræſentat in Commiſſione, ſeu delegatione Cauſarum; unde quia in hac Deciſione diſcurritur de manutentione tertia vice diſputata cum Clauſula *ſine præjudicio legitimæ exequutionis*, hinc abs re non erit aliqua connotare, quæ concernunt effectum talium Clauſularum, & modi reſcribendi magis aſſueti per eamdem Signaturam cum explicatione, quid iſte modus juxta opportunitatem diverſus, quid iſtæ Clauſulæ importent: ſupranominata ſiquidem Clauſula *ſine præjudicio* non
5 imponit finem liti, nec arctat ſuccumbentem ad refuſionem expenſarum uſque ad finem litis, ſed tantummodo præſervat exequutionem illius, quod fuit judicatum, ut habetur apud *Gratian. diſcept.* 349. *n.* 7. qui tamen loquitur in terminis fraternizantis Clauſulæ *ſine præjudicio litterarum Apoſtolicarum*, Rot. *Ferrarien. apud Leoncill. dec.* 6. *n.* 2. *& dec.* 46. *n.* 24.

Quoties vero Signatura reſcribat cum Clauſula *Parito judicato*, tunc hujuſmodi Clauſula aliquid plus importat, non enim ſolum præſervat executionem judicati, ut
6 ſupra, ſed imponit quoque neceſſitatem, ut Reus refundere compellatur Victori omnes expenſas antecedentium Inſtantiarum, antequam per Judicem noviter delegatum auſcultari queat ſuper prætenſa injuſtitia Judicatorum, ut præter allegatos *in hac Deciſ.* advertit *Leoncill. d. dec.* 6. *n.* 1. *& ſeqq.* recte idcirco advertens, quod hæc Clauſula *Parito judicato* pinguior eſt, quam altera *ſine præjudicio*, quod & dictum fuit in *Viterbien. Salviani* 16. *Aprilis* 1706. §. 1. *cor. Me*; ibique etiam in §§. *ſeq.* cohærenter ad enunciata in *præſenti Dec.* ſubnectitur, quod per huhuſmo-
7 di Clauſulam *Parito Iudicato* lis non extinguitur, ſed remanens vivæ favlllæ, etſi conſepultæ, circa futuram proſequutionem Cauſę, donec finaliter Signatura reſcribat *Nihil*.

Habetur pariter in præſenti Deciſione, quod una cum negocio principali, ut apparebat ex *antecedenti deciſ.* 80., fuit propoſitum quoque Dubium ſuper manutentione, & regulariter, qui ſuper negocio principali
8 triumphat, vincit etiam ſuper manutentione, quæ in ſubſtantia apud magna Tribunalia eſt pediſſequa boni juris, ſed hoc ſemper non eſt verum, & de facto rigor Iuris expoſceret contrarium, cum tribui poſſit, & debeat (ita exigentibus probationibus, & Iuſtitia) uni manutentio; & alteri immiſſio; ſeu canonizatio boni juris, juxta exempla relata per *Alberic. in l. ordinarii n.* 6. *C. de rei vindic. Butr. in cap. cum. dilectus n.* 15. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed.* 3. *n.* 845. *&* 849. *Boccacc. de Interdict. uti poſſid. cap.* 17. *num.* 16. & de facto ſæpe id
10 etiam fuit practicatum in *Sacra Rota*, in illis tamen caſibus, in quibus (ex gr.) abſtractive immiſſio ex capite fideicommiſſi videtur Actori concedenda, ſed quia negocium non eſt omnino clarum vel ſuper eodem articulo fideicommiſſi, vel reſpectu identitatis, aut detractionum, cum ſimilibus, idcirco quantumvis Actori concedatur immiſſio, contextualiter tamen citra ullam implicantiam tribuitur Reo actualiter, & certitudonarie poſſidenti interim manutentio, quemadmodum ſignanter poſt illam *Maceraten. Manutentionis* 10. *Iunii* 1707. §. *& hæc*, *cor. R. P. D. Scotto*, dixit, & optime explicavit contra D. Comitem Ludovicum Buccaferri favore Comitiſſæ Aureliæ Marſiliæ *Rot. in Bononien. Manutentionis* 27. *Februarii* 1708. §. *finali*, *cor. R. P. D. Aldrovando*.

Idque, ultra cæteros effectus, admodum conſiderabile eſt ratione expenſarum, quæ particularem ſuper unoquoque Judicio requirunt taxationem favore vincentis, itaut
11 priuſquam reficiantur eæ, quæ debentur in Judicio poſſeſſorio, quis audiri non poſſit in petitorio, ſicuti patet ex traditis per *Rot. in Giennen. Juris mutandi ſuper expenſis* 10. *Decembris* 1698. *cor. R. P. D. Lancetta*; & quod
12 de reliquo, non obſtante pendentia litis ſuper petitorio, refundi debeant expenſæ factæ in poſſeſſorio terminato, liquet ex *deciſ.* 341. *par.* 1. *cor. Verall. dec.* 138. *lib.* 1. *cor.* Puteo, *dec.* 848. *n.* 2. *cor. Coccin.*, *& in Urgellen. ſervitutum ſuper expenſis* 22. *Iunii* 1699. §. *etenim*, *& per tot. cor.* R. P. D. *Lancetta*, & late materia examinata in illa *Romana Alimentorum ſuper expenſis* 22. *Ianuarii* 1700. *cor. Me* quæ habetur impreſſa *poſt Conſtantin. ad Statut. Urb. dec.* 190. *ex n.* 11. §. *Minut Domini cum ſeq.* & fuit quoque affirmatum *in Romana Immiſſionis ſuper expenſis* 7. *Decembris* 1705. §. *nec reliquiæ*, pariter *cor. me*.

## GIENNEN. JURIS MUTANDI SUPER DECLARATORIA.

*Veneris* 3. *Aprilis* 1699.

## ARGUMENTUM.

Agitur de Sententia Declaratoria incurſus in Cenſuras adverſus contumaces in non parendo juſſibus, & Mandatis Sac. Rotæ, & hac occaſione plures caſus diſtinguuntur, in quibus devenitur ad ejuſdem Declaratorię relaxationem, vel non, pluraque afferuntur exempla: Agitur pariter de materia Reſidentiæ Canonicorum,

nec non Dignitatum Capituli, ſive Eccleſiæ ad limites, & mentem *Sac. Concil. Trid. ſeſs. 7. de ref. cap. 4. & ſeſs. 21. & 22. cap. 3.* necnon *ſeſs. 24. cap. 2. & 17.* cum explanatione pariter plurium caſuum coincidentium in hac materia reſidentiæ ad plures effectus, & ſignanter amiſſionis fructuum, vel Beneficii.

*S V M M A R I V M.*

1 *De ſtylo, & ratione concedendi Declaratoriam contra contumaces.*

2 *Canonici, aliique obligati ad reſidentiam per* Sac. Concil. Trid. *mulctantur pœna amiſſionis medietatis fructuum, quoties non reſideant, vel etiam totis fructibus.*

3 *Eccleſia non adhibet Excommunicationem, niſi in ſubſidium alterius remedii.*

4 Concil. Trid. *in propoſito reſidentiæ derogavit Statutis, & conſuetudinibus.*

5 *Statutum, vel conſuetudo circa reſidentiã etiam diſpenſando intelligitur, dummodo Eccleſia non careat ſuo ſervitio.*

6 *Tempus eſt Pater veritatis.*

7 *Declaratoria, ac Cenſuræ libentius dantur, quando contumaces facere ſtudent fraudem legi.*

8 *Veniſſe non dicitur, qui non ſtetit.*

9 *Qui vult antecedens, vult etiam, ut ſequatur effectus antecedentis.*

10 *Rota non inquirit de pertinentibus ad Epiſcopum in materia reſidentiæ, ſed fulminat Cenſuras ex cauſa inobedientiæ ejus Judicato.*

11 *Rota tenetur exequi Conſtitutiones Pontificias, cum ejus Auditores ſint Adminiſtri, & S. Sedis perpetui Cappellani.*

12 *Rota concedit novum terminum, quando confidit de futura obedientia, præſertim in perſonis Eccleſiaſticis.*

13 *Rota quando deveniat poſt Declaratoriam etiam ad Aggravatoriam.*

14 *Rota perſeverat in inflicta Excommunicatione contra aliquem ex contumacibus, licet cæteri paruerint.*

*Intellige, dummodo & hic non ſeſe recte excuſaverit, num. 15.*

16 *Materia Declaratoriæ frequens eſt in Tribunali Sacræ Rotæ.*

17 *Declaratoria relaxari non ſolet, niſi prius propoſito deſuper* Dubio, *& diſputato.*

18 *Terminus ad parendũ inobedienti aſſignatur magis, vel minus iuxta diſtantiam locorum.*

*Et proinde a die intimationis faciendæ in Partibus,* ibidem.

19 De Doctoribus *tractantibus de materia* Declaratoriæ, *remiſſive, ubi etiam de ſtylo Tribunalis A. C. ac Epiſcoporum in fulminatione Cenſuraram.*

20 *Contra Collegia, & univerſitates regulariter loco Declaratoriæ relaxatur Interdictum Eccleſiaſticum.*

Declara, *quando Univerſitas, vel Collegiũ in toto ſuo Corpore deliquit contradiſtincte a particularibus perſonis n. 21.*

*Et præcipue in materia inobedientiæ particularium perſonarum,* ibidem.

22 *Si adſint in Collegio, vel Univerſitate obedientes, hi excuſantur a nota inobedientiæ.*

23 *Capituli, Collegii, vel univerſitatis Dignitas non eximit a Declaratoria, & de ratione.*

24 *Rota ſolet circumſpecte agere, antequam relaxet Declaratoriam.*

25 *In materia habente tractum ſucceſſivum quis non excuſatur ab inflictione Declaratoriæ, etiamſi ſemel, vel bis paruerit, & de ratione.*

26 *Declaratoria non evitatur, ſi Procurator, Agens, vel Miniſter obediat ex ſemetipſo ſine Mãdato Principalis parere debentis.*

27 *Termini ſervandi in caſu contumaciæ in parendo non ſunt neceſſarii, quando Declaratoria relaxatur ob recurſum ad Judices laicos, & de ratione.*

*Iidemque termini non ſunt neceſſarii, quando contumacia ſtat in pravo animo obedire debẽtis, vel culpa conſiſtit potius in committendo, quã inomittendo, num. 28.*

29 *Declaratoria in Cauſis prophanis, ac pecuniariis non datur, quando Debitor habet Correos, & fidejuſſores, niſi illi prius executiantur.*

*Limita, ſi Correi, vel fidejuſſores detegãtur inſufficientes ad ſolvendum,* ibidem.

30 *Declaratoria, quæ relaxatur in ſubſidiũ, & exquirit obſervationẽ terminorũ, bis non indiget, ubi ratione præpotentiæ, vel alia de cauſa apparet, fruſtratoriam eſſe ſubſidium, ac ſervationem terminorum.*

*Amplia, ut* ibidem.

31 *Archiepiſcopus Salisburgi ex conſuetudine immemorabili, ſive ex privilegio creat quatuor Epiſcopos ſibi Suffraganeos.*

32 *De exemplis Epiſcoporum reſidentium in aliena Diœceſi, ibique exercentium munia Epiſcopalia.*

*Signanter affertur exemplum Epiſcopi* Feſulani, & Murani, *& in contrarium Epiſcopi* Chiemenſis, ibidem.

33 *Cappellanus habens onus celebrationis Miſſarum per ſe ipſum, non dicitur habere Beneficium reſidentiale, & num. 37.*

*Amplia, licet teneretur intereſſe Divinis, quia hæc obligatio eſſet cauſativa, non ſimplex, & abſoluta,* ibidem.

*Maxime, quando intervenit Diſpenſatio Apoſtolica ratione ſituationis ſub eodem tecto,* ibidem.

34 *Diſpenſatio Apoſtolica non eſt neceſſaria, quando Beneficia ſub eodem tecto ſunt totaliter difformia.*

*Exemplifica, ut ibidem, & ſub num. 65. ubi late, & remiſſive de materia una cum caſu deciſo per* Rotam.

35 *Ro-*

Digitized by Google

35 *Regulam babens pro ſe transfundi onus ſuo Adverſario probandi contrarium.*

36 *Non ſunt amplianda onera non expreſſe in fundatione.*

38 *Recedendũ non eſt a proprietate ſermonis.*

39 *Cappellania venit appellatione Beneficiorũ*

40 *Dignitates Capitulares, maxime in Cathedralibus, non veniunt appellatione Beneficiorum.*

41 *Dictio, ſeu verbum*, alius, *refertur ad eunſus ſimiles, etiã in ordine ad qualitatẽ.*

42 *Cappellaniæ ſolent inſtitui ad majorem Dei cultũ, & ſalutẽ Animæ Teſtatoris,*

43 *Archidiaconus non tenetur de Iure celebrare Miſſam Conventualem, niſi velit.*

*Amplia, ut ibidem, & ſub num.52.*

44 *Fundator Beneficii non præſumitur prohibere aſſequutionem alterius, niſi in caſu duplicis, & contemporanei ſervitii.*

*Extende, ut* ibidem.

45 *Cauſa defenſionis propriæ Præbendæ, ſeu Beneficii excuſat a reſidentia.*

46 *Cauſa viſitandi jura, ac redditus, in caſu cõgruo, & neceſſario excuſat a reſidẽtia.*

47 *Abſens excuſatur a reſidentia, ſi acceſſerit ad Curiam pro recuperandis fructibus ſibi a Capitulo, vel aliis denegatis.*

*Extende, multo magis procedere, ubi tractatur de periculo amiſſionis Beneficii n.48.*

49 *Diſtributiones quotidianæ debent correſpondere ſervitio.*

50 Concil. Trid. *ſuper privatione fructuum, ſive diſtributionum non procedit, quando Dignitas, vel Canonicus habet ſuos fructus indiſtinctos a Menſe Capitulari.*

51 *Dignitas Archidiaconalis, vel alia, quando ſit incompatibilis cum Canonicatu.*

*Et quando ex hoc capite non intret* Concil. *ſuper privatione fructuum*, ibidem.

52 *Epiſcopus non poteſt adiungere onus reſidentiæ, ubi non ſit.*

53 *De differentia inter reſidentiam, & intereſſentiam ad finem lucrandi fructus Beneficii.*

54 *Canonicus, vel Dignitas abſtinens ab intereſſentia, & ſervitio, poteſt mulctari pro illo ſervitio, ſed non per totũ annũ.*

55 *Epiſcopus nequit injungere Dignitatibus Capituli, niſi competens ſervitium, non autem continuum, & diuturnum.*

56 *Conſuetudo immemorabilis tribuit facultatẽ allegandi meliorẽ titulũ de Mundo.*

*Et quando idipſum efficiat Quadragenaria cum fama tituli*, ibidem.

57 *Papa eſt omnium Beneficiorum Dominus, & poteſt aptare quadrata rotundis.*

58 *Papa non cenſetur immutare voluiſſe naturam Beneficii, & facere reſidentiale, quod non erat.*

*Maxime, ſi id fecerit ad inſtantiam alterius*, ibidem.

59 *Epiſcopus debet abſtinere ab exequutione, quando videt, Decretum Papæ eſſe ſubreptium.*

60 *Papa nõ poteſt divinare ea, quæ ſũt facti.*

61 *Papa non cenſetur derogare voluiſſe circa ignorata in facti realitate.*

62 *Conſuetudini immemorabili ſine individuali mẽtione numquã cenſetur derogatũ*

63 *Pęna non intrat, ubi non adeſt delictum.*

64 *Clauſula* ad inſtar *ſæpe ſtat præſuppoſitive, & cauſative.*

65 *De diſtintione multiplicis reſidentiæ.*

## DECISIO LXXXII.

EOdem tempore, quo Canonici, Dignitates, alique Præbendati Cathedralis Eccleſiæ Giennen. & Baecen. inſteterant apud Me pro ſubſcriptione Dubii in devolutivo, An liceret Epiſcopo mutare, ſeu transferre eoſdem Canonicos, Dignitates, & Pręebendatos ab una ad alteram Eccleſiam abſq; expreſſione cauſæ, ex oppoſito inſurrexit Epiſcopus ſub eo fundamento, quod eludere interim ſatagentibus eiſdem Capitularibus, & Præbendatis quaſi poſſeſſionem ipſius Epiſcopi in libere mutando, ſuffultam uſque a ſæculo præterito per tres uniformes Sententias noſtri Tribunalis, uti plenius conſtat ex Deciſione ſuper eodem devolutivo edita coram Me ſub die 20. Februarii proxime pręteriti, placeret ipſi Tribunali adverſus retractarios, & contumaces in parendo Juſtitię, & Mandatis Rotalibus decernere Declaratoriam incurſus in Excommunicationem, & Cenſuras; ſed Domini ſolita benignitate, & maturitate procedentes diſtulere tunc reſolutionem Dubii per Me propoſiti ſub die 12. Decembris proxime elapſi, confidentes, quod deinceps iidem Capitulares, & Pręebendati tandem reſipiſcerent, & ſerio obedirent: Verum (ut videbatur) indurato Corde, ſolumque ſub coloratis pretextibus producta per eoſdem Capitulares, uti par erat, obediẽtia, coacti tandem fuerunt ſub hodierna die Mihi demandare, ut relaxarem Declaratoriã, adhuc ſuperabundanter indulgendo, quod prę figerẽ terminum unius Menſis ad parendum a die intimationis in Partibus faciendæ,

Ratio motiva verſata eſt in clara Juſtitia ex parte Epiſcopi habentes pro ſe limpidas Executoriales noſtri Auditorii, quibus nec Sacra Congregatio Concilii, nec idem noſtrum Auditorium cenſuit eſſe præpediendum mediante utrobique denegata inhibitione; ideoque cum eædem Executoriales liberam, & abſolutam poteſtatem, & authoritatem mutandi tribuerent Epiſcopo, e converſo autem prædicti Capitulares, & Præbendati inſimularent velle parere, ſed in effectu quatuor Canonici, & unus Portionarius juſſi reſidere in Eccleſia Baecen. potius comparuerint, quam effective reſederint, Domini idcirco ſervatis jam ab Epiſcopo terminis aſſuetis. ad finem canonice devenienda ad Eccleſiaſticas innodationes, merito

 rito

rito exiſtimarunt pro obtinenda taudem pa-
ritione Contumacium uti brachio Excom-
municationis, ſive expetitæ Declaratoriæ,
juxta juridicum, & antiquiſſimum ſtylum,
quo ſemper Rota in hiſce caſibus uſa eſt,
teſte *Fælin. in cap. ad probandum n.6. de ſen-
tent. & re judic.*, *Veſtr. in prax. lib.8. cap.ult.
n.19.*, *Rot. in Palentina Canonicatus ſuper De-
claratoria* 21. *Martii 1697.* §. 1. *cor.* R.P.D.
*meo del Olmo*, *in Alerien. Expenſarum* 10. *Mar-
tii* 1698. §. *Nam perſonalis*, *cor.* R.P.D. *meo
Caprara*, & *in Vrgellen. Servitutum ſuper De-
claratoria* 12. *Ianuarii proxime præteriti* §. *Re-
laxationi namque*, *cor.* R.P.D. *meo Lancetta*.

Nec juvit, ac obtegendam contumaciam,
prædictos Capitulares, & Præbendatos du-
plex excuſatio, una in Facto, altera in Iure;
In facto nempe, quod prædicti quatuor Ca-
nonici, & alter Portionarius effective obtem-
peraverint, accedendo ad Civitatem Bae-
cen. & ſi poſtea remeaverint, id egerint vel
in vim Statuti concedentis ſpatium centum
dierum pro abſentia ab utraque reſidentia,
vel quia res non erant ita paratæ, ut poſſent
incontinenti lares ſtabilire in Civitate Bae-
cen., ſed illis opporteret pro levamine fami-
liarium indigentiarum ad Patriam, vel ad
aliam commodiorem Civitatem Giennen.
tantiſper remeare: Et in Iure, quod in om-
nem caſum Epiſcopus non poſſet inſtare pro
Declaratoria, ſeu pœna Cenſurarum, quan-
do eidem ſuppetebat apertum, & uodequa-
que exuberans remedium *Sacri Concil. Tri-*
2 *dentini* decernentis, quod Canonici, aliique
Capitulares declinantes a reſidentia mulcta-
rentur prius in jactura medietatis fructuum,
ac pertinacia durante in totis fructibus, &
tandem in pœna privationis Canonicatus,
vel Præbendæ, ſicuti ſancitum legimus *in
prædicto Concilio ſeſſ.24. de ref. cap.12.* ma-
xime vero, dum remedium Excommunica-
3 tionis, & Declaratoriæ non eſt, niſi Telum
ſubſidiarium, quo Eccleſia tanquam benigna
Mater, quodammodo alio medicamine deſ-
perata, ferit inobedientes, ut dicunt *Sayr.
de Cenſur. lib.1. cap.2. n.13.*, *Bellett. diſquiſit.
Cleric. par.1. tit. de favor. Cleric. Canon.* §.5.
*n.6. & ſeqq. Sperell. dec.160. ex n.2. uſque ad
8.*, *Card. de Luc. in annot. ad Concil. Trident.
diſc.43. n.1.*

Siquidem, in ordine ad factum, Statutum
profecto impartiebatur Canonicis, aliiſque
reſidere debentibus in Eccleſia Baecen. li-
centiam, ſeu facultatem abeſſendi per ſpa-
tium centum dierum; Verum quidquid
foret, an hujuſmodi Statutum amplius eſſet
4 allegabile, ex quo per ſuperventam œcume-
nicam cenſuram *Sac. Concil. Trid. in d. ſeſſ.24.
cap.12.* arctiſſime derogatum legitur talibus
Statutis, necnon conſuetudinibus, inquan-
tum prętergrediebantur, & excebant ſpatium
trium Menſium ab eodem *Concilio* præfini-
torum pro juſta requie jugiter reſidentium,
ut ibi - *non liceat vigore cujuslibet Statuti, aut
conſuetudinis &c* & annotarunt *Garz. de Be-
nefic. part.3. cap.2. nu.196. cum ſeqq. Zipæus
conſult. Canon. lib.3. tit. de Cleric. non reſid.
conſult.1. per tot. Antonell. de loc. legal. lib.2.
cap.13. n.1.*, *Rot. in Moguntina Canonicatus* 6.
*Aprilis* 1696. §. *Nec ad evitandum*, *cor. bo. me.
Vrſino*, confirmata 1. *Iulii* 1697. §. *Quando-
quidem*, & *ſeq. cor. R.P.D. meo del Olmo*.

Et quidquid pariter eſſet de prætenſa con-
ſuetudine, ob quam contendebant Capitu-
lares etiam obligati reſidere in Eccleſia Bae-
cen., poſſe redire, & accedere ad Eccleſiam
Giennen. atque inibi per modum Hoſpitii
permanere per ſpatium 40. dierum, gauden-
do interim omnibus fructibus, & emolumen-
tis, acſi effective reſediſſent apud Eccleſiam
Baecenſem, dum ex gladio mox enunciatæ
ſanctionis Conciliaris interverſa dici pote-
rat hæc conſuetudo ex jam allegatis: Atta-
men in hodierna hypotheſi compertum fuit,
quod (ut oſtendebat Epiſcopus) ob abſen-
tiam quatuor Canonicorum, & alterius Por-
tionárii, quos Epiſcopus juſſerat reſidere pro
ſervitio Cathedralis Baecen., de facto non
remanebat pro explendo Divino cultu,
niſi unus dumtaxat Canonicus, & tres, vel
quatuor ad ſummum Portionarii; quapro-
pter dato millies, quod poſſent abſtractive,
& in ſuis caſibus conjungi ita tempora cen-
5 tum dierum conceſſorum a Statuto, alio-
rumque quadraginta in vim conſuetudinis
ſub memorato titulo Hoſpitii, hæc tamen
omnia debebant intelligi diſcrete, & dum-
modo non privaretur Eccleſia ſufficienti
ſervitio, itaut remaneret deſerta, quemad-
modum in his, imo fortioribus terminis pon-
derarunt *Garz. de Benef. d. par.3. cap.2. ſub
n.315.*, *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par.3.
alleg.53. n.118.*, *Sanctorell. var. reſol. quæſt.4.
n.28.*, *Ceccoper lucubr. Canon. lib.2. n.176.*

Tollebat omnem difficultatem ipſum
6 tempus, quod Pater eſt veritatis: Nam Ca-
pitulares juſſi ſeſe transferre, ac reſidere in
Eccleſia Baecen. ſub die 13. Iulii Anni dela-
pſi, reſederunt quidem uſque ad diem 20.
Auguſti ſubſequentis, ſed abinde citra nuſ-
quam amplius redierunt, & Eccleſia uſque
ad hodiernam diem extitit viduata ſervitio
neceſſario, & opportuno; ſicque Tribunal
merito agnoſcens, fieri fraudem legi, ſoli-
7 de cenſuit deveniendum ad Eccleſiaſticas
Cenſuras, ſicuti palpata in facto inobedien-
tia ſemper conſuevit, ut præter ſupra addu-
ctos in §. *Ratio motiva* videre eſt *in dec. 74.
n.3. & 4. cor. ſa. me. Alex. VIII. & in Toletana
Juriſdictionis.* 26. *Aprilis* 1682. §. *Non paritio
vero*, *cor. bo. me. Pauluccia*.

Nil penitus officiente nugaci illa ſubalter-
na excuſatione, quod Executoriales Sacri
Auditorii præciperent tantummodo liberam
in

in Epiſcopo poteſtatem, & abſolutam in Ca-
pitularibus neceſſitatem hujuſce mutatio-
nis, quidquam autem non dicerent de obli-
gatione, & ſervitute perſeverandi; Quoniam
8 ſi Jura dicunt, aliquem non veniſſe, quan-
do non ſtetit, ad *Text. in cap. Si poſtquam
33. ibique gloſ. verb. mente, de elect. in 6. Iaſ.
in l. quiante Kalendas n.5. de ff. de verb. oblig.
Coſt. de fact. ſcient. & ignor. inſpect. 11. n.2.*,
& quomodo poterat Tribunal ſatisfieri ſim-
plici, ac colorata obedientia ſe ſe transferen-
di ad Cathedralem Baecen., quando effecti-
ve Capitulares venerunt quidem, ſed ferme
incontinenti eruperunt, & evaſerunt; qui
enim vult antecedens, vult etiam conſequens,
9 ad quod tendit illud antecedens, ut eſt de
regulari natura quarumcumque cauſarum
certum effectum producere debentium, &
quorumcumq; mediorum ad certum finem
tendentium, juxta *Text. in l.2. cum ibi commu-
niter not. per DD. ff. de juriſdict. omn. Iudic.* cum
concord. per *Barboſ. axiom. 30. n.1. & 3.*

Demum quoad alteram exceptionem Ju-
ris circa methodum ſacroſancte præſcriptam
a *Concilio Tridentino* gradatim injungendo
fructuum, ac tandem ipſius Beneficii, & Præ-
bendæ privationem, illa penitus agnita eſt
aberrare a caſu præſenti; quia quoties Ca-
pitulares æquo animo paruiſſent Rotalibus
judicatis, ſi deinceps Epiſcopus exequendo
*Concil.* adinveniſſet refractarios, & inobe-
dientes, is utique non poterat devenire ad
Cenſuras, ſed tenebatur progredi per viam
Canonicam mulctarum, & privationum ab
10 eadem *Tridentina Synodo* præfinitarum: At
reſpectu Judicium, noſtrique Auditorii, hu-
juſcemodi diſcurſus remanebant extranei,
illud enim non quæſivit, nec quærit de ordi-
naria Conciliari reſidentia, quam *Sacri Ca-
nones*, ipſumque *Concilium* reliqui curæ, &
vigilantiæ Epiſcoporum, ſed bene quærit de
obedientia in ordine ad Iudicatum ſuum: &
utitur non ſubſidiario in his terminis, ſed
unico, & neceſſario remedio Excommunica-
tionis, juxta ſtylum, & Conſtitutiones Pon-
11 tificias, quas Nos tenemur exequi tanquam
ipſius Papæ perpetui Cappellani; Bene ve-
12 rum, quod Rota indulgens novum termi-
num unius Menſis ad obtemperandum, be-
nigne confidit, & ſperat a Viris Eccleſiaſti-
cis, & undequaque dignis opportunam re-
portare obedientiam, ut etiam ſibi ſuadebat
*Div. Auguſtin. in lib. qu. vet. & nov. Teſtam.
ſub n.35. verſ. & cum aliqui*, & alias in ſimili
propoſito dixit *Rot. in Calaritana Iuris viſi-
tandi 21. Maii 1649. §. fin. cor. clar. me. Card.
Cerado impreſſ. dec. 11. poſt Excobar. de ratio-
cin. & dec 48. poſt Mell. ad Caſtill. de alim.*

Et ita, utraque &c.

*ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

IN ſequelam rei judicatæ, quam adverſus
Capitulum, & Canonicos, alioſque Præ-
bendatos, & reſpective inſervientes Eccleſiæ
Giennen., uſque de Sæculo poſt ſalutis no-
ſtræ reparationem quintodecimo, reporta-
verat Epiſcopus Giennen., ſecundum ea,
quæ habentur ſupra *Dec. 76.* & tanguntur in
initio præſentis Deciſionis, prodiit (ut ibi
fuit enunciatum) præſens Deciſio ſuper in-
curſu Excommunicationis reſpectu illorum,
qui detrectaverant parere eidem rei judicatæ,
expeditaque eadem Declaratoria ſub die 27.
13 Aprilis 1699. ob induratam renitentiam
ſuccumbentium fuit quoque opus devenire
ad ſecundum gradum Aggravatoriæ, ut in
altera Deciſione diei 17. Maii 1700. quæ in-
ferius ſuo loco regiſtrabitur; ſed quia alii
14 numero ab initio quinque, poſtmodum duo,
debitam præſtitere obedientiam, remanſerat
unus tantummodo Canonicus in effectu du-
bius in ordine ad ſuam paritionem, hic ex
15 pluribus motivis procuravit ſeſe excuſare,
quæ cum *Rota* amplexata fuerit, prodiit ſub
die 11. Decembris 1702., ut pariter inferius
habebitur, Deciſio favorabilis Canonico,
determinans, quod pro ejus parte non eſſet
ad ulteriora procedendum, ſed conſtaret de
ejus ſufficienti paritione, quamtumvis po-
ſtea Cauſa Capituli, cujus ille Jura tanquam
Procurator in Curia tuebatur, ſemper pro-
lapſa fuerit, ut in *Deciſionibus ſuper Iure mu-
tandi diei 11. Febr. 1704. & 27. Martii 1705.
coram R.P.D. Priolo*, & ſuper Jure mutandi
cum cauſa, vel ſine *ſub iiſdem diebus 11. Fe-
bruarii 1704. & 27. Martii 1705. cor.* R.P.D.
*Lancetta*.

Circa autem hanc materiam, quæ frequens
16 eſt in Tribunali, plura poſſent connotari
tam quoad vocabulum *Declaratoriæ*, quam
circa rationem deveniendi ad ejus ordina-
17 tionem, quæ nuſquam practicatur, niſi formi-
ter prius Dubio propoſito, ac diſputato, &
quoties Sacra Rota inclinat in opinionem
18 affirmativam, tanta eſt ejus benignitas, ut
ſemper concedat aliquem terminum refra-
ctariis ad parendum juxta diſtantiam loco-
rum, prout quoq; fuit practicatum in præſen-
ti Deciſione per conceſſionem ſpatii unius
Menſis *a die intimationis* ipſius Declaratoriæ
*faciendæ in Partibus*, in quibus commoratur
inobediens.

Verum in genere ſufficiet habere ſe remiſ-
19 ſive ad diſpuncta, & inſinuata per *Card. de
Luc. de Iudic. diſc. 40. ex n. 91. & ſeqq.* & ante
eum ad tradita per noſtros Practicos, nem-
pe *Saluſt. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 33. n. 3. Gal-
leſ. de oblig. Cam. q. 36. n. 12., & qu. 37. n. 33.
Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 14. n. 237. cum
ſeq.* & Ego aliquid tetigi in *annotat. ad dec 51.*
una cum nuperrime, & inſimul uberrime
exa-

examinatis per *R.P.D. Vincentium Petra* in
ejus valde doctis, & fatigatis Commentariis
ad Bullas Apoſtolicas *tom.1. ad Bullom Leonis IX. ſect.3. per tot.* & ſignanter *ex n.88. ferme uſque ad fin.*, ubi pariter egregie pertractat de ſtylo A. C. in propoſito ferendi has
Cenſuras, tamquam olim ejuſdem Tribunalis
emeritus Locumtenens.

Regulariter contra Univerſitates, Collegia, & Capitula contradiſtincte a particula-
20 ribus perſonis adhiberi ſolet alterum remedium Interdicti Eccleſiaſtici, de quo loquuntur *Gemin., & Franc. in cap. Romana § fin. a. 5. de ſent. excom. in 6. Hoſtien. in Summ. tit. de contum §. fin. verſ. Sed nec Univerſitas, vel Collegium, Felin. in cap. Dilectus n. 5 & 6. de Simon., Gord. de Luc. in annot. ad Concil. diſc. 43. n. 20. & Rot. dec. 916. n. 1. cor. Buratt. ubi Adden. n. 4. & 5. & dec. 227. n. 4. par. 10. rec.*
21 & hoc procedit, quando Univerſitas, Collegium, aut Capitulum deliquit in ſuo toto Corpore, ut explicant mox allatæ *Authoritates*, & ſignanter *Card. de Luc. in d. annot. ad Concil. diſc. 43. n. 21. & ſeqq. Adden. ad Buratt, d. dec. 916. n. 7.* R.P.D. *Vincentius Petra in commentarii ad Bull. Apoſtolic. tom. 1. ad Bullum Leon. IX. d. ſect. 3. n. 117.*

Id autem non convenit, quando citra delictum ejuſdem Corporis in univerſum agiturde pura inobedientia, quia tunc Capitulares ipſi innodantur hac Declaratoria, ſive Sententia Excommunicationis, tunc etenim practicatur eadem Excommunicatio, ſive Declaratoria, quæ ferit in ſubſtantia Capi-
22 tulares contumaces, itaut, ſi qui adſint obtemperantes, excuſentur, & minime remaneant alligati Cenſuris, ut æque declaravit *Rot. dec. 225. cor. Cerro*, de qua, materiam reaſſumendo, & explanando, dictum fuit in *Vuormatien. Interdicti, ſeu Cenſurarum 29. Martii* 1700. *cor. Me*.

Abſque eo, quod in his terminis habeatur ulla diſtinctio inter hoc, vel illud Capitu-
23 lum; Quia quo magis inſigne eſt Capitulum, eo magis promptum ſeſe debet exhibere Rotalibus, & Apoſtolicis Mandatis, ut recte affirmavit *Rot. cor. San. mem. Alex. VIII. deciſ. 75. num. 3.*, & generaliter, quod contra Capitula relaxentur hujuſmodi Declaratoriæ, dixit *eadem Rot. cor. San. me. Alex. VIII. d. dec. 75. num. 1. & ſeqq. & dec. 224. per tot. par. 16. rec.* & nuperrime in *Calaguritana Exequutionis Declaratoriæ* 30. *Aprilis* 1700. *in princ. cor. D. Card. de la Tremoille, & 1. Iulii* 1701. pariter *in princ. cor. R.P.D. Scotto*, in qua allegatur præſens Deciſio, *& in Leodien. Canonicatus ſuper Declaratoria 11. Maii* 1701. §. *Non enim* (quæ ſuo loco habebitur) *cor. Me*.

Solent magnæ reflexiones haberi, ut etiam
24 habita fuit in præſenti Cauſa, ad finem evitandi haſce Declaratorias, & Cenſuras, ſuper prætenſa paritione, ſed de hac materia opportunius agetur occaſione *Adnotationis* Deo dante faciendæ circa conſequutivam *Deciſionem* excuſantem Canonicum æditam, ut præmiſimus, *ſub die 11. Decembris* 1702. Interim
25 vero inſinuaſſe ſat erit, quod ubi agatur de negocio habente tractum ſucceſſivum, minime ſufficit ſemel paruiſſe, ſed requiritur perſeverantia uſque ad finem totalis exequutionis Rotalium Mandatorum, ut ait *Card. de Luc. de Judic. diſc. 40. ſub n. 103. Rot. in Vercellen.* Penſionis 12. *Decembris* 1704. §. *Quandoquidem, cor. Reverendiſſ. D. Molines* Decano
26 quinimmo nec ſufficit, paruiſſe Miniſtrum principalis contumacis, ſi ipſe Miniſter declaret obtemperaſſe abſque mandato, & hoc Cenſurarum timore, *Rot. in Giennen. Jentaculorum* 12. *Decembris* 1702. §. *Firmato, cor. bo. me.* Pio.

Quia vero inter requiſita Declaratoriæ implicite allata per *Doctrinas* remiſſive, ut ſupra, adnotatas *n. 19.* connumeratur neceſſitas ſervandi quatuor terminos, animadver-
27 tendum eſt, quod hæc obſervatio quatuor terminorum non requiritur, quando tractatur de Declaratoria incurrenda propter recurſû ad Judices Laicos, cum tunc Sac. *Rot.* non quærat paritionem in futurum, ſed pandat illam excommunicationem jam inflictam in hoc caſu per *Sac. Canones*, uti probatum fuit in *Bambergen. Immiſſionis ſuper Declaratoria* 4 *Decembris* 1702. §. *Cum enim, cor. R.P.D. Scotto, in Hydruntina Cenſurarum* 4. *Iulii* 1704. §. *fin. cor.* R.P.D. Lancetta, *& in Valliſoletana Benef. ſuper* Declaratoria 22. *Junii* 1705. §. *Quin etiam, cor.* R.P.D. *Caffarell*.

Prout neque neceſſaria eſt hujuſmodi ter-
28 minorum obſervatio, quoties ex facti circumſtantiis apparet adeſſe, ſive adfuiſſe pravum animum in obediendo cum poſitiva reſiſtentia, itaut contumacia conſiſtat potius in committendo, quam in omittendo. ex *Rot. cor. Bich. dec. 4 6. n. 16. & in Laquedonien. Manutentionis ſuper Declaratoria* 16. *Maii* 1695. *prope fin. cor. bo. mem. Pio, & in dicta* Bambergen. *Immiſſionis ſuper Declaratoria* 4. *Decembris* 1702. §. *Cum enim, cor.* R.P.D. *Scotto, & in d. Valliſoletana* Beneficii *ſuper* Declaratoria 22. *Iunii* 1705. §. *Quia etiam*, R.P.D. *Caffarello*.

Dictum fuit in *Deciſione*, quod hoc remedium Cenſurarum eſt mere ſubſidiarium, ſicuti etiam adnotaveram *ſupra in addit. ad deciſ. 51. n. 13. & 14.* unde hic ſubnecti poteſt,
29 quod in Cauſis civilibus, ac pecuniariis ad illud deveniri non ſolet, quando Debitor habeat Correos, vel Fideiuſſores, niſi ex prædictorum excuſſione eluceſcat in effectu, eoſdem Correos, ſeu Fideiuſſores eſſe prorſus inanes ad ſatisfaciendum Creditori, ex *Pagnan. in cap. Sacro num. 41., & ſeqq. & n. 47. de ſent. excomm. Gratian. diſcept. 787. n. 1. ibique Carol. Anton. de Luca in addit. n. 4.* Barboſ. *ad Concil.*

Digitized by Google

*Concil. ſeſſ.25. de reform. cap.3. n.19. & de of-
fic. & poteſt. Epiſc. par.3. alleg.96. ſub n.15.
Iacob. Pignattell. conſult.19. n.24. tom.6. Pia-
ſech. in prax. Epiſcop. par.2. cap.4. art.13. n.
14. verſ. quod facit, Zacch. de oblig. Camer.
q.32. n.20. Rot. poſt eum dec.118. n.12. & dec.
114. n.4. cor. Manzaned.*

Idemque eſt, quoties ex alio quocumque
30 capite appareat, quod ratione præpotentiæ
alias procedi nequit contra Debitorem, aut
ipſum Correum, vel fidejuſſorem; In his na-
que terminis non inquiritur de caſu rigoroſi
ſubſidiis, ex *Card. de Luc. ad Concil. Trid.
diſc.43. n.10. & ſub n.11. verſ. aut eſt idoneus
alter de Luc. ad Gratian. d. diſcep.787. n.3.* Ricc.
*dec. Cur. Archiep. Neap. par.4. dec.301. n.8.,
& ſeqq. Rot. poſt Zacchiam. de oblig. Camer.
dec.165. ſub n.18.* prout etiam quando eadem
excuſſio fieri non valeat, niſi cum magno
præjudicio Creditoris, ut bene ait *Graff.
conſil.6. n.18. & ſeqq. de Sent. excomm. Ricc.
d. dec.301. n.8. & ſeqq. par.4. Rot. in Burgen.
Panis ſuper Declaratoria 18. Maii* 2705. §.
*Minuſque, cor. R.P.D.* Lancetta.

Agitur ulterius in hac *Deciſione* de materia
reſidentiæ, circa quam celeber fuit caſus in
una *Saliſburgen. ſeu Chiemen. Teſtimonialium*:
31 quia cum Epiſcopus *Chiemen.* (unus ex qua-
tuor ſuffragantibus Epiſcopis Metropolita-
næ Eccleſiæ Salisburgen., quoſve ex imme-
morabili conſuetudine, ſeu Privilegio Apo-
ſtolico præeligit citra aliquod exemplum,
quod ſciatur in tota Eccleſia, idem Archie-
piſcopus Salisburgen.) prætenderet explere
poſſe omnia munia Pontificia, reſidendo in
32 Civitate Salisburgenſi, ad ſimilitudinem
Epiſcopi *Feſulani* in Civitate Florentiæ, &
*Murani* in Civitate Venetiarum: Rota cen-
ſuit, id ei licitum non eſſe in faciem Archie-
piſcopi, ſed teneri ad eadem munia explican-
da, & adimplenda reſidere in ſibi aſſignata
Eccleſia, & Diœceſi Chiemen., ſicuti cum
ſucceſſiva Cauſæ expeditione, ac renuncia-
tione litis recte diſcuſſum, atque firmatum
fuit *cor. R.P.D. Scotto ſub diebus 23. Aprilis*
1703., 20. *Junii* 1704., & 23. *Martii* 1705.

Itidem occaſione ejuſdem ſubjecti reſi-
dentiæ gemina in ſtatu Advocationis Mihi
ſignanter contigit exarare Reſponſa pro
Paulo Franciſco de Podiis Archidiacono Ec-
cleſiæ *Lunen. Sarzanen.*; Primus videlicet
An eidem Paulo Franciſco obtinenti quam-
dam Cappellaniam in ipſa Eccleſia Cathe-
drali cauſaret incompatibilitatem ſuperven-
ta ſibi Dignitas Archidiaconalis ſub eodem
Tecto; Et alterum, utrum ratione ejuſdem
Dignitatis Archidiaconalis teneretur reſide-
re, adeout, necne ſubſtineretur Mulcta inſti-
cta per Epiſcopum adverſus Archidiaconum
ſtante præſertim Decreto appoſito in Bullis
Pontificiis ſuper collatione eiuſdem Archi-
diaconatus facta per San. mem. Innocen-
tium XI. ipſi Paulo Franciſco: Cumq; for-
ſan caſus valeat deſervire pro exemplo ſimi-
lium circumſtantiarum, & conſonet cum *De-
ciſione* præſenti, utrumque Reſponſum cenſui
inſerendum, primumque incipit.

Quæritur in præſenti, utrum ſuperventa
Dignitas Archidiaconatus ſit incompatibilis
cum Cappella priori loco poſſeſſa, ac tam
perſpecta Juris cenſura, quam deguſtata le-
ge fundationis, reſpondendum videtur ne-
gative.

De Jure ſiquidem, quia Cappellania ha-
bens dumtaxat onus celebrationis Miſſarum
33 perſonaliter injunctum Cappellano non di-
citur Beneficium reſidentiale, prout eſſet
(licet ſolūmodo cauſative, & non præciſe)
quoties ex cauſa ejuſdem Cappellaniæ te-
neretur intereſſe Divinis; ideoque cum re-
maneat in natura ſimplicis Beneficii, optime
compatitur cum Archidiaconatu, quodque
magis eſt, cum quolibet alio Canonicatu,
ut in individuo poſt *Card. conſ.3. in fin.* tra-
didit *Amayd. de ſtyl. Datar. cap.16. §.3. n.15.*
& prius *Rot. in Firmana Beneficiorum cor. Ora-
no*, relata per *eumdem Amayd. ſub antecedenti
n.14. verſ. non obſtat*, & quod ſolummodo
ratione ſituationis ſub eodem tecto ſufficiat
ad hoc Impetraſſe diſpenſationem Apoſtoli-
cam, prout factum fuit in caſu, noſtro, refert
deciſum ab hac Sacra Congregatione *Garz.
de Beneſ. par.11. cap.2. n.143. verſ. ſed iſta de-
claratio, Barboſ. ad Concil. ſeſſ.7. de reſo. cap.
4. n 9.*

Idque adeo verum, ut neque forſan de ri-
gore ſumenda eſſet præfata Pontificia diſ-
penſatio ratione ſuſpicatæ incompatibilita-
34 tis ſub eodem tecto, ex quo conſimilia Be-
neficia totaliter difformia exiſtunt, & repu-
tantur tam in nomine, quam in fine, ſeu In-
ſtituto, cum unum vere ſit reſidentiale, al-
terum vero nullam reſidentiam expoſcat, ut
plene articulo ad partes diſcuſſo firmavit
*Card. de Luc. diſc.57. & 58. de Beneſ.* & ſignan-
ter *n.6. d. diſc.57., Gonzal. de regul. Chancell.
gloſſ.10. n.43.*, *Pariſ. de reſignat. Beneſ. lib.3.
q.1. n.128.* qui omnes exemplificant in Ca-
nonicatu, & Cappellania; & in puncto ad-
verſus impetratorem etiam in fortioribus
terminis reſpondit viden. *Rot. dec.489 par.2.
& dec.631. par.3. rec.*

Cum itaque ex Iuris determinatione nulla
excogitari valeat incompatibilitas, minus
ea deſumi poſſe videtur ex contextu funda-
tionis, cum id in nulla ejus parte legatur,
unde ante omnia locum ſibi vindicat ea pro-
35 poſitio, quod habens intentionem de Jure
fundatam transfundit onus probandi contra-
rium in allegantem, juxta ea, quæ poſt vul-
gatam deciſionem *Mantic.251. num.4.* cum
aliis apud *Barboſ. axiom.198.* in ſpecie præten-
ſæ incompatibilitatis ponderavit *Card. de Luc.
d. diſc.58. n.5. de Beneſ.* & conſonat *Barboſ. ad
Concil.*

Digitized by Google

*Concil. ſeſs. 25. de ref. cap. 5. num. 7.* ubi quod
36 non ſunt amplianda onera non expreſſa in
fundatione.

Non etenim hujuſmodi incompatibilitas
reſultare poteſt, ex quo injungatur, quod
*ipſe Presbyter electus perſonaliter tantum ſtare,*
37 *& ſervire dictæ Cappellæ teneatur;* quoniam
dum nullum aliud ſervitium, & reſidentia
noſcitur expreſſa, quam ſimplex Miſſarum
celebratio, idcirco reſpectu dumtaxat huju-
ſce celebrationis congruunt, & verificantur
prædicta verba - *perſonaliter ſtare, & ſervire,*
abſque eo, quod iſta dici proprie valeat re-
ſidentia, & ſic incompatibilitatem non cau-
ſat, ut ſunt verba *Amayd. d. cap. 16. §. 16.
n. 15. & Card.* ab eo laudati *d. conſ. 3. in fin.*

Minuſque eadem incompatibilitas eliici
valet ab illis poſtremis verbis - *quod dictus
Cappellanus non poſſit, ſive debeat aliquas alis
Cappellas capere, ſive tenere ad ſerviendum, &
ſi ipſas haberet, refutare teneatur;* quia iſta
diſpoſitio, ſive præceptum perneceſſe venit
intelligendum de alia omnino conſimili Cap-
pella, quæ idem onus celebrationis Miſſa-
rum haberet annexum, idque ex plurimis
fundamentis, quorum ſingula ſufficerent, in-
ſimul vero juncta dubio procul exuberant.

38 Et primo attenta proprietate ſermonis, a
qua ex Juribus nimium notoriis recedendum
non eſt, cum Archidiaconatus non poſſit
ullo modo compræhendi ſub appellatione
Cappellæ, ex quo tantummodo Dignitas
39 nuncupatur, & exiſtit, ac ſicuti Cappella
venit appellatione Beneficiorum, ita e con-
verſo iſtorum nuncupatione non claudun-
tur Dignitates Cathedralium, ut in terminis
primæ propoſitionis plene habetur apud *Bar-
boſ. de Iur. Eccl. lib. 3. cap. 4. n. 25., Marchett.
de Vicar. Capitular. tit. 32. Rot. in Florentina
Cappellaniæ* 18. *Iunii* 1674. *cor. R.P.D.* Ron-
40 *dinino*, & in propoſito ſecundæ, notarunt
*Scribentes in Clement. 1. de ſequeſtrat. poſs. &
fruct., Bellet. diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. de de Di-
ſcipl. Cleric. §. 3. n. 38.* Barboſ. *de offic. Epiſc. al-
leg. 45. n. 11. & 13. Capon. diſcept. for. 226. n. 12.*

Secundo clarius ponderata ea dictione
*alias Cappellas*, quæ ad oculum refertur ad
conſimiles Cappellas, & ejuſdem prorſus na-
turæ, cum præfata dictio *alias* ſemper ſit re-
41 lativa ſimilium, faciatque repetitionem ad
ſimilia etiam in quantitate, ut per *Text. in l.
fin. §. cui dulcia, ff. de vin. tritic. & ol. legat,*
Pariſ. *conſil. 145. a n. 25. vol. 4.* & ad rem no-
ſtram Beneficiarum *Mandoſ. ad regul. 12. Can-
cell. qu. 6. n. 2.* egregie *Card. de* Luc. *diſcurſ. 2.
n. 13. de Beneſ.*

Tertio magis ultra verborum corticem
perſcrutando medullam rationis, quoniam
Fundatores illi, qui Cappellanias inſti-
42 tuunt, ex duplici ratione moventur, una ſci-
licet pro majori cultu Dei, & altera ratione
utilitatis ejuſdem Animæ Fundatoris, ideo-
que etiamſi (ut ad præſens) Fundator non
expreſſerit, quod pro ejus Anima Miſſæ ce-
lebrentur, debent nihilominus pro ipſa, tam-
quam veriſimiliter ſubintellecta, celebrari,
ex iis, quæ, cæteris prætermiſſis, ad ſaturita-
tem colliguntur apud Pignatell. *conſult. Ca-
nonic. to. 1. conſult. 138. per tot.* & ſignanter *n.
11. verſ. verum enim vero.*

Ac propterea dum uterq; finis obtinetur
in hoc caſu per Teſtatorem, nunquam capi
valet alius intellectus, niſi quod noluerit, ut
Cappellanus recipiendo aliam Cappellam
cogeretur derelinquere cultum ipſius Cap-
pellæ; & Sacrificium ab eo deſideratum, non
autem, quod impedire voluerit aſſecutionem
Archidiaconatus, qui neque per umbram
adimit exoptata Sacrificia, cum nunquam
ratione Archidiaconatus debeat Miſſa cele-
brari; quamvis enim in aliquibus Anni die-
43 bus ſulemnioribus ſoleat prima Dignitas
celebrare, id tamen intelligitur, quatenus
velit, cum ſint functiones in genere expli-
candæ per Dignitates, atque nolente Archi-
diacono, vel eo impedito, cæteræ ſuppleant,
atque ita in individuo exageratæ incompa-
tibilitati occurrit *Card. de* Luc. *lib. 12. de Be-
neſ. diſc. 55. n. 22. & 23.* & quod iſta ſit potius
prærogativa volita ab Archidiaconis, quam
neceſſaria, patet ex *eodem Card. de* Luc. *diſc.*
19. & 20. *de præeminent.*

Quarto denique ad evidentiam, reflecten-
do tum ad ea verba, quæ ſequuntur = *in illo
tempore quando ſteterit ad ſerviendum dictæ Cap-
pellæ* = ex quibus profecto nimium ad ocu-
lum eliicitur, quod Fundator voluit tantum-
modo vetare, ne uno, eodemque tempore du-
44 plici, & incompatibili ſervitio detineretur,
ſecus autem, quoties, ex præmiſſis, utrique
valet ſatisfacere, prout tenetur, ad tradita
per *Garz. de Beneſ. par. 3. cap. 2. num. 502. &
503. Barboſ. de Canonic. cap. 31. n. 7. & 8., Gra-
tian. diſcept. 894. n. 23. & ſeq., Bich. dec. 576.
num. 5.*

Tum ponderando altera antecedentia, in
quibus permittitur Cappellano, ut valeat bis
in hebdomada accedere ad aliquod Officium
etiam extra dictam Eccleſiam. proindeque ſi
hodie interrogaretur Teſtator, multo magis
id permitteret, & quodammodo ambiret,
quod ſuus Cappellanus foret quoque Archi-
diaconus, & prima Dignitas in eadem Eccle-
ſia, atque in ea quater, vel quinquies Ponti-
ficales functiones expleret, dum id biduo in
hebdomada toleravit extra ipſam Eccle-
ſiam, diverſæ enim Eccleſiæ non ſolent inter
ſe eo modo communicare, prout ſequitur in
eadem Eccleſia, in qua cuncta ſervitia ten-
dunt ad unum finem, nempe ad majorem il-
lius decentiam, & cultum, ad notata in ſpe-
cie per *Amayd. de ſtyl.* Datar. *d. cap. 16. §. 3.
n. 23. verſ. contigit, circa finem.*

*Secundum vero Reſponſum ita ſe habet.*

Du-

Dubitari ad præſens contingit, utrùm ge-
ſta per Epiſcopum ſubſtineantur: & in poſte-
rum Archidiaconus ſubjacere debeat diutur-
no ſervitio ad inſtar aliorum Canonicorum,
& negativè credimus, ſperamuſque in om-
nibus reſpondendum.

Quatenùs enim pertinet ad Mulctam, illa
profectò in præſentibus facti circumſtantiis
per diſcurſum procederet, quando Archidia-
conus ſubire deberet onus diuturnæ intereſ-
ſentiæ ad inſtar aliorum Canonicorum; præ-
termiſſo enim, quod ad præſcriptum, & cen-
ſuram *Sacri Concilii Tridentini* in ſuis caſibus
ſervandam oportuiſſet, quod priùs per Ordi-
narium, pròut ſancitur *in ſeſſ.21. & ſeſſ.22.*
utrobiquè *cap.3.*, aſſignata, ſeù converſa exti-
tiſſet tertia pars fructuum pro quotidianis
diſtributionibus, quodque etiam juxtà ſancita
*in ſeſſ.24. cap.12. §. Præterea, verſ. alioquin*
foret elapſus integer Annus contumaciæ, ad-
hùc tamen quomodò poterat Epiſcopus ad
hanc punitionem, & Mulctam devenire, dum
Archidiaconus abfuit ex tàm legitima cauſa
defenſionis ſuæ Præbendæ objurgatæ de in-
45 compatibilitate cum altera Cappellania, hu-
juſmodi enim cauſam eſſe proculdubio vali-
diſſimam, & excuſare à defectu intereſſentiæ,
cæteris antiquioribus relatis advertit *Theodo-
ſius Rubens in ſingular. Rotæ par.6. obſerv.13.
§.1., Barboſ. de Canonic. & Dignit. cap.20. n 7.
verſ. Statutum, Rot. dec.467. n.3. par.1. rec.*
& in durioribus de Archidiacono nedùm de-
46 fendente jura ſuæ Præbendæ, ſed ſimplicitèr
viſitante jura, ac redditus ejuſdem Præbende,
deciſum fuiſſe refert ab hac Sac. Congregatio-
ne *Azor. Inſtit. moral. par.2. lib.7. cap.7. qu 10.,
Monet. de diſtribution. part.2. qu.11. n.93.,
Garz. de Benefic. part.3. cap.2. n.333. & ſeqq.,
Barboſ. de Epiſcopo par.3. alleg.53 n.163.*

Abſquè eo, quod juvet in contrarium re-
plicatio ejuſdem Epiſcopi, quod ſcilicet Ar-
chidiaconus litem minimè perageret pro uti-
litate ſuæ Præbendæ, ſed tantummodò ſe-
metipſum ab oppoſita incompatibilitate
vindicaret: Ad hanc namquè diſtinctionem
47 nemo *Scribentium* devenit, quinimò in ter-
minis Canonici ad Curiam dumtaxat profe-
cti pro recuperandis fructibus ſibi a Capitu-
lo denegatis ſub prætextu Excommunicatio-
nis, ipſum excuſandum eſſe, & habendum
fore pro præſente, definivit *Rot. coram Sera-
phino dec.1098. & dec.689. n.3. par.1. rec.* &
priùs quoquè conſuluerat *Navar. conſ.14. de
Cleric. non reſident., Borell. in Summ. dec. tom.1.
tit.29. n.43., Barboſ. de Epiſcop. dicta alleg.53.
num.172.*

Eòque fortiùs, quia lis non aderat (ut in
caſu *Seraphini*) ſuper ſimplici denegatione,
48 aut jactura fructuum, ſed ſuper omnimoda
amiſſione tàm Archidiaconatus, quàm Cap-
pellaniæ; cùm enim Archidiaconus utrum-
que Beneficium ultrà duo Menſes detinuiſ-
ſet, utrumque etiam in claram conſequen-
tiam vacaſſet, ad tradita per *Gonzal. ad regul.
Cancellar. gloſ.51. n.38., Barboſ. de univerſ.
jur. Eccleſ. part.2. lib.3. cap.13. n.54. Epiſcop.
de Roſa de Exec. litt. Apoſtol. cap.4. n.91.,
Fagnan. in cap. de multa n.7. & ſeqq. de Præ-
bend., Card. de Luca de Benefic. diſc.54. n.7.
& diſcurſ.55. n.20.*

Cæterùm fruſtraneus labor eſt inſudare
ſuper nullitate, ac injuſtitia iſtius Mulctæ,
dum deficit in Archidiacono quodlibet vin-
culum, & obligatio diuturni ſervitii, adeòut
non minùs perperàm idem Ordinarius de-
venerit ad converſionem præſtationis Fru-
menti loco quotidianarum diſtributionum:
nàm ultrà quod quis non videt, quàm abſo-
num, & abſurdum cenſendum veniat adſtrin-
gere eumdem Archidiaconum ad tàm con-
tinuum ſervitium pro aſſequendis in toto
anno 10. Stariis Frumenti, & conſequentèr
(facta partitione) vix tribus obolis in quo-
49 libet die, quando certum eſt, diſtributiones
aliqualitèr ſaltem debere laboribus, quorum
contemplatione fuerunt inſtitutæ, corre-
ſpondere, per *Text. in cap. unico, de Cleric.
non reſident. Oltrad. conſ.118., Rot. dec.1170.
n.2. part.3. diverſ., & poſt Zacch. de Salar.
dec.145. n.21. & 22.*

Attamen certiſſimi Juris eſt, quod Sacrum
Concilium nequè *in ſeſſ.21. cap.3.* nequè *in
ſeſſ.22. cap.* paritèr 3. ſomniavit alligare ad
50 reſidendum eas Dignitates, quæ nullos fru-
ctus percipiunt ex redditibus Eccleſiæ, ſed
tantummodò illos habent diſtinctos, & diſ-
cretos à Menſa Capitulari, ideòque non in-
trare in hoc caſu Conciliarem deductionem,
ſeù converſionem Præbendæ in toto, vel in
parte in quotidianas diſtributiones, uno ore
tradiderunt *Garz. de Benefic. part.3. cap.2.
n.465. verſ. ſit iſta deductio, Barboſ. de Canon.
& Dignitat. cap.21. n.25. verſ. & ita facienda
eſt*, idemque repetit *in Collectaneis ad Concil.
Trid. d. ſeſſ.21. cap.3. n.11.*

Eoque magis attento, quod ipſa Præbenda
eſt nimiùm tenuis, ac de cætero compatibilis
51 cum alio Canonicatu non ſolùm de Jure, ex
firmatis per *Abb. in cap. dudùm, il ſecond., n.9.
verſ. & facit, & in d. cap. de multa n.21. verſ.
ſecunda concluſio cum ſeqq. de Præbend. Staphil.
de litter. grat. tit. de qualit. & ætat. Beneficiat.
n.44. & ſeq., bo. me. Fagnan. in cap. quia nonnul-
la n.14. de Cleric. non reſident.*, ſed etiam ex
diſpoſitione Statutorum Capitularium, in
quibus iſte caſus admittitur, & ponderatur.
in his namquè terminis non compræhendi
Dignitates ſub Conciliari determinatione,
proſequitur *Garz. de Benefic. d. part.3. cap.1.
n.483., Barboſ. de Canon. d. cap.21. n.25. verſ.
non compræhenduntur, & in Collectan. ad Concil.
Trid. ſeſſ.21. cap.13. n.10. & ſeſſ.22. cap.3.
n.4. verſ. ubi atteſtatur.*

Agnovit hanc veritatem aliquo modo D.

Epiſcopus, quoniam de facto non tetigit, vel
applicavit in poſterum pro diſtributionibus
fructus Præbendæ, ſed dumtaxat memorata
decem Star. frumenti, verùm fruſtrà mutavit
formam ſervitii per Statutum Capitulare
ordinati: quoniàm ibidem duo caſus fue-
runt animadverſi, primus ſcilicèt, quotiès
Archidiaconi pro tempore reſiderent in Ci-
vitate Sarzanæ, tuncque cuncta 10. Staria
conſignanda eſſe diſponitur; & alter, quotiès
per octo Menſes Archidiaconi non reſide-
rent, & tunc quinque tantummodo Staria
præſtanda fore ſancitur, ac propterea dum
Archidiaconus nulla lege arctatur ad inte-
reſſendum in Choro, ſed ex tenore Statuto-
rum illicò poſt publicationem Concilii con-
ditorum ſolùm obſtringitur ad reſidendum,
quomodò valuit Ordinarius adjungere onus,
52 & vinculum intereſſentiæ, quæ volunta-
ria in hoc caſu debet eſſe, & non neceſſa-
ria, ut in ſpecie diſtinguendo ponderavit *Lot-
ter. de re benefic. lib. 3. qu. 27. n. 30.* & con-
ſonat *Rota dec. 1452. n. 2. coram Seraphin.* Et
ob id licèt Archidiaconus uti prima Digni-
tas debeat aſſiſtere Epiſcopo, ſivè eo impedi-
to primarias functiones peragere, attamen
hoc intelligitur, quatenùs velit, non autem,
ut invitus cogi poſſit, quoniàm eo nolente,
vel impedito ſupplet alia Dignitas, ſecun-
dùm ea, quæ ad præciſum effectum exclu-
dendæ reſidentię, ac loquens de Archidiacono
firmavit *Card. de Luca lib. 12. de Benefic. di-
53 ſcurſ. 25. n. 22. & 23.* & generaliter de hujuſ-
modi differentia inter reſidentiam, & inte-
reſſentiam, *idem Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 40.
n. 80. & lib. 3. qu. 27. n. 5., Rot. poſt Zacch. de
Solar. d. dec. 145. n. 18.* & notavit paritèr præ-
laudatus *Card. de Luca in annot. ad Concil. Trid.
diſc. 15. n. 2.* ubi quod pro fructuum aſſecu-
tione ſola reſidentia ſufficit abſquè intereſſen-
tiæ, vel ſervitii neceſſitate.

At quia Archidiaconus promptus, & om-
ninò paratus exiſtit non ſolùm reſidendi, ſed
etiam intereſſendi in Feſtis ſolemnibus in
memorata Statutorum Capitularium ſan-
ctione præſcriptis, ad ſummum tolerari va-
let, quod prædicta Staria 10 Frumenti aſſi-
gnata ab ipſa Menſa, ſeù redditibus Capituli
ad effectum, ut ipſe præfatas expleat functio-
nes, proportionabiliter dividantur per ſpe-
ciem diſtributionum in ipſas dies ſolemnes,
adeòut in illis deficiendo implicitè ſubia-
54 ceat punctaturis, non autem eſt permitten-
dum, quod diviſio, & partitio tangat totius
Anni ſervitium, prout in individuo, ac op-
time de more trutinando Conciliares diſpo-
ſitiones, de quibus ſuprà, concludit omninò
videndus *Fagnan. in d. cap. quia nonnulli n. 19.
verſ. ex quibus, & n. 20. uſquè ad fin.* ubi etiam
quod ità decrevit Sacra Congregatio *in una
Cæſaraugustano*, videlicet quod Archiepiſco-
55 pus potuerit ſolummodo non diuturnum,
ſed competens ſervitium injungere Dignita-
tibus, & concordat pariter ex ſententia Sacræ
Congregationis antè eum *Garz. de Benefic.
par. 3. cap. 2. n. 490.* & poſt *Armendar. in addit.
ad recompilat. Navarræ, Barboſ. de Canon. d.
cap. 21. n. 27.*

Accedente præſertim conſuetudine im-
memorabili, juxtà quam Archidiaconi nun-
quam fuerunt obnoxii alii ſervitio, quàm
demandato per Statuta; cùmque ex notiſſi-
56 mis immemorabilis præbeat anſam allegan-
di meliorem titulum de Mundo, ac privile-
gium, quatenùs opus ſit, Apoſtolicum, ut
dixit *Rot. coram Priolo dec. 318. n. 28., & co-
ram Peutinger. dec. 373. n. 4.* multò magis id
exiſtit allegabile in caſu noſtro, ubi de hiſcè
privilegiis in genere attributis Archidiaco-
no fit mentio in documentis per eum exhi-
bitis: quando enim intercedit fama tituli,
vel privilegii, non immemorabilis, prout
hic, ſed ſola quadragenaria conſuetudo exu-
beraret, ex quo tantum valet una, quam al-
tera, ex traditis per *Scribentes in cap. primo, de
præſcript. in 6., Fagnan. in cap. in aliquibus, de
Decim. n. 11., Adden. ad Baratt. dec. 3. n. 15.*
& alibi milliès.

Nequè adversùs iſta, quæ proculdubio
convincuntur manifeſta, valet obeſſe prædi-
ctum Decretum in litteris Apoſtolicis ſuper
proviſione iſtius Archidiaconatus appoſitum,
ſcilicet quod Paulus juxtà præſcriptum *Con-
cilii Tridentini* teneretur ad inſtar aliorum
Canonicorum deſervire: Quoniàm ſicuti
57 indubitabilis eſt poteſtas Papæ, tanquàm
omnium Beneficiorum Domini, adiiciendi
quaſcumque conditiones, & qualitates ſibi
bene viſas, adeout poſſit, ut ajunt *Canoniſtæ*,
mutare quadrata rotundis; ità licitum eſt
proculdubio de ejus intentione, & voluntate
diſquirere, ac propterea ad hanc veriſimilem
intentionem deſcendendo omnis regula Ju-
ris militat ex hac parte, cùm nunquam præ-
58 ſumatur, Pontificem, quamvis in collationi-
bus factis diverſimodè ſonent verba, ſtatum
Beneficii immutare voluiſſe; ac de non reſi-
dentiali efficere reſidentiale, ex plene cumu-
latis per *Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 34. n. 164.
& 166., Rot. dec. 263. n. 5. part. 4. recent., &
dec. 245. num. 35. & ſeqq. par. 9., & dec. 421.
n. 16. par. 18. tom. 2. cum cæteris notiſſimis.*

Clariùs autem reflectendo, quod Sanctiſſi-
mus Dominus Noſter non adiecit hujuſmo-
di Decretum ex certa ſcientia ſtatus Benefi-
cii, & motu proprio, ſed id appoſuit ad in-
ſtantiam Ordinarii, prout credimus, quod in
ejus relatione fateri non erit dedignatus,
cùmque ipſemet Epiſcopus ad haſce preces
fundendas Sanctiſſimo motus fuerit ex Pa-
ſtorali quidem zelo, ſed abſquè præſcientia
veri ſtatus Archidiaconatus, quinimò præ-
ſuppoſuerit, iſtum defectum intereſſentiæ
irrepſiſſe per abuſum nonnullorum Præde-
ceſſo-

ceſſorum, nil mirum, quod Papa hanc obli-
gationem intereſſendi ſpecialitèr injunxerit
in Bullis: At cùm ex ſuprà ad abundantiam
demonſtratis appareat, hunc non fuiſſe abu-
ſum, ſed legitimum uſum Prædeceſſorum, in
claram emicat conſequentiam, quod reten-
ta præmiſſa propoſitione, non eſſe præſu-
mendum, voluiſſe Papam immutare ſtatum
Beneficii, idem Decretum cenſeri profectò
debet extrà intentionem Sanctitatis Suæ, &
tanquàm ſubreptitie, vel obreptitiè extor-
tum pro non appoſito fore judicandum, ex
notatis per *Decium in cap. ſuper litteris, de re-
ſcriptis*, ibiquè *Fagnan. ſub num. 5. cum ſeqq.*,
*Ubert. de execution. litt. Apoſtolic. fol. 247. verſ.
quantum ad ſecundum, Amayden. de ſtyl. Datar.
lib. 1. cap. 33. ſub n. 24.* ac properea tantum
abeſt, quod ipſe Epiſcopus debuiſſet præci-
59 pere reſidentiam, quin potiùs tenebatur ab-
ſtinere ab executione ejuſdem Decreti, qua-
tenùs ab alio foret procuratum, prout præ-
monuit *idem Concilium Tridentinum ſeſſ. 21.
cap. 5. de reformat.*, *Roſa de execut. litt. Apo-
ſtolic. cap. 5. n. 13.*, *& ſeqq.*

Et ſane quomodò credendum eſt, quod
Sanctitas Sua voluerit hujuſmodi jugum de
novo imponere Archidiaconatui, quandò
dumtaxat mederi cogitavit abuſui, & quan-
do intantùm Canonici ejuſdem Cathedralis
diu, noctuque inſerviunt, inquantum habent
Mrſſam communem, & redditum ad minus
ſcut. 100. pro quolibet, ideoque contrà om-
nem exiſtit rationem, quod Archidiaconus
eidem ſervitio debeat alligari, dum illius
redditus non aſcendunt ad ſcuta ſexaginta,
deſumpta (ut ſuprà) extrà Maſſam Eccleſiæ,
ac de cætero coruſcat inter reliquos ob Di-
gnitatem, & ob vices, quas ſupplet pro Epi-
ſcopo, longè alios præcellit, ſicque dum hæc
60 expoſita non fuerunt Pontifici, non potuit
ille divinare ea, quæ ipſum ab hac intentione
removiſſent, prout proteſtatus eſt *Innoc. Ter-
tius in cap. unic. §. Porrò, verſ. quoniam, ſub
titul. ut Eccleſ. Benefic. ſinè diminut. confer.*,
*Lotter. de re Beneſ. lib. 2. qu. 36. n. 19.* & quod
Papa regularitèr non cenſeatur derogaſſe ei,
61 de quo notitiam habuiſſe non præſumitur,
aliis relatis proſequitur Rot. *dec. 247. num. 22.
part. 11. recent.*

Atque hinc quoties loco abuſus fuiſſet enar-
rata conſuetudo, immemorabilis tàm ante,
quàm poſt Concilium conſtantiſſimè vigens
in Archidiaconatu, certum eſt, quod Ponti-
fex illi non derogaſſet, ſicuti de facto non de-
rogavit ſaltem cum illa Clauſula *non obſtante
62 conſuetudine &c.* proindeque eo fortiùs locū
ſibi vindicat receptiſſima concluſio, quod
niſi individualiter appareat derogatum im-
memorabili, nunquam ea ſublata eſſe cenſe-
tur, ad latè congeſta per *Garz. de Benefic.
par. 3. cap. 2. n. 190.*, *Gratian. diſcept. 492. n. 3.
& ſeq.*, *Gonzal. ad regul. Cancellar. gloſs. 23.*

*n. 3.*, *Rot. dec. 257. num. 2. par. 4. tom. 2.*, *&
dec. 197. n. 5. par. 9. rec.*

Quid plus? dum iſta veritas lucidè pateſit
ex ipſiſmet verbis Decreti, quoniam ibidem
dicitur = *volumus, quod tu ad præſcriptum Con-
cilii Tridentini*, = & in fine = *ſub pœnis à Con-
cilio declaratis*, hoc enim maniſeſtiſſimè deno-
tat, quod Sanctitas Sua ad alterius ſuggeſtio-
nem commota crediderit, Beneficium, de
quo agitur, ſuppoſitum eſſe, & compræhen-
ſum in cenſura ejuſdem Concilii; ſed cùm,
ut vidimus, Concilium id minime diſponat,
63 deficit intentio Papæ ad ejus præſcriptum
conformata, locumque habere non valent
pœnæ ab eodem inflictæ, per notiſſimum
*Text. in l. ejus, qui in Provincia, ff. de reb.
credit.*, *cap. non præſtat, de regul. jur. in 6.*

Et ex his non immeritò noſcitur ſuperad-
dita altera Clauſula = *ad inſtar aliorum Cano-
nicorum* = ad denotandum præſuppoſitum
parificationis circà obligationem, quæ tàm
in Canonicis, quam in Archidiacono milita-
64 ret, prædicta enim Clauſula, *ad inſtar*, ut plu-
rimùm ſtat præſuppoſitivè, & cauſativè, ut
inquit *Barboſ. clauſ. 5. n. 10. in fin.* & in termi-
nis verborum = *ad inſtar antiquorum Præpoſi-
torum* = Rot. *dec. 319. n. 1. par. 6. rec.*

Alia concernentia ſimilem materiam oc-
caſione Adnotationum aliarum Deciſionum
uberiùs adnotabuntur; Signantèr autem non
erit, niſi opportunum præbere notitiam non
incurioſi caſus reſoluti per Sacram Rotam *in
Pampilonen. Beneficii de Allò die 15. Febr. 1705.
cor. R. P. D. Caſſarello*: quoniàm ibidem quo-
dammodo reaſſumpta materia reſidentiæ
65 ſub triplici diſtinctione, de qua etiam *Innoc.*,
*Joann Andr. aliique Doctores in cap. fin. de
Cleric. non reſid. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell.
gloſſ. 15. n. 20. eadem* Rota *dec. 483. n. 1. par. 1.
rec.*, ferire illa videtur primum *Reſponſum*,
de quo ſuprà, circà reſidentiam ſimplicem, &
abſolutam, etſi de cœtero continuam, vel
quandoque non continuam, & reſpective
dumtaxat cauſativam ad finem tantummo-
do lucrationis fructuum Beneficii, tàm ad
exqlicationem *Text. in cap. fin. de Cleric. non
reſiden.*, quàm *Sacri Concilii Tridentini in
Seſſ. 7. de Reformat. cap. 4.*, *& Seſſ. 24. cap. 17.*;
cum enim Joſeph unus ex ſex Beneficiatis Pa-
rochialis Eccleſiæ de Allò aſſequutus fuerit
Vicariam; ſive adminiſtrationem Curæ ejuſ-
dem Eccleſiæ, prætendebant cæteri Benefi-
ciati, quod hæc aſſumptio Vicariatus foret
incompatibilis cum eodem Beneficiato,
ideoque quod vel idem Joſeph ceciderit à
ſuo Beneficiato propter incompatibilitatem
utriuſque ſervitii, vel quod ſaltèm reddere-
tur incapax aſſequendi fructus ejuſdem Be-
neficiatus, *Rota* determinavit oppoſitum, ex
quo non adeſſet hæc incompatibilitas, & eò
reduceretur negocium, quod ſolùm pro
tempore ſervitii actualis Vicariæ nequiret

Joſeph obtinere diſtributiones, pedem figendo etiam in conſuetudine, quæ ibi vindicatur à contrario prætenſo Statuto.

## ASCULANA BENEFICII, SEU ABBATIÆ.

*Ven. 6. Aprilis 1699.*

### A R G U M E N T U M.

Quamvis *Regula Cancellariæ* 24. expoſcat conſenſum Patronorum Laicorum in admittendis reſignationibus, practicatur tamen proviſio per viam reſignationis favore Tertii, quando ſtante litigio inter Patronos non eſt practicabilis hujuſmodi aſſenſus: Sed hæc proviſio, ſivè reſignatio facta per poſſeſſorem Beneficii non ſubſtinetur, quandò lis inter Patronos fuit ſuppoſita, ſivè introducta calumnioſè: Ideò in hac *Deciſione* perpenduntur probationes, & conjecturæ ejuſdem calumniæ in ſequelam eorum, quæ habentur *ſuprà in Deciſ.* 35.

### *S U M M A R I U M.*

1 *Admittitur reſignatio facta per Poſſeſſorem Beneficii ſine conſenſu Patronorum, ubi conſtat de vera lite verten. inter eoſdem Patronos, & de ratione.*

*Lis autem in hoc caſu ſuffragatur, ſi abſit calumnia, n.2.*

*Et de facto Pontifex in hac admiſſione reſignationis ità proteſtari ſolet in Bullis, ibid.*

3 *Lis ad ſui eſſentiam requirit, quòd verificetur de facto, & quòd non ſit excitata per calumniam.*

4 *Lis non facit Beneficium litigioſum, quando ſapit injuſtitiam, & calumniam.*

5 *Verbum* attento, *ſivè* attentata, *tamquàm ſonans in ablativum abſolutum, facit conditionem.*

6 *Gratia corruit deficiente ſuppoſito conditionis, vel eo non verificata.*

7 *Gratia derogatoria medietatis vocum ſubſiſtit, licèt verificetur concurſus medietatis etiam poſt Bullas expeditas, de tempore tamen obtinendæ inſtitutionis.*

*Sed id non procedit in Gratia derogatoria conceſſa ex cauſa litis inter Patronos, & de ratione, ibidem, & ſub n.10.*

8 *Papa derogando medietati vocum non præjudicat Patronis, quia ingreditur in locum Ordinarii, qui poſſet gratificare in paritate unum ex Præſentatis.*

9 *Gratia derogatoria medietatis vocum cenſetur favorabilis, & non odioſa.*

10 *Derogatio Jurispatronatus Laicorum in totum de ſui natura non eſt favorabilis, etiamſi vacet Beneficium per obitum in Curia.*

*Et de ratione, ibidem.*

11 *Signatura Papæ apponitur in calce Supplicationis.*

*Et poſt ſignaturam Papa ampliùs non ſe ingerit in ulteriori expeditione Bullarum, ſed ſe remittit ad Officiales, n.12.*

*Et hujuſmodi Bullarum expeditio fit ſolummodò ad majorem probationem Gratiæ, ibid.*

13 *Papæ intentio ad finem ſubreptionis arguitur à Summariolo ſupplicationis, quod ſolùm Papa recognoſcit, non autem à ventre litteræ extenſæ per Officiales.*

14 *Gratia derogatoria Jurispatronatus in totum originem, ſi non ſimilitudinem deſumit ex* Textu in cap.1. & 2. ut lit. pendent. in 6., *& de ratione.*

15 *Induſtria nimia eſt cognata culpæ.*

16 *Culpa non debet adjuvare culpoſum.*

17 *Gratia dicitur ſubreptitia, vel obreptitia, quoties Papa ſciens facti veritatem difficiliùs eam conceſſiſſet.*

18 *Papa non cenſetur favere voluiſſe malitioſis.*

19 *Litium redemptoribus, & aucupatoribus neque Jura favent Imperialia.*

*Et ità à fortioribus in Summo Sacerdote, ac Pontifice Maximo, ibidem.*

20 *Reſignatio extorta per fraudem, & machinationem irrita eſt.*

21 *Fraudis, doli, ac machinationis conjecturæ Judicis religioni committuntur*

22 *Conſenſus petitio, illiuſque denegatio eſt ſucceſſiva reſignationi petentis arguit, reſignationem ſubſequutam fuiſſe cum dolo, vel ira, ac machinatione.*

23 *Reſignatio præcedentibus minis ergà Patronos facta in perſonam commorantis in Curia, faciliùs arguit machinationem.*

24 *Minas ſolitus exequi habet præſumptionē contrà ſe facti, vel delicti ſubſequuti.*

25 *Verum ſtat in ore duorum, vel trium.*

26 *Teſtis Conſanguineus, vel Affinis deponens contrà Conſanguineum, vel Affinem regulariter magis probat.*

27 *Teſti Sacerdoti, & maximè Congregationis S. Philippi Nerii, multum eſt deferendum.*

28 *Dolus arguitur in comminante livorem, & machinationem, quandò incæpit exequi minas.*

29 *Fraus arguitur in Reſignante, ſi Matrimonium contraxit paulò poſt reſignationem.*

30 *Beneficium vacat per Matrimonium contractum à Beneficiato.*

*Idemque eſt, ſi aſſumpſit alium ſtatum incompatibilem, n.33.*

31 *Fraus arguitur, quando Reſignans contracturus Matrimonium inſtitit pro conſenſu Patronorum ad finem obtinendi Penſionem, illique fuit denegatus.*

32 *Dolus, vel fraus, ſivè ſimulatio inducitur ſtante cauſa fraudandi, vel ſimulandi.*

34 *Ad Beneficium vacans per mortem naturalem, vel civilem poteſt Patronus præſentare.*

*Etiamſi adſit de medio reſignatio, quæ detegatur nulla, ibidem.*

35 *Tranſactionem habens pro ſe, ſi manutenendus*

Digitized by Google

*nendas, donec annulletur, vel reſcindatur eadem tranſactio regulariter per tres ſententias conformes.*

36 *Detentationis factum non tranſit in hæredem præſentantis.*

*Sed tranſit circà jus ad effectum, ut ejus Præſentatus interim obtineat inſtitutionem, ſivè adjudicationem, ibid.*

37 *Rota Dubium diſputandum deſumit, vel à Commiſſione Signaturæ, vel ab Judicato antecedenti.*

*Et ſemper ſolet reſcribere ad formam Dubii, ibidem.*

*Sed in ſententiando (quia Dubium habetur pro re extrajudiciali) ſequitur ordinem ipſius Judicati, & dantur exempla, ibid.*

38 *Rota non pronunciat Sententias in corpore, ſed ille Auditor, qui dicitur Ponens,*

39 *Expenſarum refectioni, & taxationi locus non eſt, niſi lite finita, & de ratione.*

40 *Expenſarum refectio eſt introducta in pœnam temerè litigantium.*

41 *Litigans temere quis dicatur.*

42 *Litigans, ſi ultimo loco vicerit, habetur pro victore in tota Cauſa.*

*Eique reficiuntur expenſæ, acſi ſemper viciſſet, ibid.*

*Et de Stylo Rotæ reficiuntur reſpectu expenſarum extrajudicialium* ſcuta decem *pro qualibet Inſtantia, ibid.*

43 *Expenſæ compenſantur, vel reficiuntur ad ratam victoriæ.*

44 *Lis quandò dicatur calumnioſa, tam ad finem derogationis Juriſpatronatus in totum, quàm pro medietate, remiſſivè.*

45 *In derogationibus Juriſpatronatus, vel in totum, vel pro medietate reſpectivè, non curatur de qualitate Beneficii.*

46 *Papa æquo modo derogat Juripatronatus, præcipuè per vacationem in Curia, ſivè mors naturalis, ſive civilis ſucceſſerit.*

47 *Clauſula in Gratia derogatoria medietatis votum, vel in totum,* dummodo non ſit alteri jus quæſitum tempore datæ, *quomodò intelligatur.*

*Præcipuè ad effectum retardationis ejuſdem Gratiæ; ibidem, & n.48.*

49 *In Civitate Aſculi, quæ dicantur Familiæ Nobiles, remiſſive.*

50 *Poſſeſſio, ſive jus quaſi præſentandi an, & quandò tranſeat in ſucceſſorem ultimi præſentantis, & n.51., & 52.*

*Et an differat ad hunc effectum, ſi agatur de diverſa qualitate Beneficii, gentilitii ſcilicèt, vel hæreditarii, ibidem.*

53 *Si Beneficium debeatur cum aliqua qualitate,* Senioris, Nobilioris, *cum ſimilibus, non tranſit quaſi poſſeſſio præſentandi in non juſtificantem hanc qualitatem.*

*Amplia, ut n.54. & 55.*

*Limita, ut n.56.*

57 *De reſignatione fraudolenta adducuntur* Deciſiones Sac. Rotæ, *remiſſivè.*

## DECISIO LXXXIII.

COmpletis ex parte Mariæ probationibus, quas pleniſſime obtulerat exhibere in petitione Remiſſoriæ eidem conceſſæ ſub die 5. Martii Anni præteriti, iiſdemque medullitus examinatis, placuit Dominis ſuper negocio principali hodiè conſultis, excluſo Reſignatario, reſpondere pro adjudicatione Beneficii favore Mariani, qui nactus ab ipſa Maria fuerat præſentationem.

Juxtà etenim fundamenta præcedentèr inſinuata in Deciſione ædita ſub præcitato die 5. Martii 1698. coràm Me, nempè quod intantum admittatur ſalubriter à S. Sede reſignatio directa in certam perſonam, etiam in Beneficiis de Jurepatronatus Laicorum exiſtentibus, neglecto, vel irrequiſito Patronorum conſenſu, adversùs diſpoſita in *Regul.*
1 42. *Cancellariæ*, inquantum per formale litigium pendens de tempore exoptatæ reſignationis inter plures dimicantes ſuper Jure præſentandi præpediatur, nè interim ab ullo certo, ſeù legitimo Patrono reportari valeat hujuſmodi aſſenſus, ut præter allatos in memorata præcedenti Deciſione ſuper Remiſſoria, reſponſum quoquè fuit *in Romana Clericatus, ſeù Beneficiatus S. Laurentii in Damaſo 3. Martii 1698. §. ſolumque, cor. Reverendiſſ. D. meo Molines Decano,* atque ità in ſubſtantia totum
2 Gratiæ momentum unicè reſideat in ipſa lite, quæ ſit vera de facto, & inſimul juſta, ſivè longè à calumnia de Jure, ut proſequitur *eadem Rota in Imolen. Cappellaniæ 26. Febr. 1638. ex §. Nec refragatur uſquè ad fin. cor. clar. me. Card. Panzirolo,* confirmata 12. Dec. 1639. *cor. bo. me. Pirovano.*

Potiſſimè, quia Summi Pontifices de hoc expreſsè proteſtantur in admiſſione ſimilium reſignationum, & ſignantèr ità cantabat controverſa proviſio, ut ibi = *Attenta lite prædicta verè, & legitimè introducta,* nequit quippe cenſeri vera, & legitima lis illa, quæ
3 de facto non extet, ad *Text. in l. ejus, qui in Provincia 41. ff. ſi cert. pet.* vel ſi extet, adhùc (ut Jura dicunt) injuſtè, ſeù per calumniam excitata noſcatur, ad trad. in his terminis per *Rot. dec. 766 ſub n. 16. verſ. & hinc, & n. 17. cor.* Dunoz. *Jun., & in dicta Imolen. Cappellaniæ 26. Febr. 1638. §. Maximè cum Papa, coram Card. Panzirolo,* confirmata 12. *Decemb. 1639.*
4 *cor. bo. mem. Pirovano;* Undè ad omnes Juris effectus numquam dicitur Beneficium eſſe litigioſum, quotiès lis ſapit injuſtitiam, & calumniam, ut ait *Mandoſ. ad* Reg. 29. *Cancell. qu. 11. n. 6. & n. 11., Lotther. de re beneſ. lib. 2. qu. 20. n. 97. Epiſc. de Roſa de exec. litt. Apoſt. par. 1. cap. 16. n. 169., Rot. cor. Celſ. dec. 148. n. 2. & 3. & dec. 427. n. 6. par. 18. rec., & in Compſana Abbatiæ 21. Aprilis 1698. §. Etſi namquè, cor. bo. me. Urſino.*

Hinc ad hypotheſim applicando, quatenus

nus pertinet ad ipſum factum, palpatum
fuit, nullam penitùs extitiſſe litem in Parti-
bus inter ipſos Patronos, qui ſuper Jure præ-
ſentandi contenderent de tempore, quo
Oddus hujuſmodi Beneficii, ſeù Abbatiæ
poſſeſſor ſub hoc præſuppoſito pro admiſ-
ſione ſuæ reſignationis Sanctiſſimo ſupplica-
vit, nempè de Menſe Aprilis Anni 1696.;
quamobrèm cùm Papa juxtà verba mox re-
cenſita devenerit ad ſignaturam ejuſdem
ſupplicationis *attenta lite* ( nempè in Parti-
bus ) *verè, & legitimè introducta*, palàm red-
5 debatur, quod mediante illo verbo *attenta*,
quod tamquàm abſolutum conditionem
importat, ex not. per *Bart. in l. 1. n. 34., & in
l. à Teſtatore* 108. *n. 1. ff. de cond., & demonſtrat.
Rot. dec. 474. n. 8. par. 5. rec., & deciſ. 331.
n. 16. par. 9., & cor. Peutinger. dec. 22. n. 3.*,
non niſi ſub expreſſa conditione litis verè, ac
legitimè tunc introductæ in Partibus, ac præ-
ſuppoſitæ per ſupplicantem Gratiam ſigna-
6 verit, ideoque deficiente verificatione hu-
juſmodi conditionis, deficiebat & Gratia,
ad trad. per *Rot. dec. 811. n. 31. cor. Dunoz.
Iun., cor. Bich. dec. 255. n. 2., cor. Celſ. dec. 366.
n. 7., & cor. Cerr. dec. 370. num. 6. & 7.*, &
alibi paſſim.

Nilque relevabat, quod poſt eamdem ſi-
gnaturam ſupplicationis, & antequàm de-
veniretur ad effectivam expeditionem Bul-
larum, quæ ſecuta eſt de Menſe *Augusti* ſub-
ſequentis, lis poſitiva in Partibus, ſivè co-
ràm Ordinario introducta appareret, nem-
pè de Menſe Junii, unde pro ſubſtentatione
Gratiæ ſat eſſet, verificari narrativam de
tempore effectivæ expeditionis Bullarum, ſi-
cuti in hoc ipſo propoſito derogationis Ju-
7 riſpatronatus Laicorum receptiſſimum ha-
bemus, nempè quod ſufficiat in Gratia de-
rogatoria medietatis vocum, narrativam
præſentationis obtentæ à medietate vocum
Patronalium juſtificari etiam poſt ipſas Bul-
las expeditas, dummodò fiat antè tempus
adipiſcendæ inſtitutionis, ſecundùm firmata
apud *de Roſa de exec. litt. Apoſt. par. 1. cap. 4.
il ſecondo n. 133. in fin., Card. de Luca de Iure-
patr. diſc. 42. n. 4. & 5., & diſc. 71. num. 17.,
& 18.*, *Rot. cor. Coccin. dec. 2318. n. 8. & cor.
Bich. dec. 396. n. 14. & ſeq., & dec. 419. n. 1.
cum trib. ſeqq., & in rec. dec 239. n. 16. cum
duob. ſeqq. par. 16.*

Quoniàm longe differens enituit ratio in-
ter utramque derogationem, quæ à S. Sede
fieri conſuevit; quandò etenim ſimpliciter
derogatur medietati vocum etiam in Patro-
natu Laicali, nulla penitùs etiam colorate
8 irrogatur injuria, ſeù præjudicium Pa-
tronis ſæcularibus, dum in hujuſmodi ter-
minis Papa ſupplet ſolummodò vices Or-
dinarii, qui de tempore faciendæ inſtitutio-
nis poſſet per viam Gratificationis in parita-
te Suffragiorum Patronalium juſtituere
quem vellet ex utrinque præſentatis, ut per-
belle conſiderat *Lotther. de re beneſ. lib. 2. qu. 8.
n. 102. Card. de Luca de Iurepatr. diſc. 65. n. 35.,
Rot. dec. 667. n. 19. & 20. par. 18. rec.*, ideoque
9 ſpecies hæc derogationis cenſetur favorabi-
lis, non odioſa, ut proſequendo connotarunt
*Garz. de Beneſ. par. 1. cap. 5. n. 585., Vivian.
de Iurepatr. lib. 14. cap. 2. n. 19. & 20., Fran-
ciſc. Palm. conſult. 95. n. 17. & 18.*

At non omninò ſic eſt, quoties deroga-
tur Juripatronatus Laicorum in totum, ſive
ſit ratione vacationis in Curia, per *Text. in
cap. 2. de Præben. in 6.*, ſive ex hoc capite præ-
10 ciſo pendentiæ litis inter Compatronos ſu-
per Jure præſentandi, quia tunc Papa non
explet, velut Ordinarius Ordinariorum,
vices ipſius Ordinarii, ſed impedit, ne pror-
sùs Laici Patroni ſubſecuta, vel occurrente
vacatione poſſint præſentare, ideòque hu-
juſmodi derogationes reputantur odioſæ, ut
obſervat *Pariſ. de reſign. lib. 2. qu. 4. ex n. 42.
uſquè ad fin., de Roſa de exec. litt. Apoſt. d.
cap. 4. il ſecondo n. 134. verſic. licet*; & conſe-
quenter neceſſe eſt, litem extare de tempore
obtentionis Gratiæ, & quando Pontifex mo-
vetur ad illam concedendam mediante pro-
11 pria ſignatura, quæ dumtaxat apponitur in
calce Supplicationis, abſque eo, quod am-
pliùs ſe ingerat Papa circà Bullarum expedi-
12 tionem, quæ pertinet ad Officiales, & fit ſo-
lummodo ad majorem probationem Gratiæ
reportatæ, ex animadverſis per *Lotther. de re
beneſ. lib. 3. qu. 2. n. 12. & 13., Tondut. de
Penſion. cap. 37. n. 19. & ſeq., Card. de Luca de
Beneſ. diſc. 5. n. 16., & de Penſion. diſc. 44. n. 11.,
Rot. dec. 208. num. 80. cor. Dunoz. Iun., &
dec. 395. n. 8. Card. Celſo.*

Et ob id quotieſcumque peragitur de ex-
quirenda Pontificis intentione inductiva, vel
excluſiva ſubreptionis, vel obreptionis, non
jam recurritur ad nudam litteram tranſcri-
13 ptam per Officiales, ſed ad Matricem, ſeù
radicem conceſſionis, quæ ſtat in Supplica-
tione ſignata, quin etiam in Summariolo ſub
extremitate ejuſdem Supplicationis ſignandæ
per Papam, ut dictum fuit *in Romana Emphy-
teuſis 6. Martii 1684. §. Probatur tertiò, cor.
bo. mem. Albergatu*, & nuper *in Melevitana
Penſionis 23. Ian. proximè præteriti §. Sed alia
ratio, cum duobus ſeqq., cor. R. P. D. meo de
la Tremoille.*

Eoque libentiùs Domini deſcenderunt in
hanc ſententiam, quia & ipſa lis in ſui pri-
mordio nonniſi per injuſtam dedignatio-
nem, machinationem, & fraudem videba-
tur ab Oddo reſignante ſuſcitata, quamo-
brèm ſi & hoc Papa ſciviſſet, utique diffici-
liùs admiſiſſet reſignationem cum omnimo-
14 da derogatione Juriſpatronatus Laicorum:
cùm etenim baſis, & fundamentum ejuſdem
omnimodæ derogationis, & cujuſcumque
alterius ( ut eſt illa, quæ exoritur ex gratio-
ſa

Digitized by Google

ſa ſubrogatione , per *Text. in cap. 1. & 2 ut*
*lite pend. in 6.* ) ſolidetur in lite vera, & legiti-
ma, qui n etiam ad eaſdem lites quantum fie-
15 ri poteſt compeſcendas ; quomodo Papa
gratificaſſet litis inſtauratorem , ni velimus,
quod ipſa nimia induſtria cognata culpæ
16 adjuvet culpoſum , contrà vulgata Jura ,
de quibus *Migon. dec. Lucen. 33. n. 43.* , *Rot.*
*deciſ. 435. n. 19. par. 18. recen.* , *& in Romana,*
*ſeù Limana Cambiorum 12. Januarii proximè*
*præteriti §. Quoverò ad Iuſtitiam , coràm Me.*
Et quidèm ſi exuberat , ad exterminatio-
nem Gratiæ , ſivè illius corruentiam ex ſu-
17 pradicto capite ſubreptionis , vel obreptio-
nis, animadvertere, an Papa vel nullo modo,
vel difficiliùs Gratiam indulſiſſet , ubi non
ignoraſſet facti veritatem , ut habetur in *cap.*
*poſtulaſti* , *& cap. ſuper litteris* , & utrobiquè
concorditèr Scribentes, *de reſcript.*, *Rot. cor.*
*Mantic. dec. 214. n. 2.* , *& cor. Bieb dec. 302.*
*n. 5.*, *& in Romana Hæreditatis 12. Maii* 1681.
*§. De obreptione autem, cor. clar. me. Cardin.*
18 *Vicecomite* ; impoſſibile eſt quodammodo
cogitare , quod Pontifex revera Sanctiſſimus
propriam benignitatem profuudere intel-
lexerit in gratiam illius Reſignantis , qui li-
tem , ut diximus, in ſui primordio , & incu-
nabulis, ad præciſum finem reſignandi Bene-
ficiũ, indignantèr, & non ſine fraude commo-
19 vere paraverat , quandò ipſamet *Jura Cæſa-*
*rea* communia quoquè Juris beneficia dene-
gant impartiri litium redemptoribus , & au-
cupatoribus, ut patet in *l. ex Senatus Conſulta*
*6. ff. ad l. Jul. de vi priv.*, *l. is, qui ſe obtulit 26.*
*ff. de petit. hæred.*, *& in l. per diverſas, & ſeq.*
*C. mandat.*, & quando in ſpecie non minùs per
20 *SacrosCanones* determinatur, ne reſignationes
per nimiam machinationem extortæ ſubſi-
ſtant, prout liquet ex reſponſo *Bonifacii VIII.*
*in cap. 2. de renunc. in 6.* , & communitèr ad-
monent *Oldrad. conſ. 324. n. 7. & 13.*, *Rebuff.*
*conſ. 22. n. 5. cum ſeqq.*, *Pariſ. de reſignat. lib. 13.*
*quæſt. 3. n. 1. & ſeq.* , *Murg. de Beneſ. quæſt. 3.*
*n. 1097. cum ſeq.* , *de Alagiſtr. in Sylv. Eccleſ.*
*lib. 1. tit. 12. cap. 7. n. 28. in fin.* , Rot. *cor. Du-*
*noz. jun. deciſ. 766. n. 5. & ſeq.* , *& cor. Card.*
*Cerro dec. 114. n. 5.* , *& in Valentina Beneficii*
*26. Februarii 1698. §. fin. caram R. P. D. mea*
*Priolo* .
Quodque revera ſuperabunde conſtaret ,
litem hanc inter Patronos fuiſſe inſufflatam
prævia arte, & machinatione Oddi Reſignan-
tis, liquidò deducebatur ex probationibus me-
diante prædicto Proceſſu Remiſſoriali con-
ſtructis , ſeù patefactis ex parte Mariæ , licèt
21 enim ad arguendam , detegendamque in his
terminis machinationem , & fraudem ſolæ
conjecturæ ab Judicis Religione penſandæ
ſufficiant, ut inquit *Gloſſ. in dicto cap. 2. verb.*
*conjecturas* , *de renunciat. in 6. Card. Pariſ.*
*conſ. 130. n. 1. & ſeqq. lib. 4. alter Pariſ. de re-*
*ſign. d. lib. 13. qu. 3. n. 22. uſquè ad fin.*, *Murg.*
*de Beneſ. d. qu. 3. n. 1099.*, Rot. *d. dec. 766. n. 16.*
*cor. Dunoz. Iun.*, *& in dicta Imolen. Cappellaniæ*
*26. Febr. 1638. §. Quod autem , cor. Card.*
*Panzirolo* , confirmata 12. *Decembris 1639.*
*§. Attamen , coram Pirovano .*
Nihilominùs in primis ſe offerebat clara
nimis , ac evidens demonſtratio elicita ex
depoſitione quinti , & ſexti Teſtis examina-
ti vigore Remiſſorialium , quivè de facto
proprio teſtificantes explicitè deponunt , ad
iſtantiam Oddi requiſiviſſe Mariam tam-
quàm Patronam , ut aſſenſum præberet re-
ſignationi , quam idem Oddus facere inten-
debat cum reſervatione annuæ Penſionis
ſcut. 50. , quodquè denegato per Mariam aſ-
ſenſu , Oddus nimia percitus indignatione
coram eiſdem Teſtibus minatus eſt , velle
modum adinvenire , per quem non tantùm
reſignatio ſortiretur effectum , verùm etiam
22 perpetuo ab ipſa Maria Jus præſentandi di-
velleretur ; undè ſi ſola efflagitatio conſen-
ſus , illiuſque denegatio cum ſucceſſiva reſi-
gnatione ad finem perducta ſpreto , & irre-
quiſito Patrono arguit dolum , & fraudem ,
ex Rot. *dec. 152. ſub n. 4. verſ. vacatio verò, &*
*dec. 190 ſub n. 2. verſ. quia cùm ſciverint* , *&*
*ſub. n. 11. verſ. verùm , & n. 12. par. 5. recen.*
*& cor. Dunoz. Jun. d. dec. 766. ſub n. 15. verſ.*
*Attamen , & n. 16.*, *& d. dec. 114. in princip.*
*cor. Card. Cerra* .
Quid dicendum , ubi ulteriùs Oddus pa-
làm ſeſe jactavit , velle extorquere reſigna-
23 tionem , & machinari , ne ampliùs Maria
poſſet præſentare ( quod facile ſequitur ,
quandò reſignatio cadat in perſonam com-
morantis in Curia , & ubi factum ſubſequu-
tum omnia hæc acta comprobavit , ad inſtar
eorum , quæ paſſim occurrunt in longè for-
tioribus terminis , in altero ſcilicet Foro
24 Criminali , quod ſi quis nedùm minas foret
( proùt hic ) executus , ſed ſimpliciter mi-
natus eſſet , ſolituſque appareret minas exe-
qui , maximam contra ſe diceretur habere
demonſtrationem reitatis , ex collectis per
*Anton. de Ballis tractat. crim. lib. 1. qu. 12. n. 1.*
*& ſeq.* , *& n. 12.*, *Anton. Gomez var. reſolut.*
*tom. 3. cap. 13. n. 11. propè fin. verſ. undè neceſ-*
*ſario* , *Carpzon. in prax. crimin. par. 3. qu. 121,*
*num. 54.* , *Caren. de Offic. SS. Inquiſit. par. 3.*
*tit. 10. n. 96.* , *Conciol. reſol. crim. verb. Indi-*
*cium reſol. 14. n. 1. & 4.*
Atque idipſum emergebat per depoſitio-
nem alterius Teſtis , tertii in ordine , qui ( ut
ſuprà ) formiter examinatus expreſsè affir-
mavit , Oddum , poſt ſibi patefactam Mariæ
reluctantiam à præſtatione conſenſus, protu-
liſſe illa verba = *Che gli haverebbe precipitato*
*detto Beneficio, e glie l' haverebbe forſe levato per*
25 *ſempre dalla ſua Caſa* ; quamobrem non erat
dubitandum, quod in ore duorum, vel trium
ſtaret omne verbum , etiam inſpecta qualita-
te perſonali ; tertius namquè frater erat
Con-

Digitized by Google

Conſobrinus ipſius Oddi ; quintus , ultrà
Nobilitatem propriæ Familiæ , fungebatur
actuali munere Caſtellani in Arce Pia Civi-
tatis Aſculi ; ac deniquè ſextus præfulgebat
charactere Sacerdotali, ac Religioſo in Con-
gregatione S. Philippi Nerii, ſicuti in propo-
26 ſito Teſtis deponentis adversùs proprium
Affinem , vel Conſanguineum admonent
*Farinac. de Teſtib. qu.54. n.79.* , *Cenſal. dec. Lucen.47. n.20.* , Rot. *coram Priol. dec.360.*
*n.9.* , *& deciſ.372. num.5.* , & in propoſito
Viri Nobilis *Rot. cor. Gregor. dec.351. n.14.*,
*coram Buratt. deciſ.775. n.3.* , *& deciſ.2011.*
27 *num.4. cor. Coccin.* , & in ſpecie de Sacerdo-
te ejuſdem Congregationis S. Philippi fuit di-
ctum in *Foroſemproniens. Teſtamenti* 4 *Martii*
1697. §. *Nec facit* , *cor. R.P.D. meo Caprara*,
*& 11. Decembris ejuſdem Anni* §. *Agnoſcens*,
*coràm Me* .

Secundo fortius urgebat ( omiſſis reliquis
circumſtantiis latiùs expenſis per Scribentes
pro Maria , ejuſque Præſentato ) immedia-
tus , poſt minas lato ore diffuſas ab Oddo, ip-
ſius diſceſſus à Civitate Aſculana , cum ſub-
ſequenti ad Urbem adventu , in qua ſtàtim
nomine Teclæ, & Geltrudæ pro lite introdu-
cenda Commiſſionem extorſit , litteriſque
inflammatoris ad Patriam tranſmiſſis , pro-
curavit exequi libellum Citatorium inni-
xum prædictæ Commiſſioni ; quæ ſanè om-
nia apertiſſimè patefaciebant animum in-
28 troducendi litem , & obtinendi , ſubſtinen-
dique Gratiam reſignationis vigore litis
emendicatæ , ac proindè in conſequentiam
manifeſtabant etiam machinationem , & do-
lum , juxtà in ſimilibus caſibus animadverſa
in *Romana, ſeù Iannen. Teſtamenti* 2. *Aprilis*
1683. §. *Accedit, cor. clar. me. Card. Matthæjo*,
& in noſtris terminis *Arguell. deciſ.33. ſub*
*n 26. verſ. dolus autem* .

Tertio paritèr , quia hujuſmodi demon-
ſtrationes conſtipabantur à cauſa motrice ,
29 nam vix poſt admiſſionem reſignationis Od-
dus dilabi permiſerat duos Menſes , quandò
Matrimonium incontinenti contraxit , ac
30 propterea cum proculdubio per Matrimo-
nium Beneficii vacatio reſultaſſet , ad *Text.*
*in cap.1.*, *cap. quod à te, & cap. diverſis, de Cle-*
*ric. Conjug.*, & in his terminis *Rot. d. dec.766.*
*n.8. cor. Dunoz. Iun.*, *& in dicta Valentina Be-*
*neficii 26. Februarii* 1698. §. *fin. cor.* R. *P. D.*
*meo Priolo* ; Profectò & quis manu non tan-
geret , ſupradictas conjecturas , ac demon-
ſtrationes deflectere in luciciſſimam proba-
tionem , nimirùm , quod eadem lis doloſè
31 fuerit excitata, ut illam Penſionem, cui Ma-
rìa denegabat aſſenſum , Oddus obtineret à
Reſignatario etiam invita Maria , ſecundum
ea , quæ occaſione cujuſcumque ſimulatio-
32 nis, vel fraudis, concurrente cauſa ſimulan-
di , & fraudandi , obſervarunt Rot. *Iannen.*
*dec.184. n.8.* , *Aſſlict. dec.40. n.19.* , *Surd.*
*dec.23. n.17.* , Rot. *dec.594. n.3. & ſeq. par.5.*
*recent.* , *& dec.121. n.6. par.9.* cum reliquis
notiſſimis .

Quarto deniquè , ac fortiſſimè , quia, præ-
ciſivè etiam à tota maſſa harum circumſtan-
tiarum , viſum eſt Dominis , aſſ. pendentiam
litis remanere inefficacem ad finem ſtabi-
liendi reſignationem , obtinendamque adju-
dicationem favore Reſignatarii , cum quæli-
bet reſignatio de per ſe collabeſcat , & frau-
33 dolenta cenſeatur , quotiès poſt factam reſi-
gnationem Reſignans de proximo induit ſta-
tum incompatibilem cum retentione Beneſi-
cii reſignati , proùt in individuo Matrimonii
perbelle notavit *gloſſ. in d. cap. 2. verb. vel alias,*
*de renunciat. in 6.* , & poſt *Bald. in l. filiæ meæ*
*ff. ſolut. Matrim.*, proſequitur *Blaſ. Auriol. in*
*addit. ad Guglielm. de Mont. Laudun. in eodem*
*cap.2. de renunc. in 6. in ſecunda annot. verſ.*
*& dicit Bald.* , *fol. mihi* 30. *à tergo* .

Cùm igitùr ex præmiſſis eluceſceret , vel
nullam litem, quæ fundamentum eſt Gratiæ,
extitiſſe in partibus introductam de tempo-
re præſentatæ Supplicationis , vel non fuiſſe
verè, & legitimè promotam , ſed non abſque
fraude , & illegitimè contra Sacroſanctam
intentionem Summi Pontificis, Domini non
reputarunt opportunum , ſeù neceſſarium
trutinare, an eadem Lis ſuſcitata per Oddum
præſeferret etiam calumniam , cujus juſtifi-
catio dependiſſet à pluribus articulis , & ſi-
gnanter ab examine qualitatis hujuſcè Pa-
tronatus , necnon alterius qualitatis , nempe
hæreditariæ in ſupranominatis Tecla, & Gel-
truda reſpectu Joſephi , qui mediante ſolem-
ni tranſactione ceſſerat , ac transfuſerat to-
tum Jus præſentandi in alterum Joſephum
Franciſcum Mariæ Patrem , quatenùs ſine
Maſculis obiret , ut ex tenore Tranſactionis
*Summario* Mariæ , ejuſque Præſentati *num.1.*
nam quemadmodùm , juxtà uſquedùm ob-
ſervata , remanebat penitùs infecta reſigna-
tio , ſicque Beneficium non poterat adjudi-
cari Reſignatario , ità e converſò de plano
adjudicandum erat Mariano , veluti habenti
cauſam a Maria , utpote quæ tamquàm Pa-
34 trona ( data nullitate reſignationis ) ex ſub-
ſecuta vacatione Beneficii per mortem na-
turalem , vel civilem Reſignantis citrà hæ-
ſitationem legitimè valuerat præſentare ip-
ſum Marianum , ità uno Calamo affirmanti-
bus , & exigentibus rationibus allatis per
*Garz. de Beneſ. par.11. cap.3. n.34. cum duob.*
*ſeq.*, *Gratian. diſcept.835. n.2. & ſeqq.*, *ac per*
*tot.* , *Lotther. de re beneſ. lib.2. qu.14. n.84.* ,
Rot. *d. deciſ.152. n.5. & 6. par.5. rec.* , *& d.*
*dec.138. n.23. & ſeqq. cor. Bich.* , *& in d. Va-*
*lentina Beneficii* 26. *Febr.* 1698. §. *fin. coram*
*R.P.D. meo Priolo* .

Quin poſſet in præſenti Patronalem habi-
tum , ſivè qualitatem exuere ab eadem Ma-
rìa memorata litis pendentia ; Quoniam
cùm

35 cum ipſa hodie haberet pro ſe prædictam pu-
blicam, & juratam tranſactionem, in ea erat
interim manutenenda, donec per rem iudica-
tam oppoſitum ſtabiliretur, ut eſt de natura
tranſactionis, de qua Rot. *coram Peutinger.*
*deciſ.304. num.11., & in recen. deciſ.86. n.8.*
*& 9. par 6., deciſ.72. num.3. & 5. par.11., &*
*deciſ.473. num.1. par.14., & in Bononien. Bono-*
*rum 11. Decembris* 1682. *§. Nullitas, coram bo.*
*me. Emerix Jun.*

Ipſa etenim Maria filia reperiebatur, & hæ-
res Joſephi Franciſci, cui per tranſactionem,
tanquam noviſſimo ex Maſculis Familiæ de
Miglianis, devolutum erat omne Jus præſen-
tandi ab eodem Teſtatore etiam ſpecificè de-
ſignatum, & relictum favore Mariæ in ejus
Teſtamento: quamobrem cum ulterius emi-
caret, quod idem Joſeph Franciſcus ultima
vice præſentaverat ipſum Oddum, utique li-
36 cet factum præſentationis non tranſeat ad
hæredem abſque nova appræhenſione, ad *Rot.*
*coram Mantic. deciſ.*88. *num.5., & coram Mer-*
*lin. deciſ.563. num.2., & deciſ.113. num.29. co-*
*ram Priolo*; Attamen pro effectu hodiernæ in-
ſtitutionis, ſive adjudicationis exuberabat,
quod quis foret, uti Maria, hæres ultimi præ-
ſentantis, quemadmodum reſpondit *Rot. de-*
*ciſ.72. ſub num.34 ex §. Non obſtat, uſque ad*
*fin., par.11. recen., & deciſ.176. n.4. par.15.,*
*& deciſ.693. num.8. coram Card. Cerro, & in*
*Iſclana Beneficii* 16. *Martii* 1696. *§. Neque eſt*
*contraria, &* 18. *Junii ejuſdem Anni §. Proba-*
*to, & ſeq. coram R.P.D. meo de la Tremoille,*
*& in Hipporegien. Præpoſituræ* 27. *Iunii* 1698.
*§. fin. coram R.P.D. meo Pio.*

Et ita utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

PRæceſſit hanc Deciſionem altera Deciſio
jam impreſſa in ordine *la* 35. & poſtmodum
ſubſequuta eſt altera *ſub die* 8. *Martii* 1700.,
quæ inferius opportune regiſtrabitur cum fi-
nali tandem expeditione Cauſæ *ſub die* 7. *Ia-*
*nuarii* 1701. uſque ad condemnationem, & ta-
xationem expenſarum, quæ implicat rem ju-
dicatam, prout ſuo loco pariter inſeretur, &
explicabitur caſus.

Diximus, quod taxatio expenſarum impli-
cat, & ſupponit rem judicatam; nam etiam
quando Signatura Juſtitiæ reſcribit, vel = *De*
*cauſis reſtitutionis in integrum*, vel = *Conſtito*
37 *de re judicata*, Domini quidem de Rota in re-
ſcripto ad normam Dubii (quod ſemper de-
ſumitur à ventre Commiſſionis, & reſpective
Judicati antecedentis, quando Cauſa abſque
formali diſputatione devolvitur ad Sacrum
Auditorium) reſpondere ſolent in caſu, quo
illis videatur validum, & juſtum Judicatum
antecedens = *Conſtare de re judicata*, vel,
quod idem eſt, = *Non conſtare de cauſis reſti-*
*tutionis in integrum*; Sed Ponens, ſeu Rela-
38 tor, qui debet proferre Sententiam, quic-
quam in ea non dicit circa eandem rem judi-
catam, vel denegatam reſtitutionem in inte-
grum, ſed directe procedit ad taxationem
expenſarum, quæ jam involuit præſuppoſitum
rei judicatæ, ſive Cauſæ finitæ; alias quippe
39 non eſſet locus taxationi expenſarum, quæ
ſolummodo fit finitâ Causâ, ſive, ut dicunt,
in fine litis, *Dec. in Cap. Paſtoralis* 53. *§ Ve-*
*rum verſus fin. verſic. poſtremo non omitto ſub*
*num* 29. *& ſeqq. de appellat., Gratian. diſcept.*
*for. cap.349. n.6. & 8., & per tot., Aſin. in*
*prax. Iudic. §. 32. cap.12. ſub n.3., & ſub n.4.*
*verſic. verum ſi recte, & n. ſeqq., Mandoſ. de*
*inhibit. quæſt.106. poſt med. verſ. idem, & ſic con-*
*tra n.2., Lancellott. de attentat. par.2. cap.12.*
*limit.12. à n.2. & ſeqq. præcipuè n.5., Scacc. de*
*appell. quæſt.3. n.55. §. Contra hanc, Rot. de-*
*ciſ.46. de ſent. & re judic. in antiq., & dec.460.*
*n.3. coram Emerix Jun., et inter recollect. per*
*Modernum Aſculan. ad Statut. Urb. deciſ.190.*
*n.2.* cum aliis *in annot. ad deciſ.1. n.6. inter ha-*
*ctenùs impreſſ. coram Me.*

Eaque eſt ratio, quia cum donec lis non
fuerit finita poſſet contingere, quod ſuccum-
40 bens in primis Inſtantiis vincat in ulteriori,
refectio autem expenſarum à Jure demande-
tur in pœnam temere litigantium, ad *Text.*
*in l. properandum* 11. *§. Sin autem, C. de Judic.*
41 temere litigans dici non poteſt, niſi is, qui in
progreſſu dignoſcens, malum jus fovere, liti
non renunciat, aut qui obdurato animo obſi-
ſtit uſque ad declarationem rei judicatæ, ſi-
cuti non ignorant omnes Practici, & animad-
vertunt *Cuman. conſ.74. col.2., Surd. conſ.437.*
*n.38., Cyriac. contr.636. n.17.,* Rebuff. *de damn.*
*expenſ., et intereſſ. gloſſ.1. n.14., Veſtr. in prax.*
*lib.8. cap.2. n.10., Ridolphin.* paritèr *in prax.*
*Iudic. par.1. cap.13. n.607., Guid. Pap. deciſ.*
137. *in princ., ubi* Ranchin.*, Fontanell. deciſ.96.*
*n.9. et* 10.*,* Rot. *deciſ.180. n.1. et 9. cor. Priol.,*
*et in recen. deciſ.370. n.9. par.1., et deciſ.522.*
*per tot. par.14. quæ eſt Votum* Gaſtaldi.

Dari quippè poteſt caſus, quod à contrario
procumbens in primis Inſtantiis triumphet in
42 poſtremis; & tunc, quia victoria conſiſtit in
ultimo extremo, non ſolum noviſſimo loco
Victor exiſtens nihil reficit circa præcedentes
Inſtantias, in quibus Cauſam amiſit, ſed de
ſtylo Tribunalis ei reficiuntur (in ordine ta-
men ad expenſas extrajudiciales) ſcuta de-
cem pro qualibet Inſtantia, ac ſi & in illis vi-
43 ciſſet, niſi victoria fuerit bipartita, ſivè di-
midiata; in his namque terminis intrat com-
penſatio ad ratam victoriæ, ac reſpective re-
fuſio, ſecundum quotidie practicata, & pari-
ter animadverſa penes *Barboſ. in l. eum, qui te-*
*merè n.115. & ſeqq. ff. de Iudic., Faber in Cod.*
*lib.4. tit.21. definit.20. n.13., Surd. conſ.142.*
*n.1., Coſt. de rat. rat. quæſt.68. n.8., Chartar.*
*deciſ. Ianuen.57. n.1. & ſeqq., Rot. deciſ.339.*
*n.4. coram* Manzaned. *deciſ.2022. n.1. & 2. co-*

*ram Coccin. deciſ.133, n.4. deciſ.460. n.1.*, & *deciſ.1293. n.5. coram Emerix Iun.*, & *deciſ.214. n.1. par.15.*, & *in Romana Filiationis ſuper expenſis 23. Ianuarii 1705.* §. *Sententia enim*, *coram R.P.D. Priolo*.

Præſens *Deciſio* agit de Theſi ad modum
rara circa derogationem Juris Patronorum ex
cauſa litigii inter eoſdem Patronos ex rationibus,
& fundamentis adductis in ipſa *Deciſione*; Verum quia Papa non intelligit deve-
44 nire ad hanc derogationem, quando hujuſ-
modi litigium fundabatur in lite calumnioſa;
idcirco, quando hæc dicatur talis, poterit videri in mea præcedenti *deciſ.4. n.11.*

Cœterum quoties bona fides interceſſiſſet,
45 eo caſu non curatur de differentia Iuriſpatro-
natus, an illud exiſtat Eccleſiaſticum, vel laicale,
ac, ut alii volunt, etiam Regium. ex
*Card. de Luc. de Benefic. diſc.92. n.20. & 21.*, & *de Iurepatr. diſc.1. n.10. & 11. diſc.43. n.16.*, & *diſc.67. n.2.*, *Rot. deciſ.927. n.1. coram Buratt.*, & *in recen. deciſ.599. n.13. & ſeqq. tom.3. par.4. deciſ.607. n.3. & ſeqq. par.5.*, & *deciſ.295. n.7. & 8. par.6.*

Sicuti neque curatur de differentia, an va-
46 catio Beneficii, præſertim ſequuta in Curia,
proceſſerit ex morte naturali, ſive civili, *Paſſerin. in cap. ſi ii 2. n.4. ut lit. pendent. in 6.*, & *ibi cæteri Scribentes*, *Card. de Luc. de Benefic. d. diſc.92. n.24.*, *et de Iurepatronat. d. diſc.67. n.3.*

Clauſula, quæ ſolet apponi in hiſce Dero-
gatoriis medietatis vocum, vel etiam in to-
47 tum: *dummodò non ſit alteri jus quæſitum tem-
pore datæ* = non impedit eamdem Gratiam,
quominus exequutioni demandetur, licet Patroni
ante tempus datæ præſentaſſent, niſi incontinenti
conſtet de claro jure Patroni, *Rot. deciſ.1247. n.4. cor. Emerix Iun.*, & *in Legionen. Parochialis 15. Ianuar. 1703.* §. *Idque non obſtante*, & *ſeqq.*, ubi quando non dicatur incontinenti
conſtare de Iurepatronatus, *coram bo. me. Pio*, & *in Vrgellen. Canonicatus 30. Iunii 1704.* §. *fin. coram R.P.D. Caffarello*.

Et tamen intelligendum venit in terminis,
48 in quibus tractatur de Iudicio poſſeſſorio, cu-
jus favore non venit retardantus effectus exequutionis;
alias ubi lis exiſtat in Iudicio quomodolibet
petitorio, utpote promoto, ac vigente
inter Patronos, & Ordinarium vindicare
ſatagentem libertatem Beneficii, expectandus
ex exitus litis, cum Patroni in his circumſtantiis
non impediantur pendente lite continuare
in prætenſo ab eis jure præſentandi, *Lancellott. de attentat. lit. pendent. par.2. cap.4. in præfat. n.510. et ſeqq.*, *Lotter. de re benefic. lib.2. quæſt.20. n.5.*, *Card. de Luc. de Benefic. diſc.92. n.42.*, *Rot. deciſ.591. n.12. et 13. coram Rembold.*, *et deciſ.262. n.13. et ſeqq. cor. Ottbobon.*, *et in Mediolanen. Iuriſpatronatus ſuper Manutentione 15. Iunii 1703.* §. *Pendentia*, *coram R.P.D. Scotto*.

Ad ornatum hujus Deciſionis, in qua diximus,
credendum eſſe Teſtibus ex Familiis No-
49 bilibus Civitatis Aſculi, quæ ſint hæ Familiæ
Nobiles, & quomodo in tres ordines diſtinguantur,
& an faciant, necne Nobilitatem,
videri poſſunt tam tradita per ſatis notum Hyſtoricum
*Majolinum Biſaccionum verb. Aſcoli fol. 431. poſt med. verſ. mà per ben'intendere in che conſiſtono queſti trè gradi*, quam diſpuncta,
atque concluſa apud Sacram Religionem Hieroſolymitanam
*die 4. Januar. 1697.*, ut in ejus
Decreto §. *Volſe*, *et* §. *Se bene un tal Pacifico*,
confirmato *die 14. Februar. 1701.* §. *Con licenza*,
& firmata per *Rotam in Aſculana Fideicommiſſi, ſeu Domus ſuper melioramentis 21. Aprilis 1704.* §. *Nec relevat*, *coram Reverendiſſimo P. D. Molines Decano*, ubi quod unicus diſtinctivus
generoſæ Nobilitatis eſt Ordo Conſularis.

Circa tandem ea, quæ habentur *in hac Deciſione in fine*, an, & quando jus præſentandi,
ſive quaſi poſſeſſio tranſeat in ſucceſſorem
50 ultimi præſentandis, notandum eſt, quod etſi
factum quaſi poſſeſſionis non tranſeat in ſucceſſorem,
pertranſit tamen jus, ex quo agitur
de jure incorporali, ità diſtinguente *Rota in recen. deciſ.374. n.24. par.11.*, & *in Mediolanen. Prioratus 11. Decembris 1699.* §. *Quo verò*, *et 15. Februarii 1700.* §. *Ad patefaciendum*, *coram Reverendiſſ. P. D. Molines Decano* & *14. Februar. 1701.* §. *Quoniam*, *coram R.P.D. Scotto*, & *5. Maii 1702.* §. *Nec dicatur*, *coram R. P. D. Priolo*, *Mediolanen. Cappellaniæ 22. Junii 1703.* §. *Minuſque*, *coram Reverendiſſimo
51 P. D. Molines Decano*, itaut niſi tranſeat fa-
ctum ipſum præſentationis, tranſeat tamen
effectus ejuſdem facti, *d. Mediolanen. Prioratus 14. Februarii 1701.* §. *Authoritates*, *coram R.P.D. Scotto, et in Lucana Beneficii 21. Martii 1703.* §. *Quoniam*, *coram bo. me. Muto*: præſer-
52 tim, ubi non opponatur ſtatus anterior magis
dilucidè comprobatus, *Rot. in d. Mediolanen. Cappellaniæ 22. Junii 1703. d.* §. *Minuſque in fine coram Reverendiſſ. P. D. Molines Decano*.

Nulla habita diſtinctione inter Juſpatronatus
geutilitium, ſive hæreditarium, quemadmodum
in propoſito Juriſpatronatus gentilitii
habetur *in Mediolanen. Prioratus 14. Februarii 1701.* §. *Nec obſtare*, & *ſeqq. coram R.P.D. Scotto*, & *5. Maii 1702.* §. *Nec dicatur*, & *ſeqq. coram R.P.D. Priolo*, *et in d. Lucana Beneficii* 21. Martii 1703. §. *Quod verò*, & *ſeqq. coram bo. me.* Muto, & quoad Juſpatronatus hæreditarium,
*eodem Rot. in d.* Mediolanen. *Cappellaniæ 22. Iunii 1703.* §. Minuſque, *coram Reverendiſſimo P.* D. Molines Decano.

Intelligenda tamen venit concluſio, ut procedat,
quando Jus præſentandi non exiſtat
53 qualificatum ( ex. gr. ) pro *Seniore*, *magis
Idoneo*, *Nobiliore*, cum ſimilibus; nam tunc
requiritur antecedens juſtificatio hujuſce concurrentis
qualitatis, *Moderuus Romanus diſcept.*

*ſcept. Eccl.28. n.8. in fin.* Rot. *dec.824. n.8.& 9. cor. Molin., & in d. Lucana Benef.21. Martii* 1703. §. *Quod vero, & ſeqq. cor. bo. me. Mu-*
54 *to*, præcipue, ſi hujuſmodi qualitas volita
appareat a Fundatore in omnibus ſucceſſive vocatis, & an, & quando cenſeatur volita, late *in Mediolanen. Coppellaniæ* 9. Maii 1701. §. *Nec dicatur, & ſeqq. cor. R.P.D. Priolo, & 5. Maii* 1702 §. *Nil relevante, cor. Eodem*.

Intellige rurſus hæc omnia etiam ad effe-
55 ctum manutentionis, uti fuit ſupra judicatum, quemadmodum cæteris adductis oſtendit *Rot. in Mediolanen. Iuriſpatronatus ſuper Manutentione 15. Iunii* 1703. §. *Fuſtra, coram R.P.D. Scotto*.

Intellige demum, hæc omnia procedere,
56 ſi controverſia non ſit cum altero Patrono effective exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, cum illius factum, & jus vincat habentem ſolum jus, Rot. *dec.344. n.4. cor. Dunoz Iun., & in Iſclana Beneficii* 18 *Iunii* 1698. §. *Quia, ut patet, coram* D. *Card. de la Tremoille*.

Altera, quæ concernunt materiam *Deciſionis* ſuper machinatione, colluſione, & fraude in hac materia Beneficiali, ſuo loco, &
57 tempore regiſtrabuntur inferius; interea videri poterunt pulchre nuper diſcuſſa, & examinata circa hanc materiam fraudolentę reſignationis in *Tarraconen. Parochialis 15. Junii* 1703. *cor.* R.P.D. *Ansanna, & in Mediolanen.* Beneſitii *5 Martii, & 2. Junii* 1703. *cor.* R P.D. *Caffarello, & 15. Februarii* 1704. *cor.* R.P.D. *Scotto*.

## ROMANA IMMISSIONIS.

*Lunæ 6. Aprilis* 1699.

## ARGUMENTUM.

Mater ex diſpoſitione Statuti Urbis an ſuccedat filio ab inteſtato, quoties iſte poſt ſe reliquit fratres, aut ſorores, & quatenus non ſuccedat, an ei ſaltem debeatur legitima, & in qua quantitate: Plura de tranſmiſſione hæreditatis non agnitæ, & de triplici ſpecie tranſmiſſionis. Statutum excluſivum fœminarum propter maſculos an intelligatur de maſculis ejuſdem Matrimonii, vel potius, ut maſculi unius Matrimonii poſſint excludere fœminas alterius: Et plene diſſeritur, an, & quando confeſſio debiti facta per Patrem in Teſtamento attendatur, necne in præjudicium, ac diminutionem legitimæ filiorum, cum aliis, de quibus in *Summario*.

## *SUMMARIUM.*

1 *Mater de Jure communi ab inteſtato ſuccedit filio una cum illius Fratribus, & Sororibus.*

2 *Succeſſio inter tranſverſales competit in ſtirpe, & non in capita per viam repræſentationis.*

3 *Hæres repræſentat perſonam defuncti reſpecta omnium Jurium, quæ illi competebant.*

4 *Mater ex diſpoſitione Statuti Urbis* lib.1. cap.146. *non ſuccedit filio ab inteſtato, quoties ille Fratres poſt ſe reliquit.*

*Secus ſi reliquerit dumtaxat Sorores, quia tunc Mater æqualiter cum illis ſuccedit, num.5.*

*Et in caſu, quo Mater non ſuccedit ob exiſtentiam Fratrum defuncti filii, adhuc illi debetur legitima ex diſpoſitione dicti Statuti, n.6.*

7 *Legitima debita Matri per Statutum excluſæ a ſucceſſione filii an ſit tertia totius hæreditatis, vel potius tertia illius portionis, quæ alias ei ab inteſtato competiiſſet, & n.8. et 9.*

10 *Hereditas non adita regulariter non tranſmittitur.*

11 *Tranſmiſſio tranſmiſſionis in Iure non admittitur.*

12 *Filius jure ſuitatis tranſmittit Paternam hæreditatem etiam non agnitam ad ſuos legitimos hæredes.*

13 *Aditio hæreditatis reſultat eo ipſo, quod hæres ſoluit, aut ſe obligat ſolvere aliquod debitum hæreditarium.*

14 *Dominium, & poſſeſſio locorum Montium ſtare cenſetur penes eum, in cujus faciem tranſlata reperiuntur.*

15 *Aditio hæreditatis probatur ex poſſeſſione bonorum defuncti.*

16 *Filius in favorabilibus præſumitur hæres Patris.*

17 *Tranſmiſſio* jure Sanguinis, *quæ dicatur, & quomodo, & in quos fiat.*

18 *Tranſmiſſio juris deliberandi ad hoc, ut locum habeat, quid requiratur.*

19 *Hæres ignorans, hæreditatem ſibi fuiſſe delatam, tranſmittit ad ſuos hæredes Ius illam adeundi mediante beneficio reſtitutionis in integrum.*

*Iſtaque reſtitutio in integrum non præſcribitur, etiamſi lapſi forent centum Anni a die delatæ hæreditatis, n.21.*

20. *Ignorantia Iuris de facili præſumitur in Muliere.*

22 *Fœminæ de Iure communi ſuccedunt una cum fratribus maſculis Patri, vel Matri ab inteſtato defunctæ.*

*Amplia, licet agatur de filiis ex diverſo Matrimonio ſuſceptis, n.23.*

*Ita tamen, ut teneantur conferre quidquid ab Aſcendente defuncto habuerunt titulo Dotis, aut donationis, n.24.*

25 *Statutum Florentiæ* lib.2, rubr.130. *quid diſponat circa ſucceſſionem in hæreditate Matris, & Aviæ, & n.36.*

26 Dictio niſi *poſita poſt orationem negativam affirmat, & e converſo negat, ſi adiiciatur orationi affirmativæ.*

27 *Frater uterinus excludit Sororem ſtante Sta-*

*Statuto excluſivo fœminarum propter maſculos.*

*Et quid, ſi agatur de hæreditate Matris, & Statutum reſpiciat contemplationem agnationis, n.29.*

28 *Statutum excludens feminas propter maſculos ab hæreditate Matris, non cenſetur habuiſſe reſpectum ad motivum conſervandæ agnationis, ſed ſolum ad puram maſculinitatem.*

*Declara, ut n.30.*

31 *Statutum Florentiæ* de ſucceſſ. ab inteſt. *excludit feminas propter agnatos maſculos uſque ad octavum gradum.*

32 *Statutum excluſivum fœminarum propter maſculos non habet locum in hæreditate Matris.*

33 *Statutum excluſivum feminarum propter maſculos intelligitur de maſculis ejuſdem Matrimonii, ſecus, ſi maſculi unius Matrimonii ſatagant excludere feminas alterius Matrimonii, & n.35. 37. & 40.*

34 *Statutum excluſivum feminarum ita interpretari debet, ut minus, quam fieri poteſt, lædat Ius commune.*

38 *Statutum Florentiæ excludens fæminas propter agnatos maſculos uſque ad octavum gradum, reſervat Matri quartam partem bonorum per ſpeciem legitimæ.*

39 *Iura ſucceſſionis debent eſſe reciproca, itaut unus nequeat alteri ſuccedere, ſi iſte illi ſuccedere non poſſet.*

41 *Renunciatio realis, & abdicativa operatur, ut renuncians habeatur pro mortuo.*

42 *Renunciatio mere translativa efficit, ut renuncians ſuccedere valeat, ad utilitatem tamen renunciatarii, non vero ad proprium commodum.*

43 *Rota Romana dicitur Magiſtra omnium Doctorum, & Tribunalium.*

44 *Legitima quando ſit tertia tertiæ, vel tertia totius hæreditatis, remiſſive.*

45 *Augumentum, aut diminutio contingens in valore bonorum hæreditariorum an, & quando proportionabiliter cedat in commodũ. vel damnum legitimarii, remiſſive.*

49 *Diminutio valoris corporum hæreditariorum non cedit damno legitimarii, ſed ſolius hæredis.*

*Et de ratione, n.50.*

*Et declarantur contrariæ* Anthoritates. *n.47. 48. 49. 50. 51. & 52.*

53 *Legitima detrabitur ſolummodo de bonis repertis in hæreditate Aſcendentis de tempore ejus obitus.*

54 *Verba* = per altrettanti = *præſupponunt antecedentem ſolutionem æquivalentis quantitatis.*

*Intellige, ut n.68.*

55 *Legitima eſt quota Bonorum hæreditariorum Patris, vel alterius Aſcendentis.*

56 *Confeſſio Patris circa debitum, de cujus ſubſiſtantia aliunde non conſtat, non præjudicat filio in ſua legitima.*

*Amplia primo, ſive talis confeſſio ſit facta in Teſtamento, ſive in aliqua ſcriptura inter vivos, n.57.*

*Amplia ſecundo, licet agatur de confeſſione facta in exonerationem Conſcientiæ, num.58.*

*Amplia tertio, licet talis confeſſio ſit jurata, n.59.*

*Amplia quarto, licet hujuſmodi confeſſio facta ſit in executionem alicujus Contractus, puta venditionis, quod exemplificatur, n.60.*

*Declara omnes prædictas concluſiones, ut n.61. uſque ad 64.*

65 *Legitima non detrahitur ex ea quantitate, quam Pater pro modo facultatum, & ejus conditionis mandavit diſtribui in eleemoſynas Pauperum.*

*Intellige, ut n.74. 75. 77. & 78.*

66 *Verba* - per valuta inteſa - *adiecta in literis Cambii, ſignificant, pecuniam non fuiſſe ſcribenti numeratam.*

67 *Verba* - valuta havuta in contanti - *adiecta in litteris Cambii important effectivam numerationem pecuniæ factam ſcribenti per eum, cujus favore fuerunt inſcriptæ.*

69 *Confeſſio Mutui, vel alterius debiti facta per Maritum favore Uxoris reſolvitur in donationem de Jure prohibitam inter Virum, & Uxorem.*

*Idemque procedit, quando Maritus emendo aliquam rem fatetur pretium ſolvere de pecuniis ſuæ Uxoris, n.70.*

*Et quid, ſi talis confeſſio ſit veriſimilis, vel aliunde adminiculata, n.72.*

71 *Legitima debetur filio etiam de Bonis alienatis per Patrem ex cauſa mere lucrativa, puta donationis.*

*Non tamen directe debetur ſuper bonis taliter alienatis, ſed mediante illorum computatione in calculo hæreditatis, ibid.*

73 *Præſumptio* l. Quintus Mutius, ff. de donat. inter Vir., & Uxor. *non procedit, quoties aliunde probatur, quod Mulier habebat bona extradotalia, vel induſtriam honeſte lucrandi.*

76 *Legitima non minuitur per legata pia etiam relicta pro celebratione Miſſarum, & de ratione.*

*Nec per impenſas funeris immoderatas, vel alias excedentes conditionem perſonæ defuncti Aſcendentis, n.79.*

80 *Legatum a Debitore non agnitum an peti valeat ab illius Creditoribus, remiſſive.*

DE-

## DECISIO LXXXIV.

DEffuncto Andrea, non levis controverſia
exorta eſt inter Philippum ejuſdẽ An-
dreæ ex Magdalena Sorore Pronepotẽ
ſuper rata, & modo ſuccedendi adverſus Ho-
ratium ex Catharina altera Sorore Nepotem,
cumque in eadem controverſia A. C. Judex
primæ inſtantiæ pronunciaſſet, utrique ex
contendentibus competere medietatem ſuc-
ceſſionis, Rota tamen cenſuit ſub hodierna
propoſitione, immiſſionem, quam expetebat
Philippus, nequaquam concedi poſſe, niſi
pro tertia parte ejuſdem hæreditatis.

Quoniam animadverſum fuit, Andream
abſque Teſtamento obiiſſe in minori adhuc
ætate, Annorum ſcilicet 17., ſuperſtite ſibi
Thomaſia Matre, nec non Magdalena, &
Catharina Sororibus, ſicque eum juxta le-
ges, & noviſſima præſcripta in ſucceſſioni-
1 bus ab inteſtato Mater admiſſa reperiatur ad
æqualiter ſuccedendum defuncto filio cum
Fratribus, & Sororibus ab eodem moriente
relictis in quoddam ſolatium amiſſi pignoris,
ſeu filii, ad celebrem *Authent. Defuncto*,
*Cod. ad S. C. Tertull., Rittershuſ. ſuper No-
vell. Iuſtin. par. 7. cap. 10. n. 7., Forſter de ſuc-
ceſſ. lib. 7. cap. 5. per tot. Craſſ. in §. ſucceſſio ab
inteſtat. qu. 23. n. 1. Barii de ſucceſſ. lib. 18. tit.
2. n. 2., Rot. dec. 709. n. 3. cor. Dunoz. Jun. &
dec. 171. cor. ſa. me. Alex. VIII., & dec. 128.
par. 14. rec.* utrobique *n. 1.*

De plano ſequebatur, quod cum eadem
Thomaſia, quæ de Jure ſortita fuerat tertiam
partem in hac ſucceſſione filii prædefuncti,
ſcripſerit in omnibus ſuis bonis, & Iuribus
hæredem Horatium ex memorata Cathari-
na filia Nepotem, is ad normam ſtabilimen-
torum Iuris naſciſci debebat duas ex tribus
partibus controverſæ hæreditatis, alteram
ſcilicet ex propria perſona, tamquam ve-
niens repræſentative ex Matre Catharina ad
æquam ſucceſſionem cum Philippo Prone-
2 pote ex Magdalena, ſecundum ſuccedendi
modum inter tranſverſales in ſtirpes, & non
in capita per viam repræſentationis in una-
quaque Collaterali linea præſcriptum, ex
*Text. in §. hoc itaque, Auth. ut fratrum filii
&c.* & alteram ex perſona Thomaſiæ Aviæ,
quæ eumdem Horatium in omnibus ſuis bo-
3 nis, & Juribus, ut præmiſimus, hæredem ef-
fecerat, ad terminos alterius juridicæ repræ-
ſentationis, quæ datur in hærede reſpectu
Jurium, quæ competebant defuncto, per
*Text. in §. 1. in fine, Authent. de Jur. a mo-
rient. præſtit., Cyriac. controv. 212. n. 23., Ro-
bles de repræſent. lib. 1. cap. 2. n. 3., Surd. deciſ.
310. n. 2., Sperell. dec. 169. n. 25. Rot. dec. 590.
n. 29. & 30. par. 4. tom. 3. rec.*

Abſque eo, quod in minimo urgere poſ-
ſet adverſus hujuſmodi reſolutionem obie-
ctum, cui perperam pro parte ſua contende-
bat inniti Philippus, nempe quod portio, ut
ſupra, de Jure obtingens ab inteſtato Matri,
ac transfuſa ex mox ponderatis in Hora-
tium, foret reſecanda, ſtante Statuto vigente
in Urbe, Matres a ſucceſſione filiorum ex-
4 cludente, ſicuti legitur *in cap. 146. lib. 1.*,
adeout dempta de medio perſona Thomaſiæ
(quemadmodum judicaverat A. C. hæredi-
tas Andreæ partienda foret inter Horatium,
ipſumque Philippum Actorem pro virili,
ſive pro æquali ſucceſſione: Motivum ſiqui-
dem ſubſiſtere potuiſſet, quando Philippus
ab aliquo maſculo Andreæ fratre deſcendiſ-
ſet, ſed dum derivabat a Magdalena Sorore
Andreæ, & Avia reſpective ipſius Philippi,
dubio procul, & ad oculum reſpectu ſupra-
dictæ ratæ competentis Thomaſiæ, ceſſabat
5 ſanctio Municipalis Statuti Urbis, quod in-
tantum arcet a luctuoſa filii ſucceſſione ip-
ſam Matrem, inquantum agatur de maſcu-
lis, non enim Statutum fœminas, & maxime
Matrem, propter fœminas excludit, ſed ſo-
lum propter maſculos, ac contemplatione
agnationis, & qualitatis maſculinæ, quem-
admodum perpetuo ſuper eodem Statuto
dictum fuit, & ſignanter *in dec. 115. §. acce-
dit, & dec. 128. per tot. poſt Fenzon. ad Statut.
Urb., & coram Merlin. dec. 471. n. 25. & ſeqq.*,
& late *in dec. 185. ex n. 7. cum plur. ſeqq. coram
Card. Cerro.*

Stante autem hoc Inevitabili fundamen-
to, non opus habuere Domini diſcutere ſub-
alternam Horatii reſponſionem, nempe
quod quando etiam Thomaſia, quæ Ius ſuæ
conſucceſſionis transfuſerat in eumdem, re-
putari poſſet a filii hæreditate, & ſucceſſione
6 depulſa, atque excluſa per ſupradictum Ur-
bis Statutum, adhuc tamen cum idem Statu-
tum expreſſe perſervet Matri legitimam,
hæc pariformiter de Iure aſcenderet ad ter-
tiam vigore *Authent. de trient. & ſemiſſ.*, &
idcirco ſemper altera tertia, ultra propriam,
ſpectaret ad Horatium ex perſona Thoma-
ſiæ: Super hoc etenim puncto valde debile
fundamentum erigi valebat, licet namque
7 profundiſſima ſit quæſtio, utrum in hiſce
ſimilibus caſibus legitima ſit tertia totius
hæreditatis, vel potius tertia illius portionis,
quæ legitimario competiiſſet in ſucceſſione
ab inteſtato, prout ſubtiliter diſputavare
*Spad. conſ. 300. lib. 3., Mareſcott. var. reſol. lib.
1. cap. 10., Bellon. de Iur. accreſc. cap. 6. q. 16.
n. 9. cum ſeqq., Card. de Luc. de legit. diſc. 10.
ex n. 27. uſque ad finem*, atque alii paſſim.

In hujuſmodi tamen articulo, excepto ca-
ſu, in quo adſit de medio Teſtamentum il-
lius, a cujus bonis detrahi debeat legitima,
quodque data etiam ruptura ejuſdem Teſta-
menti per contratabulationem Aſcenden-
tis, ſive legitimarii, adhuc fieri neceſſe ſit
reſtitutio hæreditatis vigore Clauſulæ Co-
dicillaris hæredibus ſcriptis in Teſtamento
contratabulato, in quibus ſane terminis pa-
rum

Digitized by Google

8 rum intereſt, cauſam reduci ab inteſtato, ex
quo Fratres, vel Sorores, ſtante prædicta ob-
ligatione reſtituendi hæreditatem inconti-
nenti in vim Codicillorum, remanent hære-
des nomine tenus, itaut dum in ſubſtantia
nec contra tabulare, nec ſuccedere poſſent, ac
facere concurſum effectivum in ipſa ſucceſ-
ſione, neque etiam illum facere valeant in
diminutionem, & præjudicium legitimæ de-
bitæ Matri, vel aliis Aſcendentibus, ſed ea-
dem legitima, remoto tunc vero concurſu,
& cum effectu, remaneat tertia totius hære-
ditatis, ut fuit ſolemniter poſt plures diſcuſ-
ſiones definitum in noſtro Tribunali *in Ro-
mana, ſeu Ianuen. legitima 26. Martii, & 15.
Iunii 1685. cor. clar. mem. Card. Matthæio,
17. Iunii 1686. cor. bo. me. Benincoſa 9. De-
cembris ejuſdem Anni, & 54. Aprilis 1687.
cor. clar. me. Card. Caccia, & 20. Februarii
1688. cor. bo. mem. Urſino.*

Certe in aliis caſibus, in quibus nullum
intercedit de medio Teſtamentum, ubi reve-
ra Mater a maſculis excluderetur a ſucceſ-
ſione per ordinationem Statuti, licet eidem
Matri per ipſum Statutum reſervaretur le-
9 gitima, nihilominus ex hoc capite præten-
dere non valeret, niſi tertiam tertiæ, hoc eſt
illius portionis, quæ ſibi competiiſſet ab in-
teſtato, tunc quippe Fratres maſculi exclu-
dentes Matrem ope Statuti pluſquam in ef-
fectu ſuccederent, & legitima eidem reſerva-
ta perſiſteret in ſui vera quidditate, quæ eſt,
ut ſit tertia portionis ab inteſtato per Ma-
trem, ſi ſuccederet, capeſſendæ, quemadmo-
dum egregie reſponſum, & obſervatum fuit
ſub hac diſtinctione *in Romana legitimæ 2.
Aprilis 1688. §. firmato, & §. Atque hinc, co-
ram Reverendiſſ. D. meo Decano*, & generaliter
dicunt *Maſcott. var. reſol. dicto cap. 10. n. 14.
& 15. lib. 1., Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 4. q.
7. n. 2., Rot poſt eumdem dec. 39. n. 3., & coram
Millin. dec. 74. n. 4.*, & alibi paſſim.

Atque hæc Domini facile reſolverunt cir-
ca obiectionem Philippi; Sed & non minus
inſubſiſtentes e converſo apparuerunt op-
poſitiones promotæ pro parte Horatii ad eli-
minandum totaliter ab hujuſmodi ſucceſſio-
ne ipſum Philippum: Verſabantur namque
in eo, quod idem Philippus non valeret ad
hanc adſpirare ſucceſſionem, ex quo An-
dreas, qui, ut præmiſimus, fato ceſſit in mi-
nori ætate conſtitutus, nulla haberet bona
propria ex aliquo ſuo particulari peculio
ſive adventitio, ſive Caſtrenſi acquiſita,
quamobrem in ſubſtantia ageretur de hære-
ditate Horatii Sen. Patris Andreæ, quam
numquam agnoviſſe prætendebatur ipſum
Andream filium, & minorem, quinimo ubi
conſtaret etiam de hujuſmodi agnitione le-
gitime facta, attamen ſubintraret aliud po-
tentius fundamentum pro excluſione ejuſ-
dem Philippi, quia ſcilicet Magdalena Avia,
& reſpective Soror Andreæ, & a qua ſolum
metiebatur proprium Ius Philippus, deceſ-
ſerit pariter abſque ulla agnitione quoad
hæreditatem Andreæ fratris, quodque proin-
de nedum duplici via, ſeu medio ad memo-
rati Philippi excluſionem locum ſibi vindi-
10 caret concluſio, præcipue adverſus Reum,
& poſſeſſorem, prout erat Horatius, quod
hæreditas non adita non tranſmittitur, juxta
*Text. in l. ſi ex plurib., ff. de ſuis, & legit., &
in l. unic. §. In noviſſimo autem, Cod. de caduc.
toll., & in l. 2. Cod. ad. S.C. Orfician.* cum con-
cordan. apud *Peregr. dec. Putan. 551. per tot.
Magon. dec. Florent. dec. 17. n. 5., Capyc. Latr.
dec. 81. n. 1. & 2.* cum reliquis vulg

Verum quoque peraugeretur amaritudo,
quoniam ulterius, ut præmiſimus, deficiente
in Magdalena poſitiva agnitione hujus po-
ſtremę ſucceſſionis, rurſus neceſſe haberet
Philippus recurrere ad pręſidium alterius
tranſmiſſionis, nempe (ut melius liquet in
Arbore ſuperius deſignata) a perſona ejuſ-
dem Magdalenę in Camillam filiam, ſive ob
intermedium deceſſum ejuſdem Camillę in
11 Philippum Actorem, adverſus reluctantiam
regularum Iuris expreſſe conclamantium,
& occurrentium, ne detur tranſmiſſio tran-
ſmiſſionis, ex plene firmatis per *Ruin. conſ. 161.
n. 9. in fin. verſ. Et ideo, & n. 10. cum duobus
ſeqq. lib. 3., Burſatt. conſ. 61. n. 6. cum. ſeqq.,
Fab. de Anna. conſ. 1. n. 19., Altograd. lun.
controv. 53. ſub n. 41. verſ. Secundo quia, Rot.
dec. 35. n. 9., & 10. par. 16. rec.*

Subverſum quippe facillime fuit primum
obiectum; pręter enim quam quod idem
Andreas erat filius, & impubes, ac ſucceſſive
deceſſit in minori ętate, atque ſub Patria
poteſtate reperiebatur de tempore deceſſus
ejuſdem Horatii Sen. Patris, quo caſu, abſ-
12 quę alia neceſſitate poſitivę agnitionis, de-
benignitate Iuris intraſſet validius caput
tranſmiſſionis, quod nuncupatur *Iure Suita-
tis*, quę operatur, citra ullam agnitionem
tranſmitti per ſuum in poteſtate exiſtentem
Paternam hęreditatem ad quoſcumque le-
gitimos hęredes etiam extraneos, ſicuti prę-
clare ſancitum habetur *in l. 3. §. 1. Cod. de Iur.
deliber., & in l. apud hoſtes, Cod. de ſuis, & le-
gitim*, & communiter docent *Craſſ. de ſucceſſ.
lib. 2. tit. de tranſmiſſ. q. 23., & 24.* utrobique
*n. 1., Theſaur. quęſt. forenſ. lib. 4. qu. 78. nu. 7.,
Cancer. var. par. 3. cap. 21. n. 4., Bellon. de Iur.
accreſc. cap. 7. quæſt. 41. n. 91. & ſeqq., Mart. de
ſucceſſ. legal. par. 1. quæſt 24. art. 1. n. 2., & 4.,
Rota cor. Royas dec. 247. n. 17., & in Sabinen.
fideicomm. 2. Decembris 1697. §. Tum etiam
quia, cor. R. P. D. meo Muto.*

Utique non oportebat recurrere ad pręſi-
dium Iuris, quando difficultas corruebat ex
facto, in quo non poterat deſiderari magis
ſufficiens, ſive ęquipollens agnitio facta ex
perſona Andreę; Siquidem, ultra quod ea-
dem

dem Thomaſia Mater , & Tutrix , nec non
Jo: Franciſcus Andreæ Patruus, ac pariter
Tutor Dotem conſtituerant Magdalenæ, &
Catharinæ Sororibus, quæ ſane Dotis conſti-
tutio non poterat nomiue Tutorio expleri, niſi
per neceſſarium antecedens ſuppoſita repræ-
ſentatione Pupilli , & hæredis, qui ubi ſe me-
13 diante Tutorum authoritate, vel alias legi-
time obligat ſolvere debitum hæreditarium ,
( ut erant in caſu noſtro Dotes reſpectu hære-
ditatis Horatii ) eo ipſo cenſetur ejuſdem de-
bitoris hæreditatem adiiſſe , ad tradita per
*Surd. deciſ. 303. ſub num. 9.*, *Magon. deciſ. Flo-
rent. 44. n. 6.*, *Charthar. deciſ. Ianuen. 32. n. 7.*,
Rota *coram Priol. deciſ. 58. n. 15.*, & magis in
ſpecie apud *Bich. deciſ. 251. ſub n. 23. verſ. quod
autem, et in Feretrana* Dotis *9. Februar.* 1685.
§. *Secundo ex reſtitutione, coram bon. me. Emerix Iun.*

Incaleſcebat efficacia hujuſmodi actus, ſeu
conſtitutionis Dotium , ex quo illa fuerat ini-
ta per ſupradictos Tutores ſuper quibuſdam
Locis Montium ad hæreditatem Horatii per-
tinentium, & tunc cantantium in faciem An-
dreæ; cum enim per translationem locorum
14 Montium acquiratur illud Dominium, ea
poſſeſſio, quæ dati valet in ſubjecta materia
locorum Montium, teſte Rota *deciſ. 179. ſub
princ. verſ. docent enim, apud Poſth. de manut.*,
*et deciſ. 390. n. 3. coram Bichio, et in* Romana
*Fideicommiſſi* 4. *Auguſti* 1670. §. *Porro coram
clar. me. Card. Tava*: profecto majus argumen-
tum aditæ hæreditatis exoptari nequit, quam
15 adeptio poſſeſſionis bonorum defuncti, & ma-
xime in ordine ad filium, qui, niſi aliud ob-
ſtet, habet in favorabilibus regulam pro sè,
16 *filius, ergo hæres*, ut in terminis primæ propo-
ſitionis plena ſunt Volumina, & ſignanter li-
quet ex *Cirocc. diſcept. 61. nu. 24.*, *& 32. Fran-
ciſ. Merlin. dec. Lucen. 49. num. 5.*, *Thomat. de-
ciſ. 51. num. 30. & deciſ. 258. num. 14.*, *Rot. dec.
717. num. 8.*, *& deciſ. 722. num. 2. par. 18.* & in
ſpecie ſecundæ *Sadarin. reſponſ. 42. num. 18.*,
*Garon. var. reſol. cap. 1. num. 26. Conciol. de hæ-
red. art. 1. n. 11.*; *Gratian. dec. March. 122. n. 6.*,
*Zuccar. dec. Lucen. 8. n. 1.*

Superato igitur primo obiecto in ordine ad
perfectam acquiſitionem hæreditatis Horatii
Sen. in perſona Andreæ, cum ob id eadem
hæreditas Andreæ ad normam Juris delata
remanſerit in Thomaſiam Matrem, necnon
in Catharinam, & Magdalenam Sorores, ſe-
cundum ea, quæ diximus in principio, nulla
amplius ſuperat neceſſitas perpendendi regu-
lam de non concedenda tranſmiſſione tran-
ſmiſſionis, cum quæſtio reſtringeretur ad uni-
cam tranſmiſſionem; ideoque tantummodo
remanebat inquirendum, utrum delata in
mox enumeratas perſonas hæreditate An-
dreæ, Philippus hæres, ac Nepos Magdale-
næ Sororis, & pro tertia parte hæredis ab in-
teſtato ipſius Andreæ, etiam abſque eo, quod
demonſtraretur, Magdalenam in facto adiiſſe
pro ſua tertia fraternam hæreditatem, deberet
illam hodie conſequi, & obtinere, ſi non
vigore illius alterius tranſmiſſionis, quæ nun-
cupatur *Jure Sanguinis*, quæve proprius re-
17 quireret agi de hæreditate, quæ in ſui origi-
ne proveniret ab aliquo Aſcendente, nulla
poſtmodum curata diſtinctione ſexuum, dum-
modo illi, in quos facienda ſit tranſmiſſio,
exiſtant de numero librorum, & deſcenden-
tium, juxta ſanctionem *Text. in l. unica, Cod.
de his, qui ante apert. Tabul.*, *Graſſ. de ſucceſſ.
lib. 2. tit. de tranſmiſs. qu. 26. n. 1.*, *& 2. Gomez.
var. reſol. tom. 1. cap. 9. n. 41. & ſeqq.*, *Barry de
ſucceſs. lib. 12. tit. 1. nu. 9.*, *Thadd. Piſo var. reſol.
lib. 6. cap. 2. num. 4. cum ſeqq.*, *Mart. de ſucceſs.
legal. par. 4. quæſt. 24. art. 1. num. 2.*, *& 6.*, *Rot.
dec. 320. n. 9. cum tribus ſeqq. coram Bich.*, *& in
Romana Salviani* 23. *Martii* 1696. §. *Et quidem
cor. R. P. D. meo Pio.*

Saltem miniſterio tertiæ ſubſidiariæ, &
18 æquitativæ tranſmiſſionis, quæ dicitur *Iuris
deliberandi*, quę quamvis ad ſui eſſentiam ex-
poſcat, ut ille, ex cujus perſona prætenditur
facta tranſmiſſio, ſciverit intra Annum a die
obitus primi Authoris, hęreditatem ſibi fuiſſe
delatam, ut exinde reſiduum Anni uſque ad
tempus aptum ad præſcribendam aditionem
transfundere queat in tranſmiſſarium, ex his,
quæ perſpicue deducuntur per *Molin. de Iu-
ſtit. & Iur. tom. 1. tract. 2. diſput. 180. ex num.
22.*, *Spin. in ſpecul. Teſtam. gloſ. 33. princ. num.
104. & ſeqq.*, *Vaſquez de ſucceſſ. progreſs. lib. 1.
§. 7. num. 11. & ſeqq.*, *Noal. de tranſmiſs. cap.
8. num. 105. cum ſeqq.*, *Rota cor. Merlin. deciſ.
505. num. 41.*, *& dicta deciſ. 320. num. 13.*, *&
ſeqq. coram Bich.*, *& in Sabinen. fideicommiſſi* 1.
*Julii* 1691. §. *Conſiderarunt enim, cor. R. P. D.
meo Priolo.*

Attamen, quia fortaſſe Jura libentius oc-
currere ſatagerunt juſta ignorantia demerſis,
melius in effectu eſſe videtur, quod tranſmit-
tere debens verſaretur in ignorantia ſucceſ-
ſionis ad ſe delatæ, quam in aliqua ſcientia;
præbuere namque eædem leges aliud ſubal-
19 ternas, & æquitativum remedium tranſ-
mittendi in hoc caſu beneficium reſtitutionis
in integrum adverſus præjudicium reſultans
ab ignorantia illius, qui ſi ſciviſſet, potuiſſet
ſaltem deliberare, utrum adire vellet, quem-
admodum ad interpretationem famigerati
*Textus in l. Pantonius, ff. de acquir. hæred.* op-
time prænotarunt *Alex. conſ. 169. ſub num. 14.
verſ. tertio poteſt lib. 2.*, *Roman. conſil. 58. num.
3. ibique Mandoſ. in addit. litt. D.*, *Corn. conſ.
133. num. 18. lib. 2.*, *Capr. conſ. 6. num. 13. Can-
cer. var. part. 3. cap. 21. num. 19.*, *Fontanell. dec.
484. num. 11.*, *& ſeq.*, *& deciſ. 485. num. 8. cum
ſeqq.*, *Modern. Argentan. collat. 21. nu. 12. lib.
1. Rota deciſ. 308. num. 9.*, *& dec. 637. nu. 2.*, *&
ſeqq. par 18. rec.*

Cumque idcirco non probaretur aliqua
ſcien-

Digitized by Google

ſcientia devolutæ ſibi ſucceſſionis in Mag-
dalena Avia, & Auctrice Philippi, quinimo
potius intercederent conjecturæ roborantes
eamdem veriſimilem ignorantiam, quia
Magdalena nimium juſte, & rationabiliter
poterat opinari, præmiſſam hæreditatem An
dreæ Fratris, vel ex Teſtamento, vel etiam
20 ab Inteſtato (quia de facili Mulieribus non
innoteſcit cenſura *Text. in Authent. defuncto,*
*Coc, ad Tertullian.*) legitime fuiſſe acquiſi-
tam a Thomaſia ejus Matre, quæ etiam in
facto ratione uſusfructus ſibi relicti per Ho-
ratium Sen. bona hæreditaria Andreæ, &
reſpective ejuſdem Horatii Sen. detinebat;
hinc Domini, concurrente pluſquam veriſi-
mili ignorantia in ipſa Magdalena, clarum
exiſtimarunt, quod ex illius perſona valeret
Philippus ratam, ſeu tertiam partem, quæ
eidem Magdalenæ pertinuiſſet, reportare,
citra aliam indaginem, ut fieri ſolet in caſu
ſcientiæ tranſmittentis, utrum 30., vel 40.
Anni fuerint effluxi, quia hujuſmodi legale
præſidium reſtitutionis in Integrum ex capi-
te ignorantiæ tantam ex ipſa Epycheia ſorti-
21 tur efficaciam, ut neque per centum Annos
præſcribatur, juxta animadverſa per *Deciſ.*
*conſ.36. ſub n.9. verſ. & ideo, Durant. de art.*
*teſtam. tit. de acquir. hæred. cauth. ſub n.4.*
*verſ. Et nata, Borgnin. Cavalcan. de Tut. &*
*Curat. n.37., Rot. dec.94. n.32. cum duabus*
*ſeqq., cor. Bichio.*

Et ex his a primo ad ultimum, nec atten-
tis objectis Horatii, neque ſuperexcedenti-
bus prætenſionibus Philippi, iidem Domini
rectius, ac ex officio de per ſe mature præ-
cognita aditione Andreæ, diſtributaque ſu-
binde (ut Juris erat) ejuſdem ſucceſſione
in tres ratas, pro tertia tantum immiſſionem
conceſſere Philippo.

Utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

PRæſens Deciſio, quæ etiam impreſſa legi-
tur *inter collect. per Conſtantin. ad Statut.*
*Urb. dec.142. & per Palm. Nep. inter diverſ.*
*Lucen. la* 270., fuit poſtmodum confirmata
ſub die 2. Decembris ejuſdem Anni 1699.
prout habebitur in ſequenti Volumine, ibi-
que mentio fiet de finali expeditione, quæ
prodiit favore Philippi in hac Deciſione
victoris.

Plures quæſtiones aguntur in hac Deciſio-
ne; Prima videlicet ſuper ſucceſſione in bo-
nis Andreæ; Secunda quoad quantitatem le-
gitimæ; Tertia denique quoad materiam
tranſmiſſibilitatis hæreditatis non agnitæ ex
triplici fonte promanantis, videlicet vel *Iu-*
*re Suitatis*, vel *Sanguinis*, vel *juris deliberan-*
*di*, vel alterius extraordinarii æquitativi re-
medii reſtitutionis in integrum ad formam *l.*
*Publius Antonius*, ſive *Pantonius ff. de acquir.*
*hæreditat.* ut etiam hæc omnia colligere, &
inſimul congerens notat *Sabell. in Summ. lit.*
*T. ſub §. Tranſmiſſio*, & quotidie in omni re-
volutione Voluminum noſtræ facultatis.

Circa primam inſpectionem vertentem ſu-
per Statuto Urbis *in cap.146. lib.1.* in ordine
ad excluſionem Matris, quæ cenſetur facta
propter maſculos, ac contemplatione ſolius
agnationis, habui caſum fortaſſe non incu-
rioſum ad limites, & ſanctionem *Statuti Flo-*
*rentini* e converſo agitatum ſuper Succeſſione
maternæ hæreditatis inter filios diverſi Ma-
trimonii, prætendente maſculo filio primi
Thalami a conſucceſſione communis Matris
excludere filiam ſecundi Thalami, ſive So-
rorem uterinam; ſed Ego pro veritate requi-
ſitus in ſtatu Advocationis contrarium exi-
ſtimavi, & credo, quod ita fuerit judicatum,
ut ex Reſponſo, quod incipit.

Obitus ab inteſtato nuper ſecutus Nobilis
Matronæ Claricis de Bardis dubitandi præ-
bet occaſionem, quomodo illius ſucceſſio
veniat regulanda; cum enim in duo Matri-
monia Clarix extiterit copulata, & ex pri-
mo ſuſceperit Coſmum unicum Maſculum,
treſve fœminas hactenus in Religione capa-
ci profeſſas, & ex altero unam tantummodo
fœminam Iſabellam, quæritur hodie, utrum
eadem Iſabella debeat cum Coſmo ejus Fra-
tre uterino ad coæqualem admitti ſucceſſio-
nem, & quatenus affirmative, utrum valeant
quoque, & ad cujus favorem ſuccedere tres
Sorores, & reſpective filiæ per Claricem ex
primo Thalamo procreatæ.

Quatenus ad primam pertinet inſpectio-
nem difficultas reſidere poteſt in Statuto,
quod Florentiæ, & in omnibus fere Civita-
tibus Italiæ viget excluſivum fœminarum,
22 nam de Iure tritum eſt, quod ſublata peni-
tus omni differentia ſexus non minus filiæ
fœminæ, quam Maſculi primum æqualiter
gradum ſucceſſionis occupant, ad *Text. in §.*
1. *Auth. de hæred. ab inteſt. venient. & in Auth.*
23 *in ſucceſſione, C. de ſuis, & legit.* & in ſpecie
quoad ſucceſſionem in bonis Matris inter fi-
lios diverſi Matrimonii *Text.* eſt *in §. fin.*
*Auth. de nupt., Altograd. conſ.33. n.9. lib.2.,*
*Card. de Luc. in ſumm. de ſucceſſ. n.4. & 5.* ubi
quod ſolum fœminæ debent conferre Dotem.
24 & maſculi donationem, quam a Matre, vel
Patre recepiſſent, & idem firmat *Hodiern.*
*in l. hac Edictali C. de ſecund. nupt. qu.12. nu.*
24. *Rot. cor. Royas dec.201. n.2. & 3. & cor.*
*Dunozett. Sen. dec.137. n.1, & in rec. dec.732.*
*n.25. par.18.*

Deſcendendo itaque ad cenſuram Statuti,
videtur in contrarium urgere littera ejuſdem
25 Statuti *rubr.139. lib.2.* quod legitur impreſ-
ſum penes *Card. de Luc. in poſth. tract. de ſuc-*
*ceſſ. Statut. fol.361. & ſeqq.* ubi cum *ſub §. &*
*nulla Mulier, verſ. & quod quælibet* ſanciatur =
*& quod quælibet Mulier, & ejus Aſcendentes*
*poſſint*

*ſint ab inteſtato ſuccedere Matri ſuę præmortuę, & cuilibet alteri Mulieri Aſcendenti, ſi non exiſterent filius, vel filii, maſculus, vel maſculi, vel alius, vel alii maſculi deſcendentes ex eo, vel ex eis*, dubitari idcirco poſſe videtur, quod
Coſmus uti maſculus, & explicite à Statuto
conſideratus, & nominatus impediat ſucceſ-
ſionem Iſabellæ, illa enim dictio *ſi non*, ſeù
26 *niſi*, adiecta præcedenti orationi affirmativæ
cenſetur negare, ſicut ex oppoſito adiecta
orationi negativæ affirmat, & includit, ut
notant *Scribentes in l. actione*, ibique *Iaſ. n.3.,
Dec. n.5., C. de tranſact.*, latè *Barboſ. dict.217.
num.5. & ſeq., Petr. Enriquez poſt ejus Conſ.
opuſc.2. litt. N. verſ.2. Torr. de pact. fut. ſucceſſ.
lib.3. cap.12. n.355. Rot. Florent. poſt eumdem
Torr. de Primog. & Major. par.3. dec.20. n.14.
& ſeqq.* ubi *ſub n.16.* ſubdit cum *Facchin.*,
quod hæc dictio ſemper importat ſenſum, &
argumentum à contrario.

Potiſſimè, quia ſi in abſtracta quæſtione,
27 utrum Frater Uterinus ſtante Statuto exclu-
ſivo fœminarum excludat Sororem Uteri-
nam, non deſunt quamplures volentes, Fra-
trem Uterinum excludere Sororem, ut ſunt
pleniſſima *conſ. Honded. il 1. lib.2. & Peregrin.
il 106. lib.2. & dec. Patav.74. n.1. & ſeqq. &
dec.78. per tot. Hieron. Palm. conſ.14. per tot.*
ubi liquet de ſubſcriptione plurium Audi-
torum Rotæ Florentinæ, & Advocatorum
Florentinæ. ac Lucenſis Civitatis: quid di-
cendum ſtante expreſſa determinatione Sta-
tuti, quod in ſucceſſione Matris maſculum
ſimplicitèr anteposuit fœminæ, itàut ſi quæ
conſideratio agnationis in aliis partibus
ejuſdem Statnti poſſet deduci, trahi nullo
modo poſſe videtur ad hunc caſum Mater-
28 næ ſucceſſionis, cujus reſpectu nulla poteſt
cadere conſideratio agnationis, ſed ſolùm
cenſetur Statutum in gratiam puræ maſculi-
nitatis prodiiſſe proptèr præſumptam Matris
affectionem, quæ potiùs dirigitur ad maſcu-
los, quàm ad fæminas, ut in terminis Statu-
ti loquentis de hæreditate Matris poſt *Paul.
de Caſtro* arguit *Dec. conſ.303. ſub n.6. verſ.
nec iſto caſu, & n.7. Bruu. in tract. quod ſtant.
maſcul. artic.3. n.7. verſ. prædicta procedunt,
idem Palm. dicto conſ.14. n.3. & ſeqq.* ubi quod
dum conjungitur expreſſio ſolius maſculini-
tatis facta per Statutum cum deficientia mo-
tivi agnationis reſpectu Matris, non eſt ulte-
riùs inquirendum, *Grat. diſcept.813. n.6. cum
ſeqq.* & aliis diſertè cumulatis, & mentionem
(licèt incidentèr) faciens de Statuto Floren-
tino *Mart. de ſucceſſ. legal. par.1. qu.5. art.3.
n.6. & ſeqq.*

Verùm nihilominus in contrariam, etiam
in ſenſu veritatis, abire Me cogunt ſententiam
validiora fundamenta; Et primo, quia cùm
prædicta opinio reſideat in ea tantummodo
ratione, quod Statutum non potuerit habere
reflexum circà Maternam ſucceſſionem ad
motivum agnationis, itàut quoties è conver-
29 ſo à Statuto reputari valeat agnatio contem-
plata, certum procul dubio ſit, ut Frater Ute-
rinus Sororem non excludat etiam in ipſa hæ-
reditate Matris, ut poſt *Paul. de Montepic.* &
*Thob. Non* admittit *idem Honded. dicto conſ.1.
n.4. & 5. lib.2., Spad. conſ.320. per tot.* & ſi-
gnantèr *n.13. lib.3.* & judicaſſe refert *Manſ.
conſult.14. ex n.10. cum plur. ſeqq., Michalor.
de Fratrib. par.3. cap.9. n.3., & ſeqq. & per tot.;
& cap.13. n.98., Hodiern. in l. hac Edictali
dicta qu.12. n.23., & ſeqq. Card. de Luca de
legit. diſc.3. n.8., & diſc.4. n.11. & in ſup-
plem. lib.3. eod. tit. diſc.41. n.2. §. in hoc autem
puncto*, & tenuit perpetuo *Rota*, ut in *dec.563.
n.1. circa fin. par.1. rec., & dec.461. n.5., &
ſeqq. par.2., & deciſ.502. num.2. & 3. par.4.
tom.2., & cor. Dunozett. Sen. d. dec.137. n.3.*
aliàs *dec.80. poſt Gilian. ad Statut. Peruſ.* & de
recenti ſecuta eſt *eadem Rot. dec.112. n.14.,
& ſeqq. par.17. rec.*

Profectò quod Statutum Florentinum
habuerit reſpectum ad agnationem, abſquè
alia ſingillari ad idem Statutum applicatio-
ne liqueret ex ipſomet ſuppoſito, quod fa-
ciunt *Authoritates* omnes mox recenſitæ, &
non minùs in numero, quàm in pondere
prævalentes oppoſitis, quævè intantum vo-
lunt ſervari diſpoſita per Jus commune, nec
intrare Statutum ad favorem Fratris Uteri-
ni, inquantum (quidquid dixerint ſuperiùs
allegati in contrarium) etiamſi agatur de
ſucceſſione Materna firmant, Statum reſ-
pexiſſe potius ad agnationem, quàm ad ma-
30 ſculinitatem; undè niſi Statutum expreſsè
dicat, quod fæminas excluſerit ex cauſa vi-
rilis ſexus, non vero conſideraſſe agnationem,
numquam credibile eſt, quod Statutum ad
Maſculinitatem potiùs, quam ad agnationem
habuerit reſpectum, ſicuti præ cæteris adver-
tit *Michalor. de Fratrib. d. par.3. cap.9. n.6.,
& ſeqq., Rot. dec.363. ſub n.3. verſ. prout ſua-
det, par.3. rec. & cor. Coccin. dec.649. n.4. &
cor. Dunozett. Sen. d. dec.137. n.3.* & latè *in
dec.597. n.6., & ſeqq. cor. Eminentiſs. Cerr.*, &
concordat *Modern. Rocca ſelect. diſputat. Iur.
cap.37. ex n.11. cum ſeqq.* ubi paritèr agit de
excluſione fæminarum ab hæreditate mater-
na, *Card. de Luca de ſucceſſ. diſc.45. n.7., &
diſc.50. n.15., Torr. de Primogen., & Major.
par.2. qu.45. n.5.*

At ceſſat omnis difficultas ex lectura ipſius
31 Statuti, quod adeo in principio, medio, &
fine favet agnationi, & aſſimilatur antiquis
Romanorum legibus, ut uſquè ad agnatos
octavi gradus fœminas demandet arceri à ſuc-
ceſſione, quemadmodùm jungendo etiam re-
formationem pariter regiſtratam apud *Card.
de Luc. in poſthumo tract. ubi ſuprà* obſervat
*idem Card. de Luca de Succeſſ. diſc.8. n.20.* &
antè eum loquens paritèr de Statuto Floren-
tino *Altograd. conſ.82. n.24. lib.1.*

Secundo, quoniam retorquendo potiſſimum fundamentum illorum, qui ſtant favore fratris Uterini, nimirùm, quod in Matre tamquàm fæmina, illiuſque hæreditate cadere nequeat conſideratio agnationis, potiùs exindè dicendum eſſet, quod omnes tàm maſculi, quam fæminæ forent admittendæ, ex hac enim ipſa ratione regularitèr recep-
32 tum eſt, quod Statuta fæminarum excluſiva propter maſculos locum ſibi non vindicent in Materna hæreditate, quia nempè deficit illius reſpectu favor, ſeù contemplatio agnationis, ut per *Soccin. conſ.84. lib 1. & conſ.241. n.9. & ſeqq. lib.2.*, alioſque advertit *Spad. conſ.365. n.4. lib.3.*, *Hodiern. ad Surd. dec.9. n.14. & 15.*, & omnium pleniſſimè *Rocca d. cap.37. ex n.12. cum ſeqq.*, & ſignantèr *num.22. & 23.*; Ac propterea ſi Statuentes exorbitarunt, fæminas à ſucceſſione propriæ Matris arcendo non obſtante inapplicabilitate agnationis, & ſic tollendo duplex præſidium ſuccedendi, quod haberet fœmina tàm de Jure, quàm ex non applicabilitate motiva regularis excluſionis fæminarum, eſ-
33 ſet facere congeriem aſperitatum, ſi proptèr ſolam qualitatem maſculinam auferrent propriæ filiæ Maternam ſucceſſionem, ad quam proindè temperandam credendum omninò eſt, ut per maſculos ejuſdem Matrimonii tantùm, & non alterius fæminæ remanere debeant excluſæ, ità in puncto arguit *Rot. dicta deciſ.461. n.4. par.2. rec.*, & ſequitur punctualitèr *Spad. d. conſ.320. n.10. lib.3.*, & generalitèr, quod Statutum ità
34 debeat interprætari, ut minus, quam fieri poſſit, lædatur Jus Commune, plena ſunt Volumina, & in noſtro propoſito pratèr *Rot. d. dec.461. n.4. par.2. rec.* ad ſatietatem congerit *Rocca dicto cap.37. num.15. & 16.*, & in terminis Statuti Florentini *Angel. conſil.210. n.1.*, *Ant. Gioſ. conſ.45. n.18.* juncto *n.11.*, *& 15. lib.2.*, *Gob. conſult.83. n.12. & ſeqq.*, *Card. de Luca d. diſc.8. de ſucceſſ. n.6.*, atquè ideo ſalvatur, quod etiam ſuper bonis, in quibus ratio non cadit agnationis, ex præſumpta mente Matris obeuntis ſexus utiquè maſculinus diligatur, ac præferatur,
35 ſed intra Cancellos rationabiles, & minus exorbitantes, nempè quoties inter liberos ejuſdem Matrimonii agatur de prælatione habentis qualitatem maſculinam, non autem inter liberos diverſi Matrimonii.

Tertio, quoniàm Statutum Florentinum
36 litteris cubitalibus excludendo fæminas à ſucceſſione Aſcendentium præcipit, eas dotari de bonis ejuſdem, vel ſaltem unius Aſcendentis, ut in §. *Nulla Mulier*, ibi = *poſſint tamen, & debeant tales Mulieres excluſæ à ſucceſſione in quolibet caſuum prædictorum, ſi non fuerint dotatæ, convenientèr, & competentèr dotari ex bonis Patris, Avi, ſeù cujuslibet alterius Aſcendentis, de cujus ſucceſſione tractatur*; Undè cùm conſideratio dotationis minimè congruat Matri, & fratri Uterino, non debemus addere hanc exorbitantiam, quod Statutum ſedulò reſpiciens ad dotationem
37 fæminarùm excluſarum voluerit excludere fæminam alterius Matrimonii non dotabilem nec à Matre, de cujus ſucceſſione agitur, nec à fratre Uterino illam excludere ſatagente, ſed ſolum credibile eſt, voluiſſe excludere fæminam ejuſdem Matrimonii, vel dotatam, vel dotabilem ſaltèm à fratre ejuſdem Matrimonii, *Manſ. d. conſult.14. n.14. & ſeqq.*, ex *conſ. Fulgoſ.54. verſ. tertiò Statutum*, quod celebre appellat cum aliis *Rocca d. cap.37. ex n.5. cum plur. ſeqq.*, & præſertim *num.11.*, & conſonat plenè *Rot. dec.328. n.15. & ſeqq. par.10. rec.*, & magis ad rem *Spad. conſ.310. n.6. & ſeqq. lib.3.*

Quarto deniquè in idem, quia ceſſante in Matre obligatione dotandi, niſi in purum ſubſidium, durum eſſet, quod nec dotem, nec legitimam conſequi poſſet filia ab hæreditate Matris, e converſò decedente filia (niſi relinquat agnatos ipſam Matrem etiam à legitima excludentes) deberetur eidem Matri ſaltèm legitima, cum Statutum, ceſſantibus agnatis, in nulla parte Matrem
38 excludat; immò & exiſtentibus agnatis intrà octavum gradum Mater per ſpeciem legitimæ habet quartam bonorum ſibi reſervatam, ut in *d. rubr.130. lib.2. in princ.* quando tamen omnia Jura clamant, quod jura
39 ſucceſſionis debeant eſſe, quantum fieri poteſt, viciſſitudinaria, itàut cui non ſuccedimus, neque ille nobis ſuccedat, & e contrà, teſte *Covarr. de Succeſſ. ab inteſt. poſt n.13. verſ. decimatertia concluſio*, *Peregrin. de Iur. fiſc. lib.3. tit.19. n.29.*, *Surd. dec.293. n.1. cum ſeqq.*, *Rot. cor. Buratt. dec.520. n.1. & 7.*

Firmato itaquè, quod (juxtà primam inſpectionem) coæqualis debeat eſſe ſucceſſio Coſmi, ac Iſabellæ, inſpectio ſubalterna quoad tres Sorores ejuſdem Coſmi dependet à mero facto, utrùm ſcilicèt, & quomodo prædictæ Sorores emiſerint renunciationem occaſione Monacationis; præſcindendo enim ab hypotheſi renunciationis, crederem, quod cùm etiam eædem Moniales procùl dubio forent ſucceſſuræ ad normam Juris, & ad ſimilitudinem Iſabellæ, & ſic quinque partes faciendæ eſſent hæreditatis Maternæ, illæ tamen, quæ pervenire deberent ad Moniales, accreſcant Coſmo, qui, veluti maſculus, Sorores utrinque conjunctas ad ſui commodum excludit, itaut favore ejuſdem Coſmi congruant, ſeù retorqueantur ea, quæ de excluſione Statutaria hucuſ-
40 que reſtrinximus, nempè ad intelligentiam maſculi ejuſdem Matrimonii, & non alterius, ut in individuo etiam conſulvit *Bald. conſ.316. lib.2.* ſequitur *Michalor. de Fratribus dicta par.3. cap.9. num.7.*, *& cap.13. n.98.*, *Manſ.*

*Manſ. d. conſultat.* 14. *n.* 15. *& ſeqq.*

Aut vero ſumus in caſu, quo prædictæ Moniales Religionem ingreſſuræ renunciationem emiſerint, & tunc totum pendet a lectura, ſeu natura renunciationum; quo-
41 niam ſi verſemur in renunciatione reali, ſeu abdicativa, eoque caſu, quia vis hujus renunciationis efficit renunciantem penitus demortuam, habendæ non ſunt in ulla conſideratione eædem Moniales, ac ſi vivæ non forent, quemadmodum hodie in hanc ſententiam facile inclinat *Rota*, quando tractatur de renunciationibus emiſſis ab ingreſſuris Monaſterium, ut Me ſcribente definitum fuit in celebri *Romana hæreditatis de* Lanuviis, cujus *deciſiones* extant impreſſæ *par.* 13 *deciſ.* 356. *& par.* 17. *dec.* 269., *& par.* 18. *dec.* 113., & latius revocando alteram *cor. bo. me Guazardo*, ſtabilitum fuit 18. *Iunii* 1685. *coram R.P.D. Heruault*, quæ habetur apud *Palm. Nep. alleg.* 295., & etiam in ſimili dictum fuit in altera *Romana hæreditatis de Boncompagnis coram Rondinino, & eodem Heruault*, quarum prima extat apud eumdem *Palm. alleg.* 294.

Sed ubi lectura renunciationum non præ-
42 ſeferat hanc realitatem, ſed exiſtat concepta perſonaliter, ſeu contemplatione Coſmi earum fratris, aut Hieronymi Patris, & tunc habendæ veniunt eædem Moniales pro incapacibus quidem ad ſuccedendum ad ipſarum utilitatem, ſed e converſo finguntur ſuccedere ad commodum illius, ( & ſic vel Patris, vel fratris ) cujus intuitu, & favore translative renunciaſſent, ad tradita per *Card de Luca de renunciat. diſc.* 3. *n.* 4., *& diſc.* 7. *n.* 2. *& ſeqq.*, apud quem plures *deciſiones*, *& Auctoritates* ſub hac diſtinctione referuntur. *Huc uſque progreditur* Reſponſum.

Prodiit, pendente Prælo, ſuper interpretatione ejuſdem Statuti Florentini *d. lib.* 2. *rubr.* 130. *ejuſque reformatione* celebre Reſponſum bo. me. *R.P.D. Severoli* impreſſum *inter dec. collect. ad ornatum Card. de Luc. tom.* 2. *fol.* 465. in caſu, quo contendebant ſuccedere ad hæreditatem Baronis Braccii de Ricaſolis illius ex Sorore Nepotes de eadem Familia, & agnatione de Ricaſolis, extra tamen gradum agnatitium conſideratum a Statoto exiſtentes, in concurſo proximiorum, vel æque proximiorum Cognatorum, unde quæſtio erat, an iidem proximiores Cognati excluderent prænominatos Nepotes alias vinculo veræ, & propriæ agnationis colligatos cum defuncto; idemque *R.P.D. Severolus* ſolide ſubſtinuit partem Agnatorum, utpote magis conſonam intentioni Statuentium: & Ego (licet extra rhombum laudatus *ſub n.* 32. ejuſdem Reſponſi,
43 quando ſequebar opinionem Sacræ Rotæ omniom Doctorum, & Tribunalium Magiſtræ, ut ait *Gomez ad Regul. Cancell. in prohœm. q.* 2. *verſ, quarto pro iſta parte*, *Vant. de nullit. ex defect. Iuriſd. deleg. n.* 20., *Thomat. deciſ.* 49. *n.* 3. ) cenſui hæc annotare, ne præjudicium inferretur notitiæ, quam habebam de hac ſingulari controverſia, necnon veritati, quam magis opiner bene defenſam a prædicto *bo. me. D. Severolo*.

Quoad ſecundam quæſtionem, ſive articulum, an, & quando legitima in caſu te-
44 ſtamentariæ, Statutariæ, vel inteſtatæ ſucceſſionis, exiſtat tertia tertiæ, ſive tertia totius hæreditatis, plene egi in *Annotation. ad dec.* 48. *ex num.* 14. *uſque ad* 21.

Solumque, quia non ſemper recurrit occaſio retangendi caſus coincidentes, vel etiam ipſam materiam in caſibus quandoque ſingularibus, idcirco, licet non admodum cohæreat incidenti quæſtioni, de qua ſupra in *Deciſione*, exiſtimavi fortaſſe proficuum inſerere geminos Diſcurſus pro veritate diſpunctos in ſubiecto legitimæ, alterum nempe reſpicientem illam famoſam controverſiam, cujus damno, vel utilitati cedat augumentum, vel decrementum bonorum hæreditariorum, ſcilicet an hæredis, vel legitimarii ante ſeparationem legitimæ, vel a Judice factam declarationem ipſius ſeparationis, & aſſignationis, in conſequentiam Cauſæ agitatæ in lite, de qua in mox enunciatis *Additionibus*, ſcilicet inter Ioannem Baptiſtam Centurionum legitimarium, utpote Avum Principis Nicolai Pallavicini, & DD de Roſpiglioſis hæredes mediatos ipſius Principis: quamvis enim *Ioſeph Altogradus*, ſive ( ut dicunt ) *Altogradus Iunior in controverſ.* 19. plura ad rem facientia enucleaverit, attamen fortaſſe non omnino infructuoſum erit hic inſerere Reſponſum, quod edidi deſuper, ut præmiſi, pro veritate, illudque incipit, ut ſequitur.

In hac quæſtione, quam celebrem, & val-
45 de agitatam prænotavit *Merlin. de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *qu.* 7. *ſub n.* 1. *verſ. & quidem*, ad multum difficilem appellavit *Rot. in deciſ.* 347. *n.* 1. *par.* 1. *diverſ.* utrum ſcilicet augmentum, vel diminutio contingens in valore bonorum hæreditariorum cedere debeat commodo. & reſpective damno hæredis univerſalis, ſive potius proportionabiliter utilitati, & præjudicio legitimarii, quidquid aſſerat *Card. de Luc. de legit. diſc.* 15. *ex n.* 2. *uſque ad* 7. verior, magiſque fundata, ac communior noſcitur eſſe ſententia, quod ſignanter reſpectu dimi-
46 nutionis totum incommodum pertinere debeat ad hæredem univerſalem, non autem ad filium, cui cum legitima debeatur a die obitus Patris, ita etiam valor, & æſtimatio bonorum ab eo tempore calculanda venit, ſeu liquidanda, id enim expreſſe decidere videntur *Text. in l. cum quæritur*, *C. de inoff. teſtam. & in l.* 3. *§.* Debitam, *ff. de bon. libert. & in l. in ratione falcidiæ, ff. ad l. falcid.* cum aliis concord., quos egregie deduxit *Giovagnon.*

*gnon.* omnino viden.*reſp.3.n.5. & ſeqq. lib.2.*
atque ita reſpondendo contrariis, ac per-
ſtringentes referendo rationes ultra punctua-
liſſima Jura, de quibus ſupra, uno ore firma-
runt in puncto diminutionis circa valorem
corporum,& effectuum hæreditariorum *Fac-
chin. conſ.66. ſub n.7. lib.3., Bombin. conſ.55.
n.10., Georg. Strun.in Pandect. exercit.8. theſ.
12., Maugil. de Imput. qu.9. n.53. & ſeqq.* Ro-
*bles de repræſent. lib.2.cap.27. n.5., Marchiſell.
in Sylu qu. forenſ. qu.67. ab initio, & fere per
tot., Franc. Hotoman. in diſput de legit. col.7.
verſ. tertia autem, & ſeqq. fol. mihi 17. Panci-
rol. conſ.124. n.31., Peregrin. conſ. ult. n.3.
lib.4.,* & relato *Gomez, Boer., & Borgnin.,
Amendol. ad* Franch. *dec.61. num.4. verſ. item
adde, & n.5.,* ibique pariter Ricc. ſuperaddi-
to Alex. Iaſ. *Dec., & Afflict. ſub verſ. item
procedit, Berett. conſ.101. n.3.*

Nec huic propoſitioni refragantur *Autho-
ritates, & deciſiones* recenſitæ per *Card. de
Luc. d. diſc.15. ſub n.3. verſ. verum, de legit.*
47 Ultra enim, quod iſtæ diverſos percutiunt
terminos, videlicet de illa detractione legi-
timæ,quæ fieri prętendatur purificato aliquo
fideicommiſſo conditionali ex perſona filii
hæredis gravati, ut erat etiam caſus, in quo
reſpondit *ipſemet Card. de* Luc. *d. diſc.15. de
legit.* ubi Maria Brigitta Spinola detinere
prætendebat ex perſona Auguſtini Patris le-
gitimam contra ſubſtitutum ipſi Auguſtino,
nos autem verſamur in caſu, quo gravamen
erat purum, & ſtatis fideicommiſſum debe-
batur, ideoque non aliud tempus, quam il-
lud mortis Teſtatoris venit inſpiciendum,
ut non obſcure videtur declaraſſe, Rot. *poſt
Merlin. de legit. dec.90.* ubi *ſub n.1. & 2.* ad-
miſit regulam, quod ponderari regulariter
debeat tempus mortis illius, in cujus bonis
prætenditur legitima, & *ſub n.3.* deveniendo
48 ad valorem, intantum cenſuit, attenden-
dum fore tempus petitionis, & reſtitutionis,
inquantum cum legitima debeatur ex corpo-
ribus reſtituendis, haberi conſequenter de-
bet reſpectus ad ipſa bona, & corpora reſti-
tuenda de tempore ipſius reſtitutionis: Et de
49 facto *eadem* Rot. *in dec.121. n.1. & 2. poſt eum-
dem* Merlin. *de legit.,* ex quo poſt mortem Pa-
tris illico debebatur legitima, ut patet ex
prę cedenti *dec.120.*, quæ eſt in eadem Cau-
ſa, pertractans, quodnam tempus attenden-
dum eſſet in æſtimando valore Emphyteuſis
conceſſæ ad tertiam generationem, defini-
vit, illam eſſe æſtimandam quanti ſine prę-
judicio prędictæ tertię generationis potuiſ-
ſet vendi de tempore mortis ejuſdem Patris.

Nihilominus ad effectum, de quo eſt quæ-
ſtio, & juxta terminos hodiernæ controver-
ſię, eędem *Authoritates*, & conſtans opinio
*Rotæ* retorquetur ad favorem legitimarii,
*Rota* enim, ipſequemet *Card. de* Luc. in loco
ſupra laudato inſequuti ſunt *conſ. Bald.23.
n.2. lib.4.*, qui breviter, & concluſive diſ-
50 putationem hanc reſolvendo dixit, quod re-
ſpectu quantitatis bonorum inſpicitur tem-
pus mortis, quovero ad qualitatem, tem-
pus, quo petitur ipſa legitima, & hoc eſt,
quod dixit Rot. *in d. dec.90. & dec.130. ex n.5.
poſt Merlin. de legit.*, ubi retulit *conſilium*, &
propoſitionem *Baldi* proxime relati, & hoc
eſt pariter, quod dicunt quamplures conge-
ſti per *Carol. Ant. de Luc. ad Franch. d. dec.61.
n.1., & ſub n.3. verſ. quidquid*, Merlin. *de le-
git. lib.5. tit.3. qu.7. n.27., Cyriac. contr.589.
n.21.* cum aliis per *Urceol. in addit. ad conſult.
20. n.40.*

Siquidem cum, ut præmiſimus, gravamen
ad præſens ſupponatur extitiſſe purum, quod-
que idcirco legitimarius incontinenti poſt
obitum illius, in cujus bonis debebatur le-
gitima, vel ſaltem paulo poſt petierit eam-
51 dem legitimam, hinc ad ſummum alteratio
valoris effectuum hæreditariorum, ejuſque
reſpective diminutio ad ſenſum *Bald.*, & *Ro-
tæ* potuit proportionabiliter ceſſiſſe incom-
modo etiam legitimarii, habita ratione il-
lius breviſſimi temporis intermedii, quod
effluxit inter mortem, & petitionem, quia
52 cum tunc per eamdem petitionem fuiſſet
hæres univerſalis poſitus in mora, illius cul-
pæ, & reſpective damno cedere debet ea-
dem diminutio, uti limitavit *idem Card. de
Luc. d. diſ.15. n.3. verſ. verum in fin.*. & pul-
chre ratiocinatur eſt *Borgnin. de uſufr. Mu-
lier. cap.9. n.95. prope fin. ex verſ. at ſi iſta le-
gitima,* Merlin. *de legit. d. lib.5. tit.3. qu.7.
n.15. verſ. & hæc*, ubi conatur reſpondere
*Mangilio* ſub ea tantummodo ratione, quod
cum filius neglexerit petere ſuam legitimã,
non debeat damno hęredis accidere diminu-
tio, quæ provenit ex culpa, & negligentia filii.

☞ Rurſus quia ſupra memoratus Princeps
Nicolaus biduo ante ejus obitum teſſeram,
ſive ordinem publico Banco direxit in favo-
rem Principiſſæ Pamphiliæ ejus Uxoris in
ſumma ſcut.6000., dubitatum ſucceſſive
fuit, an hæc quantitas foret computanda
inter effectus hæreditarios ipſius Principis
ad effectum impinguandi legitimam ejuſ-
dem Centurioni, & pariformiter in ſenſu
veritatis dicebam.

Primo aſpectu videtur, nullam haberi
poſſe rationem hujus quantitatis in dedu-
ctione legitimæ, primo, quia cum idem or-
do fuerit inſcriptu, & illius vigore reſpecti-
ve exacta remanſerit pecunia ante obitum
Teſtatoris, ſubintrat regula, quod ceſſante
dolo, vel fraude non attenditur quod erat
in patrimonio Teſtatoris eo vivente, ſed ſo-
53 lum ad effectum detrahendi legitimam con-
ſideratur, quidnam de tempore mortis Pater
in ejus hæreditate reliquerit, & conſequen-
ter non poteſt legitima prætendi ſuper iſtis
pecuniis jam exactis, & non repertis de tem-
pore

pore mortis, juxta communiter notata in
*l. cum quæritur, ff. de inoff. Teſtam.* cum con-
cord. per *Peregrin. de fideic. art.36. num.26.*,
*Actolin. reſol.50. n.1., Manſ. conſult.323. n.2.*
*& ſeqq.* & prius *conſult.16. n.23. & ſeqq., Rot.*
*dec.65. n.4., & dec.121. n 2. poſt Merlin. de*
*legit., & in rec. dec.144. n.18. & 19. par.15.,*
*& dec.240. n.6. par.18.*

Secundo, quoniam præfatus ordo cantat,
ut præmiſimus = *per altrettanti*, quæ formu-
54 la cum importet, & proſupponat reintegra-
tionem totidem quantitatis præcedenter nu-
meratæ, ac ſolutæ per illum, in cujus favo-
rem ordo concipitur, ad tradita in his ter-
minis por *Rotam cor. Buratt. deciſ.199. n.1. &*
*coram Coccin. dec.302. n.5., & coram Celſ. de-*
*ciſ.196. unm.3. & dec.745. n.3. & 4. par.18.* &
loquens de alio Pallavicino *coram Peutinger.*
*deciſ 197. n.7.*; de plano ſequitur, quod ea-
dem pecunia, tamquam ſoluta in cauſam
55 æris alieni Teſtatoris, demenda ſit a calculo
hæreditatis, ſeu Bonorum, quorum quota
eſt ipſa legitima, ut eſt notorium, & adver-
tunt *Merlin. de legit. lib.2. tit.1. qu.15., Ur-*
*ceol. conſult.18. num.23. Card. de Luc. de legit.*
*diſc.19. n.10.*, & alii paſſim.

Idquod non obſtante, quod cum de debi-
to antecedenti Teſtatoris, ſeu numeratione
totidem peculiarum facta per Uxorem ipſi
Teſtatoris aliunde non conſtet, niſi per hanc
expreſſionem, ſeu confeſſionem - *per altret-*
56 *tanti* - nequeat proinde hujuſmodi confeſſio
probare veritatem debiti, ſive præcedentis
numerationis in præjudicium Tertii, qualis
adamuſſim reputatur filius pro ſua legitima,
ex communiter recepta doctrina *Bartol. in l.*
*cum quis decedens §. Titia, ff. de leg.3. & Alex.*
*conſ.26. n 1. lib.2. Tondut. reſol. Benef.108.,*
*n.21. Caſtal. conſult.76. n 8. Barz. dec. Bonon.*
*86 n.37. & ſeqq. Merlin. de legit. lib.2. tit.1.*
*qu.16. n 14. & 15. Rot. dec.602. num.3. par.3.*
*rec. & dec.55. n.10. & ſeqq. par.6.*, quas re-
fert, & ſequitur *Angel. de confeſſ. lib.2. qu.4.*
*n.68. Manſ. d. conſult.323. nu.3. & ſeqq.*, &
57 hoc procedat, ſive agatur de confeſſione
emiſſa in Teſtamento, ſive per Apocam aut
actum inter vivos, ut videre eſt apud *Aven-*
*dan. de exequ. Mandat. par.2. cap.29. ſub n.12.*
*verſ. Tertio infertur*, plene *Angel. de Confeſſ.*
*lib.2. qu.4. n.69. & 70. Mangil. de imput. qu.*
58 *49. n.59.* ſive etiam expreſſum fuerit, id fie-
ri pro exoneratione Conſcientiæ, ut proſe-
quitur *Angel. de Confeſſ. d. lib.2. qu.4. ex n.*
*75. juncto n.83. & 92.*, ſive demum, quod
59 confeſſio fuerit jurata, aut præcedat titulus
alicujus Contractus, ut puta venditionis,
Pater vero confiteatur pretium recepiſſe,
quemadmodum ampliando in terminis pri-
mæ propoſitionis reſponderunt *Avendan. de*
*exequ. Mandat. par 2. cap.29. nu.12. Paitell.*
*Iun. annot.15. n.72. & ſeqq. Hermoſill. ad Lo-*
*pez Gloſſ. §. & 6. l.9. tit.1. par.5. ſub n.39.*
*verſ. Ubi tradunt, & gloſſ.13. l.58. tit.4. par.5.*
*ſub n.12. verſ. Ubi ampliat, Angel. de Confeſſ.*
*d. lib.2. q.4. n.70. & 71. Merlin. de legit. lib.2.*
*tit.1. q.16. n.14. & ſeqq. Mangil. de imput. d.*
60 *q.49. n.60.* & exemplificando in propoſito
ſecundæ firmarunt *Avendan. loc. cit. ſub. nu.*
*12. §. ex ſupradictis, Peregr. de fideic. d. art.*
*36. n.36., Paitell. Iun. annot.15. n.64. & 65.,*
*Salgad. in labyr., Credit. par.3. cap.13. nu.20.*
*verſ. Hinc patet, Hermoſill. ad Lopez gloſſ.5. &*
*6. l. 9 tit.1. par.5. n.39. & d. gloſſ.13. l.58.*
*nmu.11. & ſeqq. Oſaſeb. dec.172. num.12. &*
*ſeqq. Mangil. de Imput. quæſt.49. n.57. & ſeqq.*
*& quæſt.93. n.39*, *Altograd. Iun. contr.62.*
*num.44.*

Siquidem duplex urgere videtur replica-
61 tio, una nempe, quod cum *Authoritates*
adductæ loquantur cum præſuppoſito, quod
Pater ita confeſſus (aliunde non conſtito de
veritate) cenſeatur fraudare voluiſſe filios
legitima eiſdem debita Jura naturali, ſeu,
quod idem eſt, admittendo ſimiles confeſſio-
nes facilis ſaltem ſternetetur via fraudandi
filios legitimo bonorum ſubſidio; omnia
hæc ceſſare videntur in ſubiecta facti ſerie,
quoniam attenta perſonarum qualitate non
eſt veriſimile, quod Teſtator dubius etiam,
veluti Juris ignarus, de debito ipſius legiti-
mæ, & cæteroquin optimæ qualitatis, frau-
dare voluerit legitimarium, ſicuti reflecten-
dum eſſe in hoc caſu concordant poſt *Ge-*
*nuen. in practicab. qu 484. in fin., Urceol. con-*
*ſult.21. n.19., Avendan. de exequ. Mandat. par.*
*2. d. cap.29. nu.12. verſ. quod ſubintelligitur,*
*& ſub §. tertio infertur, verſ. Dec. tamen Man-*
*cin. de Confeſſ. cap.2. ex n.77.*, & ſignanter *n.*
*79. 80. & 81.*

Et altera, quod pariter præmiſſæ *Autho-*
62 *ritates* loquuntur cum præſuppoſito, quod
confeſſio debiti ſecum trahat immenſam, aut
magnam, vel ſaltem notabilem Patrimonii
quantitatem, *Avendan. d. par.2. cap.29. ſub*
*n.12. verſ. vel ſi præjudicium*, Ancharan. *Iun.*
*queſt. famil. lib.2. quæſt.9. n.4., Paitell. Iun.*
*d. annot.15. n.70., Hermoſill. ad Lopez. d. gloſſ.*
*13 l.58. tit.4. par.5. ſub n.12. in fin., Merlin.*
*de legit. lib.2. tit.1. qu 16. num.17.,* Angel. *de*
*Confeſſ. lib.2. qu.4. n.73.*, & quia certa regu-
63 la ſtatui non poteſt, quæ nam ſit magna, im-
menſa, aut notabilis quantitas, arbitrio Ju-
dicis id commiſere definiendum, ex *Guttier.*
*de Tutel. par.3. cap.1. n.157. Merlin. de legit.*
*lib.2. tit.1. quæſt.16. num.17. verſ. unde ſecus,*
*& verſ. quæ autem, Rot. dec.757. n.14. & 16.*
*cor. Dunozett. Iun. idem de* Angel. *d. lib.2. q.*
*4. n.73. verſ. Iudicis tamen.*

Applicando autem ad rem, quantitas pro-
fecto ſcutorum 6. mil. habito reſpectu ad pin-
gue patrimonium ſcutorum 100 mil., & ul-
64 tra non poteſt arbitrio Judicis reputari im-
menſa, magna, vel valde notabilis, juxta
proportionem indicatam poſt *Barz. d. dec.86.*
*num.*

Digitized by Google

*n.51. verſ. ad tertiam partem*, *Rot. deciſ.757.*
*n.15. cor. Dunoz. Jun.* ubi confeſſio quoad li-
bras 2. m. erat magna reſpectu hæreditatis
librarum 18. mil.; itaut *Alexandrum in conſ.*
*26. n.1. lib.2.* exiſtimantem, confeſſionem in
ſcutis 100. reſpectu patrimonii ſcutorum 500.
eſſe valde notabilem, objurgaverit *Merlin.*
*de legit. d. lib.3. tit.1. quæſt.16. n.17. verſ. pro-*
*ptereà dubitabilis*.

Tertio tandem, quia vel nimium veriſi-
mile eſt, vel forſan ex depoſitione ipſius
Uxoris dignoſci valet, quod iſta quantitas
fuerit confidentialiter tradita eidem Uxori
ad effectum illam diſtribuendi in largitione
65 Eleemoſynarum, quo poſito, cum eadem
largitio vel ſit proportionata ſtatui, & con-
ditioni Teſtatoris, vel habeat quamdam
ſpeciem redemptionis peccatorum, aut ju-
xta dictum *Evangelicum* expectet centuplica-
tam remunerationem, vires aſſumit Contra-
ctus correſpectivi non deducibilis, ſeu cal-
culandi in computatione legitimæ, ut in indi-
viduo tamquam Arbiter conſulvit, & pro-
nunciavit Pater *Aloyſii Manſii* inter *conſult.*
ejuſdem filii *in 16. n 57. & ſeqq.*

At, parum his pro meo Judicio refragan-
tibus, crederem omnino, iſta ſcuta 6. mil.
computanda eſſe in ſtatu hæreditatis, ſeu
Bonorum Teſtatoris ad finem, de quo agi-
tur; non jam ex motivo, quod ordo concep-
tus *per altrettanti* importet fraudolentam,
aut prohibitam confeſſionem debiti, in qui-
bus terminis penes Me maxime urgerent
ponderationes, & *Doctrinæ* ſuperius allegatę
a §. *Idque non obſtante cum ſeqq.* ſed ex eo,
quod vel eadem confeſſio, tamquam reſpi-
ciens perſonam Uxoris, flectatur in præſum-
ptam donationem, vel ex eo, quod ſubſiſten-
te etiam titulo, vel probatione traditionis
hujus pecuniæ in cauſam piæ diſtributionis
pro Eleemoſynis, utroque modo hujuſmodi
ſumma referenda veniat ad calculum legi-
timæ.

Et ſane, quamvis, ex *Doctrinis* ſupra cu-
mulatis, illa verba - *per altrettanti* - videan-
tur importare antecedentis numerationis, &
reſpective debiti probationem; Nihilominus,
ultra quod plerumque eædem *Authoritates*
peragunt inter Mercatores, in quibus, &
præcipue reſpectu litterarum Cambii, ſicuti
66 datio litterarum cum expreſſione - *valuta*
*inteſa* - ſignificat, pecuniam non fuiſſe nu-
meratam, ita e converſo conſimilis expreſ-
67 ſio - *per altrettanti*, ſeu *valuta havuta in con-*
*tanti* - excludit exceptionem non numeratæ
pecuniæ, ex *Rota Januen. dec.44. n.2. Ton-*
*dut, quæſt. Civil. par.2. cap.167. n.3.*, *Paſchal.*
*de patr. pot. par.1. cap.3. n.76.*, *Gratian. di-*
*ſcept.879. n.1. & 23.*, *Amat. Panorm. reſol.47.*
*n.18. Epiſc. Racc. ſelect. diſput. Iur. cap.93. n.*
*7.*, *Manſ. conſult.179. n.22.*, *Amat. dec. Ferrar.*
*45. num.12.* Attamen nec etiam (& maxime
extra Mercatores) eſt in Jure firmum, quod
verba *per altrettanti* importent veram nu-
merationem, vel confeſſionem, mutui,
68 ſed poſſunt atque referri ad alias cauſas,
& titulos, ut præ cæteris obſervat *Capyc.*
*Latr. deciſ.111. num.37.*, *& ſeqq.*, *Caſſar. in*
*Specul. quæſt.42. §. ſecundo nu.18. verſ. cauſa*
*enim per altrettanti*.

Ac propterea cum non verſemur in Mer-
catoribus, nec in extraneis indifferentibus,
ſed inter Virum, & Uxorem, recepta con-
69 cluſio eſt, quod quælibet confeſſio debiti,
mutui, ſeu numerationis præcedentis facta
per Virum ad favorem Uxoris intelligatur
colorata, & revera deflectat in donationem,
cæteroquin de Iure prohibitam, ut in ſpe-
cie talium confeſſionum probat in ſubiecta
materia & *Actolinus d. reſol.50. num.11.*, &
concordat *Rot. dec.95. n.1. & 2. poſt Torr. de*
*pact. fut. ſucceſſ.*, *Ciarlin. contr.33. n.125. &*
*126.*, & cæteris cumulatis *eadem Rot. dec.188.*
*n.4.*, *& ſeqq. par.14.*, *Spad. con.172. num.25.*
*lib.3.*, *Cyriac. contr.252. n.35. Gob. conſult.17.*
*ex num.1. & per tot.* ubi de confeſſione mutui
facta per Maritum ad favorem Uxoris;
70 Idemque eſt in caſu, quo Maritus emendo
rem fateatur pretium ſolvere de pecuniis
Uxoris, ut late *de Angel. de Confeſſ. lib.3. q.*
*7. n.1. & 2. & n.7.* abunde *Rot. coram Bich.*
*dicta dec.64. nu.9. & 11.* *Andreol. contr.431.*
*per tot.*, *Marescott. var. reſolut. lib.2. cap.82.*
*n.6. & ſeqq.*

Subſiſtente igitur pro meo judicio indu-
bitata præſumptione iſtius donationis, quam
facere voluerit Teſtator ad favorem Uxo-
ris, quidquid ſit, an eadem donatio ad com-
modum ejuſdem morte Mariti remanſerit
confirmata, ſufficit ad effectum, de quo eſt
quæſtio, quod ex eadem juridica concluſio-
ne excludatur titulus vere oneroſus, & cor-
71 reſpectivus, quia ſtatim, ac talis ordo ſapit
in Uxore cauſam lucrativam, ſeu donatio-
nis, legitima detrahenda venit ex ea, non
quidem directe, quia non eſt immenſa, & pe-
nitus inofficioſa, ſed indirecte computando
talem quantitatem in calculo bonorum Te-
ſtatoris, ſecundum praxim, quam occurren-
tes primę obiectioni, de qua ſuperius, tra-
diderunt poſt *Bart. in l. Titia §. Imperator, ff.*
*de leg.1.*, *Peregr. de fideic. d. art.36. ſub n.37.*
*Paitell. Iun. annot.15. ex n.34. uſque ad n.61.*
pleniſſime *Altograd. Iun. contr.26. ex nu.41.*
*cum ſeqq.*, *Manſ. conſul.323 n.15 & ſeq. Rot.*
*dec.86. poſt* Merlin. *de legit.*, *& dec.13. nu.2.*
*par.3. & dec.57.*, *& dec.136. per tot. par.11.*
*rec.*, & in ſpecie donationis præſumptæ *idem*
*Actolin. d. reſolut.50. n.8. & 9.*, & ante eum
*Mangil. de Imput. qu.10. n.23. Paitell. ubi pro-*
*xime ex n.62. cum ſeqq.*

Nec opinor, replicari poſſe, quod hæc
confeſſio, tamquam veriſimilis, vel aliunde
72 adminiculata, debeat ad veritatem ante-
cedeti-

cedentis numerationis, aut debiti, non au-
tem ad titulum præſumptæ donationis refer-
ri, prout concurrente hac veriſimilitudine,
& extrinſecis probationibus, & adminiculis
admittunt *Actolin. dicta reſolut.50. n.14. & ſeqq.*, & loquendo paritèr de Uxore in hoc
eodem ſubiecto legitimæ *Manſ. conſult.175. ex n.12. cum plur. ſeqq.*

Quoniam non video, quod aliqua proba-
tio, veriſimilitudo, aut adminicula ſuffi-
cientia valeant ullatenùs in noſtra facti ſerie
73 circumferri, non enim poterunt adduci pro
mea credulitate Teſtes, ſeù quod Uxor ha-
beret alia Bona prætèr dotem, aut deniquè
induſtriam, qua mediante potuerit hanc
quantitatem cumulare, & ejus Marito præ-
cedentèr tradidiſſe, pròut ad elidendum reſ-
ponſum *I.C. in l. Quintus Mutius, ff. de donat. inter Vir & Uxor* ponderarunt, & reſpectivè
reſponderunt *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.7. gloſſ.3. par.15. n.36. Rot. dec.694. n.5. par.4. tom.3. rec.*, & poſt eos *Caſtald. conſult.9. n.16.*, *Antonell. de temp. leg. lib.2. cap.19. n.37. & 38. De Angel. de Confeſſ. d. lib.3. qu.7. n.3.*, *Marescott. lib.2. var. reſol. cap.32. n.10. & 11.*, *Rot. cor Bich. dec.64. n.10. & in rec. dec.197. n.17. & 18. par.12. & dec.376. n.31. & 32. par.14. & dec.365. n.3. par.18.*

Illa vero, quæ ſupponebantur tertio loco
ex cauſa piarum largitionum, vel Eleemoſy-
74 narum, in primis expoſcunt hujus facti pro-
bationem, & juſtificationem, ut in puncto
*Manſ. d. conſult.16. n.84. verſ. Hæc autem*: & de
cœtero, quidquid dicat *Manſ. in eadem conſult.*
75 *n.57. & ſeqq.*, utiquè talis cauſa immunis
eſſet tàm a directa, quàm indirecta deductio-
ne legitimæ, quando tractaretur de Eleemo-
ſynis in vitæ curriculo minutatim factis
per Teſtatorem juxtà congruum ſtatum per-
ſonæ, & hoc non quidèm ex prænotata ra-
tione, quod hæc Eleemoſynarum datio, ve-
luti expectans centuplicatam remuneratio-
nem, adſcribi debeat Contractui correſpecti-
vo, nam & quodlibet opus pium habet eum-
dem reſpectum ad Deum, & expectat retribu-
tionem ab Altiſſimo, & quandoque ex opere
( ut dicunt *Theologi* ) operato habet æſtima-
tionem infinitam, ut contingit in Sacrificiis
76 Miſſarum, & tamen conſimiles largitiones,
vel legata non minuunt legitimam, cujus cau-
ſa ex celebri oraculo *S. Auguſtini* potior eſt,
quàm illa pietatis, & reſpectus ad ipſum Deũ,
ex plenè cumulatis per *Zacch. de ſalar. qu.33. n.2. & 3.*, *Cyriac. contr.304. n.16. & ſeqq. Merlin. de legit. lib.2. tit.1. qu.10. n.2. Manſ. d. conſult.16. n.20. & ſeqq. Caſtald. conſult.76. n.9. & conſult.77. num.8.*, *Cenſal. conſ.8. ex n.10. uſquè ad 16.*, *Rot. cor. Gregor. dec.539. n.5. & cor. Priol. dec.96. n.3.*

Sed ex eo, quod ubi Eleemoſynæ ſint fa-
77 ctæ in dies, non debent cenſeri deterioris
conditionis, quàm ſint cæteræ expenſæ, &
largitiones moderatæ etiam prophanæ factæ
in munuſculis ergà Amicos, quævè non po-
nuntur in calculo ad effectum legitimæ, cùm
non debeat Pater vivens impediri ad ea pera-
genda, quæ congruunt conditioni, & ſta-
tui perſonæ, ut advertit *Guttier. pract. quæſt. lib.2. quæſt.68. per tot.* cum quo ad terminos
noſtros Eleemoſynarum procedit doctiſſimus
*Sanchez mox referen.*, & ideò quod de Elee-
78 moſynis minutatim factis, non autem de
Eleemoſynis unica vice, & ( prout hic ) in
ipſo mortis articulo diſtributis intelligenda
veniat prohibita calculatio illarum pro de-
tractione legitimæ, monuit diſtinguendo
*Sanch. ad præcept. Decal. lib.6. diſput.36. n.9.*
& admiſit *idem Manſ. conſult.324. n.24.*, &
priùs *ſub eadem conſult.16. num.22. & n.68. & 69.*

Atque hinc in ſimili, licèt funeris expenſæ,
& Miſſæ occaſione ejuſdem funeris celebra-
tæ non computentur ad hunc effectum in
79 calculo bonorum, adhùc ſi illarum nume-
rus excedat conſuetudinem aliarum perſo-
narum ſimilis conditionis, ſubſtinetur qui-
dèm, & valdè commendandus eſt hujuſmodi
actus in Teſtatore, ſed filio non præjudicat in
ſua legitima, teſte in propoſito expenſarum
funebrium *Surd. dec.255. n.28. Hodiern. ad eumdem dec.112. n.22. Garz. de expenſ. cap.8. n.18. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.6. gloſſ.2. par.5. n.31. in fin. Merlin. de pignor. lib.4. qu.17. n.26.*, *Rodriq. de privil. Credit. par.1. art.3. n.30. & 31. Ventrigl. in prax. rer. notab. Eccleſ. tom.2. annot.31. §. unic. n.26.*

*Finis tertii Reſponſi.*

Reſpectu tandem tertiæ inſpectionis, quæ
verſatur ſuper altero articulo tranſmiſſionis,
ſuperfluum exiſtimavi quidquàm adiicere,
cùm ſatis Mihi videantur illius termini expli-
cati in ipſa Deciſione in ordine ad tranſmiſ-
ſibilitatem inteſtatæ hæreditatis non agnitæ;
Ea verò tranſmiſſibilitas teſtatæ hæreditatis,
ſivè in totum, ſivè in parte ( quoniàm propriè
fraternizat cum materia fideicommiſſaria,
videlicèt, an, & quando fideicommiſſum,
præſertìm conditionale, traſmittatur, pro-
ut & quando legatum non agnitum à legata-
rio pariformitèr tranſmittatur, ) Dei adju-
vante miſericordia adducentur inferiùs, ſi-
vè in alio Volumine, ſecundùm magis op-
portunam congruitatem; Intereà autem
ſufficiat indicaſſe ea, quæ pro mea notitia
in hac poſtrema quæſtione legati non agniti
80 differunt *Doctores*, nimirùm an illud tranſ-
mittatur in Creditores legatarii, itàut iidem
Creditores valeant petere legatum ad pro-
priam utilitatem, quamvis eorum Debitor
illud non acceptaverit, vel agnoverit, ſuper
quo videri poterunt *Cyriac. contr.47. per tot.*, *Merlin. de pignor. lib.4. qu.134. n.10.*, *Poſth. dec. Bonon.82. n.35. & ſeqq. Rot. in Melevitana prætenſi Legati 14. Martii 1653. §. At eſto, cor.*

Mel-

Digitized by Google

*Meltio*, & *in Rom. Societatum Officiorum* 18. *Martii* 1658. §. *Ex his, cor. eodem*, quæ hactenùs non reperiuntur impreſſæ *inter recentior.*, vel alibi.

## CALAGURITANA QUARTI BENEFICII DE ALESANCO.

*Mercur. 29. Aprilis 1699.*

### ARGUMENTUM.

Agitur de Concurſu ad Beneficia Calaguritanæ Diœceſis, & de qualitatibus, ac requiſitis, quorum ratione unus debeat alteri Competitori præferri, non obſtante, quod iſte obtinuerit gratificationem ab Ordinario: Et quando reprobatus in primo Examine, & poſteà approbatus in ſecundo, cenſeri debeat uſquè ab initio idoneus, & neceſſario approbandus.

### *SUMMARIUM.*

1 *Reorum eſt fugere Judicium.*

2 *Judicium per Contradictas practicatur, quando Reus citatus in Partibus non comparet in Curia intrà terminum præfixum, ſaltèm mediante Procuratore.*

3 *Beneficia Calaguritanæ Diœceſis debentur Patrimonialibus loci, et in concurſu magis qualificatis, ac dignioribus, et n.4. et 11. juncto n.20.*

5 *Sacerdos in aſſecutione Beneficiorum Calaguritanæ Diœceſis præfertur cæteris paribus alteri, qui tali charactere non eſt inſignitus, et n.24.*

*Rursùs cæteris paribus præfertur is, qui alios ætate præcellit, n.6.*

*Vel qui eſt pauperior, n.8.*

*Vel qui eſt Licentiatus, ſeù Baccalaureus, aut alias majus tempus conſumpſit in ſtudiis, n.25.*

*Item qui eſt actu Lector, ac Doctior, n.27. et 28.*

*Et de ratione, n.29.*

*Item is, qui caret alio Beneficio, præfertur illud habenti, n.37.*

*Intellige, ut n.38.*

7 *Beneficia Eccleſiaſtica fuerunt ab initio inſtituta pro ſubſtentatione pauperum Sacerdotum, et Clericorum.*

9 *Gratificatio à Jure SS. Canonum conceſſa Ordinario in concurſu duorum, vel plurium paritate vocum, aut meritorum ſuffultis, qua ratione fuerit introducta.*

10 *Gratia derogatoria medietatis vocum ſuccedit loco gratificationis Ordinarii per viam præventionis.*

12 *Gratificatio Ordinarii non attenditur per Sacram Rotam, quotiès ei ex poſt conſtat de præcellentia meritorum alterius ex concurrentibus ad idem Beneficium.*

*Prout etiam non attenditur, quotiès excluſus à gratificatione docet, ſe habuiſſe majorem partem præſentantium, n.13.*

14 *Demens non poteſt conſtituere Procuratorem, vel alium Contractum celebrare.*

*Minuſque poteſt eligere, vel præſentare ad Beneficium, n.15.*

16 *Reviſio Sententiæ concedi non ſolet abſque probabili apparentia injuſtitiæ, aut nullitatis,*

17 *Rota quandoque procedit ad expeditionem Cauſæ in vim ſecundæ Deciſionis, licèt prima contraria præceſſerit.*

18 *Concurſus regularitèr cadere non ſolet, niſi in proviſionibus Parochialium.*

*Et tamen vigore Bullæ* ſan. mem. Clementis VIII. *practicatur etiam in Beneficiis inferioribus Calaguritanæ Diœceſis, num.19.*

21 *Epiſcopus in collatione Parochialium per Concurſum non ſemper præeligit habentem majora requiſita, ſed plerumquè illum, qui pietate, ac prudentia precellit.*

22 *Beneficia Eccleſiaſtica potius conferenda ſunt Civibus, et Originariis, quam Exteris, et alienigenis.*

*Amplia, ut n.23.*

26 *Magiſtratus, et gradus Militares conferendi ſunt doctioribus, ac peritioribus.*

30 *Approbatus, an verò reprobatus cenſeatur in Concurſu is, circà cujus perſonam Examinatores Synodales nil retulerunt.*

31 *Affirmativa expreſſio ubi requiritur, non ſufficit ſola taciturnitas.*

32 *Approbatus in ſecundo examine habetur pro approbato etiam in primo, in quo de cætero fuerat reprobatus.*

*Præſertim, quandò antè primum examen fuerat ab Ordinario prælectus ad audiendas Confeſſiones, vel exercendam Curam Animarum, n.34.*

*Idque procedit, quamvis inter primum, & ſecundum examen non modicus lapſus temporis interceſſerit, quotiès hujuſmodi dilatio non fuit voluntaria, et affectata, n.33.*

35 *Pauper in aſſecutione Beneficii præferendus eſt Diviti.*

*Dummodò hæc qualitas paupertatis pleuè, et concludentèr probetur, n.36.*

### DECISIO LXXXV.

Relúctante Dominico, quantumvis aſſuetis litteris citatoriis ad totam Cauſam expergefacto, & laceſſito, coràm Auditorio noſtro comparere, Ego tamquàm Judex appellationis interpoſitæ per Joannem à quadam aſſerta gratificatione Ordinarii Calaguritani favore ejuſdem Dominici (ſervatis, expectatiſque omnibus terminis opportunis ad comparendum) coactus fui, Joanne, & Juſtitia itè impellente, Dubium exponere, An ipſi Joanni adjudicandum foret Beneficium, de quo agebatur, & Domini ex officio, intrinſecè etiam perpenſis meritis, affirmativum Mihi dignati ſunt exhibere ſuffragium.

Ultrà

Digitized by Google

Ultrà namquè generalem, & ſi quandoq;
1 periculoſam præſumptionem, quam pro ſe
deducebat Joannes, nempè, quod Reorum
ſit fugere, prout fugere videbatur Dominicus,
permittendo labi tempora ſuæ comparitioni
benignè, & æquitativè præſcripta abſque
deputatione ſaltèm alicujus Procuratoris,
ſicuti neceſſarium eſt, ne legitimè citatus
patiatur proceſſum, & Judicium, quod
2 nuncupant per Contradictas, non enim in
hoc caſu aliud ſuppetit Parti, & Judici remedium,
quàm renovatis etiam ex urbanitate
citationibus in Urbe, Juſtitiam (ſicuti
Acta per Comparentem tranſportata deſiderant)
petere, & reſpectivè adminiſtrare,
etiam in pœnam injuſtæ contumaciæ alterius
Partis, juxtà antiquiſſimam Curiæ praxim,
de qua teſtantur *Veſtr. lib. 1. cap. 5. ex
n. 1. uſquè ad fin., Ubert. de citat. cap. 7. n. 310.
& cap. 11. n. 405., Ridolphin. in prax. par. 1.
cap. 3. ferè per tot., Cardin. de Luc. de Iudic. diſcurſ. 10. n. 2. cum ſeqq.* necnon noſtri Tribunalis,
ut antiquioribus omiſſis de recenti
practicatum fuit in alia *Calaguritana Quarti
Beneficii de Quel 26. Ianuarii proximè præteriti
cor. R. P. D. meo dell' Olmo.*

Stabilivit in hac opinione Dominos clarum,
& inſolubile dilemma, quod vel, præciſivè
ab attributa gratificatione Dominico
3 per Epiſcopum, conſiderandæ erant prærogativæ,
& merita Dominici, & Joannis concurrentium
ad aſſecutionem controverſi Beneficii,
quod Quartum appellant, ad normam
Conſtitutionis ſa. me. Clementis VIII.
relatæ per *Gonzal. ad Regul. Cancell. gloſ. 9 §. 1.
n. 72., Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 31. n. 121.,
Card. de Luc. de Benef. diſc. 67. per tot.* tuncquè
in hujuſmodi concurſu citrà ſcrupulum
4 prævalere debebat Joannes; is enim, ut requiritur,
docebat, ſeſe Patrimonialem loci
de Aleſanco, fulciebatur Examinatorum Synodalium
approbatione etiam ad Animarum
Curam exercendam, actu reperiebatur Sacerdos,
& ſenior, ac venerabilior in ætate;
quapropter etſi Dominicus pariformitèr eſſet
ornatus præcedentibus qualitatibus Patrimonialitatis,
& idoneitatis, nihilominùs, &
5 tamquàm non actu Sacerdos, & infra ætatem
Annorum 23., nullo modo poterat anteponi
ipſi Joanni, ut præmiſimus, actu Sacerdoti,
& ſeniori, ex his, quæ in propoſito
qualitatis Sacerdotalis adnotavere *Guttier.
conſ. 2. n. 22. in fin., Lara de Anniverſ. & Cappellan. lib. 2. cap. 3. n. 17., Rota coram Carill.
dec. 227. n. 2., & cor. Zarat. dec. 18. n. 4., &
dec. 515. n. 4. & ſeqq. par. 18. rec. & in Calaguritana
Beneficii de Murillo 19. Jan. 1691.
§. Juſtitia, & ſeq. cor. clar. me Card. Cavallerino*; & in altero propoſito gravioris, ac
6 maturioris ætatis, quæ ſecum regularitèr trahit
majorem quoque prudentiam, & probitatem,
proſecuti ſunt *Bald. conſ. 167. in fin.
lib. 4., Barbat. conſ. 23. n. 13. in fin. verſ. accedat,
& n. 14. lib. 1., Rocc. de Iurepatr. verb. honorificum
qu. 15. n. 42., Rot. dec. 23. n. 6. poſt Tondut.
de Penſion., dec. 89. n. 6. & 7. poſt Zacch.
qu. Medic. legal., & dec. 25. n. 2. & 4. coram
Priol.*, & nuper *in altera Calaguritana Quarti
Beneficii 16. Febr. præterlapſi §. Succedit quarta,
cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Concurrebat itidem in perſona Joannis
motivum paupertatis, quando è converſo
oſtendebatur per eumdem Joannem, quod
ejus oppoſitor Dominicus poſſidebat pingue
patrimonium; cum enim Beneficia ad hoc
7 ſignantèr fuerint in Eccleſia Dei conſtituta,
ut Pauperes Divino ſervitio, & cultui Eccleſiarum
adſcripti de ipſo Altari vivant, &
ſemper eadem Beneficia fundata ex eleemoſynis,
& largitionibus fidelium, tanquam
Chriſti patrimonium magis (dummodo non
cuncurrat alia præponderans, vel abſorbens
circumſtantia) diſtribui debeant pauperibus,
ut ait *Ludov. Gomez in tract. de expectat. n. 75.
ad fin., Rocc. de Iurepatr. d. qu. 15. ſub n. 42.
verſ. ſecundò crederem*, latè *Velaſc. de privil.
Pauper. par. 1. quæſt. 7. ex num. 12. cum plur.
ſeqq.* profectò data etiam paritate meritorum
8 in Joanne, & Dominico, in hac ipſa paritate
Joannes merebatur anteferri tamquàm
pauperior, ſicuti cæteris, ut dicunt, paribus
reſponſum fuit *in dec. 248. n. 9. & 10. coram
ſa. me. Alex. VIII., & cor. Card. Cerr. dec. 467.
n. 5. verſ. paupertas verò, & n. 7., & deciſ. 77.
n. 5. cor. Ursag., & in dicta Calaguritana Beneficii
de Murillo 28. Aprilis 1690. §. Eſt autem
dignior, & 28. Junis ejuſdem Anni §. Pollet
inquam, cor. bo. me. Urſino.*

Aut verò Dominicus renuens in præſenti
comparere Audientia nitebatur gratificationi
ſibi conceſſæ per Ordinarium, tuncquè,
quatenus oportuiſſet, ex hucuſquè præmiſſis
eadem gratificatio manifeſtabatur injuſta;
quia quantumvis S. Sedes, & Jura Ec-
9 cleſiaſtica merito impartiantur Epiſcopis, &
locorum Ordinariis in ſuis caſibus facultatem
præeligendi, ſeù gratificandi quem maluerint
de duobus paritate vocum ſuffultis, hocque
ad tollendas lites, & diſpendia litigantium,
ad trad. per *Rot. dec. 131. n. 15. apud Vivian. de
Iurepatr., & cor. Coccin dec. 2318. n. 3., & in
Rec. dec. 240. n. 5 par. 16., & in Majoricen.
Beneficii 4. Iulii 1696. §. Alia vero ratio, cor.
R. P. D. meo de la Tremoille.*

Id tamen proprius, veriùſque procedit,
quando tractatur de Beneficiis ad aliorum
nominationem, ſeù præſentationem liberè
pertinentibus, uti frequentius, & rationabilius
eſt in caſu Juriſpatronatus laicorum,
ſiquidèm tunc præſentati per Patronos (niſi
ſint incapaces, vel indigni) reſpui per benignitatem
conceſſionis Eccleſiæ non poſſunt
ab inſtitutione, & conſequentèr, ceſſante
hujuſmodi incapacitate, præſentati per æqui-

ponderantiam vocum poſſunt abſquè tàm
ſcrupuloſa indagatione meritorum gratifi-
10 cari ad libitum Ordinarii, vel obtinere gra-
tiam derogationis medietatis vocum à S. Se-
de, quæ quandòque prævenit Ordinarium,
ex iis, quæ habentur *in deciſ.2318. n.1. cum
duob. ſeqq. cor. Coccin.*, *& dec.17. n.5. & 6.
cor. ſa. me. Alex. VIII.*

In Beneficiis aotem hujus Diœceſis res ità
non ſe habet; licèt namque ſa. mem. Cle-
mens VIII. indulſerit, quod occurrentibus
hujuſmodi vacationibus, ac ſuppoſita ido-
neitate, & approbatione concurrentium,
quatuor de gremio Beneficiatorum Eccleſiæ
habeant jus nominandi, ſeù eligendi, quem
reputaverint de approbatis, hoc nihilomi-
nùs deſcendit à mera largitate Pontificia,
ſupponente, quod Eccleſiaſtici per eum ef-
fectu Indultarii non abutantur Indulto, vel
prævertant jura Concurſus; & de facto no-
11 ſtrum Auditorium, ad quod ex præſcripto
ejuſdem Clementis VIII. deferuntur hujuſ-
modi Cauſæ, ſemper perquiſivit, & intro-
ſpexit ad præcellentiam meritorum, quem-
admodùm apparet ex *deciſ.284. n.12. coram
Bichio, & in rec. dec 62. n.22. par.32., dec.196.
n.6. par.14.*, *& deciſ.203. n.3. & 4. par.16.*
& in ſpecie Beneficiorum iſtiuſmet Eccleſiæ
de Aleſanco patet ex *Royas deciſ.494.*, *Bich.
dec.659.*, *& par.11. rec. dec.225.*, *& d. dec.25.
12 cor. Priol.* & in puncto non obſtante obtenta
gratificatione ab Ordinario *eadem Rota cor.
Peutinger. dec.48. num.3.*, *& dec.86. n.5. &
ſeqq. cor. ſa. me. Alex. VIII.*, *& dec.238. n.6.
& 7. par.16. rec.*

Cæterùm, quod magis eſt, ſimultaneè
in hodierno facto ceſſabat occaſio, & funda-
mentum cujuslibet gratificationis, dum Jo-
annes demonſtrabat, quod ipſe duas ex tri-
bus eligere, ſeù præſentare debentibus voces
13 reportaverat, ſicquè dum ad ejuſdem Joan-
nis favorem major pars ſuffragiorum nume-
rabatur, non erat ampliùs locus gratifica-
tioni, ſed inſtitutioni ſolius Joannis, per
*Text. in cap. quoniam, de Iurepatr. Gloſ. in
cap. Venerabilem 34. verbo favere propè fin. de
elect.* Rot. *dec.154. n.9. & dec.482. n.14. cum
duob. ſeqq. cor. Bich. & deciſ.300. n.7. coram
Card. Celſ.*

Parùm relevante, quod ille unus, qui Do-
minicum nominavit, & elegit, indueret etiam
perſonam, & mandatum alteriùs Beneficia-
ti abſentis: Quoniam hujuſmodi abſens (ſi-
cuti patefecit Joannes *in Summario n.6.*) non
aberat dumtaxat à loco, ſed à mente, ex quo
tamquàm ſano cerebro deſtitutus jam pri-
dem ſuſpenſus remanſerat à celebratione
Divini Sacrificii, necnon interdictus à ſu-
ſceptione Sacramentorom, ac ab admini-
ſtratione propriorum Beneficiorum; quam-
obrèm non poterat ille tertius per viam aſ-
ſerti mandati Procuræ duplicare vota, ſeù
repræſentare etiam perſonam abſentis, qui
14 veluti carens velle, & nolle non valebat ali-
quod mandatum, aliumvè Contractum ce-
lebrare, ex iis, quæ generalitèr conſiderata
fuerunt *in Romana, ſeù Veneta Immiſſionis 12.
15 Maii 1698. coram Me*, & in his terminis per
*gloſſ. in cap. ex eo 32. verb. diſcretione, de elect.
in 6.* obſervarunt *Tholoſan. in partit. Iur. Ca-
non. tom.1. eod. tit. de elect. cap.8. n.2.*, *Pariſ.
de reſign. lib.9. qu.1. n.13. & ſeqq.* & ſignan-
tèr *n.20.*, *Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib.1. cap.19.
n.55.*, *Vivian. de Iurepatr. lib.5. cap.3. n.19.*,
*Paſſerin. de elect. cap.10. n.11. & 12.*

Et ità &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

DEciſio hæc, ſivè Cauſa fuit expedita ſub
die 1. Junii 1699., quamtùmvis eadem
Deciſio prodierit in contumaciam Domini-
ci, qui licèt ſæpè ſepiùs laceſſitus renuit
comparere, & informare, ſivè propria jura
deducere; qua occaſione notandum eſt, quod
etſi quandoque litigantes ex induſtria oſci-
tantiam inſimulantes abſtineant à compari-
tione in die propoſitionis ad finem perſcru-
tandi rationes Partis ſibi contrariæ, & idcir-
cò ſperantes obtinere novam Audientiam,
tamquàm non auditi in prima propoſitione,
Tribunal ſæpè ſæpiùs (licet facilius aſſentiri
ſoleat eidem novæ Audientiæ, quoties re-
ſolutio, quæ præceſſit, fuit in contuma-
ciam,) adhùc recognita aſtutia Cauſam ex-
pedit per Sententiam, niſi occaſione præfa-
tæ novæ Audientiæ ſubcenſeat, ex funda-
mentis ad hunc finem per ſuccumbentem
allatis, negocium indigere maturiori re-
16 viſione: ea quippè nec etiam in exteris
Tribunalibus conceditur, ubi non intercedat
probabilis apparentia injuſtitiæ, ſeù invalidi-
tatis, ut apud *Cancer. var. reſol. par.3. cap.18.
n.26. Souſa de reviſion. cap.15. n.6. & 7. Fon-
tanell. dec. Cathal.390. n.5.*

Idemque practicatur in caſu, quo adſit
prima Deciſio contraria ſecundæ; nam ſi
17 ſecunda de novo non obnubilatur per moti-
va ſufficientia in novo examine ſub aſſueto
Dubio = *An ſit ſtandum in primo, vel ſecundo
loco deciſis* = facilè deſcendit ad expeditionem
Sententiæ ad limites ſecundæ, ſeù poſterio-
ris Deciſionis, ut accidit præ cæteris in *Ro-
mana Clericatus Beneficiati S. Petri 3. Dec.
1696. cor. R.P.D. meo Priolo*, quæ eſt *dec.14.
poſt Antonell. de Iur. & oner. Cleric.* cum ma-
ximo beneficio Juſtitiæ, quia Capitulum
acquievit Judicato.

In propoſito autem materiæ, quæ contine-
tur in hac Deciſione San. me. Clemens VIII.
ſubrogavit Rotam loco Metropolitani, vel
Nuncii Hiſpaniarum in ſuis caſibus, ut ha-
betur in eadem Bulla regiſtrata penes *Gonzal.
& alios*, de quibus *ſuprà in Deciſione n.3.*

Qua-

Quapropter licèt oppoſitio, ſivè Concur-
18 ſus cadere non ſoleat, niſi in collatione Pa-
rochialium ad formam *Sacri Concilii Tridenti-
ni ſeſſ. 24. de Reform. cap. 18.*, ad cujus interpre-
tationem loco ſuo regiſtrabitur acris diſputa-
tio habita in quadam *Albanen. Archipræsby-
teratus ſub die 2. Iunii 1702. & 29. Ian. 1703.
cor. Me*: Nihilominùs, ità mandante Bulla
19 Clementina, idem Concurſus obſervatur
etiam in Beneficiis inferioribus, uti videre
eſt in Cauſis *Calaguritanis*, quæ frequentiſſi-
mæ ſunt in Sacro Auditorio.

Et ob id quotidiè audiuntur diſceptationes
ſuper minori, vel majori prærogativa, ſeù
præexcellentia alicujus prælecti, vel alterius
excluſi, ac neglecti, cùm nemo dubitet, præ-
20 ferendum eſſe, qui habeat majores qualita-
tes, juxtà expreſſam cenſuram ejuſdem Con-
ſtitutionis Clementinæ, de qua in ſpecie *Rot.
dec. 284. n. 13*, & *deciſ. 601. n. 1. cor. Bich.*,
*dec. 118. n. 2. coràm Dunoz. Iun.*, *dec. 325. n. 1.
cor. Peutinger. dec. 485. n. 2. dec. 486. n. 1.*, &
*dec. 494. n. 2. cor. Royas, dec. 18. n. 1.*, & *21. cor.
Zarat.*, & *dec. 248. n. 1. coram Ottbobon.*, & *in
rec. dec. 171. n. 1. par. 10.*, *dec. 175. n. 4. dec. 515.
n. 3.*, & *dec. 659. n. 1. par. 18.*, & *in Calaguri-
tana Beneficii de Eruizo 16. Iunii 1690. in princ.
coràm Card. Caccia*, & *in Calaguritana Bene-
ficii 31. Ianuarii 1703. §. Conſtitit, cor. bon.
mem. Muto.*

Cum aliqua tamen differentia alterius, ut
diximus, Concurſus in collatione Parochia-
lium; quia cum in hiſcè terminis agatur de
21 Cura Animarum, pietas, & prudentia in il-
larum regimine perſpecta per Ordinarium
valent, & debent quandòque anteire extrin-
ſecas præcellentias requiſitorum in competi-
tore præfulgentes, ex *Card. de Luc. de Paroch.
diſc. 6. n. 4.*, & *in annot. ad Sac. Concil. Trid.
diſc. 32. n. 21.* cùm aliis *ſuprà allegatis in mea
Deciſ. 32. ſub n. 4.*, & *in dicta Albanen. Ar-
chipresbyteratus 29. Ianuarii 1703. §. Quid-
quid igitùr*, pariter *coràm Me*.

Redeundo verò ad Beneficia Eccleſiæ Ca-
laguritanæ, Sacra Rota potiſſimum habet
reſpectum ad ſervitium, quod impenderit
alter ex oppoſitoribus, ſivè concurrentibus
in ipſamet Eccleſia, de cujus proviſione tra-
ctatur, & meritò, cùm ipſum ſervitium ex-
pectet congruam remunerationem, magiſ-
que expediens exiſtat anteponere verſatos in
eadem Eccleſia comparativè ad exteros, &
22 ignaros, ſicuti in fortioribus habemus de
Cive, vel Originario alicujus loci ſemper an-
teferendo in concurſu extraneorum, ut fuit
inſinuatum in ſuprà citata *Deciſione Albanen.
Archipresbyteratus 29. Ian. 1703. §. Conſpira-
bat, coràm Me*, & in ſpecie Beneficiorum Ec-
cleſiæ Calaguritanæ conſiderans Statutum,
quod adeſt in ipſa Eccleſia, *eadem Rota in Ca-
laguritana Quarti Beneficii 16. Februar. 1699.
§. Quod magis, cor.* R. *P.D. Lancetta*, & præciſivè
ab eodem Statuto ex præcitatis rationibus fir-
matum fuit *in dec. 486. n. 4.*, & *dec. 494. n. 5.
cor. Royas*, & *dec. 174. n. 2. cor. Celſo*, & *in rec.
dec. 171. n. 5. par. 10.*, *dec. 175. n. 5. deciſ. 584.
n. 3.*, & *dec. 659. n. 4. par. 18.*, & *in Calaguri-
tana Beneficii de Briones 8. Iunii 1689. §. Cum
enim, cor. Card. Caccia, in Calaguritana Beneſ.
de Ravanera 4. Iulii 1688. cor. Reverendiſs.
P.D. meo Molines Decano*, & *in d. Calaguri-
tana Quarti Beneficii 16. Febr. 1699. §. Majo-
ris, cor. R. P.D. meo Lancetta*.

Sub ea ampliatione, quod hæc circumſtan-
23 tia præpolleat (ſuppoſita idoneitate) etiam
de reliquo habentibus majora in Iure requi-
ſita, ex adductis in altera *Calaguritana 16.
Maii 1692. §. Suppoſita, cor. bo. me. Urſino*.

Quod Sacerdos (deveniendo cæteris pari-
24 bus ad ſtateram requiſitorum) præcellere
debeat non Sacerdotem, plenæ, & planæ ſunt
reſolutiones Tribunalis, ut *cor. Bich. dec. 284.
n. 14.*, & *cor. Royas dec. 289. n. 4. dec. 485. n. 3.
dec. 486. n. 2.*, & *dec. 494. n. 3.*, & *cor. Ottbob.
dec. 87. n. 11.*, & *12.* & *dec. 25. à n. 2. cor. Priol.*,
& *in rec. deciſ. 171. n. 2. par. 10.*, *dec. 240. n. 3.
par. 12.*, *dec. 515. n. 4.*, & *dec. 584. n. 5. par. 18.*
cùm aliis *in dicta Calaguritana Beneficii de Ra-
vanera 4. Iul. 1688. §. Et iſtæ, cor. Reverend.
P.D. meo Molines Decano*, & *in Calaguritana
Beneficii 31. Ianuarii 1703. §. Secunda inſur-
git, cor. bo. me. Muto*.

Paritèr, quod Licentiatus, ſeù Baccalau-
25 reus, aut qui alias majus tempus abſumpſit
in applicatione, & exercitio ſtudiorum, præ-
feratur alteri non habenti has qualitates, jure
non minùs dixit *Rot. dec. 284. n. 14.*, & *dec. 601.
n. 2. cor. Bich.*, *dec. 227. n. 2. cor. Carill.*, &
*dec. 248. n. 6.*, & *7. cor. Ottbobon.*, & *in rec.
dec. 659. n. 2. par. 18.*, & *in Calaguritana Beneſ.
de Auxeyo 28. Iun. 1688. §. Siquidem, cor. Cac-
cia*, & *19. Dec. 1689. §. Validitas, cor. Rever.
P.D. meo Molines Decano*, & *in ſæpiùs cit. Ca-
laguritana Quarti Beneſ. 16. Febr. 1699. §. In-
tèr, cor. R. P.D. meo Lancetta*: Idque commu-
26 ne eſt in aſſecutione Magiſtratuum, vel gra-
duum Militarium, teſte *Theſaur. in præfat. ad
dec. Pedem. n. 26.*, *Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 2.
c. 3. ex n. 3. cum plur. ſeqq. Rocc. de Offic. rubr. 6.
n. 7.*, & *ſeqq.*, & ſignantèr *n. 12.*, & *13.*

Itidèm, quod Lector anteponatur non Le-
ctori, quod ille, qui doctior eſt, mereatur an-
telationem, paſſim affirmavit *Rota*, nempè
27 quoad primam qualitatem in *Calaguritana
Beneſ. 31. Ianuar. 1703. §. Quarta demum, cor.
bo. me. Muto*, ubi concord., & quoad ſecun-
28 dam in *dec. 198. n. 1. cor. Dunoz. Iun.*, &
*dec. 289. n. 5. cor. Royas, et dec. 89. n. 3. poſt Zacch.
qu. Medicoleg.*, & *in Calaguritana Beneſ. de
Ocon 10. Decemb. 1691. §. Major, cor. Reve-
rendiſſimo Hervault*: ſivè ſit in premium la-
29 boris conſumpti, ſivè ut ex hac ratione alii
alliciantur, intereſt quippè Reipublicæ, ſivè
Eccleſiaſticæ, ſivè Sæcularis, quod doctrina,

& bonæ Artes exurgant, debitiſque muneribus cumulentur, uti poſt alios demonſtrat *Brantaccin, de Iure Doctorat. lib. 3. in proœm.*

Prætereundum hic ſilentio non eſt ad terminos, de quibus egi in *dec. 62.*, *&* *64.*, quod
30 obi Examinatores in nihilo meminere de doctrina, ſivè de approbatione, aut reprobatione examinati, ſolet dubitari, an idem examinatus in hoc caſu debeat haberi pro approbato, vel reprobato circà eandem doctrinam; nam quod potiùs reputandus ſit pro reprobato hujuſmodi examinatus, videtur ſentiiſſe *Rota in Calaguritana Quarti Beneſ.* 18. *Maii* 1683. §. *Nequè obſtat, cor. bo. mem. Benincaſa, & in Calaguritana Quarti Beneſ. 2. Dec. 1697., & 16. Febr. 1699. §. Is autem, cor. R.P.D. meo Lancette*; & è converſo pro parte negativa ſtetiſſe in *Calaguritana Beneſ. de Briones* 16. *Maii* 1685. §. *Nequè obſtat, cor. bo. me. Benincaſa, & in Calaguritana Quarti Beneſ. de Murillo de Riolexa* 3. *Aprilis* 1693. §. *Nequè in iſto caſu, cor. R.P.D. meo Priolo*, Ego verò abſolutè adhærerem opinioni affirmativæ, quia ſilentium in his terminis referendum eſt potiùs modeſtiæ, & charitati Examinatorum fortè nolentium præjudicare famæ examinati, de reliquo etenim ubi requiritur affirmativa juſtificatio,
31 taciturnitas, & prætermiſſio non ſufficit ad concludendam eamdem affirmativam, prout notant *DD. in cap. 2. de Præben., & in cap. fin. de Procur. in 6.* plenè *Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ 99. n. 50., & ſeqq. P. Leo Ieſuita in tract. de Authorit., & uſu Palli cap. 16. n. 16.*, *Rot. dec. 275. n. 14. par. 14. recent.* in Urbe autem noſtra minimè contingit is caſus, cùm Examinatores reſcribant in ordine ad non approbatum poſitivè, atque alias non deturpandum, ſivè excuſandum, cùm Clauſula *iterùm redeat*.

Ubi tamen in primo examine aliquis fue-
32 rit reprobatus, ſi poſteà provocans, ſivè ſemetipſum exponens ſecundo examini reportaverit approbationem in ſecundo, habetur pro approbato etiam in primo, juxtà affirmata per *Rot. dec. 659. n. 12. par. 18. rec. in Calaguritana Beneficii de Lucrinio* 16. *Maii* 1692. §. *Idoneitas, cor. bo. me. Urſino*, & priùs *in Calaguritana Beneſic. de Auxeyo* 28. *Iunii* 1688. §. *Non obſtat, cor. Card. Caccia, & in Calaguritana Quarti Beneſ. de Arenzana* 12. *Iun.* 1693. §. *Hinc proindè, cor. bo. me. Muto*, hoc etenim eſt beneficium appellationis, quod omnia in priſtinum reſtaurat, prout habemus in eo, qui ſuccubuit in prima Inſtantia, & vicit in ſubſequentibus, etiam ad effectum recuperandi expenſas primi Judicati contrà ſe, ex iis, quæ jam fuerunt connotata, & uberiùs connotabuntur in poſterum, ac edocet praxis quotidiana.

Quia tamen in intercapedine primi examinis cum ſecundo poteſt quis fieri doctior per alacriorem navationem ſtudiis, & ob id videri poteſt præjudicatum habenti quodammodò Jus quæſitum ex primo examine, partes ſunt Judicis recognoſcendi, utrùm protelatio ſecundi examinis affectatè ſucceſſerit, quo caſu intrant rationes contrariæ mox enunciatæ: è converſò autem ceſſante hac af-
33 fectatione, quæ dimetiri conſuevit à facti circumſtautiis, videlicèt, an fuerit provocans ad novum examen à Parte ſibi contraria impeditus per aliquam inhibitionem, aut alium obicem ab ejus aſtutia minimè provenientem, ſubſeqnuta approbatio in ſecundo examine in hoc ſecundo caſu illum reintegrat, acſi approbatus extitiſſet in primo, quemadmodùm in ſpecie Beneficiorum hujus Diœceſis rectè cenſuit *Sac. Rota deciſ. 494. n. 7. cor. Royas*, *dec. 100. n. 30., & ſeqq cor. Arguell., & dec. 175. n. 7. par. 18. rec., & in dicta Calaguritana Beneſ. de Auxeyo* 28. *Iunii* §. *Minùs relevat, & 3. Dec. 1688.* §. *Quibus tamèn, cor. Card. Caccia*, 22. *Iun.* 1689 §. *Animadverſum, cor. bo. me. Benincaſa, & 9. Dec. 1689.* §. *Quod enim, cor. Rever. P.D. meo Molines Decano, & in Calaguritana Quarti Beneſ. de Arenzana* 12. *Iunii* 1693. §. *His accedit, cor. bo. me. Muto, & in dicta Calaguritana Quarti Beneficii* 16. *Febr.* 1699. §. *Potiſſimè, cor. R.P.D. meo Lancetta*.

Eoque maximè, quando in ſecundo exa-
34 mine approbatus habet urgentes præſumptiones pro ſe, nimirùm ſi perantea extitiſſet approbatus ad Curam Animarum, audiendaſque Confeſſiones, cum ſimilibus, ut in *dec. 494. n. 8. cor. Royas, & deciſ. 175. à n. 8. dec. 515. n. 11. dec. 584.* pariter *num. 11.*, *& dec. 659. n. 13. par. 18. rec., & in Calaguritana Beneſ de Murillo* 28. *Iunii* 1690. §. *Nec quicquam, cor. bo. me. Urſino, Calaguritana Quarti Beneſ. de Arenzana* 12. *Iun.* 1693. §. *Nec relevat, cor. bo. me. Muto, & in dicta Calaguritana Quarti Beneſ.* 16. *Febr.* 1699. §. *Is autem, cor. R.P.D. meo Lancetta*.

Paupertas, licèt in ſæculo homines ridiculos faciat, ut fert Adagium, in materia tamen Eccleſiaſtica, ſivè ſpirituali, conclamante Domino = *quod uni ex iis feciſtis, Mihi feciſtis* =
35 præbet ſuaptè natura excitamentum præcellentiæ, ideoque pauper præferendus eſt diviti, *Rot. dec. 933. n. 1., & 8. cor. Dunoz. Iun.* cùm cæteris in *Calaguritana Beneſ. de Ocon* 10. *Dec.* 1691. §. Rurſùs, *coram* Rever. *Hervault, & 27. Febr. 1692.* §. *Verùm, cor. eodem*,
36 dummodo paupertas iſta probetur ab illam allegante, ut declarat *Rot. in eadem Calaguritana Beneſ. de Ocon* 10. *Decemb.* 1691. §. *Neque, & 27. Febr. 1692. dicto* §. *Verùm, cor. Reverend. Hervault*, ſicuti etiam ex hoc capite carens
37 Beneficio præfertur illud habenti, ad *Text. in cap. si, cui, de præbend. in 6. Rot. dec. 767. n. 1. cor. Seraph., & dec. 118. n. 6. cor. Dunozz. Iun., & in rec. deciſ. 584. n. 5. & rec. 784. num. 8., & 11. par. 18. tom. 2.*

Dummodò paritèr habens Beneficium recipiat

38 cipiat ab eo congruam ſubſtentationem, ad ea, quæ declarando dixit Rota *dec.932. n.6. cor. Dunoz. Jun., dec.169. n.8. coram Celſo, dec.459. n.9. cor. Pentinger., & dec.120. n.8. cor. Zarat., & in rec.d.dec.584. n.6., & dec.659. n.10., & 11. par.18. tom.2., & in Calaguritana Benef. de Ravanera 4. Jul.1688. §. Quoniam, coram Reverendiſs. P.D. meo Molines Decano, & 26. Novemb. ejuſdem Anni §. Nec obſtat, cor. Reverendiſs. Hervault.*

Contingit aliquandò, quod lite pendente ſuper adjudicatione unius Beneficii, ſivè Portionis in hac Eccleſia Calaguritana vacet aliud Beneficium, ſivè Portio, & tunc ex conſuetudine ejuſdem Eccleſiæ Portio vacans pertinet ad eum, ſivè jure optionis, ſivè quaſi jure conſolidationis, cui fuit ab Ordinario jam adjudicatum primum Beneficium, ut meminit R.t. *in Calaguritana Beneficii* 21. *Iunii* 1700. §. *Viget, & ſeq. cor.* R.*P.D. meo Lancetta*; & hanc conſuetudinem ſubſiſtere declaravit *eadem* Rota *dec.195. cor. Buratt., & dec.100. cor. Merlino* utrobiquè *n.1., & dec.62. n.24., & 28. par.12., & dec.791. n.6., & 7. par.18. rec. & in proximè allegata Calaguritana Benef. 21. Iunii 1700. dicto §. Viget, cor.* R.*P.D. meo Lancetta*: adeout in hac hypotheſi æquè compatibilitèr valeat deveniri ad expeditionem Cauſæ ſuper utraque adjudicatione, favore videlicèt optantis, & inſimul favore alterius de novo prætendentis Portionem ſecundo loco vacatam, niſi prudens animadverſio Tribunalis diverſimodè ſubcenſeat, idque ac limites caſus diſcuſſi in *d. Calaguritana Beneficii 21. Iunii 1700. d. §. Viget cum ſeqq. cor.* R.*P.D. meo Lancetta*.

Cæterùm quamtumvis hæc ſolummodò inter cæteras occupationes annotare potuerim, quæ fortaſsè valebunt lucem aliquam præbere, fateor nihilominùs, quod hæc omnia non poterunt ſtabilire certam regulam, quia religioni Judicum relinquendum eſt in hiſcè materiis pendentibus à conſcientia judicantis illud arbitrium regulatum in diſcuſſione requiſitorum, quod intercludi nequit in aliis Cancellis, niſi in illis, in quibus ad lancem qualitatum in unoquoque concurrentium hùc, vel illuc animus impellatur in reputando hunc; & illum excellentiorem, cùm ſupraſcriptæ regulæ, ſeù propoſitiones deſerviant pro lucerna ad magis in tenebris perquirendum lumen Juſtitiæ; ſicut evenire conſuevit in omnibus quæſtionibus, quæ dicuntur arbitrariæ, non quia ſint arbitrariæ ad ſenſum Vulgi, ſed quia hìc, & nunc ità judicare debens arbitratur ſentire in proprio intellectu, & ſindereſi.

## LEODIEN. MONASTERII.

*Lunæ 4. Maii 1699.*

### ARGUMENTUM.

De validitate Electionis licèt factæ extrà locū, ſeù Monaſterium, cui providendum erat de novo Superiore; & quando contemptus alicujus ex Vocalibus irritet Electionem, ac de pluribus cauſis excludentibus prætenſum contemptum Vocalis non citati, vel non admiſſi ad ſuffragandum in Electione, & quando iſta dicatur, necnè facta per abuſum Laicæ poteſtatis: Beneficia promoti ad Epiſcopatum an vacent ab ipſo momento promotionis, aut confirmationis, vel potiùs à die Conſecrationis. Aliqua de incompatibilitate Beneficiorum, quandò obſiet, necnè illa obtinenti, & an, & quando S.R.E. Cardinales compræhendantur in generali ſermone in Statutis, vel Conſtitutionibus.

### *SUMMARIUM.*

1 *Gratia* ſi neutri *an dicatur conſecutiva, et dependens à Clauſulis contentis in prima Gratia, vel potiùs importet novam Gratiam independentem à prima.*

2 *Gratia* ſi neutri *præſefert implicitam confeſſionem, quod neque illam impetranti, neque ejus competitori jus aliquod ſpectet ſuper controverſo Beneficio.*

3 *Gratia* ſi neutri *obligat illam impetrantem ad clarè docendum, quod ejus competitori nullum jus competat ſuper Beneficio hinc indè prætenſo.*

4 *Electio regulariter fieri debet in illo eodem loco, vel Monaſterio, cui providendum eſt de novo Superiore.*

*Declara tamen, quod ſubſtinetur electio facta in quolibet alio loco, in quo Vocales concorditèr convenerint ad eligendum, n.5.*

*Præſertim, ſi concurrat aliqua juſta cauſa explendi electionem alibi, quam in loco viduatæ Dignitatis, n.6.*

7 *Contemptus alicujus ex Vocalibus irritat electionem.*

*Non tamen illam irritat ipſo jure, ſed ope exceptionis, quatenùs ſcilicet Vocalis neglectus ſuum proſequatur contemptum, num.8.*

9 *Contemptus dicitur Vocalis, quotiès nullo modo vocatus fuit ad actum electionis.*

*Item quotièt, licèt vocatus, & præſens, non fuit admiſſus ad votandum, n.10.*

*Non tamen contemptus diceretur is, qui ex aliqua rationabili cauſa fuit excluſus à votando, licèt ex poſt talis cauſa detegeretur minùs juſta, n.98., & 99.*

11 *Curſori atteſtanti, ſe aliquem citaſſe, aut intimaſſe, regularitèr defertur.*

12 *Elector, quod fuerit ad actum electionis vocatus, probatur ex atteſtatione Nuncii, ſeù Curſoris.*

13 *Vocalis citatus ad actum electionis pro certa die ſibi imputet, ſi in die deſtinata non comparuit ad locum electionis.*

14 *Electio facta per abuſum Laicæ poteſtatis eſt nulla.*

*Quandò autem electio dicatur facta, necnè cum tali abuſu Laicæ poteſtatis, vide ex n.15. uſquè ad 21.*

22 *Utile*

22 *Utile per inutile non vitiatur in materia electionis.*

23 *Princeps ſæcularis an habeat jus opponendi contrà Electum ad aliquam Dignitatem Eccleſiaſticam, ex capite, quod ſibi ſit juridicè ſuſpectus.*

24 *Cauthela ſuperabundantèr adhibita nocere non debet.*

25 *Electores, qui ſuffragium dederunt in electione, nequeunt poſteà illam oppugnare ſivè directè, ſivè in figura Teſtium.*

26 *Electio in dubio præſumitur rite, recteque celebrata.*

27 *Electio cenſeri nequit per vim, & metum celebrata, quoties ab Electoribus in plena libertate conſtitutis fuit ex poſt ratificata, & approbata.*

28 *Incompatibilitas reſultat ex retentione plurium Beneficiorum etiam ſimplicium.*

29 *Epiſcopatus plures in una, eademque perſona ſunt incompatibiles,*

30 *Epiſcopatus Germaniæ ſunt èlectivi.*

31 *Poſtulatio cadit, non autem electio, quotiès eligendus patitur defectum ætatis, aut alterius legitimi impedimenti.*

32 *Diſpenſatus ad obtinendũ plura Beneficia, aut Dignitates incompatibiles non cenſetur diſpenſatus ab illa, vel illas retinendũ, niſi expreſsè dicatur in diſpenſatione.*

33 *Dictio ità tamen inducit formam, & conditionem importat.*

34 *Beneficia promoti, vel electi ad Epiſcopatũ an vacent ab ipſo momento promotionis, aut confirmationis, vel potiùs à die Conſecrationis, & n.35. 36. 38., & 73.*

*Et quid, ſi in Decreto promotionis, vel confirmationis adſit expreſſum Decretum ſuper vacatione Beneficiorum, n.37. & 74.*

39 *Epiſcopus diſſolvi nequit à vinculo, quo tenetur ergà ſuam Eccleſiam, niſi de plenaria Papæ authoritate cum juſta, & legitima cauſa,*

40 *Epiſcopus electus, et confirmatus, licèt nondùm conſecratus, poteſt exercere omnia, quæ ſunt Juriſdictionis, non verò ea, quæ ſunt Ordinis.*

*Et de ratione, n.42., et 43.*

41 *Epiſcopus electus, et confirmatus poteſt concedere Indulgentias, licèt adhuc non ſit Sacerdos.*

44 *Obtinens Beneficium incompatibile tenetur primum dimittere ſtatim, ac adeptus fuit pacificam poſſeſſionem ſecundi ad excluſionem ſui principalis competitoris.*

45 *Electio, ut valeat, requiritur, quod vel omnes, vel ſaltèm major, et ſanior pars Capituli in Electam conſenſerit.*

*Ideòque electio facta in paritate ſuffragiorum eſt nulla, n.46.*

*Amplia, ut n.47., et 48.*

49 *Inhabilitas, quæ obiicitur perſonæ eligendæ, diſpungenda eſt antequàm deveniatur ad actũ electionis, alias electio corruit.*

*Et de ratione, n.50. cum 2. ſeqq.*

51 *Eligentes ſcientèr incapacem amittunt pro illa vice jus eligendi.*

53 *Electio, in qua unus ex Vocalibus fuit contemptus, eſt irritanda, ſi ipſe ejus confirmotioni ſe opponat ex hoc præciſo capite, quod fuerit contemptus, et n.97.*

*Amplia, licet perſona Electi de cætero digniſſima exiſtat, n.54.*

55 *Defectus oppoſiti Vocalibus in limine electionis non attenduntur ad finem illos excludendi à jure votandi, ſed prævia proteſtatione proceditur ad electionem.*

56 *Vocalis excluſus à jure eligendi per ſententiam, à qua appellavit, pendente appellatione poteſt eligere.*

57 *Electio facta in ſpretũ appellationis interpoſitæ ab aliquo Vocali excluſo à jure eligendi, tamquàm attentata eſt revocanda.*

58 *Canonicus ſuſpenſus à ſuo Canonicatu, adhùc habet vocem in Capitulo, & poteſt ferre ſuffragium in electionibus.*

59 *Canonicus eo ipſo, quod eſt in Sacris conſtitutus, habet vocem, & votum in Capitulo.*

60 *Capitulum non poteſt condere Statuta contrà Jus commune abſquè authoritate, vel confirmatione Sedis Apoſtolicæ.*

61 *Confirmatio in formo ſpecifico requiritur, ubi agitur de Statutis contrariis diſpoſitioni Juris communis.*

62 *Cardinales non comprabenduntur ſub quacumque generalitate verborum, præſertim in materia pœnali, niſi de eis fiat expreſſa mentio.*

63 *Cardinales tamquàm Conſiliarii Summi Pontificis tenentur reſidere in Curia Romana.*

64 *Perſona Eccleſiaſticæ non compræhenduntur ſub Repræſaliis indictis occaſione Belli vertentis inter Principes Chriſtianos.*

65 *Pluralitas Epiſcopatuum in una, eademque perſona de ſanguine illuſtri, qua ratione quandòque practicetur in partibus Germaniæ ex diſpenſatione S. Sedis.*

66 *Epiſcopus eligi poteſt ad aliam Eccleſiam Cathedralem, ſi habeat ſpeciale Indultum Papæ ſuper eligibilitate.*

67 *Epiſcopus promovendus debet habere ſaltèm ætatem 30. Annorum.*

*In Galliis tamen vigore Concordatorum ſufficit, quod habeat Annos viginti ſeptem, n.68.*

69 *Epiſcopus quis propriè dici nequit, niſi poſtquàm fuerit conſecratus, & n.71.*

70 *Beneficia promoti ad Epiſcopatum de Jure non vacant, niſi poſt habitam Conſecrationem, aut ſaltèm poſt lapſum temporis ad conſecrandum.*

72 *Archiepiſcopus quis vocari non poteſt antè receptum Pallium, licèt jam conſecratus exiſtat in Epiſcopum.*

75 *Epiſcopo non habenti legitimam ætatem datur Adminiſtrator in ſpiritualibus, qui*

qui interim cenſetur proprius, & verus Paſtor illius Eccleſiæ.

76 Exceptio ſemper intelligitur ſecundùm terminos præcedentis regulæ.

77 Obtinens Beneficium incompatibile non tenetur dimittere primum, uſquequo penitùs ceſſaverint moleſtiæ ſibi etiam de facto, & extrajudicialitèr illatæ ſuper novo Beneficio obtento.

Amplia, etiamſi in litteris proviſionis ſecundi Beneficii adeſſet Decretum ſuper vacatione primi intra certum terminum, n.78.

79 Exceptio incompatibilitatis non obſtat ad finem aſſequendi ſecundum Beneficium incompatibile, ſed ſolùm ad finem, nè utrumque valeat retineri.

80 Electio novi Prælati fieri debet poſtquàm Eccleſia remanet proprio Paſtore viduata.

81 Diſpenſare præſumitur Princeps eo ipſo, quod ſcientèr aliquem promovet, qui aliàs diſpenſatione indigeret.

82 Celebratio Miſſæ de Spiritu Sancto non eſt de ſubſtantia electionis.

83 Publicatio electionis fieri poteſt à quolibet ex Scrutatoribus ad libitum, & voluntatem Capitularium.

84 Electio concluditur à majori parte Capituli, nec requiritur, quod in electum concurrant duæ partes Capitularium.

85 Vocales, qui incompleta electione voluntariè exierunt ab Aula Capitulari, non computantur ampliùs in numero eligentium.

Et de ratione, n.86.

Idemque dicendum eſt de iis Vocalibus, qui, licet præſentes in Capitulo, adhuc abſquè ulla rationabili cauſa noluerunt ferre ſuffragium in electione, n.87.

88 Archidiaconi Leodienſes faciunt in illa Diœceſi quamdam ſubalternantem figuram Ordinariorum.

89 Sanior pars Capituli ea dicitur, quæ componitur ex Viris magis qualificatis comparativè ad alios.

90 Terminus electioni præfixus nequit prorogari, niſi de conſenſu majoris partis Capituli.

91 Electus à minori parte, ſi eſt habilis, præfertur alteri inhabili ſcientèr coelecto à majori parte Capituli.

92 Interpretatio legis, aut Privilegii nequit ad alium ſpectare, quàm ad illius conditorem, & reſpectivè concedentem.

93 Inferior nequit ſe intromittere in declarãdo, aut interpretando factũ Superioris.

94 Indulta eligibilitatis concedi ſolita per Sedem Apoſtolicam ſufficit, ut exhibeantur in Capitulo, nec requiritur eorum diſcuſſio in forma contentioſa.

95 Terminus electioni præfixus poteſt ex juſta cauſa abbreviari de conſenſu majoris partis Capituli.

96 Retractari non debet id, quod poſteà legitimè factum eſſe dignoſcitur.

100 Dolus excluditur ex qualibet dubio rationabili, & cauſa colorata, & n.101.

102 Confeſſio Partis ſuperat quodcumque genus probationis.

103 Qualitas in fine orationis appoſita refertur ad omnia præcedentia.

104 Officiali teſtanti de re ad ſui Officium pertinente creditur.

105 Statutum conditum à Capitulo circà reſidentiam, venit omninò ſervandum.

106 Cardinales comprehenduntur ſub generali diſpoſitione in materia æqua, & rationabili.

107 Cardinales Epiſcopi, qui in Curia Romana Papæ non aſſiſtunt, ligantur legibus, & Conſtitutionibus editis in materia reſidentiæ.

108 Contemptus alicujus Vocalis, eo quia non fuerit ad electionem vocatus, non intrat, quoties non fuit vocatus ex aliqua cauſa ſaltem probabili, & n.116.

109 Ceſſante ratione diſponendi, ceſſat & ipſa diſpoſitio.

110 Bellum eſt juſta cauſa non vocandi ad electionem Vocales in longinquis partibus degentes.

Exemplifica, ut n.113., & 115.

111 Procurator conſtitui debet à Principali abſente à loco Judicii, alias contrà eum in Cauſa proceditur.

112 Vocales abſentes non ſunt vocandi ad electionem, quotiès in accedendo ad locũ Capituli ſubire poſſunt aliquod periculũ.

114 Vocalis abſens ex propria culpa nequit conſtituere Procuratorem ad eligendum.

117 Electores, imminente electione, poſſunt ad aliam procedere non obſtante quacumque appellatione per aliquem ex Vocalibus interpoſita à futura electione.

Poteſt tamen electio ſucceſſivè infirmari, quatenùs ex poſt juſtificaretur cauſa appellationis, ibidem.

118 Appellatio à futura electione ad hoc, ut illam retardet, quid requiratur ex parte appellantis.

## DECISIO LXXXVI.

Diffidens fortaſsè Joſeph de Juribus ex prima Gratia ſibi reſultantibus ob fundamenta, quibus innixa præterita reſolutio, ſivè *Deciſio diei 4. Iulii Anni proximè præteriti* cenſuit, non eſſe illius Litteras exequendas, alteram Gratiam, quæ nuncupatur *ſi neutri*, reportare ſategit; ſed eadem inutilitate, quia Domini per Me hodiè conſulti, *An ſtandum eſſet, vel recedendum à deciſis*, ſub illa adiunctione, *vel potiùs Gratia ſi neutri foret exequenda*, reſponſum edidere pro perſiſtentia in deciſis, & pro denegatione executionis præmiſſæ Gratiæ *ſi neutri*.

Quo enim ad primam partem propoſitæ dubitationis, parum reputavere inſiſtendum, quia nil prorsùs ſubſtantiale pro parte Joſephi deducebatur, quod non eſſet ſufficientiſ-

ſimè

ſimè interverſum in præterita *Deciſione*, quan-
do tamen ad intentum Hugonis ſuffeciſſet
reſpondere, quod eædem novæ litteræ ex-
peditæ ſub præfata forma *ſi neutri*, ſivè im-
5 portarent novam Gratiam independentem
à primæva, ſivè conſecutivam, & depen-
dentem à Clauſulis contentis in prima Gra-
tia, prout diſputavere veteres Pragmatici in
hac materia Beneficiaria collecti per *Lottber.*
*de re Beneſ. lib. 2. qu. 54. ex n. 129. cum plur.*
*ſeqq., Amayden. de Styl. Datar. cap. 23. n. 9., &*
*ſeqq., Epiſc. de Roſa de Execut. litt. Apoſt. par. 1.*
*cap. 17. n. 6. cum ſeqq., Adden. ad Pamphil. de-*
*ciſ. 11. ſub n. 16. verſ. quod attinet*: Illud tamen
certum eſſe videbatur, quod etſi S. Sedes be-
nignè faveat obtinentibus primam Gratiam,
ut ſtante lite ipſis ſuperventa cum ſuccum-
bentia vigore primæ Gratiæ, hanc impartia-
tur *ſi neutri*, juxtà ea, quæ apud præcitatos
*Doctores*, & Pragmaticos referuntur; Nihilo-
minus illud reſtaurum, & præſidium ſecum
de neceſſe fert, vel nimiam turbiditatem in
ordine ad primam Gratiam, vel illius reſo-
lutionem ex vi confeſſionis imbibitæ in ipſa
nova petitione litterarum ſub enunciata for-
2 mula *ſi neutri*, per quam quis confitetur, ne-
que ſibi, neque ſuo Collitiganti jus aliquod
pertinere; hæc enim Gratia, ut dicebat *Amay-*
*den.* ex *deciſ. Verall. 16. n. 1. par. 2.*, deſtruit
omnes alias, ut penès *eumdem Amayden. dicto*
*cap. 23 n. 30. in fine*, ſicuti etiam firmarunt
*Add. ad Gregor. dec. 89 litt. A., Epiſc. de Roſa*
*d. cap. 17. n. 22. in fin., Rot. cor. Manzaned.*
*dec. 550. n. 1., & dec. 856. n. 3., & cor. Card.*
*Cerr. dec. 205. n. 3., & 4, & dec. 227. n. 1.,*
*& in Capuana Beneſ. 27. Ianuarii 1698. §. fin.*
*cor. R. P. D. meo Lancetta*.

Sublatis itaquè præcedentibus obiectis ab
efficacia reſponſionum, quas Domini tribue-
runt obiectionibus excitatis per eumdem Jo-
ſephum tunc innixum primæ Gratiæ, ut li-
quet *ex Deciſione ædita cor. Me ſub præmiſſa die*
*4. Iulii Anni præcedentis*, reſolverunt paritèr
Domini, neque eidem Joſepho ſuffragari
poſſe hanc novam, ſivè noviſſimam Gratiam
*ſi neutri*, quemadmodum enim illa implicat,
ut præmiſimus, confeſſionem impetrantis
ſibi Jus non competere ſuper Beneficio, ſeù
Dignitate Regulari, vel Sæculari prætenſa,
3 ità pariformitèr expoſcit, ut liquidò demon-
ſtretur per obtinentem hujuſmodi noviſſi-
mam Gratiam, neque etiam Adverſario ali-
quod Jus competere, & in hac ſanè negativa
tota conſiſtit ſubſtantia novæ proviſionis, ut
habetur apud *Garz. de Beneſic. par. 6. cap. 2.*
*n. 211., Lottber. de re Beneſic. d. lib. 2. qu. 54.*
*n. 80. & ſeq., de Roſa de Execut. litt. Apoſtol.*
*d. cap. 17. n. 23. & ſeq.*, & ſignantèr *n. 25.*, *Rot.*
*cor. Zarat. dec. 111. n. 24., & in Neapolitana,*
*ſeù Tranen. Præceptoriæ 20. Iunii 1696. §. Si-*
*quidem, cor. Reverend. D. meo Molines Decano.*

Non itaquè comprobata præfulſit hæc ne-
gativa per triplex fundamentum, quod ad
ſui favorem Joſeph conabatur ſubſternere;
Non quidem ex primo, quod nullum Jus
competeret Hugoni ob locum, in quo cele-
brata fuerat electio in perſonam ejuſdem
Hugonis, quaſi quod, cùm vacaret Mona-
ſterialis Abbatia S. Remigii, electio foret
ineunda in ipſo Monaſterio S. Remigii, non
autem in alio S. Huberti quatuor uſquè Leu-
cis diſtante: Quamvis enim regularitèr ele-
4 ctio facienda veniat in loco, ubi & reſiden-
tiam, & nomen uſurpat Dignitas viduata per
obitum ultimi Poſſeſſoris, ſecundùm ea, quæ
diſſerunt *Innoc. in cap. cum ex injuncta n. 2. de*
*nov. oper. nunciat., Abb. in cap. quod ſicut 28. n. 2.*
*de elect., Laymau. de Prelat. Eccleſ. elect. cap. 4.*
*qu. 33. per tot., Donat. in prax. Regular. tom. 2.*
*tract. 2. qu. 1. Paſſerin. de elect. cap. 12. n. 2. & 3.*

Attamen in primis, juxtà egregiè animad-
verſa per *Fagnan in cap. quia propter n. 69. de*
*elect., & in d. cap. cùm ex injuncto n. 20. de nov.*
5 *oper. nunciat.* nullibi cautum, vel ſancitum
reperitur in Jure, quod omnino ſub præci-
ſa pæna nullitatis electio fieri debeat in pro-
prio Monaſterio, omnis quippè locus, in
quo Capitulum æquo, & concordi animo
conveniat, dicitur, & eſt locus revera Capi-
tularis, dummodo ſit tutus, decens, & ho-
neſtus, ut inquit *Bald. in cap. 1. n. 2. de poſtul.*
*Prælat.*, *Azor. Inſtit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 28.*
*qu. 18., Gonzal. ad Regul. Cancell. gloſ. 62. n. 13.,*
*Antonell. de loc. legal. lib. 1. cap. 17. ſub n. 2. verſ.*
*non enim, Card. de Luca de Regular. diſc. 53. n. 12.,*
*Rota dec. 36. n. 6., & ſeqq. par. 6. rec.*

Et nihilominùs in hujuſcè electionis cir-
cumſtantiis non abfuerat juſtiſſima cauſa
tranſmigrandi ad locum, in quo conſumata
remanſit electio: Quia cùm juxtà ſuas ordi-
narias facultates Superior Generalis totius
Ordinis poſtremo loco deputaverit ad præſi-
dendum electioni Abbatem S. Huberti, ho-
neſtum proindè, & fortaſsè neceſſarium ob
ingruentiam finitimi Belli Capitularibus ap-
paruit pro explenda electione accerſere ip-
ſum Monaſterium S. Huberti; intercedente
6 autem aliqua juſta cauſa, Capitulum eligere de-
bentium transferri poſſe de loco ad locum,
quotidiana docuit experientia, etiam in ma-
ximis electionibus Summorum Pontificum,
diverſoſque caſus circà juſtam cauſam exem-
plificantes concorditer firmavere *Bald. in l.*
*nulli n. 2. verſ. ſecundo requiritur, ff. quod cujuſ-*
*que Univerſ. nom., Innoc. in cap. 2. n. 2. ante med.*
*verſ. unde videtur, de nov. oper. nunciat., Fagn.*
*in d. cap. cum ex injuncto n. 21 & 22. eod. tit.,*
*Rot. in Leodien. Coadjutoriæ 17. Maii 1680. §. Nec*
*relevat, in fin., cor. cl. m. Card. Vicecomite*.

Minùs juvit Joſeſphum ſecundum caput
obiecti non Juris adverſùs Hugonem Colliti-
gantem, ex quo nimirùm in electione ſubſe-
cuta favore ejuſdem Hugonis interceſſerit
contemptus ipſius Joſephi, qui erat unus ex
Ca-

7 Capitularibus, quo ſanè contemptu intervè-
niente rumpitur electio in pœnam Electo-
rum, ſivè Capituli injuſtè vulnerantis Jura
Collegæ Vocalis, ad *Text.expreſſ. in cap.quod
ſicut* 28., & *cap.bonæ* 36.*de elect.gloſ.in cap.ex
eo* 32. *verb.contemptu, eodem tit.de elect.in* 6.,
*Sperell.deciſ.*182.*n.*10.,*Card.de Luc.de Canon.
& Capit. diſc.*27.*num.*13., *Rota cor.Rembold.
deciſ.*190. *n.*2.; dummodò neglectus ſucceſ-
ſivè coràm Superiore proſequatur proprium
8 contemptum, aliàs quippè electio non re-
manet nulla ipſo Jure, ſed ex capite tantùm,
ut diximus, injuſtitiæ, & ope exceptionis
dumtaxàt venit irritanda, ut ſunt verba præ-
citati *Text. in cap. quod ſicut*, & tradiderunt
*Riec.in prax.for.Eccl.par.*4.*reſol.*44.*n.*1. & 2.,
*Lavor.var.elucubr.tom.*1.*tit.*4.*cap.*17.*num.*17.
*Peyrin.de offic.Subdit.Regul.to* 1.*qu.*1.*cap.*31.
*in princ.not.*2. *verſ.ſecùs autē, Rot.cor.Coccin.
deciſ.*2021.*n.*37.& 38.*in Cracovien.Scholaſte-
riæ* 16.*Iunii* 1698. §.*Secundum caput, cor.Me,
& in Dertbuſen.Beneficii die* 23 *ejuſdem Men-
ſis,& Anni* §.*fin.cor.R.P.D.meo dell'Olmo.*

Siquidèm compertum eſt, Joſephum clau-
dicare in ſua probatione; præmiſſa namque
9 regula, quod ad irritandam electionem ex
capite contemptus omninò requiratur, vel
quod legitimus Vocalis nullo modo fuerit
vocatus, ſivè interpellatus ad electionem,
ut habetur in *d.cap.quod ſicut*, ibi= *Quod ſi eos
vocatos non fuiſſe conſtiterit, ſed contemptos, in-
firmanda erit electio &c.*, & notant *Tholoſan.in
partit.Iur.Canon.tom.*1.*tit.de elect.cap.*14 *n.*2.
& *ſeq.*, *Barboſ. vot.deciſ.*47. *num.*171.& *ſeq.
lib.*2., *Layman.de elect.Prælat.Eccl.cap.*4.*q.*37.
*in fin.*, *Donat.in prax. Regular. tom.*2.*tract* 4.
10 *quæſt.*21. *ſub n.*2. Vel quod, ſi præſens eſſet,
non fuerit admiſſus, ſed injuſtè repulſus à
præſtatione ſuffragii, ex his, quæ per *Text.in
cap.in Geneſi* 55.*verſ.nec præmiſſi duo, de elect.*,
communitèr proſequuntur, *Tamburin.de Iur.
Abb.to.*1.*diſp.*5.*quæſt.*3.*n.*5., *Modern.Gonzal.
in d.cap.bonæ* 36.*n.*7.*de elect.*, *Murg.de Beneſ.
quæſt.*3.*ſub n.*65.*verſ.pro quo notandum, Card.
de Luc. de Canon. d.diſc.*27. *n.*15., *Rot.coram
Buratt.deciſ.*225.*n.*3.

Utique in præſenti de vocatione, & inter-
pellatione Joſephi ſufficientiſſimè enituit per
juratam atteſtationem ipſius Curſoris, ſeù
Nuncii prælecti ad hoc officium citandi,
ſivè intimandi, *Summ. Hugonis n.*5. *litt.A.*;
11 quapropter cùm hujuſmodi relationibus,
ſivè atteſtationibus plena ſemper fides adhi-
beatur, etiam in materiis forenſibus, & con-
tentioſis, ut per *Ubert.de Citat.cap.*12.*n.*331.
& *ſeq.*, *Rot.coram Coccin.deciſ.*378., & *cor.
Arguell. deciſ.*94.utrobique *num.*5., & in hoc
12 ſpeciali propoſito electionis *Barboſ. de Jur.
Eccleſ. lib.*1. *cap.*19.*n.*95., *Caſtellin. de elect.
cap.*8.*n.*18., *Paſſerin.eod.tract.cap.*11.*n.*127.;
ſibi idcircò, ſuæque oſcitantiæ, vel incuriæ
13 debet Joſeph imputare, quod ſtatuta die ad
locum electionis non comparuerit, non ve-
rò electionem objurgare, nullamque præ-
tendere ſub hoc ſpecioſo prætextu contem-
ptus, ſicuti admonent per *Text.in cap.cùm no-
bis* 19.*de elect.*, *Tamburin.de Iur. Abb.d.diſp.*5.
*qu.*3.*n.*23., *Sigiſmund.à Bonon.de elect.dub.*12.
*n.*5., *Paſſerin. d.cap.*11. *n.*91., Rot. *d.dec.*36.
*n.*4. & 5. *par.*6.*rec.*

Poſtremò parùm obfuit validitati electio-
nis, ſolidè quoque in præcedenti *Deciſione*
vindicatæ, noviſſimum fundamentum, quod
electio perperàm extiterit expleta per abu-
ſum Sæcularis poteſtatis promanantem ab
Officialibus Regis Chriſtianiſſimi; licèt enim
SS.Canones, & Pontificiæ Conſtitutiones li-
bertatem, ut par eſt, in electionibus aſſeren-
14 tes, & demandantes, irritas cenſeri præce-
perint illas electiones, quæ mediante aliqua
coactione, vel ex intermixtione abuſiva Sæ-
cularium celebratæ reperiantur, uti liquet
ex *cap.cùm terra* 14., & *cap.quiſquis* 43.*de elect.*,
*Barboſ.de Iur.Eccleſ.d.lib.*1.*cap.*19.*num.*234.,
*Tamburin.d.diſp.*5.*quæſt.*22.*num.*10.& *ſeqq.*,
*Bonacin.oper.moral.tom* 1.*tit.de Cenſur.diſp.*3.
*punct.*5.§.1.*n.*29., *Nicol.lucubr.Canon.tom.*2.
*lib.*5.*tit.*39.*ſub num.*216.§.5., *Murg.de Beneſ.
quæſt.*3.*n.*123.

Attamen neque hoc motivum ullo modo
ſubſtitit apud Dominos in facto; quod enim
dicebatur ex parte Joſephi, Superintenden-
tem Regis Chriſtianiſſimi in illis partibus
mediante Epiſtola rogaſſe Capitulares, ne
quidquam innovarent circà novi Abbatis
electionem, donec Rex, certior effectus de
obitu Abbatis prædefuncti, ad novam ele-
ctionem procedi demandaret, nullum abu-
ſum, nullam coactionem poterat præſeferre,
cùm potiùs tenor ejuſdem Epiſtolæ mode-
ſtiſſimam ſupplicationem importaret, ut
15 ibi= *Vos interim enixè ſupplico*, in quibus ſanè
terminis ceſſat abuſus laicæ poteſtatis, ſicuti
per doctrinam *Abb., Io: Andr., & aliorum in
cap.fin. qui Cleric. vel vovent.* plenè oſtendit
*Paſſerin.de elect.cap.*5.*quæſt.*7.*ferè per tot.*, & ſi-
gnantèr *n.*86; ad effectum namque, ut ir-
ritetur electio, requiruntur minæ, & terro-
16 res per Potentes ſæculi inflicti Capitulari-
bus, itaùt iidem violentèr rapti, ſeu coacti
fuerint ad eligendum, ex adductis per *Tam-
burin.de Iur. Abb.tom.*1.*diſp.*5 *quæſt.*22.*n.*11.,
*Paſſerin.de elect. cap.*8.*n.*6.; *Fagnan. in d.cap.
quiſquis, ex num* 12.*cum plur.ſeqq. eodem tit.*,
*Sperell.deciſ.*182.*n.*39.

Agnovit Joſeph, prædictam Epiſtolam
non officere legitimitati electionis, ideoque
duo alia ſuperaddere conatus eſt documenta,
alterum nempè depromptum, ut aſſereba-
tur, per ſex Capitulares, qui in publico In-
ſtrumento teſtabantur de prohibita per me-
moratum Regis Officialem electione donec
Regis accederet aſſenſus, quodque de facto
poſtmodùm ſupervenere Regia præſcripta

coarctantia electionem ad tres Capitulares,
ad finem, ut inter hos unum ex illis Rex ipſe
præeligeret; addito, quod idem Officialis
collegerat ſuffragia Capitularium, quodque
proindè perterriti, & confuſi Electores, vel
inviti tres nominarunt, & elegerunt, undè
non poterat dubitari de electione facta per
17 abuſum, cùm ad hunc effectum ſufficiat,
Laycam poteſtatem intermiſceri in geſtione
alicujus muneris Capitularis, vel quotiès
coegerit ad plurium electionem, ut ſubindè
Laycus haberet optionem præeligendi unum
ex illis, quemadmodum ex cenſura *Text. in
cap. Maſſana, de elect., & in cap. Sacroſancta, eo-
dem tit.*, animadvertit *Layman. de Prælat. Ec-
cleſ. elect. cap. 3. qu. 23 per tot., Capon. diſcept. 54.
n. 33. cum duob. ſeqq., Pignatell. conſult. Canon.
tom. 6. conſult. 1. ſub num. 2., Paſſerin. de elect.
d. cap. 8. n. 5., Nicol. in Floſc. verb. Electio ſub
n. 20. verſ. cùm actum eſſet*.

Et alterum, quod effectivè Rex Chriſtia-
niſſimus nominaverat Hugonem, ſivè illum
prælegerat, ſicuti enunciabatur in eodem
Inſtrumento poſſeſſionis adeptæ per Hugo-
nem, *Summario* Joſephi *n. 4.*, quodquè ultrà
18 prædictos ſex Teſtes pateficeret intruſio Regii
Adminiſtri circà munera Capitularia, dùm
Vicarius, ſeù Superior Monaſterii S. Remi-
gii confitebatur in altera ejus atteſtatione,
conſignaſſe monitionem, ſeù citationem ex-
pletam in perſonam ipſius Joſephi, in mani-
bus Commiſſarii per Chriſtianiſſimum in
illis partibus deputati, quibus omnibus con-
currentibus electionem dici factam per abu-
ſum, ultrà ſuperiùs allatos, concordant
*Petr. de Bayſ. in direct. Elect. par. 1. cap. 12. per tot.
Azor. Inſtit. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 14. quæſt. 8.
§. Prætereà, Comitol. reſponſ. moral. lib. 1. qu. 78.
per tot.*, & ſignantèr *n. 3., & n. 5. & 6.*

At hujuſmodi documentis ex parte Joſe-
phi ſuperallatis minimè refragantibus, Do-
mini reputarunt, recedi non poſſe à vehe-
menti præſumptione, quam ſecumfert ele-
ctio effectivè ſubſecuta, & à Generali (prout
hic) Superiore confirmata; Tota namque
irritatio, quæ derivat ob abuſum intermix-
19 tæ poteſtatis Laycalis, reſtringitur in ſub-
ſtantia per intellectum communitèr attribu-
tum Sac. Canonibus *in dd. cap. Maſſana, cap. Sa-
croſancta, & cap. Quiſquis de elect.*, vel quando
ex hujuſmodi intermiſtione ablata digno-
ſcitur libertas Electoribus, quæ jure merito
non debet abeſſe, vel quandò iidem Electo-
res doloſè conſenſerunt, ut Sæcularis pote-
ſtas ſe ſe ingereret in eiſdem electionibus,
quemadmodùm uuo ore affirmarunt *Barboſ.
de Iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 19. n. 234., Capon. di-
ſcept. 16. n. 9. & 10., Faguan. in d. cap. Quiſquis
n. 22. & ſeqq.*, ibique etiam *Gonzal. n. 1. verb.
poteſtatis abuſum, de elect., Paſſerin. eod. tract.
d. cap. 8. ſub n. 5. verſ. Dicendum propterea*.

Quapropter non intrare prædictum abu-
ſum, quando ceſſante, ut diximus, coactio-
20 ne, vel dolo, Princeps Sæcularis habet ex
privilegio, vel conſuetudine, ut non poſſit
ad electionem deveniri, niſi prævio ejus aſ-
ſenſu, notarunt *Abb. in cap. cùm Terra 13. n. 6.
de elect., Silveſtr. in ſumm. verb. electio (il primo)
n. 27., Sigiſmund. à Bononia de elect. dub. 51. n. 7.
Mart. de Iuriſdict. par. 4. cap. 47. n. 7. & n. 12.
& ſeqq., Paſſerin. de elect. d. cap. 8. n. 9.* Vel
etiam quando Princeps, vel ejus Officiales
21 intervenere ad tuitionem, & protectionem
magis, quàm ad oppreſſionem libertatis, ut
docent *Bald. in cap. Maſſana poſt princ. de elect.,
Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 19. n. 234. verſ.
Simplex verò, Faguan. in d. cap. Quiſquis n. 29.
de elect., Paſſerin. dicto cap. 8. num 5. propè fin.
verſ. unda tamen., Donat. in prax. Regular. to. 2.
tract. 4. quæſt. 6. n. 3. in fin., Capon. d. diſcept. 54.
n. 39. & n. 45. & ſeqq., Sperell. deciſ. 182. n. 36.
cum ſeqq.*

Applicando autem ad rem, agnitum fuit,
prædicta documenta coacervata per Joſe-
phum, etiam ſerotinè, nempè poſt ſuccum-
bentiam, quam paſſus erat in prima reſolu-
tione noſtri Auditorii, penitùs eſſe impro-
bata, & irrelevantia: Nam quod Vicarius
S. Remigii teſtaretur de remiſſione relationis,
ſeù citationis in manibus Regii Commiſſarii,
nihil fermè concludebat in ordine ad dolum,
vel coactionem, quinimo poterat referri ad
protectionem, nè ipſe Joſeph hodiè oppu-
gnator remaneret contemptus: Et quod in
poſſeſſione capta per Hugonem fieret n tentio
de Regia nominatione, non exindè infere-
batur ad ejuſdem Regis optionem, vel pre-
electionem, ſed ad ſummum, quod idem
Rex contentus eſſet de Hugonis electione;
22 & in omnem eventum Regia nominatio ad
ſummum remanſiſſet inutilis, & minimè at-
tendenda, ſed non propterea ob hanc inuti-
litatem corruere poterat electio jam pluſ-
quàm canonicè facta, & conſumata, ad re-
gulam *Text. in cap. utile, & in cap. Non debet,
de Reg. Iur. in 6.* cum concord. per *Barboſ.
axiom. ult. n. 1., Paſſerin. de elect. cap. 33. n. 168.*

Maximè quia, quidquid etiam admiſerint
nonnulli *Theologi, & Canoniſtæ* recenſiti per
23 *Tholoſan. in partit. Iur. Can. de elect. cap. 5. n. 21.
& cap. 19. ſub n. 15. verſ. Poteſt etiam Princeps,
Mart. de Iuriſdict. d. par. 4. caſ. 47. n. 1. & n. 16.,
Peyrin. de offic. Regul. tom. 2. in addit. ad Conſtit.
Clem. VIII. cap. 5. n. 3., Capon. d. diſcept. 54.
num. 43. ad med., Paſſerin. de elect. d. cap. 8. n. 14.*
quod nempè Princeps Sæcularis habeat jus
opponendi contrà Electum, ſi eidem Princi-
pi exiſtat juridicè ſuſpectus, adeoùt Regia
ſuperventa nominatio ſonare poſſet in
quamdam non reprobationem Hugonis,
profectò prudens, & commendabile videba-
tur conſilium captum ab Electoribus, & ab
Electo, ut in eumdem canonicè jam electum
conſpiraret Regia nominatio, ſeù approba-
tio,

tio, eum vigentibus tunc diſſidiis inter Principes, armorum vi occuparetur a Rege Chriſtianiſſimo Territorium Abbatiale, ſicque
24 hæc cauthela, ad ſummum ſuperabundans, nullo modo valebat obeſſe, per regulam alterius *Text. in l. penult. C. de evict.*, & expreſſe admittit *Fagnan. in d. cap. Quiſquis n. 15 de elect.*

Difficultas itaque reſtringebatur ad enunciatam atteſtationem ſex Vocalium (lite pendente, & deperdita) extorta per Joſehpum, Sed nimium de facili corruere viſa eſt eadem atteſtatio, cum enim illa foret ſubſignata per ſex Vocales, jam medietas illorum, ſive tres contrarium præcedenter aſſeruerant, ſubſecuta quippe electione incontinenti, ac immediate per Epiſtolas conſcriptas, tam Superiori Generali Ordinis, quam Hugoni Electo, ut in *hodierno Summario* Hugonis *nu. 1. cum tribus ſeqq.* perſpicue faſſi ſunt, citra mentionem ullius alterius coelecti, eumdem Hugonem extitiſſe pluſquam canonice electum a majori, & ſaniori parte Capituli, ipſum rogando, ut quamprimum ad Sedem Abbatialem accedere dignaretur: Quamobrem cum ex hac pręcedenti, & immediata trium ex ſex Vocalibus atteſtatione haberetur in comperto veritas hujus facti, non ſolum
25 non poterant in poſteriori, ac pendente lite mendicata atteſtatione ſibi contradicere, neque tamquam Teſtes, neque tamquam Oppoſitores, ad *Text. in cap. Concertationi, de appellat. in 6.*, & *in cap. Nulli licere, tit. de elect. eodem lib. 6. ibique gloſſ. verb. Impugnare*, & *Philipp. Franc. num. 1.*, *Layman. de elect. Prælat. Regular. cap. 11. quæſt. 116.*, *Lezzan. oper. moral. tom. 4 conſult. 13. num. 6.*, & *ſeqq.* & *nu. 15.* & *16.*, *Peyin. de Offic. Subdit. Regul. tom. 1. quæſt. 1. cap. 31. §. 12. ſub princ.*, *Pafferin. de elect. cap. 32. n. 34.*, *Sperell. dec. 182. n. 29 cum. ſeq.*, *Rot. dec. 359. ſub num. 2. verſ. Neque ab ipſo*, & *num. 4.* & *5. par. 6. rec.*

Sed non poterat non remanere prorſus irrelevans, & conquaſſata depoſitio, quæ etiam formiter fieret per alios tres Vocales in eadem atteſtatione ſubſignatos; Poſito enim, quod ad trutinam legitimorum Interrogatoriorum revocati confirmarent idipſum, quod extrajudicialiter aſſeruerunt in toties memorata atteſtatione, profecto ſemper haberent contra ſe immediatam confeſſionem, & atteſtationem aliorum trium Vocalium, & conſequenter remanerent utrinque tria Teſtimonia; unde ſuperaddita confirmatione Superioris Generalis, cui maxime ſemper deferendum eſt, certe materia hæc obiectiva ad minus ſubobſcura, & dubia ſemper emergeret,
26 & tamen in dubio ſemper præſumendum eſt pro validitate electionis, ut ait *Abb. in cap. licet Epiſcopus, num. 3.*, & *ſeqq.*, *ibique etiam Gemin. num. 12. de Præbend. in 6.*, *Pafferin. de elect. cap. 32. num. 69.*, *Card. de Luca de Regular. diſc. 11. num. 51.*, *Rota coram Coccin. deciſ. 2088. num. 26.* & *ſeqq.*, & *in rec. deciſ. 244. num. 34. cum ſeqq. par. 8.*, & *deciſ. 400. num. 1. par. 16.*

Non omittendo, quod ultra deficientiam probationum, & probabilitatis in hac materia, ut diximus, objectiva ex parte Joſephi, eadem electio conſumpta in perſonam Hugonis coronabatur ex peculiari circumſtantia, quod unus ex eiſdem ſex Vocalibus, qui veluti Procurator adeptus fuerat poſſeſſionem hujus Abbatiæ nomine Hugonis, ut in ejus *Summ. num. 2.*, in eodem Inſtrumento captæ poſſeſſionis exprimi fecit, (ut veritas expoſtulabat) quod ipſe nactus fuerat poſſeſſionem Abbatiæ conſentientibus, & acclamantibus omnibus Monacis; Nihil autem magis coactionem, & violationem libertatis exclu-
27 dit, quam ratificatio actus ex poſt urgente ulla coactione, ſed in plena libertate ſubſecuta, ex his, quæ in fortioribus terminis de ratificatione contractus extra Carceres habentur apud *Farinacc. de Carcer. quæſt. 35. nu. 38.* & *39.*, *Scannarol. de viſit. Carcer. lib 1. §. 5. cap. 3. ſect. 3. num. 5.*, *Adden. ad Sanfelic. dec. 404. obſerv. 11.*

Atque ex his trino, ut diximus, capite de novo ad ſubſtentationem Gratiæ *ſi neutri* erecto per Joſephum, undequaque cadente, Domini perſtiterunt in deciſis, utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

HÆc eſt Deciſio confirmatoria alterius, de qua ſupra *la 61.*, & expeditio, quæ ibi enunciatur, ſequuta eſt ſub die 3. Julii ejuſdem Anni *1699.* abſque eo, quod amplius actum audiverim de hujuſmodi Cauſa.

Et quamvis præſens Deciſio digrediatur ad alios etiam articulos, quam Electionis, quia tamen in præterita *Annotatione* expromiſi late diſſerere de famoſa altercatione, quæ ſucceſſit in electione Epiſcopatus Leodienſis ſecumferentis etiam valde conſiderabilem Principatum, ut eſt notorium, idcirco promiſſioni ſatisfaciens eo modo, quo poſſum, utpote detentus in quotidianis, & decurrentibus occupationibus, breviter reſtringam puncta controverſiæ, cui Ego, & tamquam tunc Auditor Regnantis Pontificis glor. me. Innocentii XII., & tamquam unus de duodecim deputatus in Congregatione particulari Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & Prælatorum ad conſulendam Sanctitatem Suam adſcita interfueram, pro recta facti notitia præmittendo.

Quod vacante, ſive vidnata Eccleſia Leodienſi, Decanus, & Capitulum pro electione perficienda novi Paſtoris ſtatuere diem 20. Aprilis Anni *1694.*, expletiſque cæteris ſolemnibus, lectiſque Brevibus Apoſtolicis ſuper eligibilitate per Sanctam Sedem attributa non minus D. Principi Clementi a Bavaria,

quam D. pariter Principi ex Comitibus Palatinis tunc Ordinis Theutonici Magno Magiſtro, Vota Capitularium abierunt pro majori parte tam in Principem Neoburgenſem, quam Bavaricum, ſed paulo poſt ante obtentam a S. Sede confirmationem prædefuncto eodem D. Principe Neoburgenſi, ſeu Magno Magiſtro, delatoque deinceps negocio ad S. Sedem, ac deputata, ut præmiſimus, per Innocentium XII. ſupradicta Congregatione particulari, plerumque (ut fieri ſolet) excerpta a ſuffragantibus in plena Congregatione Conſiſtoriali, per tres vices extitit Cauſa propoſita inter eumdem D. Principem Clementem, ac D. Cardinalem Bullionum Præpoſitum majoris Cuſtodiæ, ſive Theſaurarium, ac Canonicum ejuſdem Eccleſiæ tria deducentem objecta; Primum ſuper ineligibilitate Principis Clementis: Secundum ſuper intrinſeca nullitate electionis in perſonam D. Principis ſubſequutæ; Tertium denique circa contemptum ſui ipſius, per quem, ad normam *Textus in cap. Quod ſicut, de Elect.* irritari ſolet electio; Verum ſub die 18. Septembris prędicti Anni Congregatio ſtetit pro D. Principe, & juxta ipſius Congregationis votum, quod ſolet in Sacro Conſiſtorio per Summum Pontificem exprimi, & approbari, remanſit electio Principis confirmata.

Circa igitur primum articulum pro parte ejuſdem D. Cardinalis opponebatur erga D. Principem totalis incapacitas, nullaque erat in Jure hæſitatio circa ſubſiſtentiam hujuſmodi objecti, cum alligatus, ut erat D. Princeps, vinculo aliarum Eccleſiarum, nempe Colonienſis, Ratisbonenſis, & Friſingenſis, ac aliquo modo per viam Coadiutoriæ etiam alterius Hyldeſimenſis, utiqu e non valebat eligi etiam ad Eccleſiam Leodienſem, cum etiam detentus vinculo unius tantummodo Eccleſiæ ſuapte natura ſit ineligibilis ad aliam, tamquam incompatibilem, quæ ſane incompatibilitas ſi obſiſtit quoad plura etiam
28 ſimplicia Beneficia, juxta Sanctionem *Sac. Concilii Lateranenſis in cap. de multa, de Præbend. , & Dignitat.*, multo magis procedit
29 in apice Beneficiorum, ſive Officiorum, & Dignitatum in Eccleſia militante, quale eſt Epiſcopatus, ut eſt notorium, & tradunt *Doctores in Cap. Dudum 54. de Elect. ibique* Barboſ. *num.1. & ſeqq.*, & *Fagnan. n.1.* cum concordan. adductis per *Rot. dec. 102. & deciſ. 473.* utrobique *num. 1. cor. Buratt., & dec. 54. nu. 2. & 15. coram Priolo.*

Solumque in Epiſcopatibus electivis, pro-
30 ut præ cæteris ſunt illi Germaniæ, Teſte *Fagnan. in cap. nullus num. 11. de elect. Matt. de cauſ. Conſiſtorial. ſect. 19.* conceditur Capitulo facultas poſtulandi pro Epiſcopo per viam gratiæ (a facti circumſtantiis ſolitæ regulari) hujuſmodi impeditum, ſicuti a ſimili pra-
31 cticatur, quoties ille, quem vellent Capitulares præeligere, ſortiatur defectum ex gr. ætatis, aut alterius legitimi impedimenti, ad *Textum in cap. cum nobis, & cap.* Dudum, & *cap. Innotuit, extra, de elect. Caſtellin. de elect. cap. 1. num. 12. & cap. 2. n. 5. Matt. de cauſ. Conſiſtorial. ſect. 21. nu. 22. & ſeqq. Paſſerin. de elect. cap. 1. ex n. 41. cum ſeqq. uſque ad 47. & cap. 20. de Poſtulat. ex nu. 2. & num. 31., Barboſ. de Jur. Eccleſ. univerſ. lib. 1. cap. 19. num. 9. Lavor. de elect. cap. 14. n. 5.*

Verum in facto repugnante poſtulationi litterali conceſſione S. Sedis, quæ conſiderata qualitate Perſonæ, & utilitate Eccleſiarum indulget Breve, quod nuncupant *Eligibilitatis*, ut acciderat favore præfati D. Principis per Indultum pręciſum San. mem. Innocentii XI., proſequebantur Scribentes pro D. Cardinali, quod idem Breve in concreto nequiret Principi ſuffragari, ſub eo fundamento, quod cum idem Sanctiſſimus Pontifex ſuperadiecerit illam Clauſulam reſtrictivam occaſione particularis conceſſionis ejuſdem eligibilitatis Principi attributæ - *ita tamen, ut ſtatim ac electionem, ſic de perſona tua pro tempore factam, per Nos, ſeu Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem confirmari, teque eidem Eccleſiis Metropolitanæ Colonienſi, Hyldeſimenſi, & Leodienſi, vel etiam earum alteri dumtaxat, in Archiepiſcopum, vel Epiſcopum reſpective, & Paſtorem præfigi contigerit, Eccleſiæ ſupradictæ Ratisbonenſis, & Friſingenſis vacent, & vacare cenſeantur eo ipſo* - de plano ſequebatur, quod acquiſito per Principem Archiepiſcopatu Colonienſi, & non facta per eum dimiſſione præcedentium Eccleſiarum Ratisbonenſis, & Friſingenſis, immo retenta poſſeſſione
32 utriuſque cum perceptione fructuum, ceciderit a Gratia, & fuerit effectus inhabilis ad aſſequendam Eccleſiam Leodienſem, per *Textum* literalem *in d. cap. Dudum 54. de elect. ubi Canoniſtæ omnes*, & præ cęteris *Fagnan. num. 1. Barboſ. n. 1. & ſeqq. & in extravag. unic. de Præbend.* cum concordan. relatis per *Rot. dec. 528. num. 1. & per tot. part. 1. recent. & deciſ. 369.* pariter *per tot. par. 4. Adden. ad dec. 90. ex num. 72. cum ſeqq. par. 9.* præcipue attenta formula Gratiæ cum Clauſula, de qua ſupra,
33 *ita tamen &c.* quæ formam inducit, & conditionem prius adimplendam importat, *Luc. de Penn. in l. 1. verſic. ita tamen, C. de collat. Fæud. lib. 11., Fælin. in cap. cum dilecta 22. n. 6. verſic. ſecundum, de reſcript. Rebuff. in Concord. §. 1. de mandat. Apoſtol. verſ. ita tamen, Venturin. conſ. 14. n. 7., Palm. Nep. alleg. 117. nu. 13. Oſaſc. dec. Pedemont. 128. n. 16., Rota in Auximana Societatis cor. Iuſto penes Marcheſan. de Commiſſ. par. 1. fol. 748. n. 1. & 2.*

Quin relevaret, quod indicta vacatio in ſupradicto Breve Innocentii XI. decerneretur, quoties tantummodo D. Princeps præficeretur uni de quatuor Eccleſiis, ad quas eli-

eligibilitatem obtinuerat - ibi -*in Archiepiſcopum , vel Epiſcopum reſpective , & Paſtorem præfigi contigerit* - ad hunc autem effectum ſatis non eſſet confirmatio ſubſequuta circa Archiepiſcopatum Colonienſem una cum perceptione illius fructuum, dum per ætatem Annorum infra viginti dici nequibat vere præfectus Eccleſiæ Colonienſi , & conſecratus Paſtor , & proinde vere Archiepiſcopus ; Exuberare ſiquidem videbatur , quod Papa eidem D. Principi concedendo , ſive præbendo confirmationem electionis in Archiepiſcopum illum præeſſe debere ſuppoſuerit , & ordinaverit , licet ex largitione Apoſtolica tam defectui ætatis , quam conſecrationis diſpen-
34 ſaverit ; electio quippe , & maxime ( prout hic ) confirmata , & non conſecratio vacationem inducit , ad *Textum* ſupra relatum *in cap. Dudum* , §. *verum*, *de election. ibique gloſſ. verb. Electionis tempore* , *Innocent. n.* 12. *Butr. num* 31. *& ſeqq.* , Abb. *num.* 1. *ad med. verſ. Electionis tempore tenuiſſet* , *& ſub num.* 21. *verſ. in gloſſ. verb. electionis tempore* , *& alii paſſim Canoniſtæ*.

Indeque videmus ( ſubiungebant , quod de ſtylo Curiæ Beneficia promoti ad Epiſcopa-
35 tum ab ipſo promotionis momento vacant ipſo jure , ſtatimq; conferuntur alia non expectata Conſecratione , ut cæteris recollectis habetur apud *Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 57. *num.* 68. *Tondut. de Penſion. cap.* 73. *num.* 21. *& cap.* 74. *nu.* 1. *& quæſt. Beneſ. lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 3. §. 3. *num.* 19., *Pariſ. de Reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 77., Rota *coram Seraphin.*
36 *dec.* 110. *n.* 2. prout quoque ſervatur in electo ſimpliciter ad Epiſcopatum, ex relatis per eumdem *Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſcop. d. alleg.* 57. *n.* 83. *in fin.*, *Rota coram Ubald. deciſ.* 251. *num.* 6. maxime quando , ut ad præſens ,
37 concurrit Decretum expreſſum vacationis , ut proſequuntur *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par.* 3. *d. alleg.* 57. *n.* 68., Rota *d. deciſ.* 110. *n.* 2. *coram Card. Seraphin.*

Eoque indubitabilius introſpecta anima rationis , per quam ob incompatibilitatem hujus ſpiritualis Polygamiæ vacatio reſultat , ne ſcilicet alligatus uni Epiſcopatui , ſeu Sponſæ alteram Sponſam , ſeu Epiſcopatum accipiat,
38 ligamen etenim iſtud , & vinculum Spirituale citra aliam Conſecrationem ſtatim cenſetur contractum inter electum ex una , & eligentes ex altera , atque etiam perfectum , & ratum per ſolam , & ſimplicem electionem , & confirmationem etiam abſque ulla Conſecra-
39 tione , itaut hujuſmodi vinculum diſſolvi nequeat , niſi mediante auctoritatis Apoſtolicæ plenitudine , juſta ac legitima cauſa intercedente , ad *Text. in cap. Inter corporalia* 2. *de translat. Epiſcop. ibique Innocen. n.* 2. *& in cap. Licet num.* 1 *eodem tit.*, *Joan. Andr. in d. cap. Inter corporalia in princip. & in column.* 2. *poſt med. verſic. ſic* , *Butr. nu.* 1. *& a num.* 23. *&* 25. *cum plurib. ſeqq. & in dicto cap. Licet nu.* 4. , *Bald. in princip. & nu.* 1., *Imol. num.* 1. , *Zabarell. in princip. & in* §. *Sicut nu.* 2., *Hoſtien. n.* 23. *& ſeqq. & in cap. Licet. num.* 10., *Anan. in princip. & ſub n.* 3. *&* 4. , *Bellamer. ante num.* 1. *verſ. ſed idem, de elect.*, *Abb. Panormit. a nu.* 8. *cum plurib. ſeqq.*, *Barboſ. n.* 8.

Indeque fit , quod vigore ſolius electionis , & confirmationis , ejuſdemque Matrimonii
40 rati , & perfecti valeat electus , & confirmatus implere omnia , quæ ſunt Juriſdictionis , licet non Ordinis , & ſic excommunicare , ſuſpendere , interdicere , viſitare , corrigere , punire , Synodum convocare , Beneficia conferre , Eccleſias minores conjungere , aut dividere , Voti , & Juramenti vincula ſolvere , Leges , & Conſtitutiones edere , Cauſas audire , & cognoſcere , quorumdam peccatorum abſolutiones ſibi reſervare, Litteras Apoſtolicas exequi directas ſuo anteceſſori , Dimiſſorias ad Ordines concedere, & alia plura, quæ eamdem Juriſdictionem concernunt , ad *Textum in cap. Inter corporalia* 2. *de translat. Epiſcop.* & præter omnes ſupra proxime relatos Canoniſtas , tradit *Azor. Inſtitut. Moral. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 5. cum aliis collectis per *Barboſ. in cap. cum in cunctis* 7. §. *cum vero nu.* 24. *&* 25. *de elect. Flores de Mena var. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 4. *n.* 75. *& lib.* 3. *qu.* 24. *n.* 11. , *Rota dec.* 17. *per tot.* & ibi *Add. de offic. deleg. in novis & dec.* 30. *num.* 1. *&* 2. *de reſcript. in antiq.* Im-
41 mo poteſt concedere etiam Indulgentias , licet adhuc non eſſet Sacerdos , *Abb. in cap. ſuffraganeis* 11. *num.* 3. *de elect. Paſſerin. de Indulgent. qu.* 85. *n.* 623.

Conſecratio quippe , habito reſpectu ad conjugium Spirituale inter Epiſcopum , &
42 Eccleſiam , nihil penitus adiungit , ſed dumtaxat reputatur quoddam accidens extrinſecum , ſolumque operatur , ut dictum Matrimonium , ſeu conjugium ſpirituale per eamdem Conſecrationem efficiatur , ſeu dicatur plene conſumatum , ad ſimilitudinem copulæ , quæ in carnali , ſeu temporali Matrimonio eumdem effectum progignit , ut bene explicat *gloſs. in d. cap. inter corporalia* 2. *verba nihil addit.*, *de translat. Epiſcop. Innoc. in d. cap. Licet nu.* 1. *eodem tit. Butr. n.* 24. *&* 37. , *Bald. ante. n.* 1. *verſ. ſed in prima parte*, *Zabarell. in* §. *Sicut. n.* 2., *Hoſtien. num.* 25. *&* 26. *& in d cap. Licet. num.* 10. *Imola n.* 5. *et poſt num.* 16. *verſ. in gloſs. nihil addit.*, *Abb. Panormit. num.* 10. *et* 11. *et num.* 24. *Solorzan. de Jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 4.
43 *num.* 56. & ob id etiam ante ſequutam Conſecrationem proprii Epiſcopi electi , & confirmati Eccleſia illa non dicitur amplius viduata , ex quo jam Sponſum habere dicitur , licet impeditum in aliquibus , ut proſequi videtur *eadem gloſs. in cit. cap. inter corporalia. in verb. ad quædam, de translat: Epiſcop.* , & altera *gloſſ. in cap. tranſmiſſam* 15, *in verb. de talibus, de elect.* & communiter *Canoniſtæ* ſuperius allegati .

Ne-

Neque pariter ſuffragari poſſe videbatur D. Principi Decretum appoſitum in Breve confirmatorio Eccleſiæ Ratisbonen., & Friſingen., per quod neutra Eccleſia dimittenda erat, niſi poſt pacificam poſſeſſionem Eccleſiæ Colonien., illiuſque Menſæ bonorum, ſeu majoris partis; Etenim etſi D. Cardinalis de Fuſtembergh fuiſſet perantea contradictor in prætenſione memorati Archiepiſcopatus Colonien., attamen eo ipſo, quod ſucceſſive Summus Pontifex poſtulationem factam de eodem D. Cardinali rejecit, electionem D. Principis confirmando, omneſque aliæ moleſtiæ, & perturbationes ex parte D. Cardinalis ceſſarunt, ſatis remanſit pacifica poſſeſſio D. Principis in eodem Archiepiſcopatu, ex connotatis per *Paſſerin. de elect. cap. 24. n. 59. & 63., Lavor. var. Elucubrat. tit. 4. cap. 13. num. 32.*; non enim proſequutio Belli voluntarie tunc facta per D. Principem adverſus Chriſtianiſſimum Galliarum Regem cum cæteris Principibus ſecum fœderatis poterat præſeferre, quod pacifica de reliquo non foret
44 ejus poſſeſſio, ut in ſimilibus egregie, immo in fortioribus ad finem, ne evitaretur in dicta incompatibilitas, reſpondit *Rota in Florentina Canonicatus 14. Jun. 1557. penes Garz. de Benefic. par. 11. cap. 5. num. 106. in fin. & dec. 216. n. 6. cor. Priol.*

Atque ex his deſcendendo ad ſecundum caput intrinſecæ nullitatis commiſſæ in electione D. Principis, dicebant Defenſores D. Cardinalis, electionem profecto in perſonam D. Principis ſubſequutam extitiſſe nullam; quia cum ſubſtantialiter ad hunc effectum re-
45 quiratur, quod omnes, vel major, & ſanior pars Capituli conſentiat in electum, & litteram *Textus in cap. Quia propter, de elect.* ibi - *Ut is collatione habita eligatur, in quem omnes, vel major, & ſanior pars Capituli conſentit*, ibique *Gloſſ. in verb. collatione*, & per *Text. in cap. In Geneſi, eodem tit.* tradunt *Sigiſm. a Bonon. de elect. dub. 9. n. 11. Paſſerin. eodem Tract. cap. 11. n. 111. in fin.*

Profecto conſtabat, D. Principem non habuiſſe ſuffragia, niſi vigintiquatuor, cumque comprætenſo D. Cardinali, & Comite de Rechen Capitulum foret in numero quadraginta octo, ecce, quod (præciſive a tertio puncto ſuper contemptu, de quo proxime) electio
46 facta in paritate ſuffragiorum nulla prorſus reddebatur, ut recte declarant, & exemplificant *Innocent. in d. cap. In Geneſi 55. de elect. & Abb. ibidem ſub n. 8., Bayſ. in director. elect. par. 3. cap. 7. num. 3. & 7. Paſſerin. de elect. cap. 11. num. 111. Rota deciſ. 225. num. 2. coram Bu-*
47 *ratt.* itaut addat *Innocent.* quod ſi in Capitulo adfuerint aliqui contempti, & hi non proſequantur eorum contemptum, adhuc electio ſit nulla, ut *in d. cap. in Geneſi n. 8. de electon.* per ea ſatis perſpicua verba - *Sed iſtis computatis non habebat majorem partem totius Capituli, & ideo etiam non proſequentibus ipſorum contemptum caſſanda erat electio, tamquam a minori parte facta.*

Eaque eſt ratio, ut quemadmodum contemptus unius Capitularis inficeret totam electionem, ſecundum ea, quæ inferius ſubnectentur, ita non proſequutio ejuſdem contem-
48 ptus, immo & ſuperaccedens aſſenſus ſanat quidem vitium ejuſdem contemptus, ſed non facit, quod tempore electionis conſiderato, vota non fuerint infra medietatem omnino requiſitam, cum contempti facerent proculdubio numerum Capitularium, & in illum computarentur, in numerum vero eo tunc eligentium nequaquam poſſent computari, ut præter *Innocent.* ubi ſupra demonſtrat *Hoſtienſ. in eodem cap. in Geneſi, & Abb. ibidem, Bayſ. in direct. elect. par. 3. d. cap. 7.* & ſequitur *Paſſerin. eodem tract. d. cap. 11. n. 111. in fin.*

Aſt, ultra hæc, conjungentes iidem Defenſores huic ſecundo capiti alterum, de quo ſupra, ſubnectebant, quod dato etiam, quod examinata per eos prætenſa ineligibilitate D. Principis appareret contrarium, videlicet eumdem D. Principem eſſe revera eligibilem contra robuſtiſſima argumenta, de quibus ſu-
49 pra, nihilominus ſaltem hæc eligibilitas, vel ineligibilitas erat præmittenda, & ante ipſum actum electionis diſpungenda, & reſolvenda, alias nulla efficitur electio, ad alteram egregiam doctrinam ejuſdem *Innocentii in d. cap. quia propter*, ibi - *Item dicimus, quod intantum plene facienda eſt collatio, quod ſi de aliquo articulo oriatur dubium, de illo tractandum erit, & diſcutiendum, ut hic, non ut diffiniant aliquid, vel probationes recipiant, vel tanquam juriſdictionem habentes, ſed ad veritatem inveniendam &c.* - *Lotter. de re benef. lib. 2. q. 13. num. 82. & 85.* & pluries reſpondit *Rota*, ut in *dec. allegat. per ſan. me. Alex. VIII. in dec. 29. num. 49. & 50.*

Neque id præclara, imo & duplicata ratio-
50 ne carebat; tum quia admodum intererat Electoribus inquirere capacitatem, vel inca-
51 pacitatem eligendi, ne incapacem eligentes jure ipſo eligendi privarentur, ad tradita per *Tamburin. de jur. Abbat. tom. 1. diſput. 5. qu. 8. n. 18. Caſtellin. de elect. cap. 5. num. 9. & 12. Paſſerin. eod. tract. cap. 29 num. 73. ibique plures*; Tum etiam, quia non agnita capacitate nequi-
52 bat fieri collatio meriti, ad meritum, & zeli ad zelum, quod ſubſtantialiter requirit cenſura præfati *Textus in cap. quia propter, de elect.* cum concordan. cumulatis per *Paſſerin. de elect. cap. 19. ex n. 7. ad plures ſeqq.*

Cæterum, deveniendo ad tertium caput contemptus, valde ſuper eo Defenſores D. Cardinalis proclamabant, quia ipſe D. Cardinalis certo certius Præpoſitus, & Canonicus Eccleſiæ Leodien. & ſic primarius Capitularis vocem habens in electione facienda, nedum

dum vocatus ad electionem ineundam non
fuerat, ſed ſemper extitit rejectus, licet plu-
ries inſtetiſſet ad Capitulum admitti; quam-
obrem ſubdebant, quod ubi nullum aliud ex
præmiſſis duobus capitibus viguiſſet, ſola
53 comparitio per eum facta, & aperta oppoſi-
tio confirmationi inſanabiliter irritabat ſe-
quutam electionem, juxta apertiſſima, & lit-
54 teralia Jura in *cap. coram, in cap. Geneſi, & cap.
quod ſicut, ibique communitèr Canoniſtæ, de elect.
Barboſ. vot. deciſ. 47. n. 174. Card. de Luc. de Ca-
non. & Capit. diſc. 27. n. 13. &* 14. cum aliis al-
legat. per *Paſſerin. de elect. cap. 11. n. 319. &
ſeqq. Rot. deciſ. 36. n. 1. par. 6. rec. & in Leodien.
Abbatiſſatus 7. Febr. 1684. §. Fundamentum,
cor. clar. mem. Card. Matthæjo:* etiamſi de cæ-
tero perſona electi maxima polleret dignita-
te, & excellentia meritorum præditus foret,
ut reſcripſit *Cæleſtinus III. in cap. Bonæ memo-
riæ 36. de elect.* ibi = *Electionem autem Archi-
presbyteri (quamvis laudabile teſtimonium per-
hibeatur de ipſo) juſtitia exigente caſſavimus.*

Abſque eo, quod ſubſiſtere umquam poſ-
ſet pro everſione hujus irrefragabilis funda-
menti unica reſponſio, ſive exceptio, attribu-
ta per Capitulum, quod D. Cardinalis ad for-
mam Statutorum Eccleſiæ Leodien. ſeſe non
præſentaverit, ſeu exhibuerit in Capitulo in
feſto S. Ægidii cum ſucceſſiva (qua teneba-
tur) reſidentia, proindeque evaſerit foraneus
vocem non habens, ſicuti legebatur in decla-
ratione per Capitulum emiſſa ſub die 27. Fe-
bruarii Anni 1693.; Prætermiſſa namque re-
55 plicatione, quod, ubi agitur de facienda ele-
ctione, nec Cenſuræ, nec alii prætenſi defe-
ctus Vocalibus objecti, & ex quibus reſultare
prætendatur votandi incapacitas, ullatenus
attenduntur in tali actu, ſed ad ſummum,
prævia proteſtatione, hujuſmodi cognitio
ad aliud tempus remittitur, ut plene demon-
ſtrat *Barboſ. vot. deciſ. 47. n. 183. & ſeqq. Card. de
Luc. de Canon. & Capit. diſc. 27. n* 19 *&* 20.

Potiſſime, dum ab hac rejectione ex hoc
capite perperam facta ante electionem ap-
pellaverat idem D. Cardinalis ad Sanctiſſi-
56 mum, unde vel hujuſmodi appellatione
pendente poterat idem D. Cardinalis elige-
re, teſte *Paſſerin. de elect. cap. 10. n. 128.* vel
cum fuerit ipſa appellatio renovata, & cum
reiteratis proteſtationibus notificata, Capi-
tulo ad hoc, ne quicquam interim innova-
57 ret, utique cuncta poſterius geſta cum ſub-
ſequuta electione in ſpretum earumdem ap-
pellationum afficiebantur nulla, & attenta-
ta, ut prætèr *tot. tit. Nihil innovetur appellatio-
ne pendente*, in propoſito electionis dixerunt
*Barboſ. vot. deciſ. 35. ex n. 70. Paſſerin. de elect.
cap. 37. n. 8. & ex n. 24. uſque ad* 27. cum aliis
per *Rot. deciſ. 29. ex n. 51. uſque ad 56. coram
ſan. mem. Alex. VIII. & in Illerden. Iuris vo-
tandi ſuper noviſſimis attentatis* 27. Martii 1705.
*§. Prætermiſſa, cor. R. P. D. meo Scotto.*

Nullo tamen modo (ſubdebant) in vim
Statutorum Eccleſiæ ſuſibſtere prætenſam
foraneitatem, quæ privare poſſet D. Cardi-
nalem præſtatione ſuffragii in electione, cum
proprie foraneus, & incapax votandi ſit ille,
qui primam reſidentiam non feciſſet, ſicuti
liquere prætendebant ex ipſo *Summario* Do-
mini Principis; cumque non controvertere-
tur, eumdem D. Cardinalem hanc primam
reſidentiam impleviſſe, jam non poterat di-
ci foraneus; Et ad ea, quæ opponebantur de
ſui præſentatione facienda in feſto S. Ægidii,
reſpondebant, hoc attinere ad ſecundam re-
ſidentiam à Statutis requiſitam, ut poſſet lu-
crari fructus ſui Canonicatus, ac propterea
non benè conſequebatur, quod quia D. Car-
dinalis non fecit prædictam ſecundam reſi-
dentiam, ergò erat privatus jure eligendi,
cùm licèt de Jure etiam ille, qui non reſidet,
privetur temporaliter de fructibus ſui Cano-
58 nicatus, proùt etiam ille, qui ſuſpenſus eſt à
Beneficio, non tamen idcircò remanet pri-
vatus jure præſtandi vocem in Capitulo, &
maximè in electionibus, ad *Gloſſ. in cap. cum
Vintonien. 25. verb. Admiſerant, de elect.* cum
concordan. recollectis per *Paſſerin. de elect.
cap. 10. num. 91.*

Et in omnem eventum cùm ſtatim ac quis
59 eſt receptus in Canonicum, & in Sacris Or-
dinibus conſtitutus, valeat votum proferre,
certè præfata Statuta Eccleſiæ, quatenùs etiá
diſpoſuiſſent contrarium, proùt negabatur
ex proximè animadverſis, adhùc non pote-
60 rat Capitulum condere talia Statuta contrà
Jus, vel tollere Canonicæ, quod de jure erat
annexum, ſed omninò requirebatur, quod
Statuta extitiſſent Apoſtolica auctoritate con-
firmata, ut per *Text. in cap. cùm acceſſiſſent* 8.
*& cap. cùm Eccleſia* 10. *de Conſtit.* tradunt in
his terminis relati per *Card. de Luc. de Capit.
& Canon. diſc. 19. n. 18. & ſub n. 19. verſ. Aut
enim agitur*, & per *Rot. deciſ. 202. ex n. 4. cum
ſeqq. cor. ſa. me. Alex. VIII.*, & quidem in for-
61 ma ſpecifica, quæ ſemper neceſſaria eſt in
Statutis contrariis ſanctioni Juris commu-
nis, ex *Card. de Luca de ſervit. diſc. 71. & d. Ju-
repatron. diſc. 67.* utrobique *n. 12. & de Regul.
diſc. 41. n. 14.*

Addebatur ulteriùs, quod quidquid de cæ-
tero dicendum foret de aliis Canonicis,
utrùm prædicta Statuta valuiſſent eos com-
præhendere, & ligare per hanc legem pœ-
nalem; difficultas ceſſabat, ex quo Sanctæ
62 Romanæ Eccleſiæ Cardinales nuſquam
compræhenduntur ſub Statutis, & legibus
generalibus, præſertim pœnalibus, niſi de il-
lis fiat expreſſa mentio, ad celebre *Conſil. Ro-
man. 498 per tot.* plenè *Capon. controv. 24. n. 10.
cum ſeqq. Card. de Luc. in Miſcell. Eccl. diſc. 23.
n. 11. Pignatell. conſult. Canon. 50. num. 8. cum
2. ſeqq. tom. 1. & conſul. 17. n. 4. tom* 4.

Eòque certiùs in terminis reſidentiæ, quia

*Sacrum Concilium Tridentinum Seſſ. 20. de Ref. cap.1.* ſolummodò Cardinales ad reſidentiam in ſuis Eccleſiis Patriarcalibus, Metropolitanis, & Cathedralibus adſtringit, & de reliquo cùm Cardinales exiſtant Conſi-
63 liarii, & veluti pars corporis Papæ, idcircò compelluntur in Curia Romana tantummodò ad regimen Eccleſiæ univerſalis reſidere, nullatenùs autem in cæteris Dignitatibus, & Beneficiis inferioribus, præcipuè non habentibus annexam Curam Animarum, juxtà determinationem *Text. in Extravag. Execrabilis, de Præben.* ibi = *Cardinalibus tamen S.R.E., qui circà Nos univerſali Eccleſiæ ſerviendo, ſingularum Eccleſiarum commoditatibus ſe impendunt &c. dumtaxat exceptis &c.* cum concordan. adductis per *Capon. d. controv. 24. n. 15. & ſeqq.*

Reſpectu verò ad impedimenta bellica, per quæ obiiciebatur, non potuiſſe Capitulum admittere D. Cardinalem citrà vehemens periculum intrà Civitatem Leodii contrario ejus Nationi fœdere obſtrictam,
64 finalitèr reſpondebatur, perſonas Eccleſiaſticas, velutì diſtinctas à Republica civili, in hujuſmodi legibus minimè compræhendi, præcipuè ſi bellum iſtud verſetur inter Principes Chriſtianos, quemadmodùm quoque advertebat *Caren. reſol. 1. n. 14. & ſeqq.* ex *Caſtropal. oper. moral. par. 1. tract 6. diſput. 2. punct. 4. n. 18. Layman. in ſumm. lib. 2. tract. 3. cap. 12. n. 13. verſ. Dico tertiò.* Et hæc erant, quæ pro parte D. Cardinalis Bullioni in ſubſtantia (reſecatis ſuperfluis) promovebantur.

Aſt priuſquàm aggrediamur reſponſiones pro altera parte D. Principis allatas, & quibus inhærens (uno dumtaxat fluctuante) tota Congregatio duodecim Votantium, ſex nempè Cardinalium, & ſex Prælatorum cenſuit, electionem eſſe confirmandam, omittendum non videtur, quod per anteà in precedentibus conſeſſibus, in quibus ſuſpenſa, ſeù dilatata remanſerat reſolutio, fuit à nonnullis propoſitum, an ſicutì de tribus punctis agebatur, ità unumquodque foret ad partes examinandum, & votandum: Sed Ego, & poſtmodùm major pars reſtitit huic propoſitioni, ne ſequeretur abſurdum, ut propoſito (*ex. gr.*) primo puncto circà ineligibilitatem, duo ſuffragantes authumarent, illam adeſſe, cæteri autem decem putantes, illam non adeſſe, ſuffocarent illos duos, qui de reliquo ex hoc capite irritaſſent electionem, & ſic fieret, ſeù contingere poterat deinceps circà ſecundum punctum, quod tres ejus fuiſſent opinionis, ut electio in ſe eſſet nulla, & novem opinarentur contrarium, & demùm circà tertium punctum quatuor, aut quinque crederent, liquere de contemptu, & alii ſeptem, vel octo contraria dicerent, undè poſteà ſuperatis in unoquoque puncto præ multitudine paucioribus ſuffragantibus, oriretur reſolutio approbativa electionis in genere, quando tamen ſeptem, vel octo fuiſſent contrarii aut in uno, aut in altero puncto, quivè idcircò conjungendi erant ad hoc, ut quiſque, ambulans in ſenſu ſuo, omnibus tribus punctis deguſtatis affirmativum ſimplicitèr, vel ex quocumque capite negativum ſuffragium perhibet, ut vidi etiam multotiès, imò ſemper practicari in Sacræ Romanæ Rotæ Auditorio, quod votum efformetur affirmativum, vel negativum ſuper omnibus capitibus, licèt unus moveatur ex uno, & alter ex altero, ut ſignantèr obſervavi, & expoſui in illa celebri *Nullius, ſeù Fulden. Jurisdictionis ſuper bono jure 2. Iulii* 1710. *per tot. cor. Me*.

Recopilando itaque motiva, quæ Dominos de Congregatione impulerunt ad confirmandam electionem D. Principis factam a Capitulo Leodienſi, & proſequendo eamdem methodum quoad ſingula tria puncta ſuperius diſtincta, in ordine ad primum eligibilitatis D. Principis, ea viſa eſt ad ſufficientiam reſultare ex ipſa lectura Brevis tam ſan. me. Innocentii XI. quam ſan. me. Alexandri VIII.; ſuppoſita enim laudabili ſecundum caſuum, & temporum contingentias conſuetudine (quidquid in contrarium cenſeat *Amayden de Styl. Datar. lib. 1. cap. 16. §. 3. ex n. 27. cum ſeqq.*) quod Sancta Sedes quando-
65 que indulgere ſoleat in gratiam Principum de ſublimiori, & emerito ergà eamdem Sanctam Sedem ſanguine provenientium, ut hi, licèt non Canonici, licèt Epiſcopi aliarum Eccleſiarum, licèt vix pubertatem ingreſſi, poſſint eligi à Capitularibus Germaniæ ad hanc, vel illam Eccleſiam, expedit namquè, quod in illis partibus undiquè interſecatis, & intermixtis cum aliis Confiniis, & Principibus hæreticis, hæc, vel illa Eccleſia, quæ ſub privato Epiſcopo non ità benè poſſet cuſtodiri, provideatur de Capite potenti, pio, & Catholico, utì præ cæteris notarunt per *Text. in can. qui plures cum duob. ſeqq. 21. quæſt. 1. Compoſtellan. & Hoſtienſ. in cap. cum bis, de elect. Altaſerr. in Decretal. Innocen. III. in d. cap. cum nobis, Faguan. in cap. dudum n. 29. de elect. Card. Pallavicin. in Hiſtor. Sacr. Concil. Trid. lib. 24. cap. 12. n. 11. in fin.*

Hinc ſan. mem. Innocentius XI. per ſpeciale Breve conceſſit, ut ſi contigiſſet vacare Eccleſias Colonienſem, Hildeſimenſem, & Leodienſem, poſſet D. Princeps Clemens filius Maximiliani Emanuelis utriuſque Bavariæ Ducis, & Sacri Romani Imperii Principis Electoris, qui tunc in decimo ſeptimo ætatis ſuæ Anno conſtitutus exiſtebat, quive Ratisbonen. & Friſingen. Eccleſiis ex conceſſione, & Indulto, ſeu diſpenſatione Apoſtolica, munere Conſecrationis nondùm ſuſcepto, præerat, poſſet in Archiepiſcopum, & Epiſcopum rite eligi a Capitulis, & Canonicis

Digitized by Google

nicis earumdem Metropolitanæ Colonien., Hildeſimen., & Leodien. Eccleſiarum; quamobrèm hoc Indulto perpenſo non poterat du-
66 bitari in abſtracto de illius eligibilitate, quam à Summo Pontifice, & diſpenſatore obtinuerat, non obſtante retentione Epiſcopatuum Friſingen., & Ratisbonen., ad litteram *Textus in cap. dudum 54. de elect.* una cum *Gloſſ. & Scribentibus, Speculat. lib.1. tit. de diſpenſat. par.1. in princip. Tholoſan. in partit. Iur. Canonic. tit. de elect. cap.9. n.3. Caſtellin. eod. tit. ſeù tract. de elect. cap.4. ſub n.39. & 40.*

Et quamvis per verba in contrarium ſuprà regiſtrata idem primum Innocentii XI. Indultum præcepiſſet, retentionem Epiſcopatuum Friſingen., & Ratisbonen. eo ipſo ceſſare debere, quod in Archiepiſcopum Colonien., vel Epiſcopum Leodien. reſpectivè eum præfigi contigiſſet, pròut de facto contigiſſe videbatur reſpectu Eccleſiæ Metropolitanæ Colonien., nihilominùs ſucceſſivè per aliud Breve præfatus Innocentius XI. conceſſit, ſeù diſpenſavit, ut præ cæteris mox adducendis donec, & quouſquè poſſeſſionem, ſeù regimen, & adminiſtrationem Eccleſiæ Colonien., bonorumque illius Menſæ conſequeretur, etiam Epiſcopatum Friſingen., & Ratisbonen. retinere valeret; undè duo, tàm attento primo Breve inductivo vacationis, quàm ſecundo conceſſivo retentionis, viſa ſunt emergere argumenta durationis eligibilitatis: quidquid enim in ordine ad primum opponeretur, ut ſuprà, quod ſatis eſſet confirmatio, quam D. Princeps reportavit ab eodem ſan. mem. Innocentio XI. circà ſuam electionem in Archiepiſcopum Colonien. etiam citrà aliam Conſecrationem ob defectum ætatis, placuit reſponſio, quod de Jure antè legitimam ætatem dici nequibat D. Princeps verè Eccleſiæ Colonienſis Archiepiſcopus, & Paſtor, cùm ad hunc effectum
67 requiratur ætas ad minùs 30. Annorum, uti ſancitum legimus *in cap. cùm in cunctis 7. de elect. & in Sac. Concil. Tridentin. Seſſ.7. de Reform. cap.1.* & notant *Garz. de Beneſ. part.7. cap.4. n.77. Barboſ. de univ. jur. Eccleſ. lib.1. cap.1. ſub n.83. Vivian. de Iurepatr. lib.1. cap.1. num.188. Dian. reſol. moral. par.5. tract.2. reſol.19. in princ. Antonell. de temp. legal. lib 2. cap.11. n.1. Narbon. de ætat. Ann.30. qu.5. n.1. & ſeqq. & quæſt.8. n.4.*, & vigore Con-
68 cordatorum Franciæ per Bullam *Leonis X.* la 20. §.7. illa viginti ſeptem Annorum, ut etiam meminit *Tholaſan. in partit. Iur. Canon.*
69 *tit. de elect. cap.11. n.3.*, & niſi decurſo, & ſequuto etiam tempore Conſecrationis, ut abſtractivè definiverat *Alexander III.* in Concilio Lateranenſi relato *in d. cap. cùm in cunctis 7. §. Cùm verò, de election.* per illa verba = *cùm verò electus fuerit, & confirmationem electionis acceperit, & Eccleſiaſticorū bonorum adminiſtrationem habuerit decurſo tempore de conſecrandis Epiſcopis à Canonibus diffinito, is, ad quem ſpectant Beneficia, quæ habebat, de illis diſponendi liberam habeat facultatem:* = undè nec de Jure vacare Beneficia priora, niſi ultrà electionem,
70 & confirmationem in Epiſcopum concurrat etiam Conſecratio, vel ſit lapſum tempus ad conſecrandum, firmat *Gloſſ. in cap. ſi gratiosè 5. litt. A.* & eſt *ſecunda Gloſs. de reſcript. eadem Gloſſ. in cap. de multa 28. in verb. poſt receptionem, de Præbend. & Dignitat.* cum aliis concordan. apud *Geminian. conſ.82. & 125. Burſatt. conſ.351. n.15. Vuameſ. conſ. Canon.27. & 28. Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.32. n.119. Rot. dec.110. n.1. cor. Card. Seraphin.*

Et in rei veritate antè Conſecrationem non
71 eſt conſumatum illud ſpirituale fœdus conjugii inter Epiſcopum, & Eccleſiam, quod facit, verum eſſe Paſtorem, & Conjugem, prout elegantèr dicebat *Innocentius III in cap. licèt 4. de tranſlat. Epiſcop.* Quinimò in Archiepiſcopo, ultrà Conſecrationem, videbatur exi-
72 gi etiam Pallii traditio, & ſuſceptio, cùm in Pallio Pontificalis officii plenitudo, & verum Archiepiſcopi nomen conferatur, ex eodem *Innocentio III. in cap. niſi 3. de auctorit. & uſu Pallii*, ubi *Gloſſ. in verb. nominis*, ſubdit hæc verba, = *& licèt ſit conſecratus in Epiſcopum, non eſt appellandus Archiepiſcopus antè Palli receptionem*, = & comprobat *P. Marcus Paulus Leo è Societ. Ieſu in tract. de auctorit. & uſu Pallii cap.13. n.2. & n.16. & 17.*

Abſquè eo, quod proindè adverſarentur ea, quæ ſuperiùs promovebantur in oppoſitum, ſuper eo ſcilicèt, quod ſufficiat pro poteſtate exercendi ea, quæ ſunt Juriſdictionis, & ad inducendam incompatibilitatem, ſeù vacationem Beneficiorum peranteà poſſeſſorum, ſimplex electio, & confirmatio ſinè
73 neceſſitate expectandi Conſecrationem: Quia hæc procedebant de ſtylo Curiæ in caſibus regularibus, & ordinariis, in quibus electus, & confirmatus reperitur in legitima ætate recipiendi Conſecrationem, ſibique debet imputare, ſi Conſecrationem non recipiat, ex doctrina *Compoſtellan. in cap. cùm in cunctis, §. Cùm verò, de election. n.9. uſquè ad fin. ibiquè Anton. de Butr. n.3. Abb. n.5. Dec. num.12. & 13.* imo ſolet Pontifex in his terminis præficiendo aliquem in Paſtorem, & Epiſcopum aliàs legitimæ ætatis inducere va-
74 cationem cum poſitivo Decreto, quod facit in actu ipſius confirmationis, & creationis in Epiſcopum, ut de prædicto ſtylo teſtabantur *Burſatt. d. conſ.351. n.15. Azor. inſtit. moral. lib.7. cap.16. qu.12. Caſtropal. tract.13. de Beneſ. Eccleſ. diſput.6. punct.2. § 5. n.1. ſol.475. tom.2.*, & de vacatione, quæ inducitur per Decretum, proſequitur *Garz. de Beneſ. par.11. cap.6. à n.6.* cum aliis proximè ſuperiùs allegatis, & *Rot. cor. Seraphin. dec.110. n.2.* ubi plenè.

De reliquo corruebat evidentèr quoad

iſtud primum Breve ſan. me. Innocentii XI. ( quod per viam gratiæ extraordinariæ emanaverat, ac de tempore, quo ignorabatur præcise, quando ſequutura eſſet vacatio Eccleſiarum Leodien., & Colonien., utrùm ſcilicèt extitiſſet tunc, nec nè Princeps Clemens in ætate legitima ad recipiendam Conſecrationem ) omnis amaritudo ex facto, & interpretatione ſibi data per eumdem Innocentium XI. in ſuo ſecundo Breve ædito in actu confirmationis factæ de electione ſequuta in perſona D. Principis in Archiepiſcopum Colonien., dùm ſub die 20. Septembris 1688. præficiebatur in Archiepiſcopum Colonienſem, & perfectum Paſtorem ſolummodo poſt legitimam ætatem, dando interim ad hunc effectum eidem D. Principi retentionem utriuſque Eccleſiæ Ratisbonen., & Friſingen, & jubendo, quod antè legitimam ætatem tota committeretur adminiſtra-
75 tio in ſpiritualibus alteri Coadminiſtratori, qui revera proprius Prælatus cenſendus eſt, ad *Gloſſ. in cap. de Rectoribus 3. in verb. Curam Animarum, de Cleric. ægrotan. vel debilitat. Pariſ. de reſignat. lib. 7 qu. 24. n. 23. Joann. de Laur. de ætat. ad Benefic. requiſit. tract. 1. cap. 7. §. Hac verò noſtra ætate circa med. fol. 60. in fin. & fol. 61. in princ. Barboſ. de Jur. Eccleſ. univerſ. lib. 1. cap. 6. ſub n. 2. & n. 4.*, & latiùs *in tractat. de offic. & poteſt. Epiſcop. part. 3. alleg. 87. n. 10. Card. de Luc. in Miſcellan. Eccleſ. diſcurſ. 7. n. 18.*

Eòque clariùs, quia cum in prædicto Breve confirmatorio electionis in Archiepiſcopum Colonien., etiam poſtquàm munus Conſecrationis D. Princeps ſuſcepiſſet, ei Summus Pontifex nominatim impartiretur retentionem quarumdam Præpoſiturarum, aliorumque Beneficiorum, & Dignitatum, & paulò inferiùs exciperet dumtaxat retentionem Eccleſiarum Ratisbonen., & Friſin-
76 gen., certè iſta exceptio Eccleſiarum Ratiſbonen., & Friſingen. recipienda erat retentis eiſdem terminis regulæ præcedentis, ſcilicèt poſt majorem ætatem, & receptionem muneris Conſecrationis, exceptio namquè ſemper ſecundùm regulam intelligitur, *Bartol. & alii in l. ſi quis legaverit, ff. de legat. 1. Zaſ. in l. in its n. 4. ff. de legib. Riminald. Jun. conſ. 581. n. 26.* Menoch. *conſ. 141. n. 16. & ſeq.* ibique etiam *Decian. in ſubſcript. n. 19.* Barz. *dec.* Bonon. *71. num. 16. & 26. Cenſal. dec. Lucen. 29. n. 68. Rot. dec. 328. n. 8. cor. Priol. & dec. 249. n. 17. par. 11. rec.*

Addito, quod neque verificabatur, quod ea temporalis conceſſio retentionis facta per Innocentium XI. in ſecundo Brevi adhùc expiraſſet, quando nimirùm fuit electus in Epiſcopum Leodien. ob illa verba = *Volumus inſuper, ut donèc, & quouſquè pacificam poſſeſſionem regiminis, & adminiſtrationis dictæ Eccleſiæ Colonienſis, illiuſque Menſæ Archiepiſcopalis bonorum; ſive majoris partis eorum aſſequutus fueris, Eccleſias ſupradictas* Ratisbonen., *& Friſingen., quibus, ut præfertur, præes, ſimilitèr retinere liberè, & licitè poſſis, & valeas* = quemadmodùm quippè hæc verba ex facto ceſſare faciebant per apertam voluntatem, & poteſtatem Papæ ſupradictam in Jure quæſtionem, an confirmatio electionis inducat vacationem incompatibilium, vel exigatur Conſecratio, aut ſaltèm legitima ætas eam accipiendi, ità demonſtrandum erat ex parte impugnantium eligibilitatem, quod D. Princeps pacificam aſſequutus fuiſſet poſſeſſionem, ſeù quaſi Eccleſiæ Colonien.; & tamen notorium erat, quod adversùs ea, quæ in oppoſitum motivabantur, uſquè de tempore Alexandri VIII. adfuerant nonnulli Canonici in Curia ad effectum reaſſumendi jura, & Cauſam D. Card. de Fuſtembergh ab eis in Archiepiſcopum Colonien. poſtulati, quod utiquè repugnabat pacificæ poſſeſſioni, maximè ad finem dimiſſionis aliorum Epiſcopatuum, & qua non facta reſultare prætendebatur ineligibilitas, exuberat
77 namque ad eamdem incompatibilitatem excludendam quælibet moleſtia de facto, etiam extrajudicialis, ut notant *Gloſſ., & Canoniſtæ in cap. Commiſſa, de elect. in 6., & in cap. Licet Epiſcopus, de Præbend.* paritèr *in 6.*, Rebuff. *in prax. Benefic. tit. de pacific. poſſeſſ. n. 165., Hojed. de Incompatibilit.* Benef. *cap. 13. n. 80., Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloſſ. 15. n. 117., Maſcard. de probat. concluſ. 183. n. 40., & ſeq., Adden. ad Buratt. dec. 19. n. 18., & ſeq., Rot. cor. Seraphin. dec. 1254. num. 2., & cor. Priol. dec. 168. n. 2., & in rec. dec. 131. n. 10. in fin. par. 11.*

Itidèm excludebatur à parte rei hæc pacifica poſſeſſio proptèr continuatas devaſtationes, incurſiones, & incendia, quæ tunc patrabantur in prædicto Archiepiſcopatu Coloniæ, & vix potuit D. Princeps cum Armis expugnare Bonnam Arcem, quævè eſt reſidentia Archiepiſcopalis, Kaiſervert, & Hu-
78 ytzium, ut in longè fortioribus ad effectum excludendæ vacationis cæteroquin volitæ per Papam, definivit *Rot. cor. Seraphèn. dec. 997. n. 5., & ſeqq. ac per tot.* cum qua poſteà proceſſit *eadem Rot. in Tiraſonen. Canonicatus, & Præbendæ* 8. *Novembris* 1596. *§. Prætereà, cor. Orano m. s.*

Et hæc ſatis perſpicua toti Congregationi videbantur; Sed Ego adjiciebam, cuncta revera præmiſſa penès Me extranea apparere à præſenti diſceptatione prætenſæ ineligibilitatis: ſtrictè etenim reaſſumendo, quæ fuerat ſequuta, in primis Innocentius XI. in primo Brevi decernebat ( ad ſenſum alterius Partis ) vacationem Eccleſiæ Ratisbonen., & Friſingen., quotiès D. Princeps præfici contingeret vel Metropolitanæ Colonien., vel Cathedrali Leodien.; at non per

hoc

hoc in minimo tangebat, ſeu auferebat In-
dultum eligibilitatis, quod idem Summus
Pontifex independenter conceſſerat eidem
D. Principi ad has poſteriores Eccleſias, un-
de ſi etiam vacatio Eccleſiæ Ratisbonen., &
Friſingen. eveniſſet, dari ſolum poterat lo-
cus alteri electioni quoad illas Eccleſias va-
cantes, ſed non ob id ceſſabat eligibilitas,
quæ erat Gratia diverſa, dum etiam habe-
mus paſſim receptum, quod prohibitum non
79 ſit impetrari ab eo, qui habet Beneficium
aliquod incompatibile, alterum Beneficium
pariter incompatibile, ſed ſolum prohibitio
cadit ſuper retentione utriuſque incompati-
bilis, ex collectis per *Card. de Luc. de fidei-
comm. diſc.13. ex n.35.* *Gaiz. de Beneſic. par.11.
cap.5. n.100.* cum aliis per *Adden. ad Buratt.
dec.19. n.18.* Rota *dec.901. n.5. par.4. dec.337.
n.10. par.8., & dec.131. n.8. & 9. par.11. rec.*,
& plene *in Derthuſen. Beneficii 27. Iunii* 1703.
§. *Non relevante, cum ſeq.*, *coram* R. *P. D.
Omaña Epiſcopo Giennen.*

Efficacius vero, quia idem Innocentius XI.
in ſecundo Brevi abſtulit etiam hanc vacatio-
nem Eccleſiarum Ratisbonen., & Friſingen.
in ipſomet actu phyſico confirmandi electio-
nem D. Principis factam in Archiepiſcopum
Colonien.; & quatenus inſpectis verbis ſecun-
di Brevis, de quibus infra, ſucceſſive ambigi
potuiſſet contra hucuſque dicta de nova va-
catione Eccleſiarum Ratisbonen., & Friſin-
gen., quid inde reſpectu eligibilitatis ad hanc
Eccleſiam Leodien.? debebant namque Ca-
pitula præfatarum Eccleſiarum vacatarum
80 devenire in ſequelam prætenſæ vacationis
ad novam electionem Epiſcoporum, ut fieri
ſolet, & debet Eccleſia quomodolibet vidua-
ta ſuo Paſtore, per *Text. in cap. Quam ſit 6.
de Elect. in 6. ibique gloſſ. verb. caſus*, & con-
notarunt *Caſtellin. de Elect. cap.7. ſub num.3.
§. Inſuper, & num.4.*, *Paſſerin. eodem tract.
cap.1. num.31.* & alii paſſim.

Verum neque etiam poſt hæc eadem Ca-
pitula devenire procurarunt ad aliquam ele-
ctionem, neque S. Sedes hoc certo ſciens
quidquam egit in contrarium, immo ſa: me:
Alexander VIII. in ſuo Breve expedito ſub
die 19. Novembris 1689. denuo D. Principem
diſpenſavit in hoc ſtatu, ut eſſet eligibilis ad
hanc eamdem Eccleſiam Leodien., atque
etiam ad alteram Eccleſiam Hildeſimenſem,
& (quod plus erat) de Menſe Octobris 1690.
ſubrogavit Præpoſitum Zeller in Coadmini-
ſtratione Epiſcopatus Frinſingen. expirata per
mortem Canonici Kall antecedentis Coad-
miniſtratoris; ex quibus ſane factis, & factis
per Pontificem optime informatum rerum
præcedentium, tamquam unum Sanctæ Ro-
manæ Eccleſiæ Cardinalium, qui per antea
intererat Sacræ Congregationis Conſiſtoriali,
in quo omnia prædicta fuerant tractata, &
diſcuſſa, dubitari non potuiſſet in omnem
caſum de continuata, & permiſſa retentione
Epiſcopatuum Ratisbonen., & Friſingen., ſi
non per viam puræ Juſtitiæ, ut ſupra, ſaltem
81 per viam diſpenſationis, quam ſemper im-
portat factum Principis cum ſcientia impe-
dimenti, teſte *Gabriel. commun. concluſ. lib.1.
tit. de præſumpt. concluſ.8. n.11. verſ. tenendo
primam opinionem*, *Rebuff. in prax. tit. de di-
ſpenſat. ex n.5.*, *Gigans de Penſion. quæſt.16.
num.11. cum duobus ſeqq.*, *Suar. lib.6. de legib.
cap.13. n.23. & ſeq.*, *Salas eodem tract. diſp.20.
ſect.2. num.8.*, *Sanchez de Matrimon. lib.8. di-
ſput.4. n.2. & ſeq.* late *Sperell. dec.115. n.2. &
ſeqq.*, *Card. de Luca de Beneſ. diſc.45. num.12.*

Tranſeundo ex his ad ſecundum punctum
electionis, jam etiam in afferendis ſuperius
objectationibus prætermiſimus ſtudio brevi-
tatis afferre cætera objecta; quæ minime
concernebant ſubſtantiam electionis, uti erant
diſputationes exortæ ſuper non interventu
quorumdam Capitularium celebrationi Miſ-
ſæ de Spiritu Sancto, quodque ad finem pu-
blicandi electionem non fuit electus Se-
nior ex Scrutatoribus, cum ſimilibus, ſu-
per quibus tamen multum ſe diffundebant
Scribentes pro D. Principe, cum prædicta
82 interventio, ac celebratio non ſit de eſſen-
tia, & ſubſtantia electionis, *Pignatell. con-
ſult. Canon.1. n.3. tom.1.*, *Lezzan. tom.1. cap.15.
num.89.*, *Tamburin. de. Iur. Abbat. diſput.5.
quæſt.6. n.34., & quæſt.7. n.8. tom.1.* *Barboſ.
de Jur. Eccleſ. lib.1. cap.19. ſub n.18.* cum aliis
apud *Paſſerin. de Elect. cap.19. quæſt.1. n.1. & 3.*
83 prout deputatio Scrutatoris ad faciendam
publicationem pendet a libera voluntate
Capitularium, *Gloſſ. in cap. ſicut, verbo per
unum, de Elect. in 6.* quam *ibidem* ſequuntur
*Archidiacon. n.1.*, *Geminian. n.2. & 4.*, *Flo-
renſ. ad Rubric., & tit. de Elect. tit. de form.
Elect. tom.1. fol. mihi* 137. *Byſ. in Director.
Elect. par.3. cap.33. num.4. & 5.*

Redacta igitur amaritudine ad ea, quæ fue-
runt ſupra annotata, utrum fuiſſet D. Prin-
84 ceps electus a majori, & ſaniori parte Capi-
tuli, quod certe ſufficit, ut rejecta opinione
*Lotther. de re Beneſ. lib.2. quæſt.17. n.1. & ſeq.*
volentis, requiri duas partes Capitularium,
rectius affirmant, & oſtendunt *Abb in cap.
Cum nobis olim 19. de Elect. n.10.* *Ancharan.
n.1. & 10.* *Butr. n.7.* *Roman. conſ.152. n.15.,
& 16.* *Paſſerin. de Elect. cap.19. quæſt.4. n.11.*
*Card. de Luca de Canon. & Capit. diſc.28. ſub
n.9.*, *Sperell. deciſ.182. n.44.* Rot. *cor. Millin.
dec.410. n.2. & deciſ.420. n.1. & 2.*, *Duran.
dec.232. n.4.*, *Dunozett. Iun. dec.206. n.10.,
& coram Coccin. deciſ.1431. n.2. & 3. num.12.*;
& alibi paſſim; & hæc eſt praxis continua in
Sacra Congregatione Conſiſtoriali, quam
inibi vidi ſemper practicari, per litteram
*Textus in cap. Quia propter, de election.* ſupra
relatam in §. *Atque ex his.*

In nihilo reſtragabatur, quod cum in
D.Prin-

D. Principem abiverint ſuffragia viginti
quatuor, Capitulum vero conſtaret de Vo-
calibus in numero 48., hinc poſita hujuſmo-
di paritate non eſſemus in electione facta per
majorem, & ſaniorem partem, ad præſcri-
ptum *præd. cap. Quia propter*: Quoniam cæte-
ri integrantes, ſeu complentes hunc nume-
rum a Capitulo ſine legitima cauſa receſſe-
rant, in quibus terminis ſibi debebant impu-
tare, ſi non fuerant numerati, cum ſtante
85 voluntario, & illegitimo receſſu Vocalium
juridice convocatorum, ſive intimatorum,
Capitulum integre cenſeatur remanere, &
reſidere in illis, qui in eodem Capitulo per-
ſeverantes devenerunt ad electionem, juxta
præciſam diſpoſitionem *Textus in cap. cum no-
bis olim 19. de election.* cum reliquis abunde
collectis per *Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib.1. cap.19.
n.225. Card. de Luc. de Canonic., & Capit.
diſc.27. n.9., Adden. ad Buratt. deciſ.809.
n.12., Rot. cor. Merlin. dec.591. n.3., & in
alia Leodien. cor. Coccin. dec.2082. n.4. & ſeq.*
86 idem enim eſt, Capitulares legitime voca-
tos non venire, ac poſtquam venerint rece-
dere ſub inſubſiſtenti prętextu, ut inquit
*Abb. in eodem cap. cum nobis num.13.*, & late
*Pyrbing. in Method. Jur. Canonic. lib.1. tit.6.
ſect.3. §.2. n.152., Tamburin. de Iur. Abb. di-
ſput.5. quęſt.3. ex num.24. ad 29., Paſſerin. de
Elect. cap.11. quæſt.11. num.92. & 98. cap.19.
num.11. Sperell. deciſ.181. num.44.*

Et ob id, enumeratis etiam in oppoſitum
illis, qui prætendebantur contempti, qualis
erat D. Cardinalis, & Comes de Reken, uti-
que (præciſive a mox ſequenti tertia inſpe-
ctione ſuper contemptu) adhuc indubitanter
major pars reſtiterat in eligentibus D. Prin-
cipem abſciſſis de cætero, ut diximus, illis,
87 qui receſſerant, nam etſi iidem recedentes
remanſiſſent in Capitulo, & ſine rationabili
motivo detrectaſſent votare, nihil eorum
præſentia materialis profuiſſet ad faciendum
computum, ut proſequitur *Gloſſ. in cap. Quo-
circa verb. quo facto ante fin. verſ. & in rebus,
de Elect., Anan. in d. cap. Cum nobis n.2., Lay-
man. in quæſt. Canonic. de Prælat. Eccleſ. elect.
cap.4. n.42. impreſ. poſt ejus Opera Theol. Mora-
lis, Fermoſ. de poteſt. Capit. Sede vacan. tract.3.
q.5. n.15., Rot. cor. Coccin. dec.1431. num.2.*

Præſertim quia, ultra majorem partem ex
hac ratione coeuntem in electione D. Princi-
pis, attenta quoque prerogativa perſonarum
illa major pars dici merebatur etiam ſanior,
cum in ea compræhenderentur, ſex ex ſe-
88 ptem Archidiaconis, qui faciunt in illa
Diœceſi ſubalternautem figuram Ordinario-
rum conſerendo Beneficia, alioſque actus Iu-
riſdictionis exercendo in locis ſibi aſſignatis,
& diviſis, ut patet ex trad. per *Zipæ: con-
ſult. Canon. lib.1. tit. de Offic. Archidiac. conſult.
unica §. fin. Carol. de Mean. ad Ius Civ. Leodien.
par.3. obſerv.280. n.1.*, necnon Scholaſticus,
aliique Laurea Doctorali, & Sacerdotali cha-
89 ractere inſigniti, quoſve idcirco conſtitue-
re ſaniorem, & magis ſpectabilem partem
Capituli, ſatis colligitur ex *cap. Eccleſia ve-
ſtra, ibique Gloſs., & Io. Andr. n.30., & 34.,
Butr. n.24. de elect., Petr. a Bayſ. in Director.
Elect. par.3. cap.35. num.8. inter tract. Magn.
tom.15. par.1. pag.397. Florenſ. ad Rubric. de
Elect. tit. de form. elect. verb. ſanior. autem in-
telligitur, Oper. tom.1. pag.138. juxta poſtrem.
editionem*, & plene *Spad. conſ.116. n.2. lib.3.*

Perperam vero ſupponebatur, quod juſta
fuiſſet cauſa receſſus a Capitulo, ex quo De-
canus, unus, ſeu Caput diſcendentium, dif-
ferendam dixerit eſſe electionem ad aliam
diem, ad hoc, ut prius examinaretur Breve
eligibilitatis obtentum a D. Principe, ac de
quo ſuperius: ſiquidem in facto concurrebat
replicatio majoris partis Capitularium, Bre-
ve jam eſſe per votorum recollectionem, &
pluralitatem admiſſum pro valido, & de re-
liquo examen pertinere ad S. Sedem, non ad
Capitulum, rogantibus idcirco iiſdem Ca-
pitularibus pro majori parte, ne contradi-
centes diſcederent: unde quicquid dixerint
ſupra in objecto allegati *in §. Ad ultra cum
ſeqq.*, certe quando major pars reſponde-
rat; Breve per eam fuiſſe admiſſum, & velle
devenire ad electionem rogando oppoſito-
res, ne diſcederent, & de reliquo erat dies
communiter deſtinatus electioni, debebat
90 minor pars acquieſcere majori nolenti ter-
minum prorogare, juxta doctrinam *Panormi-
tani in cap. cum Nobis num.10. ibique etiam Ho-
ſtien. n.17. de Elect., Tabien. in Summ. eod. verb.
n.11. Bellamer. in cap. Eccleſia veſtra n.6. eod.
tit.* cum reliquis apud *Paſſerin. de Elect. cap.11.
quæſt.11. n.101., Peyrin. de Offic. Prælat. Re-
gular. tom.2. in addit. ad Conſt. Clement VIII.
cap.5. n.12., & 56.* neque ullum præjudicium
reſultare poterat ex hoc capite ipſi minori
parti, quia ſi credebant, Breve non ſuffraga-
ri D. Principi, poterant eligere alium in ea-
dem ſtatuta die, & ille, qui ab eis fuiſſet præ-
91 electus, de Jure fuiſſet anteponendus (ſub-
ſiſtente tamen præſuppoſita incapacitate,)
eidem Principi, licet electo a majori parte,
*DD. in cap. Eccleſia veſtra, & cap. Congrega-
to, de Elect., Roman. conſ.483. ſub n.9., Caſtel-
lin. de Elect. cap.5. n.67. verſ. ſolum, Bellon. de
Jur. accreſc. cap.6 quæſt.54. ex n.6., Paſſerin.
de Elect. cap.31. quæſt.2. n.1., & per tot. Lotter.
de re Beneſic. lib.3. quæſt.17. n.244., Franciſc.
Marc. deciſ.1338. num.1. par.1.* latiſſime *Mo-
dern. Campell. in Comment. ad Decret. Ducal.
Urbin. tom.1. Decr.23. ex num.536. cum plur.
ſeqq.*, & ſignanter *num.550., & ſeqq.*

Clarius autem, quia pariter, quidquid di-
cendum veniat in aliis præliminaribus dubi-
tationibus, quas conveniat ante electionem
diſcutere, ſecundum inſinuationem *Innocen-
tii in præcitato cap. quia propter, de Elect.* cum

*Lotther.*

*Lotther.* aliiſque in objecto laudatis ; profecto
replicatio facta per majorem partem, quod
hoc non attineret ad Capitulum, ſed ad San-
91 ctam Sedem Apoſtolicam erat veriſſima,
cum ejus ſit interpretari, cujus eſt condere,
ut dicunt *Scribentes in l. final. ff. de legibus, &*
*in cap. cum veniſſent, de Judic.* cum concord.
plene reaſſumptis in celebri Cauſa *Nullius,*
*ſeu Fulden. Iuriſdictionis 27. Aprilis 1705. § 9.*
*cor. Reverendiſſimo P. D. meo Molines Decano.*
neque unquam (excepto caſu Gratiæ alicui,
vel aliquibus directæ in forma commiſſaria)
93 aliquis poteſt audacter ſe intromittere in fa-
cto a Superiore proveniente, ſive per viam
declarationis, ſive ſub umbraculo interpræ-
tationis, *Bald. in cap. ea, quæ n. 1. de re judic.*
*Surd. conſ. 558. n. 2. cum ſeqq., Card. Tuſch.*
*pract. concluſ. 119. n. 10., concluſ. 120. n. 1. lit. 1.*
*Rot. dec. 147. n. 14. cor. fan: mem: Alex. VIII.,*
& quidem hujuſmodi Brevia, & Indulta nec
94 ſolent, nec debent judicialiter in forma con-
tentioſa diſcuti, & judicari, ſed mere alle-
gari, ſive exhiberi pro inſtructione dumta-
xat animi cligentium, ut commonet *Spad. d.*
*conſ. 116. n. 14. verſ. quod Sereniſſimus Ferdinan-*
*dus, & n. 15. ac 17. in fin. lib. 3. Card. de Luc.*
*Canon., & capit. diſc. 27. n. 24., & ſeq.*

Quibus omnibus Ego ſuperaddebam, quod
circa prorogationem termini ſub hoc cætero-
quin incongruo, & incompetenti prætextu,
adhuc attenta illorum temporum circum-
ſtantia rationabiliter ulterius major pars no-
luit ad eam devenire, cum ingens tunc in
Principatu, & Diœceſi Leodien. ingrueret
95 Bellum, unde quanto citius expediebat ele-
ctionem facere ob imminentia in dies pericu-
la ; quare in hiſce caſibus aſſuetum electio-
nis terminum poſſe, indubitanter, & maxi-
me per majorem partem abbreviari, nemo
non ſcit, ex *Sigiſmund. a Bonen. de Elect. dub.*
*9. n. 8. Lavor. var. elucubrat. cap. 4. tit. 17. n. 11.,*
*& 12.* cum aliis relatis per *Pufferin. de Elect.*
*cap. 11. quæſt. 5., & num. 33. Rota dec. 82. nu. 6.*
*coram Ninot.*

Poſtremo tandem conſiderabam, quod
tanto magis hæc pro meo judicio vera vide-
bantur, dum poſtea per S. Sedem, ipſamque
Congregationem deputatam formiter exami-
nata eligibilitate D. Principis, nemine ferme
diſcrepante fuerat approbata eligibilitas, ut
in primo capite, de quo ſupra ; unde eo mi-
nus canonizari poterat pro juſto, & legitimo
receſſus voluntarius pauciorum, quando poſt
rigidum examen coram Judice proprio, ſci-
licet S. Sede, viſus, agnituſque fuit hujuſmo-
di prætextus prorſus inſubſiſtens, cum non
96 deceat retractari, quod factum poſtea le-
gitime dignoſcitur, ad ea, quæ in propoſito
inſinuat *Gloſſ. in cap. conſultationibus, verb. re-*
*moveri, de Jurepatr.* cum concordan. per *Ca-*
*rol. Marant. reſponſ. 21. nu. 35. par. 1. & reſponſ.*
*45. num. 55. par. 5. Rota deciſ. 62. num. 1. & 3.*
*de Appellat. in novis.*

Abſolutis proinde prioribus hiſce capiti-
bus, in ſui radice ceſſare compertum eſt ter-
tium objectum, quamvis late exageratum per
defenſores D. Cardinalis, nempe ſuper con-
temptu ipſius D. Cardinalis ; verum ſiquidem
97 erat, quod poſito contemptu, etiam unius,
infringitur electio, ad *Textum in cap. Quod ſi-*
*cut 28., & cap. Bonæ memoriæ 36. de Elect., Bar-*
*boſ. de Jur. Eccleſ. univerſ. lib. 1. cap. 19. n. 113.*
*& 116., Tamburin. de Iur. Abb. tom. 1. diſput.*
*5. qu. 3. num. 2., Rot. cor. Rembold. dec. 190. n.*
*2.* cum aliis *In Placentina Præcedentiæ ſuper at-*
*tentatis 7. Decemb. 1703. §. Creſcit contemptus,*
*coram R. P. D. meo Scotto.*

Sed iſte contemptus, etiam quando ſubſti-
tiſſent ea, quæ ſuperius adducebantur pro
demoſtranda idoneitate D. Cardinalis ad ſuf-
fragandum, attamen ſat erat, quod circa
eamdem idoneitatem poſſet aliquo modo du-
bitari, ac contrarium prætendi per Capitu-
lum, cum id excluderet illam aſpernationem,
& non curantiam ferme doloſam, quam *Do-*
*ctores* intendunt proprie ſub nomine *contemptus*
98 contineri, non enim contemnere dicitur,
qui ex aliqua cauſa non facit id, quod fieri
deberet, quamvis talis cauſa poſtmodum de-
tegeretur injuſta, juxta litteralem *gloſſ. in l.*
*ſatiſque 19. in princip. ff. de in Ius vocan.* ibi *non*
*in contemptum, ſed ob aliquam cauſam, licet*
*non juſtam* - *Calderin. conſ. 11. nu. 1. verſ. unde*
*non dicitur, de verb. ſignif., Bertazzol. conſil.*
*crimin. 421. n. 16., Ludovic. Montan. de reprobat.*
*ſent. Pilati art. 3. nu. 33. verſ. Immo plus, inter*
*Tract. Magn. Veter. tom. 8. fol. 122.*; & concor-
dat in terminis electionis *Pellizzar. in Manual.*
*Regul. tom. 2. tract. 9. cap. 2. ſect. 2. nu. 71. prope*
*fin.* ubi quod non datur contemptus abſque
dolo, cui ſemper ille ſolet eſſe annexus.

Et ſane duæ fuerant cauſæ in recuſanda
præſentia D. Cardinalis per Capitulum alla-
tæ, altera, quod ipſe ſe reddiderat foraneum,
ideſt incapacem votandi per ſui præſentatio-
nem, & ſecundam reſidentiam non factam ab
ipſo D. Cardinali ad formam Statutorum, &
altera ratione Belli inter Gallicam, & Ger-
manicam Nationem ſævientis intra quoque
viſcera Principatus, & Diœceſis Leodien.,
unde quando etiam, deguſtatis hiſce cauſis
99 per Capitulum allegatis, minus ponderis
habere repertæ forent in eadem Congregatio-
ne deputata, & (ut dicitur) in fractione Pa-
nis, attamen poterat ſolum exinde reſultare
labes injuſtitiæ, ſed non contemptus, qui
quaſi dolo poſſet æquiparari, cum ipſa ſola
dubietas aliquo modo rationabilibus, & co-
100 loratis fundamentis innixa quemlibet do-
lum excludat, teſte *Gloſſ. in l. 1. §. final. verb.*
*juſtis rationibus, ff. de Abigeis, Vaſquez Il-*
*luſtr. controverſ. cap. 18. num. 28., & ſeqq., Iul.*
*Clar. §. Homicidium n. 25. verſ. atque ideo, Petr.*
*Palax. in Epitom. delict. cap. 28. nu. 10. Marant.*
*reſpoſ. 83.*

*reſponſ.83. num.55. par.5.* erudite *Tiraquell. de*
*Nobilit. cap.20. num.63., & ſeqq.*

Aggrediendo itaque primam cauſam fora-
neitatis, adeo verum erat, abſque alia exa-
mine reddi ſaltem ambiguam oppoſitam fora-
neitatem, ut (quemadmodum Egu ſingula-
riter advertebam) ipſe D. Cardinalis ſcri-
bens, & reſcribens, atque reſpondens, &
replicans Capitulo, quando prope Leodium
commorabatur in Terra, ſeu Caſtro Huyen-
ſi, vulgo *Huy*, faſſus fuerit, Statuta Eccleſię
in hac parte eſſe admodum intricata, & du-
bia; Ideoque quomodo dici poterat, Capitu-
lum malo animo, & quaſi doloſo eum exclu-
dere voluiſſe, mediante ſiquidem rationabili
dubio per D. Cardinalem agnito, & confeſ-
101 ſo faceſſit quicumque dolus, quæcumque
culpa etiam levis, meliorque de reliquo com-
102 probatio dubietatis emergere non poterat,
quam ex confeſſione ipſius D. Cardinalis, ut
de prima aſſertione dicunt per *Text. in l. Igi-
tur, §. Poteſt, ff. de liberal. cauſ. Ioannes de*
Amic. *conſ.84. n.6., & conſ.133. n.11., Schmid.*
*conſ. Argentoratenſ.57. num.212. & 213. vol.*
*2., Cravett. conſ.18. nu.9. 10., & 16. Riminald.*
*Jun. conſ.715. n.31., & ſeqq.* præclare *D. Au-
guſtin. contr. Fauſt. lib.22. cap.43. to.6.*, & quoad
ſecundam per *Text. in l. Cum precibus 18. C. de
probat.* tradunt relati per *Rot. in Spoletana ſuc-
ceſſionis 17. Februarii 1710. §. Et antiqua, co-
ram Me.*

Potiſſime igitur, & in quamdam exube-
rantiam, quia etiam ad trutinam Juris per-
penſa hac foraneitate, ſeu inhabilitate, vide-
batur potius; illam adeſſe, quam non adeſſe,
quoniam de facto Statutum Cleri Leodien.
duo præſcribit, primum ſeſe quolibet Anno
præſentandi in Capitulo in Feſto Sancti Ægi-
dii, vel perſonaliter, vel per Procuratorem,
& hoc concernere poterat ea, quæ diceban-
tur in objecto, ut non ſequuta hujuſmodi
præſentatione Canonicus non poſſet ſuos fru-
ctus facere; ſed cum ulterius diſponeret per
hæc verba - *quicumque ſe exhibuerit, reſideat*
*eo Anno ſex Menſes integras, & unam diem,*
*alioquin pro foraneo habeatur.* - certe non pote-
rat ex hoc defectu reſidentiæ evitari foranei-
tas, quin etiam eadem foraneitas, tamquam
103 in fine præſatorum duorum capitum ap-
poſita, utrique erat referenda, videlicet,
& non factæ præſentationi ſui ipſius in Feſto
Sancti Ægidii, & non factæ reſidentiæ, ex
Theorica *Bart. in l. fin. nu.2. ff. de liber. legat.*
de qua plene Menoch. *de præſumpt. lib.4. præſ.*
*181. n.2., & ſequ. Caſtill. contr. Iur. lib.4. cap.50.*
*n.42. cum ſeq.* Actolin. *reſol.7. n.55. Trauchedin.*
*conſult.67. n.21. lib.2.*, & alii paſſim.

Sed & præciſius, quod ſola prima pars
obligans ad ſe præſentandum in Feſto Sancti
Ægidii inducat foraneitatem, ratio ipſa litte-
ræ Statuti ſuadebat, quia cum ſequuta hujuſ-
modi præſentatione conſequutive injungere-
tur reſidentia ſub pœna foraneitatis, certe
idipſum cenſeri debebat volitum, & ordi-
natum ſub eadem pœna in ſuo antecedenti
requiſitæ exhibitionis in Feſto Sancti Ægidii
etiam per regulam, ut *qui vult conſequens &c.*
præſertim quia de hoc teſtificabantur Miniſtri
104 deputati ad has reſidentias notandas, &
decernendas, ut nempe pro foraneo habere-
tur Canonicus, qui in feſto Sancti Ægidii ſe
perſonaliter, vel per Procuratorem non re-
præſentaverit, quibus in hac materia ſtan-
dum eſſe paſſim affirmavit *Rot. cor. Dunozet.*
*Jun. dec.376. num.5. & 11., & in rec. deciſ.41.*
*n.17., deciſ.79. num.28., & deciſ.110. num.30.*
*par.12., & deciſ.98. num.26. par.19.*, & alibi
frequenter.

Parumque obſiſtere videbatur, quod aut
Statutum hoc tamquam contra Jus, ideoque
invalidum non mereretur attendi, vel non
ligaret S. R. E. Cardinales: Quoniam cum
Statutum dici non poſſet irrationabile, vel il-
licitum, cum invitaret ad reſidentiam tam
*Sacris Canonibus* amicam, & a *Sacro Concilio*
*Tridentino* tenaciter injunctam, & de facto il-
lud juraverit obſervare, & in aliquibus An-
nis, ſeu temporibus obſervaverit idem Domi-
nus Cardinalis, & per alios quoque ſemper
105 fuiſſet obſervatum, non poterat non vale-
re, ſicuti de conſimilibus Statutis, immo &
conſuetudinibus Eccleſiarum ſervandis com-
muniter profitentur per *Text. in cap. dilectus,*
*de conſuetud. Honded. conſ.1. n.36. & 37. lib.2.*
*Rota deciſ.120. n.5. cor. Mantic. deciſ.281. ead.*
*n. cor. Royas, & in rec. dec.65. num.12. & ſeqq.*
*par.15. dec.253. num.9. par.16., deciſ.75. num.7.*
*par.18., & deciſ.385. nu.36. & 38. par.19.* & in
ſpecie ad finem excludendi Vocalem in ele-
ctionibus, dixit in alia *Leodien. Coadiutoriæ*
*17. Maii 1680. cor. Card. Vicecomite.*

Quovero ad non comprehenſionem San-
ctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, plura
reſpondebantur tum in facto, tum in Jure;
in Jure equidem, ex quo nempe ubi materia
106 non ſit revocatoria privilegiorum, non ſit
odioſa odio irrationabili, ſed æqua, & ratio-
nabilis, quod Statuta, & Conſtitutiones in
his terminis amplectantur etiam DD. Cardi-
nales, profitentur *Gomez in Proœm. Regular.*
*Cancellar. qu.9. Card.* Albitius *in ſuis diſceptat.*
*de Tit. Card. poſt Card. de* Luc. *de Iuriſdict. di-
ſcept.2. qu.8. n.6.*, Rota *coram Put. dec.189. n.9.*
*lib.1. & dec.257. per tot. coram ſan. mem.* Ale-
*xand. VIII.*

Et in facto tradebantur exempla aliorum
Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, qui
hujuſmodi exhibitionem, & reſidentiam ad
formam Statutariam compleverant, cum-
107 que D. Cardinalis moraretur in Gallia, &
in Romana Curia non aſſiſteret Papæ, ceſ-
ſare dicebatur omnis ratio non comprehen-
ſionis, ſeu exemptionis, ad id allegando *Ger-
mon. de Indult. Cardinal. §. Tibi quoad vixeris*
*nu.10.*

*n.10.*, *Dian.reſol.Moral.par.5.tractat.2.reſol.8.*, *Barboſ. de Epiſc. alleg.53. ſub n.13.*, *Hurtad. de Reſident. Summ. Pontif. reſol.8. n.16.*, & pleniùs *de Reſident. Canonic. reſol.4. n.39.*, & *de Reſident. Cardinal. reſol.5. per tot.*

Cæterùm, quidquid foret de hoc, penès Me in gradu ſaltèm cauſæ probabilis, quæ
108 ſufficiat ad excludendum contemptum, ut ait *Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib.1. cap.19. n.88.* ibi: *contemptum Electoris non vocati funditus ceſſare ex qualibet cauſa probabili* = ſat erat, quod poſito juxta præmiſſa, Statutum eſſe in ſe probabilitèr validum, & uſu comprobatum, exemptio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium forſan ſubſiſtere valuiſſet (ex ratione, de qua ſuprà, ſervitii ſcilicèt præſtandi Papæ, & Eccleſiæ univerſali) ſolum reſpectu reſidentiæ per ſex Menſes, ſed non reſpectu ſe repræſentandi per viam, & per organum ſimplicis Procuratoris, cùm id nihil detraheret Majeſtati, dignitati, aut implicationi aliorum munerum, quibus S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales ergà Papam, & Eccleſiam univerſalem obſtringuntur, ubi enim ratio
109 ceſſat diſponendi, ceſſat quoque ipſa diſpoſitio, ut ex *l.1. C. de Præpoſit. lib.12.* ratiocinatur *Germon. de Indult. Card. §. Tibi quòad vixeris n.6.*, *Gomez ad Regul. de Impetr. per obit. Card. quæſt.14. n.7.*, *Gonzal. ſuper Regul.8. gloſſ.26. n.132.*

Indèque tranſeundo ad alteram cauſam excluſivam cujuslibet contemptus, reflectebam, quod quando etiam non ſuffeciſſet cauſa non vocandi, & ad electionem admittendi D. Cardinalem ex capite forancitatis,
110 actualitas Belli non ſine ferocia graſſantis inter ſupradictam utramque Nationem exuberâſſet, proùt de reliquo punctualitèr videntur admiſiſſe *Abb. in cap. cor.35. n.3. de Elect.*, *Bald. in cap. cùm inter 18. n.2. eod. tit.* *Fagnan. in cap. cùm ex injuncto, de nov. oper. nunciat.* *Tholoſan. ad tit. de Elect. cap.14. n.13.* *Lavor. eod. tract. tit.4. cap.17. n.12.* *Paſſerin.* paritèr *eodem tract. cap.11. n.33.*, *Barboſ. de Canonic. cap.39. num.4. in fin.* *Caſtellin. de Elect. cap.8. n.5.*, & *6.*

Hocque ex proximè ſaltèm inſinuato fundamento Procuratoris, qui mitti poterat per D. Cardinalem; dùm enim Leodii tuto ſe conferre non valebat ex ſuo perſonali impedimento, ſi neglexit mittere Procurato-
111 rem, etiam in judicialibus rectè proceditur, *cap. pervenit, de Appellat.*, & *l. Non ſolùm, ff. de Procurat.*, & *utrobiq; DD.*, *Bolan. de reſtit. in integr. cap.340.* cum reliquis notiſſimis.

Quin etiam cùm periculum magis verſaretur ex parte Eccleſiæ ob Imperiales ordinationes, quæ à prædefuncto Epiſcopo, & Capitulo fuerant renovatæ; & publicatæ, & vetabant, communicationem haberi poſſe
112 cum Gallis, ſicuti proindè ob hujuſmodi periculum non erat D. Cardinalis vocandus, & electio citra vitium contemptus valida remanebat, ad *Text. in d. cap. Quia propter 42. verb. commodè, ibiquè Gloſſ.*, & *Abb. n.5.* *Mandagot. de Elect. par.1. cap.5. intèr tract. Magn. tom.15. par.1. fol.410.*, *Samuel. de Elect. diſp.2. controv.3. n.13.* *Sigiſmund. à Bonon. eod. tract. dub.9. cap.2. n.7.*, *Pyrbing. in Method. Iur. Canonic. lib.1. tit.6. ſeſſ.3. n.127.*, & in indivi-
113 duo alterius electionis, quod vocandi non eſſent Canonici adhærentes Hoſtibus Capituli, & Eccleſiæ Leodienſis, affirmaverat quoquè, & comprobaverat *Card. de Luca de Regular. diſc.53. n.9. cum trib. ſeqq.*

Ità nec etiam de rigore potuiſſet admitti, ſed reſpui debuiſſet Procurator, quem tamen
114 potiùs optabant Capitulares, dum quandò Canonicus abeſt propria culpa, & poteſt contingere aliquod periculum Eccleſiæ adeò evidens ex ſupradictis, neque etiam valet conſtituere Procuratorem, ut ex *Innocent. in cap.2. n.1. de nov. operis nunciat.*, & *Bart. in l. omnes Populi, ff. de Iuſtit.*, & *Iur.* diſtinguit *Abb. in cap. cùm omnes 7. n.7. columu.3. verſ. diſtingue tamen hunc articulum*, *Fælin ſub n.22. columu.* paritèr *3. §. Sed ſumitur, de Conſtit.*, *Barboſ. in cap. Quia propter 42. §. Illud n.32. de Elect.*, *Petr. à Bayſ. in director. Elect. par.3. cap.9. n.9. inter Tract. Magn. tom.13. par.1. pag.494.* idem *Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib.1. cap.19. n.108.*, *Paſſerin. de Elect. cap.10. n.37.*

Iſtaque, quæ dicebantur de D. Cardinali, facilius procedebant contrà Comitem de Reken, qui nullo modo dici poterat contemptus ex pluribus, & quia nempè reſignaverat ſuum Canonicatum, & conſenſum præſtiterat eidem reſignationi, una cum ſupplicatione jam ſignata à pluribus retrò Annis, & quia paritèr non reſederat, nequè ſe præſentaverat in feſto S. Ægidii, & quia deniquè poſitivè Arma in Galliis contrà Imperium aſſumpſerat; undè (ultrà prædicta duo priora mo-
115 tiva) ambigi non poterat, quod tamquàm Hoſtis publicus Capituli, & Eccleſiæ non eſſet vocandus, quemadmodum ultrà ſuprà relatos proſequuntur *Abb. in cap. Bonæ memoriæ n.20.* & *in cap. Quod ſicut n.2. de Elect.*, *Zabarell. in cap. Si autem ſub n.1. verſ. ſecundo oppono, eodem tit.*, *Bero. in cap. Cùm omnes n.82. ante med. verſ. Abbas*, *Henric. Boich. in d. cap. Bonæ memoriæ n.4.* & *5.* *Ioannes Andr. in d. cap. Quod ſicut n.30.*, & *Butr. n.27.* *Zoeſ. in Decretal. eod. tit. de Elect. n.67.*, *Coſm. Guimier. in Pragmat. Carol. VII. Reg. Franc. titul. de Authorit. Conc. gener. in cap. Sacroſancta col.2. litt.E. vol.1. fol.68.* *Baron. de Citat. in addit. ad qu.19. n.9.*

Concludebam itaquè ſub hoc dilemmate, quod vel D. Cardinalis, & Comes de Reken tamquàm foranei; aut alias erant incapaces præſtandi votum ex hucuſquè inſinuatis, & erat ſuperfluum diſcurrere de contemptu;
116 aut verò reſtabat aliquod dubium certè ſpino-

ſpinoſum, & intricatum, & paritèr termini contemptus reddebantur extranei, ex *Auctoritatibus* ſuperiùs adductis *num.98.*, *&* 108. quibus addi poſſunt *Schurph. conſ 95. num.2. vol.1. Schmid. conſ.57. n.215. vol.2.*, *Valent. Commentar. tom.2. diſput.7. qu.5. de legibus*, *Navarr. de Pænitent. diſtinct.1. cap. Tres ſunt n.43.*, *Trullench. Oper. Moral. tom.2. lib.5. centur.2. dub.7. n.1. Rot. dec.87. n.3. cor. Nuot.*

Super proteſtationibus deniquè, ac ſuper appellationibus totiès interpoſitis ad S. Sedem, parùm fuit immoratum, quia Electo-
117 res non attenta quacumque appellatione (ubi electio cæteroquin ſit præparata) poſſunt ad electionem procedere, eaque ſolùm valebit poſtmodùm irritari, quandò coràm confirmare debente legitima juſtificaretur cauſa interpoſitæ appellationis, ut benè *Paſſerin. de Elect. cap.32. ſub n.6.*, & priùs dixerat *Formoſin. in cap. Cùm inter 16. n.1.*, *&* in *cap. Cùm nobis 19. de Elect.*, *Rota cor. Buratt. dec.809. n.4. & coram Coccin. dec.1431. n.17.* maximè cùm, ultrà prædictam legitimam cauſam, ad finem impediendi electionem
118 requireretur etiam juramentum appellantis ſuper veritate ejuſdem cauſæ, ad *Text. in cap. ut circà 4. de elect. in 6.* ubi *Doctores*, & ſignantèr *Archidiac.*, *Geminian.*, & alii, quos refert *ibidem Barboſ. n.1.*, *Sigiſmund. à Bonon. de Elect. dub.46. n.11. Peyrin. de ſubdit. Regular. qu.1. cap.31. §.11. Caſtellin. de Elect. cap.16. num.2. & ſeqq.*, *Paſſerin. eod. tract. d. cap.32. n.54. Sperell. deciſ.182. num.28. Rota dec.2088. n.37 & ſeqq. cor. Coccin repetit. in rec. dec.289. par.6.*

Poſt hæc animo revolvebam de aliis electionibus in ſimilibus Dignitatibus, & Principatibus Germaniæ diſſerere, proùt vel in gradu Advocationis (ut Juris Mihi eſſe videbatur) conſulueram, & ſignantèr in ſuprà memorata *Colonien.* per diſcurſum antè electionem pro directione editum ad inſtantiam Cardinalis de Fuſtembergh, vel tamquàm Judex cenſueram in particularibus, vel generalibus Congregationibus, ut in illa *Herbipolen. Præpoſituræ*, in qua votum tunc præbueram pro D. nunc Præpoſito Comite de Schonborn, vel demùm in illa ſatis contentioſa, & celebri *Monaſterien.* inter præſentem Epiſcopum de Matternich, & D. Principem Carolum à Lotharingia, ubi generalis Congregatio habita fuit coràm Sanctiſſimo: ſed nè ſimplex Additio tranſeat in Volumen, forſan ſupplebo opportunè in aliis *Annotationibus* Deo dante in ſequentibus Voluminibus edendis.

## NULLIUS, SEU TERRÆ PONTIANI SUCCESSIONIS SUPER ATTENTATIS.

*Lunæ 4. Maii 1699*

### ARGUMENTUM.

Attentata Juris in quo differant in ordine ad purgationem ab Attentatis facti. Inſtantia quandò tranſeat activè, & paſſivè in hæredem, & an cæpta contrà Laicum tranſeat in Clericum illius hæredem: Et de regula, quod fideicommiſſarius tenetur capere poſſeſſionem fideicommiſſi de manu hæredis, cum ſuis limitationibus, aliiſque, de quibus in *Summario*.

### *SUMMARIUM.*

1 *Attentata Juris æquiparantur nullitati.*

*Et revocantur per viam ſimplicis nullitatis, n.2. & 34.*

*Et quandòque juxtà facti circumſtantias eorum purgatio remittitur ad finem litis, num.3.*

4 *Attentata facti rigorosè purgantur mediante refectione damnorum, & expenſarum etiam extrajudicialium uſquè ad obolum.*

*Et donèc ſequatur hujuſmodi purgatio, Attentans nequit audiri ſuper ejus prætenſe bono jure, n.5.*

6 *Attentata facti æquiparantur ſpolio violento quòad illorum purgationem.*

7 *Inſtantia tranſit activè, & paſſivè à defuncto in hæredem.*

*Quod procedit etiam in Judicio manutentionis, quæ concedi poteſt hæredi poſſeſſoris, licèt defunctus ſolummodò poſſideret, n.26.*

8 *Clauſula* conſtituti *transfert poſſeſſionem ſaltem civilem in Conſtitutarium.*

9 *Poſſeſſio capta lite pendente eſt attentata.*

10 *Attentata ſunt omnia geſta coràm A.C. in ſpretum litis pendentis in Sacro Rotæ Auditorio.*

11 *Inhibitio æquè ligat impetrantem, ac alteram Partem, contrà quam fuit obtenta.*

12 *Inhibitio habet oculos antè, & non retrò, ideòque non inficit acta præcedentèr geſta.*

13 *Fideicommiſſarius tenetur capere poſſeſſionem fideicommiſſi de manu hæredum hæredis gravati.*

*Niſi tamen certum ſit, hæredibus gravati nullas competere detractiones, n.14.*

*Amplia, principalem concluſionem procedere, licèt hæreditas hæredis gravati eſſet jacens, n.50.*

*Et quid, ſi fideicommittent expreſſè, vel tacitè dediſſet fideicommiſſario licentiã capiendi propria authoritate poſſeſſionem fideicommiſſi, n.51. uſquè ad 56.*

15 *Diſpoſitio Teſtatoris nequit in una parte acceptari, & in altera reſpui, vel impugnari.*

16 *Exceptio fideicommiſſi antiquioris, de quo incontinenti docetur, impedit immiſſionem fideicommiſſario venienti ex fideicommiſſo poſteriori.*

17 *Attentata ſunt omnia geſta per Reum conventũ continuare ſatagentẽ in poſſeſſione, à qua fuit de mandato Judicis expulſus mediante manutentione alteri Parti conceſſa.*

18 *Scrip-*

18 *Scriptura privata non recognita nullum facit gradum probationis.*
19 *Testes ad perpetuã examinati non probant.*
20 *Continuans in ſua poſſeſſione non attentat.*
*Limita, quotiès inhibitio Judicis cadit ſuper ipſa continuatione poſſeſſionis, n.25.*
21 *Negatio facti, ejuſque præſuppoſitio, ac ſubſtentatio invicèm non compatiuntur.*
22 *Attentata in præjudicium attentantis juſtificantur levioribus probationibus.*
*Amplia, ut ad illorum probationem admittantur etiam extrajudiciales atteſtationes, n.23.*
24 *Pactum reſolutivum adiectum in caſu non implementi, eo non ſecuto inficit contractum, acſi geſtus non fuiſſet.*
27 *Inſtantia cæpta contrà Laicum tranſit in Clericum illius hæredem.*
*Contrà, n.28.*
29 *Conſtitutio* Ægidiana *an locum habeat contrà Clericum hæredem Laici Rei conventi qui lite pendente deceſſit poſt paſſam ſententiam immiſſionis.*
30 *Inſtantia cœpta cum hærede fideicommiſſario tranſit activè, & paſſivè in ulteriores ſubſtitutos.*
*Diſtingue, ut n.31.*
32 *Inſtantia cœpta cũ anteceſſore in Dignitate tranſit activè, & paſſivè in Succeſſorem.*
*Etiamſi agatur de purgatione attentatorum, & ſpolii, n.33.*
35 *Attentata facti quandòque revocantur per viam nullitatis, quotiès certitudinaliter non conſtat, quod attentans habuerit ſcientiam inhibitionis.*
36 *Circumſtantiæ cujuſque caſus veniunt attendendæ pro recta Cauſarum definitione.*
37 *Spolium violentum ſecumfert obligationem refundendi ſpoliato omnes expenſas etiam extrajudiciales.*
38 *Spolium judiciale quandò tranſeat in violentum ad finem, ut rigoroſè veniat purgandum.*
39 *Spolium commiſſum circà rem incorporalem, puta circà Juriſdictionem, quandò cenſeatur violentum, licèt nulla violentia facti interceſſerit.*
40 *Cenſuræ incutiunt majorem metum, quàm Arma, & Satellites, & de ratione.*
41 *Attentare non dicitur Tertius habens cauſam à Papa, cui de cætero fecit mentionem de lite inter alios pendente.*
*Intellige, ut n.44. & 49.*
42 *Inhibitio Rotalis cauſat attentata etiam contrà non comprehenſum in Commiſſione, qui tamen ſcientiam habuit ejuſdem inhibitionis.*
43 *Poſſeſſio capta in ſpretum inhibitionis eſt attentata.*
45 *Devolutio Beneficii fundatur in negligentia Collatoris, à qua excuſat lis, vel aliud legitimum impedimentum.*
46 *Clauſula* = dummodò ejus diſpoſitio ad Nos hac vice pertineat = *efficit Gratiam conditionalem, ſi, & quatenùs reſervatio narrata ſubſiſtat.*
47 *Clauſula* = cujus litis ſtatum = *præſervat quidem Gratiam à vitio ſubreptionis, quod alias reſultaret ob non factam mentionem litis, ſed non facit, quòminus poſſeſſio capta in ejus executionem ſit attentata.*
48 *Papa licèt providendo non attentet, attentat tamen Proviſus, qui lite pendente in ſequelam Gratiæ Pontificiæ poſſeſſionem apprehendit.*

## DECISIO LXXXVII.

Cauſa hæc, admodùm ab initio involuta, ob nimiam intermixtionem, ſeù varietatem temporum, & perſonarum, coëgit Dominos demandare coadiuvationem probationum, ſed hodiè patefacta ſcœna veritatis, ad inſtantiam Margaritæ Uxoris, & hæredis Caroli de liberatis, olìm Curiam noſtram ſequentis, *conſtare de Attentatis juxtà modum in præſenti Deciſione exprimendum*, dilucidè reſponderunt.

Dum enim tota conquæſtio Margaritæ verſabatur ſuper illicita occupatione bonorum, quæ Carolus obtinebat de tempore ſui obitus, facta per Dominicum, & Petrum Paulum fratres de Sanctolinis, & ſucceſſivè per filios ejuſdem Petri Pauli perperàm renovata, Domini in primis pro clariori diſcretione, ac implemento Juſtitiæ putavere ſecernenda illa Attentata, quæ nuncupantur *Iuris*, ab eis, quæ appellantur *facti*, ex quo diverſam exigunt retributionem, & ſcandalum important illa, vel hæc Attentata;
1 ea etenim, quæ ſunt Juris, proindèque præſeferunt ſimplicem contemptum legis, ſi non demortuæ, ſaltèm in individua contingentia præciſè non loquentis, ſemperquè idcircò expectantis Judicis declarationem in hoc, vel illo caſu, potiùs (veluti minùs temeraria, & colorate ſaltèm ambigua antè ſuperventam Judicis explanationem) æquiparantur nullitati, ex quo nullum ſemper eſt, ac retractabile quodcumque fit contrà legem, ad *Text. in l. non dubium, C. de legib. & in cap. quæ contrà Jus, de reg. Iur. in 6.* cum concordan. per *Vant. de nullit. in princ. Oper. n.14 & ſeq., Altimar. eod. tract. lib.1. qu.2. n.7 cum ſeqq.*

Verùm non ex eo, quod actus exiſtat nullus, & revocabilis, etiam à ſui principio intercedit ille contemptus inexcuſabilis, qui ſolet reſultare, quotiès in ſpretum Tribunalium, vel Judicum alterutra Pars contendentium ſibi Jus dicere auſa eſt, & propte-
2 reà eadem Attentata Juris ab Judicis quidem implorata majeſtate revocantur, ſed in effectu per viam ſimplicis nullitatis, ut benè obſervat *Rota dec.429. num.9. cum tribus ſeqq. par.18.*

*part.18. rec. in Romana Attentatorum 9. Junii
1681. cor. bo. mem. Pauluccio, & in Burgen.
Jurisdictionis 14. Iunii 1685. cor. Reverendiſs.
Hervault Archiepiſcopo Turonen.*, utrobiquè
§. *fin.*, & conſequentèr hujuſmodi revocatio
ſecum utiquè trahit ipſius actus nulli infra-
ctionem, atquè in ſuis caſibus reſtitutionem
fructuum, & expenſarum, non verò rigi-
dam omninò purgationem, quin etiam juxtà
3 facti ſingillares circumſtantias hujuſmodi
Attentata quandòque rejiciuntur ad finem li-
tis, vel examinari permittunt negocium prin-
cipale prævio aſſueto reſcripto, *videatur de
bono jure, etiam ad effectum Attentatorum*,
ſecundùm ea, quæ diſtinguendo practicè te-
ſtatur *Card. de Luca de Iuriſdict. diſcurſ. 115.
n. 3., de præmin. diſc. 26. n. 7., & de Benefic.
diſc. 72. n. 3.*

Ubi verò compræhenditur, Attentata eſſe
meri facti, quia nimirùm privatus homo, vel
particulare Collegium, neglecta interlocu-
tione Judicis, & aſſociatione ejus Familiæ,
proprio Marte tranſcendit limites obedien-
tiæ, & contemnendo ſpecialia juſſa, ſivè ex-
preſſam inhibitionem ejuſdem Judicis (au-
thoritatem Reipublicæ, ſivè Principatus in-
duentis) ſeſe intrudit in occupando, quod
occupare non debebat, vel in innovando,
4 quod innovare non poterat, eo ſanè caſu
Tribunalium armatur Juſtitia, & obſtringit
refractarium) ultrà alia quandòque extraor-
dinaria remedia) ad reſarciendas quaslibet
expenſas tàm vivas, quàm demortuas, ſivè
tàm judiciales, quàm extrajudiciales, nec
non reſtaurum omnium, & quorumcumque
damnorum, vel intereſſe, quod altera Pars,
ſub umbra Alarum Judicis violata, paſſa
fuiſſe dignoſcitur, & hoc uſquè ad obolum,
ſivè ad ultimum quadrantem, pròut rectè
proſequitur *idem Card. de Luca de Iudic. di-
ſcurſ. 18. n. 6. & n. 37. & ſeqq.*, & antiquiori-
bus omiſſis patet ex *dec. 29. ex n. 14. uſquè ad
fin. & dec. 221. per tot. par. 16. rec. & in Roma-
na, ſeù Hiſpalen. Attentatorum 5. Iunii 1682.
ex §. Remotis itaquè, uſquè ad fin. co. bo. mem.
Urſino*.

Adeòut è converſo, in his eiſdem termi-
nis Attentatorum facti, attentans nullo mo-
5 do audiatur ſuper ipſo bono Jure, ac meritis
Cauſæ principalis, niſi priùs omnimodè ex-
6 purgata labe eorumdem Attentatorum, quæ
videntur æquipollere ſpolio violento, ex ani-
madverſis per *Fontanell. deciſ. 181. n. 14. Rota
dec. 48. n. 1. par. 3. lib. 3. diverſ. cor. Pamphil.
dec. 183. n. 2. & 3. & cor. Bich. dec. 534. n. 14.
& dec. 196. n. 12. par. 9. rec.*

Ad ſpeciem itaquè Attentatorum Juris
Domini redegerunt ea omnia, quæ à prædi-
ctis Dominico, & Petro Paulo fratribus de
Sanctolinis geſta fuerunt poſt obitum Caro-
li, tàm in occupando aſſerta bona fideicom-
miſſaria per eumdem Carolum uſquè ad
ejus obitum poſſeſſa, quàm in percipiendo
ſucceſſivè fructus eorumdem bonorum uſ-
què ad diem primam Auguſti 1697., dum
enim ſuper talium bonorum pertinentia in-
ter prædictum Carolum, & fratres de San-
ctolinis pendebat lis in Sac. Rota coràm bo:
me: Ninot, quemadmodum patet ex *dec. 13.
& dec. 40. inter ejus impreſſas*, nullo modo va-
lebant iidem fratres vix ſubſecuto Caroli
deceſſu occupare bona controverſa in ſpre-
tum utriuſque Juris Canonici, & Civilis *ſub
tit. ut lit. penden.* cum traditis utrobiquè per
*Scribentes*, ac *Repetentes* in eorum Commen-
tariis.

Abſquè eo, quòd per mortem Caroli dici
poſſet eadem lis terminata, & extincta: Quia
cùm ille ſibi conſcripſerit univerſalem hæ-
redem Margaritam Uxorem, nil magis tri-
7 tum, & familiare eſt, quam quod Inſtantia
perſeveret, nec non activè, & paſſivè tranſeat
à defuncto in hæredem, juxtà cumulata per
*Rot. dec. 141. n. 3. & 4. poſt Pacific. de Salvian.
Interd. & coràm Card. Cerro deciſ. 358. n. 4. &
dec. 414. n. 12. & 13. & in rec. dec. 631. n. 3.
par. 18. & in Viterbien. Fideic. 16. Iunii 1684.
§. Non enim, cor. bo. me. Albergato.*

Certiùs, quia Carolus in ſuo Teſtamento
8 per appoſitionem Clauſulæ *conſtituti* transfu-
ſerat in Margaritam poſſeſſionem ſaltèm civi-
lem; *Poſth. de manut. obſerv. 20. n. 5. & ſeqq.
obſerv. 30. n. 8. Rota poſt eumdem deciſ. 138. &
dec. 271.* utrobiquè *num. 2. & dec. 308. num. 1.*
eademque Margarita judicialitèr inſteterat
manuteneri in poſſeſſione bonorum defun-
cti; quapropter eo minùs valebant fratres
9 unico, eodemque contextu ſpernere penden-
tiam litis, extrudere poſſeditricem ſaltèm ci-
vilitèr, & eludere Monitorium judiciale,
ſicutì proſequuntur *Natt. conſ. 568. n. 4. Lan-
cellott. de attent. par. 2. cap. 4. num 349. Rota
dec. 39. n. 3. & 4. cor. Card. Celſo, & deciſ. 54.
n. 1. cor. Ubaga*.

Parùm refragante, quod Monitorium fue-
rit expeditum pro parte Margaritæ poſt-
quàm fratres fuerant adepti poſſeſſionem
hujuſmodi bonorum, quodque idem Moni-
torium reputari mereretur nullum, tam-
10 quàm impetratum ab A. C., quandò lis de-
voluta fuerat, & vigebat in Rota, quin etiam
ex hoc ipſo capite manifeſtum ſaperet atten-
tatum, ad tradita per *Rot. cor. Priol dec. 108.
n. 1. & in Romana Pecuniaria, ſeù Attentato-
rum 25. Febr. 1678. §. Etenim, coram bon. me.
Bourlemont*.

Quoniàm non idcircò corruebant præci-
tata alia Juris impedimenta, nimirùm præ-
cedentis pendentiæ litis cum Carolo, mini-
ſterio Juris transfuſæ in Uxorem hæredem,
una cum præventa per eam civili poſſeſſio-
ne, mediante prædicta Clauſula *conſtituti*; &
nihilominùs dum apparebat ulteriùs, quod
ipſi fratres innixi eidem veteri pendentiæ li-
tis

Digitized by Google

tis in noſtro Tribunali obtinuerunt ab olim
D. Urſino ſucceſſore ſubrogato in locum
bo: me: Niuot poſitivum Decretum reaſſum-
ptionis, & inhibitionis, utiquè ( præciſivè
etiam ab ipſo Monitorio ) nullo pacto vale-
bant contemnere illam pendentiam litigii,
quam ipſi confeſſi fuerant, & inſimul reſtau-
rare curaverant, ſicuti citrà illam Allegatio-
nem de per ſe ſatis evincitur: Maximè, dum
11 in fortioribus notorii Juris eſt, quod inhibi-
tio admixta huic reaſſumptioni æquè liga-
bat inhibitam, ac inhibentem, nè deturbare-
tur illa æqualitas, quæ conſtantèr in Judiciis
ſervanda venit, ut dixit *Rot. deciſ. 636. n. 4. &
5. cor. Dunoz. Iun. in Piſana Oeconomatus ſuper
attentatis, & manutentione 1. Iulii 1695. §. Non
obſtat ſiquidem, in fin. cor. bo. me. Emerix, & in
Anglonen. Attentatorum 5. Decembris 1696.
§. E' contrà, cor.* R. *P. D. meo Priolo.*

Minùſque officiebat prætextus, quod Ca-
rolus prædefunctus in ejus Teſtamento ver-
balem feciſſet reſtitutionem bonorum fidei-
commiſſariorum ad commodum eorumdem
de Sanctolinis, undè non eſſet vetitum ipſis
fratribus ex titulo tàm legitimo poſſeſſio-
nem appræhendere, præcipuè, quia ſuper-
venta reaſſumptio, & Inhibitio coràm bon.
me. Urſino per eos reportata ad finem rein-
tegrandæ Juriſdictionis Sac. Rotæ non erat
apta deſtruere eamdem per anteà ex præfata
cauſa verbalis reſtitutionis captam poſſeſſio-
12 nem, cùm qualibet inhibitio habeat ( ut di-
cunt ) oculos antè, & non retrò, ad *Text. in
cap. ſi eo tempore 45. ibique Franch. Gemin.*, & alii
communitèr, *de elect. in 6. Ridolphin. in prax.
par. 3. cap. 5. n. 214. Add. ad Barat. dec. 902. n. 5.
Rot. dec. 289. n. 9. apud Poſth. de manut. dec. 649.
n. 6. & 7. par. 18. rec. & in Interamnen. Pecunia-
ria, ſeù Caſtri Polini 6. Martii 1682. §. Nec à
petita, cor. bo. me. Urſino.*

Siquidem, præterquàm ( præciſivè paritèr
à qualibet reaſſumptione, & inhibitione )
ſemper urgebat obiectum pendentiæ litis in
noſtro Auditorio, ut ſuprà, ob eamdem quo-
que reaſſumptionem præcognitæ, & confeſ-
ſatæ per Sanctolinos; Adhùc nec etiam aſſer-
ta verbalis reſtitutio poterat obſcurare cla-
ritatem Attentatorum, quatenùs ſunt Juris,
ac nullitati æquiparantur, nam cùm eadem
prætenſa reſtitutio verbalis non deſcenderet
ad hæc, & illa corpora, neque quidquam de-
traheret exceptionibus, & retentionibus Te-
ſtatori, ejuſque hæredi competentibus, pro-
fectò ſola competentia detractionum, quam
Margarita allegabat ſuper bonis reſtituen-
dis, iidemque fratres ſaltèm in aliquali, licèt
modica quantitate, non denegabant, ſuffi-
ciens undequaque erat ad præſeferendam
ſemper juridicam nullitatem ejuſdem captæ
poſſeſſionis, nullitèr quippè agit, qui ſinè
Judice temerè attentat nanciſci poſſeſſionem
ex capite etiam clari, agnitique fideicom-
miſſi, quotiès hæredi hæredis gravati compe-
tere valent detractiones per ipſum Judicem
13 declarandæ, ſeù liquidandæ, quia per quam-
cumque æquitatem fas non eſt à regula reſili-
re, quod fideicommiſſum capi debeat de ma-
nu hæredis, juxta *Text. in l. 1. ff. quor. legat.* niſi
14 quando certum eſt, hæredi hæredis gravati
nullas penitùs competere detractiones, ex
his, quæ perpetuò dixit *Rota*, & magis de re-
centi in *Beneventana manutentionis 4. Iulii
1696. §. Nec obſtat, & ſeq. cor. R. P. D. meo de la
Tremoille, & in Avenionen. Fideicomm. ſuper
manutentione 10. Iunii 1697. §. Quandoquidèm,
cor. R. P. D. meo dell'Olmo, & 19. Ianuar. proximè
præteriti §. Tùm etiam, cor. R. P. D. meo Muto.*

Efficaciùs autem, quia animadverſum
quoque fuit, hujuſmodi ſuppoſitum, ſeù co-
lorem verbalis reſtitutionis duplicitèr in fa-
cto claudicare, primò nimirùm, quia Caro-
lus Teſtator in rei veritate non fecerat, ſeù
demandaverat verbalem hanc reſtitutio-
nem, niſi poſt mortem Margaritæ ſuæ hære-
dis; undè fratres ipſi non poterant tàm au-
dactèr, vivente adhuc Margarita, tempus an-
tevertere, & prævenire, ſicque in parte uti,
15 & in altera abuti ſanctione, & beneficio Te-
ſtatoris, reluctante regula, de qua in *l. cùm
quæreretur 17. ff. de admin. Tut. Surd. conſ. 576.
num. 30. & ſeq. Rota cor. Celſo deciſ. 278. n. 11.*
cum reliquis notiſſimis.

Et ſecundò, quod hujuſmodi verbalis re-
ſtitutio injuncta per Carolum arctabatur ad
bona Angeli ejus Patris, qui vocaverat San-
ctolinos, non autem amplectebatur bona
Roberti ejus Avi neutiquàm invitantis eoſ-
dem de Sanctolinis ad ſibi ſuccedendum,
imò de hoc præcisè in contrarium fuerat
Carolus in eodem Teſtamento proteſtatus,
cùm ſuper hoc adamuſſim fideicommiſſo,
ſivè ſucceſſione Roberti verſaretur prædicta
lis in noſtro Tribunali; quapropter emerge-
bant ſemper undiquè palpabilia prædicta
Juris attentata per nimiùm generalem, &
indiſtinctam occupationem bonorum ex-
pletam à Sanctolinis, qui priùs omninò te-
nebantur adire Rotam, ad hoc, ut diſcerne-
ret bona Angeli ab illis Roberti, vel defini-
ret, utrùm quoquè bona Roberti ſpectarent
ad ipſos Sanctolinos, ad terminos ſemper in-
concuſſos *prædictæ Rubricæ ut lit. penden.* Ma-
ximè, quia tàm fortis eſt exceptio fideicom-
16 miſſi antiquioris, ut donec fuerit rejecta
nedùm inficiat poſſeſſionem captam de fa-
cto, ſed etiam præpediat poſſeſſionem adipi-
ſcendam de Jure per viam immiſſionis, ut
habetur *apud Noguerol. allegat. 25. num. 13.*
Rot. cor. *Coccin. dec. 1874. n. 1.*, & priùs *dec. 910.
n. 1. & n. 23. & cor. Card. Cerro deciſ. 361. n. 1. &
in Senogallien. Fideicommiſſi 30. Aprilis 1677.
§. Quarè, & 21. Aprilis 1679. §. Undè cùm,
cor. bo. me. Bourlemont.*

Atque ex his Dominis tranſeuntes ad alte-



Digitized by Google

rum, ſivè ſecundum genus Attentatorum,
quæ facti (ut diximus) appellantur, ſub hac
claſſe recenſenda omninò eſſe reputarunt ea
omnia, quæ perperàm, & quodammodò vio-
lentèr geſta extiterunt à Sanctolinis in indu-
rata perceptione fructuum à prædicta die
prima Auguſti 1697., ſub qua ipſis citatis
Margarita procuravit exequi Mandatum no-
ſtri Auditorii ſuper manutentione eidem at-
tributa poſt ſupradictam litis reaſſumptio-
nem, ſubſequens namque recollectio fru-
ctuum, & occupatio Appartamenti cujuſ-
dam Domus in eodem Mandato compræ-
henſæ, inexcuſabili Attentatorum vitio ſub-
17 jacebat, quia quiſquis obſtinatè perſeverat in
poſſeſſione poſt judicialem expulſionem, ac
inhibitionem expreſsè inſitā in ipſo Mandato
de manutenendo, ſemper attentat de facto, ex
rationibus ſuprà perpenſis, & ex firmatis in
ſpecie per *Poſth. de manut. obſer. 1. n. 85. Rota
cor. Mant. deciſ. 184. n. 1. in fin. & dec. 687. n. 1.
cum duob. ſeqq. par. 4. tom. 3. recent. & dec. 120.
n. 1. cor. Priol.*

Cumque hæc poſteriora facti Attentata
illaquearent dumtaxat filios Petri Pauli, non
autem ipſum Dominicum, qui poſt appoſi-
tionem manus Sac. Rotæ in decernendo ma-
nutentionem modeſtè (ut par erat) abſtinue-
rat ab illicita continuatione, parùm adjuvit
eoſdem filios duplex excuſatio ad obtegen-
dam hujuſmodi audaciam per eoſdem alla-
ta, altera nempè, quod de ipſa continuatio-
ne poſſeſſionis, ſeù perceptione fructuum
poſt Mandatum de manutenendo executio-
ni demandatum minimè appareret, niſi per
ſimplices receputas non recognitas, ac per in-
formes tantummodò depoſitiones lite pen-
dente receptas, quæ regulariter nullum gra-
dum probationis conſtituunt, ut in terminis
18 ſcripturarum carentium recognitione *Rota
coram Coccin. deciſ. 758. n. 2. & deciſ. 640. n. 14.
apud Poſth. de manut.* & Teſtium ad perpetuam
19 inductorum, *eadem Rota deciſ. 10. n. 54. cor.
ſa. me. Alex. VIII. & cor. Card. Cerr. deciſ. 213.
n. 5. & deciſ. 82. n. 36. par. 18. rec.*

Et altera, quod præcedentèr ad manuten-
tionem obtentam à Margarita coràm bon.
me. Urſino, ipſa Margarita tranſigendo con-
venerit, quod penès eoſdem filios Petri Pau-
li remaneret medietas bonorum Caroli, qua-
20 propter ſubſequens poſſeſſio eorumdem
filiorum, veluti continuata in vim præce-
dentis tranſactionis, nequiverit attentato-
rum tabe fœdari, ex regula, de qua *Poſth. de
manut. obſer. [illegible] n. 67. cum plurib. ſeqq. Add. ad
Pamphil. deciſ. 421. n. 6. Rot. cor. Merlin. dec. 10.
n. 23. & coram Peutinger. deciſ. 28. per tot. & in
Reatina Fideicommiſſi 11. Februarii 1689. §. fin.
cor. bo. me. Emerix.*

Ultrà enim, quod hæ geminæ excuſatio-
nes videbantur ad invicem pugnare, ex in-
21 compatibilitate, quæ ocularitèr inſurgit à
totali negatione alicujus facti; & ab ejuſdem
præſuppoſitione, ac ſubſtentatione; inconti-
nenti tamen utraque cecidit, nullamque
agnita eſt habere firmitatem: Non quidèm
prima, quia receputæ noſcebantur extractæ
per publicum Notarium ab ipſis originali-
bus exiſtentibus apud Colonos, cum con-
textuali depoſitione eorumdem Colono-
rum diſtinctè referentium, ac deponentium
circà tempus, qualitatem, & quantitatem
fructuum conſignatorum, ſub ulteriori ad-
minicullo duorum aliorum Teſtium affir-
mantium, minas, & terrorem incuſſum ex-
titiſſe per unum ex prædictis filiis Colono
Margaritæ, nè ad Vineam hæreditariam ac-
cedere auderet, quandò tamen in hoc Judi-
22 cio in odium Attentantis leviores probatio-
nes admitti cenſuit *Maſcard. de probat. con-
cluſ. 147. n. 6. cum duob. ſeqq. Lancell. de attent.
par. 3. cap. 26. num. 81. cum plur. ſeqq. Io. Ant. ab
Eccleſ. obſer. foren. par. 1. obſer. 36. n. 16. Rot. de-
ciſ. 199. num. 1. par. 16. recent.*, & in ordine ad
23 nudas atteſtationes extrajudiciales *ead. Rota
deciſ. 247. num. 6. par. 15. rec.* & in fortioribus
*Card. de Luca de Iudic. diſc. 18. ſub n. 51. verſ.
Attamen.*

Neque majoris ponderis inventa fuit ſe-
cunda aſſertæ innixa Concordiæ; quoniam
24 eadem Concordia ob inobſervantiam pa-
ctorum ſub Clauſula reſolutiva appoſito-
rum, ex quo memorati filii defecere in im-
plemento relaxationis alterius medietatis
bonorum favore Margaritæ ſuper portione
obventa in Petrum Paulum illorum Patrem,
reſoluta remanſit, ac ſi nunquam celebrata
extitiſſet, ut inquit *Rot. deciſ. 159. num. 19. cor.
ſa. me. Alex. VIII. & dec. 21. n. 13. & 14. par. 17.
rec. & in Romana Executionis Apocæ 17. Maii
1697. §. Prætèr nullitatem, in fin. cor. R. P. D. meo
dell. Olmo.*

Addebatur pro coronamento, ſivè totali
interverſione hujuſmodi excuſationis, ine-
vitabilis in omnem caſum concluſio, quod
ubi ſuper ipſa continuatione ſpecifica ſuper-
25 venit Judicis inhibitio, ſeù decretatio, rema-
net jugulata regula, de qua ſuprà, quia tunc,
etiam qui continuat, attentat. prout limi-
tando dicunt *Adden. ad Gregor. deciſ. 203. ſub
num. 7. verſ. Sed hæc concluſio, Poſth. de manut.
d. obſer. 1. n. 86. Card. de Luca de Iudic. diſc. 18.
n. 44. Rot. deciſ. 214. n. 3. & 4. cor. Dunoz. Sen. &
deciſ. 132. n. 8. & 9. par. 11. rec.*

Atque ità de Facto, & de Jure, ſub præmiſ-
ſa diſtinctione temporum, & perſonarum,
de Attentatis certiſſimè liquere Domini re-
ſolverunt, utraque &c.

### *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

ERgà præſentem Deciſionem conceſſa fuit
nova Audientia, ſed repropoſita Cauſa
per Me ſub die 16. Novembris ejuſdem An-
ni

ni 1699. Rota perſtitit in Deciſis, & deindè die 3. Februarii 1700. tradita fuit Margaritæ exoptata expeditio: ſed quia circà reſtitutionem fructuum fuit in ipſa expeditione tantiſper dubitatum, Domini mei Correſponſales, (de quorum voto tenetur procedere Ponentes tàm in propalatione reſolutionum, ſeù Deciſionum, quæ tamen efformantur ab ipſo Ponente, retento ſenſu ſuffragiorum, quàm in ſententiando, ad præſcriptum Conſtitutionum Apoſtolicarum) Mihi injunxerunt, ut præciperem, eoſdem fructus deponi, non autem ſtatim conſignari Margaritæ ex cauſa cujuſdam tranſactionis per eam initæ, & de cujus viribus erat in ſuo plenario Judicio meliùs deguſtandum, quemadmodùm fuit ſub eadem die, qua tributa fuit expeditio, declaratum per alteram Deciſionem coram Me, quæ *brevis* nuncupatur, utpotè explicativa, vel quandoque reformativa præcedentium Deciſionum, ut ità fiat concordia inter Deciſiones, & Sententiam, nevè aliàs Sententia tamquàm contraria, ſeù non conformis Deciſionibus collabeſcat in vim illius nullitatis inflictæ per eaſdem Conſtitutiones Apoſtolicas, ut latiùs ſuprà habetur expreſſum in *Romana Cambii*, quæ in ordine eſt *la* 28. quod & continuè practicatur etiam quandò, diſcordantibus Deciſionibus in motivis, ratio deveniendi ad expeditionem, ſeù prolationem Sententiæ per concordiam poſtmodùm ſuffragantium ad hoc, vel illud motivum, ſeù fundamentum reducatur, uti patet ſignantèr in illa *Nulius, ſeù Fulden. Iuriſdictionis ſuper bono jure* 2. *Iunii* 1710. *cor. Me*, & magis præciſè priùs apparet ad hoc propoſitum in eadem *Nullius, ſeù Fulden. Iuriſdictionis* 20. *Novembris* 1705. *cor. Reverendiſſimo D. meo Molines Decano*.

Ceterùm Cauſa hæc, inquantum pertinet ad Attentata, non habuit ulteriorem progreſſum, & quidquid fuit deciſum, extitit exequutioni demandatum; benè verum inter eaſdem Partes, etiam Margarita defuncta, continuarunt contentiones coràm Me ſub diverſis nuncupationibus, & titulis, nempè = *Nullius, ſeù Terræ Pontiani Immiſſionis* = *Nullius, ſeù Terræ Pontiani ſuper fructibus* = *Nullius, ſeù Terræ Pontiani ſuper exceſſibus*, = cum ſimilibus, de quibus favente Deo eluceſcet in ſequentibus Voluminibus.

Tanguntur in præſenti Deciſione plures aliæ concluſiones extrà materiam Attentatorum, ſed de pleriſque agemus in locis, ſeù Annotationibus, & Additionibus futuris, in quibus occaſione Deciſionum magis principalitèr, atque diffuſiùs loquentium de unaquaque materia latiùs quoque tractabitur de eiſdem materiis; pro nunc autem ſolummodo dicemus nonnulla ſuper eo, quod innuimus in *Deciſione* ſub §. *Abſque eo*, ſeù *n*.7. de Inſtantia, quæ regularitèr activè, & paſſivè

tranſit à defuncto in hæredem, id quippè ve-
26 rum eſt non ſolùm in quolibet Judicio, ſed etiam in illo manutentionis, quia licèt defunctus exiſteret ille, qui poſſidere prætendebat, adhùc Inſtantia manutentionis per eum promota tranſit in hæredem, etiamſi ipſe hæres non poſſideat, ut ait *Poſth. de manut. obſerv.* 55. *n*.45. & 46. *Rot. deciſ*. 141. *n*.3. & 4. *poſt Pacif. de Salvian.* & *in rec. deciſ*. 54. *n*.12. *par*.4. *tom*.2. *deciſ*. 307. *n*.21. & 22 *par*.9. & *in Mantuana Bonorum* 3. *Decembris* 1699. §. *Cùm autem, cor. D. Card. Caprara*.

Quod tamen procedit, ubi defunctus, & hæredes ſint in eodem ſtatu laicalitatis, &
27 Fori; nam licèt nonnulli putent, quod Inſtantia cæpta contrà Laicum tranſeat in Clericum illius hæredem, ut præſertim tenet *Noguerol. alleg*.19. *ex n*.127. *Calvin. de æquit. lib*.3. *cap*.263. *per tot. Conſtantin. Caſſarus in ſpecul. peregrin. qu*. 25. *per tot. Caron. reſol*. 115. paritèr *per tot.*, & pratèr hos alii, (ex qua ſanè quæſtione aliæ profluere poſſunt, & enodari controverſiæ;) nihilominùs pleniſ-
28 ſimè in contrarium ſtat latiſſima *deciſ*. 1859. *per tot. cor. Coccin.* poſtmodùm approbata, ſeù confirmata *cor. Dunozett. Iun. in deciſ*. 434. *n*.4. & nupèr ità practicatum quoquè fuit occaſione Conſtitutionis Ægidianæ denegantis in Judiciis poſſeſſoriis appellationem in ſuſpenſivo, nam reſcribente Signatura = *Conſito, quod ſit locus Ægidianæ*, quia medio tem-
29 pore ſupervenit alius hæres, qui erat perſona Eccleſiaſtica, exiſtimatum proindè fuit, talem Conſtitutionem, quæ locum ſibi vindicat tantummodò inter Laicos, non poſſe comprehendere illam Inſtantiam, quæ feriebat hæredem Eccleſiaſticum, undè ad evitandos circuitus, ſtante juſtitia Sententiarum; proceſſum fuit non per viam ejuſdem Conſtitutionis, ſed per viam Juris communis, confirmando Sententiam præcedentem per viam immiſſionis, ut videre eſt pleniſſimè diſceptatum, & reſolutum in una *Firmana Salviani* 2. *Iulii* 1708. à §. *Defuncto interim, cùm plur. ſeqq. cor.* Reverendiſſ. *D. meo Decano*. de qua etiam meminit ſubſequens Deciſio confirmatoria Sententiæ prolatæ ab eodem *Reverendiſſimo Molines* in illa altera *Firmana Salviani* paritèr 2. *Iulii* 1710. *cor. R. P. D. meo Falconerio*.

Quando verò non ſumus in vero hærede univerſali, ſed in aliis perſonis repræſentantibus aliquo modo defunctum, ut ſunt fideicommiſſarii, qui ſucceſſivè, obeuntibus primis, veniunt in Cauſa, diſceptari paritèr
30 contingit, utrùm Inſtantia cæpta cum anteriori hærede fideicommiſſario tranſeat ad alios quoſcumque ad fideicommiſſum invitatos, & affirmativè in abſtracto, per *Text. in l. Lucius* 78. §. *Rogatus ff. ad S.C. Tertull*, ſubceńſuit in terminis Primogenituræ *Rot. Luc. apud Torr. var. qu. Iur. tom*.1. *tit*.1. *dec*.8. *n*.1. *fol*. 117. & di-

& dixit etiam *Sac. Rot. deciſ. 895. n. 16. coram Emerix Iun.*

Verùm hæc propoſitio non videtur ità
abſolutè recipienda, ſed fœdere diſtinctio-
nis enodanda; aut enim verſamur in Judicio
reali, tuncque locum ſibi vindicat præfata
31 propoſitio, ſecùs autem eſt in Judicio, ſeù
actione perſonali, etenim tunc Inſtantia in-
choata per hæredem gravatum, aut alium
antecedentem fideicommiſſarium non tran-
ſit in ulteriores fideicommiſſarios, ſaltèm
ſinè ceſſione, ſicuti ratiocinatur, & oſtendit
*Peregrin. de fideicomm. art. 53. ſub n. 19. Fuſar.
de ſubſtit. qu. 620. n. 5. Tondut. de prævention.
judicial. par. 1. cap. 30. n. 32. & 33.* Rot. *cor. Priol.
deciſ. 240. n. 2.*

Ubi autem tractatur de ſucceſſore in Di-
32 gnitate ſolet pariter inquiri an Inſtantia in-
choata cum anteceſſore (ex. gr.) in Epiſco-
patu tranſitum faciat in ſucceſſorem, & af-
firmativè reſpondit *Rot. cor. Buratt. dec. 278.
n. 7.*, & hoc etiam ad duriſſimum effectum
33 purgationis attentatorum, & ſpolii fuit bis
deciſum nuperrimè in *Rota cor.* R. *P. D. meo
Criſpo*, nempè in illa *Theatina Iuriſdictionis
ſuper expenſis 28. Martii 1709., & 23. Iunii*
1710. cum ſucceſſiva expeditione demanda-
ta *die 1. Auguſti ſubſequentis*.

Atq; hinc redeundo ad materiam Attenta-
torum, de qua principalitèr in *Deciſione* pera-
gitur, eamdem diſtinctionem inter attentata
*facti*, & *juris* confirmavit *Rot. in Salamantina
Iuris conferendi ſuper attentatis 3. Decembris*
1703. §. *Etenim, cor. Reverendiſſimo P. D. meo
34 Molines Decano*, declarando, quod quando
Attentata ſunt *juris*, revocatio fiat per viam
nullitatis cum prohibitione, ſeù proviſione
reſpectivè, nè quid ſimile in poſterùm at-
tentetur, & id ipſum in ordine ad ſupradi-
ctam diſtinctionem inter Attentata facti, &
juris confirmando hanc præſentem *Deciſio-
nem* ſtabilitum fuit in illa *Romana Attentato-
rum* inter Gherardum, & Marchionem Ner-
lium 16 *Maii* 1707. §. 1. *cum pluribus ſeqq.
coram Me*.

Datur etiam caſus, quod quandoque At-
tentata, juxtà diſtinctionem præmiſſam in
*Deciſione*, dicenda eſſent Attentata facti, quo-
niàm (ex. gr.) præceſſit judicialis inhibitio,
35 ſed quia dubium aliquale exoritur ſuper po-
ſitiva ſcientia, aut præſentatione Inhibitio-
nis facta præcisè huic, vel illi perſonæ, quæ
prætenditur attentaſſe, hinc quandò, nulla
apparente ſufficienti certitudine, ſolùm ex
circumſtantiis oporteat indagare veritatem
præfatæ ſcientiæ inhibitionis, vel illius præ-
ſentationis, mitiùs proceditur, & revocan-
tur quidem eadem Attentata, ſed per viam
nullitatis, cum maxima illa differentia circà
effectum refectionis damnorum, & intereſſe,
& espenſarum, quæ animadverſa fuit in
*præſenti Deciſione*, ut fuit ſingularitèr practi-
catum in *Brixinen. Beneficii ſuper Attentatis
1. Iunii* 1710. *cor.* R. *P. D. meo Kaunitz*, ete-
nim quia Deciſio deſupèr extenſa id apertè
non dicebat, ſed declarabat ſolummodò
adeſſe Attentata, ideò ſub die 4. *Iulii ejuſdem
Anni* 1710. injunctum expreſsè fuit, expedi-
ri Cauſam, ſed per viam nullitatis.

Utraque Deciſio ſuperiùs relata, tàm ſci-
licèt illa *cor. R. P. D. meo Criſpo*, quàm alte-
ra *cor. R. P. D. meo Kaunitz* ad ornatum hu-
jus materiæ Attentatorum continet parti-
36 culares circumſtantias, quæ ſunt illæ, quæ
veniunt attendendæ pro recta Cauſarum de-
finitione, cùm ſemper procedere per regulas
generales periculo non vacet, undè totiès di-
cebat *Card. de Luca*, quod pleræque quæſtio-
nes ſunt potiùs facti, quàm Juris, & ideò ve-
niunt non per Juriſperitiam, ſed per Juriſ-
prudentiam à vigili Judicis religione ponde-
randæ, & reſolvendæ: Quo enim ad caſum
diſcuſſum in *prædicta Theatina cor. R. P. D.
meo Criſpo*, ille erat, quod Anteceſſor moder-
ni Archiepiſcopi Theatini prætendens, Præ-
poſitum Athiſſæ nullam in præfata Terra
exercere poſſe Juriſdictionem Eccleſiaſti-
cam, & maximè quaſi Epiſcopalem, affigi
curavit Edictum prohibitivum in eadem
Terra, undè recurrente Præpoſito ad Sa-
cram Rotam, extitit *cor.* R. *P. D. meo Scotto
ſub die 16. Februarii* 1707., nec non 16. *Ianua-
rii* 1708. & 14. *Maii ejuſdem Anni*, & demùm
14. *Decembris prædicti Anni* 1708. reſciſſum
idem Edictum, & tamquàm attentatum, &
tamquàm ſpoliativum; Sed cùm Attentata
in ſe non eſſent, niſi Juris, propter penden-
tiam antiquæ inter hos controverſiæ in Sa-
cro Auditorio, ut apparebat ex *Deciſionibus
Coccini la* 706., 860., & 872., & per hoc refi-
ciendæ non erant expenſæ, niſi judiciales,
37 quia tamen hujuſmodi Attentata erant ad-
mixta etiam ſpolio, quod, quando eſt vio-
lentum, ſecum fert refuſionem espenſarum
quoque extrajudicialium, cùm in his termi-
nis non differat ab Attentato facti, ex plenè
collectis *in meo diſc. 64. de Commerc.*, ubi latè
materia examinatur.

Hinc negabant Scribentes pro Archiepiſ-
copo ſucceſſore, poſſe idem ſpolium reputa-
ri violentum, undè convinctum cum Atten-
tatis parere poſſet (maximè contrà Succeſ-
ſorem in Dignitate) tàm rigoroſam refe-
ctionem expenſarum etiam extrajudicia-
lium, cùm præfatum Edictum paulò poſt
fuerit laceratum, neque fuerit de cætero fa-
cta violentia per vim expulſivam cum in-
cuſſione metus, Satellitum, aut aliarum per-
ſonarum, quarè cùm poſt ſe idem Edictum
nihil reliquerit in ordine ad effectuationem;
& ſpoliationem, longè aberant pœnæ, quæ
locum habent in ſpoliis verè violentis, ad
*Textum in l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quiſ-
que jur.*, *ibiquè gloſſ. verb. putamus*.

Aſt

Digitized by Google

Aſt *Domini* plura ponderarunt, primò,
quod cùm in enunciatis Deciſionibus *coram*
R. *P. D. meo Scotto* canonizaretur Attentatum,
& ſpolium tamquàm violentum, Archie-
piſcopus verò Deciſiones præmiſſas appro-
baverit per renunciationem litis, non erat
ultrà quærendum; Secundò, quia tunc re-
manſiſſet ſpolium judiciale, & non violen-
tum, quotiès Archiepiſcopus non induraſ-
38 ſet in defenſione ejuſdem ſpolii, ſed cùm poſt
declarationem Rotalem minimè ſpolians ac-
quieverit, ſed ſubſtentando actum improbum
cum protervia proſequutionis litis, ſpolium
fortaſsè, quod poterat excuſari tamquàm ju-
diciale, tranſivit in rationem violenti, addu-
cendo *ſupradictum diſc. 64. de Commerc.*, *&*
*Mercatur. n. 29.*, cum *Rot. poſt Pacific. de Sol-*
*vian. dec. 261. n. 12.*, *coràm Gregor. dec. 525.*
*n. 9.*, *& cor. Royas dec. 384. n. 4.*, quod & an-
tea dictum fuerat *in Reatina Spolii ſuper fru-*
*ctibus* 29. *Januarii* 17 6. §. *Juſtum enim.*, *cor.*
*bo: me: Muto.*

Potiſſimè, dum ſpolium non verſabatur
circà aliquam rem corporalem, in qua re-
quiritur factum hominum, vel Satellitum
pro facienda ſpoliatione, ſed tractabatur de
39 ſpolio Juriſdictionis, ad cujus violentiam in-
ducendam, nec arma, nec Satellites requi-
runtur, ſed ſatis eſt actus ipſe turbativus, &
prohibitivus exercitii Juriſdictionis cum com-
minatione Cenſurarum adversùs lacerantes,
& amoventes Edictum, dum Cenſuræ ſic im-
pediunt libertatem ſpoliato fruendi jure ſuo,
40 majoremque metum incutiunt, quàm Satel-
lites, & arma, quia Satellites, & arma infe-
runt metum in corpore, Cenſuræ autem in
Anima, ex *Soccin. jun. in cap. qui furatur n. 5.*
*de furt.*, *& in cap. 5. n. 2. de homicid.*, *Bellett.*
*diſquiſit. Clerical. par. 1. de favor. Cleric. Ca-*
*non. §. 5. n. 12.*

Atque hæc de vera, ac ſtricta Juris cenſura
procedere videbantur: ſed nihilominùs be-
nigne *iidem Domini* à ſumma expenſarum
conſiſtente in ſc. 879. ad quæ expenſæ etiam
extrajudiciales aſcendebant, ademerunt ſcu-
ta 100. conſiderando, quod Archiepiſcopus
habuit in aliquibus capitibus Edicti præten-
ſionem fortè non injuſtam, ſed diſputabi-
lem, prout eadem capita maturiori diſcuſ-
ſioni fuerunt reſervata, interim conceſſa fa-
cultate exercendi nomine Rotæ durante lite
alteri Epiſcopo viciniori, nempè Archiepi-
ſcopo Lancianen, ut in *ultima Deciſione diei*
14. *Decembris* 1708. §. *fin. coram* R. *P. D. meo*
*Scotto*.

Deſcendendo ad alteram *Brixinen. coram*
*R. P. D. meo Kaunitz*, ibi quæſtio erat, quod
quidam Lokman ex duplici capite præten-
debat nulla incurriſſe Attentata, quia Rota-
lis inhibitio non fuerat ei præſentata, & quia
eadem inhibitio concernebat litem inter
Epiſcopum Brixinen., & Religionem, ſeù
Ordinem Theutonicum; ipſe verò Lokman
poſſeſſionem Beneficii, quam poſteà adeptus
eſt, recognoſcebat à collatione Apoſtolica,
41 ideòque intrabat regula, quod Tertius non
attentet, & maximè, quando idem Tertius
(ut erat Lockman) mentionem Pontifici fe-
cerat de lite, juxtà *dec. Cavaler. la 186. per*
*tot.* & ſignantèr *n. 4 & 5.*

Neutra tamen ex prædictis exceptionibus
præſervare valuit Lockman; quia cùm inhi-
42 bitio Rotalis cauſet Attentata etiam contrà
eum, qui in Commiſſione non fuit nomina-
tus, dummodò ejuſdem inhibitionis ſcien-
tiam habuerit, ut præ cæteris dixit *Rot. cor.*
*Celſ. dec. 25. n. 6.*, *& coràm* Royas *deciſ. 324.*
*n. 5. cum duobus ſeqq.* certè prima excuſatio
illi nequàquam ſuffragari valebat, cùm ſci-
verit, Vicario fuiſſe præſentatam inhibitio-
nem, ut teſtabatur idem Vicarius, qui poſteà
eidem Lockman tradiderat poſſeſſionem
unàcum emiſſis proteſtationibus per Ordi-
nem Theutonicum, nè illi poſſeſſio trade-
43 retur, in quibus terminis non videbatur,
poſſe Lockman eamdem inhibitionem con-
temnendo in poſſeſſionem intrudi, ex trad.
per *Poſth. de manut. obſerv. 48. n. 29.*, *Ros. poſt*
*eumdem dec. 585. n. 5. & deciſ. 200. n. 2. coram*
*Priol.* & alibi paſſim.

Minùſque ſecunda excuſatio, quod eſſet
44 tertius cauſam habens à Papa; quia quate-
nùs attinebat ad expreſſionem litis, juxtà
caſum *dictæ dec. 186. coram Cavaler.* reſpon-
debatur, quod rectè hæc proceſſiſſent, quo-
ties Papa durante hujuſmodi lite, nè Benefi-
cium diutiùs vacaret in detrimentum Divini
ſervitii, contuliſſet Tertio tale Beneficium,
ad terminos *ſuperioris Deciſionis in ordine*
*la 35.*, & de quibus etiam habetur in *Faventi-*
*na Beneficii* 24. *Aprilis* 1705. §. *Continuatio*,
*&* 10. *Junii ejuſdem Anni* §. *Lis quippè*, *cor.*
R. *P. D. meo Kaunitz*.

Sed non ità, dum Pontifex expreſsè pro-
feſſus fuerat, minimè ex hoc titulo illi con-
tuliſſe Beneficium, ſed ex cauſa devolutio-
nis ob temporis præterlapſi decurſum ad
præſentandum, addita Clauſula = *dummodò*
*ejus diſpoſitio ad Nos hac vice pertineat*; quæ ſa-
45 nè devolutio cùm verificari non poſſet, do-
nec durabat lis inter prædictum Ordinem
Theutonicum, & Epiſcopum de Patronatu,
& libertate, ſeù de ejus qualitate contenden-
tes, ex Juribus notoriis, de quibus *Murg. de*
*Beneſ. quæſt. 4. §. 10. ſect. 1. n. 480.*, *Card. de*
*Luca eodem tit. diſc. 13. n. 16.*, utiquè tolle-
46 bat præfatam applicationem *Deciſionis Cava-*
*lerii*, & reſpectivè voluntatem Pontificis
providendi, quando ad eumdem Pontificem
collatio ex titulo prædicto non attineret, ad
*Rot. deciſ. 686. num. 2. coram Emerix Jun. &*
*dec. 128. num. 24. coram Cerr. & dec. 224. n. 11.*
*par. 12. rec.*, *& in Olomucen. Canonicatus* 29.
*Martii* 1694. §. *Quibus prahobitis*, *cor. bo: me.*
*Muto*;

*Muto*: Et de reliquo mentio litis, vel Clau-
47 ſula, *cujus litis ſtatum*, reputatur potiùs emiſ-
ſa ad ſalvandam Gratiam à vitio ſubreptio-
nis, quod aliàs ob non factam litis mentio-
nem incurreretur, quàm quod operari va-
leat, ut (præciſivè à dicto caſu *Cavalerii*) ca-
pi poſſit poſſeſſio per ſic proviſum citrà vi-
tium Attentatorum, ex animadverſis per
*Rot. cor. Coccin. dec.443. num.4. & dec.1430.
num.5. & 6. & coram Pamphil. deciſ.488. n.4.
& 5. & coram Peutinger. deciſ.5. num.4. & in
recent. dec.242. num.3. cum duobus ſeqq. par.4.
tom.2.*

Et quidèm (præciſivè ſemper, ut diximus,
à caſu *Cavalerii*) regula Juris eſt in oppoſi-
48 tum, quia licèt nefas ſit ſomniare, quod
Papa attentet in providendo, attamen atten-
tat illius Proviſus, ſi Gratia adhùc non verifi-
cata pendente lite poſſeſſionem appræhendit,
ut pluribus *Deciſionibus* relatis habetur in *dicta
Deciſ. Brixinen.26. Aprilis* 1709. *cor. R.P.D.
meo Kaunitz* §. *Non obſtante*, & prætèr ibi rela-
tos aliàs dixit *Rot. dec.152. n.6. par.11. rec. &
cor. Celſ. dec.288. n.8. & 9., & cor. Priol. ſen.
dec.200. n.4. & 5. & in Dertuſen. Benef. ſuper
Attentatis* 28. *Iunii* 1697. §. *ſin. cor. R.P.D.
meo Priolo*.

Sublatis itaquè præfatis exceptionibus,
& firmato vitio Attentatorum, æquitativè
tamen, ut præmiſimus, Tribunal abſtinuit
à rigoroſa illorum purgatione ex cauſis præ-
dictis, quia nempè præſentatio inhibitionis
poſitivè facta non noſcebatur in manibus
ipſius Lockman à Curſore, ſeù Notario il-
lam præſentare debente, ſed per manus ter-
tiæ perſonæ, nempè Vicarii; quia, concilian-
49 do regulam cum ſua limitatione, licèt Ter-
tius non attentet, nihilominùs ubi conſtat,
quod in ſubſtantia idem Tertius perperàm
appræhendit poſſeſſionem, vel malè actum
egit, tunc attentata purgantur per viam nul-
litatis, ut teſtatur *Lancellott.*, cæteroquin
materiam latè pertractans, *de Attentat. à
Tertio cap.3. n.3.*

Annotare etiam non piget, quod cùm ſu-
periùs *in præſenti Deciſione* §. *Siquidèm* dixeri-
mus, fideicommiſſarium teneri capere poſ-
ſeſſionem de manu hæredis, & maximè,
quando indubitata non ſit identitas bonorum
fideicommiſſariorum, vel gravato compe-
tunt detractiones per Judicem liquidandæ,
ſeù declarandæ; adjungimus modò, id etiam
procedere, licèt hæreditas eſſet jacens, quia
50 nihilominùs fideicommiſſarius obſtringitur
inſtare apud Judicem, ut eidem hæreditati
jacenti deputetur Curator, illoque poſtmo-
dùm citato debet, & non aliàs, poſſeſſionem
appræhendere, ea enim cætoròquin non eſt
manutenibilis, ut rectè ampliavit R*ot. coram
Gregor. dec.206. num.6., & 7. ibiquè Adden.
n.10., & coram Dunozett. Iun. dec.740. n.1.
& ſeqq. & coram Ottbobon. dec.116. ex num.6.
uſquè ad* 11., *Cerr. dec.757. num.6.; Priol.
dec.310. n.6. cum duob. ſeqq. & in rec. dec.216.
n.7. cum ſeqq. par.16., & in Peruſina hæredita-
tis* 29. *Martii* 1683. §. *Tùm etiam quia, coram
Paulucçio*.

Limitaretur tamen hæc propoſitio in caſu,
51 de quo *Rot. deciſ.18. num.33. par.17. rec.,
& in* Rom*ana hæredit. 9. Iunii* 1679. § *final.
coram Card. Matthejo*, ubi non obſtante regu-
la præmiſſa videtur tenuiſſe, quod poſſeſſio
hæreditatis vacantis capta per fideicommiſſa-
rios foret manutenibilis.

Utrobiquè enim Teſtator dederat fidei-
commiſſariis facultatem capiendi poſſeſſio-
52 nem propria auctoritate, in quibus termi-
nis abſtractivè loquendo fideicommiſſarius
non habet neceſſitatem illam capeſſendi de
manu hæredis, ut in propoſito licentiæ ex-
preſſæ loquuntur *Mareſcott. var. reſolut. lib.1.
cap.1. num.24., Aucbaran. lun. qu. familiar.
lib.2. quæ.40. n.4., Altimar. de Nullitat. ru-
bric.11. qu.39. n.89., Rot. deciſ.368. num.2.*
53 *& 3. par.5. rec.* & ampliando ad licentiam,
etiam tacitam comprobant *Palm. Nep. alle-
gat.20. n.40., & ſeqq., Mart. Medic. dec. Se-
nen.23. ex n.7. uſquè ad finem, Rot. cor.* Ro-
*yas dec.443. num.5. & deciſ.455. n.* paritèr 5.
*par.5. rec. & deciſ.18. n.28. cum duobus ſeqq.
& n.32. par.17.*

Intelligendo tamen retentis terminis, quod
54 hæreditas eſſet vacans, vel ſcriptus hæres non
præveniſſet in capienda poſſeſſione, tunc
etenim facultas attributa per Teſtatorem ef-
ficere nequit, quod idem hæres exiſtens in
poſſeſſione non ſit citandus, quantumvis de
reliquo teneretur ſervare voluntatem defun-
cti, id enim reſpicit merita, ſed non tangit
formalitatem Judicii, per quam poſſeſſor
ſemper citari debet, ut declarant *Mareſcott.
d. tit.1. var. cap.1. n.29., Rot. dec.993. n.28.
coram Dunozett. Iun. & dec.50. n.15. par.16.
recent.*

Potiſſimè quotiès, ut in caſu *præſenti De-
ciſionis*, hæredi competerent, vel competere
55 poſſent detractiones, quia non præſumitur,
Teſtatorem voluiſſe privare hæredem ſuis
detractionibus, licèt conceſſerit licentiam
fideicommiſſario capiendi poſſeſſionem pro-
pria auctoritate, ſubauditur etenim, pròut
de Jure, & ſervatis ſervandis: undè in ef-
fectu illa propoſitio, quod facultas capien-
di poſſeſſionem propria auctoritate præſer-
vet fideicommiſſarium ab indigentia illam
appræhendendi de manu hæredis, remanet
quodammodò inanis, excepto caſu, quod
hæreditas eſſet vacans, ſeù jacens, tunc ete-
nim non opus haberet alia deputatione Cu-
56 ratoris; in terminis quippè, quando hæredi
competunt detractiones, quod facultas hæc
remaneat inoperativa, monent, & affirmant
*Mareſcott. loc. cit. n.30., Altimar. de nullit at.
rubric.11. quæſt.39. n.74., Actolin. reſol.84.
num.34.*

Digitized by Google

*num.34., Rot. deciſ.119. n.17. in fin. par.1. rec., & coram Dunozett. Iun. dec.763. n.4. & coram Priol. dec.310. n.9. & 10.*

## NULLIUS, SEU CALAGURITANA QUARTÆ FUNERALIS DE NAXERA.

*Lunæ 11. Maii 1699.*

### ARGUMENTUM.

Petebatur relaxatio Interdicti adverſus quoſdam Cappellanos, ſeu Beneficiatos ſub fundamento, quod parere detrectaſſent Mandatis Rotalibus, ſed petens ſuccubuit mediante contraria reſolutione, in qua dictum fuit, conſtare de ſufficienti paritione, qua occaſione plura deducuntur, tam in *Deciſ.*, quam in *Annot.* ſuper eo, an, & quando paritio verbalis habeatur pro vera, & effectiva paritione: Aliqua de imploratione Brachii ſæcularis, & an, & quando remedium Cenſurarum ſit ſubſidiarium, & quid, ſi agatur adverſus Titularem non ſolventem Penſionem ſuper Beneficio reſervatam.

### SUMMARIUM.

1 *Declaratoria vitari non poteſt, quoties non docetur de integra paritione Mandatis Rotalibus.*

*Amplia, etiamſi defectus paritionis verſetur in re minima, ibidem, & num.18.*

2 *Contumax in non parendo Mandatis Rotalibus dici non poteſt, qui in re dubia proteſtatur, ſe eſſe promptum exequi, quidquid fuerit a Sac. Rota declaratum, & num.6.*

3 *Gabella non debetur de his, quæ quis lucratur ex proprio labore, & induſtria.*

4 *Ad Rotam ſemper recurrendum eſt pro declaratione ſui Judicati.*

5 *Fructus non dicuntur, niſi deductis neceſſariis expenſis.*

7 *Probatio concludens requiritur in omni materia fraudem, & dolum præſeferente, & num.8.*

9 *Volenti nulla fit injuria.*

10 *Quietantia, ſeu recepta recte probat ſolutionem.*

11 *Rota non reſpondet, niſi ad ea, quæ ſub Dubio propoſito continetur.*

12 *Brachium ſæcularem eſt ultimum ſubſidiarium remedium, quod a Judice Eccleſiaſtico imploratur pro habenda executione ſui Judicati.*

13 *Judex ſæcularis renuens præſtare auxilium ſui Brachii Judici Eccleſiaſtico, an poſſit ad id compelli per Cenſuras.*

14 *De non paritione ſatis conſtare dicitur eo ipſo, quod parere obligatus non docet de effectiva paritione.*

*Declara, ut num.15. cum 2. ſeqq.*

16 *Oblatio verbalis parendi quando habeatur, necne pro effectiva paritione, et num.17.*

19 *In his, quæ habent tractum ſucceſſivum, non ſufficit ſola paritio pro tempore præterito, ſed requiritur etiam paritio in futurum.*

*Exemplifica in obligato ſolvere Decimas, vel annuam Penſionem, cum ſimilibus, ibid.*

20 *Cenſuræ non relaxantur adverſus, obligatum in forma Cameræ Apoſtolicæ, niſi in ſubſidium, videlicet quando alias Mandatum exequi non poteſt neque realiter, neque perſonaliter.*

*Et ideo rari ſunt caſus, in quibus relaxentur Cenſuræ adverſus taliter obligatos, et de ratione, num.21.*

22 *Cenſuræ ex diſpoſitione* Sac. Concil. Trid. *non relaxantur, niſi in ſubſidium.*

*An autem hujuſmodi diſpoſitio Conciliaris ſervanda ſit favore Titularis detrectantis ſolvere Penſionem, diſtingue, ut num.23. et 24.*

*Et affertur caſus nuper in his terminis diſcuſſus, et adhuc pendens in Rota inter Penſionarium, et Titularem, num.25. uſque ad fin.*

### DECISIO LXXXVIII.

EXemplo Divini Salvatoris, qui non vult mortem Peccatoris, ſeu ut magis convertatur, & vivat, ita Pia Mater Eccleſia illius Sponſa, ejuſdemque Eccleſiæ Iudices, & Adminiſtri læthali quidem excommunicationis mucrone percutiunt filios refractarios, ſed iiſdem tandem obſequentibus, & obtemperantibus, majori ſtudio, & alacritate plenariam impartiuntur Abſolutoriam; prout contigit in hodierna relatione Cauſæ, in qua, non obſtante oppoſitione Abbatis Ven. Monaſterii S. Mariæ de Naxera, prodiit reſcriptum favorabile Cappellanis, & Beneficiatis Eccleſiæ Parochialis S. Crucis, nempe - *Conſtare de ſufficienti paritione*, proindeque *non eſſe locum relaxationi petiti Interdicti*,

Trutinando etenim Capita ſingillaria, quorum reſpectu Abbas oſtendere conabatur defectum integræ paritionis Beneficiatorum, nullum ſubſiſtere compertum eſt: Non quidem primum de minus integra conſignatione Quartæ Funeralis, ſub eo prætextu, quod Abbati tradita non fuerit quarta pars ſtipendii, ſeu eleemoſynæ, quæ dari ſolet ſingulis Beneficiatis, Cappellanis, aliiſque Clericis ratione aſſociationis Cadaverum, quando tamen deficiente in quacumque parte, vel minima, plenitudine paritionis, habetur, ac ſi nullo modo paritum fuiſſet, bonum quippe debet eſſe ex integra cauſa, juxta ſæpius firmata per *Rot.*, & ſignanter *cor. Pamphil. dec.293. n.2. & 3. & coram Merlin. deciſ.258.*, *& deciſ. 440. coram Priolo* utrobique *num.9.*

Quoniam cum Beneficiati pleniſſime docerent, ſeſe effective conſignaſſe Abbati nedum quartam partem, ſed etiam majorem portionem omnium Jurium funeralium, juxta conſuetudinem cæterarum Eccleſiarum Civitatis Naxarenſis, & quoad portionem ab Abbate prætenſam de emolumentis, ut ſupra, provenientibus a miniſterio perſonali in aſſocian-

dis Cadaveribus, ſeſe remiſerint Judicio, &
declarationi noſtri Auditorii, non ſuberat ul-
la ratio, propter quam Beneficiati argui poſ-
ſent de aliqua contumacia in non parendo
2 Mandatis Rotalibus, ad hunc etenim effectum
requiritur mora, & protervia poſitiva, eaque
ſemper excluditur eo ipſo, quod quis in re du-
bia jus ſuum remittit in manibus Judicis, ut
ſibi præſcribat quidquid de Iure putaverit eſſe
faciendum, quemadmodum alias in his ter-
minis reſpondit *Rot. dec. 244. n. 18. apud Poſth.
de manut., & coram Bich. deciſ. 397. n. 17., & in
Calaguritana Pontificalium ſuper Declaratoria
27. Junii 1698 §. Retento namque, & ſeq. cor.
bo. me. Urſino*.

Et ſane abſonum valde videbantur, quod
Abbas, qui ſolum præſumit Curam habitua-
lem penes ſe retinere reſpectu hujus Eccleſiæ
S. Crucis, atque ex hoc capite per Iudicata
Rotalia Quartam Funeralem obtinuit: ſibi
abjudicari, ſubextendere ſatageret eamdem
Quartam Funeralem ad ſtipendia perſonaliſ-
ſima, quæ Beneficiati, aliique Clerici conſe-
quuntur pro eorum effectivo labore in aſſocia-
3 tione Defunctorum, dum neque in tempora-
libus Gabella præſtatur de emolumentis a pro-
prio perſonali labore, & induſtria provenien-
tibus, ad tradita per *Zacc. de Salar. quæſt. 44.
n. 1. cum duob. ſeqq.*, & magis in ſpecie *Paſqua-
lig. ad Lauret. de Franch. de contr. inter Epiſc. &
Regul. par. 1. ſub n. 28. §. Circa quod Decretum,
verſ. & ratio eſt*, & concordant *Barboſ. de Pa-
rochis par. 3. cap. 25. n. 39. & 40., Antonell. de
Regim. Eccleſ. lib. 1. cap. 13. num. 13.*

Subalterna autem prætenſio Abbatis, quod
ſcilicet Beneficiati ſaltem defecerint in inte-
gra traditione omnium, & quorumcunque
emolumentorum Funeralium, quæ percipiun-
tur pro Defunctis effective tumulatis in præci-
tata Eccleſia Parochiali S. Crucis, pariſor-
miter eluxit, inventaque eſt inanis, & vacua
fulcimento Iuris; cum enim Executoriales
Rotales aliud non præſcribant, niſi genericam
traditionem Quartæ Funeralis favore Abbatis
uti Parochi habitualis memoratæ Eccleſiæ
S. Crucis, quoties idcireo idem Abbas præ-
tēdebat aliquid plus ſibi competere, quod non
contineatur in litteris Executorialibus, com-
pellebatur non minus expetere, quam expe-
4 ctare declarationem noſtri Tribunalis, cum
in rebus dubiis ad ſupremum Iudicem veniat
recurrendum pro declaratione ſui Iudicati,
ut advertit *Rot. cor. Pamphil. dec. 537. n. 2. &
cor. Card. C.lſ. deciſ. 218. nu. 5. & in rec. deciſ.
72. num. 2. & 3., & dec. 109. n. 7. par. 19.*

Inſuſibſtens pariter apparuit alterum caput
circa defectum integræ traditionis tertiæ par-
tis Groſſæ, ex quo Beneficiati tradere renue-
rint Abbati tertiam partem Regalium 13. mil.
ſub præſuppoſito, quod hæc quantitas fue-
rit erogata ab Oeconomo, ſeu Adminiſtrato-
re eiuſdem Groſſæ in plures expenſas factas
pro privata utilitate, & intereſſe eorumdem
Beneficiarorum: Quandoquidem, percurren-
do naturam, & quidditatem earumdem ex-
penſarum, agnitum fuit, illas extitiſſe im-
plicatas partim pro cultu, & ſervitio Eccle-
ſiæ, partim autem pro ſubſtentatione litium
ſuper Jure decimandi verten. inter Eccleſiam
S. Crucis, aliaſque finitimas Parochiales, ac
propterea Abbas, qui eſt Caput Eccleſiæ San-
ctæ Crucis, & uti talis percipit tertiam par-
tem non ſolum Groſſæ, ſed etiam Decima-
rum, aliorumque Jurium, de tota proculdu-
bio Juſtitia, ac æquitate obſtringebatur pari
ſorte ſuccumbere oneribus, & expenſis utili-
bus, ac neceſſariis pro communi bono, cultus
ſcilicet Divini, ac ſtatus temporalis ipſius Ec-
cleſiæ; Caput namque non minus, quam
membra, immo fortaſſe magis contribuere
debet conſervationi totius, quando de cæte-
5 ro, etiam in quacumque indifferenti materia,
regula eſt, quod expenſæ ſemper a fructibus
deducantur, ad *Text. in l. ſi a Patre §. fin. ff.
de petit. hæred., & in l. fructus, ff. ſolut. Ma-
trim., Barboſ. in cap. gravit n. 6. & 7. de reſtit.
ſpoliat., Trancbedin. conſult. 73. n. 19., Rot. co-
ram Gregor. dec. 273. n. 3., & deciſ. 611. num. 1.
par. 18. recent.*

Et in omnem caſum, donec Abbas plene,
& concludenter juſtificet titulum, per quem
eximi debeat ſua portio ab onere ſimilium ex-
penſarum, vel donec definiatur, an expenſæ
erogatæ per Adminiſtratorem Groſſæ ſpectent
ad ſolos Beneficiatos, vel potius deducendæ
ſint ab ipſa Groſſa per antipartem, nequeunt
Beneficiati de aliqua contumacia, ſeu non pa-
ritione redargui, præſertim, quia etiam in
hac parte Beneficiati ſolemniter, ac perſona-
liter ſe obligarunt de ſolvendo Abbati totum
id, quod Tribunal noſtrum decreverit eidem
Abbati præſtandum eſſe ultra fructus, ac emo-
lumenta jam actualiter, & cum effectu con-
ſignata, quæ ſane oblatio in articulo ambi-
6 guo, & hactenus non deciſo indubitanter ex-
cuſat a contumacia in non parendo, ut habe-
tur *in dec. 271. n. 5. coram Dunozzett. ſen., &
cor. Coccin. dec. 1796. n. 16. & 17., & in d. Ca-
lagurritana Pontificalium ſuper Declaratoria 27.
Junii 1698. § fin., cor. bo. me. Urſino.*

Minuſque de aliqua inobedientia notari po-
terant Beneficiati, vel ex quo a tertia parte
Vini cadentis ſub eadem Groſſa detraxerint
ſalarium pro Sacriſtis, quaſi quod iiſdem,
tamquam Miniſtris potius ipſorum Beneficia-
torum, quam Abbatis, merces ſubminiſtran-
da foret ex portione eorumdem Beneficiato-
rum, ſeu (quod idem eſt) ex Doliis com-
munibus poſt detractam portionem Abbatis;
vel etiam ex eo, quod poſt ſibi intimatas Exe-
cutoriales certam Vini quantitatem diſtra-
xerint in præjudicium portionis Abbati com-
petentis: Omiſſa namque reſponſione circa
ſecundam partem objecti quoad diſtractionem
Vini,

Vini, illud nempe reperiri prorſus deſtitutum
7 legitima, & concludenti probatione, quemadmodum neceſſarium eſſe in materia dolum, & fraudem præſeferente notorium eſt, & tradunt *Menoch. conſ.533. nu.26., Modern. Lucen. conſult.417. n.12. cum ſeqq., Rot. coram Pœnia deciſ.1201. n.6., & dec.188. num.6. & 7. par.8. recent.* Adhuc proſternebatur difficultas ex ipſo facto contrario, dum totum oppoſitum reſultabat ex receputis exaratis per Procuratores Abbatis ſuper integra conſignatione tertiæ partis Vini, *Summario Beneficiatorum nu 4. litt. N. & n.8* Unde eo magis ad convin-
8 cendum defectum integræ traditionis, qui dolum, ut ſupra, præſeferret, concludentiores exiguntur probationes, juxta perpenſa per *Farin. conſ.7. n.7., Menoch. de arbitr. caſ.209. ſub n.40., Novar. deciſ. Regn. Neap. 221. n.3. & 4. & dec.228. num.10.*

Quovero ad primam partem ejuſdem objecti, videlicet ſalarium Sacriſtarum, obſervatum fuit, in primis non ſubſiſtere, quod Sacriſtæ ſint Miniſtri dumtaxat Beneficiatorum, cum potius revera ſint Miniſtri ipſius Eccleſiæ, cujus, ut præmiſimus, Vertex, ſive Caput exiſtit Abbas; Quinimo quatenus etiam cenſeri poſſent Miniſtri ipſius Capituli Beneficiatorum, & Cappellanorum, nihilominus Abbas, & tanquam Prælatus, Capituli veluti major Cappellanus (prout præciſe ſe nuncupavit recipiendo ſuam portionem Vini, *dicto Summario num.8.*) contribuere omnino tenebatur pro ſua rata ſalarium pro Sacriſtis: Potiſſime, quia detractio ſalarii pro Sacriſtis facta dignoſcitur de conſenſu Abbatis, & ſine præjudicio Jurium Partium, donec a Sac. Rota declaretur, an portio Abbatis detrahi debeat per antipartem *Summario* reſponſionis Beneficiatorum *num. unico*; quapropter ex
9 actu geſto cum poſitiva permiſſione, & conſenſu Abbatis nequit iſte anſam prætexere ulteriori quærelæ, cum volenti nulla fiat injuria, ut in *l. nemo videtur 188. ff. de reg. Jur. & in cap. ſcienti 27. eodem tit. in 6.*, & cum *D. Thom., Ariſt.*, & aliis *Barboſ. axiom. 126. num.1.*

Pari infirmitate laborabat poſtremum inobedientiæ caput, ex quo Beneficiati non tradiderint Abbati tertiam partem reddituum Prædiorum ruſticorum titulo locationis detentorum per ipſos Beneficiatos, & cadentium, ut ſupra, ſub tertia parte Groſſæ; Quoniam oppoſitum conſtitit ex receputa facta
10 per Procuratores Abbatis, quæ recte probat ſatisfactionem, ut ait *Rot. cor. Seraphin. dec.1339. n.2. & coram Dunozett. Iun. dec.212. n.11., & dec.75. n.1. coram Card. Celſ.*

Et in rei veritate dignoſcens fortaſſe Abbas inefficaciam ſuarum exceptionum, ſub quarum Clypeo contendebat irretire Beneficiatos duriori vinculo Interdicti, noviſſimo, & ſubſidiario loco pro effectu totalis, ſeu melioris paritionis inſiſtebat pro declaratione plurium aliarum prætenſionum, & ſignanter, quod Beneficiati ipſi in poſterum extraderent tertiam partem Prædiorum in proprietate; ut ita jure proprio, rectaque via ſuam portionem a ſemetipſo reciperet, vel quod ſaltem Beneficiati non poſſent facere arrendamenta eorumdem Prędiorum abſque ſcientia, & conſenſu Abbatis, cum ſimilibus; Verum nec Sacroſanctus ordo religioſiſſime ſervatus, nec Majeſtas noſtri Tribunalis patiebatur, ut circa hæc extranea temperamenta, ſeu prætenſiones tempus abſumeretur, idcirco etenim
11 proponit peculiaria Dubia diſſerenda, ut intra illorum limites, & Cancellos, & non citra, nec ultra Partes experiantur Iura ſua, quemadmodum poſt *Card. de Luc. de Regal. diſc.177. ſub n.2.* alias etiam reſponſum fuit *in Romana Fornacis ſuper exceſſu 4. Decemb. 1697. §. fin. cor. bo. Urſino*,

Et ita utraque &c.

## ANNOTATIO, ET ADDITIO.

PRæſens Deciſio eſt illa, de qua meminimus *ſupra in Addit. ad Dec ſ.51.*, & de facto liti finem impoſuit, quia fortaſſe Abbas habendo ſub oculis hanc Deciſionem (ut par erat) acquievit; vel forſan id accidit ob mutationem ejuſdem Abbatis, dum ſæpe jurgia oriuntur a perſonis, quæ regunt, vel adminiſtrant Officia.

Circa ſupradicta concernentia, necne paritionem Mandatis, & Iudicatis Rotalibus ad finem evitandi Declaratoriam incurſus in Cenſuras, vel alia ulteriora remedia, Interdicti ſcilicet, Aggravatoriæ, & Reaggravatoriæ, de quibus agetur in aliis *Deciſionibus*,
12 uſque ad invocationem Brachii ſæcularis, quod (deſperato omni alio remedio) diſponit, & ſuadet etiam *Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ.24. de Ref. Matrim. cap.8.* ibique *Barboſ. ſub n.6.*, ubi, aliis in hoc propoſito con-
13 geſtis, inquit, Judicem ſæcularem, qui auxilium Brachii ſui præſtare repugnet, poſſe in ſuis caſibus ad id compelli per Cenſuras, quod & habetur apud *Peregrin. in prax. Vicar. par.4. ſect.5. ſub nu.43. verſ. tertia eſt, Ciarlin. contr. 60. n.2. & 3., Card. de Luc. de Iudic. diſc.40. ſub n.9.* ubi explicat praxim invocationis auxilii hujus Brachii ſæcularis.

Notandum venit, quod de cætero pro evitanda relaxatione Declatoriæ, vel aliorum remediorum, ut ſupra, neceſſe habet is, qui in Cauſa ſuccubuit, adeo plene, & concludenter docere de paritione, ut eo ipſo, quod
14 ex parte parere debentis non docetur de actuali, & effectiva paritione, ſatis conſtare dicatur de non paritione, juxta *deciſ. Seraphin. 1113. num.3.* paſſim approbata, & ſignanter apud *Manzaned. deciſ.500. num.7., Ubald. dec.582. n.2., Pamphil. deciſ 293. num.2., Ottbobon. deciſ.134. num.1. & 2., Arguell. deciſ. 3. & deciſ.94.* utrobique *num.2. Celſ. deciſ.30. nu.2.*, & *in Vvormatien. Decanatus ſuper De-*



Digitized by Google

*claratoria* 13. *Maii* 1709. §. *Siquidem*, *coram R.P.D. meo Criſpo*.

Quæ tamen propoſitio procedit dumtaxat,
15 quando ſuccumbens ex vi Judicatorum, ſeu Mandatorum tenetur aliquid facere, (ex gr.) ſolvere, aut tradere Decimas, vel aliam rem, cum ſimilibus; ſed quoties condemnatio verſetur in ſola patientia, ut victor aliquid facere poſſit, quod ipſe ſuccumbens prius controvertebat, ſeu impedire tentabat, tunc
16 ſufficit verbalis paritio facta Exequutori, vel Sac. Rotæ, aut ipſi Parti, dummodo correſpondeat effectus oblatæ, ſeu verbalis paritionis, cum tota tunc paritio in nuda, & paſſiva patientia conſiſtat, ut bene diſtinguendo habetur *in deciſ.*2001. *n.*3. *coram Coccin.* & *deciſ.*303. *n.*4. & 5. *par* 6. *recen.*, & prius *cor. Cavaler. dec.*361. *n.*3., & *coram Ubald. dec.*535. *n.*4. & 5., & *coram Celſ. deciſ.*230. *nu.*1., & *in rec. deciſ.*614. *n.*2. *par.*3. & *coram Emerix Iunior. deciſ.*341. *fere per tot.*

Ubi vero ſimus in caſu regulæ; & in de-
17 bendo præſtare factum poſitivum, eo ſane caſu nedum non ſufficit verbalis paritio, ex *Merlin. deciſ.*481. *num.*1., *Bich deciſ.*78. *nu.*9., *Celſ. deciſ.*30. *num.*4. & *deciſ.*56. *n.*2. *cum duobus ſeqq.*, & *in Cracovien.* Bonorum 8. *Martii* 1697. §. *Nec juvit*, *coram Urſino*.

Sed, ut innuimus quoque ſupra in preſenti
18 *Deciſione*, relaxatur Declaratoria, etiam factum illud in re minima impletum, ſeu præſtitum non fuiſſet, ut ampliando declaravit Rota *cor. Pamphil. deciſ.*293. *n.*3. & *ibi Adden. verſic. adbuc tamen*.

Superaddendo, quod ſi implementum, ſeu
19 factum præſtandum habet tractum ſucceſſivum, puta ſolvendi annuatim Decimas, ſolvendi Penſiones, cum ſimilibus, tunc non eſt ſatis parere quoad præteritos terminos, ſeu præſtationes, ſed requiritur etiam paritio in futurum, alias ſemper eſt locus relaxationi Cenſurarum, ut cum ceteris tradit *Poſth. de manut. obſervat.*103. *n.*17. *in fin.*, *Rot. deciſ.*56. *n.*5. *cor. Celſ.*, & *dec.*204. *n.*8. *cor. Cerr.*

Fuit in materia Declaratoriæ nuper etiam diſputatum, an contra obligatum ſolvere Penſionem a Summo Pontifice impoſitam, cum canonizatione ſequuta hujus debitæ Penſionis, poſſet deveniri ad relaxationem Declaratoriæ contra Titularem non factis antea diligentiis exequendi Mandatum obtentum contra perſonam, & bona Debitoris; & pro parte negativa videbantur ſtare duo, alterum quod juxta inconcuſſam praxim quando ſumus in obligatione Camerali, per quam quis
20 ſe obligavit ſolvere ſub pœna Cenſurarum, hæ non infliguntur, niſi factis prius diligentiis de exequendo Mandatum realiter, vel perſonaliter contra Debitorem, & ſic in ſubſidium, videlicet quando ſtat per Debitorem ſolvere valentem, quominus fiat exequutio realis, vel perſonalis, tunc enim factis hujuſmodi diligentiis tantummodo deveniri ad Declaratoriam, ut tradit *Ridolphin. in prax. part.* 1. *cap.*14. *num.*53. & *num.*270. *cum ſeqq.* late *R. P. D. Petra* Sac. Congreg. Concilii Secretarius in ſuo docto, & elaborato Commentario *ad Conſtitut. Apoſtol. ſuper Conſtit.*1. *Leonis IX. ſect.*3. *num.*59. & 60. *tom.*1., *Card. de Luc. in ejus annotat. ad Concil. lib.*14. *diſc.*43.
21 *ſub n.*2. & *n.*9. ubi quod idcirco raro intrant Cenſuræ ex cauſa prædictæ obligationis Cameralis, quia, ſi Debitor eſt idoneus, facile cum exequutione reali, vel perſonali compelli poteſt, ſi vero non eſt idoneus ſolvere, nequeunt Cenſuræ contra eum fulminari, cum excuſetur ratione impotentię.

Et alterum per regulam generalem eiuſdem *Sacri Concilii Tridentini in ſeſſ.*25. *de Reformat.*
22 *cap.*3. in quo mandatur omnibus Iudicibus Eccleſiaſticis, ut quandocumque exequutio realis, vel perſonalis &c. ab iſtis fieri poſſit, abſtineant tam in procedendo, quam definiendo a Cenſuris Eccleſiaſticis, ſeu Interdicto ſicuti eamdem diſpoſitionem *Concilii* exornando tradunt *Barboſ. ibidem nu.*18. & *ſeqq. Card. de Luc. ad Concil. diſcurſ.*43. *per tot.*

Pro parte autem affirmativa ſtare dicebatur doctrina *Barboſ. ad eamdem ſeſſ.*25. *cap.*3 *de Reformat. ſub n.*23. ubi cum *Garz. de Benefic. par.*1. *cap.*5. *num.*587. & *Rot. in una Illerden. Penſionis* 15. *Novembris* 1593. *coram Orano* di-
23 ſtinxiſſe videtur, quod ſi agatur de ferenda excommunicatione vigore obligationis Cameralis, ſub qua ſe obligaverit Titularis, & tunc locum ſibi vindicet *Concilium* exquirens caſum ſubſidii; ubi autem tractetur de ferenda excommunicatione in vim facultatis conceſſæ a Summo Pontifice in litteris Apoſtolicis reſervationis ejuſdem Penſionis, & in his terminis non requiratur ſubſidium, & non applicetur
24 *Concilium* tamquam non agens de hoc caſu, prout diſtinguendo inter obligationem Cameralem, & litteras Apoſtolicas, in quibus dicatur, quod Titularis elapſo termino ſententiam excommunicationis incurrat, quia tunc ſententia eſt jam lata, & Iudex ſolummodo declarat incurſum in eamdem ſententiam, advertit, & hoc ipſum reſolutum refert a *Sacra Congregatione Concilii*, quamvis eam ſpecifice non alleget, *Fagnan. in cap. Sacro de ſentent. excommunication. n.*32. 55. 56. & 57.

In his igitur circumſtantiis perventa occa-
25 ſione in *Rota* Dubium iſtud diſputandi ſuper Penſione continente ſententiam, ſeu Clauſulam prædictam in litteris illius reſervationis favore Pernei contra Manzonum in illa *Romana Penſionis ſuper Declaratoria cor. R.P.D. meo Priolo*, ac prima vice, nempe ſub die 26. *Februarii* 1698. Tribunal inclinavit in priorem partem negativam, ſed repropoſita Cauſa ſub die 2. *Julii* 1710. receſſum fuit a deciſis, & hodie ambæ *Deciſiones* veniunt iterum examinandæ ſub aſſueto Dubio, *An ſit ſtandum*

*dum*

*dum in primo, vel ſecundo loco deciſis coram eodem R.P.D. meo Priolo*, cum die 1. *Auguſti* 1710 Memoriali porrecto per Manzonum pro nova audientia fuerit dictum - *Audiatur*.

Nuper autem ( dum hæc revideo in ſequelam ejuſdem novæ Audientiæ iterum propoſita Cauſa ſub die 13 *Martii hujus Anni* 1711. adſuit ſuffragiorum ſciſſura, ideoque prodiit reſcriptum - *iterum proponatur*, & pro parte
26 Pernei Penſionarii, qui ſecunda vice triumphaverat, cumulabantur quoque pro ſententia affirmante, quod in hiſce terminis impoſitæ Penſionis per Summum Pontificem cum Clauſulis prædictis abſque alia diligentia, vel excuſſione poſſit procedi ad relaxationem Cenſurarum, ea, quæ fuerunt practicata, & definita per *Rotam* moderniori tempore in illa *Aſculana Penſionis ſuper Declaratoria* 2. *Junii* 1703. §. *non obſtat cum ſeqq.*, *coram D. Card. Caprara*, nec non in illa *Savonen. Aggregationis ſuper Declaratoria* 6. *Iunii* 1703. §. *quæ adeo*, *coram Reverendiſſ. D. meo Molines Decano*, in quibus firmari videtur, quod nec dimiſſio bonorum Patrimonialium, nec ſequeſtrum exequutioni demandatum ſuper fructibus bonorum Eccleſiæ ſufficit ad impediendam relaxationem Declaratoriæ, ex quo in exequutivis electa una via, licita eſt variatio, & recurſus ad aliam.

In oppoſitum vero pro Manzono Titulari, & pro quo emanaverat *prima Deciſio*, il-
27 lius Defenſores allegabant ultra *Cardinal. de Luca in annotat. ad Sacr. Concil. Trid. dicto diſc. 43. ſub num.2., & 9.*, *Ventrigl. in prax. rer. notab. Eccleſ. tom 2. annotat.* 11. §. 2. *ſub n.71.*, *Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. cap.787. n.2.*, *Panimoll. dec.136. nu.11.*, qui e converſo tradere videbantur etiam pro Penſione debita in vim Bullarum Apoſtolicarum cum Clauſulis prædictis, niſi factis prius diligentiis, locum non eſſe relaxationi Cenſurarum: immo quod *Ventriglia* teſtabatur etiam de praxi, prout etiam connotabant, quod *R.P.D. Petra in dicto Commentario ad Conſtitut. Apoſt. ſuper Conſtit. Leonis IX. ſect.3. num.89. cum duobus ſeqq. tom.1.*, diſtinguere videtur, quod quatenus attinebat ad Cauſas nec ultra Montes, nec extra Statum Eccleſiaſticum, ſed diſceptatas in eodem Statu Eccleſiaſtico, ſi in Mandato Rotali non apparent comminatæ Cenſuræ, nec conſtat de difficultatibus ſuper exequutione eorumdem Mandatorum Rotalium, deveniendum non ſit ad relaxationem ipſarum Cenſurarum.

In facto autem ſubiungebant; eſſe advertendum, quod Perneus jam devenerat ad quamdam exequutionem effectivam ſuper bonis ſpectantibus ad Manzonum, quodque idcirco non debebat illi permitti variatio, ſaltem priuſquam non probaretur a Perneo, non potuiſſe in ipſa Ditione temporali Summi Pontificis conſumere inceptam exequutionem.

Ad *Deciſiones* vero tam *coram Eminentiſſimo Caprara*, quam *coram Reverendiſſimo D. Mo-*
28 *lines* reſpondere contendebant, quod ( ad terminos ſupra tactæ diſtinctionis ) in hac poſtrema agebatur de negocio extra Statum Eccleſiaſticum, & in altera, quod vel aderat comminatio Cenſurarum in Mandato Rotali, vel difficultas conſumationis exequutionis Mandatorum Rotalium, per ea, quæ pariter conciliative animadverterat *R.P.D. Petra in prædicto ſect.3. num.91. §. unde non videtur*.

Denique, præter hæc in facto, alias ponderationes ſuperaddebant, quas, pendente adhuc Cauſa in Tribunali, non eſt par retexere, cum etiam reſpiciant potius circumſtantias particulares hujuſce facti, & diſputationis hactenus indeciſæ, quam articulum in genere.

## ROMANA CAMBII.

*Veneris 15. Maii 1699.*

## ARGUMENTUM.

Filii in conditione poſiti, an, & quando cenſeatur, necne diſpoſitive vocati etiam in terminis *Statuti Vrbis lib.1. cap.142.*, & præciſive ab eodem *Statuto* plures examinantur conjecturæ pro illorum vocatione, & cæteris contrariis reſpondetur. Adjudicatio per aſſ. Creditorem obtenta ex quibus præſumatur colluſive exorta: Et late quando legitima debeatur, vel non, Aſcendentibus in bonis deſcendentium; qui poſt ſe liberos ab inteſtato reliquerunt. Donatio per Patrem ſtipulata *pro ſe, & hæredibus* quando tranſeat ad filios uti filios, licet non ſint Patris hæredes; Et aliqua de repræſentatione, & tranſmiſſione in materia fideicommiſſorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Gravamen præſupponit vocationem, quia nemo gravatur, qui non ſit etiam honoratur.*

2 *Filii in conditione poſiti cenſentur diſpoſitive vocati ex Statuto Vrbis, & num.4.*

*Et quando non intret cenſura dicti Statuti ex defectu præſuppoſiti, n.5.*

*Idemque Statutum operatur ſolum in dubio, ſecus vero ſi aliunde ex conjecturis urgentibus conſtet de contraria voluntate Teſtatoris num.6.*

3 *Bona per fideicommiſſum alteri reſtituenda non poſſunt recenſeri inter bona hæreditaria gravati.*

7 *Soror ſuccedit fratri ab inteſtato defuncto una cum Patre pro æquali portione.*

8 *Exiſtentia perſonarum poſitarum in conditione aliquando obſtat ſubſtituto, licet tales perſonæ non valeant ſuccedere.*

9 *Statutum vocans filios in conditione poſitos non intrat, quoties illi apparent in conditione poſiti ad alium effectum, quam inducendi eorum vocationem.*

10 *Argumentum ab abſurdo, vel ſuperfluitate vitanda admodum regulariter urget.*

*Sed tale argumentum ceſſat data qualibet etiam*

Digitized by Google

*etiam levi operatione verborum*, *num.*11.

12 *Fideicommiſſum*, *tamquam res odioſa*, *in dubio non cenſetur inductum*, *præſertim ubi deficit contemplatio agnationis*.

13 *Salvianum interdictum competit vigore crediti hypothecarii anterioris contra Tertium poſſeſſorem bonorum Debitoris*.

14 *Argumentum* a fortiori *eſt in Jure validiſſimum*.

15 *Hæreditas unius non confunditur cum diverſa*, *& ſeparata alterius hæreditate*.

16 *Adjudicatio colluſive obtenta*, *etiam mediante Judicis authoritate*, *perinde habetur*, *ac ſi facta non fuiſſet*, *& num.*22.

*Et quando in his terminis adiudicatio cenſeatur colluſive exorta*, *num.*18.

17 *Colluſio*, *& ſimulatio probatur concurrente cauſa*, *& conjecturis*.

19 *Creditor cedens alteri Jura ſui crediti nequit amplius illa experiri contra Debitorem ceſſum*.

20 *Adiudicatio judicialiter facta nequit impugnari ex capite nullitatis*, *vel injuſtitiæ*, *niſi prævia traſportatione Actorum*.

21 *Sententia colluſive obtenta corruit*, *licet ab ea non fuerit appellatum*.

23 *Uſusfructus mentio*, *ſeu vocabulum præſupponit*, *proprietatem ad alterum pertinere*.

24 *Correctio inſtantanea non præſumitur*.

25 *Exceptio alicujus caſus firmat regulam in contrarium*.

26 *Verbum* dare *præſupponit*, *rem extituram eſſe penes dare debentem*, *cum nemo det*, *quod non habet*.

27 *A.C. non procedit in contumaciam*, *ſeu abſque juſtificatione crediti*.

28 *Sententia præſumitur colluſive obtenta*, *ſi Pars*, *contra quam illa prodiit*, *vel nullo modo*, *vel ſegnius Cauſam defendidit*.

*Augeturque colluſionis præſumptio ex omiſſa appellatione ab eadem Sententia*, *n.*29.

*Præſertim*, *ſi Sententia emanaverit inter Conſanguineos*, *vel Affines*, *num.*30.

31 *Non entis nullæ ſunt qualitates*.

32 *Legitima non debetur Aſcendentibus in bonis deſcendentium*, *quoties iſti deceſſerunt cum filiis*, *& num.*99.

*Idque procedit*, *ſive reliquerint filios maſculos*, *ſive fœminas*, *quoties non adſit Statutum earumdem fœminarum excluſivum*, *num.*100.

*Amplia*, *ut Aſcendentibus nulla habeatur legitima*, *licet deſcendens obierit relicta ſobole tantummodo naturali*, *n.*101.

*An autem idipſum procedat*, *ſi reliquerit filium adoptium*, *vel arrogatum*, *n.*102. *uſque ad* 106.

*Et quid*, *ſi deſcendens fuerit ingreſſus in Monaſterium*, *utrum illud habeatur loco filii ad finem excludendi Aſcendentes a conſecutione legitimæ*, *ibid. num.*107. *cum duobus ſequentibus*.

*Et an legatum legitimæ a filio relictum Patri*, *vel Matri cenſeatur tacite ademptum ob ſupervenientiam liberorum*, *licet filius deceſſerit abſque revocatione ipſius legati*, *n.*110. *&* 111.

33 *Debita*, *& credita inter plures cohæredes ſunt proportionabiliter dividenda*.

34 *Fructus Dotis*, *tamquam debiti Marito pro ſubſtentatione onerum Matrimonialium*, *non debentur ceſſionario ipſius Mariti*.

35 *Maritus poſſidens bona debitoris Dotis tenetur compenſare illorum fructus in cauſam fructuum dotalium*, *quos alias prætendere potuiſſet*.

36 *Stipulatio commiſſa cenſetur ex purificatione conditionis*, *ſub qua concepta fuerat obligatio*.

37 *Probatio dubia*, *& ambigua non relevat*.

38 *Creditor non præſumitur is*, *qui teſtando aliquid reliquit ſuo prætenſo Debitori abſque ulla mentione ſui crediti*.

*Prout neque præſumitur Creditor is*, *qui de tempore*, *quo inſtare poterat pro illius ſatisfactione*, *deduxit alias prætenſiones idæales*, *& irrelevantes*, *num.*40.

39 *Quietantia*, *ſeu receputa ſolet regulariter remanere penes Debitorem*.

41 *Debitor in diem*. *licet efficiatur deterioris conditionis*, *adhuc compelli nequit ad ſolutionem*, *ſed ſolum ad aſſecurandum Creditorem*.

42 *Fructus bonorum Mulieri aſſignatorum pro aſſecuratione ſuæ Dotis in caſu vergentiæ Viri ad inopiam*, *cedunt commodo Creditorum ipſius Viri*, *dempta illa rata*, *quæ ſufficiat pro alimentis ejuſdem Mulieris*.

43 *Salvianum proprie dirigitur ad fructus*.

44 *Hypotheca legalis in bonis gravati doloſe alienantis effectus fideicommiſſarios oritur a die captæ poſſeſſionis fideicommiſſi*.

*Et enunciantur* Authoritates, *quæ tenent pro excluſione talis hypothecæ*, *num.*45.

46 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non attenduntur ad finem retardandi immiſſionem petitam in vim Salviani interdicti*.

47 *Fideicommiſſarius perſequi tenetur bona ſubrogata in locum bonorum fideicommiſſariorum valide*, *ac cum Judicis authoritate alienatorum*.

48 *Decretum Judicis habet præſumptionem pro ſe quod nempe fuerit rite*, *recteque interpoſitum*.

49 *Dolus*, *& fraus excluditur ex publicitate actus Judice authorante expleti*.

50 *Valor intrinſecus locorum Montium ſubjacet diminutioni ratione familiarium extractionum*.

51 *Adagium* - Ferro viam aperit, qui per contraria tranſit - *refertur*, *& exornatur*.

52 Hæ-

52 Hæredum *appellatione in mater a indifferenti veniunt quicumque hæredes etiam extranei*.

53 *Donatio a Patre ſtipulata* pro ſe, & hæredibus *non pertinet ad filios, niſi etiam ſint Patris hæredes*.

54 *Clauſula* ad habendum *operatur, ut Emphyteuſis ſit tranſitoria etiã ad extraneos*.

55 *Donatio ſtipulata* pro ſe, & hæredibus *intelligitur de hæredibus ſanguinis, quoties in hunc ſenſum conſpirat conjecturata voluntas* Donantis, *& num*.56.

57 *Clauſula* ad habendum *plerumque opponitur in Contractibus de ſtylo Notariorum potius, quam ex voluntate Contrahentium. Et intelligitur ſecundum ſubjectam materiam, num*.58.

59 *Verba* - libere, & pleno jure - *intelliguntur juxta ſubjectam materiam*.

60 *Dictio* ut infra *temperat, ac reſtringit generalitatem præcedentis diſpoſitionis*.

61 *Opinio volentium, quod filii in conditione poſiti regulariter non cenſeantur vocati, tamquam irrationabilis reprobatur a* Cardinal. de Luca, *& aliis*.

62 *Statutum diſponens, quod filii in conditione poſiti cenſeantur vocati, dicitur æquum, & favorabile*.

63 *Filii in conditione poſiti cenſentur vocati ſtante digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum*.

*Item vocati cenſentur, quoties concurrit excluſio Religioſorum, & Fiſci necnon ſtrictiſſima probibitio alienationis, num*.64.

*Amplia, etiamſi probibitio alienationis non ſtet de per ſe, ſed acceſſorie ad caſus, & ſubſtitutiones ordinatas, num*.65.

*Rurſus cenſentur vocati, quoties Teſtator videtur præſuppoſuiſſe, quod ejus bona in aliquo caſu perfrui debuiſſent a filiis in conditione poſitis, num*.66.

*Item cenſentur vocati ex ſubſtitutione reciproca inter inſtitutos ordinata, num*.79.

*Necnon ex iterata mentione poſitorum in conditione, num*.84.

*Et ex requiſita qualitate legitimitatis natalium, num*.85.

*Item ex generali probibitione cujuſcumque detractionis facta hæredibus inſtitutis, num*.86.

*Item ex gravamine injuncto filiis in conditione poſitis, num*.87.

*Rurſus cenſentur vocati, quando alias, ob præmorientiam Patris, ei non ſuccederent neque ex Teſtamento, neque ab inteſtato, num*.91.

*Et prædictæ conjecturæ non ſeorſim, ſed inſimul veniunt perpendendæ, num*.92.

67 *Repræſentatio æqualiter procedit tam in ſucceſſionibus fideicommiſſariis, quam in iis, quæ ab inteſtato deferantur*.

68 *Repræſentatio datur favore deſcendentium in infinitum, niſi evidenter conſtet de contraria voluntate Teſtatoris*.

69 *Repræſentatio non datur ceſſante expreſſa, aut ſaltem tacita vocatione*.

70 *Tranſmiſſio fideicommiſſi dari poteſt etiam citra expreſſam, vel tacitam vocationem, & de ratione*.

*Declara, ut num*.71. *cum duobus ſequentibus, & num*.97.

74 *Filii in conditione poſiti regulariter non cenſentur vocati*.

*Sed ab hac regula receditur ex conjecturis, præſertim ubi agitur inter deſcendentes, n*.75.

*Non tamen omnes conjecturæ ad hunc effectum ſufficiunt, ſed requiruntur urgentes, num*.76.

*Et ſi deficiat contemplatio agnationis, & digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, cæteræ conjecturæ nullius ſunt momenti, num*.77.

*Amplia, etiamſi agatur de deſcendentibus, num*.78.

*Declara tamen, & intellige, ut n*.82. *&* 83.

80 *Vocatus proprio nomine præfertur in concurſu aliorum ſub nomine collectivo generaliter vocatorum*.

*Niſi tamen aliter conſtet ex conjecturata voluntate Teſtatoris, num*.94.

81 *Filii in conditione poſiti licet ſint gravati, adhuc poſſunt non eſſe vocati*.

*Contra, num*.87.

*Et declara, ut num*.88.

89 *Filii in portione Patri obventa cenſentur magis dilecti, quam extraneus ſubſtitutus, & num*.90.

93 *Filii in conditione poſiti poſſunt cenſeri vocati, etiamſi deficiat ordinatio reciprocæ inter inſtitutos*.

95 *Subſtitutio vulgaris anomala favet etiam filiis in conditione poſitis, quoties aliunde ex conjecturis conſtat de illorum diſpoſitiva vocatione*.

*Et procedit, licet gravamen videatur perſonaliter adiectum inſtitutis per verbam* eſſi, *ſeu* poſt eos, *num*.96.

98 *Tranſmiſſio facilius inducitur, quã vocatio*.

104 *Legitima debetur filio ſimpliciter naturali in bonis Patris*.

*Debetur pariter filio adoptato, vel arrogato in bonis Patris adoptantis, vel arrogantis, ibid., & num*.105.

107 *Monaſterium habetur loco filii ſolummode in caſibus a Jure expreſſis*.

109 *Legitima debetur Matri in bonis filii Monaci ſtatim ac Profeſſionem emiſit*.

## DECISIO LXXXIX.

OBtentam a D. Marchione Sacchetto favorabilem reſolutionem coram bonæ memoriæ Emerix Jun. ſub die 27. Februarii 1696. ſuper immiſſione, per ipſum expetita

Digitized by Google

tita in vim utilis Salviani Interdicti ad non-
nulla Loca Montium titulo Dotis translata
in D. Comitiſſam Catharinam de Veſpigna-
nis; adeo prævalide, ac robuſte oppugnavit
eadem Comitiſſa geminæ innixa exceptio-
ni, Fideicommiſſi ſcilicet ordinati per Fla-
miniam eorumdem Locorum Montium Au-
ctricem, & Dominam, necnon retentionis
ex pluribus creditis ſibi competentibus, &
( ut opinabatur ) longe abſorbentibus uni-
verſum Patrimonium Jacobi ſui Patris, &
reſpective Debitoris D. Marchionis, ut non
ſolum in repropoſitione Cauſæ coram me-
morato D. Emerix dilata remanſerit reſo-
lutio, ulteriuſque injuncta electio Periti ad
effectum firmandi ſtatum hæreditarium præ-
laudatæ Flaminiæ, ac reſpective liquidandi
credita, & Jura Dominis Comitiſſæ, ſed
etiam ſuperventa coram Me interim in ejuſ-
dem bonæ memoriæ Emerix locum ſuffecto
propalatione Peritiæ, adhuc in iterata ejuſ-
dem Cauſæ trutinatione ſecuta ſub diebus
16. Junii Anni 1697 & 3. ejuſdem Menſis
Junii ſuperioris Anni, novam ſemper pro
maturiori examine oportuerit impartiri di-
lationem, donec acceptata per Marchionem
quadam æſtimatione extrajudicialiter inita
ad inſtantiam Comitiſſæ, & ſerio de more
per Dominos pro quarta vice perpenſo car-
dine controverſiæ, & ad Iuſtitiæ pondus
collibratis fundamentis hujuſmodi exceptio-
num, tandem conſecutus eſt idem Marchio
in hodierna Audientia ſolidam perſiſtentiam in
deciſis.

Irrelevans quippe viſa eſt primæva excep-
ptio fideicommiſſi elicita ex eo, quod cum
Flaminia, de cujus hæreditate erant, ut di-
ximus, prædicta loca Montium, inſtituto
Defendio filio, *ipſo decedente* ( ſunt verba
præciſa ) *ac Catharina ejus ſorore, & filia reſ-
pective ejuſdem Teſtatricis ſine filiis legitimis,
& naturalibus*, voluerit, quod illius hære-
des, & ſucceſſores tam ex Teſtamento, quam
ab inteſtato tenerentur, & obligati eſſent
ſolvere D. Virginiæ ejuſdem Teſtatricis Ma-
tri ſcuta 120. quolibet Anno, ejus vita na-
1 turali durante, hinc eadem Catharina, tam-
quam implicite, & præſuppoſitive gravata,
in vim *Statuti Urbis lib.1. cap.142.* favore
propriorum filiorum in conditione poſito-
rum, cenſeri quoque deberet per neceſſa-
rium antecedens etiam vocata, vel quod
ſaltem iidem filii actu exiſtentes forent ad
normam ejuſdem Statutariæ cenſuræ ex pro-
pria perſona ad ſuccedendum invitati, quan-
tumvis poſiti dumtaxat, ſeu ſimpliciter in
conditione, juxta ea, quæ in terminis primæ
propoſitionis *quem non honoro, non gravo*, &
e contra, communiter tradiderunt *Soccin. Iun.
conſ 69 num.30. in fine, & num.31. lib.3., Cy-
riac. controverſ 96. num.40. & ſeqq. & num 65.
Molin. reſol.46. num.29., Modern. Lucen. con-*
2 *ſultat.419. num.6.* & in propoſito vocationis
Municipalis Almæ Urbis, ultra litteram ex-
preſſam, quotidie dixit *Rota*, & ſignanter
*deciſ.248. num.1. & 2. par.7., deciſ.242. nu.10.
par.10., deciſ.30. nu.2. par.14. rec., & dec.292.
num.4. coram Priol.*

Ac propterea oſtenſa, ſive firmata alteru-
trius fideicommiſſi, ſeu vocationis exiſtentia
contenderet Comitiſſa, quod neutiquam va-
leret Marchio loca Montium obnoxia reſti-
tutioni moleſtare, veluti per obitum Defen-
dii ſine filiis eſſecta de Patrimonio Jacobi Pa-
tris ejuſdem Defendii, & inſimul Debitoris
ipſius Marchionis, quoniam nuſquam ſub in-
3 teſtata ſucceſſione, ſeu delatione hæreditatis
includuntur illa bona, illa Iura, quæ per de-
functum reſtituenda erant fideicommiſſario,
ſeu ſubſtituto, talia namque bona, & Iura ex
cauſa hujuſce vinculi peculiaris reputantur
eſſe extra Aſſem, & hæreditatem decumben-
tis, ut inquit *Imperator in l. irritum 8. in fin.
C. ad leg. facild., Cravett. conſ.19. nu.13. Rot.
dec.375. n.3. par.1. rec., & cor. Arguell. deciſ.
26. nu.37. & in Bononien. Succeſſionis 23. Iunii
1692. §. Quia certum eſt, cor. R.P.D. Muto.*

Siquidem nullibi, neque ſcilicet ad favo-
rem Catharinæ, neque illius filiorum con-
gruere poſſe ſanctionem Statutariam præful-
xit incontinenti; Statutum quippe prædictum
nihil aliud operatur, niſi quod acriter ad-
modum, & involute diſſidentibus tam *Pra-
cticis*, quam *Neoterici* ſuper illa celebri, ac
pervetuſta quæſtione, utrum filii in aliqua
ultima voluntate poſiti in conditione ſtare
tantummodo præſumantur ad excluſionem
ſubſtituti; ſive ad ſublevandum Patrem,
ſeu Matrem a gravamine reſtitutionis, re-
ſervata illis dumtaxat veriſimili, nimium-
que probabili ſpe ſuccedendi propriis Paren-
tibus ab inteſtato, ſive potius exiſtimari
debeant pro vocatis effective, ſeu diſpoſiti-
ve ex propria perſona præciſive a voluntate,
vel facto Parentum gravatorum, ad *notiſſ.
gloſſ in l. Lucius Titius 85. ff. de hæred. inſtit.*;
provide idcirco tutiorem, & benigniorem
4 opinionem pro filiis amplectens Statutum,
dummodo aliud non obſtet, definivit, filios
in hoc caſu reputari ſemper vocatos, ex his,
quæ optime perpenduntur per *Gabriel. conſ.105.
num.1. lib.1. Card. de Luc. de fideicommiſſ. diſc.
74. num.10. & diſc.80. n.9., Rot. dec.1. nu.19.
cor. Sa. me. Alex. VIII.*

Applicando itaque ad rem, evidens erat,
quod ad tenorem Teſtamentariæ diſpoſitio-
nis Flaminiæ, neque quæſtio Iuris, neque il-
lius declaratio facta per Statutum reddeba-
tur ullo modo adaptabilis, quia ſuppoſitum
hujus broccardicæ altercationis ad oculum
deficiebat, cum neque Catharina appareret
inſtituta, neque Defendius unicus inſtitu-
tus, & hæres reperiretur ullatenus gravatus,
etiamſi fato cederet abſque Prole, hæredita-
tem

tem reſtituere alicui perſonæ poſt ſe ſubſti-
5 tutæ, & coſequentèr corruente ſuppoſito,
& terminis controverſiæ aberrantibus, defi-
ciebat quoque operatio, & efficacia Statuta-
riæ declarationis, quemadmodùm egregiè,
& inſimul individualitèr prænotavit *Peregr. de fideicommiſſ. art. 28. ſub n. 22.* ibi = *Quia Ti-
burtio ſecundo morienti nulla fuit facta ſubſtitu-
tio &c. idcircò filii Tiburtii non poſſunt dicere
ſe ſubſtitutos Patri ſuo, tunc enim filii, uti poſiti
in conditione, poſſunt dicere ſe diſpoſitivè voca-
tos, quando faciunt conditionem ad excluſionem
ſubſtituti*, & ſub *n. 23.* ibi = *Conſequentèr filii Ti-
burtii non poſſunt conſiderari uti poſiti in condi-
tione, quia ubi non eſt ſubſtantia ſubſtitutionis
non poteſt adeſſe qualitas, & accidens conditio-
nis*, & patet ex omnibus, qui tractaudo,
vel decidendo, quæſtionem, & materiam
quomodocumque attigerunt.

Quin potiùs ipſa lectura diſpoſitionis Fla-
miniæ, quatenùs oportuiſſet, in ſua ratione,
& expreſſione induebat ſpiritum *præcitatæ
6 Gloſſæ in l. Lucius*, à qua nonniſi in dubio, ſivè
quotiès contrariæ non obſiſtant rationes, ur-
gentioreſque conjecturæ, recedere intellexit
Statutum, ad *Rot. cor. Alexandro VIII.* alioſ-
que *ſuprà* commemoratos: Teſtatrix etenim
totam formulam conditionalem ſuæ diſpo-
ſitionis direxit ad finem gravandi, vel non
gravandi propriam hæreditatem onere an-
nuæ vitalitiæ præſtationis ſcut. 120. favore
ejus Genitricis, & ſic donec extarent prædi-
lecti à ſe deſcendentes noluit, hæreditatem
remanere ſubrogatam, onus idcircò annuæ
præſtationis injungens hæredibus ſolùm, &
ſucceſſoribus extraneis; Verùm inter ipſos
deſcendentes nullum penitùs injunxit, neque
cogitavit injungere fideicommiſſum, mul-
toque minùs ad favorem remotiorum, ſivè
extranearum perſonarum, & conſequentèr
intantùm conditionaliter nominaſſe noſce-
batur tàm filios Defendii, quàm etiam ipſius
Catharinæ, inquantùm citrà hæſitationem
credidit, quod obeunte Defendio ſolo inſti-
tuto ſinè liberis, Catharina ſoror, vel ex pro-
viſione legis ſuccederet ab inteſtato, vel
quod frater juxtà naturalis Charitatis im-
pulſum abſque filiis præmoriens illam, aut
ejus filios relinqueret hæredes, proùt in ſuis,
licèt diſparatis, & fortioribus terminis ra-
tiocinatur *prædicta gloſſa in l. Lucius Titius 85, in verb. liberos, ff. de hæred. inſtit.*: Et ità de
facto comprobavit eventus, mortuo nam-
7 que Defendio hærede ſine filiis, Comitiſſa
ſoror ſucceſſit, etſi ſocium, & pro æquali par-
ticipem habuerit Jacobum Patrem fortuitò
ſupervìventem, ità ordinante *Iure noviſſimo in
Authen. Defuncto, C. ad Tert., Craſſ. in §. Suc-
ceſſio ab inteſtato quæſt. 23. n. 1., Robles de re-
præſent. lib. 2. cap. 23. num. 6., Sabell. var. reſol.
cap. 82. num. 1.*

Atque ex his pariformitèr labebatur illa
altera ſuppoſitio, quod cùm Catharina le-
geretur gravata ſub conditione *ſi ſine filiis*,
neceſſariò foret etiam habenda pro vocata,
& invitata ad ſucceſſionem Flaminiæ gra-
vant: Eadem etenim Catharina in rei ve-
ritate nullo pacto demonſtrabatur eſſe gra-
vata ulla prorsùs reſtitutione, cùm nequè
fuerit hæres inſtituta, ſed quia gravamen
percutiebat tantummodò hæreditatem pro-
priam Teſtatricis, & hæredes, ac ſucceſſores
extraneos, hinc proindè perſona Catharinæ
fuit demonſtrata dumtaxat ad finem purifi-
candæ præſtationis annuæ, & non eſt novum
8 in Jure, quod dentur in aliqua diſpoſitione
aliquæ perſonæ de medio, quæ non ſucce-
dant, nec ſint ex Teſtamento nuncupatæ ad
obiectum ſuccedeudi, & nihilominùs impe-
diant admiſſionem ſubſtituti, ut ſignantèr *in
celebri Romana fideicommiſſi de Soriciis cor. Ca-
rill. inter ſuas la 266. num. 20. uſque ad finem*,
& concordat *Card. de Luca de fideicommiſſ.
diſc. 40. num. 8., & diſc. 48. n. 2., Modern. Lu-
cen. conſult. 463. num. 39.*, & in ſpecie, ſivè in
9 durioribus, quod etiam ubi agatur de ipſiſ-
met filiis (quorum beneficio loquitur Sta-
tutum Urbis) nedùm nominatis in Teſta-
mento, verùm quoque actualitèr poſitis in
conditione, attamen non intret idem Statu-
tum, quotieſcumque recognoſcuutur poſiti
in conditione ad diverſum effectum, ex. gr.
proùt hic, impediendæ ſubminiſtrationis le-
gati, *Card. de Luc. de fideicomm. d. diſc. 74. ſub
num. 6. verſ. Secunda ratio, Rot. coram Coccin.
deciſ. 2262. num. 3. verſ. Conſiderabat etiam, &
deciſ. 2279. n. 2. verſ. Quia fuit reſponſum, &
cor Bich. deciſ. 610. n. 23. & ſeqq., & cor. Card.
Cerr. deciſ. 283. num 9. cum duobus ſeqq., &
deciſ. 406. n. 8. & 9.*

Ejuſdem denique ioapplicationis nota la-
borabat poſtremum ratiocinium, quod ab
evitando abſurdo, ſivè à ſuccidenda otioſita-
te, & ſuperfluitate diſpoſitionis afferebatur,
ſub eo prætextu, quod niſi Catharina, ejuſ-
que filii dici mererentur vocati poſt mor-
tem Defendii ſine liberis, nemo foret, qui
ſuccedere valeret in boois Flaminiæ, idque à
ſufficienti (ut ajunt) partium enumeratio-
ne, nam Hæredes Defendii nequaquàm ſuc-
cedere poſſent, dum ad illorum excluſionem
præexiſtebat Catharina, quæ ſub eodem ver-
bo *decedente*, unà cum Defendio fratre com-
præhendebatur onuſta illa, ac coæquali con-
ditione, *ſi ſine filiis*, minùſque ad limites no-
ſtræ hypotheſis ſucceſſiſſet ipſa Catharina,
vel ejus filii; Ideoque ſtabilito hoc intelle-
ctu pendula ſemper, & vacans de facili eva-
ſiſſet hæreditas, & ſucceſſio, eodemque tem-
pore prorsùs otioſa, ac ſuperflua remanſiſ-
ſet in Teſtamento appoſitio Catharinæ, ejuſ-
10 que filiorum: quantùm verò potentèr ur-
geat argumentum ſivè ab abſurdo, ſivè à ſu-
perfluitate vitanda, notorium eſt, & omiſſis

generalibus in valdè proximis terminis firmat *Actolin. reſol. 57. n. 13. ve. ſ. Præterea, & n. 14. cum duob. ſeqq.*

Agnoverunt etenim Domini, quod ex eiſdem fundamentis hucuſquè jactis, neque ulla ſuperfluitas, neque ullum promanabat abſurdum; Non quidem ſuperfluitas, quia adiectio Catharinæ, ejuſque filiorum, volitum, ac ſufficientem, ut præmiſimus, operabatur effectum excluſionis annuæ præſtationis; Abſurdum verò pendulæ, ac vacuæ hæreditatis eliminabatur, ponderando, quod ſemper adfuiſſet certus Hæres; nam ſi Defendius obiiſſet teſtatus, nil erat, quod impediret Hæredi ſcripto ſucceſſionem, etiam quandò liberos habuiſſet ſuperſtites, cùm non eſſent hi poſiti in conditione, niſi ad præcitatum intuitum avertendi annuum Legatum; ubi autem (ſicuti contigit) ſinè ſobole decederet inteſtatus, jam abundè vacuum ſucceſſionis implebatur per nominatum à ſollicitudine legis ſucceſſorem, & de facto in hiſcè adamuſſim aſperioribus circumſtantiis effectivè verificatis, neque ſucceſſio remanſit in ſuſpenſo, neque hæreditas vacua, cùm illa poſitivè fuerit delata, & appræhenſa vigore *prædictæ Authent. defuncto, C. ad Tertullian.* per ipſam Catharinam, & Jacobum ejus Patrem; Unde cùm in radice
11 quodlibet ceſſaret abſurdum, & ſuperfluitas deeſſet, ſicuti data qualibet etiam levi operatione tradiderunt *Surd. conſ. 271. n. 46. Actolin. reſol. 55. num. 30., & reſol. 56. num. 11. Rot. deciſ. 527. num. 8. par. 4. rec., & deciſ. 310. n. 9. cor. Card. Cerro, & in Romana Trebellianicæ 11. Januarii 1692. §. Minùs relevat, cor. R. P. D. mco Priolo*, profectò non videbatur,
12 inducendum eſſe fideicommiſſum, quod veluti odioſum, præſertim ceſſante ratione contemplatæ agnationis, in dubio nunquam debet affirmari, ut per *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſſ. 3. par. 2. n. 35., Peregrin. de fideicommiſſ. art. 1. num. 39. cum ſeqq., Card. de Luc. eod. tract. diſc. 78. n. 8., Rota cor.* Royas *dec. 110. n. 18., & coram Card. Celſ. deciſ. 145. n. 35., & coram Sa. me. Alex. VIII. dec. 255. num. 23., & dec. 20. n. 32. par. 19. rec.*

Decidente prima exceptione, nullius quoque ponderis inventa eſt ſecunda deprompta ex capite retentionis vigore particularium jurium, & creditorum Comitiſſæ obtegentium, (ut ipſa prætendebat,) ſivè evincentium univerſum, idemque lacerum Patrimonium Jacobi ſui Patris in conflictu Marchionis inſiſtentis pro conſecutione cujuſdam Cambii creati cum ipſo Jacobo de Anno 1667. pro ſorte ſcut. 2. m.; Quoniam ad terminos præcitatæ Peritiæ, ac etiam æſtimationis extrajudicialitèr initæ ex parte Comitiſſæ ſtatim enituit, quod hæreditas Flaminiæ æqualitèr, ſive pro medietate, ut ſuprà, devoluta ad Jacobum Debitorem ipſius Marchionis ob mortem Defendii, non calculatis ſcut. 4. m. per Virginiam ejuſdem Flaminiæ Matrem ſibi reſervatis, juxtà ſtatum præſentem aſcendebat ad ſcut. 16734., undè cùm hujuſcè ſummæ portio coæqualis debita Jacobo importaret ſc. 8367., ſtabilitum autem, compertumque eſſet, penès Jacobum extare dumtaxat valorem correſpondentem ſcut. 5679., & apud Comitiſſam ſummam longè majorem, nempè ſcut. 11055., de plano ſequebatur; quod eadem Catharina, ſuprà ſuam virilem, de bonis, juribuſque ad Jacobum ſpectantibus actu detinebat excedentiam ſcut. circitèr 2688., ideoque corruentibus, ut infrà, cæteris oppoſitionibus palpabatur quoque, immiſſionem eſſe innegabilem favore D. Marchionis, licèt
13 D. Comitiſſa etiam ex legitimo titulo dotis ſuæ, vel ejus Vir fuiſſent effecti tertii poſſeſſores, cùm hi ſint termini præciſi intentati Interdicti vigore hypothecarii crediti anterioris, ex *Poſth. reſol. 25., Andreol. contr. 170.* utrobique *n. 1.* cum reliquis *in* Romana *Salviani 13. Junii 1698. §. Atque hinc, & §. Ratio autem, cor. Me.*

Clariùs autem, quia ipſum Interdictum, ſivè immiſſio in Salviano fuit ab initio per Marchionem expetita, eidemque reſpectivè conceſſa in Tribunali A. C., ac demùm approbata in præcedenti Deciſione bon. mem. Emerix Jun. ad loca Montium 27., quæ paritèr occupabantur per Comitiſſam, & tamen extiterunt in ſuprà enunciata partitione ſtatus ſuppoſita, ſivè relata ad computum quantitatis ſcut. 5679, quæ diximus extare apud Jacobum de hæreditate Flaminiæ; quapropter, ſi præciſivè ab iiſdem locis Montium Catharina detinebat (ſuprà ſuam ratam) memoratam ſummam ſcut. 2688., manifeſtum nimis efficiebatur, quòd multò minùs, deficientibus aliis præſidiis ad ſuam defenſionem, cooperire valebat, ac tueri detentationem, ſeù poſſeſſionem prædictorum locorum Montium, ſicuti liquet ad ſenſum, &
14 per illud argumentum, quod dicitur à fortiori, deſumptum ab *Authent. multò magis, C. de Sacroſ. Eccl.* cum concord. *in d. Romana Salviani 16. Februarii præteriti §. Utiquè, cor. Me.*

Sentiebant ab hac Arithmetica ſupputatione Scribentes pro Comitiſſa nondum amaritudinis, proindeque ſubjungebant, à ſupradicta importantia, ſivè ſumma ſc. 11055., quæ reperiebantur penès ipſam, demendam eſſe quantitatem ſcut. 5199. 93., ſub eo fundamento, quòd Domus magna ſita in Terra Roncilionis, nec non Tenuta in Vocabulo *Poline*, quæ tanti æſtimabantur, jam canonicè remanſiſſent avulſa à patrimonio, & hæreditate Flaminiæ in vim Judicialis mandati Curiæ Epiſcopalis Sutrinæ, per quod hujuſmodi bona fuerunt adjudicata Virginiæ Matri

Digitized by Google

tti ipſius Flaminiæ ex cauſa, ac titulo legitimæ ſucceſſionis ad illam pertinentis unà cum eadem Flaminia, ſtante deceſſu Jo: Baptiſtæ, ac Barbaræ fratris, & reſpectivè ſororis Flaminiæ, & inſimul filiorum Virginiæ, ſuperaddentes, quod ex hac ipſa ratione, & expreſſione cauſæ bona prædicta extradita fuerunt in dotem Comitiſſæ non uti hæreditaria Flaminiæ, ſed per litteralem diſcretivam, veluti provenientia ab altera hæreditate Virginiæ Aviæ, quamobrem ap-
15 ponenda non erant pro impinguando Aſſe unius hæreditatis bona ſeorſim ad aliam hæreditatem pertinentia, ex traditis per *Ruin. conſ.48.n.2.lib.3., Surd.conſ.553.n.16., Bellon. de jure accreſc.cap.5.quæſt.42.n.5. & ſeqq., & cap.10.quæſt.24.n.44.cum ſeqq.*

Hujuſmodi namque aſſ. titulus, & conſecutiva adjudicatio apertiſſimè detegebantur inſubſiſtentes, proindeque aptæ non erant ad retardandam immiſſionem D. Marchioni;
16 data enim inſubſiſtentia ex palmari colluſione, actus adjudicationis adeò dici merebatur infectus, ut haberetur revera pro non facto, perindè ac ſi nulla authoritas iudicialis interceſſiſſet, factum quippè Judicis cenſetur factum ipſius Partis, dataque ſimulatione, & colluſione ruit à ſemetipſo, ad regularem naturam colluſionis, de qua *Gargiar. patroc.55. §. Quoad quintum, Amat. Panorm. reſol.79.n.20., Viv. deciſ.296.n.4., Giurb. deciſ.91.n.15., Rot. in Romana fideicommiſſi de Gallis 18. Junii 1685. §. Tertia ſententia, cor. bo. me. Panluccio.*

Et ſanè cum ad patefactionem cujuſcumque colluſionis, vel ſimulationis aliud in Ju-
17 re noſtro non requiratur, quam præexiſtentia cauſæ, vel occaſionis ſimulandi cum ſufficienti concurſu conjecturarum ſuadentium ipſam colluſionem, ut dixit perpetuò *Rot.* & præſertim *cor. Bich. deciſ.383.n.9., & deciſ.394.n.19., & in rec. deciſ.155.n.12.par.19. & in Ariminen. Bonorum 27. Februarii 1679. §. Potiſſimùm quia, cor. bo. me. Bourlemont.*

Utique in præſenti caſu non erat admodum divagandum ſuper introſpectione cauſæ, quia cum medietas hæreditatis Flaminiæ ex perſona Defendii ſpectaret (ut ſæpiùs enunciavimus) ad Jacobum ingenti ære obæratum, profectò expediebat ad arcendos illius Creditores divellere ab eadem hæreditate Flaminiæ quidquid ab ea ſub quocumque etiam ficto colore poterat ſeparari,
18 idque ſuperabundat ad juſtificationem cauſæ ſimulandi, ut in terminis illudendi, ſivè effugiendi Creditores proſequitur *Rot. deciſ.741.num.4. in fine par.3. recen., deciſ.262. n.16.par.11., deciſ.525.n.5.& ſeqq.par.13., & in Romana, ſeù Sabinen. manutentionis 13. Ianuarii 1696. §. E' converſo, coram R.P.D. meo Priolo, & 22. Aprilis 1697. §. Fuiſſe autem, cor. R. P. D. meo Pio,* & in durioribus, quod etiam ſufficiat, cauſam fuiſſe opinatam, *Epiſcop. Rocca ſelect. diſput. Iur. cap.46.n.4., Modern. Palm. alleg.75.n.13.& 14., Rot. dec.148. n.1.& 2.par.16.rec., & deciſ.13.n.16.par.19., & in Fanen. Dotis 12. Decembris 1681. §. Et quamvis, cor. bo. me. Urſino.*

Eoque manifeſtiùs, quia Domini perſcrutantes medullam aſſerti, ſolumque hodiè allegati tituli coæqualis ſucceſſionis ſuper bonis Jo: Baptiſtæ, & Barbaræ (in Mandato namque adjudicatorio Curiæ Sutrinæ minimè titulus hic enunciabatur, ſed abſtractivè abſque ullo genitivo, quod deſcenderet ad aliquam ſpeciem, puta Cambii, Cenſus, cum ſimilibus, dicebatur = *pro ſorte principali,*) dignoverunt, quod omne Jus, quod umquam Virginiæ competiiſſet ſuper bonis prædictorum Jo: Baptiſtæ, & Barbaræ, eadem Virginia tranſtulit occaſione Matrimonii in Flaminiam filiam, *Summar.* Marchionis *Num.1.* ibi = *Cum Dote ſcut.22000., in quorum ſatisfactionem D. Virginia quo ſupra nomine &c. ceſſit, & aſſignavit eidem Iacobo &c. omnia, & quæcumque bona, & Iura hæreditaria dicti quondam Camilli Patris dictæ Flaminiæ, & quondam Io: Baptiſtæ, & Barbaræ dictæ Virginiæ filiorum, & fratris, & ſororis reſpectivè defunctorum* = ac propterea, ſtante hac
19 translatione præcedenter facta favore Flaminiæ, non poterat ampliùs prætextari ullum creditum, ullum Jus ex perſona memoratæ Virginiæ cedentis, ac renunciantis, *vulg. Iur.*, de quibus *Rot. coram Pamphil. deciſ.27.n.5., Celſ. deciſ.108.n.11., & dec.296. n.2. cor. Cerr.*, & advertit *Deciſio*, quæ confirmatur *ſub §. Tantò minùs.*

Agnito igitur, quod nec de tempore ſecutæ adjudicationis ullus titulus legitimus fuit allegatus in ipſo Mandato Judiciali, quodque nec etiam hodiè deductus firmitatem aliquam habebat, eò magis incaleſcebat prædicta cauſa ſimulandi abſque alia neceſſitate tranſportationis Actorum, vel ap-
20 pellationis à Judicato in Curia Sutrina; quia tunc fortè prævaluiſſet obiectum, quoties directè infringi Marchio procuraſſet eamdem adjudicationem ex capite alicujus nullitatis, vel etiam hujuſcemet inſubſiſtentiæ tituli, ſivè crediti, ex his, quæ habentur in *deciſ.29.n.2.& ſeqq., & dec.55.n.7.& 10. apud Poſth. de ſubhaſt., & in recen. deciſ.347.n.3., & 4. par.2., & deciſ.90.n.27.& ſeq. par.19.*

At cum Acta ipſa regiſtrata in *Summario* Comitiſſæ *Num.6.* exprimant dumtaxat illum vagum titulum = *pro ſorte principali* nullaque alia adeſſent Acta, quam ipſe actus executionis, ut profitetur Notarius, *dicto Summario* Marchionis *Num.2.* ibi = *Hò ritrovato ſolamente l'infraſcritto atto di eſecuzione,* & alioquin titulus de recenti allatus in hodierna propoſitione convincatur, ut diximus, inefficax, eò faciliùs aſſurgit demonſtratio præ-

21 prædictæ cauſæ ſimulandi, qua comperta
non eſt opus appellare à Judicato prorsùs
colluſivo, nè aliàs colluſio ipſa juvaret ſimu-
lantem obſtringendo Creditores ad ingre-
diendam Labyrinthum irritandi adjudica-
tionem per tres conformes, poſteàque ex in-
tegro deveniendi ad hoc alterum Judicium
22 immiſſionis ; jam enim ſuprà demonſtravi-
mus, quod geſta in præjudicium Tertii col-
luſivè habenda ſunt perindè ; ac ſi geſta non
forent, ut pratèr allegatos in §. *Hujuſmodi
namque*, advertunt quoque *Franc. Rocc. de De-
coct. Mercat. not. 24. n. 79.*, *Vargas deciſ. Ara-
gon. 40. ex n. 179. cum plur. ſeq.*, *Cenſal. deciſ. Lu-
cen. 22. n. 40.*, *Rot. in Bononien. Cenſus 6. Apri-
lis 1685. §. fin. cor. bo. me. Florez*; atque ità in fa-
cto neglecta conſimili, ac non minùs ad ocu-
lum colluſiva, ſivè nulla, & contumaciali
adjudicatione, ritè practicatum fuit *in Roma-
na Fideicommiſſi 30. Martii præterlapſi cor. Re-
verendiſs. D. meo Molines Decano*.

Nec ullatenùs, ad ſubſtentandum memo-
ratum titulum adjudicationis ex cauſa ſuc-
ceſſionis in bonis Jo: Baptiſtæ, & Barbaræ,
debilitari merebatur ceſſio litteralis inita, ut
ſuprà, favore Flaminiæ ob conventam ſuc-
ceſſivè ad Inſtrumentum dotale declaratio-
nem, in qua, prævia narrativa, ſeù repetitio-
ne conſucceſſionis Virginiæ in hæreditate
præfatorum Jo: Baptiſtæ, & Barbaræ, ſuper-
adiecerant Partes, ſeù Contrahentes, quod
ex cauſa prædictæ conſucceſſionis teneretur
Flaminia, & Jacobus illius Maritus translata-
rii, & ceſſionarii ergà Virginiam cedentem,
& renunciantem = *Alimentarla per li frutti di
detta porzione, e farla ſervire dalla medema ſo-
lita Servitù di Caſa nella conformità ſarà trat-
tata detta ſua figliola &c.*, ſub ulteriori illa
pactione, quod ubi contigiſſet, eamdem Vir-
giniam cedentem, tuncque temporis Vidui-
lem vitam agentem denuò nubere, eo ſanè
caſu Flaminia filia, ac reſpectivè renuncia-
taria compelleretur ipſi Virginiæ = *Dargli la
legitima, proùt de Iure* = *dicto Summ. Marchio-
nis Num. 1. litt. D.*, quaſi quod ex hac poſte-
riori declaratione conjiceretur, proprieta-
tem prædictæ conſucceſſionis nuſquam exti-
tiſſe ſejunctam ab oſſibus, ſivè Patrimonio
Virginiæ, dum ipſa ſolos fructus, eorumque
fruitionem apud Flaminiam extare quodam-
modò præſupponebat, & *per li frutti* de ſua
paciſcebatur alimonia, ad limites cujuslibet
23 uſusfructus, qui talis non eſſet, niſi proprie-
tas apud alterum verum Dominum præexi-
ſteret, ad mentem *Text. in l. rectè dicimus 25.
ff. de verb. ſignif.*, *Honded. conſ. 18. n. 49. in fin.
lib. 2.*, *Paſtell. exped. 47. n. 58. & 59.*

Placuit enim manifeſta detruſio hujuſce
leviſſimæ objectionis ; Jàm enim Virginia
per ſolemne dotale Inſtrumentum citrà ul-
lam reſtrictionem ceſſerat, transfuſerat, ac
renunciaverat omne Jus, cunctaque bona
promanantia à prænominatis ſucceſſioni-
bus : ideòque quod ſubindè *per i frutti*, vel
ratione fructuum à bonis jàm transfuſis per-
cipiendorum præſtari deberet conventa ali-
monia, minimè valebat efficere, quod per-
fectiſſimè non eſſet translata proprietas, aliàs
quippè nullæ celebrarentur donationes, ſeù
renunciationes ſuaptè natura translativæ
proprietatis, ac uſusfructus ſub aliqua con-
ditione, ſeù (ut dicunt) ſub modo præſtan-
di aliquid annuum, aut vitalitium, contrà
ſuppoſita per *I. C.*, qui præciſè loquitur de
donatione inita ſub correſpectivo onere ali-
mentorum, *in l. 1. C. de donat. quæ ſub mod.*

Addiro etiam ad exuberantiam, quod po-
ſita primordiali, ac indiſputabili transfuſio-
ne tàm proprietatis, quàm uſusfructus in
vim Inſtrumenti Dotalis, quotiès poſtmo-
dùm per viam declarationis in hac parte
non expreſſæ auferremus quidditatem, &
ſubſtantiam ipſius transfuſionis, & Inſtru-
24 menti, non fuiſſet declarare, ſed incontinen-
ti deſtruere, & corrigere, quod non præſu-
mitur, ad *gloſſ. in l. non ad ea 88. verb. præſens
in fin. ff. de condit., & demonſtr.* cum aliis apud
*Barboſ. axiom. 60. n. 7.*

Et eò maximè, quia ſi vera erat regula,
proùt eſt veriſſima, quod una pars cujusli-
bet conventionis alteram declarer, ad *Text.
in l. 1. ff. de reb. dub.*, *cum reliquis vulg.*; certè
quod ubi Virginia ſub eodem Capitulo de-
clarationis divertens ad inopinatum alte-
rum caſum proprii tranſitus ad ſecunda vo-
ta, ſtipulata eſt, ſeù declaravit, quod Co-
niuges ceſſionarii tenerentur = *Dargli la legi-
tima, proùt de Iure*, quævè legitima ſecum
ferret tàm proprietatem, quàm uſumfru-
ctum, pernecesſè à contrario intellexit, pro-
prietatem fuiſſe ceſſam, per regulam, quod
25 exceptio in uno caſu, qui non evenit, de-
clarat, ſeù firmat regulam in contrarium, ad
*Text. in l. quæſitū, §. Deniquè ff. de fund. inſtruct.*
potiſſimè, quoniàm in prædicto caſu unicè
excepto Virginia dotans, ac cedens uſa eſt
illis verbis = *In tal caſo di darli la legitima*, per
que demonſtratur, dominium, & proprie-
26 tatem remanſiſſe translatam, non enim po-
tuiſſent dare ultrà uſumfructum etiam pro-
prietatem ſub legitima occluſam, quotieſ-
cumque antè eventum hujuſce caſus eadem
proprietas non ſtetiſſet penès dare debentes,
ut obſervant *Alciat. conſ. 75. n. 7. lib. 8.*, *Me-
noch. conſ. 232. n. 41.*, *Rot. in Aſten. Iuriſpatro-
natus 9. Februarii proximè præteriti §. Quod
autem, coram Reverendiſſimo D. meo Decano*,
& conſonat traditio *Gloſſæ in l. 1. verb. det,
ff. ſi cui pluſquàm per leg. Falcid.*

Cauſam tàm evidentem concomitaban-
tur pediſſæque conjecturæ, inter quas potiſ-
ſima erat illa, quod fuerat obtentum aſſer-
tum Mandatum adjudicationis in inferiori
Curia Civitatis Sutrinæ, quando ratione
obli-

obligationis Cameralis frequentiùs ſolent
expoſtulari Mandata, & maximè pro ſum-
27 ma tàm conſiderabili, in Tribunali A. C.;
Sed cum in hoc minimè procedatur in con-
tumaciam, ex quo neceſſarium exiſtit inibì
docere de credito, juxtà *notiſſ. Conſtitutionem*
*B. Pii V. la* 113. §. 18. & monet *Capuc. in prax.*
*tom. 2. cap. 12. art. 6. ſub n. 147.*, *Rot. in Urbe-*
*vetana Relevationis Indemnitatis* 20. *Iunii* 1685
§. *Nec turbari valet, coram bo. mem. Paulucio*;
28 profectò, juncta totali indefenſione Cauſæ,
admodùm urgens intrat conjectura colluſio-
nis, ad litteram *Text. in l. ſi Servus plurium* 53.
*§. ſi quis antè, ff. de leg. 1.*, *Natt. conſ. 537. n. 31.*
*verſ probatur quoque*, *Fab. de Anna conſ. 104.*
*num* 10., *Maſtrill. deciſ. 239 ſub num. 5.*, *Rot.*
*deciſ. 525. n. 8. par. 13.*, *deciſ. 264. n. 13. par. 14.*
*& deciſ. 52. n. 17. par. 19. rec.*, *& in Æſina Cen-*
*ſus* 3. *Junii* 1697. §. *fin. coram R. P. D. meo Ca-*
*prara*.

Lucidiùs verò, quia, prætèr neglectam
ab initio omnem quantumvis minimam op-
poſitionem ex parte Jacobi, nulla deinceps
à prædicto Mandato cauſam prorsùs inſub-
ſiſtentem exprimente ob enunciata illa ſola
verba = *pro ſorte principali* = (quandò ad ſum-
mum quæſtio erat non de aliquo credito
pecuniario, ſed de recuperatione ſtabilium
aliàs indebita) noſcitur interpoſita appel-
29 latio, vel recurſus, prout ad eruendam ſi-
mulationem, & colluſionem conjecturarunt
*Amat. Panorm. reſol. 79 n. 25.*, *Caryc. Galeott.*
*contr. 61. n. 41. lib. 1.*, *Maſtrill. dicta deciſ. 239.*
*n. 7.*, *Rot. deciſ. 155. n. 11. par. 19.*, *in Bononien.*
*Bonorum* 11. *Decembris* 1682. §. *Secundò quia*
*in fin cor. bo. me. Emerix Jun.*, *& in Romana*
*Pecuniaria* 16 *Maii* 1698. §. *Et profectò in fin.*
*cor. bo. me. Urſino*.

Ac demùm (cæteris omiſſis) totum iſtud
negocium, ſeù Mandatum de adjudicando
prodiit inter Socrum, & Generum, quodque
plus eſt, Generum tunc penitùs obæratum, ut
advertit *præterita Deciſio ſub* §. *Tantò minùs*,
ideoque vel ex hac ipſa circumſtantia ſcate-
bat evidens colluſio, vel ſaltèm proniùs
30 eruebatur in actu geſto inter Conſangui-
neos, ſeù Affines fortiſſima conjectura ejuſ-
dem ſimulationis, ac colluſionis in ſupplan-
tationem Creditorum, ex his, quæ uno ore
tradiderunt *Decian. conſ. 11. num. 116. lib. 1.*,
*Fab. de Anna d. conſ. 104. num. 11.*, *Menoch. de*
*præſumpt. lib. 5. præſ. 26. num. 11.*, *Rot. deciſ. 13.*
*n. 7. coram Merlin.*, *deciſ. 70. n. 18. cum duob.*
*ſeqq. poſt Salgad. in Labyr. Credit.*, *in Anconita-*
*na Pecuniaria* 15. *Martii* 1697. §. *Nec ad retar-*
*dandam*, *cor. Reverendiſſ. D. meo Decano*, *& in*
*Romana Cenſus* 4. *Iunii ejuſdem Anni*, §. *At*
*Domini*, *coram Me*.

Neque minùs perperàm imminuere fata-
gebant Defenſores Comitiſſæ memoratam
importantiam valoris bonorum apud ipſam
exiſtentium de hæreditate Flaminiæ in dictis
ſcutis 11055. ſub illa alia æquivocatione,
quod loca 21. Montis Communitatis tertiæ
Erect. aſcendentia ad quantitatem ſc. 2200.
extiterint vigore Mandati A. C. tranſportata
in faciem, ſeù creditum Virginiæ Matris:
Siquidem nihil id commune habebat cum
prædicto ſtabilimento ſtatus, ſeù ſummæ
ſcutorum 11055., & de facto nec eadem loca
Montium, nec illorum valor apparebant ul-
latenùs calculata ad conflandam mox enun-
ciatam quantitatem ſcutorum 16734., abſ-
que eo, quod conſequentèr oporteret exa-
31 minare juſtitiam, & cauſam prædicti Man-
dati, per regulam *Text. in l. ejus, qui in Pro-*
*vincia* 41. *ff. ſi cert. pet.* de qua plenè *Rub. de*
*valid. legal. cap. 27. n. 42. cum ſeqq.*

Firma itaque ſemper remanente baſe,
quod D. Comitiſſa detineret (ultrà virilem
ſibi competentem) bona aſcendentia in va-
lore ſcut. 2688. nec non præciſa hæc loca
Montium 27., ad quæ Marchio obtinuerat
immiſſionem, & deſcendendo ad alteram ſe-
cundam exceptionem circà retentiones per
jura, & credita allegata pro parte ipſius Co-
mitiſſæ, ſtatim cecidit illud ſivè jus, ſivè
creditum legitimæ, quod ex perſona Virgi-
niæ Aviæ, & reſpectivè Matris Flaminiæ ſu-
per bonis ejuſdem Flaminiæ deducebatur;
Cùm enim Flaminia deceſſerit relicto poſt
32 ſe Defendio filio, & hærede, non erat am-
pliùs in concurſu deſcendentium diſcurren-
dum de legitima Aſcendentium, ut per
*Text. in* §. 1. *Authent. de hæred. ab inteſt. venien.*
communitèr tradunt *Merlin. de legit. lib. 1.*
*tit. 2. quæſt. 12. n. 12.*, *Gaſpar Manz. eodem tract.*
*quæſt. 2. n. 43.*, *Cyriac. contr. 243. n. 29. cum duo-*
*bus ſeqq.*, *Rot. dec. 326. n. 2. par. 11.*, *& dec. 352.*
*n. 1. par. 12. rec.*

Cecidit pariter pro conſiderabiliori parte
alterum creditum reſidui Dotis, cum ceſſio-
ne jurium ad ſui favorem, ſoluti per Catha-
rinam Mariæ Sorori Flaminiæ; quemadmo-
dum namque Marchio admittebat, medie-
tatem hujus debiti reſpicientis obligatio-
nem Flaminiæ communis Auctricis Jacobi
debitoris, ipſiuſque Catharinæ partiendam
33 eſſe pro rata coæqua, ex indubia propoſi-
tione, quod actiones tàm activæ, quàm paſ-
ſivæ, tamquè debita, quàm credita inter
æquales cohæredes pari proportione divi-
duntur, ad *Text in l. 2. & in l. fin. C. de hæred.*
*action.* cum concord. per *Counciol. de hæred.*
*art. 1. ex n. 557. cum ſeqq.*, *Rot. in Viterbien.*
*Bonorum* 6. *Februarii proximè præteriti* §. *final.*
*in fin. cor. Reverendiſſ. D. meo Decano*.

Ità cum hoc reſiduum non tranſcenderet
ſcuta 711. in totum, & idcircò medietas im-
portàret ſummam ſcutorum dumtaxat 355.
cum dimidio parùm idoneam ad obtegenda
bona, & loca Montium, ut ſuprà, detenta
per eamdem Catharinam Comitiſſam, im-
pugnabat è converſo acritèr, & rectè calcu-
lum,

lum, ſeù ſuperfætationem fructuum, quos
tamquàm conſecutivos ad ſui commodum
Comitiſſa adſcribebat; tùm quia regularitèr
34 dotale privilegium productivum Uſurarum
favore Mariti ſubſtinentis onera Matrimo-
nii non tranſit in ceſſionarium, ad commu-
nitèr receptam Doctrinam *Bald. in rubr. C. de
Vſur. num. 13., Soccin. ſen. conſ. 88. n. 23. lib. 4.,
Menoch. conſ. 703. n. 17. & 18., Surd. conſ. 269.
ex num. 9. cum ſeqq. & de Alim. tit. 1. quæſt. 42.
n. 22. verſ. contraria tamen, Gratian. diſcept. 143.
ex num. 39. cum ſeqq., Fontanell. de pact. nupt.
clauſ. 5. gloſſ. 8. par. 15. num. 34. & 35., Merlin.
de pignor. lib. 3. quæſt. 51. num. 77. & ſeqq., Card.
de Luca* (qui etiam benè diſtinguit) *de Dot.
diſc. 123. num. 10. & diſc. 161. ſub num. 37., Rot.
coram Seraphin. deciſ. 517. num. 1. cum 2. ſeqq.,
& deciſ. 182. ex n. 11. uſque ad fin. par. 4 tom. 2.
recent.*

Tùm etiam, quia cùm eadem Comitiſſa
unà cum Viro in abundantiori quantitate,
& importantia poſſederint bona Flaminiæ
debitricis prædicti reſidui Dotalis, hæcque
bona forent fructifera, omnis æquitas, & ra-
35 tio expoſtulabat, nè poſſet hujuſcemodi
fructus Dotales, etiam in ſe transfuſos, ac
legitimos, pro dimiſſione prædicti reſidui
prætendere, ſed eos compenſare teneretur
cum fructibus perceptis ex effectibus illius,
cujus gratia ſolutionem iniverat, ex firma-
tis per *Cenc. de Cenſ. quæſt. 107. n. 13. & ſeqq.,
& n. 29., Card. de Luc. de Vſur. diſc. 9. n. 4.
& 5., Modern. Novarien. de Compenſ. cap. 2.
quæſt. 18. ex n. 15.*

Et ob id pariformitèr, ſcillcet ex eadem
paulò ſuperiùs inſinuata ratione coæqualis
paſſivæ obligationis bæreditariæ, non diffi-
tebatur quoque Matchio bonificare Comi-
tiſſæ ratam, ſivè medietatem ſcutorum 200.
quæ in effectu exburſaſſe demonſtrabat pro
fundatione, ſeù dotatione cujuſdam Canoni-
catus per Flaminiam in ejus Teſtamento or-
dinata; Verùm fortitèr, & juſtè impugna-
bat partitam, ſeù creditum ſcutorum 1680.
quæ ad ſui paritèr tuitionem numerabat Ca-
tharina pro totidem, ut ſupponebat, ſibi
ſolvendis, veluti debitis Virginiæ Aviæ,
ejuſque inſimul Auctrici vigore Capitulo-
rum Matrimonialium, ſeù dotalis Inſtru-
menti, in quo prædicta Virginia, quatenùs
à Domo Flaminiæ filiæ, & Jacobi Generi di-
verteret, loco alimentorum pepigerat ſibi
ſubminiſtrari menſtrua ſcuta decem, ſeù,
quod idem eſt, annua ſcuta 120 *dicto Summa-
rio* Marchionis *n. 1. litt. D.*, Undè cùm per
Teſtes deſuper inductos oſtenderet Cathari-
na, ab Anno 1677. uſque ad Annum 1678.
ſe ſe Virginiam contuliſſe ad Terram Ron-
cilionis, ibiquè demùm extremum clauſiſſe
36 diem, profectò commiſſa ad favorem Vir-
giniæ, & Comitiſſæ ejus hæredis dici mere-
retur ſtipulatio, ad *Text. in l. quotiès 59. l. ſi ità
quis 63. l. ſtipulationes 72. §. ſi quis ità, & l. à Ti-
tio 108. ff. de verb. oblig.* cum reliquis apud
*Iul. Capon. de pact. & ſtipul. diſp. 8. ex n. 2. cum
ſeqq., Rot. deciſ. 246. n. 1. par. 6. rec., dec. 369.
n. 7. coram Bich. & deciſ. 92. num. 1. & 2. coram
Card. Cerr.*

Arriſit quippe Dominis multiplex pro
parte Marchionis exhibita replicatio; Et pri-
mò, quod non propterea, quia Virginia per
undecim circitèr Annos traxit incolatum in
Terra Roncilionis alia declaratione, vel in-
terpellatione non facta, ſolidè cenſeri pote-
rat, ſivè in rei veritate commiſſa ſtipulatio;
dum enim per alios Teſtes per ipſammet
Comitiſſam in Actis productos apparebat,
quod etsi Virginia habitationis lares tran-
ſtulerit ad Terram Roncilionis, nihilomi-
nùs ut plurimùm cobabitavit, ac convixit
cum Flaminia filia, & gravata onere præ-
ſtandi alimoniam ipſi Virginiæ, quodque
idcircò frequentiſſimè eadem Flaminia ad
Terram prædictam accedebat, *Summar. Reſ-
ponſionis* D. Marchionis *num. unic.*, utique non
valebat reputari purificata qualitas, ſeù
conditio menſtruæ, ſivè annuæ præſtationis,
ut ſuprà, ea namque legebatur concepta per
illa verba = *in caſo, che per alcun diſguſto, ò pur
eſſo non voleſſe ſtare più in Caſa di detti Signo-
ri &c. promette d'adeſſo anticipotamente ſcudi
dieci il meſe, e l'abitazione della Caſa di Ronci-
glione gratis &c.* proindeque ex hac ſola in-
terpolata, ac minimè continua ſeparatione
Phyſicæ habitationis nullatenùs poterat in-
ferri ad diverſiouem moralem, ſeù Oecono-
micam, præcipuè ad effectum committendæ
ſtipulationis, quæ reſtringebatur ad caſum =
*per alcun diſguſto, ò pur eſſa non voleſſe*, ex ſolo
37 namque facto undequaque tacito, & ambi-
guo, ac pluriès interrupto nequibat explica-
ta remanere illa voluntas, quæ ſtipulationi
viam aperiebat, ad *Text. in l. non hoc, C. undè
legit., Rot. deciſ. 620. n. 5. par. 4. tom. 3. rec., &
deciſ. 392. n. 6. & 7. par. 18.*

Secundò certiùs, quia Virginia per prædi-
ctum intervallum undecim Annorum nun-
quam conquæſta eſt, ſeù reclamavit, quod-
que plus erat, teſtando reliquerat Jacobo
38 Genero, ac debitori, ſeù promiſſori ſcuta
centum abſque ulla prorsùs mentione huju-
ſce actionis, vel crediti; ideoque nimiùm
ſtringebat præſumptio, quod eadem Virgi-
nia Teſtatrix remanſiſſet abundè, vel per
alimenta effectiva, vel per confidentialem
ſubminiſtrationem conventæ menſtrualita-
tis ſatisfacta, ut in propoſito obſervarunt
*Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. item reſcriptum
ex n. 66. cum ſeqq. ff. de liber. agnoſc., Alciat.
conſ. 60. num. 4. lib. 6., Corn. conſ. 113. ſub n. 3.
vol. 1., Maſcard. de prob. concluſ. 77. n. 8., Surd.
de Alim. tit. 6. quæſt. 23. n. 9. & 10., Rot. cor.
Gregor. deciſ. 250. num. 1. & 2.* eoque magis,
quia ubi etiam exhibitio alimentorum, ſivè
men-

Digitized by Google

menſtrualitatis non proceſſiſſet confidentialiter, ſed mediantibus opportunis receptis,
39 hæ non poterant afferri per Marchionem tertium Creditorem, veluti ſemper extantes apud Debitorem, qualis erat Jacobus Pater, & Flaminia Mater Catharinæ, quemadmodùm aliàs dixit *Rot. deciſ. 788. n. 14 par. 1. diverſ.*, & *coram Gregor. dec. 195. n. 13.*, *Peutinger. deciſ. 319. n. 8.*, *Priol. dec. 18. n. 18.*, & *in rec. deciſ. 56. n. 5. par. 15.*

Tertiò tandem, quià ſi (ut jam demonſtravimus) ipſamet Virginia ad veriſimilitèr cooperienda bona adversùs Creditores Jacobi Generi contendit reportare Mandatum adjudicationis pro titulo, & cauſa penitùs ideali, vel ſaltèm etiam hodiè inefficaci, nempè ſucceſſionis in hæreditate Jo: Baptiſtæ, ac Barbaræ, profectò lubentiùs, & ju-
40 ſtiùs inſtetiſſet pro credito hujus menſtruæ præſtationis, ut monet ad rem *I.C. in l. ſi quis fortè §. 1. ff. de pœn.* & benè comprobant *Noguerol. alleg. 26. n. 124.*, *Cresp. de Valdaur. obſer. 23. n. 24. & 25.*, *Rot. cor. Gregor. dec. 521. n. 1. & dec. 59. n. 8. par. 13. rec. & in Romana, ſeù Veliterna Mutui 26. Aprilis 1697. §. Eòque validiùs, cor. Me.*

Non diſſimilis penitùs irrelevantiæ detecta eſt repetitio illius prætenſionis conſiſtentis ſuper augumento ſc. 4000., quod Jacobus Comitiſſæ Pater, & debitor Marchionis præcedentèr expromiſerat in Capitulis Matrimonialibus favore Flaminiæ, ejuſque filiorum naſciturorum, undè per mortem civilem ejuſdem Jacobi à paſſa decoctione reſultantem Comitiſſa filia valeret fermè totalitèr ex hoc credito obtegere tàm controverſa loca Montium, quàm importantiam bonorum ſuprà ſuam virilem apud ipſam exiſtentium: Satiùs enim Domini duxerunt circà hoc inhærere reſponſioni attributæ *in præterita Deciſione bo. me. Emerix §. penult.* quoniàm reverà prædicta mors civilis ſubſtan-
41 tialitèr, & ad plures effectus differt à vera, & naturali, cùm decoctio. ſeù vergentia Debitoris ad inopiam præbeat quidèm anſam aſſecurationi, ſed non veræ, & effectivæ reſtitutioni, ſeù ſolutioni dilatæ (proùt hìc) ad obitum promittentis, ſicuti benè tradunt *Hering. de fidejuſſ. cap. 5. n. 45. & ſeqq.*, *Salgad. in Labyr. Credit. par. 1. cap. 8. n. 31. cum ſeqq.*, *Olea de ceſſ. jur. tit. 4. quæſt. 2. n. 31. & ſeqq.*, *Rot. deciſ. 102. n. 4. cum tribus ſeqq. poſt Zacch. de oblig. Camer.*, & *cor. Cavaler. deciſ. 654. ex n. 3. uſquè ad fin.*, *Merlin. deciſ. 387. n. 4. & 5.*, *Bich. dec. 492. n. 29.*, & *dec. 272. n. 16. cum duobus ſeqq. cor. Card. Cerr.*

Et conſequentèr cùm ſimplex aſſecuratio
42 ſecum non attrahat antè diem jus percipiendi fructus, ſed hi remaneant in perſona actualis Debitoris commodo Creditorum, excepto in ſuis terminis caſu alimentorum interim pro ſua ſubſtentatione retinendorum, ab Uxore aſſecurata, quemadmodum proſequuntur *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gl. ſſ. 2. par 3. num. 50.*, *Olea de ceſſ. jur. tit 3. quæſt. 7. num. 21.*, *Rot. deciſ. 708. num. 1. & 2. coram Dunoz. iun.*; hinc idem Jus, ſeù commoditas percipiendi fructus remanens extrà caſum, & obligationem præſtandi alimenta Catharinæ filiæ ſufficientèr nuptæ, & dotatæ in perſona Jacobi, rectè valuit per Marchionem obtineri per Immiſſionem in Salviano durante vita ſui Debitoris, & non advento adhùc caſu, ſivè die conventæ ſolutionis fa-
43 vore ejuſdem Catharinæ; Salvianum ſiquidem nihil adamuſſim detrahit à proprietate, ſed reſpicit dumtaxat nudam commoditatem percipiendi fructus, ad quos dirigitur de ſui mèt eſſentia, & forma præciſa, ut conſtat ex *deciſ. 723. num. 15. & deciſ. 915. n. 2. cor. Seraphin.*, & *in rec. deciſ. 161. num 3. & n. 14. par. 6.*, & *deciſ. 179. num. 13. par. 7.*, & alibi milliès.

Retentaque firmitate hujus reflexionis, quod Salvianum nihil detrahit de proprietate, ac formali jure bonorum, facilè Domini tranſierunt ſuper aſperitate oppoſitæ diſpoſitionis Fœlicis Cribellæ, quæ cùm decedendo uſquè de Anno 16.7. ſuos hæredes inſtituiſſet memoratum Jacobum unà cum Franciſco illius Germano fratre ſub duplicato gravamine, fideicommiſſi ſcilicèt, ac multiplici fructuum hæreditatis ſuæ per ſeptennium, Catharina idcirco nedùm prætendebat ex capite fideicommiſſi ad ſui beneficium purificandi, nec non multiplici penitùs neglecti, verùm quoquè ob alienationem nonnullorum locorum Montium conabatur poſſe retinere prædicta bona ſuperexcedentia ſuam ratam; cùm enim Jacobus in hac parte effectus communis Debitor in hæreditate Fœlicis ſe ſe immiſcuerit de Anno 1658, Cambium verò contractum à Marchione creatum appareret de Anno 1667., utique locum ſibi vindicabat ad reſtaurum Catharinæ anterior tacita hypotheca, quæ
44 per providentiam legis exoritur in bonis gravati dolosè alienantis effectus fideicommiſſarios; non jam à die ſecutæ alienationis, ſed ab ipſo momento aditæ hæreditatis, & appræhenſæ adminiſtrationis, ſeù poſſeſſionis ejuſdem fideicommiſſi, juxtà ſententiam, de qua *Joſ. de Roſa conſul. 24. num. 10. & ſeqq. & n. 17. & conſult. 33. num 23. & 24.*, *Caſtald. conſult. 13. ex n. 5.* & ſignantèr *n. 12.*, *Urceol. de tranſact. quæſt. 65. num. 8. cum duob. ſeqq.*, *Epiſc. Rocca ſel. ct. diſp. Jur. cap. 53. n. 5. 6. & 7.*, *Card. de Luca de fideic. diſc. 169. ſub n. 5. verſ. atque in noſtris terminis*, *Rot. deciſ. 477. ex n. 12. uſque ad fin. coram Card. Cerr.*, & *deciſ. 170. num. 9. par. 18. rec.*, & *in Romana Suppoſitionis 21. Iunii 1697. §. penult. coram bo. mem. Urſino.*

Reſponſum namquè conſimilitèr, & benè fuit,

fuit, quod, quidquid eſſet de vocatione Ca-
tharinæ in ordine ad fideicommiſſum in-
junctum à Fœlice, ejus ſanè exiſtentia non
poterat haſtenùs ullum producere effectum
præjudicialem Immiſſioni reportatæ per
Marchionem, non ſolùm quia adhùc vi-
vebat tàm Jacobus Pater, quàm Franciſcus
Catharinæ Patruus, incertumque erat, utrùm
Comitiſſa Catharina, ejuſque filii ſupervi-
xiſſent utrique, proùt neceſſe eſt ad finem
opponendi hìc, & nunc adversùs certum, &
liquidum Creditorem; Sed etiam, quia reſ-
pectu omiſſi multiplici oportuiſſet edocere
de ſtatu Fœlicis & ad quanti poſſet aſcen-
dere valor multiplici non facti pro ſola virili
Jacobi, præciſivè à portione, & obligatio-
ne Franciſci, idque nec etiam ſatis erat, niſi
copulativè oſtenderetur, importantiam
ejuſdem multiplici, unà cum aſſ. alienatio-
nibus Locorum Montium, de quibus proxi-
mè, tranſcendere importantiam bonorum,
quæ in proprietate pro ſui ſecuritate jàm in
omnem caſum detinebat Catharina, ad hoc,
nè interim ipſa impedire valeret Marchioni
prædictam commoditatem percipiendi fru-
ctus antè caſum apertæ ſubſtitutionis, quod-
que ulteriùs ineſcuſabilis, & omnino cul-
poſa foret negligentia multiplici non facti,
quodque in Jure procederet illa ſuperindu-
ctio tacitæ legalis hypothecæ favore voca-
torum, quæ non ſinè maxima pugna, &
contradictione vix conceditur in caſu non
jam ſimplicis omiſſionis, ſed effectivæ, &
45 undequaque doloſæ diſſipationis, & com-
miſſionis, ex quo non deſunt, qui etiam in
hoc poſtremo caſu denegaverunt ortum hy-
pothecæ, ut videre eſt apud *Andr. Genſal.
conſ.2.num.7, Merlin.de pignor lib.3.quæſt.3.
per tot., Caren. reſol.167. num.23., Franciſc.
Palm.conſult.70.per tot., de Marin.ad Revert.
decif.270.ex num.3.ad fin., Andreol.contr.92.
per tot., Modern. Lucen. conſult.246. ex n.9.
uſquè ad fin.*

Quamobrèm cùm omnia hæc eſſent mul-
tipliciter in facto, ac in Jure improbata, &
involuta, nequibat Comitiſſa ullo modo
ſub hoc Clypeo præfata excedentia bona,
46 ſivè illorum fructus tutari, ſeù communire,
iſtud namque præ cæteris eſt privilegium
Immiſſionis efflagitatæ per certum, & para-
tum Creditorem, ut ad illius retardationem
non admittantur exceptiones altiorem præ-
ſeferentes indaginem, ſicuti teſtatur *Surd.
conſ.4.n.36., Cirocc.diſcept.37.n.42., Rot.de-
ciſ.23.n.4.& dec.107.n.2.apud Pacific.de Salv.
Interd.,& in rec.dec.559.n.7.par.1.,& dec.383.
n.10.& 11.par.19.*

Atque hæc faciliùs aptabantur aſſ. aliena-
tionibus Locorum Montium; ultrà enim
præmiſſas ponderationes, particularitèr cor-
ruebat dolus, qui eſt unica baſis hujuſcè ta-
citæ legalis hypothecæ, nàm Loca Montium,
quæ dicebantur alienata, ſolemnitèr diſtra-
cta reperiebantur prævia interpoſitione Ju-
dicialis authoritatis citato Actore ad lites
deputato ipſi Catharinæ tunc in pupillari
ætate conſtitutæ, ſub ulteriori ab Judice de-
mandata ſubrogatione cujuſdam Viridarii
47 cum Domunculis annexis in Regione
Transtyberim, undè nulla actio poterat ipſi
Catharinæ competere, quàm adversùs bona
ſubrogata, in quæ vinculum ablatum à Lo-
cis Montium transfertur, ut probat *Cyriac.
contr.303.n.35.cum duob.ſeqq., Molin. de Pri-
mog.lib.4. cap.4.n.47.in fin. verſ.Si verò facul-
tas, Rot dec.175.n.10. cor.Bich., & dec.226.
n.15.par.16.rec.*

Nil officiente, ſi ex poſt idem Jacobus de
Anno 1684. ſub falſa (ut prætendebatur)
aſſertione omnimodæ libertatis præfatas Do-
munculas cum Viridario dederit in ſolu-
tum Carolo, aliiſque fratribus de Vecchiis;
Quia non idcircò per hoc factum poſterius
credito Marchionis poterat ei illatum eſſe
præjudicium, & reſpectivè liberari Catha-
rina à recuperatione rei etiam malè diſtra-
ctæ, dum, ut præmiſimus, vinculum fidei-
commiſſi jàm legitimè deletum erat à Locis
Montium, & transfuſum in Viridarium, &
Domunculas: Et in omnem caſum ſemper
innegabilis videbatur ceſſatio doli in primo
actu alienationis Locorum Montium, quia
in rei veritate præceſſerat ſubrogatio, &
donec appareat de illius viribus, ejuſque
48 reciſſione, urget tùm præſumptio pro De-
creto Judicis, tùm illa altera pro eſcluſione
doli, qui ſemper deficit, ubi actus non clàm,
49 & propria authoritate, ſed authore Prætore
celebratur, quemadmodùm in propoſito
primæ concluſionis inquit *Rot.cor Seraphin.
deciſ.1415.num.5., & coram Buratt.deciſ.538.
num.3., & in rec.dec 648.n.1.in fin.par.1., &
deciſ.708.n.10.par.18.* & in terminis ſecundæ
*Gratian.diſcept.555.num.15., Rot.cor.Mantic.
deciſ.151.n.7., Buratt.deciſ.182.n.23., Bich.
deciſ.55. n.9. & 10., & deciſ.375. n.3. & 4.
par.16.rec.*

Poſtremo ad retardandam immiſſionem
parum idoneæ repertæ ſunt plures aliæ præ-
tenſiones cumulatæ per Comitiſſam, quia
vel tamquàm interverſæ per palpabiles reſ-
ponſiones Marchionis, & ſinè replicatione
relictæ per Comitiſſam, præfulxerunt Do-
minis inanes, vel ad omne pejus non aptæ
ad arcendam immiſſionem ex privilegio,
naturaque ejuſdem celeris Judicii, ex *Au-
thoritatibus* ſuprà allegatis: Solumque ſpe-
cificè inter has prætenſiones malè fundatas
reſpondentes ad quamdam aliam alienatio-
nem duorum Locorum Montium hæredita-
tis Flaminiæ, agnoverunt, quod in præce-
dentibus propoſitionibus Catharina exage-
rabat, deficere non duo dumtaxat, ſed octo
Loca Montium diſtracta per Jacobum, &

tamen

tamen Marchio, licet tertius, & non informatus, hodie patefaciebat, extare penes Catharinam loca quinque, & 87. centeſ. Montis S. Petri primæ Erectionis ad unguem provenientia ex eiſdem Locis Montium hæreditariis, ſive dotalibus Flaminiæ, proindeque ſi quid deeſſet integritati octo Locorum Montium, de facili proveniebat, aut
50 provenire poterat ex inconſtanti extrinſeco valore Locorum Montium, quodque magis eſt ab ipſa extractione per ſupremum Principem legitime facta reſpective ad valorem, & importantiam novi inveſtimenti in aliam ſpeciem Locorum Montium, ſicuti in praxi notorium eſt, & innuit *Card. de Luca in eius poſthum. tract. de Locis Mont. cap. 4. num. 36.*

Et ita poſt quartam, ut diximus, hujus Cauſæ repropoſitionem Domini, quibus per octo dies ante (ut exigebat tantarum rerum involucrum) communicata fuerunt Iura, & Informationes utriuſque Partis, reſponderunt &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

PRima Deciſio, quæ prodiit in hac admodum intricata Cauſa, habetur *inter impreſſas coram Emerix Iun. la* 1310.; præſens vero eſt illius confirmatoria poſt quartam propoſitionem, ſemperque dilatam reſolutionem, unde tandem Ego tamquam Ponens Defenſoribus injunxi, quod ad finem recognoſcendi ſingula capita, quæ ad modum Hydræ pullulabant in hac controverſia, communicarent ad invicem Scripturas, & jura propriæ defenſionis per octo dies ante, quia de reliquo (citra aſſentationem) ſingularis eſt ſtylus Sacræ Rotæ Romanæ, quod Domini ſuffragium præbere debentes ſub eadem die uſque in octo, & pluribus Cauſis a duobus ante diebus prorſus ignoratis cum impedimento conſumandi unam diem in informationibus in voce, & diſtractione audiendi etiam Pricipales litigantes, plerumque Nobiles, vel Magnatitiæ, & Cardinalitiæ dignitatis, præter cætera munia, quæ occupant, & a quibus occupantur in Pontificia Cappella, tempus adinveniant firmandi in ſingulis earumdem Cauſarum ſtabile judicium, illudque in ſcriptis cum remotione obiectorum tradere ſequenti die Ponenti, quando in Rotali conſeſſu oretenus per plures horas negocia diſcutiuntur.

Redeundo autem ad præſentem Deciſionem, poſtquam eamdem Partibus legitime communicaveram ad effectum, ut præſertim Pars devicta poſſet obiectare quidquid ei videtur magis opportunum pro obtinenda nova Audientia, facto, ut mos eſt, pro expeditione, ſeu prolatione Sententiæ per Me verbo in Rota *diei 18. Decembris eiuſdem Anni 1699.* reſcriptum fuit, *Expediatur*; ſerme vero poſt biennium inſurgentes Fratres de Pichinis prætendebant decretam expeditionem evitare, ſed illis auditis ſub die 15. *Martii* 1700. & præcognito, quod in ſubſtantia iidem Fratres intendebant venire ad Cauſam tamquam Tertii nullatenus alterutri Parti adhærentes, ſed tamquam excluſuri utrumque collitigantem, hinc denuo reſcriptum fuit - *In decretis extenſa brevi Deciſione*, tamquam reddituræ rationem, quare non fuerint admiſſi ad retardandam eamdem expeditionem, quæ brevis *Deciſio* ſuo loco, & tempore opportuno alibi regiſtrabitur: Sed poſtea negocium terminavit, & amplius actum non audivi de hac Cauſa.

In hac Deciſione plures contigerunt articuli; ſuper quibus haud difficile foret aliquas ſuperextendere Annotationes, & Additiones; ſed quia Deciſio præ multitudine objectorum, eorumque examine non parvam ſibi promeruit extenſionem, ſupplebo in aliis Deciſionibus, & Additionibus, tantummodo duo delibans, quæ erant principalia capita diſceptationis: ſuper primo concernente conſuetam altercationem, an, & quando filii in conditione poſiti cenſendi veniant diſpoſitive vocati, ad celebrem *gloſſ. in l. Lucius Titius 85. ff. de hæred. inſtituend.* parum credidi annotandum, quia nil magis frequens sudatur, & legitur in Foro, & ipſe Ego plures ſucceſſivis temporibus edidi *Deciſiones*, in quarum calce quidquid præcipuum occurrat indicare non detrectabo, ſolumque recenſere cogitavi quædam præ cæteris Reſponſa pro veritate enucleata, alterum ſub Anno 1679. in una *Florentina Donationis*, cujus tenor ſic inchoabat.

Retexere ea, quę in hac Cauſa per primi nominis II. CC. tradita, & exarata fuere, ſupervacaneum, & grave opus exiſtimo, ideoque ſtricte, & reſolutive meum licet debile judicium proferendo, tota vis, ut agnoſco, ac cardo controverſię conſiſtit in indagando, utrum bo. mem. Catharina de Sitiis donare voluerit controverſa bona Ioanni fratri, eiuſque filiis per viam veri, ac poſitivi fideicommiſſi, ſive potius, ex quo dignoſcitur, pręfatum Ioannem Donatarium ſtipulatum fuiſſe pro ſe, & hæredibus, hodie nequeant eadem bona alio jure, quam hęreditario a filia memorati Ioannis pretendi, & obtineri; licet enim hujuſmodi difficultas duplici medio, ſeu fundamento diſpungi poſſe videatur, primo ſcilicet examinando, an filii prædicti Joannis in conditione poſiti cenſeri debeant vocati: Et ſecundo, an ſtipulatio concepta *pro hæredibus* capienda ſit pro hæredibus extraneis, ſive dumtaxat ſanguinis, nihilominus hujuſmodi inſpectiones apud *Doctores* adeo ſunt in propoſito inter ſe commixtæ, & implicatæ, ut prima trahere poſſit ſecundam, pro-

indeque oportet pro meo judicio diſcutere,
utrum enunciata ſtipulatio, *pro hæredibus*,
juncta cum aliis Clauſulis denotantibus li-
bertatem, deſtruat conjecturas diſpoſitivæ
vocationis ex hac parte militantes, ſive po-
tius ab iſtis, tanquam fortioribus, eadem
ſtipulatio vincatur, vel reducatur ad con-
cordiam, utque in hac re melius veritas elu-
ceſcat, ante omnia ſiſtendum venit in obje-
51 ctis, juxta illud Adagium - *ferro viam ape-
rit, qui per contraria tranſit*, de quo ad rem
noſtram præmonuit *Soccin. Sen. conſ.150. n.1.
vol.1. Rota Ianuen. dec.14. n.113. verſ. quia
ferro, Ciarlin. contr.37. num.12.*

Et quidem cum verſemur in materia de
ſui natura indifferenti, quoties nomen hæ-
redis apparet expreſſum, negari profecto ne-
52 quit, quod regulariter illorum appellatio-
ne compræhendantur quicumque extranei,
quodque Donatarius in his terminis valeat
ad ſui libitum de re donata diſponere, ex
plene firmatis per *Peregrin. de fideic. art.32.
n.30., Mantic. de conject. lib.8. tit.14. num.2.
Fuſar. de ſubſtit. quæſt.339. nu.1. & n.2. verſ.
Ego puto, Caſtill. contr. Iur. lib.5. cap.96. nu.1.
R.P.D. meus de* Luca *lib.10. de fideic. diſc.145.
num.2. & ſeq.*

Fortius vero in præſenti, ubi donatio non
reperitur concepta ad favorem Ioannis, ejuſ-
que filiorum, & hæredum, ſed facta eſt Ioan-
53 ni ſtipulanti *pro ſe, & hæredibus*, quo caſu
cum conditio *ſi ſine filiis* non poſſit concur-
rere, tanquam debilior, cum expreſſa diſpo-
ſitione *pro hæredibus*, qualitatem hæredita-
riam indubitanter exquiri voluerunt egre-
gie diſtinguendo *Cravett. conſ.288. n.3. verſ.
& in hoc tertio conſidero, Caren. reſol.147. n.
24 Ludovic. Bell. conſ.118. n.7. cum ſeq., Surd.
dec 322. num 68. & ſeq., Tondut. reſol. Civil.
par.1. cap.55. ex num.10. cum ſeqq., R. P. D.
meus de* Luca *de Donat. diſc.1. num.11. & 12.,
Rot. dec.13. num.10. par.10., & deciſ.529. n.1.
& ſeq. par.14. Celſ. deciſ.145. ex n.20. cum
ſequen.*

Accedente præſertim Clauſula *ad habendū*,
quę cum juxta ſolitum formularium exten-
ſa præſeferat libertatem alienandi, eo ma-
54 gis efficit, quod conceſſio etiam in materia
differenti, & emphyteutica ad extraneos
quoque protendatur, ut per *Rot. dec.86. n.6.
par.4. tom.2. rec., & dec.452. n.4. par.9.* cum
aliis nuper cumulatis *in* Romana *devolutionis
Domus 15. Ianuarii 1672. §. Conſiderabant in-
ſuper, cor.* Reverendiſſimo *Matthejo*, & in pro-
poſito noſtro perpendunt *Ruin. conſ.113. n.2.
lib.1., Grat. conſ.98. n.68. lib.1., Rota coram
Merlin. dec.503. n.10., & in Civitatis Caſtelli
bonorum 22. Iunii 1671. coram Reverendiſſimo
Albergato Decano.*

Verum licet iſta aliqualem vim facere vi-
deantur, nihilominus filios Ioannis vocatos
eſſe, & fideicommiſſum extare dubio procul
exiſtimo, ponderando, quod cum tot in præ-
ſenti caſu concurrant circumſtantiæ, & con-
jecturæ, quoties non adeſſet d. ſtipulatio *pro
hæredibus*, ambigi non poſſet de præfata vo-
catione, proindeque præſuppoſito, quod,
55 ex infra deducendis, Donatrix voluerit fi-
lios vocare diſpoſitive, ac conſtituere fidei-
commiſſum, perneceſſe ſequitur, quod præ-
fata Clauſula intelligenda venit pro hæredi-
bus ſanguinis, ad *Text. in l. ex facto, §. fin. ff.
ad Trebellian., Franc. dec.153., Fuſar. qu.339.
nu.6. & per tot., R.P.D. meus de Luca lib.10.
de fideic. diſc.145. nu.5.* & in puncto reſpon-
dit Rot. *in celebri Bonon. fideicom. de Gozzadi-
nis* 27. *Aprilis* 1674. §. *Neque in concurſu, co-
ram R.P.D. Calataiu*, & ſcribens in eadem
Cauſa R.*P.D. meus de Luca in ſupplem. par.3.
tit. de fideic. diſc.220. n.19.*

Idque rationem habet manifeſtam: quan-
do enim ex aliis Inſtrumenti, vel Teſtamen-
ti partibus dignoſcitur, quod (ut oſtende-
mus) Donator, vel Teſtator habuit inten-
56 tionem fideicommittendi, ſtipulatio *pro
hæredibus* deficiente verbo *quibuſcumque* ni-
mium de facili compatitur cum ipſis filiis in
conditione poſitis, & vocatis, videlicet tam-
quam hæredibus ſanguinis, ut reſpondendo
ad *dec. Celſ.145.* aliaſque allegatas dixit *Rota
in eadem Bonon. Fideicommiſſi de Gozzadinis ubi
ſupra, R.P.D. meus de Luca d. diſc.220. n.19.
par.3. in ſupplem. & in Firmana Fideicom. de
Naligucrra* impreſſa *dec.67. n.8. par.13.* ubi
ſignanter advertitur, quod cum prohibita
fuerit, ut in caſu noſtro, alienatio, impoſſi-
bile eſt, nomine *hæredum* amplecti extraneos
hæredes, qui non poſſunt alienata revocare.

Atque hinc apertiſſime corruit vis, & ef-
57 ficacia Clauſulæ *ad habendum*, non ſolum,
quia illa cenſetur appoſita de conſueto ſtylo
Notariorum, ut ait *Rot. dec.211. n.11. & 12.
58 cum ſeqq. par.6. rec.* ſed etiam, quia intelli-
gitur ſecundum ſubjectam materiam, nem-
pe cum onere fideicommiſſi, ut in fortiori-
59 bus de verbo, *libere, & pleno Iure, Gozza-
din. conſ.58. num.22., Rot. cor. Seraphin. dec.
576. n.4. & cor. Millin. dec.3. num.7. Coccin.
dec.1788. n.78. & deciſ.182. num.12 par.10.
rec. in d. Bononien. Fideicommiſſi de Gozzadinis
in d. §. Neque in concurſu. verſ. quamvis ſub-
ſequantur Clauſula*, & proſequitur *d. dec.211.
n.8. & 9. par.6. rec.*

Facilius autem, quia ſummopere ponde-
randum credo, quod enunciata ſtipulatio
*per ſe, e ſuoi heredi* legitur incontinenti jun-
cta, & roborata - *e per gl'altri appreſſo da no-
minarſi*; ac propterea dum ſucceſſive fuerunt
nominati filii, illique ex plurimis urgenti-
bus conjecturis vocati, præfata verba non
poſſunt ſiſtere in nuda interpretatione verbi
*hæredum*, ſed diſpungendum eſt, an filii ſuc-
ceſſive nominati, fuerint etiam vocati, dicta
60 enim verba - *come appreſſo* - temperant, ac-
re-

Digitized by Google

reſtringunt generalitatem ſuperioris diſpoſitionis, ex *Bald. in conſ.*468. *nu.*2. *verſ. item. Pariſ. conſ.*93. *n.*24. *lib* 1. *Rot. dec.*369. *n.*15. *& dec.*438. *n.*18. *par.*4. *tom.*2. *rec.*

Deveniendo igitur ad examen, an filii, de quibus agitur, in conditione poſiti, dici revera mereantur vocati, nuſquam pro mea debili experientia vidi caſum magis ſuffultum conjecturis pro vocatione, ſed eas iterum repetere ſupervacaneum exiſtimo, cum illas egregie, & per extenſum adnotaverit R.P.D. *Panciaticus*, aliique Scribentes in hac Cauſa.

Maxime, quia licet ex malo forſan intellectu *gloſ. in l. Lucinus la ſeconda ff. de hæred. inſtit.* communior opinio prævaluerit in Foro pro excluſione vocationis, adhuc tamen temperanda nimium venit hujuſmodi ſen-
61 tentia, tamquam naturali diſcurſui repugnans; Si enim Donans, vel Teſtator in caſu, quo Donatarius, vel hæres decedat ſine liberis, voluit, illum eſſe gravatum ad favorem extranei ſubſtituti, adeout in illius prajudicium neque unum obolum poſſit diſtrahere, quænam ratio expoſtulat, ut decedendo cum liberis magis charis, & dilectis Donatori, reponatur in libito hæredis totum Aſſem diſtrahere, filioſque reducere ad mendicitatem, prout hujuſmodi propoſitionem reponendo inter irrationabilitates *Scribentiū*, & *Doctorum* optime recenſuit R.P.D. *meus de Luca in Conflict. leg. & ration. obſer.*91. & exclamat in propoſito *Capyc. Latr. dec* 1. *n.*25. *verſ. quid enim operari debet hæc prohibitio*.

Atque inde moti plures Statuentes de facto determinarunt in hac præciſa queſtione, filios in conditione poſitos cenſeri debere vocatos, nullumque extat Statutum diſponens in contrarium, ſignum evidens, quod præfata adverſans opinio repugnat ſenſui legis,
62 & rationis, ideoq; hujuſmodi Statuta apud *Doctores* conſiderantur æqua, & favorabilia, non autem (ut cętera) dura, & exorbitantia, ut in terminis *Statuti Urbis cap.*142. tradit R.P.D. *meus de Luca diſc.*74. *num.*10. & *diſc.*75. *n.*5. *de fideic.* & de conſuetudine Veneta, & Statuto Brixien. *Mant. de conject. lib.* 11. *tit* 2. *n.*2. & 18. *Peregrin. de fideic. art.*28. *n.*2. *Fuſar. quæſt.*437. *n.*4. cum aliis per eundem R.P.D. *de Luca diſc.*221. *par.*3. *in ſupplem. tit. de fideic.*

Cęterum, ne videar ſicco nimium pede tranſire, primo loco apud Me maximi exiſtit roboris, & efficacię digreſſus ſubſtitutionum adeo effrenatus, dum Donatrix in caſu obitus Ioannis ſine filiis ſubſtituit Benedictum, deindeque vocavit ejuſdem Benedicti filios, poſteaque deſcendentes maſculos per rectam lineam in infinitum, aliaſque tan-
63 dem defecta eadem linea ſubſtitutiones ordinavit; hujuſmodi enim conjectura adeo ſtringit, ut quia credibile non eſt, voluiſſe

Teſtatorem, ſeu Donatricem tantam ſubſtitutionum machinam ex defectu ſimplicis conditionis *ſi ſine filiis* corruere, uno ore concludant *Doctores*, quod in hoc caſu filii cenſeri debeant expreſſe, & poſitive vocati, ita firmante *Rot. cor. Bich. dec.*281. *n.*32. & 33. & *cor. Dunoz. Iun. dec.*287. *nu.*9. & *cor. Otthob. dec.*1. *n.*26. & *dec.*16. *n.*8. & 9. *par.* 14. *rec.* cum aliis *in Ravenien. Fideicom. de Gozzadinis* 17. *Martii* 1659. §. *tertio reſultat, coram Bevilaqua*, & 27. *Aprilis* 1674. §. *Et quidem cor.* R.P.D. *Calataju*.

Secundo ſummopere ſtringit adeo ſedula proviſio, ne ad hujuſmodi bona admittantur Religioſi, neve tranſeant in Fiſcum, ad-
64 jecta deſuper arctiſſima prohibitione alienationis; prohibitio enim alienandi, tanquam contraria libertati, quæ reſultaret, quoties poſiti in conditione non forent vocati, de per ſe ſufficientiſſima ad inducendam vocationem exiſtimatur, ex inconcuſſa opinione *Rotæ*, de qua in *dec.*422. *n.*5. *par.*2. *dec.*42. *n.*3. *par.*4. *tom.*2., *Celſ. dec.*181. *n.*16. *Bich. dec.* 424. *n.*9. *dec.*16. *nu.*11. & 12. *par.*14. aliiſq; *in ead. Bonon.* relatis *ſub* §. *quinto quia Donator*.

Neque robur iſtius prohibitionis evitatur ex eo, quod appareat dependens, & conſecutiva ad caſus, & ſubſtitutiones ordinatas; Quia præterquam quod revera illa eſt independens tanquam concepta per caput ſeparatum, & per modum cauſæ conſervationis bonorum
65 inter vocatos prolata; nihilominus ſemper urget ſupra relatus effectus, quod ſi hujuſmodi prohibitio favebat ſubſtitutis, quanto magis intelligenda venit reſpectu filiorum in conditione poſitorum, qui abſq; dubio ſubſtitutum excludunt, prout ſub hiſce verbis bene ponderat viden. *Capyc. Latr. in d. dec.*1. *n.*25. *verſ. quid enim operari debet*.

Tertio tandem ſolide concurrit præſuppoſitum Donatricis, quod bona donata deberent penes memoratos filios exiſtere, ibi = *quando ſarà venuto il tempo, che il Sig. Giovanni, o ſuoi figli godino li beni, come ſopra donati*.
66 Cum enim filii prædicti perſui non poſſent bonis donatis, niſi poſt mortem Patris, in evidentem ſequitur conſequentiam, quod fuerint vocati, ut advertunt *Menoch. præſumpt.*76. *n.*59. *lib.*4. *Fuſar. de ſubſtit q.*437. *n.* 107. *Cyriac. contr.*96. *n.*70. & alibi frequenter.

Itaque conjecturæ adeo ſunt prævalidæ, & efficaces, ut pro meo judicio prorſus exuberent, & in omnem caſum adſtipulantur cæteræ ab aliis Dominis in hac Cauſa ſcribentibus recenſitæ; unde a primo ad ultimum bona deberi titulo vocationis ex propria perſona D. Inſtanti, & non obeſſe ſupradictam ſtipulationem *pro hæredibus*, crederem indubitanter. - *Hactenus Reſponſum*.

Et alterum, quod eſt in una *Avenion. Fideicom.* exaratum ſub Anno 1685., quod prævia verborum, & facti narratione ſic incipit.

Poſtquam Gulielmus Brouttet occaſione Matrimonii, quod de Anno 1654. & reſpective 1661 alter Gulielmus, & Jacobus illius filii contraxere, donaverat eiſdem nonnulla bona, ſupremum tandem elogium exarando hujuſmodi donationes confirmavit, ac de cætero hæredem inſcripſit Giraudam Couchet ipſius Uxorem, eamque reſtitutionis onere gravavit, ut ſequitur - *E venendo la d. Giranda Canchet ſua Moglie, & erede a morire, ha eſſa caricato, e gravato, carica, e grava di rendere tutti li dd. ſuoi beni, & eredità ſenza neſſuna detrazzione a i dd. Gulielmo, e Giacomo Brouttet loro dd. figlioli, tutti due per egual parte, e porzione, alla qual parte, e porzione di dd. beni, & eredità del d. Teſtatore, che perverrà al d. Giacomo Brouttet ſuo filio, venendo il d. Giacomo Brouttet a morire ſenza figlioli naturali, e legitimi, e di vero, e legitimo Matrimonio nati, e procreati, ad eſſo ha ſoſtituito, e ſoſtituiſce il d. Gulielmo Brouttet ſuo fratello; E venendo anche li figlioli del d. Giacomo à morire ſenza figlioli naturali, e legitimi, e di vero, e legitimo Matrimonio nati, e procreati, in tal caſo ha anche ſoſtituito, e ſoſtituiſce a detti figlioli del d. Giacomo così morendo il d. Guglielmo Brouttet lor' Zio, e li ſuoi del d. Guglielmo, proibendo, come proibiſce il d. Teſtatore per queſte preſenti al d. Giacomo, & a i ſuoi ogni detrazzione di Quarta, Falcidia, o Trebellianica.*

Giraudæ prædeceſſit Iacobus, ſuperſtitibus ex eo tribus filiis, cumque eadem Giranda nuper fato cedens, relicta eiſdem filiis, & reſpective Nepotibus ſimplici legitima, Gulielmum filium primi gradus univerſaliter inſtituiſſet, exorta eſt dubitatio, utrum vigore ſuperius recenſitæ diſpoſitionis valeant prædicti Filii, ſeu Nepotes, neglecta ordinatione, ac Teſtamento Aviæ, dimidiam totius hæreditatis a Gulielmo eorum Avo provenientis, quæve ad Jacobum eorum Patrem, ſi ſupervixiſſet, foret obventura, expoſtulare.

Articulus, ſive inſpectio hæc unice pendere videtur ab examine vocationis filiorum Jacobi prædefuncti. ea ſiquidem ceſſante nullum ſubeſſe poteſt, aut poſſe videtur remedium, propter quod iidem filii valeant ad dimidiam hæreditatis eorum Patri devolvendam adſpirare.

Non quidem locum ſibi poteſt vindicare
67 beneficium repræſentationis: licet enim iſta
ex opinione amplius hodie non controverſa
non minus procedat in ſucceſſionibus fideicommiſſariis, quam in iis, quæ deferuntur
ab inteſtato, ex plene cumulatis per *Pereg. de fideic. art. 21. n. 6. Mart. de ſucceſſ. legal. par. 1. q. 23. art. 1. n. 9. Mant. de conject. lib. 8. tit. 9. n. 3. & per tot., Mercurial. Merlin. apud Urceol. conſult. for. cap. 12. n. 32. & 33., Rot. dec. 426. a 1. & ſeqq. par. 4. diverſ. & dec. 355. nu. 2. et ſeqq. coram Priol.* eademque reprae-
68 ſentatio, niſi evidenter appareat excluſa
per Teſtatorem, regulariter detur favore deſcendentium in infinitum, ut proſequuntur
*Barbat. de fideicomm. par. 3. cap. 4. n. 23., Altograd. conſ. 65. n. 2. lib. 1., Mart. de ſucceſſ. legal. par. 1. q. 23. art. 1. per tot., Spad. conſ. 243. n. 1. lib. 3. Magon. dec. Florent. 144. num. 20., Barz. dec. Bonon. 93. n. 9. & ſeqq. Manſ. conſult. 89. ex n. 11., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 485. n. 1., Rot. dec. 5. n. 20. par. 6. rec., & dec. 241. ex n. 6. par. 9.* & alibi paſſim.

Nihilominus remedium iſtud per neceſſarium antecedens indubitanter ſupponit,
quod Filii, vel Nepotes ſubingredi volentes
in concurſu Patrui, vel Avunculi exiſtant
certitudinarie vocati, utpote quia repræſen-
69 tatio aperit quidem ſubingreſſum in gradum Patris evacuatum, ſed nunquam ſupplere facit gradum, & vocationem, uti videre eſt apud *Ruin. conſ. 181. nu. 5. lib. 2., Gabr. conſ. 2. num. 16. lib. 2., Rot. cor. Seraphin. dec. 1479. n. 3. & dec. 100. nu. 8. par. 1. rec. & dec. 614. n. 12. cor. Cerro,* egregie *Tondut. quæſt. civil. cap. 100. ex n. 3. cum ſeqq.*

Idemque dicendum venit quoad alterum
beneficium tranſmiſſionis; nam etſi illius vigore neceſſaria non ſit præciſa vocatio, ex
70 quo tranſmiſſio nullum importat novum
gravamen, ſeu multiplicationem ſubſtitutionum, ſed tantummodo lex ex voluntate Teſtatoris fingit, ſubſtitutionem fuiſſe purificatam, effectumque ſortitam in ipſo primo inſtituto, unde Iure potius ſucceſſorio, quam vocationis, aut ſubſtitutionis tranſmiſſarii ſucceſſionem adipiſcuntur, ut bene advertit *Giovagnon. conſ. 82. n. 199. lib. 1. Card. de Luca de fideic. diſc 98. n. 31. verſ. ubi conſiderando, cum ſeqq.*

Attamen niſi concurrant eædem, imo
quandoque fortiores conjecturæ, quæ requiruntur, ut filii, prout hic, in conditione poſiti cenſeri debeant vocati, nuſquam invenietur, quod fuerit pro tranſmiſſione pro-
71 nunciatum, imo, ut obſervat *idem Card. de Luca. de fideic. d. diſc. 98. n. 14. circa fin. verſ. quamvis*, Sacrum Conſilium Neapolitanum
perpendendo conjecturas pro tranſmiſſione
deductas, eaſdem ad effectum ipſius tranſmiſſionis rejecit, ſtetitque potius pro vocatione, quam pro tranſmiſſione; ut patet apud
*Cyriac Latr. dec. 1. ex n. 109. cum ſeq.* Et quod
72 excluſa vocatione, ac repræſentatione, nulla vis fieri poſſit ſuper tranſmiſſione, dixit
*Rot. dec. 119. n. 10. & ſeqq. cor. Cerr.* Maxime
cum per viam tranſmiſſionis excludere vellimus deſcendentes ab eodem Teſtatore,
73 contra quos, ad differentiam ſubſtitutorum
extraneorum, pleræque conjecturæ non admittuntur, ut per *Gabr. conſ. 91. n. 14. & ſeqq. lib. 2., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 490. n. 99. verſ. intellige tertio*, cum aliis per *Rot. dec. 279. n. 89. coram Bich.*

Aggrediendo itaque punctum vocationis,
regu-

Digitized by Google

regula procul dubio militat favore Gulielmi; Quoniam cum filii Jacobi fuerint ſim-
74 pliciter poſiti in conditione, cenſetur quidem eis præſervata ſucceſſio Patris ab inteſtato, & ex hoc capite reſpectu ſubſtitutorum attributa prælatio, non autem ullo modo reputantur vocati, juxta non minus celebrem, quam vulgatam *gloſſ. in l. Lucius la 2. ff. de hæred. inſtit.* cum concord. per *Rot. cor. Royas dec.123. n.1. & per tot.* cum aliis per *Adden. ad Buratt. dec.385. n.10., Celſ. dec.228. n.2.*

Nec refragari poſſe videtur, quod ab ea-
75 dem regula paſſim recedatur ex conjecturis præſertim quando peragitur, ut ad præſens, de deſcendetibus a Teſtatore; Quia non
76 omnes conjecturæ ſufficiunt, ſed omnino deſiderantur concludentes, & præcordia Iudicis impellentes ad credendum, quod Teſtator filios in conditione poſitos vocare voluerit, ex *Giovagnon. d. d. conſ.82. n.27. lib.1. Grivel. dec. Dolan.125. n.54., Adden. ad dec. 632. n.29. par.4. tom.3. rec.*, Rot. *cor. Celſ. dec. 145. n.2. & 3.* cum aliis mox recenſendis.

Cumque iu caſu noſtro nullum in Teſtamento legatur verbum, per quod vel mediante fœminarum excluſione, vel abſoluta prohibitione alienationis cum perpetua, & privativa vocatione maſculorum tacite ſaltem, ni dicemus expreſſe contemplata fuerit familia, & agnatio Teſtatoris, cumque pariter nullus præfulgeat digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, ſed Girauda dumtaxat prima heres dignoſcatur gravata favore Gulielmi, & Jacobi; ſolumque idem Jacobus reſtituere medietatem gravetur in caſu deceſſus ſine filiis, vel in altero, quo eius filii
77 decedant pariter ſine filiis; hinc deficientibus geminis hiſce principalioribus conjecturis cæteras frigeſcere, nulliuſque relevantiæ cenſendas eſſe, conclamant *Giovagnon d. conſ.82. n.4. lib.1., Rot. cor. Royas d. dec.122. n.1. & 2. ac per tot. & dec.80. n.22. & dec 173. n.6. verſ. refelluntur, par.15. & cor. Peuting. dec.258. n.2. & ſeqq. & dec.274. n.54. & dec. 79. n.1. & 3. par 18.* ubi etiamſi agatur de de-
78 ſcendentibus, & conſonat *eadem Rot. deciſ. 180. nu.11. verſ. & tamen, poſt Terr. de pact. fut. ſucceſſ.*

Accedente præcipue conſideratione, quod tantum abeſt, Teſtatorem voluiſſe filios Jacobi ſimpliciter in conditione poſitos active vocare, quin potius vocavit filios Gulielmi, & favore ejuſdem Gulielmi, eiuſque filiorum oneravit Jacobum, ejuſque filios, non autem hos reciproce ſubſtituit, quemadmodum enim ex hac inæquitate maxima reſultat affectio erga Gulielmum, ejuſque filios, & reſpective carentia ejuſdem affectionis erga Jacobum, & ejus liberos, ut patet ad ſenſum,
79 Ita deficiente ſubſtitutione reciproca deficit quoque urgens illa conjectura, quæ ſummopere conſiderari ſolet pro vocatione, ex trad. per *Fuſar. conſ.38. n.8. & conſ.51. n.6. Rot. dec.389. n.6. par.4. tom.2. & dec.484. n.8. par.9., & cor. Merlin. dec.447. n.3. & ſeqq. & cor. Dunoz. iun. dec.518. n.6., & dec.481. n.6. cor.* Royas.

Augeturque conſideratio hujus prædilectionis erga Gulielmum, quem Girauda hæredem univerſalem inſtituit, quia Teſtator eundem Gulielmum nomine proprio ſubſtituit, & vocavit; ex hac namque proprii
80 nominis expreſſione tanta emergit efficacia prædilectionis, ut ſi de cætero ad eamdem ſucceſſionem per fideicommiſſum forent inuitati Jacobus, & Gulielmus, eorumque liberi, adhuc Gulielmus ſolus ſuperſtes excluderet filios Jacobi prædefuncti, ut per *Tex. in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat.2. & in l. hæredes mei 57. §. ult. ff. ad Treb. Card. Mant. de conject. lib.8. tit.9. n.8., Menoc. conſ.124. ex n.88. & conſ.200. n.16. & 17., & de præſump. lib.4. præſ.95. n.23., Morot. reſ. ponſ.91. n.7., Bonden. collect.41. n.88. & 90. lib.1., Rot. cor. Buratt. dec.721. n.2. & deciſ.770. n.5., & cor. Cerr. dec.119. n.8. & 9., & dec.111. n.15. par.13. rec.* quarum plereque loquuntur in terminis filiorum in conditione poſitorum.

Abſque eo, quod obeſſe valeat reflexio, quod cum non ſolum Jacobus, ſed etiam ipſius filii poſitive noſcantur gravati conditionaliter reſtituere, de neceſſe ſupponendi veniant vocati, ex quo reſtituere non valeant id, quod non habuerunt: Quia non eſt no-
81 vum, quod gravamen etiam imponatur poſitis in conditione abſque obligatoria illatione præcedentis vocationis, cum naturaliter, ac legaliter inſit illa tacita conditio, quatenus nempe ad normam *præcitatæ gloſs. in l. Lucius*, ſucceſſionem eorum Patri delatam, eiſdemque reſervatam ab inteſtato conquiſiverint, imo gravari poſſunt etiam non poſiti in conditione tanquam veriſimiles hæredes primi vocati, ut per doctrinam *Petr. de* Bellapert. relatam à *Ripa in l. cum filio familias n.27. in fin. ff. de leg.1.* cum aliis tenet *Craſſ. in §. legitima qu.13. n.4., Furſar. de ſubſtit. qu.303. n.3.* qui cum eodem *Craſſ.* dicit, hanc opinionem eſſe benigniorem, & probabiliorem, & latius *qu.437. n.131.* ubi plures alias *Deciſiones, & Authoritates* recenſet adverſantes *Bartolo*, de quo inferius, & ſecuta eſt *Rot. deciſ.338. n.5. part.12.*

Cæterum, his non obſtantibus, fateor, quod magnam ſentio difficultatem contra Gulielmum; quia cum incontrovertibile exiſtat, a prædicta opinione *gloſſ. in d. l. Lucius* quotidie recedi per conjecturas, minime ſubſiſtit, quod ubi peragatur, ut in præſenti, de ſuccedendo in portione proprii Parentis, vel ad quam Parens vocabatur, cædem conjecturæ debeant eſſe adeo perſtringentes, ut niſi interveniat contemplatio agna-

agnationis, vel digreſſus ad plures gradus
ſubſtitutionum, aliæ veniant contemnen-
82 dæ; Siquidem, ut ex accurata caſuum, &
*Authoritatum* diſtinctione perpenſum habe-
tur in magiſtraliſſima *deciſione*, quæ prodiit
in eadem Cauſa, de qua *d. dec.79. par.18.
tom.1.* ſcilicet in illa *Bononien. Fideicomm. de
Gozzadinis* in ordine *la* 276.*par.*18. confirma-
ta *in dec.500. n.1. & 2. & dec.724. nu.5.ead.
par.18. to.2.* tunc aliæ conjecturæ debiles re-
putantur, quando filius in conditione poſi-
tus ſatagit ſuccedere in portione Patrui, ſe-
cus autem, quando contendit ad portionem
proprii Parentis admitti, quo caſu, quia ſat
eſt, quod conſtet quomodocumque de vo-
luntate diſponentis, quæ in hac materia to-
tum facit, ſolaque dominatur, leviores
etiam præter iſtas conjecturæ ſufficiunt, ut
legitur in *d. dec.276. n.4. & ſeqq. par.18.* ubi
etiam prænotavit, quod cenſura *Text. in d.l.
hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* quæ ſo-
let in oppoſitum referri, percutit primum
membrum præmiſſæ diſtinctionis; Et quod
revera perſpecta præſumptione derivante per
*Text. in l.cum Avus, ff. de condit. & demonſtr.
& l.cum acutiſſimi, C.de fideic.* per naturale vo-
83 tum Parentum leviores favore deſcenden-
tium requirantur conjecturæ, frequenter ad-
notarunt congeſti per *Fuſar. de ſubſtit. qu.437.
n.23., Capyc. Latr. d.dec.1. n.13., Rot. dec.528.
n.11. cor. Dunozett. Iun., & dec.424. n.12.
cor. Bich., & dec.526. n.5. par.13., & dec.481.
n.2. & d. dec.500. n.2. par.18. rec., & coram
Celſ. dec.58. n.14.*

Applicando autem ad rem, concurrit pri-
mo loco, quod de eiſdem filiis pluries facta
legitur mentio, ac pluries etiam expoſita, &
deſiderata fuit qualitas legitimitatis, ſub ea
ulteriori expreſſione, quod eſſe deberent de
84 vero, & legitimo Matrimonio procreati;
quemadmodum enim iterata mentio poſito-
rum in conditione arguit majorem dilectio-
nem, & conſequenter vocationem, ex tra-
ditis per *Ruſtic. in tract. de liber. in condit. poſit.
lib.1. cap.2. n.12., Fuſar. de ſubſtit. d. qu.437.
n.101., Capyc. Latr. d. dec.1. n.22., Rot. de-
ciſ.181. n.11. cor. Celſ., Dunoz. Iun. deciſ.487.
n.14.* cum aliis *in d.dec.481. n.7. par.18.* Ita ſe-
cundo loco qualitas legitimitatis, veluti
85 excludens illum concurſum, quem lex ad-
mittit ab inteſtato cum naturalibus legiti-
matis, ſummopere inducit vocationem ve-
ri legitimi, & naturalis ex Teſtamento, ad
*Socc. conſ.110. n.26. lib.3., Mareſcot. lib.1. var.
reſol. cap.66. n.7., Fuſar. de ſubſtit. d. qu.437.
n.64., Capyc. Latr. d. dec.1. n.15., Staiban.
Iun. reſol.58. n.42., Rot. cor. Coccin. dec.1399.
n.4. & cor. Bich. dec.424. n.2. & in rec. deciſ.
526. n.9. par.13., & d. dec.481. n.8. par.18.*

Tertio pariter aſſiſtit geminata prohibitio
86 cujuſcumque detractionis; quid enim ope-
rari debet hæc prohibitio, niſi ut ſubſtitutus
habeat hæreditatem abſque detractione? Et
ſi hoc ſit cum ſubſtitutis minus dilectis,
quanto magis debet intelligi reſpectu filio-
rum in conditione poſitorum, qui abſque
dubio ſubſtitutum excludunt, ut per hæc
verba conclamavit *Capyc. Latr.* alios alle-
gans *d.deciſ. n.23., & ſeqq., De Marin. var.
reſol. lib.1. cap.141. n.8., Rot. deciſ.355. n.7.
part.5. rec., & d. deciſ.518. num.9. coram
Dunozett. Iun.*

Quarto tandem, & hæc ſola conjectura
idonea eſt ad inducendam vocationem in-
dubitatam, quia non tantum memoratis fi-
liis expreſſe noſcitur interdicta quælibet de-
tractio, ut ibi = *All d. Giacomo, & a ſui ogni
detrazzione &c.* (quæ detractio implicat gra-
vamen reſtituendi,) verum etiam poſitive,
& litteraliter emicant prædicti filii, quate-
nus ſine filiis decedant, gravati reſtituere
Gulielmo eorum Patro, ibi = *E venendo an-
che li figlioli del d. Giacomo à morire ſenza fi-
glioli naturali, e legittimi, e di vero, e legittimo
Matrimonio nati, e procreati, & in tal caſo hà
anco ſoſtituito, e ſoſtituiſce à i d. figlioli del det-
to Giacomo così morendo il d. Guglielmo Brout-
tet loro Zio, e li ſuoi del d. Guglielmo*: quoties
enim Teſtator poſitos in conditione palam
87 gravavit; in neceſſariiſſimum antecedens
cenſetur voluiſſe illos vocare, quia alias
onus non ſubſiſteret, ad *Text. in l. ab eo, C. de
fideic.*, & ita per doctrinam *Bart. in l. Centu-
rio n.37. ff. de vulg., & pupill.* poſt *Mant. Me-
noch., Theſaur.*, alioſque egregie ratiocinatur
plena *dec. Rotæ cor. Pamphil. la 380. ex n.2.
uſque ad fin.*, & relato *Ruin., Thob. Non. Gio-
vagnon., Viv., & Barz.* eadem *Rot. dec.42.
n.14. par.11. rec.*, abunde *Fuſar. de ſubſtit.
qu.437. n.130., & 131. in fin.* ubi poſtquã non
tranos retulit, in hac reſidet opinione; quo-
rum fœre omnes vel hanc conjecturam de
per ſe ſufficere, vel junctam cum qualibet
alia ſuperabundare profitentur, & concordat
*eadem Rot. in dec.313. n.12. par.10. & deciſ.
428 n.8. cor. Bich.*

Nec ad enervandum robur hujus conje-
cturæ admodum urget, quod etiam (ut ſu-
pra diximus ſub §. *Abſque eo*) ſubſiſtere va-
leat gravamen abſque neceſſitate inducendi
vocationem poſitorum in conditione, quod-
que revera nuſquam appareat, quod *Sac. Rot.*
huic ſoli circumſtantiæ innixa ſtetetit pro
88 vocatione; Ultra enim, quod pleraque ex
contrariis *Authoritatibus* firmant tantũmodo
quod poſſit relinqui onus legati, aut quid ſi-
mile ab hæredibus ſubſtituti, non autem pe-
ragunt de effectiva ſubſtitutione facta filiis
in portione Patri obventura: Attamen, ut
præmiſimus, tunc forte procedere opinio
contra *Bart.*, quando nullæ aliæ ſupereſſent
conjecturæ; at omnes, & ſignanter *eadem Ro-
ta cor. Pamphil. ubi ſupra, & cor. Seraph. de-
ciſ.956. n.3. & 4.* ipſiquemet contrarii apud
*Fuſar*

Digitized by Google

*Fuſar. d. quæſt.437. nu. 131.* unan imiter con-
veniunt, quod quando, prout hic, aliæ inter-
cedunt conjecturæ jam recenſitæ, & recen-
ſendæ, nulla ſubeſſe valeat difficultas.

Quinto incaleſcit hæc ponderatio, & re-
89 ſpective retorquetur argumentum prædile-
ctionis ſaltem reſpectu portionis Patri ob-
venturæ, in qua ſemper filii cenſentur ſub-
ſtituto prædilecti, ut pulchre arguit *Peregr.*
*de fideic. art.21. nu.26. verſ. item, & num.30.*
cum concord. per *Rot. in Romana Fideicom-*
*miſſi de Alborghettis 25. Iunii 1685. §. Quini-*
*mo cor. Reverendiſſ. Matthejo;* Quoniam filii
Jacobi gravati ſunt expreſſe reſtituere non
ſolum Gulielmo, ſed ejus filiis, unde eo faci-
90 lius intrat poſitivâ vocatio, ex quo namque
Teſtator providit filiis ſubſtitutorum, eo
magis cenſendum eſt, voluiſſe ſuccedere fi-
lios filiorum in conditione poſitos, ne illud
erumpat abſurdum, quod magis proſpicere
voluerit filiis ſubſtitutorum, quam inſtituto-
rum, qui ſemper in portione ad Patrem ob-
ventura prædilecti cenſentur, ex bene colle-
ctis per *Fuſar. de ſubſtit. d. qu.437. n.178. Rot.*
*cor. Seraphin. deciſ.1392. num.9. & cor. Mer-*
*lin. dec.447. num.5* cum cæteris in *deciſ.223.*
*num.5. corram Priol., et dec.122. num.3. coram*
*Vbald. Sen.*

Sexto, (& hoc pariter argumentum ſeor-
ſim animadverſum ſat eſſet) quia cum ex
cenſura prædicti *Text. in l. Lucius la 2. ff. de*
*hæred. inſtit.* habeantur illa verba - *prudens*
*Teſtatoris conſilium animadvertitur, qui non ſo-*
*lum fratrem, ſed & filios fratris in conditione po-*
*ſitos prætulit ſubſtituto,* intantum *gloſſ. ibidem,*
prælationem hanc non exiſtimavit importare
vocationem, inquantum eiſdem filiis præſer-
vata remanet ſucceſſio Patris ab inteſtato,
abſq; eo, quod neceſſe ſit inferre, & affirma-
re, quod idem Pater debeat ex hoc eſſe gra-
91 vatus favore ipſorum filiorum; At quando,
ut ad præſens, ob præmorientiam Patris, &
per conſequens non acquiſitionem ab ipſo fa-
ctam nec ab inteſtato, nec ex Teſtamento fi-
lii ſuccedere poſſent, inane, & non prudens
conſilium Teſtatoris fuiſſet pro filiis, eos po-
nendo in conditione; ac propterea opioio-
nem *gloſſæ* in his terminis individualibus re-
cipere iſtam ſolemnem limitationem, & ca-
ſtigationem; nimirum ut vera ſit, ubi Pater
habuiſſet hæreditatem, & filii eo prædefun-
cto ſucceſſiſſent, aut ſaltem habiles extitiſ-
ſent ad ſuccedendum, & non alias, teſtatur
*Peregr. in conſ.131.* alias 132. *nu.5. verſ. hac*
*tamen, & per tot. lib.5., & d. fideic. art.28. n.15.*
*Spad. conſ.341. n.2., & 22., & conſ.544. n.7.*
*lib.2.* & Me ſcribente admiſit *Rot. in dec.* re-
latis in *dec.690. n.11. & ſeqq. par.18.*

Stantibus igitur hiſce omnibus conjectu-
ris, quę ſecundum vulgatam regulam inſi-
92 mul, non ſeorſim perpendendę veniunt, ut
in *dec.* congeſtis *dicta par.18. deciſ.276. nu.10.*
93 parum relevare videntur ponderationes,
quod Teſtator non ordinaverit reciprocam
favore Iacobi, eiuſque filiorum: Id enim
arguere ad ſummum poteſt minorem dile-
ctionem, pręcipue reſpectu dimidię, ad
quam ſubſtituitur Gulielmus, non autem
quoad portionem Iacobo Patri devolven-
94 dam: Illud denique, quod dicebatur de ſub-
ſtitutione facta ad favorem ejuſdem Guliel-
mi nomine proprio, in primis ęque conve-
nit Iacobo, cujus gradum, ut infra, illius fi-
lii ſubingrediuntur, & de reliquo pręcitatę
*Doctrinæ* loquuntur, ubi filii non ſint nomi-
nati, neque ex aliis conjecturis vocati, ut in
propoſito optime reſpondendo probavit
*Menoch. conſ.124 n.95. verſ. reſpondetur rela-*
*tam, & conſ.793. n.18. verſ. reſpondetur, Ton-*
*dut. quæſt. civil. part.2. cap.118. n.18., & 19.*
& conſonat bene *Faber. in Cod. lib.6. tit.22.*
*de fideic. d. fin.24., Robles de repræſent. lib.3.*
*cap.9. ex num.16. cum ſeqq.*

Firmata igitur ex hucuſque prænotatis
vocatione (ſicuti etiam illam priori loco
firmavit in vim *Statuti Vrbis in cap.141.* eam
præſumentis *Rot. cor. Bich.* mox laudanda)
nullatenus turbare valet objecta caducatio
paterni gradus; cum enim Jacobus Pater, &
deinceps ejus filii in conditione poſiti fue-
rint vocati, idque etiam mediante oratione,
& ſubſtitutione compendioſa, ex quo per illa
verba - *E venendo a morire*, tamquaam inde-
finite facientia mentionem mortis etiam ſi-
ne verbo *quandocumque* omnis ſubſtitutio, &
ſignanter compendioſa reſultat, planum ef-
95 ficitur, quod exinde promanat quoque ea
tacita vulgaris, quæ vulgo anomala, ſeu in
fideicommiſſo contenta ad impediendam
caducationem idonea nuncupatur, & pro-
pter quam ſucceſſio defertur, acſi idem gra-
dus caducatus nunquam fuiſſet in rerum na-
tura, graduſque ſequens hæredibus ipſis in-
ſtitutis immediate legeretur ſubſtitutus, ut
ſunt magiſtraliſſimæ *Deciſiones*, quæ in termi-
nis filiorum in conditione poſitorum ha-
bentur *cor. Bich. deciſ.17., & deciſ.27. pe. tot.*
& generaliter circa effectum iſtius vulgaris,
amplæ non minus ſunt *Deciſiones in Eugubina*
*fideicommiſſorum* (quæ pariter Me ſcribente
prodierunt) *27. Februarii 1674. §. Quinimo,*
*& 8. Iunii ejuſdem Anni, cor. Reverendiſſimo*
*Bourlemont, impreſſ. penes Vrceol. de tranſact.*
*dec.64. & 65., & par 17. dec.324. nu.8.,* & in
terminis filiorum in conditione poſitorum
præter *Bich. d. dec.17., & dicta deciſ.27.* ple-
num eſt *conſ. Gabr.115. lib.1.,* quem cum aliis
in eiſdem terminis approbavit Rot. *dec.381.*
*par.13. rec.*

Nec obeſſe valet, quod Girauda hæres
perſonaliter gravata videatur reſtituere Gu-
lielmo, & Iacobo, ut ibi - *Ha eſſa caricato, e*
*gravato &c. di rēdere tutti li detti ſuoi beni etc.*
*a i detti Gulielmo, e Giacomo etc.* Quoniam, ut
opti-

optime reſpondit *Rot. coram Bich. d. dec.17.*
96 *n.15. & ſeqq.* diſpoſitio *Text. in l. Celſus §. quod alicujus, ff. de legat.2.*, quæ ſolet in pro-
poſito circumferri, minime procedit in ſub-
ſtitutione vulgari, quę ſupponit, perſonam,
cui facienda erat intermedia reſtitutio, care-
re juribus hæreditariis; Inde in longe durio-
ribus, videlicet non in caſu, quo, prout hic;
vulgaris iſta præbet ſubingreſſum in locum
illius, cui facienda erat reſtitutio, ſed quan-
do etiam filii Iacobi præfulgerent ſubſtituti
eorum Patri eum dictionibus perſonaliſſimis
*eſſi*, vel *poſt eum*, non autem primo inſtituto,
ſive gravato, nihilominus id non tolleret,
vel enervaret effectum vulgaris contentæ in
compendioſa, ad hoc etenim operæ pretium
eſt, quod clara, & incontrovertibilis inter-
cedat voluntas Teſtatoris in contrarium, ſi-
cuti videre eſt in puncto præfatarum dictio-
num *eſſi*, vel *poſt eum* apud *Gabr. d. conſ.115. nu 6., & 7. lib.1. Peregr. de fideic. art.15. ſub n.26. verſ. Notabilis eſt, Bich. d. dec.17. ex n. 3. uſque ad fin., & dec.27. ex nu.7. cum ſeqq, & dec.548. ex n.1. uſque ad 26. & coram Celſ. deciſ.388. n.10., & ſeqq. Card. de Luc. de fideic. in ſupplem. par.3. diſc.253. n.6.*

Cum itaque pro meo Iudicio ſatis conſta-
re videatur de vocatione filiorum Iacobi
quodque adverſus eoſdem nullatenus oppo-
ni poſſit defectus caducitatis, ſeu Paterni
prædeceſſus, ſuperfluum videtur ad alterum
convolare motivum tranſmiſſionis ipſius fi-
deicommiſſi de perſona Jacobi ad ejus filios:
Et tamen ex abundanti quidquid ex uno po-
97 tius, quam ex altero capite placuerit deter-
minare Sac. Concilio Neapolitano apud *Ca-
pyc. Latr. dicta dec.1.*, denegari nequit, quod
ob prædictam rationem, quod tranſmiſſio
nullum inducit gravamen de novo, facilius
in omnem caſum locum ſibi vindicet, quam
vocatio; cumque non dubitetur, per diver-
ſam Teſtatoris voluntatem fieri tranſmiſibi-
98 le quod non eſt tale; receptum pariter eſt
quod etiamſi præmiſſæ conjecturæ non ſuffi-
ciant ad effectum vocationis, aut ſubſtitutio-
nis inducendæ, ſuperabundarent tamen ad
alterum tranſmiſſionis, juxta theoricam
*Zanch. in d. l. hæredes mei, §. Cum ita n.242. ff. ad Trebell., Cephal. conſ.16. n.64., & 65., Noal. de tranſmiſſ. cap.1. n.112., & ſeq. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.5. gloſ.10. par.2. n.42. Giovagn. conſ.72. n.184., & 199. lib1., Capyc. Latr. dicta deciſ.1. n.81., Rot. dec.368. n.11., & 12. coram Buratt., & deciſ.59. n.6. par.6. rec. & deciſ.377. num.7., & ſeqq. part.11. & cor. Celſ. deciſ.88. num.13., Card. de Luc. de fideic. diſc.77. num.7., & diſc.98. num.14. & diſc.148. num.13.*

A' primo itaque ad ultimum, etſi nodoſa
videatur hæc quæſtio, ac integre dependens
ab arbitrio judicare debentium, qui quando
quæ moventur ex debilibus conjecturis;
quandoque a fortioribus minime convin-
cuntur, ſive urgentur; Attamen omnino
ſuaderem, quod Gulielmus procuraret con-
troverſiam hanc mediante compoſitione ob-
truncare, quia vereor, ne in Judiciali collu-
ctatione ex præmiſſis conſiderationibus faci-
le ſuccumbat.

*Finis ſecundi Reſponſi.*

Super ſecundo vero capite præſentis Deci-
ſionis, quia dixi ſub §. *Firma*, alias *n.32.* quod
99 Aſcendentibus non competat legitima in
bonis ſuorum deſcendentium, quando hi
poſt ſe ſobolem, & progeniem reliquerunt,
non tantum ad ornatum referam, quod ul-
tra allegatos in Deciſione eamdem propoſi-
tionem firmant *Angel. de acquir. poſſeſſ. q.8. art.17. n.951. verſic. & quando filius, Card. de Luc. de legit. diſc.44. num.11. Grivell. deciſ. Dolan.34. num.17., Duran. deciſ.258. nu.13. Priol. deciſ.86. num.1.*

Verum eadem propoſitio ampliatur, ut
100 procedat, ſive deſcendens relinquat poſt
ſe filios maſculos, ſive fœminas, quoties
eædem fœminæ fortaſſe non exiſtant in hoc
caſu peculiariter excluſæ per particularia
locorum Statuta, ut habetur penes *Coſt. de fact. ſcient. & ignorant. cent.2. diſtinct.2. n.8. & 9, Merlin. de legitim. lib.1. tit.2. qu.12. n. 12. verſic. & procedit.*

Et quod dicimus de filia fœmina (licet
formiter occaſio non dederit id differendi)
101 ſubextendunt *Scribentes* etiam ad filium
tantummodo naturalem, volentes idcirco,
quod ſi aliquis Deſcendens poſt ſe relinquat
filium naturalem, adhuc Pater, aut Mater
filii prædefuncti a conſequutione legitimæ
arceatur, ut late tuetur *Gratian. diſcept. forenſ. cap.35. n.1., & ex n.6. uſque ad 14. ibique Carol. Anton. de Luca in animadverſ. num.1., Aloyſ. Ricc. collectan.841. limit.1. Urſell. concluſ. legal.42. n.169.*

Immo, & non deſunt reputantes, quod
102 hoc ipſum ad excluſionem Patris, & Ma-
tris ſibi locum uſurpet, ſi idem Deſcendens
nullam relinquat legitimam, vel naturalem
ſobolem, ſed tantummodo civilem, filium
nimirum adoptivum, vel in ſuis caſibus ar-
rogatum, ut poſt *Iaſon., Corn.*, & alios tradit
*Argel. de acquir. poſſeſſ. dicta quæſt.3. artic.17. num.953.*, & admittunt (licet dubitative)
*Merlin. de legitim. dicto lib.1. tit.2. quæſt.12. n.17., Conciol. alleg.62. n.27.*

Et quidem Ego non longe abeſſem ab hac
103 gemina ampliatione, cum enim duæ legi-
timæ non ſint detrahendæ a ſubſtantia ejuſ-
dem patrimonii, certe cum juxta diſpoſitio-
104 nem Iuris debeatur legitima in bonis Pa-
tris naturalis, vel adoptantis, aut arrogantis
ipſi filio naturali, adoptato, vel arrogato,
opus eſſet, quod tribuendo alteram legiti-
mam Patri, aut Matri, hæc auferretur ab
eiſdem filiis naturalibus, adoptivis, aut ar-
roga-

Digitized by Google

rogatis, quod tamen Jura non dicunt, immò
eadem Jura favent magis deſcendentibus, er-
gà quos amor magis deſcendit, quàm aſcen-
dat ad Aſcendentes, ut vidimus, ſeù vide-
mus in concluſione principali, quàm uſque
dùm exornavimus, & de facto in caſu ado-
ptionis, & arrogationis magis dubitabili hi-
105 ſeè filiis fictis, ſeù civilibus deberi legiti-
mam, ſimplicitèr dixerunt *Peregrin. de fidei-
commiſs. artic. 36. n. 42. Surd. de aliment. tit. 1.
qu. 2. n. 6., idem Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2.
qu. 2. n. 7.*, & ideò non diſplicet *Conciol. ubi
ſuprà*, qui hanc à Nobis latiùs explicitam in-
106 nuit rationem, ſuperaddendo, quod filii
adoptivi, vel arrogati aliquo modo, ( pròut
eſt æſtimabilior mens, & intellectus, & ge-
neratio voluntatis, quàm corporis ) majo-
rem, ſi rectè illa expleatur, ſibi promeren-
tur dilectionem. utraque enim generatio
cœteroquin tendit ad conſervationem Fami-
liarum, & confert illud *Taciti* in oratione
Galbæ ad Piſonem = *Generari, & naſci for-
tuitum, adoptandi judicium integrum*.

Non tamen hæc fictio filiationis idem ope-
raretur in Monaſterio, quod de reliquo eſt
107 loco filii; quia illius impropria filiatio non
extenditur ultrà caſum, ſeù caſus expreſſos
à Jure, juxtà doctrinam *Felin. in cap. in præ-
ſentia* 8. *ſub n. 42. de probation.*, & *Jaſon. in
Auth. ſi qua Mulier n. 18., & ſeqq. Cod. de Sa-
croſanct. Eccleſ.*; de Jure autem ſucceſſio Mo-
naci in ſuis caſibus defertur Monaſterio, cui
per Profeſſionem Monacus alligatur; ſed non
108 ſic diſpoſitum invenimus in legitima, quæ
per hanc magis impropriam, vel remotam
fictionem auferri debeat Patri, vel Matri per
Monaſterium, ut innumeris propemodùm
relatis proſequitur *Conciol. dicta allegat. 62.*
109 *n. 26.* eamdemque proindè legitimam ne-
dùm deberi Matri de bonis ingreſſi Monaſte-
rium, ſed etiam illam deberi à die emiſſæ
Profeſſionis, ſœpiùs firmavit *Rota*, ut de bo-
nis ingreſſi in *dec. 116. n. 1., & ſeqq., dec. 277.
n. 1., & ſeqq., & dec. 503. part. 5. rec.*, & de
tempore Profeſſionis *dicta dec. 503. part. 5. rec.
ibiquè Rubeus in addition. n. final.*

Deſervire etiam poteſt pro altera amplia-
tione ad regulam, ſeù propoſitionem ab ini-
tio firmatam alter caſus, in quo tractetur de
legitima jam relicta per filium Patri, vel
Matri, quia adeò Deſcendentes præferuntur
110 Aſcendentibus, ut ſi filius in hoc caſu citrà
revocationem Teſtamenti eo jam condito
ex ſe alios filios relinquat, præfatum legiti-
mæ legatum reputatur ademptum, vel revo-
catum in gratiam eorumdem filiorum, qui
111 ſucceſſivè ſuborti ſunt, niſi tamen expreſ-
sè, vel ex conjecturis ſufficientèr demonſtre-
tur, quod filius teſtando minimè reliquerit
legitimam Patri, aut Matri in agnitionem
debiti, quod habet ex neceſſitate legis, ſed
omninò voluntariè, & animo exercendi li-
beralitatem, quia tunc relictum pro legiti-
ma non adimeretur per ſuſceptionem libero-
rum ſuperſtitum Teſtatori, ex iis, quæ fuſe
perpenſis, libratiſque conjecturis apparent
deciſa *cor. Peating. dec. 481., & dec. 486., & cor.
Priol. dec. 15., dec. 56., & dec. 286.*, & rursùs
*in eadem Cauſa 27. Ian. 1659. cor. Albergato.*



## ROMANA LEGITIMÆ.

*Veneris 15. Maii 1699.*

### ARGUMENTUM.

Plenè diſcutitur de materia, an, & quandò fœminæ per Statutum excluſæ à ſucceſſione propter maſculos faciant, necne numerum, & partem pro augenda legitima ipſorum maſculorum de triente ad ſemiſſem: Et quid, ſi Statutum generalitèr præſcribat, legitimam non poſſe excedere trientem, aut faciat fœminas omninò extraneas tàm quoad ſucceſſionem, quàm quòad legitimam: Plura de renunciatione, an, & quandò cenſeatur realis, & abdicativa, vel potiùs ſimplicitèr perſonalis, & translativa, & de effectibus utriuſque renunciationis, necnon de natura pacti de non petendo concepti per verba perpetuitatem denotantia, an, & quandò reſolvatur in renunciationem merè tranſlativam.

### *SUMMARIUM.*

1 *Legitima eſt ſemis, ſivè medietas Aſſis hæreditarii, quando filii ſunt ultrà quatuor, alias eſt triens, ſive tertia pars hæreditatis.*

2 *Fœminæ à Statuto excluſæ an, & quandò faciant numerum, & partem ad favorem Maſculorum in computatione, ſeù calculatione legitimæ, & n. 28. 30. 31., & 32. ubi plura de materia* remiſſivè.

*Et quid, ſi Statutum facit fœminas omninò extraneas tàm quoad ſucceſſionem, quàm reſpectu legitimæ, n. 29.*

3 *Nepotes ex filia præmortua ſuccedunt Aviæ ab inteſtato defunctæ una cum Materteris in ſtirpes, & non in capita.*

4 *Nepotes ex filio, vel filia præmortua in computatione legitimæ in bonis Avi, vel Aviæ numerantur pro unica tantum perſona, quando concurrunt cum Patruis, Amitis, aut Materteris.*

5 *Auditor Sacræ Rotæ exit ab Aula Rotali de tempore, quo diſcutitur Cauſa alicujus ejus Conſanguinei, vel Affinis.*

6 *Renunciatio realis, & abdicativa operatur, ut renuncians habeatur pro mortuo ad omnes Juris effectus.*

7 *Renunciatio merè perſonalis, & tranſlativa reſolvitur, ſi renunciatarius prædecedat renuncianti.*

8. *Renunciatio emiſſa intuitu ingreſſus in Religionem an ſemper, & indiſtinctè cenſenda ſit realis, & abdicativa, & n. 9. 16., & 21. juncto n. 33.*

10 *Oblatæ in Monaſterio Turris Speculorum poſſunt quandocumque ad Sæculum redi-*

 *re*

*re citra violationem Voti perpetuæ Caſtitatis, & Clauſuræ.*

*Et in caſu egreſſus reſolvitur renunciatio per eus emiſſa occaſione ingreſſus in idem Monaſterium, n.11.*

11 *Clauſula* = rebus in eodem ſtatu permanentibus = *tacitè ſubintelligitur in omni diſpoſitione.*

12 *Renunciatio perſonalis dici nequit, quæ facta noſcitur alicui cum Clauſula* præſenti &c., *& n.25., & 26.*

13 *Diſpoſitio intermedia recipit declarationem ab antecedentibus, & ſubſequentibus.*

14 *Renunciatio realis potiùs, an verò perſonalis dijudicanda veniat, pendet ex facti circumſtantiis à Judicis religione penſandis.*

15 *Renunciatarius inſtituendo hæredem ipſū renunciantem, cenſetur illum reintegraſſe ad bona, & jura renunciata.*

17 *Pars prohœmialis regularitèr indicat, ac deſignat veram intentionem, & animum Contrahentium.*

18 *Actus geſtus ex duplici cauſa finali, una ex illis ceſſante, non ideò irritatur, ſed ſubſtinetur.*

19 *Renunciatio inita ex duabus, vel pluribus cauſis finalibus non corruit, licèt una ex dictis cauſis ceſſet, aut deficiat.*

20 *Cauſa impulſiva renunciationis ceſſante non ideò reſolvitur renunciatio, quæ facta noſcitur ex alia cauſa finali.*

22 *Religioſus juſtis de cauſis egrediens à Religione an recuperet Jura intermedio tempore aliis quæſita ex cauſa emiſſæ per eum Profeſſionis.*

23 *Renunciatio facta intuitu ingreſſus in Religionem, licèt reſolvi valeat in caſu legitimi egreſſus, interim tamen manet in implicito ſtatu validitatis.*

24 *Singula ſingulis congruè referenda ſunt in quacumque materia, & diſpoſitione.*

27 *Renunciatio ex quibus verbis, et Clauſulis cenſeatur realis, et abdicativa.*

33 *Renunciatio facta per nubentem in Sæculo ex cauſa receptæ Dotis, in dubio non cenſetur realis, ſed merè perſonalis.*

34 *Pactum de non petendo conceptum per verba perpetuitatem denotantia, an, et quando reſolvatur in renunciationem merè tranſlativam.*

35 *Unus ex pluribus ad fideicommiſſum invitatis poteſt petere totum fideicommiſſum ſub ſimplici Cautione reſtituendi ratam alteri æqualitèr vocato, quatenùs compareat.*

*Et de ratione, cur Reus conventus nequeat in his terminis obiicere fideicommiſſario Actori, quod adſit alter æqualitèr ad fideicommiſſum vocatus, n.36.*

37 *Jura fideicommiſſi per illius ceſſionem, aut renunciationē non extinguuntur, ſed tranſeunt in ceſſionarium, vel renunciatarium.*

38 *Pactum de non petendo ſemper admixtam habet renunciationem.*

*Immò ultrà renunciationem implicat etiam donationem ad commodum ſtipulantis, ejuſque hæredum, n.39.*

40 *Pactum negativum de non ſuccedendo ſemper implicat pactum affirmativum de ſuccedendo favore alterius.*

41 *Renunciatio fideicommiſſi non ſuffragatur renunciatario, ſed aperit viam aliis vocatis ſtante præcepto Teſtatoris de illud non alienando.*

*Intellige, id procedere, quando renunciatarius eſt perſona extranea, ſecùs ſi ſit de comprehenſis in vocatione, quamvis exiſtat in gradu remotior, n.42.*

*Quo caſu ſaltem alienatio ſubſiſtit durante vita alienantis, n.43.*

44 *Exceptio de jure Tertii opponi poteſt à poſſeſſore, quotiès eſt excluſiva juris agentis.*

45 *Privilegium* Authent. res quæ, C. commun. de legat. *poteſt cedi, vel transferri favore alterius.*

46 *Ceſſio jurium non eſt neceſſaria ad effectū retinendi ex juribus Creditorum dimiſſorum, quidquid ſit ad effectum agendi.*

## DECISIO XC.

LEgitimam, quam uſquè ſub die 9. Junii Anni præteriti dixerunt Domini competere Nepotibus de Mutis in omnibus bonis Aviæ, juxtà uberrima fundamenta latiùs extenſa in Deciſione edita ſub prædicta die, cenſuerunt tandèm poſt alteram propoſitionem ( adſcitis, & convenientibus omnium ſuffragiis ) ad normam articuli in memorata generica reſolutione reſervati, aſcendere ad ſemiſſem.

Cùm enim *Juſtinianus Imperator* aucta veteri defalcatione legitimæ de quarta ad Trientem, ut in *l. Papinianus*; §. *Quoniam*, *ff. de inoff. Teſtam.* juncta noviſſima *Authent. de trient., & ſemiſſ.* fuerit in eadem *Authent.* rationabilitèr impartitus, ut quotiès numerus filiorum, aut Nepotum, vel ulteriorum deſcendentium excederet quatuor, ii, qui ad talem numerum reſtricti unciam dumtaxat hæreditatis proprii Parentis, vel alterius Aſcendentis in quoddam reſtaurum privationis ipſius hæreditatis, & in ſequelam naturalis charitatis pro ſingulo, ſivè unoquoque conſequebantur, non curando, ſi etiam tales filii, vel deſcendentes forent numero minores, ad hoc, ut inter eoſdem ſemper idem triens dividi deberet; Ità quando eſſent
1 ſuprà quatuor, ſemis, ſivè medietas hæreditatis avelleretur, partienda inter illos quotquot eſſent, juſtè ſic, & veriſimilitèr in hunc modum majorem, vel minorem numerum deſcendentium intrà, vel ſuprà quatuor certitudinariè taxando, ſivè arbitrando in ordine ad fixam deductionem hujus quotæ legalis, nempè vel trientis, vel ſemiſſis, ut expreſſè habetur *in eadem Authent. de trient., & ſemiſſ.*

*ſemiſſi*.aliàs *Novell.* 18. §. *Frequentèr*,& tradunt reſpective ad hanc præfinitionem numeri filiorum, aut Nepotum infrà, vel ſuprà quatuor *Paris. conſ.* 25. *n.* 31. & 32. *lib.* 2., *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 2. & 4., *Gaſpar Manz. eod. tract. qu.* 3. *n.* 2. *cum ſeqq.*, *Mart. de ſucceſſ. legal. par.* 1. *qu.* 25. *art.* 2. *n.* 2., *Gregor. Bicc. rer. quotid. ſect.* 3. *n.* 107. *in fin.*, Michalor. *de Fratr. par.* 1. *cap.* 33. *n.* 2., Rot. *in Romana Legitimæ* 23. *Januarii* 1696. §. *Præbuit, cor. Reverendiſs. D. meo* Moliner *Decano*.

Quæſtio idcircò in hodierna colluctatione non fuit ſuper numero eorumdem Nepotum, itaùt illorum intuitu abſtractivè legitima non deberet attingere ſemiſſem, quia quamvis inter eoſdem DD. Nepotes tres reperirentur Maſculi, & duæ fæminæ, & hæ forent à ſucceſſione excluſæ per Statutum ob exiſtentiam fratrum Maſculorum, nihilominus ex quo eadem excluſio Statutaria unicè promanat favore, & contemplatione ipſo-
2 rum, idcircò ſemper receptum fuit, quod ſervata in hoc caſu præfinitione Juris communis, Statutum, quod non intendit Maſculis obeſſe, ſed prodeſſe, minimè attendatur, eædemque fæminæ faciant (ut dicunt noſtri *Juriſtæ*) numerum inſimul,& partem ad commodum eorumdem Maſculorum, itaùt vel fæminæ cenſeantur brevi manu recepiſſe, & contextualitèr reſtituiſſe portionem legitimæ illis debitam Fratribus Maſculis, vel non poſſint obſiſtere, quòminus iidem Maſculi ex ſe accipiant illam portionem, quam Statutum in ſucceſſione generali fæminis denegavit, ut Maſculis faveret, quemadmodùm communitèr docent *Calvin. de æquit. lib.* 1. *cap.* 87. *n.* 1. & *ſeqq.* & *n.* 27. *cum ſeqq.*, *Bottillier. de ſucceſs. theor.* 15. *n.* 4. & 5., Michalor. *de Fratr. d. par.* 1. *cap.* 33. *ſub n.* 10. *verſ. ac propterea*, *Bellon. de Jur. accreſc. cap.* 6. *qu.* 15. *n.* 36. & *ſeqq.*, *Ambroſin. dec. Peruſin.* 26. *n.* 21. *cum ſeqq.*, *Dexart. dec. Sardin.* 69 *per tot.*, Mart. Medic. *dec. Seneuſ* 7. *n.* 2. & *ſeqq.*, Rot. *in d. Rom. Legitimæ* 23. *Januarii* 1696. §. *In nihilo relevante, cor. Rev. D. meo Decano*, & *in Viterbien. Legitimæ* 1. *Iulii* 1695. §. *Non obſtante*, & *in Nepeſina Legitimæ* 26. *Aprilis* 1697. §. *Tertiamque*, & *ſeq. cor. R. P. D. meo* Muto.

Verùm tota pugna (ut diximus) per ſecundam vicem inſtaurata ab hærede D. Lauræ Aviæ, verſata eſt in eo, quod extarent in humanis geminæ filiæ primi gradus Lauræ prædefunctæ, in celebri Monaſterio Turris Spèculorum de tempore obitus ipſius Lauræ, & nunc etiam vitam Cælibem, & Monaſticam trahentes, ideòque cùm & eis de Jure deberetur legitima, hæc ad levamen hæreditatis nullo modo valeret excedere trientem, quia retinendo figuram ſucceſſionis univerſalis in hac deductione legitimæ, quemadmodùm ſi
3 de ſucceſſione univerſali ageretur, concurrentibus Materteris una cum Nepotibus ex Sorore præmortua, eadem ſucceſſio divideretur in ſtirpes, & non in capita, ad *Text. in* §. *Cùm filius, Iuſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* & *in* §. *Si igitùr defunctus, Authen. de hæred. ab inteſt. venien.*, pari etiam modo legitima detrahenda eſſet in ſtirpes, quodque proindè non poſſent DD. de Mutis Nepotes repræſentando perſonam Marchioniſſæ Mariæ Iſabellæ Matris induere, niſi ratam unius perſonæ, & conſequentèr una cum duabus Materteris tres ſolùm eſſe perſonas numerandas, ac propterea nonniſi trientem, juxtà præmiſſam ab initio diſtinctionem, deſumi poſſe ab hære-
4 ditate D. Lauræ, ità namque etiam diſtinguunt in hoc ipſo propoſito detrahendæ legitimæ *Doctores* conſiderantes, an Nepotes abſque indigentia repræſentationis veniant, ac venire queant ex propria perſona, ſivè cum Patruis, Materteris, vel Amitis concurrant, ac aliàs concurrerent ab inteſtato, ſicuti videre eſt apud *Peregr. de fideic. art.* 36. *ſub n.* 39. *verſ. ſi vero extent*, *Rittershuſ. ſuper Novell. Iuſtin. par.* 6. *cap* 4. *n.* 37., *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *qu.* 10. *n.* 9 & *tit.* 4. *qu.* 2. *n.* 2., *Gaſpar Manſ. de Teſtam. tit.* 12. *qu.* 5. *n.* 2, *cum ſeqq.*, *Barry de ſucceſs. lib.* 16. *tit* 2. *ſub n.* 1. *verſ. ſed quæritur*, *Rota cor. Duran. dec.* 347. *ex n.* 3. *cum plur. ſeqq.*, *dec.* 117. *n.* 1. & 2. *par.* 11. *rec.*, & *dec.* 470. *n.* 2. *par.* 14.

In hac igitùr trutinatione, ac differentia caſus à caſu, Domini, non obſtante hora nimis ſerotina, ob longam, & uberem diſcuſſionem aliarum gravium Cauſarum, quæ præceſſerant, etiam quia tractabatur de proximo in-
5 tereſſe Collegæ Patrui Litigantium (quamvis de ſtylo Tribunalis extrà Aulam Rotæ interclusi, ſicuti de hoc ſtylo teſtatur *Marcheſan. de Commiſſ. par.* 2. *cap* 8. *tit. de Iudic. ſuſpic.* §. 2. *n.* 4. & 5.) omnes ſibi poſſibiles faciendo obiectiones oltrà etiam id, quod Partes ipſæ promoverent, longè, & maturè Cauſam eviſcerantes in eam deſcendere ſententiam, quod præfatæ Materteræ Moniales Turris Speculorum non eſſent in aliquo conſiderande ad impediendam detractionem ſemiſſis pro Nepotibus numero quinque, ſtante ampliſſi-
6 ma, & undequaque reali ipſarum renunciatione, proptèr quam habendæ erant præfatæ Materteræ tùm ad finem ſuccedendi, tùm etiam ad alterum conſecutivum diminuendi legitimam de ſemiſſe ad trientem, tamquàm non extantes, ac veluti penitùs demortuæ, ut in terminis ſimilium realium renunciationum tradidere *Caren. reſol.* 69. *n.* 5. & *ſeqq.* & ſignantèr *n.* 8., *Capyc. Latr. conſult.* 76. *n.* 45., *Conciol. allegat.* 31. *ſub num.* 43. *verſ. maximè quia*, *Card. de Luca de legit. in ſupplem. par.* 3. *diſc.* 40. *ſub n.* 19., Rot. *dec.* 109. *n.* 1. & *ſeqq. par.* 5. *rec. dec.* 328. *n.* 4. *par.* 12. *dec.* 586. *n.* 2. *cor. Bich.*, *in Rom. Hæred. de Lanuviis* 18. *Iunii* 1685. §. *Pro cujus reſolutione*, & *ſeqq.* & *in Bonon. uſusfructus, ſeù renunciationis* 3. Dec.



Digitized by Google

*ejuſdem Anni §. nec opponi, cor. Rev. Hervault Archiepiſcopo Turonen.*, *& in Bonon. Fideic. de Ghiſ. illis ſuper renunciatione 17. Maii 1686. §. Domini affirmativè, cor. eod.*

Et ſanè, quamvis realitatem ejùſdem renunciationis excludere robuſtè tentaret prætenſus hæres Teſtamentarius D. Lauræ ſub eo fundamento, quod, licet pars prohæmialis Inſtrumenti renunciationum initarum à prædictis Materteris præſeferre videretur omnimodam abdicationem à rebus, & Juribus renunciatis ex motivo de ſui natura pluſquàm reali, & perpetuo, videlicèt amplectendi vitam cælibem, & Monaſticam, Deoque famulandi, nihilominùs altera pars verè diſpoſitiva demonſtraret, quod eædem Materteræ facere dumtaxat intelleserint, & declaraverint eaſdem renunciationes intuitu tantummodò earum Genitoris nomine Marii, nec non Gaſparis, & Leonis fratrum, ſuperaddita etiam illa ulteriori ratione, *pro conſervatione agnationis, &*
7 *decore Familiæ*; quaproptèr de tempore obitus Lauræ prædefunctis jam Mario, Gaſpare, & Leone, hujuſmodi renunciationes, illarumque effectus expiraverint veluti per ceſſationem objecti, cujus contemplatione dumtaxat emanatæ fuerant prædictæ renunciationes, proùt uberrimè recollecta materia talium renunciationum, eaſque diſtinguendo inter perſonales, ſivè reales, abdicativas, vel translativas, fusè, & in hoc ſuprà morem puri Theologi, doctè oſtendit *P. Paſſerin. in cap. quamvis pactum ex n. 59. cum plur. ſeqq. de pact. in 6.*, & concordant *Io. Franciſc. de Pont. conſ. 39. n. 1. & ſeqq. lib. 1.*, *Franciſc. Rocc. reſponſ. 48. n. 7.*, *& 8. lib. 2.*, *Jul. Capon. contr. 20. n. 18. & 19.*, *Reverter. dec. 581. per tot. ibiquè de Marin. ex n. 2. uſquè ad fin.*, *Panimoll. dec. 53. annot. 4. ex n. 3. cum plur. ſeqq.*, *Epiſc. Rocca diſput. Iur. ſelect. cap. 56. n. 7.*, *Rot. cor. Merlin. dec. 894. per tot.*, *& in rec. dec. 543. n. 31. & ſeqq. par. 5.*, *dec. 253. n. 17. & ſub n. 19. verſ. & tamen, & dec 330. n. 2. cum ſeqq.* & ſignantèr *n. 6. & 7. par. 14.*, *dec. 23. n. 4. & ſeqq. par. 15.*, *dec. 17. n. 11. & 12. par. 19.*, *in Firmana Succeſſionis 4. Iulii 1696. §. fin. & 1. Iulii 1697. §. Nequè ad retardandam cum 3. ſeqq. coram bo. me. Urſino*, *& in Fanen. Pecuniaria 9. Ianuarii proximè præteriti §. fin. cor. R.P.D. meo Pio.*

Potiſſimè autem reflectendo, quod ſi motivum exprimi ſolitum in hiſcè renunciationibus ſerviendi Deo, ſeligendique vitam Monaſticam, ſicuti enunciabatur in memorata parte prohæmiali, deſervire poſſet, ac deberet pro facienda, interprætandaque ſemper, & in omni caſu renunciatione reali, & in ſempiternum abdicativa, controverſia hujuſcemodi interprætationis ſolùm reduceretur circà renunciationes celebratas à Mulieribus in Sæculo vel nubentibus, vel re-
8 manentibus, actumque foret de renunciationibus emiſſis per ingredientes, vel volentes ingredi Monaſteria; quia cùm ſemper cauſa proxima, & quaſi ſemper expreſſa renunciandi ſit ipſe ingreſſus in Religionem, & electio vitæ Clauſtralis, nuſquam daretur caſus, quod hæ renunciationes cenſeri, & judicari poſſent merè perſonales, ac merè translativæ ad eas Parentum, ſeù Conſanguineorum perſonas, quorum principaliori reſpectu ſunt factæ, ex iis, quæ punctualitèr advertunt *Paſſerin. in dicto cap. quamvis pactum ex n. 59. uſquè ad 75.*, *Modern. Lucen. conſult. 257. ſub n. 31. verſ. & hinc patet, & ſeqq.*, & tamen de facto tot, & tot renunciationes initæ per
9 ingreſſuros, vel ingreſſuras Monaſterium habitæ fuerunt pro perſonalibus, itàut defectis perſonis in renunciatione contemplatis redierint ex ceſſante cauſa renunciantes ad bona renunciata, atquè ità etiam de facto per Tribunalia, & ipſam S. Rotam extiterint admiſſæ ad ſuccedendum, pròut videre eſt *in dec. 48. n. 13. & ſeqq. poſt Merlin. de legit. & dec. 641. n. 30. uſquè ad fin. cor. Dunozett. Iun.*, *& in rec. d. dec. 330. n. 5. par. 14.*, & reliquis omiſſis *in d. Firmana Succeſſionis 4. Iulii 1696. & 1. Iulii 1697. cor. bon. mem. Urſino.*

Eòque validiùs in præſenti, quia prædictæ
10 renunciationes promanabat ab ingreſſuris Monaſterium Turris Speculorum, quod cum non involvat in ſui fundatione (derivante à Nobili illa Matrona Cœlorum faſtis adſcripta *S. Franciſca* appellata *Romana*) votum perpetuæ Caſtitatis, ſed exiſtat potiùs ſacer Aſylus, in quo Puellæ, ac Virgines Nobiles poſſunt citrà violationem perpetuæ Clauſuræ, vel perpetuò permanere, vel etiam ad eorum libitum nubere, ut ità medius quidam ſtatus in Eccleſia Dei circumdata varietate reperiretur inter mera Conſervatoria, & Monaſteria effectiva, juxtà magis de proximo eidem fundationi editum ab inſigni *Martino Navarro conſ. in ordine il 6. ſub tit. de ſtat. Monac. lib. 3.* cum quo procedunt *Tamburin. de Iur. Abbatiſs. diſput. 7. qu. 5. per tot.*, *Cyriac. contr. 504. n. 6. & ſeqq.*, *Epiſc. Marrat. reſponſ. 65. n. 23. & ſeqq. par. 3.*, *Card. de Luca de Dot. diſc. 5. n. 2.*, *Modern. Pignattell. conſult. Canon. 194. n. 1. & per tot. tom. 4.*, *Rot. in Rom. Reſtitut. Dotis 26. Ian. 1696. §. Quoniam, cor. R.P.D. meo Scotto*, & in ejus confirmatoria 22. *Aprilis 1697. cor.* R. *P. D. meo dell'Olmo.*

Hinc eo minùs cogitari valeret, quod eædem Virgines renunciantes, ac exprimentes in parte diſpoſitiva meram contemplationem Patris, & fratrum, nec non agnationis, ſolidè, & revera cogitaverint perpetuam à ſe, & realem facere abdicationem, cùm om-
11 nes renunciationes veniant intelligendæ ſecundùm ſtatum, in quo fiunt, rebuſque in eodem ſtatu permanentibus, & non aliàs, ſicuti eſt de natura cujuslibet diſpoſitionis, ad trad. per *Cravett. conſ. 95. n. 4.*, *Dec. conſ. 335. n. 3.*, *Gratian. diſcept. 96. n. 24.*, *Ciarlin. controv. 168.*

*trov.*168. *n.*20. *cum* 2. *ſeqq.*, *Rot. cor. Duran.*
*dec.*322. *n.*4., & in ſubiecta materia renuncia-
tionis *Valenzuel. conſ.*17. *n.*46., *Capon. con-*
*trov.*20. *n.*29. *&* 30. & poſitivè concluſum
fuit, & obſervatum in illa notiſſima, & fami-
gerata Cauſa *Romana Majoratus, & Primoge-*
*nituræ de Cæſarinis* occaſione conſimilis Mo-
naſterii, in quo ſe collocaverat D. Livia, ut
in *Deciſ. edita ſub die* 17. *Iunii* 1686. *§. Pla-*
*cuit, & §. Ideòque, cor. bo. mem. Albergato*, 13,
*Iannarii* 1687. *§. Tertium verò, & ſeqq. cor. bo.*
*me. Emerix*, 23. *Iannarii* 1694. §. *Primò quia,*
*&* 22. *Aprilis* 1695. §. *Quoniam, cor. Reveren-*
*diſs. D. meo Molines Decano*, 25. *Febr.* 1697.
§. *Item per hypotheſim, cor. R.P.D. meo Muto,*
*&* 16. *Iunii ſuperioris Anni* §. *Nec urgere, &*
*ſeqq. cor.* R.*P.D. meo Lancetta*.

Animadvertendo ulteriùs, quod etſi in
præcitata parte diſpoſitiva renunciationis
ergà Patrem, & fratres legeretur Clauſula
12 *præſentes* &c. quæ regularitèr importat ex-
tenſionem ad quoſcumque hæredes, & ſuc-
ceſſores extraneos, & efficit in hoc caſu re-
nunciationem perpetuò abdicativam, & rea-
lem ſuprà contemplationem, & ſphæram
perſonalem ipſorum Conſanguineorum, per
ea, quæ fuerunt luculentèr diſcuſſa in R*om.*
*Hæred. de Lanuvii* 18. *Iunii* 1685. *§. Quam-*
*obrèm, cor.* R*everendiſs. Hervault, impreſs. apud*
M*odern. Palm. alleg.*295. *n.*17. & repetita per
M*odern. Forolivien. in obſerv. ad* R*amon. dec.*1.
*n.*31. *tom.*3.

Attamen eadem Clauſula cætera ta *præſen-*
*tes* &c. incontinenti noſcebatur refrænata
per immediatè ſubſequentia verba = *pro con-*
*ſervatione ſuæ agnationis, & decore illius Fami-*
*liæ*, quæ non poterant congruere hæredibus
extraneis, ac propterea eadem Clauſula cæte-
rata *præſentes*, neceſſariò erat coarctanda intrà
Cancellos præcedentis, & ſubſequentis di-
ſpoſitionis, & declarationis, juxtà regularem
13 naturam cujuslibet Clauſulæ, vel diſpoſitio-
nis intermediæ, quæ declarationem recipit
ab antecedentibus, & ſubſequentibus, ad not.
per R*oland. conſ.*25. *n.*30. *&* 31. *lib.*4., R*ot. cor.*
*Pamphil. dec.*728. *n.*12., *& dec.*111. *num.*41.
*cum* 2. *ſeqq. par.*5. *rec.*, *dec.*161. *n.*2. *par.*10.,
*& dec.*95. *n.*27. *par.*11. & alibi paſſim.

His tamen in gemina, ut diximus, propo-
ſitione seriò per Dominos animadverſis, &
perpenſis, in nihilo refragantibus, & tota
maſſa facti, & Inſtrumenti circumſpecta, vi-
ſum eſt, non poſſe renunciationes Materte-
rarum reputari, niſi magis propriè, & verè
penitùs abdicativas, & reales; Poſthabita
enim conſideratione, quod hæc obiectio de
perſonalitate fiebat à prætenſo extraneo hæ-
rede Teſtamentario, non autem ab ipſis Mo-
nialibus, ſivè Materteris, quæ ſecundùm ea-
rum Nobilem qualitatem reſilire velle non
indicarunt, neque indicant à perfecto ſtatu,
quem elegerunt, ex quo, licèt eædem Monia-
les mediante Commiſſione earum nomine
directa Tribunali inſtetiſſe videantur admit-
ti ad Cauſam, eadem tamen Commiſſio po-
tiùs ex oppoſito reſpiciebat nullitatem Te-
ſtamenti exarati per D. Lauram, quàm Cau-
ſam, inſpectionem, & prætenſionem præſen-
14 tem circà legitimam; Adhùc cùm materia
hæc judicandæ renunciationis vel perſona-
lis, vel realis pendeat à facti circumſtantiis,
& à verbis, ac Clauſulis in Inſtrumento con-
tentis, & à prudenti Judicis religione libran-
dis, teſte *Epiſc. Rocca ſelect. Iur. diſput. d. cap.*56.
*ſub n.*7. *verſ. his igitùr, & n.*8., *Card. de Luca*
*de renunc. diſc.*7. *ſub n.*3. *verſ. quod autem, &*
*n.*4. *& diſc.*8. *n.*4. *&* 5., *Rot. in Rom. Hæred.*
23. *Martii* 1785. §. *At Domini, & ſeqq. cor.*
*bon. mem.* R*ondinino*.

Utiquè, ad noſtram Theſim applicando,
pluſquàm convincebatur, mentem, & volun-
tatem harum Nobilium Virginum in rei ve-
ritate extitiſſe ſeſe penitùs abdicare à curis
bonorum temporalium, veluti inſectantium
monitum *Divi Gregorii PP.*, qui hortatur vo-
lentes in Chriſtiana, & religioſa Paleſtra col-
luctari cum infenſis, & nudis Spiritibus, ut
terrenarum rerum curam abiiciant, nè ſuc-
cumbant, quemadmodùm habetur *in Homi-*
*lia ejuſdem Sancti la* 32 ibi · *Quid enim ſunt ter-*
*rena omnia, niſi quædam Corporis indumenta?*
*qui ergò contrà Diabolum ad certamen prope-*
*rat, veſtimenta abiiciat, nè ſuccumbat*.

Idque in primis DD. animadverterunt in-
ſpectis clariſſimis verbis prohæmii factarum
renunciationum, in quo renunciantes dixe-
runt = *Se Divina inſpiratione ductas velle in Ve-*
*ner. Domo Turris Speculorum de Urbe intraire,*
*ibiquè intendunt vitam Sanctimonialem ducere,*
*ac Profeſſionē, Deo Opt. Max. favente, debito tem-*
*pore emittere, & Altiſſimo perpetuò famulari, &*
*inſervire cum ſolita Dote &c.* Quamobrèm eò
ipſo, quod ſolitam Dotem, cæteraque congrua
earum honorificæ ſubſtentationi obtinuerunt,
vel ſolùm obtinere cogitabant, non erat cre-
dendum, quod ipſæ Nobiles Virgines contem-
nere ſomniarent Deum, cui potiſſimè profite-
bantur velle famulari, & conſecutivè etiam
homines, ad quorum favorem renunciare vel-
le proteſtabantur: Quid quid enim ſit in ordi-
ne ad homines, quando eædem perſonæ renun-
15 ciatariæ ſcribant hæredem ipſum, vel ipſam
renunciantem, in quibus ſanè terminis ceſſat
ex libito ejuſdem Renunciatarii effectus re-
nunciationis, itàut perſona renuncians cenſea-
tur per ipſum Renonciatarium reintegrata ad
bona, vel jura renunciata, ut benè dicunt *Iaſ.*
*in l. fin. n.*23. *C. de pact.*, *Berell. conſ.*4. *n.*48.,
*Tell. Fernandez ad l.*6. *Tauri n.*40., *Bottilier. de*
*ſucceſs. theor.*45. *n.*2. *&* 6., R*obles de repræſent.*
*lib.*2. *cap.*16. *n* 16., *de Marin. reſol. jur. lib.*2.
*cap.*194. *n.*2., *Cirocc. diſcept.*11. *n.*16., *Surd.*
*dec.*14. *n.*4. *& ſeqq.*, plenè *Adden. ad dec.*523.
*an n.*56. *cum plur. ſeqq. par.*4. *tom.*3. *rec.*

Pro-

Digitized by Google

Profectò quandò eædem Perſonæ renuncia-
tariæ noluerunt, aut non potuerunt, ſeù aliàs
quomodolibèt abſtinuerunt ab hac reintegra-
tione, atquè ab inſtituendis hæredibus renun-
ciantibus, nimiùm poſteà remanerent illuſæ,
quotiès per earum obitum renunciantes redi-
rent incontinenti ad jura renunciata, nequè
idcircò iidem Renunciatarii teſtari poſſent
expreſsè, nec habere ſolamen teſtandi implici-
tè per Teſtamentum legis, ſivè ſucceſſionis ab
inteſtato, ad normam *Text. in l. conficiuntur,
ff. de jur. Codicill.*, & maximè, quia putare
16 potuerunt, quod principalior cauſa renun-
ciandi ad finem inſerviendi Deo, ducendique
vitam Monaſticam, pluſquàm abundè deſer-
viret pro efficienda eadem renunciatione om-
ninò reali, & abdicativa, pròut milliès reſpon-
dit *Rota*, & præcipuè, antiquioribus omiſſis,
*in Rom. Hæred. de Toſcanellis* 31. *Maii* 1649.
§. *Prædicta, cor. bon. mem. Meltio impreſſ. apud
Modern. Lucen. conſult.* 258. *ſub n.* 119. *& ſeqq.,
in Cæſenaten. Succeſſionis* 1. *Febr.* 1679. §. *Ma-
ximè verò, & ſeq. cor. clar. mem. Card. Viceco-
mite, in Faventina Succeſſionis* 7. *Junii* 1680.
§. *fin. cor. eod., in Rom. Hered.* 20. *Martii* 1684.
§. *In primis autem*, & 3. *Iulii ejuſdem Anni*
§. *Verùm etiam, cor. Reverendiſſ. Hervault
Archiepiſcopo Turonen.*, confirmata 23. *Martii*
1685. §. *Cauſa finalis, cor. bon. mem. Rondinino,
& in* Rom. *Fideic. de Incoronatis* 9. *Iunii* 1694.
§. *Nec ambigi valet, & ſeq., &* 16. *Maii* 1695.
§. *Nec ſimilitèr, cor. bo. mem. Emerix*.

Quòvero ad ipſum Deum, ut veriſimile eſt,
pariformitèr quædam ſpecies illuſionis clara
eſſet, quia pro cauſa antecedente oſtentare-
tur famulatus ergà ipſum, poſteàque defle-
cteret ad effectum principaliorem Sanguinis:
quamvis enim in præſenti caſu, juxtà ſupe-
riùs inſinuatam obiectionem, cauſa manendi
in Religione, ac perpetuò famulandi Sum-
mo Deo, contineretur dumtaxat in prohæ-
mio, non autem in parte diſpoſitiva renun-
ciationis, conſideratum tamèn fuit, quod ul-
trà, ſivè poſt expreſſionem Perſonarum, qua-
rum intuitu fiebat renunciatio, dicebatur, ac
ſubiungebatur = *aliiſque juſtis de cauſis animum
dignè moventibus*; ideòque inveſtigando, quæ-
nàm forent iſtæ aliæ juſtæ cauſæ, quæ ani-
mum movere poſſent harum Virginum re-
nunciantium, certè non poterat alia hone-
ſtior, magiſque veriſimilis cauſa conſiderari,
quàm illa ingreſſus in Religionem, ac famu-
latus Majeſtati Divinæ, quandò enim oritur
17 aliqua dubitatio ſuper cauſa celebrationis
alicujùs Inſtrumenti, & reſpectivè intentio-
nis Partium, melior interprætatio deſiderari
nequit, quàm expreſſio facta in parte prohæ-
miali, quæ veram intentionem, & animum
contrahentium deſignat, & pandit, ad tradita
in ſpecie per *Rot. in d.* Rom. *Hæred. de Lanu-
viis* 18. *Iunii* 1685. §. *Et quidèm, cor. Reve-
rendiſſ. Turonen., & in Bonon. Fideic. de Ghi-
ſellis ſuper renunciatione* 17. *Maii* 1686. §. *Hu-
juſmodi, cor. eod.*

At dato etiam, quod hujuſmodi pars pro-
hæmialis, & probabiliùs indicativa intentio-
nis renunciantium foret ambigua, utrùm
ſcilicèt eſſet principalior, vel unica cauſa re-
nunciationum, vel potiùs copulativè reſpe-
ctus ad Marium Patrem, ac geminos fratres,
utiquè ſaltèm eademmet cauſa ingreſſus in
Religionem expreſſa in prohæmio & indica-
ta, ſivè incluſa in parte diſpoſitiva ſub illis ver-
bis = *aliiſque juſtis de cauſis*, efficiebat, quod
ad ſummum ambæ cauſæ Dei, & Sanguinis
eſſent coæquales, & pari modo contempla-
tæ, & conſequentèr, quod etiam ceſſante al-
terutra, nempè ſanguinis, vigeret, ac perdu-
raret cauſa Dei, itàut remanente una cauſa
æquè principali, quamvis altera deficeret,
ſemper, & indubitantèr perſiſteret ſubſtantia,
18 & eſſentia renunciationis, quemadmodùm in
propoſito duplicis cauſæ finalis, ut una cor-
ruente, non per hoc corruat actus, tradiderunt
*Natt. conſ.* 14. *n.* 6., *Surd. conſ.* 361. *n.* 20., &
*conſ.* 531. *n.* 6., *Oſaſcb. dec.* 118. *n.* 6., *Rota cor.
Merlino dec.* 392. *n.* 12. & 13., & *dec.* 221. *n.* 3.
& 4., & *n.* 8. *par.* 14. *rec.*, & in his præciſis ter-
19 minis pluriès obſervavit Rota, & præſertim *in
dec.* 587. *n.* 7. *par.* 1. *rec.*, & *dec.* 328. *n.* 6. *par.* 12.,
& *dec.* 10. *n.* 44. *cum duob. ſeqq. cor. ſan. mem.
Alex. VIII.* & *in d. Rom. Hæred. de Toſcanel-
lis apud* Modern. *Lucen. d. conſult.* 258. *n.* 125.,
& *in d. Rom. Hæred.* 20. *Martii* 1684. §. *Non
ſolùm enim, uſquè ad fin.*, & 3. *Iulii ejuſdem
anni* §. *His adeò, cor.* Reverendiſſ. *Turonen.*,
& in ejus confirmatoria 23. *Martii* 1685. §. *Si-
quidèm, cor. bon. mem. Rondinino*.

Et de facto, ſi caſus congruo tempore præ-
buiſſet, quod eædem Nobiles Puellæ, viven-
tibus adhùc Mario Patre, vel Gaſpare, &
20 Leone fratribus, à Monaſterio reſiliiſſent,
certè, ſi cauſa finalis ineundæ renunciationis
extitiſſet affectio ergà Genitorem, & fratres,
vel ipſam agnationem, itàut è converſò in-
greſſus in Religionem foret reputandus pro
cauſa merè impulſiva, vis, & efficacia renun-
ciationum perdurare debuiſſet, ex tradit. per
*Gratian. diſcept.* 96. *n.* 16., *Rota dec.* 587. *n.* 6.
*par.* 1. *rec.* Et nihilominùs durum tunc tempo-
ris, & antè delatas ſucceſſiones, vel jus alteri
intermediè quæſitum, extitiſſet ſubſtinere,
quod eædem renunciationes non remanſiſ-
ſent reſolutæ per ipſum egreſſum, ut fuit
conſideratum, & admiſſum in ſupradicta
Cauſa *Romana Primogenituræ de Cæſarinis*, ſi-
gnum evidens, quod non ſola affectio circà
Sanguinem, ſed ſaltèm copulativè charitas
ergà Deum, ni dicamus unicè, & finalitèr,
movit ad renunciandum.

Obſervando ulteriùs, quod in hac parte
21 retorqueri poterat obſervatio *P. Paſſerini* ſu-
periùs in obiecto allegata, nempè, quod nul-
læ darentur renunciationes perſonales, ubi
cauſa

cauſa expreſſa , vel exprimenda ingreſſus in
Religiooem ſemper efficeret renunciatio-
nem realem ; pari oamquè modo dici poſſet,
quod nulla daretur renuociatio realis , quo-
tiès haberetur in onica conſideratione per-
ſonarum expreſſio , ex quo dari vel non po-
teſt , vel regularitèr non ſolet ulla renuncia-
tio , quæ ſit talitèr abdicativa , ot nulli tranſ-
ferat commodum , quod à perſona illam
ineunte tollit , & abdicat ; Idem namque *Di-
vus Franciſcus* voluotariæ abdicationis exem-
plar , renunciando realitèr a ſe omnia terre-
na coràm Antiſtite Aſſiſien. , illa tranſtolit
in Patrem, ut habetur in illius Vita , & *Chro-
nicis* , atque Ità in effectu egregiè cum ſubſti-
nentibus realitatem renunciationis , non ob-
ſtante perſonarum expreſſione , quarum fa-
vore fieri videbatur , optimè pouderavit *Rot.
in dicta Rom. Hæred. de Lanuviis* 18. *Jun.* 1685.
§ *Ex mente ergò* , *cor.* *Reverendiſs. Turonen.*

Reſpectu autem alterius difficultatis de-
promptæ ex eo, quod qualitas Monaſterii præ-
ſeferret ſtatum amovibilem , ponderarunt
Domini , quod in primis fortè hujuſmodi dif-
ficultas , ſivè obiectum ſonare poterat in præ-
judicium harum Nobilium Puellarum , qua-
rum Clypeo ſeſe tuebatur prætenſus Hæres
teſtamentarius, quaſi quod hæ cogitaſſent ab
initio exſpoliationis Mundi , ejuſque pompa-
rum divertere à Religione , quod oon erat
præſumendum , & alienum à verbis expreſsè
in parte prohæmiali , & implicitè in alia di-
ſpoſitiva prolatis ; de reliquo autem non erat
hoc aſſumendum in præſeoti ſtatu Cauſæ , in
qua revera renonciantes manent in Religio-
ne , à qua , niſi nulla , ſaltèm rariſſima ſunt
exempla deſcedentium . quinimò quotiès ex
Divina permiſſione , vel providentia inten-
diſſent ſtatum ſacroſanctè a principio electum
immutare , tonc profectò non ſubeſſet parva
22 amaritudo io diſcotiendo , an poſſet earum-
dem Puellarum , ac Nobilium Virginum
egreſſus operari , quod eadem egreſſio vale-
ret præjudicare iis , qui ioterim medio tem-
pore ſucceſſionis . ac renunciationis jura ac-
quiſivere, ſecundùm diſputata apud *Coſt. de re
integr. diſt.* 17. *ſub n.* 1. *verſ. Alterum caſum* ,
*Scip. Theodor. alleg.* 58. *n.* 7. *cum ſeqq.*, & *n.* 37.,
39., & 40., *Mart. de ſucceſs. legal. par.* 3. *qu.* 13.
*art.* 2. *n.* 11., & *ſeqq.*, latiſſimè *Modern. Lucen.
de pact. futur. ſucceſs. lib.* 2. *cap.* 25. *n.* 66. *cum
plur. ſeqq.* , *Gratian. dec. Marcb.* 42. *per tot.* ,
*Card. de Luca de renunc. diſc.* 27. paritèr *per tot.*,
*Rota cor. Royas dec.* 122. *n.* 9. , & *dec.* 530. *per
tot. cor. Card. Cerro* , & magis io ſpecie apod
*Bicb. dec.* 52. , & *dec.* 625. *per tot.*

Maximè qoia , & huic conſiderationi fa-
mulabantur regulæ Juris, quæ ſunt, ot donec
23 res diverſo modo ſe habeaot, interim eædem
res remaneant in implicito ſtatu validitatis ,
nec poſſint ex futuro , aliaſque inveriſimili
contingenti perverti , & immutari, ut in ſpe-
cie hujuſmodi renunciationum traduot ad-
ducti per *Modern. Palm. alleg.* 374. *n.* 4. & *al-
leg.* 375. *n.* 37. , *Rot. cor. Royas d. deciſ.* 122.
*n.* 12. *cum duob. ſeqq.*, & *in d. Romana Hæred.*
20. *Martii* 1684. §. *Neque altera* , *cor. Reve-
rendiſs. Turonen.*

Quibus ſanè omnibus non parvam vim
adjiciebat ſuperiùs inſinùata Clauſula *præ-
ſentibus* cum cæteratione ; quia etſi eadem
Clauſula *præſentibus* &c. videretor reſtricta
intrà Cancellos antecedentis , & ſubſequen-
tis diſpoſitionis pro conſervatione agnatio-
nis , & Familiæ , ut præmiſimus in obiecto :
attamen certum hoc erat , quod eadem Clao-
ſula *præſentibus* cum cæteratione debebat ju-
24 xtà Urbis, & qoodcumque Formularium Or-
bis extendi , & cooſequentèr ſingula ſingulis
congruè referri , ut opus eſt in omni mate-
ria, juxtà *Gloſs. in l. ſi negotium* 16. *verb. geſto-
rum, C. de negoc. geſt.*, *Rot. cor. Merlin. dec.* 829.
*num.* 9. , & *dec.* 128. *n.* 14. *par.* 16. *rec.* Sicque
data hujuſmodi extenſione ex nullo Formu-
lario ſe compatiente cum reſtrictione ad
Agnatos , vel perſonas tantùm expreſſas , in
præſenti caſu indubitantèr aliquid plus præ-
ſeferebat , quàm renunciationem ad commo-
25 dum ſolius Patris , & Fratrum , quia de ſui
natura , ac regulari , & neceſſario facienda
extenſione præfata Clauſula iocludit omoes ,
& quoſcumque hæredes extraneos , quemad-
modùm ad finem judicandæ renunciationis
pro reali pratèr allegatos dixere *Caren. re-
ſol.* 245. *n.* 6., *Modern. Mutinen. conſult.* 42. *n.* 4.,
*Rot. dec.* 269. *n.* 4. & 5. *par.* 17. *rec.* , & *in d.
Faventina Succeſſionis* 7. *Junii* 1680. §. *Minùs
facit* , *cor. clar. mem. Card. Vicecomite* .

Et hoc adeò verom, ſcilicèt non poſſe fieri
reſtrictiooem ad perſonas expreſſas antece-
dentèr , vel ad agnationem ſucceſſivè nomi-
natam , ( niſi hæc intermixtio , & coofuſio
proceſſiſſet ab oſcitantia , & errore Notarii,)
ut in *d. celebri Romana Hæred. de Lanuviis* ,
extante Clauſula, *præſentibus*, com ſucceden-
te albo lioea repleto , & prætenſione Monia-
lium reounciantium , ipſam repletionem fa-
ctam extitiſſe ad fioem impediendi extenſio-
nem complexivam quorumcumque hæredum
etiam extraneorum , ideòqoe importantem
26 realitatem , firmatum nihilominùs rectè foe-
rit , eamdem Clauſulam *præſentibus* &c. , ve-
loti de neceſſitate extendibilem ad extraneos
hæredes , præſeferre renunciationem omninò
realem , pròut liquet in *d. dec.* 1. *apud Adden.
ad Roman. ſub n.* 34. §. *Nec illius amplitudo* ,
& *ſeqq. tom.* 2.

Et his igitùr DD. coacti magis inclinare
in partem realitatis , qoàm perſooalitatis ,
nempè in vim veriſimilis intentionis , & de-
clarationis in prohæmio renunciationum
tàm amplè emiſſæ intuitu Dei , ac Religio-
nis , & ob efficaciam tacitæ repetitionis in
parte diſpoſitiva per illa verba = *aliiſque ju-*
*Ris*

Digitized by Google

*ſtis de cauſis*, ac demùm vigore Clauſulæ *præſentibus* cæteraıæ in eadem parte diſpoſitiva, non putavere ulteriùs inſiſtendum in pleriſque aliis verbis realitatem importantibus, utpotè adiectis paritèr in ipſa parte diſpoſi-
27 tiva, videlicèt, quod in illa diceretur, quod renunciabatur ſucceſſionibus tàm delatis, quàm deferendis ex cauſa de præterito, præſenti, ac de futuro, tàm ab inteſtato, quàm ex Teſtamento, necnon ſupplemento legitimæ, ac ſucceſſionibus tàm Aſcendentium, quàm Collateralium, habentes in hoc ſeſe ad abundantiam remiſſivè ad prænotata in his terminis, & verbis per *Caren. d. reſol.245. n.7. cum duob. ſeqq., Epiſc. Rocea ſelect. diſput. Iur. cap.56. n.37., & ſeqq., Modern. Mutinen. d. conſult.42. ſub n.1. verſ. Quandoquidem, Rota in d. Rom. Hæred. de Toſcanellis cor. Meltio impreſſ. apud* Modern. *Lucen. conſult.258. n.29., & in Mantuana Manutentionis 15. Iun. 1693. §. Idem quoque, cor. bon: mem: Benincaſa*.

Et ità poſt valdè maturam, ut diximus, diſcuſſionem, adhibito etiam forſan non modico rigore contrà Nepotes Collegæ, poſt tertiam, & in hoc articulo iteratam propoſitionem, reſolutum fuit, utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

DE hac Deciſione, quæ fuit terminativa litis ob non ſequutam aliam provocationem poſt expeditionem ordinatam ſub die 3. Julii ejuſdem Anni *1699.* mentionem fecimus *ſupra in dec.49. in addit. poſt n.37.* & hodiè illa legitur impreſſa apud *Palm. Nep.*, qui ſub nomine *Rotæ Lucen.* collectaneam fecit plerumquè Deciſionum noſtri Sacri Auditorii, & præſentem regiſtravit in ordine *la 272. to.3.*

Ut liquet, eadem præſens Deciſio tota ſe vertit in examinandis duobus articulis, quorum primus eſt, an, & quando fœminæ in computatione, ſeù ſuppuiatione legitimæ faciant ad favorem maſculorum numerum; & partem, quod tamen in hoc concreto caſu ex ipſa facti ſerie reddebatur extraneum, cùm dubitari non poſſet, quod in eodem caſu Sorores maſculorum volentium numerare eaſdem Sorores ad eorum commodum pro obtinendo ſemiſſe forent computandæ, cùm Statutum Urbis, de quo agebatur, favendo maſculinitati, quod Fœminis dotatis auferebat, accreſcere intendebat ipſis maſculis, juxtà *Auctoritates* ſuperiùs recenſitas
28 ſub *n.2.* cùm enim in his terminis Dos ſuccederet loco legitimæ, in claram venit conſequentiam, quod Statutum intellexerit, illas facere numerum, & partem favore maſculorum, à quibus de reliquo nedùm à menſura integræ legitimæ, jubendo, eàs ſtare debere judicio paterno, vel dotationi aliàs congruæ, ſed etiam à tota, & plenaria ſucceſſione excludebantur, ut fuit latiùs dictum in una mea *Rom., ſeù Savonen. ſucceſſionis 13. Martii 1705.*, quæ ſtat impreſſa poſt *Modern. Paulucc. diſſert.40. dec. unic.* quævè etiam extitit confirmata paritèr *cor. Me* cum ſucceſſiva expeditione *ſub die 8. Februarii 1706.*

Non cadentibus propterea illis amaritudinibus, quæ ſolent in hac quæſtione conſiderari, quando Statutum jubet, legitimam non debere excedere trientem, ut eſt illud Januæ, de quo in prædicta mea *Romana, ſeù Savonen. Succeſſionis*, vel quando modo rigidio-
29 ri fœminas tenet pro extraneis à ſucceſſione, & à legitima, quia tunc neque volentibus maſculis facere poſſunt numerum, vel partem favore eorumdem maſculorum, cùm per organum perſonarum, quas Statutum fecit extraneas à ſucceſſione, capere non poſſint illud, quod nec habitu, nec actu capere poſſunt tales perſonæ, quæ habentur à Statuto pro extraneis, *Merlin. de legitim. lib.1. tit.4. qu 3. n.9., Manſ. conſult.14. n.20.*, & præcedentèr ad meas Deciſiones *Rot. in ead. Rom., ſeù Savonen. Succeſſionis 4. Dec. 1699. §. Quia verò, & 14. Iunii 1700. §. Duplex enim, cor. R.P.D meo Lancetta.*

Et ſi quis velit ſuper hac controverſia, quæ non deſcendit à diſpoſitione Juris communis æquè admittentis fœminas, & maſculos
30 ad ſucceſſionem, (quia tunc ſolùm numerus filiorum ſuprà quatuor ad conficiendum ſemiſſem attenditur, ſibique unaquæque perſona numeranda facit partem; ut advertit *Card. de Luc. diſc.4. de legitim.*) ſed promanat à variis Statutorum diſpoſitionibus circà excluſionem fœminarum, alias inquirere, ſeù perdendere diſputationes, hodiè ferme uſq; ad nauſeam Volumina ſunt plena de materia, ut ſignantèr ſuperabundà videre eſt apud *Conſtantin. ad Stat. Urb. tom.2. annot.35. artic.2., Sebettin. de pact. ſucceſſ. par.3. ſect.6. per tot.* & adeſt plenum votum *Severoli*, quod eſt impreſſum poſt *Cardinal. Albit. de inconſtant: in Iudic. dec.64.*, *Rot. in Fanen. Fideic.* recenſita apud *Torr. var. qu. Iur. tom.2. titul.12. in Miſcellan. par.1. dec.23. n.21.* & magis de recenti in illa *Bononien. Fideic. Alexii de Urſis ſuper portione Annibalis 13. Maii 1709. §. Fœminæ autem, cor. R.P.D. meo Aldrovando*

Prout quoque ſi quis cupiat examinare,
31 an diſcordantibus maſculis circa computationem fœminarum, aliis ſcilicet volentibus illas numerare pro augenda legitima, aliis verò detrectantibus, adeat *Card. de Luca lib.9. de legit. diſc.2. & 3., Rodulphin. allegat.130. & 131., Rot. dec.10. & dec.69. poſt Card. Albit. de inconſtant. in Iudic., dec.134. n.6. & 7. cor. Priol., dec.160. n.22. & dec.137. n.15. par.7. rec.*, & in *Romana legitimæ 23. Ianuar. 1702. §. Arriſit tamen, cor.* Me.

Non omittendo annotare, quod ubi ex computatione fœminarum augetur legitima de triente ad ſemiſſem, tunc Dotes attri-

Digitized by Google

tributæ fæminis debent imputari in excom-
putum ejuſdem ſemiſſis, & ſic tantùm maſ-
culi gaudere poſſunt in hoc caſu illo pluri,
quod importaret quota pars legitimæ debitæ
fæminis ſuprà earum Dotem; quod ſecùs
32 eſſet, quando non ſequeretur hæc augumen-
tatio ad ſemiſſem, ſed filii contentarentur
triente, vel ratione numeri legitima non ex-
cederet trientem, quia tunc nè ipſa legitima
in præjudicium maſculorum valdè diminue-
retur, non fit talis excomputatio, ſivè impu-
tatio, ſed regularitèr Dotes detrahuntur à
tota hæreditate per antipartem, & ſic antè
ipſam legitimam, utì firmatum fuit in *præ-
dicta mea Romana, ſeù Savonen. ſucceſſionis deciſ.
unic. poſt diſſertat. Paulucc. 4. n. 11., eadem Rot.
dec. 277. n. 16. & 17. par. 13. & dec. 65. n. 15. &
16. poſt Card. Albit. de inconſtant. in Iudic.* &
anteà benè diſſeruit *Peregrin. de fideicommiſſ.
art. 24. n. 38. per tot., Merlin. de legit. lib. 1. tit. 4.
quæſt. 6. n. 8. cum ſqq.*

Igitur motivum in præſenti Deciſione
tractandi potiùs abſtractivè de hac quæſtio-
ne, an legitima ad favorem DD. de Mutis
eſſe deberet triens, vel ſemis, verſabatur ſu-
per alio articulo, an geminæ eorum Mater-
teræ ſuper legitima ab hæreditate Aviæ de-
trahenda facere deberent in ipſa ſucceſſione
Aviæ concurſum, nec nè, & fuit dictum,
quod non, ſtante renunciatione reali per eaſ-
dem Materteras emiſſa, & inter cæteras cir-
cumſtantias pro cenſenda renunciatione pro
reali habita fuit conſideratio, quod eædem
Materteræ renunciabant, ſeù renunciave-
rant occaſione exeundi Sæculum, & ingre-
diendi Monaſterium, ſeù Domum Turris
33 Speculorum, & hanc diſtinctionem inter re-
nunciantes ad finem ducendi vitam cæli-
bem, Deoque ſerviendi, & inter renuncian-
tem, quæ nubat in Sæculo occaſione Dotis
per eam habitæ, quod ſcilicèt in primo caſu
veniat reputanda realis, & non perſonalis,
ſecùs autem in ſecundo, amplexa eſt ſæpiùs
*Rota*, & ſignantèr *in Romana Immiſſionis 22. Iu-
nii* 1707. *cor. R. P. D. meo Lancetta*, & in qua-
tuor illis *Deciſionibus*, quæ emanarunt *in Ro-
mana Renunciationis inter DD. de Ingbiramiis,
& de Vais cor. R. P. D. meo Scotto*, nempè 23.
*Ianuarii*, & 15. *Iunii* 1708. & 6. *Maii* 1709.
quævè *Deciſiones* fuerunt poſtmodùm confir-
matæ (cum ſucceſſiva expeditione ſequuta
die 2. *Iunii* 1710.) *in Deciſione*, quæ poſtre-
mò prodiit *ſub die* 10. *Martii ejuſdem An-
ni* 1710. *cor. R. P. D. meo Criſpo*.

De reliquo ſuper hac materia renuncia-
tionum plurima etiam ſuprà connotavi, ſo-
lumque addam ad præſens quoddam Reſ-
ponſum per Me editum ſub Anno 1680. in
quadam *Romana Fideicommiſſi de Maſſiolis*,
quod peragit de alio non incurioſo puncto,
34 an pactum perpetuum de ulteriùs non pe-
tendo, ultrà ſui naturam negativam, impor-
tare poſſit etiam renunciationem translati-
vam ad favorem ejus perſonæ, cujus con-
templatione ex cauſa oneroſa factum fuit;
cùm enim quædam Antonia non valens ad-
ſpirare ad portionem aliàs ex propria perſo-
na ſibi debitam ſuper quadam Domo fidei-
commiſſaria, quia remanſerat de eadem ſua
portione ſatisfacta, contenderet totum, vel
portionem competentem Iſabellæ Sorori ex-
poſtulare, etſì eadem Iſabella non potuiſſet
agere ipſa in totum, (Iſabella enim non com-
paruerat in Judicio) Ego reſpondens quibuſ-
dam contrariis Allegationibus ſic dicebam.

Antoniæ portio, ſi qua eidem ex perſona
Bernardini competit in fideicommiſſo, de
quo agitur, exuberantèr ſatisfacta remanſit
ex poſſeſſione Domus ab ea retenta, unde
inutilitèr hodie recurrit ad petendam Im-
miſſionem in totum, ſcilicet etiam pro rata
35 Iſabellæ: quamvis enim, juxtà *Authoritates*
in contrarium cumulatas, expoſtulari valeat
integralitèr Immiſſio adversùs Bona fidei-
commiſſaria, quotiès alter ex vocatis in pari-
tate vocationis exiſtens conquieſcit, & offer-
tur idonea Cautio de reſtituendo alteri Con-
fideicommiſſario, ex traditis per *Sard. con-
ſil. 359. n. 15. & 16., Rot. coram Martin.* Andr.
*dec. 87. n. 13. & 14., Duran. dec. 448. n. 10. &
ſeq., Royas deciſ 374. n. 5. & 6., Cerr. dec. 614.
n. 13. & in rec. deciſ. 148. n. 13 par. 4. tom. 2. &
dec. 262. n. 12. & 13. par. 7.* Nihilominùs hu-
juſmodi propoſitio ſolummodò procedit in
36 caſu, quo nihil interſit Reo convento uni
potiùs, vel alteri rem fideicommiſſo ſuppo-
ſitam reſtituere, nullumque habeat funda-
mentum ad opponendam exceptionem de
jure Tertii, iſtaque eſt ratio, cui principali-
tèr, ac dumtaxat innititur *Sard.* in allegato
*conſ. 359. n. 15. & 16. lib. 3.* ac optimè ſe ſe ex-
plicat *Rot. d. dec. 448. n. 11. verſic. quia Epiſcu-
po nihil deperit, cor. Durano, & cor. Royas d. de-
ciſ. 374. n. 6.* ibi = *quia Reus ſemper tenetur ſol-
vere, ſeù reſtituere &c.*

At in præſenti totum urget in oppoſitum,
cum Iſabella jura ſibi competentia ſuper
bonis Avitis renunciaverit Julio noſtræ
37 Principalis Authori, ſtante quippe iſta ceſ-
ſione, ac renunciatione, jura ſuper Avito
fideicommiſſo pertinentia Iſabellæ dici ne-
queunt extincta, ſed in præfatum Julium
renunciatarium tranſierunt, ad tradita per
*Zanch. in l. hæredes mei, §. Cum ità par. 4. n. 487.
ff. ad Trebell., Bellon. de Iur. accreſc. cap. 7.
quæſt. 40. n. 2. & ſeq., Rot. dec. 55. num. 7. poſt
Oleam de ceſſion. Iur.*

Neque ſubſiſtit, quod Iſabella reverà non
devenerit ad ullam renunciationem transla-
tivam, ex quo per ea verba = *pactumque perpe-
tuum de ulteriùs non petendo &c.* ſimplicitèr
ſibi ademerit petendi facultatem; Quia *Torr.
de pact. fut. ſucceſſ. lib. 2. cap. 1. n. 33.* exad-
verſo allegatus dicit quidem, quod hujuſ-
modi




Digitized by Google

modi verba præſupponant privationem ju-
ris competentis, contineantq; renunciatio-
38 nem juris, & facultatis petendi, ſed ſtatim
*ſub.n.34.immediate ſequen.* fatetur, & admit-
tit, quod pactum iſtud de non petendo de
neceſſe, ac ſemper admixtam habet renun-
ciationem, afferendo *Gallerat.de renunc.lib.1.
cap.6.num.2., Capon.de pact.quæſt.5.n.14.*

Quodque proculdubio pactum de non pe-
tendo initum ad favorem certæ perſonæ non
tantum ſapiat veram, & effectivam renun-
39 ciationem, verùm etiam plus valeat, quam
renunciatio translativa, ac in donationem
ad commodum ſtipulantis, ejuſq; hæredum
transfundatur. in puncto poſt *Donad.de renun-
ciat., Gallerat.eod.tract., Kellemb., alioſque* fir-
mat viden. *idem Torr.de pact.dicto lib.2.cap.6.
n.4. verſic. quo caſu, & n.5.* obi loquitur in
terminis hæreditatis deferendæ, & latè di-
ctum fuit in *dec.290. n.1. & ſeq. par 9.* ibi =
*cum illa renunciatio non ſit ſimplex renunciatio,
ſed vera donotio, quod evidenter elicitur ex Clau-
ſulis Inſtrumentorum, ſignanter ex pacto de non
petendo, quod operatur, ut renunciatio in pactum,
& donationem transfundatur.*

Et ratio, præcipuè in caſu noſtro, eſt ma-
niſeſta, ad quid enim Julius dotans de pro-
prio Iſabellam Neptem reportaſſet ab ea hu-
juſmodi renunciationem, & pactum de non
petendo aliquid ſuper bonis Avitis, ſi poſteà
non poſſet uti eodem pacto, ac liceret Anto-
niæ Sorori illius perſonam induere, & ex
ejuſdem jure vindicare bona poſſeſſa per Ju-
lium, ejuſque hæredes, & deſcendentes, ut
de per ſe patet ad ſenſom, & notavit *Surd.
conſ.133.n.20.verſic.nec movet circa med., Gal-
lerat.de renunc.centur 1.par.15.n.19* optimè
viden. *Torr.de pact.fut.ſucceſſ.d.lib.2.cap.2.
40 n.28., & ſeq.* ubi infinitis cumulatis firmat,
quod eſſe non poteſt pactum de non ſucce-
dendo in perſona unius, quin ſit de ſucce-
dendo in Perſona alterius, & quod intentio
facientis hujuſmodi pactum non eſt, ut ſe
privet, ſed ut acquirat ei, cui ſit renunciatio,
quia aliàs non eſſet renunciaturus.

Admittit hæc (quæ profectò negari non
poſſunt) Pars adverſa, ſed ſtudet evitare diffi-
cultatem ex eo, quod ſtante probibitione
41 de non alienando per fideicommittentem
adiecta, non potuerit Iſabella propria jura
per renunciationem in alium transfundere,
adeout potius aperuerit viam aliis fideicom-
miſſariis ſuper hac præciſa portione, de qua
eſt quæſtio, ex *Rot.dec.207.n.8.par.16.rec.*

Verum æquivocum in propoſito redditur
indubitatom, quia *Rota* ſuperius adducta, &
quotquot alii poſſunt unquam coacervari,
loquuntur cum præſuppoſito, quod renun-
ciatio, vel alienatio facta fuerit ad favorem
perſonæ prorſus extraneæ; ſed in caſu no-
ſtro Julius Senior, cæterique deſcendentes,
ac ipſamet Franciſca noſtra Principalis dici
nequit extranea, cùm ſit de eadem Familia,
& deſcendentia de Maffiolis, unde dubitari
42 non poteſt, quod non obſtante prohibitione
de non alienando ad hoc, ut bona conſer-
ventur in Familia, licitè potuerit abſq; ullo
ſomniabili ſpretu Teſtatoris in alium de-
ſcendentem etiam remotiorem, & fæminam
alienari, ad *Textum* rotundum, & individua-
lem *in l. voluntas, Cod. de fideicom.* cum con-
cord. per *Surd.conſ.96.n.24.& ſeq., Giovagn.
conſ.65.n.7.& ſeq.lib.1., Caren.reſol.60., An-
dreol. contr.278. n.3. & ſeq.* & alibi paſſim.

Idque adeò verum, ut etiam quando ultrà
fideicommiſſum conſervatorium, & prohi-
bitionem alienationis intercederet quoque
fideicommiſſum reſtitutorium, & graduale,
43 bonaque de Patre in filium tranſire debe-
rent, concordant omnes *Scribentes*, quod du-
rante ſaltem vita alienantis, renunciatio, &
alienatio ipſa ſubſtineatur, ut in ſpecie anti-
quioribus relatis firmarunt *Surd. d.conſil.96.
n.26., Peregrin. conſil 74. n.5. lib.5* & priùs
*conſ.113 n.46.lib.3., Fuſar.de ſubſtitut.qu.380.
n.21.* & egregiè *quæſt.716. n.15. & 16.*

Atque hæc, quæ pro reſponſione ad Infor-
mationem exadverſo datam tribuuntur, ſinè
ſcrupulo etiam exuberant ad victoriam: ſed
adhuc ex alio validiſſimo fundamento po-
teſt ſe tueri noſtra Principalis. cùm enim, ut
præmiſimus, ab initio intantùm valeat unus
ex fideicommiſſariis, altero non agente, ex-
petere immiſſionem in totum, inquantum
Reus conventus opponere non poteſt, tan-
quam omninò extraneus, & incapax, reten-
tionem, ſeù exceptionem juris Tertii; id
44 tamen indubitantèr admittitur, quando
hujuſmodi exceptio noſcitur excluſiva ju-
ris agentis, ut in puncto notavit *idem Surd.*
exadverſo laudatus *in d conſ.359.n.17.verſ.ſi
non ſit excluſivum*, & in ſpecie de poſſeſſore
*Gregor deciſ.415.n.4. ibique Adden.n.6., Bich.
deciſ.533 n.21.*

Applicando igitur ad rem, cùm Julius ſe-
nior de proprio exburſaverit Dotem Iſabel-
læ, ac poſitivè declaraverit, id egiſſe animo
ſe ſe revalendi, pernecesſè reſultat, quod
ſicuti eadem Iſabella pro ejus Dote aſſe-
45 quenda poterat ex notorio remedio *Authen.
res quæ* vulnerare bona iſtius fideicommiſſi,
ac illud privilegium cedere, & transferre in
quemcumque, ut ait *Caſtren. in conſ.15. circa
fin. verſic. tertiò principalitèr lib.1., Intrigl. de
ſubſtit. centur.3.quæſt.73.n.339., Jaſ. in dicta
Authen. res quæ, C.commun.de legat., Fuſar.de
ſubſtit.quæſt.531.n.48.*

Ità paritèr valeat Julius, & habentes cau-
ſam ab eo, proportionabilitèr pro eadem
ſumma, & Dote ſoluta excipere de retentio-
ne ſuper eiſdem bonis fideicommiſſariis per
Franciſcam poſſeſſis abſque neceſſitate poſi-
46 tivæ ceſſionis ſupradicti remedii, cum ad
effectum ſubintrandi in jura alicujus crediti
ſatis

ſatiſ ſit edocere, aliquem ſolviſſe, & in poſſeſſione reperiri, quidquid dicendum foret, ſi Principalis noſtra non poſſideret, juxtà notiſſimam diſtinctionem, de qua *Benintend. deciſ. 50., Merlin. de pignor. lib. 4. quæſt. 44. n. 8. & 9., Gratian. diſcept. 734. n. 18., Arias de Meſa lib. 1. var. cap. 17. n. 1. & per tot., Card. de Luca de empt. & vendit. diſc. 21. ſub n. 10. verſ. alter caſus eſt, Buratt. & Add. dec. 420., Otthob. dec. 129. n. 15., & dec. 142. n. 9. & 10.* & alibi paſſim.

## BONONIEN. PRÆDII.

*Lunæ 1. Junii 1699.*

### ARGUMENTUM.

Præſens Deciſio eſt confirmatoria alterius, de qua *ſuprà in ordine la 69.*, & agit de eadem materia, an, & quando in venditione Prædii, non obſtante deſignatione Confinium, veniant illius pertinentiæ, quamvis extrà Confinia exiſtentes. Reſciſſio Contractus ex capite læſionis an procedat in locatione, & conductione, & quid, ſi locatio fuerit abſque contradictione obſervata; Et an læſioni enormiſſimæ valeat per pactum renunciari, præſertim cum Juramento.

### SUMMARIUM.

1 *Datio in ſolutum fraternizat cum venditione.*

2 *Interpretatio in dubio capienda eſt favore Emptoris contrà Venditorem.*

3 *Specialibus replicare per generalia idem eſt, ac limitationi per regulam reſpondere, & utrumque non licet.*

4 *Coloni expreſſio prævalet expreſſioni Confinium, quoties diſputatur de pertinentiis Prædii venditi.*

5 *Duo vincula magis ſtringunt, quam unum.*

6 *Clauſula*=& altri più veri Confini=*oſtendit, Partes dubitaſſe de certitudine finium.*

7 *Tenutæ non ſemper æqualiter quotannis ſervantur, ſed difformiter, & variabiliter juxtà arbitrium prudentis Patrisfamilias.*

8 *Identitas cenſetur ſufficienter probata ex confrontatione alicujus Confinis invariabilis.*

9 *Pretii quantitas non ſemper deſervit pro certa regula ad dignoſcendum, quid veniat in venditione.*

10 *Pactum redimendi infrà certum tempus, quantum regulariter diminuat de valore rei venditæ.*

11 *Solutio minutatim promiſſa, tamquam incommoda Creditori, aliquam meretur æſtimationem, vel appretium.*

12 *Peritia extrajudicialis non attenditur.*

13 *Valor rei non probatur ex unica illius venditione, quia potuit emptor pluris emere ratione affectionis, vel commodi.*

*Quanti autem hujuſmodi affectio, & commodum æſtimetur apud* Doctores, *vide num. 18.*

14 *Valor rei poſt decennium præſumitur immutatus.*



*Amplia, ut num. 15.*

19 *Melioramenta ſemper augent intrinſecum rei valorem.*

17 *Reſciſſio Contractus ex capite læſionis ultrà dimidiam habet locum etiam in locatione, & conductione, & n. 24.*

*Idque procedit non ſolum durante, ſed etiam finita locatione, licet intermedio tempore Conductor numquam reclamaverit, n. 26.*

19 *Clauſula*=cum aliis pertinentiis=*facit, ut in venditione comprehendantur partes integrantes rem venditam, licet exiſtant extrà Confinia deſignata.*

20 *Jactare ſuum nemo præſumitur.*

21 *In venditione non cenſentur comprehenſæ illæ partes, vel pertinentiæ, quarum Emptor poſſeſſionem non fuit adeptus.*

22 *Actus, qui dederunt cauſam liti, non habentur in conſideratione.*

23 *Confinium controverſiæ quomodo per Judicem veniant definiendæ.*

25 *Reſciſſioni Contractus ex capite læſionis non cenſetur renunciatum ex tacita approbatione, vel acquieſcentia illius Partis, quæ poſtmodum oſtendit, ſe læſam remanſiſſe.*

27 *Læſioni ſimpliciter enormi poteſt per Contrahentem (ſpecifice tamen, non verò ſub involucro verborum) renunciari.*

*Non tamen renunciari valet læſioni enormiſſimæ, n. 28.*

*Neque cum Juramento, n. 29.*

### DECISIO XCI.

Quæſtionem favore Lucretiæ reſolutam ſub die 23. Januarii proximè præteriti ſuper integra comprehenſione Prædii *del Reno* traditi in ſolutum cum pacto affrancationis Comitiſſæ Franciſcæ ejuſdem Lucretiæ Auctrici, reſtaurare, & evincere ſatagentes hodie Fratres de Rubeis, nedum mordicùs evellere conabantur ſex illas demonſtrationes uberrimè explicatas in Deciſione, quæ tunc coram Me emanaverat; verùm etiam nonnulla alia deducebant argumenta ſuadentia (ut ſibi ipſis eblandiri videbantur) receſſum à deciſis: ſed penitùs inutilitèr.

Quantumvis etenim eadem quæſtio, quid ſcilicet, ſeù quantum venire ſoleat in venditionibus, aliiſque Contractibus cum ipſa
1 venditione fraternizantibus, prout eſt datio in ſolutum, juxtà nuperrimè firmata in *Romana, ſeù Sabinen. Dotis 30. Martii præterlapſi §. Denuò nihilominùs, coràm Me,* non modicam de ſui natura ferè ſemper involvat obſcuritatem, adeout rectè diſputationem hujuſmodi inter reliquas ambiguas, & tacitas conventiones repoſuerit *Card. Mantic.* olim Tribunalis Auditor *in ſuo Tract. de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 9. & ſeq.*; lucidiora tamen, magiſque firma ob eamdemmet oppoſitio-

nem emerſere fundamenta præteritæ reſolu-
tionis in unoquoque capite conjecturarum,
ſeù demonſtrationum, quas DD. fuerant am-
plexi: maximè, dum pro ſecuriori tutamine
judicii addiderunt in præſenti regulam in-
2 concuſſam, quod etiam ubi mens utrinque
conflictata manſiſſet in ambiguo, hoc idem
operabatur, quod in dubio capeſſenda foret
interpretatio ad commodum, & beneficium
Emptoris adversùs Venditorem propriæ de-
bitorem oſcitantiæ, ſi legem in abdicando
rem ſuam à ſe clariùs, & apertiùs non dixit,
ſicuti per *Text. in l. hoc autem, ff. de hæred. vel
act. vendit., in l. 1. poſt princ. ff. de act. empt.* cum
concord. concludit *Caſtren. conſ. 417. circà
fin. lib. 1.* & cum eo *Mantic. d. tit. 9. n. 1. & ſeq.,
Caren. reſol. 110. n. 8., Capyc. Latr. dec. 37. n. 7.,*
Rota *deciſ. 345. n. 6. par. 3. rec., & deciſ. 432.
n. 25. par. 9.*

Stare itaque in ſuo ordine viſa eſt prima
demonſtratio ſolidè fundata in *Scævola* re-
ſponſo, ſivè *l. Patronus, §. Sempronio, ff. de leg. 3.*
quæ, velut gladius anceps, eodem tempore
obtruncabat potiorem regulam, ſivè conje-
cturam, quam ex vi Confinium indicatorum
in Inſtrumento dationis in ſolutum iterùm
promovebant Fratres prædicti, & inſimul
validabat in caſu noſtro comprænhenſionem
totalitatis circà controverſum Prædium aſ-
ſertæ per Lucretiam, nempè, quod pluſquam
vehemens inſurgeret manifeſtatio compræ-
henſionis ejuſdem integralitatis per expreſ-
ſionem unici Coloni, qui cunctas Petias, ſivè
jugera controverſa ſub nomine unius tan-
tummodò Poſſeſſionis *del Reno* excolebat; &
de facto contrà cenſuram prædicti *Textus* in
rei veritate nulla alia fiebat à Fratribus op-
poſitio, quam ea, quæ deſumebatur ex ar-
ctiori ſpecificatione Confinium: Sed (ut le-
3 pidè non minùs, quam & egregiè reſpondit
*Rota in altera Bonon. fideicommiſſi de Medico
27. Ianuarii 1668. cor. clar. me. Card. Taya* im-
preſſa apud *Actolin. reſol. 120. ſub n. 48. verſ.
hoc enim*) id erat replicare ſpecialibus per ge-
neralia, & limitationi per regulam reſponde-
re, data etenim ad ſenſum Fratrum ſubalter-
nante regula ad aliam ſuperiùs inſinuatam,
nimirùm quod regularitèr in venditione
comprænhendatur quidquid reperitur ſub
enunciatione Confinium interclusum, hæc
4 adamuſſim regula ſolemnitèr, & litteralitèr
limitatur, quando ſub eadem diſpoſitione
exprimitur nomen Coloni plus in fodendo,
quam Confinia ferant, occupantis, quemad-
modum ultrà prædictum *Textum* apertiſſi-
mum notavere *Ramon. conſ. 19. n. 14. & 15.
& n. 23., Pacion. de locat. cap. 23. n. 71.* cum
aliis, præter hos, adductis in *Deciſione*, quæ
confirmatur §. *Applicando autem.*

Conſecutivè vigebat etiam ſecunda con-
jectura elicita ex univerſali, atque indefinita
forma loquendi in præcitata datione in ſo-
lutum = *Una Poſſeſſione di terra arativa &c.
chiamata la Poſſeſſione del Reno*; Cum enim pa-
riter eidem reſponderent Fratres conventi,
quod non debuerat Comitiſſa Franciſca to-
lerare, hanc univerſalitatem poſteà ſub eo-
dem Inſtrumento coarctari inter anguſtiam
expreſſorum Confinium; faciliùs reſponde-
batur, quod dum efficacia Confinium jam
ſuffocabatur à nuncupatione Coloni, utique
ſuperadiectio, ſive concomitantia oratio-
nis, ſeù verbi univerſalis *Poſſeſſione* potentiùs
adiuvabat eamdem ſuffocationem, juxta
5 vulgare adagium, quod dua vincula magis
ligant, quam unum, ut inquit *Text. in §. Sed
hodie, Inſtit. de Adopt., & in Auth. itaque, C.
commun. de ſucceſſ.* cum reliquis apud *Barboſ.
axiom. 79. n. 1., Modern. Lucen. conſult. 617. n. 14.*

Eoque validiùs, quia ex oppoſito quemad-
modum vires aſſumebat præmiſſa regula ab
initio favens Lucretiæ, ut in dubio judicari
debeat contra Emptorem, ſtante nuncupa-
tione Coloni, & generalitate loquendi; ità
decreſcebat altera, ut diximus, regula ſubal-
ternans circà ſpecificationem Confinium,
ex quo eadem ſpecificatio conſociabatur ab
6 illa ampliatione = *& altri più veri Confini* =
quæ ſanè ſubjunctio, tamquam ſapiens tre-
pidationem, & incertitudinem, penitùs ener-
vat ipſam regulam de Confinibus, ſternitque
viam, ut effectiva veritas aliunde colligatur,
dum eædem Partes dubitaſſe noſcuntur de
ipſa ſpecificatione, ut præter ea, quæ ſexto
loco tacta fuerant *in præcedenti Deciſione dici
23. Ianuarii §. ſexto denique,* firmarunt *Alex.
conſ. 8. ſub n. 8. verſic. Accedit, lib. 4., Pariſ.
conſ. 64. n. 28. lib. 1., Rot. deciſ. 229. n. 8. &
deciſ. 520. n. 66. & ſeq. par. 14., & dec. 166. n. 20.
par. 15. rec.*

Æquè ſubſiſtebat tertia conjectura de-
prompta ex capacitate Prædii in ordine ad
ſemen deſuper effundendum, videlicet quod
eſſet Corbarum 20., *ut in d. antecedenti Deciſio-
ne §. Tertio*: Corruente oculariter replicatio-
ne Fratrum, quod ſcilicet hujuſmodi capa-
citas referenda eſſet ad actualem dumtaxat
ſingulis Annis expanſionem ſeminis, non
verò ad habitualem, attenta præcipue fide
Notariorum deponentium, quod ſeminis
enunciatio facta in Inſtrumentis (niſi aliud
explicetur) ſemper intelligatur reſpectu
actualis effuſionis quolibet Anno, in quo
nuſquam in totum terrena ſeminis immiſ-
ſione, & laborerio fatigantur; Quoniam
non ſolum eadem atteſtatio conflictabatur
à contrariis documentis pro parte ejuſdem
Lucretiæ deductis, ſed & ab ipſa ratione, ac
communi experientia: ſiquidem etiam dato,
quod per alternantes ejuſdem Prędii, ſeù Te-
7 nutę infractiones ſemen modo in una, modo
in altera parte projiciatur, non tamen certa
omninò menſura ejuſdem infractionis, ac
ſeminis remanere ſolet ſtabilita, ſed quando-
que

Digitized by Google

que plus, quandoque minus, juxta prudens Patrisfamilias regimen, injicitur, ut communiter admonent Scribentes de re ruſtica, & ſignanter *Marc. Varro lib.1. cap.27., Pallad. lib.12. tit.1., Columell. lib.2. cap.4.* & concordant *Rebuff. in l. Sylva cædua 30. §. Novalia, verſ. & ſic terra, & ſeq. ff. de verb. ſignif., Collant. ſuper Pragm. rei frument. lib.1. cap.9. ſub n.1. & n.4. in fin.*

Ac denique ad evidentiam, quia & eadem ſeminis capacitas complexive ad eumdem Fundum indefinite ſumptum ad unguem legebatur enunciata in Inventario junctim confecto per Comitiſſam Franciſcam, eoſdemque Fratres, ut in illorum *Summario n.4.* proindeque cum ex confeſſione eorumdem Fratrum in hujuſmodi Inventario exprimerentur veriora, & inſimul ampliora Confinia, ſub quibus indubitanter integrum Prædium continebatur; profectò dum nihilominus eadem quantitas ſeminis utrobique enunciatur, clarum efficitur, quod prædicta quantitas non immutata per latiora Confinia magis demonſtrative percutiat Prædii identitatem, & conſequenter etſi veriora Confinia ſint illa deſcripta in Inventario, adhuc ſemper verum ſit, Partes intellexiſſe totum Fundum comprehendere ſub datione in ſolutum, non obſtante vel erronea, vel arctiori annotatione eorumdem Confi-
8 nium, ad ea, quæ in ſimili, ſive in propoſito identitatis, quoties concurrat aliqua demonſtratio invariabilis, obſervarunt adducti per *Rot. cor. Coccin. deciſ.32. n.2., & in rec. dec.520. n.47.* juncto *n.51. par.14., dec.357. ſub n.5. verſ. Quartò demum part.17., deciſ.814. n.7. par.18., & deciſ.151. n.12. verſic. Verificantur etiàm, par.19.*

Quartam eodem modo conjecturam à quantitate pretii reſultantem, ex notatis *in præterita Deciſ. §. Quartò*, fruſtrà Fratres offuſcare contendebant triplici reſponſione; nempe, & quod pactum de redimendo, tamquam temporale, non poſſet conſcendere ad quartam partem veri pretii; quodque per extrajudicialem Peritiam, de qua *eorum Summario n.6.* valor totius Prædii liquidaretur in lib 21832.., non autem in libris 16666., ſicuti Fratres amicabiliter in reciproca diviſione Bonorum æſtimaverant; quodque demum Senator Ghiſilerius offerret coemere ratam ejuſdem Prædii detentam à Lucretia pro libris 12000., & alteram à Fratribus pro aliis 11000., & ſic in totum Prædium appareret valoris longe majoris, quam quod ſupponeret edita *Deciſio*; unde per hanc variationem facti variabat quoque, & decidebat
9 conjectura Juris ſuper eodem pretio ſtabilita in *Deciſione* ubi ſupra, quæ etiam habet ſuas fallentias, prout videre eſt apud *Soccin. Iun. conſil.43. n.8 lib.2., Barbat. conſ.54. n.1. propè finem verſ. Ità videtur dicendum, & ſub n.6. verſic. Nec obſtat, lib.4., Menoch. conſ.110. n.43., Mant. de tacit. d. lib.4. tit.9. ſub num.8. verſic. Sed hæc regula, Rota deciſ.12. num.40. & 41. par.12. rec.*

Nulla etenim de tribus reſponſionibus ſufficere poſſe videbatur ad intentum Fratrum: Incipiendo ſiquidem à valutatione pacti de redimendo, abſtractivè poterat ad-
10 mitti, quod conſimile pactum temporale neque tertiam, neque quartam importet deductionem à juſto pretio, ſed ad ſummum ſextam attingat, quemadmodum diſtinguendo habetur in *deciſ 314. n.10. & ſeqq. par.4. tom.2. rec., deciſ 192. n.40. par.10., & deciſ.316. num.8. par.12.*; ſed in concreto illa pars, quæ deſiderari poterat ad conflandam integram quartam, palàm ſupplebatur ex altera contextuali pactione, per quam Fratribus permittebatur poſſe pretium reſtituere minutatim, eaque idcircò vel excedebat, vel ſaltem æquabat prædictam differen-
11 tiam à ſexta parte ad quartam, hujuſmodi namque tolerantia præjudicialis Creditori arbitrariam quidem, ſed conſiderabilem ſecumfert æſtimationem, & appretium, teſte *Giurb. obſerv.106. n.19., Noguerol. alleg.18. n.79., Surd. dec.186. n.2., Rota dec.266. n.18. & dec.345. n.4. coram Royas, & dec.249 n.3. par.15. rec., & dec.703. n.26. par.18.*

Valutatio vero facta per Peritum, & reſpectivè oblatio Senatoris Ghiſilerii non ſo-
12 lum minus videbantur attendendæ, quia valutatio erat inita ſine citatione Lucretiæ, & abſque mandato Judicis, & ſic tamquam extrajudicialis omninò contemnenda, ut dixit *Rota in Romana fideicommiſſi de Maximis 4. Iulii 1696. § fin. cor. bo. mem. Emerix*; & ob-
13 latio poterat ſ tis rationabiliter referri ad particularem Senatoris affectionem ratione vicinitatis, vel alia de cauſa, in quibus ſanè terminis pretii quantitas neutiquam conducit ad detegendum legalem, & verum rei valorem, ſicuti probat *Cagnol. in l.2. C. de reſcind. vend. num.233. poſt med. verſic. Emptiones enim, Poſth. de ſubbaſt. inſpect.49. n.73., Rot. poſt eumdem dec.44. n.13., & dec.575. n.5. cor. Bichio.*

At utramque inſimul reſponſionem ſtrictius amputabat gemina animadverſio, ſive replicatio: altera nimirùm, quod tam prædicta valutatio Periti, quam oblatio nuperrimè hac ipſa lite pendente ſucceſſerant; quapropter, præciſivè etiam à pendentia litis, ſola intercapedo Annorum longè ſuprà de-
14 cem, nempè ab Anno 1683., ſub quo celebrata fuerat datio in ſolutum, uſque ad Annum 1698 & 1699. reſpectivè, ſuperabundabat ad præſumendam juſti pretii mutationem, itaut de præſenti argui nequeat ad valorem de præterito, ex paſſim recepta concluſione, de qua per *Text. in l. pretia rerum, §. fin. ff. ad l. Falcid., Rot. dec.137. n.18 par 9. rec., & in Romana Domus 4. Iulii 1696. §. Minus*

rel-

*relevat,coram R. P. D. meo Caprara*; præſertim è conſpectu valutationis habitæ inter eoſ-
15 demmet Fratres, æquè correſpondentis pretio dationis in ſolutum, de Anno videlicèt 1684, & ſic valdè proximo ipſi dationi, ut rectè ponderat *Rota deciſ.16. num.13. & 14. par.9. rec., et in Romana pretii Palatii 21. Iunii 1686. §.Concurrunt etiam, coram clar.mem. Card. Mottbejo*.

Et altera, quod in hujuſmodi intermediante Annorum quindecim, & reſpectivè ſexdecim decurſu juſtificatum fuerat, facta extitiſſe tam pro parte Lucretiæ, quam pro altera prædictorum Fratrum quamplura melioramenta, *Summario* reſponſionis Lucretiæ *num.3.et 4.*; ideoque ſi major à noviſſimo Perito prodiit æſtimatio Fundi, & ſi plus obtulit Senator Ghiſllerius, hoc ad importantiam melioramentorum ſuperadditam, non ad juſtitiam veri valoris ab initio erat
16 referendum, cum nemo non ſciat, meliora-menta ſemper augere intrinſecum Fundi valorem, ex trad. per *Rot.cor.Bicb.dec.179.n.2. et 3., et in rec.dec.251.n.17.par.17., dec.237. et dec.320.* utrobique *n.2.par.18.*

In ſuo quoque robore perſiſtebat quintum argumentum reaſſumptum à mercede conductionis *in memorata edita Deciſione ſub §. Quintò*: Quia binæ reflexiones allatæ hodie per Fratres, nempè, vel quod merces locationis pro toto Prædio in ſolis lib.500. (proùt cantabat diviſio inter eos inita de Anno 1684.) proveniret à gratificatione ergà Villicum, ſeù Factorem Generalem, vel quod antecedens conductio ſuſcepta per eoſdem Fratres in actu dationis in ſolutum reſpectu ſolius medietatis aſcenderet ad ſummam valdè proximam librarum 480. ex ſolo motivo affectionis, & vicinitatis; evidentiſſimè fugabantur ex ipſa nimia inveriſimilitudine, quod & ergà Villicum, ſivè Ruſticum Miniſtrum Fratres exercere voluerint liberalitatem, minorando mercedem uſque ad medietatem, ideoque uſque
17 ad caucellos effectivæ læſionis, ex *l.2. C. de reſcind.vend.*, quæ etiam locum ſibi vindicat in Contractu locationis, & conductionis, ex deductis per *Pinell.in comment. ad d.l.2.par.1. cap.3.n.17., Menoch. conſ.1263.n.7., Montic. de tacit.lib.22.tit.2.n.16., Gratian diſcept.777. n.10., Pacion.de locat.cap.18.n.5.*

Quodque deinceps damnoſam illis liberalitatem pejori remedio voluerint emendare contra ſe ipſos, recipiendo ſub alia non diſſimili læſione pro eodem fermè pretio, quo
18 totum Prædium locabatur, ſimplicem conductionem medietatis, quando neque *Doctores*, neque Tribunalia unquam ad tanti ſubextendunt pretium affectionis, uti conſtat ex revolutione familiari *Scribentium*, & ſignantèr ex *Rota in Mediolanen. Penſionis 23.Maii 1607.cor.Card.Sacrato* impreſſa apud *Spad.conſ.114.ſub n.16. verſic.attamen lib.2., & in Romana læſionis 5. Aprilis 1680. §. Nec modicum, cor.bo.me.Paulucci*.

Circa ſextam demonſtrationem DD. ſe ſe habuerunt remiſſivè, nedum ad præcedentem *Deciſionem*, ſed & ad ſuperiùs explicata ſub claſſe ſecundæ conjecturæ: poſito namque, quod, etiam ad normam hodiernæ exceptionis Reorum, Clauſula illa remiſſiva extenſioni faciendæ juxta Formularium Bononienſe, (à quo ſemper præſervantur veriora Confinia, mendosè plerumque compellata per Notarios,) foret dumtaxat adiecta in promiſſione evictionis; attamen non deficiebat altera, de qua ſupra diximus = *ò altri più veri Confini*, ac ſemper conjungeba-
19 tur etiam illa = *& altre ottinenze*, quæ facit, ut in venditione quoque veniant partes rem venditam integrantes, quamquam jaceant extra Confinia deſignata, ut punctualitèr ait *Cald.de empt.et vendit.cap.22.n.21.*

Firmis itaque remanentibus demonſtrationibus in anteacta *Deciſione* enucleatis, & ſuperaccedente regula potiſſima, quod etiam ubi verſati fuiſſemus in dubio, adhuc contra Fratres, utpote per titulum traditionis Prædii in ſolutum veſtientes perſonam Venditoris, judicandum eſſet; citrà amaritudinem reddebantur prorsùs inania alia fundamenta per eoſdem Fratres ad majus præſidium propriæ defenſionis adaucta, videlicèt, quod Lucretia Actrix vigore Mandati expulſivi obtenti in Curia Archiepiſcopali de Anno 1691., ac continentis eadem Confinia expreſſa in Inſtrumento dationis in ſolutum, poſſeſſionem dumtaxat cœperit de portione, ſive medietate Prædii; quodque ſucceſſivè per biennium, & ultra abſque ulla reclamatione paſſa fuerit, Fratres colligere, ac percipere fructus ex reſiduali portione, quaſi quod ex utraque circumſtantia promanaret quædam implicita obſervantia declarativa hujus dubietatis, ex quo credi-
20 bile non ſit, ipſam Lucretiam, & in committendo, & in omittendo proprium jactare voluiſſe, ut inquit *I.C. in l.cum de indebito 25. verſic.qui enim ſolvit.ff.de probat.*, & in præci-
21 ſis terminis arguit *Rota deciſ.287.n.27.et 28. par.9., et deciſ.520. n.72. et 73. par.14. rec., et in Romana Domus 4. Iulii 1696. §. Idipſum, cor.R.P.D.meo Caprara*.

Unica namque reſponſione biceps proſternebatur objectio: Lucretia quippe, præcedenter ad Mandatum obtentum à Vicario Generali, poſitivè fuerat inhibita à Fratribus contendentibus, nè poſſeſſionem capere tentaret reliquæ portionis per eos detentæ, & occupatæ; quamobrem, cum eadem ad amuſſim inhibitio cauſam inſtaurandæ liti præbuerit, quia fortè Lucretia cautiùs exiſtimaverit, ne interim manibus omninò vacuis judicialia faſtidia ſubiret, poſſeſſionem incon-

Incontinentèr appræhendere portionis à Fratribus incontroverſæ: certè, dum per viam variationis convolavit ad Curiam A.C., & in ea reportavit Mandatum de manutenendo, ac de aſſociando reſpectivè ad
22 reſidualem portionem Prædii, nequit hujuſmodi actus ſive affirmativus, ſive negativus obeſſe Juſtitiæ, & veritati, quemadmodum de quocumque actu, qui cauſam liti dederit, ad quoſcumque Juris effectus habetur, ex congeſtis per *Poſth. de manut. obſerv. 17. n. 44. & ſeqq.*, *Rot. poſt eumdem dec. 144. n. 5. & deciſ. 667. n. 19.*, & quotidie alibi.

Et ità, poſthabita inſpectione cujuſdam Pedagii, utrum ſcilicet & illud comprætenderetur in ipſa datione in ſolutum, Domini (quia neque in Partibus, neque coram A.C., nec unquam fuerat deſuper habita diſpunctio, ſeù diſputatio) circa ſola terrena integri Prædii *del Reno*, ſteterunt in deciſis, utraque &c.

## ANNOTATIO, ET ADDITIO.

MEntionem fecimus de præſenti Deciſione in *Annotatione* ſuperiùs facta ad *Deciſ. 69.* quia hæc eſt Deciſio confirmatoria *dictæ Deciſ. 69.*, iſtaque Cauſa coram Me remanſit expedita ſub die 2. Decembris ejuſdem Anni 1699., in qua Fratres de Rubeis ſuccumbentes prætendebant ope examinis Teſtium, ſive Remiſſoriæ infringere utramque *Deciſionem*, ſed incaſſum, quia (ut apparet ex contemporanea *Deciſione* præfatæ diei 2. Decembris) denegata eiſdem Fratribus fuit prædicta Remiſſoria.

Appellantibus verò prædictis Fratribus, commiſſaque Cauſa per Signaturam Juſtitiæ in ſuſpenſivo cum Clauſula = *alteri, qui ad legitimam exequutionem procederet* = R.P.D. meo hodiè Eminentiſſimo Cardinali Capraræ, junctim cum aliis exceptionibus ab ipſis Fratribus excitatis, prodiit coram eodem Emo Cardinali Caprara *ſub die 2. Iulii* 1700. reſolutio approbatoria hujus *Deciſionis*, obtinuitque Lucretia victoriam etiam ſuper prædictis aliis exceptionibus cum favorabili ulteriùs expeditione coram eodem D. Cardinali ſequuta *die* 57. *Decembris eodem Anno* 1700. nempe in puncto diſcuſſo in præſenti *Deciſione* controverſia ulteriorem habuit progreſſum.

Tota præſens *Deciſio* verſatur in examinando regulas, & circumſtantias, per quas juridicè evincatur, quid venerit in Contractu venditionis, & emptionis, ubi clara non ſit expreſſio, vel intelligentia Inſtrumenti deſuper celebrati; & hæc eadem quæſtio frequenter cadit etiam in aliis Contractibus, nempe in Affictibus, in conceſſionibus emphyteuticis, in Donationibus, cum ſimilibus, & quoad Affictus, quæ quantitas ſub eo comprætenderetur, extitit quoque diſcuſſum in quadam *Romana Affictus* 22. *Martii* 1700., *& 6. Junii* 1701. *coram D. Cardinali de la Tremoille*.

In conceſſionibus verò emphyteuticis nuper ob ambiguitatem, & antiquitatem Inveſtiturarum fuit habita diſputatio in illa celebri *Romana, ſeù Portuen. Tenutarum*, priùs *coram Emerix Jun.*, & poſtea *coram Me*; cum enim Innocentius Cardinalis Cybo tunc temporis Abbas, ſeù Commendatarius Abbatiæ SS. Andreæ, & Sabæ nonnullas pingues Tenutas de Anno 1521. conceſſiſſet in emphyteuſim Fælici de Ruvere Urſinæ, dcindeque eadem tranſiverint ſub eodem tenore Inveſtituræ gradatim in Duces ejuſdem Domus Urſinæ nuncupatos *di Bracciano*, poſt mortem Flavii ultimi Ducis cępit Collegium Germanicum, & Hungaricum, cui hæc Abbatia per Summos Pontifices fuerat unita, prætendere devolutionem, quam etiam promoverat, adhuc in humanis vivente prædicto Flavio; appræhenſaque idcirco earumdem Tenutarum poſſeſſione, tota controverſia reſedit ſuper interpretatione præciſa Bonorum, quæ comprætenderentur in præfata Inveſtitura, prætendebatur quippe per eumdem Flavium, tunc viventem, & poſtmodum per D. Principem Odeſcalcum in pręfato Bracchiani Ducatu ſucceſſorem, quod Collegium in capeſſenda eadem poſſeſſione fuiſſet ſupergreſſum Confinia, unde ad noſtri Auditorii ſuffragium commiſſa diſcuſſione, prodit *ſub die 5. Decembris* 1692 *coram Emerix Iun.* Deciſio, quæ eſt *la* 1085. *inter ejus impreſſas*; cumque Ego (prædefunctis Duce Flavio, & præfato noſtri Ordinis Decano *Emerix*) fuiſſem in illius locum ſubrogatus, ex quo materia erat valdè involuta, ad inſtantiam tam ſucceſſoris, nempe prædicti D. Ducis Odeſcalchi, quam ejuſdem Collegii, negocium repropoſui ſub Dubio duplicato, altero ſcilicet quoad Tenutam Vicarelli, & altero quoad Tenutam Pali, & in parte Vicarelli perſtitum fuit in deciſis favorabilibus D. Principi, in altera vero Pali captum fuit temperamentum, de quo mox dicetur, ut liquet ex *Deciſione* deſuper extenſa ad partes quoad Vicarellum *ſub die* 26. *Martii* 1708., & quoad Palum *ſub eadem pariter die*, adiuncto labore, ſive auxilio in ſingulis *Deciſionibus* Mappæ Topographycæ poſt primam Paginam utrobique impreſſæ, ut ità facilior reſultaret ſub oculis intelligentia ejus, quod fuerat in utraque reſolutum, cum ſucceſſiva expeditione ſequuta *die prima Iulii* 1710.

Deciſio, quæ concernit Vicarellum, plures, ac plures (prout neceſſitas expoſtulabat) affert propoſitiones, & circumſtantias fraternizantes cum præſenti *Deciſione*, & ad quas juxtà opportunitatem poterat citrà aliam

Digitized by Google

aliam tranſcriptionem recurri ; altera verò,
quæ concernit Palum, eſt eiſdem, & ſe-
cundum opportunitatem in ſubiecta materia
propoſitionibus referta, ad finem digno-
ſcendi, quid cenſeretur, necnè compræhen-
ſum ſub prælaudata Inveſtitura : ſed quod
præcipuum in hac ultima eſt, ad normam
eorum, quæ tradit *Hieronym. de Monte in tra-
ctat. de Confinib.*, ſivè *fin. regund. cap. 101. per
tot.* fuit captum in Sacro Auditorio tempe-
ramentum, quod cùm quarta pars Tenimen-
ti Pali tradita in Emphyteuſim ſciri perfectè
non poſſet, à qua parte inciperet, quò ter-
minaret, & quomodò lateralitèr eſſe cir-
cumdata ob ſpinoſas demonſtrationes, & diſ-
putationes, quæ in *Deciſione* hinc indè affe-
runtur, extitit idcircò determinatum, quod,
firmo remanente principio, quod quarta
dumtaxat pars Tenimenti Pali caderet ſub
23 conceſſione Emphyteutica, ea prudentèr per
Judicis religionem ſecerneretur ex ſuo toto
in loco utrique Collitiganti commodiore,
quod notatu dignum videtur pro dirimendis
quandoque ſimilibus, atque inextricabili-
bus controverſiis, ut per *Textum in l. 2. Cod.
fin. regund.* conſuluiſſe quoque videtur in his
caſibus *Gibullin. de univerſ. rer. humanar. nego-
ciat. cap. 4. artic. 4. conſectar. 5. ſub n. 12. verſ. Si
verò Iudex.*

Quoniam verò incidentèr ſuprà in præ-
24 ſenti *Deciſione* dicitur, *legem 2. Cod. de reſcind.
vendit.* locum habere etiam in Contractu
locationis, & conductionis, addi poteſt, quod
non ſolùm præter inibi relatos id ipſum affir-
mant *Mandell. Alb. conſ. 395. n. 8.*, *Carocc. de
locat. & conduct. par. 1. tit. de reſcindend. locat.
n. 1. & ſeqq.* aliàs *fol. 48.*

Verùm adeò noſtra Jura ſunt amica Juſti-
25 tiæ, & inimica læſionis, ut *Doctores* præfa-
tam concluſionem amplient, quod hoc ip-
ſum procedat in quolibet Contractu enor-
miter læſivo, etiamſi ex poſt ſubſequuta fue-
rit tacita Contrahentium approbatio, ex
*Dec. conſ. 60. n. 4. in fin. verſ. non obſtat, Mandell.
conſ. 543. n. 19. cum duobus ſeqq.*, *Gaill. conſ. 4.
n. 23. & 24. lib. 1.*, *Cyriac. contr. 599. n. 51.*, &
*Rot. deciſ. 222. n. 8. par. 11. rec.*

Atque hinc (proſequendo terminos loca-
tionis) ſi læſio enormis ad terminos *dictæ l. 2.*
interceſſerit, juxtà tamen ſuas circumſtan-
tias veræ læſionis menſurandas, ſuccurritur
26 per hujuſce reſciſſionis remedium Locato-
ri, aut Conductori, quantumvis longum
tempus cum plenaria acquieſcientia deflu-
xerit, ipſaque locatio fuerit terminata, prout,
quidquid dicat *Dec. in conſ. 583.*, communi
videntur calculo tenuiſſe *Pinell. in dicta l. 2.
Cod. de reſcindend. vendit. par. 1. cap. 3. num. 19.
& 20.*, ubi teſtatur, ſe in facto obtinuiſſe
contrà opinionem *Decii*, *Menoch. conſ. 1263.
n. 23. & 24.*, *Io: Franciſc. de Pont. conſ. 136.
num. 57. & conſ. 138. num. 1. & ſeqq. & num. 14.
cum ſeqq. lib. 2.*, *Carocc. ubi ſuprà n. 42.*, *Ricc.
collectan. 1712. per tot.*, *Viv. commun. opin. 1407.*
paritèr *per tot.*, ubi refert, quod ita fuit judi-
catum per Magnam Curiam Neapolis con-
trà quemdam Baronem, *Gratian. diſcept. for.
cap. 777. n. 11. & 12.*, *Cavall. commun. queſt. 536.
n. 28.*, *Gamm. deciſ. Luſitan. 19. per tot.* ubi me-
minit, ità pluriès judicatum, & *deciſ. 204.*
paritèr *per tot.*, *Pacion. de locat. cap. 18. n. 101.
& ſeq.*, *Paitell. Iun. annot. ad expedit. civil. 39.
n. 22. & 23.*

Sæpè tamen occurrit in propoſito ejuſdem
læſionis, an eidem læſioni ad terminos *d. l. 2.*
renunciari queat, & quia (quidquid ſit in
Foro interno) volenti non fit injuria, & quiſ-
que poteſt donare, & donando diſperdere,
27 idcò, dummodò læſus ſpecificè, & non per
involucrum Clauſularum generalium re-
nunciet *prædictæ l. 2.*, valet renunciatio, ad
tradita per *Malvaſ. conſ. 79 num. 65.*, *Menoch.
conſ. 412. num. 36.*, *Vveſembec. conſ. 42. n. 73.*,
*Choppen. deciſ. Saxon. 58. num. 13.*, *Grammat.
deciſ. 66. ſub num. 66. verſ. item potuit*, *Oſaſc.
dec. 41. n. 9.*

Hoc tamen non procedit, quando læſio fo-
ret ſupra terminos ordinarios *dictæ l. 2.*, &
28 aſcenderet ſuprà ſemiſſem ad Beſſem, hoc
enim caſu cum lex ſupponat, vel amentiam
in renunciante, vel dolum (ſaltem re ipſa)
in procurante renunciationem, certa eſt
propoſitio, quod huic poſtremæ læſioni, quæ
nuncupatur enormiſſima, renunciari non
poteſt, *Cyriac. d. contr. 599. num. 53.*, *Adden.
ad Pamphil. deciſ. 49. n. 17.*, *Rot. deciſ. 354. n. 9.
29 par. 13. recen.* etiamſi interceſſerit Juramen-
tum, prout ampliativè comprobant *Cæphal.
conſ. 142. & conſ. 405. utrobique n. 30.*, *Mal-
vaſ. conſ. 126. n. 28.*, *Menoc. dicto conſ. 412. n. 74.
Simoncell. de Decret. lib. 3. tit. 8. n. 234.*, *Sera-
phin. de privil. Iuram. privil. 83. num. 103. & pri-
vil. 136. n. 15.*, *Andr. Daluer. de renunc. cap. 6.
n. 31.*, *Gallerat. eod. tract. cent. 2. renunc. 102.
num. 24. verſ. contrarium verius*, *Noguerol. al-
leg. 18. num. 55. & ſeqq. & num. 60.*, *Fajard. al-
leg. Fiſcal. 1. ſub n. 228.*, *Oſaſc. dicta deciſ. 41.
n. 2.*, *Zaccar. deciſ. Lucen. 20. n. 7.*, *Rot. coram
Buratt. deciſ. 75. n. 8.*, & *coram Priol. dec. 191.
num 2. & 3.*

## AQUINATEN. FIDEICOMMISSI.

*Lunæ 1. Junii 1699.*

### ARGUMENTUM.

Teſtator ſubiecerat Primogenituræ non-
nulla ſtabilia nominatìm deſcripta, & inſimul
generalitèr adiecerat, quod eidem Primoge-
nituræ ſubiacere deberent omnia alia Corpora
exiſtentia ſub latiori vocabulo, ſeù Contrata
*del Teano*; cumque dubitaretur, an ſub Primo-
genitura caderent quædam alia Bona habentia
ſuas particulares denominationes, ſed exiſten-
tia intrà fines dicti generalis vocabuli *del Tea-
no*, affirmativè reſolvitur, ex rationibus per-
penſis in *Deciſione*, in qua etiam aliqua habentur
de

Digitized by Google

de probatione Cataſtri, ſed de hoc fuſius agitur *in Annot.*, an ſcilicet, & quando Cataſtrum probet contra Tertium, & an ex eo probetur valor ſtabilium inibi deſcriptorum: Nec non etiam aliqua de effectibus centenariæ poſſeſſionis adverſus prætenſionem antiqui dominii ab alio excitatam.

*SUMMARIUM.*

1 *Deſtinatio Patrisfamilias plurimum attenditur ad finem inquirendi, quid veniat ſub Contractu, vel diſpoſitione facta de aliquo Prædio ruſtico, vel urbano & n.23.*

2 *Cataſtrum, concurrentibus adminiculis, probat poſſeſſionem, ejuſque qualitatem, ac etiam ſituationem.*

*Et quandoque probat dominium etiam contra Tertium, n.24.*

*Intellige, ſeu limita, ut n.33. & 39.*

3 *Cataſtrum confectum a publicis Officialibus ad id deputatis habet præſumptionem, quod fuerit rite, & fideliter factum.*

4 *Dictio,* tutti, *omnia comprehendit, & nihil excludit.*

5 *Identitas rei probatur ex Teſtibus optimam ſcientiæ cauſam reddentibus.*

*Fortius, ſi dicta eorumdem Teſtium aliunde adminiculentur, n.6.*

*Item probatur ex confrontatione Confinium expreſſorum in locationibus, ac venditionibus ipſius rei, n.7.*

8 *Teſtium dicta, quæ pro majori parte verificantur, præſumuntur in omnibus veritati innixa.*

9 *Confeſſio de recepto, quæ verificatur in parte conſiderabili, præſumitur vera in totum.*

10 *Primogenitura, tamquam tendens in decus Familiæ Teſtatoris, omnem favorabilem meretur interpretationem.*

11 *Obſervantia optime deſervit ad probationem idenitatis.*

*Præſertim, ſi ſit iudicalis, & pacifica, n.12. et 17.*

13 *Nemo præſumitur voluiſſe conducere rem propriam.*

14 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

15 *Tacitum quandoque ejuſdem eſt virtutis, quam expreſſum.*

16 *Obſervantia, quæ dedit cauſam liti, non attenditur.*

18 *Conductor nequit refricare Locatori quæſtionem dominii.*

19 *Obſervantia robur aſſumit ex contradictione cum ſubſecuta acquieſcentia.*

20 *Dolus non præſumitur in Tutoribus, aliiſque, qui gratuito aliena dirigunt negocia.*

21 *Legatum omnium bonorum, quæ quis habet (ex. gr.)* in Flandria, *comprehendit etiam bona exiſtentia in Provinciis* Hannoniæ, Brabantiæ &c.

22 *Poſſeſſoris favore in dubio eſt reſpondendum.*

25 *Confinia probantur ex Cataſtro, quoties alia concurrunt adminicula.*

26 *Pro Cataſtro præſumitur, donec contrarium probetur.*

27 *Cataſtrum optime deſervit pro adminiculo aliarum probationum.*

28 *Cataſtrum non probat contra Tertium, niſi aliunde adminiculetur.*

*Maxime, quoties Cataſtrum fuit ſimpliciter confectum pro repartiendis oneribus Communitativis, n.29.*

*Minuſque probat contra Tertium, qui non fuit præſens, neque alias conſenſum præſtitit deſcriptioni in illo factæ, n.30.*

31 *Gravatus in allibratione Æſtimi, ſeu Cataſtri tenetur infra Annum reclamare, & eo elapſo amplius non auditur.*

*Fallit reſpectu Minorum, Mulierum, & in aliis caſibus remiſſive, num.32.*

34 *Cataſtrum non probat verum valorem bonorum in eo cum valutatione deſcriptorum.*

*Limita, ſi Cataſtrum fuerit effective confectum ad finem dignoſcendi valorem, nam tunc illum probat, donec contrarium juſtificetur. n.36.*

*Et declara, quod ſemper Cataſtrum deſervit ſaltem pro adminiculanda probatione valoris aliunde juſtificati, n.35.*

37 *Manutentio debetur poſſidenti de tempore motæ litis.*

*Neque retardi poteſt per exceptiones reſpicientes petitorium, vel alias requirentes altiorem indaginem, n.38.*

40 *Terrena a Flumine derelicta fiunt occupantium, non autem pertinet ad Fiſcum.*

41 *Poſſeſſio quadragenaria, quem effectum producat favore poſſeſſoris.*

42 *Tacens in iudicialibus babetur pro conſentiente, & ſibi praiudicat.*

43 *Negativa citationis non factæ nequit iuſtificari, quoties Acta ſunt deperdita, vel alias amplius non reperiuntur.*

44 *Citatio neceſſaria ad actum præſumitur interceſſiſſe ſtante antiquitate temporis.*

45 *Obſervantia tricenaria ſententiæ, ſeu Decreti præſumere facit, quod in eius prolatione fuerint ſervata omnia de Iure ſervanda.*

46 *Scientia præſumitur ex notorietate facti.*

47 *Dominium præſcribitur per ſpatium 40. & ultra Annorum.*

48 *Dominium in Iudicio rei vindicationis debet plene, & concludenter probari.*

49 *Præſumptio continuationis dominii de antiquo tempore probati non procedit adverſus tertium poſſeſſorem.*

50 *Dominium per ſpatium 70. Annorum præſumitur immutatum.*

51 *Centenaria poſſeſſio efficit, ut poſſeſſor ad ſui favorem allegare valeat quæcumque titulū meliorem, magiſque ſibi beneviſum.*

52 *Reſtitutio in integrum non competit adverſus præſcriptionem centenariam, præſertim concurrente ſcientia, quod alius poſſideret.*

 53 *Cen-*

53 *Centenaria virtus procedit, licet aliqui Anni deficiant pro illa complenda.*

## DECISIO XCII.

ORdinata in ſua poſteritate per Alexandrum duplici ſuper ejus bonis norma ſuccedendi, altera nimirum per viam generici fideicommiſſi deſcenſivi ęqualiter diſtribuendi inter vocatos, & alteram per ſpeciem prælegati progreſſui in infinitum, ſive perpetuæ Primogenituræ beneficio unius tantummodo perſonę purificandæ, cum huic ſpecifice, & nominatim ſubjugata legerentur dumtaxat = *Il Giardino alle Stazzoni, Vigne, e Chiuſa con altro in eſſo contiguo, la Chiuſa di S.Vincenzo, gl'Orti alle Pantane, e tutti li Corpi del Teano*, non modica deinceps exorta eſt dubitatio, utrum ſub aliqua ex hiſce denominationibus includi valerent Prædia diverſis vocabulis nuncupata, videlicet *le Foſſe, Mola della Terra, Mola di Santa Maria, S.Eſdra, e Morrone Majuro*, quod affirmative reputans A.C., Sententiam idcirco protulerat prorſus excludentem ab immiſſione Odoardum, alioſque innitentes titulo fideicommiſſi generalis; delataque poſtmodum provocatione per ſuccumbentes ad noſtrum Tribunal, ex quo nuſquam inibi de viribus inferioris Judicati principaliter in Dubii expoſitione diſquiritur, at veluti ex integro Cauſa pro dignitate differitur ſub non diſſimili ſubſtantiali, quæſito = *An danda ſit Immiſſio*, adverſa pariter, ſeu negativa prodierat reſolutio *ſub die 26. Iunii 1697. cor. bo. me. Urſino*, quando poſt biennale ſilentium ad novam trutinationem revocatis *coram Me* in ejuſdem *Urſini* locum ſuffecto fundamentis præfatæ reſolutionis, Domini, excepto ſolum Prædio in vocabulo *Morrone Majuro*, perſiſtendum eſſe in deciſis decreverunt.

Principale perſiſtendi motivum circa Corpora, ſeu Prædia contenta ſub prioribus quatuor vocabulis firmamentum deſumpſit in claru facto Alexandri Teſtatoris, qui certo certius, ſi non eadem omnia quatuor vocabula, ſeu Contratas, ſaltem indubitanter illam *delle Foſſe* in ſua exiſtimatione, ac deſtinatione concluſerat ſub illo generaliori nomine *del Teano*; cum enim non minus in
1 ultimis voluntatibus, quam in Contractibus ad eviſcerandam familiarem illam controverſiam, quid, quantum, & quale ſub aliqua diſpoſitione compræhendatur, potiſſime ſoleat introſpici æſtimatio, ſive deſtinatio ipſius Domini, ſive Poſſeſſoris, ac Patrisfamilias, cujus eſt pro ſui libito bona unire, ac diſmembrare, juxta ſolidam animadverſionem *I.C. in l. Seiæ 21. §. Tyramnæ, ff. de fund. inſtruct., Eugen. conſ. 66. ex n. 53. uſque ad fin. lib. 1., Bellon. Iun. conſ. 10. n. 23. cum ſeqq., Caſtill. cont. Iur. lib. 5. cap. 62. ex n. 23. cum plur. ſeqq.*, & ſignanter *n. 34.*; *Cancer. var. reſol. part. 3. cap. 20. n. 150. & ſeq., Pacion. de Locat. cap. 23. n. 26. & ſeq., Rot. dec. 120. n. 3., & 4. part. 6. rec., & in Bononien. Prædii 23. Ianuarii proxime præteriti §. Clarius autem*, confirmata *in hac eadem hodierna Audientia coram Me*.

Hinc dum vivente ipſo Alexandro, eodemque Syndico ex ſtente prænominata Contrata *delle Foſſe* continebatur ſub ampliori vocabulo *di Teano*, ſicuti agnoverunt Domini ex *hodierno Summ.* Primogeniti *num. 4.*, profecto ambigibile non erat, quod ita deſtinaſſet, vel æſtimaſſet idem Alexander Domi-
2 nus, Poſſeſſor, & Fideicommittens; quoniam ſi rude Cataſtrum ab aliis etiam Officialibus exaratum, concomitantibus adminiculis, probat poſſeſſionem, ejuſque qualitatem, ac etiam ſituationem, ad trad. per *Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. n. 570., Urſell. concl. 71. n. 1. & 3., Adden. ad Burat. deciſ. 317. num. 9. verſ. ſecus quando, Rot. in Ravennaten. Salviani 17. Maii 1680. §. Alterum extremum, & 16. Iunii 1681. §. Et quia, cor. clar. me. Card. Matthejo.*

Nullum utique efficacius adminiculum poterat exoptari, quam permiſſa, vel volita compræhenſio, ac denominatio ſub prædicta nuncupatione *del Teano* in ordine ad hu-
3 juſmodi Prædia, ſeu Terrena contenta ſub vocabulo *delle Foſſe*, exiſtente ipſo Alexandro ex proprio munere obligato ad ineundam magis, ut fieri poterat, tutam, ac fidelem deſcriptionem, ex his, quæ in ſimili obſervarunt *Menoch. con. 191. n. 82., & ſeq., Peregrin. de fideic. artic. 41. n. 7., Rot. dec. 703. n. 4. part. 18. rec., & in Reatina fideicommiſſi 26. Febr. 1698. §. Quæ præſumptio, cor. Reverendiſſ. D. meo* M. *ines Decano.*

Palpato itaque, quod reſpectu hujus vocabuli *delle Foſſe* innegabilis redderetur incluſio ſub prædicta latiori Contrata *del Teano*, jam conſecutive liquebat, verba injunctæ Primogenituræ nullo modo accipi poſſe in ſenſu rigidiori, & præciſo, ſed neceſſario etiam continere alia bona, Prædiave, quantumvis ſubalternantibus, ac proprioribus nominibus compellata, eoque magis, quia me-
4 moratæ Primogenituræ Alexander ſuppoſuerat *tutti li Corpi del Teano*, quæ ſane omnimoda, indefinita, ſive univerſalis locutio tam ample patet, ut omnia poſſibilia complectatur, & nihil excludat, ad regulam *Text. in l. Iulianus 66. in princ. ff. de leg. 3.*, de qua in his punctualibus terminis *Cephal. conſ. 144. n. 22., Rot. dec. 295. n. 9. & 14. par 14. rec.*

Evidentius autem, quia quoad reliqua controverſa Prædia, illa in rei veritate jacere ſita in prædicta Regione, ſeu Contrata *del Teano*, manifeſtabant aliæ ſatis apertæ, & perſtringentes demonſtrationes; Intercedebat etenim primo depoſitio quatuor Teſtium uſque de Anno 1661. relata

ta

ta in pręterito *Summ.* Primogeniti *num.3.*,
& præſenti *n.6.*; ii namque explicite pro-
fitebantur, non ſolum prædicta Prædia ſub
vocabulo *delle Foſſe*, ſed etiam alia nuncu-
pata *Mola della Terra, Mola S. Maria, S. Eſ-*
5 *dra* manere concluſa in ipſa Contrata *del
Teano*, cumque optime ſcientiæ cauſam red-
derent, omnino attendendos eſſe ad proban-
dã identitatem paſſim reſpondere *Pariſ. con-
ſil.104. n.21. & 22. lib.1.*, *Rot. cor. Buratt.
dec.578. n.6.*, *cor. Zarat. dec.10. n.4.*, *dec.93.
n.10. cor. Bich.*, *dec.97. n.8.*, *& dec.70. n.12.
cum ſeqq. part.12. rec.*

Secundo corroborabantur dicta Teſtium,
ſaltem in parte, a pluribus enunciativis, quæ
noſcebantur emiſſæ diverſis temporibus, &
in variis actibus ſerio eidem enunciationi
correſpondentibus, idque eodem modo, quo
conſtabat circa Terrena exiſtentia ſub altero
indubitabili vocabulo *delle Foſſe*; nam in Ca-
taſtro Communitatis Pontis Cnrvi, cui ſub-
jacet Regio *del Teano*, apertiſſime deſcribitur
in primis quoddam Prædium tamquam ſi-
tum *alle Foſſe del Teano*, hodierno *Summar.*
Primogeniti *n.4.* in relatione autem adhi-
bita per Peritos ejuſdem Communitatis oc-
caſione cujuſdam Acceſſus ſubſecuti de An-
no 1598. non minus exprimitur, quod Præ-
dium nuncupatam *Mola della Terra* ſitum eſ-
ſet in eadem Contrata *del Teano*, dicto ho-
dierno *Summario n.1.* Unde conſpirantibus
6 enunciativis cum munimento Teſtium,
identitatem, & ſitnationem magis, atque
magis remanere detectam, uno ore dixerunt
*dec. conſ.146. n.14.*, *Pariſ. d. conſ.104. n.24. &
ſeqq.*, *Rot. dec.41. n.4. poſt Pacichell. de Di-
ſtant.*, *& dec.340. n.4. par.15. rec.*, *& in Nul-
lius, ſeu Senogallien. Bonorum ſuper manutent.
23. Jan. 1697. §. Opitulatur in fin.*, *& in eo-
dem ſuper bono Iure 13. Maii eiuſdem Anni
§. Ulterius in fin. cor. R. P. D. meo* Mato.

Tertio, quia non diſcendendo ab eodem
Prædio *Mola della Terra*, palam convenie-
bant publica Inſtrumenta Affictuum, & Ven-
ditionum, quæ contigerant de Anno 1420.
& reſpective 1594. *d. Summ. n.2. & 3.*, pa-
riterque præſeferebant, ſituationem Terræ
*della Mola* ſubincludi ſub ampliori circum-
dario, ſeu Regione *del Teano*; ideoque cum
in hujuſmodi Contractibus de neceſſitate, &
7 de ſtylo Confinia, ſive ipſa ſituatio bonorum
exprimi ſoleat ad dignoſcendum quid fuerit
locatum, quid extiterit venditum, vehemen-
tem has nuncupationes juſtificationem præ-
ſeferre ejuſdem ſituationis habetnr ex *Va-
lenzuel. conſ.100. n.42. & ſeqq.*, *Rot. dec.520.
n.48. cum 2. ſeqq. par.14. rec.*, *& in Anagni-
na, ſeu Sublacen. Confinium ſuper bono Iure 23.
Febr. 1693. §. Præmiſſis enim, cor. bo. me. Emerix.*

Cum itaque ex his omnibus appareret, vo-
cabulum *del Teano* ſe habere tamquam genus
ad varias ſpecies, & individua bonorum, Do-
mini non dubitarunt (ultra ſingillares de-
monſtrationes in ordine ad prænominatas
Contratas *delle Foſſe, e Mole della Terra*) li-
quere etiam de conſimili ſubordinatione
quoad Terrena ſita ſub aliis geminis voca-
bulis *Mola di S. Maria, e S. Eſdra*; Iam enim
præcitati Teſtes abſolute deponebant, quod
& hæc poſteriora Terrena, ſive Prædia per
modum, ut diximus, ſpeciei, vel individui
comprehendebantur ſub genere *del Teano*,
unde nulla ſuppetebat ratio, quare depoſi-
tioni Teſtium fulcitæ ex ipſo Teſtatoris fa-
cto, & judicio, necnon aliis extrinſecis de-
monſtrationibus fides quodammodo foret
8 dimidianda, quando Teſtium depoſitiones
detectæ in parte veræ, in omnibus tales eſſe
præſumuntur, ut inquit *Raden. reſponſ.32.
n.26. lib.2. Rot. in Romana S. Iviani 6. Iun. 1695.
§. Coadjuvatur, cor. R. P. D. meo* Muto; &
quando probationes etiam in ſua quidditate
9 ſuſpectæ, ut ſunt confeſſiones de recepto, pro
conſiderabili tamen parte juſtificatæ, unde-
quaque veræ cenſentur in omnibus, ut patet
ex *Cravett. conſ.158. ſub n.6. verſ. Ad idem:
Mantic. de tacit. lib.11. tit.20. n.14.* Altograd.
*conſ.18. n.35. & 36. lib.1. Rot. cor.* Merlin.
*dec.652. n.9. & dec.167. n.14. coram ſan. me.
Alexandro VIII.*

Aſt ubi probationes hujuſmodi in hac ſub-
obſcura materia detegendæ identitatis dici
mererentur aliquatenus ambiguæ, multa ta-
men in unum tendentia ſtringebant Domi-
nos adminicula, & circumſtantiæ; nam in
dubio ampliorem ſuadebat intellectum fa-
vore Primogeniti non ſolum ſuperius enun-
ciata latior expreſſio facta per Teſtatorem
= *tutti li corpi del Teano* = verum quoque na-
tura ipſa Primogenituræ, quæ veluti injun-
10 cta ad magis aſſervandum familiæ decus, ac
memoriam ipſius Teſtatoris, benigniorem
ſibi promeretur interpretationem, juxta
punctualiter perpenſa per Rot. cor. *Bichio de-
ciſ.506. ſub n.25. verſ. Eo magis, & in Romana
Pecuniaria 23. Iun. 1698. §. Paris erat relevan-
tiæ, cor.* R. P. D. *meo Lancetta*, & animadver-
ſum quoque fuerat *in prædicta Deciſione bon.
mem. Urſini ſub §. Qualitas.*

Planius autem concomitante fideliſſima
rerum æquivocarum explicatrice obſervan-
tia: Siquidem etſi, poſt obitum Alexandri
Inſtitutoris, iura Primogenituræ devenerint
ad plures, diverſaſque Perſonas, nihilominus
omnes hæ perſonæ, quæ extiterunt ad per-
fruendum eiſdem iuribus admiſſæ, con-
ſtantiſſime etiam gaviſæ ſunt actuali poſſeſ-
ſione huiuſmodi Prædiorum, ſive bonorum
concluſorum ſnb prædictis denominationi-
bus = *le Foſſe, Mola della Terra, Mola S. Maria,
S. Eſdra*; quantum vero proficiat, ac veniat
11 attendenda in materia identitatis obſervan-
tia, notorium eſt, & ponderant adducti per
*Rot. in Firmana. Prędii della Parapina 20. Iunii
1696.*

1696. §. *Tum ex Inſtrumentis, cor. R.P.D. meo Muto, & in Aſculana Fideic., ſeu Domus* 13. *Junii* 1698. § *penult. cor. R.P.D. meo Pio*.

Incipiendo etenim a Joanne Cæſare invitato ad ſuccedendum in hoc Primogenio, ex quo idem Jo. Cæſar Clericalem habitum aſſumpſerat, & Alexander illius Pater pro prima vice vocaverat inter ſuos Liberos illum, *che ſi ſarà Prete*, is utique una cum reliquis Primogenituræ juribus poſſeſſionem quoque prædictorum bonorum, ſeu corporum aprahendit, eamdemque poſſeſſionem ſucceſſive nactus eſt Matthias, ut pote prætendens, idem Primogenium ad ſe fuiſſe devolutum ex titulo adſimilis Eccleſiaſtici characteris, ſed aſſurgente prædicto Joanne Cæſare, ex quo Matthias (prout & ipſe) poſtea convolavit ad uniformem ſtatum conjugalem, & deficiente Presbytero, ſive Clerico, apparebat in Teſtamento delectus, qui inter filios *ſi accaſerà*, obtinuit idem Jo: Cæſar in Epiſcopali Curia Aquinaten. novam immiſſionem, tamquam per prius Uxoratus, atque ſub eadem immiſſione ſpecifice, ſive in ſubſtantia comprahenſa extiterunt prænomina-
12 ta bona, ſeu Prædia; Qua propter cum eadem obſervantia remaneret etiam communita Iudicis facto, ac miniſterio, eo validus urgebat, ſicuti proſequendo annotarunt *Surd. dec. 129. ſub n. 18. verſ. poſtremo, Zuccar. dec. Lucen. 9. n. 18., Rot. in d. Aſculana Fideicommiſſi, ſeu Domus 25. Iunii 1694. §. Tum ex judiciali, cor. R.P.D. meo Caprara*.

Incaleſcebant ulterius præmiſſa, quia interim effecto Clerico Io: Franciſco altero fratre, & reſpective filio Alexandri, aſcendit controverſia inter eumdem Jo: Franciſcum, & Jo: Cæſarem ad noſtrum Tribunal *coram bo. me. Veroſpio*, qua poſtmodum derelicta per Jo: Cæſarem ſatius reputantem mediante amicabili trãſactione firmata de Anno 1660. jura, ac bona Primogenialia dimittere eidem Io: Franciſco, is, vel ex correſpectivitate ejuſdem tranſactionis, vel ex neceſſitate, qua detinebatur navandi operam ſtudiis, Jo: Cæſari conceſſit (paucis exceptis) ex cauſa, ſive titulo locationis, & conductionis retinere reliqua alia jura, bonaque Primogenialia, *præterito Summ.* Odoardi, & Fratrum *n.* 4., Quamobrem cum Jo: Cæſar inter bona a ſe dimiſſa, & deinceps retroaccepta ex vi conductionis perſeveraverit detinere controverſa petia Terrarum, profecto ex hac fortiſſima facti ponderatione reſultabat ad oculum quod eadem petia, ſive bona forent ab Alexandro Teſtatore ſubjecta Primogenituræ, ne alias manifeſta fatuitatis nota Jo: Cæſar
13 objurgari mereretur, dimittendo prius ad commodum Primogenituræ, & deinde per organum tituli ſervitorii, dependentis, ac oneroſi retroaccipiendo eadem bona, ut ex ſe patet ad ſenſum, & ad rem obſervatum fuit *in d. Bononien. Prædii 23. Januar. proxime præteriti §. Quinto prævalide*, confirmata *in hac eadem hodierna Audientia ſub §. In ſuo quoque robore, & ſeq. coram Me*.

Neutiquam refragante, quod explicite in prædicta tranſactione, ac dimiſſione, & conductione reſpective minime reperirentur memorata petia Terrarum incluſa ſub vocabulo *le Foſſe &c.*; Ad finem enim, de quo agitur, ſuperabundabat, quod Jo: Cæſar, ante præmiſſum Contractum tranſactionis, ac conductionis, jure Primogenituræ poſſideret hujuſmodi petia Terrarum, etiam in ſequelam Judicialis Decreti, quodque dimittens favore Io. Franciſci ex cauſa ejuſdem Primogenituræ reliqua bona univerſa, ac inſimul illa conducens tantummodo exceperit a titulo conductionis nonnulla Terrena ſita in loco *le Stazzioni*, quoniam exceptio hæc
14 peculiaris de neceſſe oſtendebat, alia bona alia Terrena extitiſſe dimiſſa, ac recognita pro ſubjectis Primogenituræ; Quippe quemadmodum exceptio firmat regulam in con-
15 trarium, ita eadem virtus eſt taciti, quam expreſſi, per notiſſima Jura, de quibus in propoſito primæ propoſitionis *Menoch. conſil. 141. n. 17. & conſ. 609. n. 9., Afflict. dec. 45. n. 2., Vela diſſert. 2. n. 40.*, & in his terminis *Rot. dec. 506. n. 5. cor. Bich.* & reſpectu ſecundæ Barboſ. *Axiom. 218. n. 1., Rot. dec. 120. n. 3. cor. Coccin.*

Minuſque offendente, quod tota machina hujus obſervantiæ in ſubſtantia penderet a ſolo facto Jo: Cæſaris, qui de Anno 1657. commiſcens in ſuo Libello enunciata petia Terrarum *le Foſſe &c.* anſam præbuit eidem obſervantiæ, ac injuſtæ occupationi, a qua cum Fratres tunc in minori ætate conſtituti, ſucceſſive effecti majores, de Anno ſcilicet 1667. reclamaverint, oportuit quoque devenire ad celebrationem poſitivi Compromiſſi ad præciſum effectum diſcriminandi, quænam bona ſubjacerent Primogenituræ, & quæ fideicommiſſo univerſali, quodque pariter reſtaurata pugna inter Jo. Franciſcum, & Joannem Cæſarem de Anno 1673. ob prætenſionem, quam reaſſumpſerat Io. Cæſar detinendi bona controverſa ex capite Primogenituræ, Monitorium ab eodem Joanne Cæſare expeditum paſſum fuerit moderationem ad inſtantiam Jo: Franciſci, *Summario Additionali* Odoardi, & Fratrum *num. unic.* qua propter remaneat inallegabilis obſer-
16 vantia, quæ vel extitit interrupta, vel potius liti cauſam induxit, quando in durioribus conſimiles actus nec exiſtunt, manutenibiles ex trad. per *Poſth. de manut. obſerv. 17. n. 44. & ſeqq.*, Rot. *poſt eumdem dec. 546. n. 7. & dec. 627. n. 8.* cum reliquis vulg.

Siquidem gratis impingebatur, quod obſervantia penderet a ſolo Libello Jo: Cæſaris, quodque ea diſrupta evaſiſſet a jurgio ſubor-

ſuborto inter eumdem Jo. Cæſarem, & Jo-
Franciſcum; nam ad commodum Primoge-
nituræ numerata ſemper fuiſſe talia Prædia,
ſive petia Terrarum liquebat ex ſubſequenti
quoque poſſeſſione Matthia ex cauſa ipſius
Primogenituræ, ut in *præterito Summar.* Odo-
ardi *n.*4. Cumque nemo titulum, ac profeſ-
ſionem Matthiæ auſus fuerit impugnare,
ac controvertere, ecce quod ſaltem in ejus
17 perſona obſervantia reddabatur pacifica, &
conſequenter attendenda, ut præter ſupra
laudatos in valde proximis terminis reſpon-
ſum fuit in *Anognina, ſeu Sublocen. Confinium
ſuper manutentione 4. Iulii 1692. §. Tertio ex
ſubſecuto, et 23. Februarii 1693. §. fin. coram
bo. me. Emerix.*

At neque ſubſiſtebat, uſurpationem pro-
veniſſe a ſimplici Monitorio, ſive Libello Io:
Cæſaris, dum ejus veritas, & juſtitia fuit me-
diante actuali Immiſſione judicialiter ap-
probata per Curiam Aquinaten., cumque
deinceps (ut annotavimus) Jo: Cæſar bo-
nam quodammodo fidem recognoſcendo
ceſſerit Jo: Franciſco eadem petia tamquam
Primogenialia, atque contextualiter illa
conduxerit, parum faciebat, ſi tractu tempo-
ris, pœnitens fortaſſe d miſſionis a ſe factæ,
aſſertam litem cum Joanne Franciſco ex
præambula tranſactione conſopitam reaſ-
ſumpſit, quia non poterat a ſua agnitione
18 reſilire, & juſte refricare quæſtionem illius
Dominii, quod ſuper hiſce bonis, ſive petiis
Terrarum recognoverat ab Jo. Franciſco
tamquam Primogenito, *vul. l. ſi quis condu-
ctionis, Cod. locat., Moſtrill. d.c.287. n.28.,
& 29., Rot. dec.222. n.4. et ſeqq. par.8., et
dec.89. n.3. cum ſeqq. par.9. rec.*

Vindicata igitur, & ſemper magis, atque
magis in facto præſulgente obſervantia,
quod uſquedum Primogenialia inter reliqua
bona Primogenialia poſſederint toties enun-
ciata Terrena, nullatenus obſiſtebat in Jure
quod poſt prænominatam immiſſionem Ju-
dicialem initum fuerit Compromiſſum: Il-
lud etenim proſternere non valebat facta
antecedentia pacificæ poſſeſſionis, præſertim
(ut præmiſimus) reſpectu Matthiæ; Et ni-
hilominus prompta nimis effulgebat reſ-
ponſio, quod idem Compromiſſum non ex-
titit executioni demandatum, quinimo
abinde citra per ſpatium ferme 30. Anno-
rum Odoardus, & cæteri conquieverunt,
ſive permiſerunt, Terrena retineri per Pri-
mogenitum; Unde nil magis roborare po-
19 teſt obſervantiam, quam ipſa contradictio
ad ſummum exoriens ex ipſo Compromiſ-
ſo, cum ſucceſſiva acquiſcentia per interval-
lum adeo diuturnum, ad not. per *Rot. de-
ciſ.2283. n.34. cor. Coccin., et in Cavallicen.
Baunalitatis Furni ſuper manutentione 26. Iun.
1697. §. Nec talis obſervantia, cor.* R. *P. D.
meo Priolo.*

Et ob id pariformiter inane coruſcabat
pluries inculcatum objectum, quod de tem-
pore initi Libelli per Jo: Cæſarem Odoar-
dus, aliique Fratres reperientur in minori
ætate conſtituti; Quia Domini ex nimia be-
nignitate, ſublata jam *in præcedenti Deciſione
cor. bo. me. Urſino*, & in præcitatis hucuſ-
que fundamentis rurſus ſtabilita reaſſumen-
tes animadverterunt, vim non ſtare circa
comprobationem obſervantiæ in ſimplici
Libello Io. Cæſaris, ſed in Judiciali immiſ-
ſione, in quieta poſſeſſione Matthiæ, in facto
ejuſdem Jo. Cæſaris, qui ſi malitioſe immiſ-
cuiſſet in prædicto Libello bona non obno-
xia Primogenituræ, debuiſſet in oppoſitum
convertere malitiam occaſione dimittendi
bona favore Jo. Franciſci Primogeniti: Sed
cum adhæſive eidem Libello devenerit ad
actum tam ſibi præjudicialem dimiſſionis
bonorum, profecto nuſquam intenderat frau-
dare Minores; Et nihilominus ex abundanti
ſubjunxerunt, etiam Jo: Cæſarem de prædi-
cto tempore tranſmiſſi Libelli verſari in ea-
dem Navi minoris ætatis, ſicque cum totum
ageretur hinc inde per Tutores, vel Curato-
res, deficiebat in radice poſſibilitas decep-
20 tionis, cum dolus non præſumatur in iis,
qui citra ullum imaginabile intereſſe nego-
cia dirigunt aliena, juxta animadverſa per
*Card. de Luc. lib.7 de alien. diſc.24. n.11. in fin.
verſic. quolitus autem, et diſc.33. n.23. et 24.*

Fruſtraque demum ad obſcurandam cla-
ritatem demonſtrationum Donati Primoge-
niti ex oppoſito coacervabantur nonnulla
documenta tendentia ad juſtificandum,
quod ex quibuſdam Teſtibus ad perpetuam
dumtaxat examinatis, & ex pluribus actibus
recenſitis in *præterito Summ.* Odoardi *n.*8.
*cum ſeqq.* appareret, quod hæc adamuſſim
petia Terrarum ſub præcitatis proprioribus,
ac particularibus nominibus *le Fuſſe etc.* in-
cluderentur; Hoc namque non diffitebatur
Donatus, ſed e converſo mordicus, & bene
replicabat, quod hujuſmodi ſubalternantia
nomina non excluderent generaliorē com-
præhenſionem ſub Regione, ſeu vocabulo
*del Teano*, ut ſupra fuit oſtenſum: Addito
21 etiam exemplo practico, & familiari apud
*Geographos*, verbi gratia Comitatus *Flandriæ*,
qui licet habeat particularem Diſtrictum, &
diſtinguatur a cæteris Provinciis *Arteſiæ*,
*Hannoniæ*, *Brabantiæ*, cum ſimilibus, attamen
nomen dat univerſale hiſce etiam Provin-
ciis; Unde ſi quis relinqueret *omnia bona,
quæ tenet in Flandria*, certe (præciſive a ver-
bis, vel conjecturis aliud indicantibus) ve-
nirent etiam bona *Hannoniæ*, *Brabantiæ &c.*
accipitur namque per indefinitam, & uni-
verſalem loquendi formam *tutti* totum,
quod continetur ſub ampliori, & potiori
nuncupatione, quæ tamquam caput infor-
mat, & ſub ſe determinat omnia membra de-
peu-

pendentia, ex jam dictis, optimeque firmatis
*in Deciſ bo.me. Vrſini* §. *Neque ad hanc obſer-
vantiam* quibus addi poteſt *Rot. in Ravennat.
Salviani cor. bo. me. Albergato, impreſſ. de-
ciſ.151. n.15. par.19.* & confirmata 17. *Maii*
1680. §. *fin. cor. clar. me. Card.* Matthejo, &
eleganter enuclearunt quoque *Politici, &
Hyſtorici Scriptores*, ut apud *Card. Bentivol.
de Bell. Belg. par. 1. lib. 1. in princ., Jacob. Mar-
chant. de reb. Flandr. memorab. c. 4. & per tot.*

Pco coronide tandem Domini reflecte-
bant, hactenus Donatum Primogenitum eſſe
in effectiva poſſeſſione petiarum, quæ ſub Iu-
dice ſunt, omneſque alios Primogenii quali-
tate decoratus jugiter extitiſſe, ac non mi-
nus ab obitu Alexandri Teſtatoris, quam
uſque ad pcæſens, in eadem poſſeſſione defi-
xos, ſeu permanentes, ideoque cum Odoar-
dus, aliique ſatagentes immitti in bona præ-
dicta, vel in ipſa eocum primordiali actione,
vel in ſucceſſivis replicationibus ſemper effi-
ciantur, & cevera exiſtant Actores, eo ipſo,
quod ces ex prædictis etiam per diſcurſum
quomodolibet reputari poſſet ambigua, ad-
huc in hac ipſa ambiguitate (excepto, ut ab
initio enunciavimus, Pcædio *Morrone Maju-
ro*, circa quod præmiſſa non conveniebant)
ſavendum erat poſſeſſioni, & adverſus Acto-
22 res digito non demonſtrantes contrarium,
ſemper etiam in dubio commodo poſſiden-
tis judicandum, ad ea, quæ in terminis hujus
præciſæ quæſtionis ſuper identitate truti-
nantur per *Rot. dec.1512. n.7., & 8. coram
Coccin.* & generaliter *Oſaſch. dec.108. n.18.,
Monach. dec. Floren.20. n.76., Rot. dec.317.
n.45. cor. Bich.*

Et ita utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

ANtecеſſit hanc Deciſionem altera, quæ
emanavit *ſub die 26. Iun. 1697. cor. Vrſino*,
& Ego in illius locum ſuffectus reproponen-
do Cauſam obtinui confirmationem ejuſdẽ
præcedentis reſolutionis, decretaque poſt-
modum expeditione ſub *die* 27. *Novembris
ejuſdem Anni* 1699. Partes acquieverunt.

Matecia hujus Deciſionis aliqualitec fra-
ternizat cum ſuperiori *deciſ.91.* & aſſidue
contingit, ſupca ea audiri ſtrepitus forenſes,
quoniam in ſubſtantia concernit identita-
tem quandoque in ſe certam, ſed incertam,
an cadat ſub aliqua conventione, vel etiam
diſpoſitione teſtamentaria; quandoque,
autem in ſe incertam, ſed certificandam ex
conjecturis, & argumentis, ut ecat caſus
præſentis Deciſionis, in qua tractabatur, an
nonnullã Prædia caderent ſub quadam Pci-
mogenitura, vel potius ſub diverſo fidei-
commiſſo univerſali, itant eadem Prædia
cenſeri deberent membca illins Contradæ,
ſeu Regionis, cujus bona in genere Teſtator
ſubjecerat Primogenituræ, unde in Deciſio-
23 ne dicitur, quod plurimum ad id digno-
ſcendum pollet opinio, ſeu deſtinatio Do-
mini, ſeu pro tempore poſſeſſoris, ac Patcıſ-
familias, & hoc (niſi aliæ concurrant pro-
bationes in contrarium) eſt veriſſimum;
unde non ſemel *Rota* ſuper hujuſmodi uſu,
opinione, & deſtinatione pedem fixit, &
ſignanter, ultra relatos in præſenti, adamuſ-
ſim in propoſito fideicommiſſi bene *Rota de-
ciſ.506. n.8. & ſequen. cor. Bich.* & magis de
recenti *in Tyburtina Bonorum* 11. *Febr.* 1705.
§. *baſis, & 26. Febr. 1706.* §. *nequaquam tamen,
cor. Rev. D. Molines Decano, & in Imolen.
Salviani ſuper reſervatis* 12. *Mart.* 1708. §. *non
controvertebant, cor. R.P.D. meo Scotto.*

Cataſtrum, Æſtimum, ſeu Decimæ, illa-
rumque Libri, in quibus bona Civium alli-
bratur ad finem, ut ſciatur, quis ſit pro tem-
pore poſſeſſor bonorum exiſtentiũ in diſtri-
ctu Civitatis, vel lococum, continere ſolent
plerumque partitas, ex quibus depræhenda-
tur, an aliquod terrenum, vel Prædium in-
cludatur ſub hac, vel illa denominatione,
ac etiam quis exiſtat illurum Dominus, quod
24 junctum cum adminiculis probet poſſeſſio-
nem, & ſituationem, ac ſæpe dominium,
dicitur in *Deciſ. præſenti*, etiam contra Ter-
tium, ut ſubdit *Rot. dec.27. n.13. cor. Bich.,
dec.520. n.17. par.14., & in Ravennaten. Sal-
viani 7. Maii* 1680. & 16. *Iunii* 1681. utrobi-
que §. *finali coram Cardinali Matthæji*, &
25 circa terminos, & Confines tradunt allati
per *M. noch. conſil.21. n.18. lib.1. & conſil.*101.
*num.*20.

Et certe, donec contracium probetur,
26 maximam (ſi non probationem) facit præ-
ſumptionem, ut habetur in *Ariminen. Ma-
nutentionis* 10. *Decembris* 1708. *cor. R.P.D.*
27 *meo Scotto*; & quod ſemper pro conſidera-
bili deſerviat adminiculo, proſequitur *Vr-
ſell. concluſ. legal.71. n.3. in fin., Adden. ad
Baratt. dec.317. ſub n.9. verſic. verum licet,
Seraphin. dec.1061. n.5. & in rec. d. dec.520.
n.17. par.14.*

Abſolute autem ſimplex Cataſtrum ſuffi-
28 cientibus deſtitutum adminiculis non pro-
bat ſufficienter contra Tertium, & maxime
29 quando Cataſtrum fuecit tantummodo con-
fectum ad finem repartiendi, ſeu exigendi
onera Communitativa, quia tunc illud pco-
baret ſolummodo inter Communitatem, &
perſonas in eo deſcriptas, ex *Cæphal. conſ.458.
ſub n.72. verſic. probat enim, Capyc. dec.107.
n.12., Reverter. dec.64. lib.1. ibique de Marin.
in addit. n.4., Rot. cor. Gregor. dec.372. n.1.*
30 Aſt contra Tertium, ſi is non fuerit præſens
deſcriptioni, & præſtitecit conſenſum, ut
dimus, regulariter non probat, ad tradita
per *Pariſ. conſ.104. n.169. lib.1., Cæphal. d.
conſ.458. n.72. Maſcard. concl.274. n.7. & con-
cluſ.398. n.9., Menoch. de arbitrar. caſ.91. n.27.*

*Genna*

*Genua de ſcriptur. privat. lib. 5. tit. de libr.
Æſtim. qu. 3. cum 2. ſeqq. Gratian. diſcept. 582.
n. 7., Adden. ad Buratt. dec. 317. n. 9., Rot.
dec. 640. n. 13. apud Poſth. de manutent., &
dec. 520. n. 12. & 13. par. 14. rec.*

Et quidem ubi agatur inter Communita-
tem, & ab ea deſcriptum in allibratione Ca-
taſtri, & ſic nequaquam contra Tertium,
31 regula eſt, quod ſi quis ſe prætendat gra-
vatum, tenetor infra Annum reclamare,
alias tranſacto Anno non auditur, ut ſan-
citur in *l. qui gravatus 5. C. de Cenſib. & Cenſit.
lib. 11., Bald. conſ. 387. per tot. lib. 3., Alex.
conſ. 101. ſub n. 10. lib. 1., Natt. conſ. 265. n. 4.*
32 *Lancell. Gall. conſ. 27. n. 28.* quod tamen fal-
leret in Minore, vel alia perſona ſub aliena
adminiſtratione vivente, & in Mulieribus,
aliiſque caſibus, de quibus tractat *Theſaur.
dec. 239 n 15., Caren. reſolut. 194. n. 6. & 7.*

Diximus, Cataſtrum ex ſe non inducere
probationem perfectam, ſed ſolum induce-
re præſumptionem dominii, & poſſeſſionis
favore illius, qui inibi deſcribitur; & ideo
33 quando contra hanc præſumptionem doce-
tur, aliũ revera reperiri in poſſeſſione actua-
li, eadem præſumptio remanet ex ſe in ope-
rativa, ad receptam diſtinctionem *Caſtrenſ.
in l. ſi Pater circa fin. C. de act. mot.* de qua *in
ſequenti meo Diſcurſu n. 39.* & ultra inibi al-
legatos *Poſth. de manutent. obſervat. 27. n. 3.*

Sed ſi ex præmiſſis Æſtimum, vel Cata-
ſtrum, præter caſus ſupra exceptos, non pro-
bat perfecte dominium, & poſſeſſionem con-
tra Tertiom ignarum talis allibrationis, & in
34 qua poſſet oriri fraus, multo minus Cataſtrũ
probat verum valorem bonorum, cum Offi-
ciales, quandoque plus, quandoque minus
juſto pretio, & maxime in dies variabili,
gravare poſſint, prout quandoque gravant
in collectando, ut dixit *Rot. dec. 390. n. 12.
& 13. par. 17. & in Romana, ſeu Spoletana Cen-
ſus 1. Iulii 1697. §. prout nec turbat, cor. Reve-
rendiſſimo D. Mo ines Decano, & in Ariminen.
legitimæ 2. Iunii 1706. § penult. cor. R. P. D.
meo Lancetta.*

Negari tamen non poteſt, quod etiam in
35 hoc caſu Cataſtrum deſerviat pro tali quali
adminiculo, ad *Rot. cor. Pamphil. deciſ. 312.*
36 *n. 5.* Quod ſi Cataſtrum fuiſſet præciſe exa-
ratom non ad ſolum finem collectandi bona
Civica, ſed ad effectum dignoſcendi valo-
rem, qood tunc, donec diverſimode juſti-
ficaretur ab allegante, Cataſtrum probaret
etiam valorem in præjudicium Tertii, cen-
ſuit *Rot. dec. 703. n. 1. 3. & 4. par. 18. tom. 2.
rec. & in Nucerina ſupplementi legitimæ 28.
Iulii 1706. §. quantitas vero, cor. R. P. D meo
Priolo.*

Conſequutive ad hæc contigit pluries diſ-
ſerere de eadem materia identitatis, & reſ-
pectivè incertitudinis, ſed alibi de hoc; bre-
vitèr dumtaxat iudicando materiam in parte
tractatam vel occaſione *conſ. Oldrandi. 145.*
vel occaſione confuſionis culpoſæ, aut non
culpoſæ, vel occaſione melioramentorum
cum incorporatione unius Prædii ruſtici, vel
urbani in alterum Fæudale, Emphyteuticum,
vel fideicommiſſarium, cum ſimilibus, in illa
*Senogallien. bonorum 2. Julii* 1700. *cor.* Me.
ubi plures caſus non incurioſè diſtinguun-
tur, & examinantur.

Evenit etiam in praxi caſus fortè ſingula-
ris, quod per Fluminis impetum evulſis, &
confuſis Terrenis, fuerunt à Magiſtratu ad
id prælecto aliqua bona aſſignata, & repar-
tita inter adjacentes; & recurrente eodem
impetu Fluminis poſt longum temporis de-
fluxum, eadem bona fuerunt aliis adjacenti-
bus diſtributa, exortaque proindè in ulteriori
decurſu longiſſimi temporis controverſia in-
ter iſtos primos, & ſecundos aſſignatarios,
Ego in munere tunc Advocationis exiſtens
de Anno 1683. (non viſis tamen aliis funda-
mentis, quàm illius Partis, pro qua Reſpon-
ſum edidi) Votum protuli, ut ſequitur.

Cùm ſæpiùs ob irrumpentis Arni inunda-
tiones finitima privatorum Prædia occu-
pantes, eveniat, quod redacto ad cenſuram
impetu Fluminis, per peculiarem Magiſtra-
tum hiſcè materiis præfectum, bona priori-
bus Dominis avulſa proportionabilitèr reſti-
tuantur, idcircò uſquè de Anno 1588. con-
tigit, quod inter cæteros comparentes co-
ràm prædicto Magiſtratu. Baldoccii obtinue-
runt ſibi ipſis aſſignari Stara, ſeù Bubulcas
triginta ſub opportuna deſcriptione Con-
finium.

Verùm quia abindè citrà nullum ex Mihi
præſuppoſitis exhibetur documentum, quod
Baldoccii in præfatæ aſſignationis poſſeſſio-
ne continuaverint, & è converſò liquet ex
Decreto memorati Magiſtratus, præviis con-
ſuetis edictorum affixionibus edito de Anno
1647., quod ob ſimilem Fluminis receſſum
diviſa extiterunt Terrena derelicta inter Ori-
cellarios, alioſque adjacentia Prædia poſſi-
dentes, nulla facta mentione illorum de
Baldocciis, cœperunt nihilominùs iſti ſub
hoc Anno 1683. prætenſionem excitare,
quod quantitas terrarum illis (ut ſuprà)
fermè per Sæculum ante aſſignata à viciniis
deterioribus reſtitueretur; Sed, ut opinior,
inutilitèr, & ſinè fundamento tàm in ſum-
mariſſima, quàm in plenaria Judicii collu-
ctatione.

Et quidèm, reſpectu ſummariiſſimi Judi-
cii, ſeù manutentionis, res omni vacat dif-
ficultate; Cùm enim ex parte eorumdem de
Baldocciis nulla tribuator juſtificatio, quod
nedùm de tempore motæ litis, verùm quod
antè etiam, & ſignantèr a prædicto Anno
37 1647. controverſa poſſederint terrena, ſed
illa ſemper extiterint penès Oricellarios,
alioſque litis Conſortes, nimiùm de plano
ſequi-

Digitized by Google

ſequitur, quod Reis conventis, non autem
Actoribus debeat impartiri manutentio, ut
omiſſis generalibus in hiſcè præciſis terminis
firmavit poſt *Riminald. Jun. conſ.223. n.74. & ſub n.75.*, *Cyriac. contr. foren.376. n.62.*
38 Idque poſthabita qualibet exceptione con-
cernente petitorum, & altiorem indaginem
exigente, ad trad. per *Poſth. de manut. obſer.42. n.68.*, *Thomat. dec.41. n.24.*, *Rot. cor. Duran. dec.269. in fin. & dec.328. n.9.*, *Merlin. dec.18. n.50. & 51. & dec.19. n.13.*, & alibi
milliès.

Nullatenùs refragante Cataſtro, ſeù libro
Decimarum, in quo præſupponitur, prædi-
ctas Bubulcas adhùc cantare in faciem illo-
39 rum de Baldocciis; exindè enim nulla exo-
ritur præſumptio, quæ ſtatim non elidatur,
& evaneſcat, quandò conſtat, alium in actua-
li poſſeſſione reperiri, juxtà celebrem diſtin-
ctionem *Pauli de Caſtr. in l. ſi Pater circà fin. C. de act. empt.* de qua *Soccin. Sen. conſ.89. vol.1. & conſ.46. vol.3.* *Zuccard. conſ.61. n.2.* & poſt *Hector. Fælic. alleg.10. n.26. ver. nam de libro par.3.*, *Genua de ſcript. priv. lib.5. qu.3. n.4. verſ. item quando*, *Menoch. de retin. poſſeſſ. remed.3. n.570.*

Neque minus clara videntur Jura litisCõ-
ſortium in petitorio: Præſcindendo etenim
40 etiam ab illis, qui cenſuerunt, Terras a Flu-
mine derelictas fieri occupantium, ut con-
tra *Brun.* prætendentem *in conſ.169.* quod
in tertis vacantibus ſuccedat Fiſcus, edocuit
*Cravett. de Alluvion. lib.2. cap.21. §.1.* eaque
relato *Gobius in tract. de Aquis qu.23. n.19. verſ. vel potius*; Adhuc habemus de medio
aſſignationem publici Magiſtratus junctam
41 cum poſſeſſione pluſquam quadragenaria,
quæ efficit, ut non ſolum præbeat titulum
coloratum, ſed etiam extinguat quamlibet
actionem, quæ ex antiquo tempore Baldoc-
ciis competere potuiſſet, prout in duriori-
bus, ſcilicet etiam adverſus Eccleſiam, &
Principem, ſancitum habetur *in Authent. quas actiones, C. de Sacroſ. Eccleſ.*, *Menoch. conſ.1169. n.25.*, *Surd. dec.1. per tot.*, *Barboſ. in l. omnes 4. n.85. & 86. C. de præſcript.30. vel 40. Annor.*

Fortius vero, quia eadem aſſignatio pro-
ceſſit mediante Edictorum affixione, ideo-
que cum tunc Baldoccii comparere neglexe-
rint, eorumque Jura deducere non curave-
42 rint, recepta ſubintrat propoſitio, quod hu-
juſmodi aſſignatio remanſerit per illorum
tacitum conſenſum approbata, adeout qua-
tenus Jus aliquod ipſis competiiſſet, cenſere-
tur remiſſum, ex relatis per *Menoch. de præſumpt. lib.6. præſumpt.99. n.15. verſ. Cæterum, & n.22.*, *Galerat. de renunc. lib.5. cap.11. n.13.*, *Cyriac. controv.279. n.6.*, *Pignat. ad Statut. Ferrar. tom.1. lib.1. rubr.31. n.8.* *Rot. apud Poſth. de manut. dec.477. n.3. & in rec. dec.237. n.2. par.4. tom.2.*

Abſque eo, quod juvet forſan opponere,
ipſos non extitiſſe citatos, unde nequiverit
ex hujuſmodi actu aliquod præjudicium eiſ-
dem irrogari, Tum quia ſatis eſt, quod ne-
43 gativa citationis nequeat exadverſo com-
probari, dum Acta huius Cauſæ, & Decreti
præſupponuntur deperdita, vel ſaltem inte-
gre exhiberi non poſſunt, ut poſt *Rot.* opti-
me advertit *clar. me. Card. de Luca lib.7. tit. de alienat. diſc.1. n.91.*; Tum etiam, quia (ſtan-
44 te antiquitate temporis) citatio, quæ fuit
neceſſaria, præſumitur interveniſſe, teſte
*Gratian. diſcept.278. n.1. & 2.*, *Put. deciſ.205. n.5. lib.5.*, & *dec.193. n.5. & 11. part.2. diverſ.*, & *poſt Torr. de pact. futut. ſucceſſ. deciſ.34. n.4.*

Potiſſime autem, quia in eodem Decreto
Anni 1647. in genere enunciantur Citatio-
nes, & Edicta deſuper celebrata, ac propte-
rea niſi exadverſo manifeſtime probetur
45 contrarium, eadem Sententia, ſeu Decre-
tum excedens metam triginta Annorum,
cum ſubſecuta effectuatione, & obſervan-
tia, in omnibus habetur pro juſtificato, ut
dixit perpetuo, *Rot.* & ſignanter *cor. Caſſadar. dec.3. n.1. de Procurator.*, *Mantic. dec.296. n.6. & 7.*, *Buratt. dec.376. n.6.*, *Cavaler. deciſ.22. n.5.*, & *dec.197. n.59. & ſeqq. par.5. rec.*, *Card. de Luc. de Emphyt. diſc.53. n.5. & 6.*, & *de Benefic. diſc.136. n.2.*

Quæ omnia certius, & ſine difficultate,
procedunt, ponderando, quod non verſa-
mur in aliquo actu clandeſtino, ſed de diſtri-
46 butione Terreni publice, & palam facta,
quamve ignoraſſe dicere non valent illi de
Baldocciis, dum viderunt, quod controver-
ſæ tornaturæ inter ſuos finitimos divideban-
tur, & actu, ac quotidie iure dominii, & poſ-
ſeſſionis detinebantur, ex notatis in fortiori-
bus per *Bart. in l. is poteſt col.5. verſ. quamquam ille, ff. de acquir. hæred.* *Put. dec.27. n.2. lib.1.*
Quamobrem etiã quando ex priori Decreto
edito de Ann. 1588. aliqua inſurgere potuiſ-
47 ſet præſumptio antiqui ipſorũ Dominii, ad-
huc diceretur ſufficienter interverſa per 40.
annorum, & ultra intervallum ſufficiens ad
præſcribendum, ut declarat *Cravett. de antiquit. temp. par.1. ſub n.303. prope fin. verſ. modo præſens*, egregie *Card. de Luc. diſc.133. n.17. verſ.1. ſub tit. de Feud. par.1. in ſupplem.*

Atque hinc (licet ex abundanti, propius
tamen ad rem noſtram accedendo) cum nul-
lo alio iure poſſint Baldoccii huiuſmodi Ter-
rena moleſtare, niſi per viam rei vindicatio-
48 nis, & quis non ſcit, quod, præcipue adver-
ſus Tertios, illorum dominium tamquam
extremum neceſſarium in hoc Iudicio con-
cludentiſſime venit comprobandum, ex
Theorica *Baldi in l. Cum res, C. de probat.*, &
per *Text. in l. Officium, ff. de rei vindicat.*, *Rot. cor. Carill. deciſ.180. num.6.*, & *coram Dunozet. Sen. dec.174. n.3.*, & *deciſ.367. num.1, par.17.*

Digitized by Google

*par.17.*, *& deciſ.628. num.4. par.18. recen.*

Hujuſmodi verò comprobatio neutiquam
exadverſo deducitur, cum ad ſummum ex
prædicto antiquiori Decreto valeat inſurge-
re talis qualis prçſumptiva juſtificatio, quod
de Anno 1588. exiſterent Domini iſtarum
49 Terrarum, ſed id non efficit, quod hodiè poſ-
ſit inſerri, dominium fuiſſe continuatum, cum
ad hunc effectum requirantur probationes
tempus litis percutientes, etiamſi ex parte
Reorum conventorum de intermedia legiti-
ma acquiſitione non doceatur, ut in ſpecie
advertit *Corneus conſ.35. ſub n.13. propè fin.
verſ. Quinimò lib.1.*, *& conſ.24.n.2. cum ſeqq.
lib.4.*, *Roland. conſ.46.n.23. cum ſeqq. lib.3. Rot.
cor. Pæn deciſ.1539.n.3. verſ. neque ex Dominio*,
cum aliis in celebri *Romana Caſtri Orciani in
ordine la 628. n.18 par.18. tom.2. rec.* & quod
50 per ſpatium ſeptuaginta Annorum domi-
nium prçſumatur mutatum, nec à ſtatu prçte-
rito inferatur ad præſentem, dixit etiam opti-
me *Rot. dec.336.n.9. &* 10. *eadem par.18. tom.1.*

At quid ultrà exoptamus? dum à prædicto
Anno 1588. effluxit jam centenaria, quæ tan-
tæ exiſtit efficaciæ, ut melior titulus de Mun-
do valeat efformari; quoniam cum à præmiſ-
ſo tempore citrà non appareat, illos de Bal-
docciis congruos exercuiſſe actus poſſeſſio-
nis, & dominii, bene poſſunt litis Conſortes,
ad quorum (tanquam tunc temporis Domi-
norum) commodum facta fuit de Anno 1647.
51 diviſio, & aſſignatio, allegare, vel quod præ-
fatum antiquius Decretum extiterit revoca-
tum, vel quod Authores eorumdem Adver-
ſariorum alienaverint hujuſmodi Terrena,
ac tandem induere titulum ipſis bene viſum,
ut per hæc ferme verba inquit *Rot. dec.253.
n.6. & 7.*, & præſertim *n.8.*, *& dec.155. n.8.
& 9. par.16.*, & perbelle ante eam *Ferdin.
Vaſquez controv. illuſt. lib.2. cap.81. n.17.*, *Ca-
ſtill. de tert. Decim. cap.20. n.47. verſ. Item quia
tempus*, *Card. de Luca de Fæud. diſc.3. n.18.*, *&
in ſupplem. eod. tit. dicto diſc.183. n.18.*, adeout
52 nulla etiam ſit allegabilis in integrum reſti-
tutio, attenta præſertim, (prout hic,) ſcientia
Adverſariorũ indubitabili, ex collectis apud
*Franciſc. Palm. conſult.64. ex n.26. uſque ad fin.*

Parum officiente, quod tempus centenariç
non appareat adamuſſim completum, quod-
que deficiant quatuor, aut quinque Anni:
53 Quia præſumptio oriens ex centenaria lo-
cum ſibi vindicat, etiamſi aliqui Anni deſide-
rentur, ex mente omnium Tribunalium, &
*Rotæ cor. Baratt. dec.875. n.3. & 4. & cor. Peu-
tinger. dec.72. n.3. & 4.*, *& dec.509. n.1. par 5.
rec.*, *& in Bononien. Bonorum emphyteuticorum
1. Iulii 1673. cor.* R̃mo *Albergato*, *& in Senen.
Emphyteuſis 7. Martii 1674. cor. R.P.D. Emerix.*

## ROMANA PECUNIARIA.

*Veneris 5. Junii 1699.*

## ARGUMENTUM.

Onus adiectum Uſufructuario univerſali, ut ſolvere teneatur omnia debita Teſtatoris, ejuſque antenatorum, an importet obligationem extinguendi Cenſum paſſivum in hæreditate repertum, vel potius hujuſmodi extinctio incumbat hæredi proprietario, adeout interim Uſufructuarius obſtringatur dumtaxat ad ſolutionem fructuum; & de differentia inter Uſufructuarium univerſalem, & particularem circà onus ſolvendi annua legata, aliaque onera hæreditaria: Teſtator an, & quando gravare valeat, vel gravaſſe cenſeatur hæredem, ne deducere valeat propria credita in reſtitutione fideicommiſſi; Et ex quibus conjecturis legatum cenſeatur relictum animo compenſandi cum eo, quod Teſtator legatario debebat.



### *SUMMARIUM.*

1 *Nihil adeò firmum reperitur in Jure, ut apparenti aliqua ratione obumbrari non valeat.*

2 *Uſusfructus non extenditur ultrà vitam Uſufructuarii.*

3 *Onus ſolvendi debita hæreditaria regulariter pertinet ad hæredem proprietariũ.*

*Et ſi agatur de debitis fructiferis, hæres uſufructuarius tenetur ſolummodò ad annua interuſuria, non verò ad extinctionem Capitalium, n.4.*

5 *Appellatione* debiti *venit dumtaxat id, quod per Creditorem ab invito Debitore peti, & exigi poteſt.*

6 *Sors Cenſus eſt irrepetibilis ex parte Creditoris Cenſuarii, non obſtante pacto in contrarium,*

7 *Uſufructuarius, cui Teſtator injunxit onus extinguendi debita hæreditaria, an teneatur ad extinctionem Cenſuum paſſivorum, & n.8. 10. 23. & 24.*

9 *Debitor Cenſus poteſt illum quandocumque ad ſui libitum redimere.*

11 Doctrinæ *pandectales in caſu à Jure non deciſo habent vim legis.*

12 *Statutum conſideratur velutì quoddam Teſtamentum Civium.*

13 *Maritus, qui vigore alicujus Statuti tenetur de bonis dotalibus, vel extradotalibus ſolvere debita Uxoris, non tenetur extinguere illius Cenſus paſſivos, ſed ſolùm ad ſolutionem fructuum.*

14 *Verbum* ſolutio *importat numerationem, & reſpective ſatisfactionem obligationis neceſſariæ.*

15 *Extinctio Cenſus idem importat, ac illius redemptio, retrovenditio, & Contractus reſolutio.*

16 *Voluntas, & intentio non debent deſervire verbis, ſed potius è converſò verba debent famulari intentioni.*

18 *Cenſus venit appellatione* debitorum *ex conjecturata voluntate Defuncti.*

19 *Non eſt recedendum à proprietate verborum, quoties ſunt in eorum recto, ac legali ſenſu verificabilia.*

*Et ad hoc, ut recedi valeat ab illorum proprietate, non attenduntur conjecturæ, niſi ſint analogæ, vehementes, & efficaces, n.26.*

20 *Argumentum* à ſupurfluitate vitanda *ceſſat data aliquali operatione verborum.*
21 *Teſtamenta Iuriſperitorum plerumque pariunt inextricabiles litium anfractus.*
22 *Verba Teſtatoris Juriſperiti in dubio intelligenda ſunt in eorum magis proprio, magiſque juridico ſignificatu.*
25 *Hæres uſufructuarius præſumitur à Teſtatore magis dilectus in ipſo uſufructu, quam hæres proprietarius reſpectu proprietatis.*
27 *Diſcretiva locutio Teſtatoris optimè deſervit ad conjecturandam ejus voluntatem in caſu omiſſo.*
28 *Interpretatio omnis ſumenda eſt, nè legatum reddatur Legatario inutile.*
29 *Uſufructuarius tenetur ſubire expenſas utiles, & neceſſarias pro manutentione, & conſervatione proprietatis.*
30 *Pars una Teſtamenti aliam declarat.*
31 *Fides nedum bona, ſed media excuſat à reſtitutione fructuum minutatim perceptorum, & conſumptorum,*
Declara, *ut n.40.*
32 *Quæſtiones, quæ cadunt ſuper interpretatione ultimarum voluntatum, regulariter ſunt potius Facti, quam Juris.*
33 *Rota, ubi ſemel decrevit, quod aliqua Cauſa videatur à quinto, & ſexto ex Auditoribus in Turno conſidentibus, hoc intelligitur uſque ad totalem terminationem ipſius Cauſæ.*
34 *Conjecturæ ſemper unitim perpendendæ ſunt, non verò ſeorſim, ac ſingillariter.*
35 *Voluntas Teſtatoris ex conjecturis elicita idem operatur, acſi haberetur expreſſa.*
36 *Præſuppoſitum factum ab eo, qui diſponere poterat, habet vim diſpoſitionis.*
37 *Teſtator mandans ſolvi omnia ſua debita, non cenſetur intellexiſſe de his, quorum ſolutio evitari poteſt mediante aliqua legitima exceptione, puta preſcriptionis.*
Limita, *ut n.38.*
39 *Cenſuarius an, & ad quem effectum verè poſſit dici Creditor.*
41 *Obligatus ad inveſtiendum, ſi illud facere neglexit tenetur ad fructus, quos inveſtimentum produxiſſet, quatenus factum fuiſſet.*
42 *Obligatus ad extinguendum Cenſum tenetur ad quanti intereſt, extinctionem non fuiſſe ſecutam.*
43 *Uſufructuarius etiã univerſalis non tenetur ad ſolvenda debita defuncti, ſed hoc onus pertinet ad hæredem proprietarium.*
*Idemque hæres proprietarius tenetur in his terminis prius diſtrahere Mobilia, antequam deveniat ad alienationem ſtabilium, ibid.*
*Limita, ſi hoc onus ſolvendi debita hæreditaria fuerit à defuncto etiam tacitè, & conjecturalitèr impoſitum Uſufructuario, n.45. juncto n.17.*
*An autem in hoc caſu Creditores hæreditarii valeant recta via convenire Uſufructuarium, vel potiùs hæredem proprietarium, vide n.46.*
44 *Uſufructuarius univerſalis tenetur ad ſolutionem annuorum legatorum, aliorumque onerum hæreditariorum.*
*Limita, ſi ex conjecturata voluntate defuncti appareat in hoc etiam oneratus hæres proprietarius, n.47.*
*Et expenditur principalior conjectura ſuadens, quod onus ſolvendi annua onera, vel legata non cenſeatur impoſitum Uſufructuario, ſed proprietario, n.48.*
49 *Uſufructuarius particularis certorum bonorum an teneatur ad ſolutionem annuorum onerum hæreditariorum.*
50 *Creditor dicitur non ſolum is, qui habet creditum pecuniarium, ſed etiam quicumque alius, qui habeat aliquam actionem ex Contractu.*
51 *Teſtator poteſt diſponere, ne hæres detrahat Credita, ſi quæ habeat, vel etiam in poſterum acquirat contra ſuã hæreditatẽ.*
*Et enunciantur gemini caſus nuperrime in* Rota *deciſi contra hæredem prætendentem detrahere debita hæreditaria ſoluta, n.52. & 53.*
54 *Teſtator diſponere poteſt de bonis ſui hæredis, eaque ſubiicere fideicommiſſo.*
*Dummodo tamen majus, aut ſaltem æquivalens emolumentum relinquat hæredi, computatis in eo etiam fructibus medii temporis, n.55.*
56 *Dictio,* infraſcritti, *ea ſolum bona, vel illas perſonas comprehendit, quæ oculis corporeis leguntur.*
57 *Teſtator ex quibus verbis cenſeatur gravaſſe filium fideicommiſſo gravatum, ne detrahere valeat* Dotem *Maternam, & num.58.*
*Et an in aliquo differat, quod Teſtator dixerit, ne filius ejus hæres quidquam detrahat de ſuis bonis, vel de ſua hæreditate, n.59 & 60.*
*Et quid, ſi prohibitio quidquam detrahendi nequeat in alio verificari, quam in* Dote *Materna, n.61.*
*An autem ſtricta prohibitio alienationis de per ſe inducat præceptum de non detrahendo propria credita, & ſignanter illud Dotis Maternæ, n.62.*
63 *Dictio,* etiam, *tanquam augumentativa, implicat alia præter expreſſa.*
64 *Bona per Patrem, dum viveret, filiis aſſignata, vel inter eos diviſa, an cadant ſub fideicommiſſo poſtmodum per ipſum ſuper ſuis bonis generaliter ordinato.*
65 *Verba prohæmialia Teſtamenti optime deſerviunt ad dignoſcendum, an Teſtator reliquerit animo compenſandi.*
66 *Legatum præſumitur relictum animo compenſandi, quoties Teſtator legavit eadem bona, quæ erant hypothecata favore Legatarii pro debito ipſius Legantis.*

67 *Le-*

67 *Legatum relictum cum onere fideicommiſſi an, & quando cenſeatur factum animo compenſandi cum eo, quod Teſtator Legatario debebat.*

68 *Verbum*, teneatur, *præciſam neceſſitatem importat.*

69 *Legatum favore Conjugis ſuperſtitis cenſetur relictum animo compenſandi cum lucro Dotis, quoties iſtud neceſſariò debetur ex diſpoſitione Statuti.*

## DECISIO XCIII.

1 Nihil (ut dicebat *Senatus Mantuanus* apud *Surd.deciſ.272.in fine*) in Jure noſtro tam Sanctum, quod apparenti aliqua ratione attentari non poſſit; Licet enim ſub inſtantia antecedenti prodierit coram R. P. D. meo Lancetta Sententia definiens, Deſiderium, alioſque Franciſci Uſufructuarii Hæredes, teneri ad extinctionem Cenſus, de quo agebatur, eademque Sententia conſtiparetur robuſtiſſima Deciſione, quę præceſſerat, adhuc ab illa provocantes memorati Hæredes coram Me, ſtrenuè conabantur ejuſdem Sententiæ, ac Deciſionis fundamenta proſternere.

Nitebantur ſiquidem primario ſuper (ut
2 ipſi conclamabant) regula inconcuſſa, quod Uſufructuarii, ad quorum tantummodo vitam reſtringitur largitas benevoli Teſtatoris, §.*Finitur autem, Inſtit. de uſufruct.*, nuſquam poterant arctari ad ſolutionem debi-
3 torum in proprietate, remanente hujuſmodi onere, ac ſollicitudine ipſi Hæredi proprietario, ad tradita per *Roland. conſ.8. ex n.5. cum ſeqq.lib.2.*, *Gaill.obſerv.186.per tot.lib.2.*, *Mindan.conſult.Saxon.lib.1. quæſt.109.n.4. & ſeqq.*, *Maſtrill.deciſ.3.n.3.cum ſeqq.*, *Thomat. deciſ.106. n.1.*, *Adden. ad deciſ.636. ex n.41. cum plurib.ſeqq.par.4.tom.3.rec.*

Quamobrem, dum in præſenti prætenſio Hæredis proprietarii verſabatur ſuper extinguendo Capitali Cenſus ſcut.350., ad ipſum Proprietarium ſpectare debebat hujuſmodi facultas, ſeù obligatio, Uſufructuarii verò dumtaxat erant compellendi ad annuam
4 fructuum exburſationem; ità etiam exigente ratione, ut proprietas à Proprietario, qui commodum ſentit, annui verò fructus ab Uſufructuario, qui nullam in ordine ad ſortem utilitatem reportat, exſolvantur, ſicuti determinavit *Pontifex in Clement. prima, de Cenſib.*, & in his terminis annotarunt *Grat. diſcept.294. n.1. & ſeqq.*, *& diſcept.611. n.5. & 6.*, *Petr.de Gregor.de Cenſib.quæſt.6.n.33.*, *Cenc.eodem tract.quæſt.79.n.1.& 2.*, *P.Moron. reſponſ.61.n.50.*, *Hodiern. ad Surd.deciſ.193. n.2.*, *Card.de Luc.de Servit.diſc.57.n.10.*, *& diſc.58.n.2.*

Abſque eo, quod ab hac regula diſceſſum ullum ſuaderent verba Teſtatoris injungentis iiſdem Uſufructuariis, ibi: *Che con eſſo uſufrutto &c. debbano pagare tutti li miei debiti, e de miei Anteceſſori*; Quia potiùs ſecundo loco militabat favore Uſufructuariorum alia regula excluſiva prætenſionis Actoris, ex quo verbum illud, *debiti*, à Teſtatore uſurpatum,
5 non poterat referri, niſi ad id, quod verè, & propriè nuncupatione debiti compræhenderetur; ideoque, quia ſub hac denominatione venit tantummodo omne id, quod per Creditorem, invito Debitore, peti valet, & exigi, quemadmodum reſpondit *Paulus I.C. in l.ſi is, cui 94.§.Flavius, verſ.reſpondit*, ibique præ cæteris *Bald.ſub n.1. verſ.& hic eſt caſus, ff.de ſolut.*, *Iaſon.in l.ſi fidejuſſor.n.11.ff.de legat. 1.*, *Rebuf.in l.Creditor 55.§.2.& 4.*, *& in l.Debitor 108.§.1.ff.de verb.ſignif.*, *Cæphal.conſ.14. n.19.*, *Surd.conſ.182.n.4.*, *Cyriac.contr.313.n.6. & 7.*, *Moder.Peruſin.de contract.Minor.gloſ.11. §.8.n.39.*, *Rot.cor.Buratto dec.580.n.2.& 3.*, *& cor.Merlino dec.463.n.5.& 6.*

Utique Cenſus paſſivus in hæreditate repertus, & de quo erat quæſtio, nequibat ullo pacto cenſeri in claſſem veri, propriique debiti: Reſpectu etenim ſortis, nil magis eſt intrinſecum, & eſſentiale cuicumque Contra-
6 ctui, quam ſit eſſentiale, & formativum ipſius Cenſus, nempe, ut ſors etiam per expreſſam conventionem expeti, recalcitrante Debitore, non valeat, ut habetur per Sanctionem poſitivam *B. Pii V. in ejus Conſtit.ſuper forma creandi Cenſus §.Pacta etiam*, & adnotarunt *Roderic. de Annuis reddit. lib.1. quæſt.4. n.5.*, *Pinkeir.de Cenſib. diſput.2. ſect.4.n.51.*, *Cenc.eod.tract.quæſt.89.*, *& quæſt.106.*, utrobique *n.1.*, *Rota poſt eumdem deciſ.27. n.6. & 7.*, *& cor.Cavaler.deciſ.539.n.3.*

Addebantque Uſufructuarii in hoc ipſo
7 ſecundo argumento robur individuæ *Authoritatis*, nempe *Sperell.deciſ.177.n.26.cum ſeqq.*, & antecedenter in idipſum *Caſtren.conſil.50.ſub n.2.verſ.conſtat autem lib.2.* quibus contraponi non poſſe ſubjungebant *Andreol. controv.13.ex num.6.uſque ad finem*, cum hic non in privata ſua ſententia, ſed in fuſa *deciſ. Rotæ Lucen.* per eum extenſa, & regiſtrata *in controverſ.108.*, adhæſive potius rationibus *Caſtren.*, *& Sperell.* ſolide, & luculenter ſtatuat oppoſitum, prout etiam videre eſt apud *Modernum Epiſcopum Iſclan.ſelect. diſput. Iur. cap.51.ex n.77.uſque ad 86.*

Et nihilominus etiam in ſuo privato ſenſu noſcebatur *Andreol.* diſparatos omnino
8 terminos percutere, videlicet, utrùm indulgente *Cæſare in l.fin.§.Et ſi præfatam, C.de Iure deliber.*, *& in Authen.hoc niſi, Cod.de ſolut.*, quod Hæres beneficio Inventarii ſuffultus queat arctare Creditores hæreditarios ad accipienda in ſatisfactionem, ſive in ſolutum bona ſtabilia ejuſdem hæreditatis, permittatur proinde eidem Hæredi beneficiato poteſtas dimittendi Creditorem Cenſuarium, mediante aliorum bonorum conſignatione; in

in his namque term inis parum intererat ad
ipſos Reos fortaſsè procedere cum opinione
*Andreoli d.contr.13.*, quia quidquid foret de
ratione, ſeù diſtinctione per eum facta inter
Creditorem purum, & conditionalem, cui
comparat Cenſuarium, ſuppetebat alia po-
tentior ratio, quod fruſtrà *Imperator* in præ-
dictis Juribus pro indemnitate Hæredis be-
neficiati profuſiſſet ſuam indulgentiam di-
mittendi Creditores cum conſignatione bo-
norum hæreditariorum, quoties in numero
Creditorum non adſcriberentur Cenſuarii,
quia ità idem Hæres tolerare obſtringeretur
morſum uſurarum lacerantium in dies to-
tum Patrimonium; Imò cum irrepetibilitas
ſtet ex parte Creditoris, nulla ſuberat diffi-
9 cultas, quominus idem Hæres beneficiatus
intrà vires hæreditarias debitor exiſtens er-
gà Cenſuarium, non poſſet lubens, & volens
Cenſum redimere, quando hoc licet unicui-
que Debitori Cenſus, ut ſine contradictore
tradiderunt *Leotard.de Uſur.quæſt.67 n.5.*,
*Mart.Vot.Piſan.51.n.6.verſ.non enim*, *Epiſc.*
*Rocca ſelect.diſp.Iur.d.cap.51.ſub n.8.verſ.unde*
*cum Creditor*, *Rot.deciſ.182.n.6.poſt Cenc.de*
*Cenſ.*, *& dec.355.n.19 par.12.rec.*

At non ſic erat in noſtra theſi, in qua ſtri-
ctè cadebat controverſia, An, ſtante præce-
10 pto Teſtatoris ſolvendi omnia debita Uſu-
fructuariis injuncto, hi forent cogendi ad
extinctionem Cenſus paſſivi, quando & ur-
gebat in oppoſitum ſuperiùs adducta prima
regula generalis, & ſecunda fulcita etiam
punctualitate *Doctrinarum*, quæ in hac obſcu-
11 ritate Judiciorum habent vim legis, teſte
*Bilott.conſult.21.n.17.*, *Surd.deciſ.229.n.36.*,
*Sperell.deciſ.176.n.20.*, Rot.*deciſ.106.n.7.*, *&*
*dec.560.n.3 par.18.rec.*, *& in* Romana *Caſtri*
*Porciliani* 20. *Martii proximè præteriti* §. *Et è*
*converſo*, *cor.*R.*P.D.meo* Muto.

Eoque maximè, quia eadem *Doctrinarum*
punctualitas roborabatur exemplo Statuti,
12 quod in ſubſtantia aliud non eſt, niſi quod-
dam Teſtamentum Civium, ut dixit R*ota in*
*Viterbien. Donationis 26. Iunii 1690.* §. *Et Iure*
*quidem*, *cor.*Reverendiſs.*D.Hervault Archiep.*
*Turonen.*; Quoniam ſi Statutum mandet,
Creditoribus Mulieris exſolvi de bonis do-
talibus, ſive extradotalibus traditis Marito,
13 non tamen Maritus remanet exindè obliga-
tus extinguere Capitalia Cenſuum, ſed tan-
tummodo compellitur ex fructibus ſatisfa-
cere annualitatibus Matrimonio durante de-
currentibus, ſub hac ipſa ratione, quia Cen-
ſus non venit appellatione debiti, ut in pro-
poſito Statuti Ariminen. firmavit R*ota cor.*
*Bichio deciſ.634.ex n.32.cum ſeqq.*, & ſignan-
ter *n.37.*, & generaliter, licet in ſpecie Cen-
ſuum, *Jo.Bapt.Coſt.conſ.9.n.18.& ſeq.*

Tertio in idem ſubdebant repugnantiam
quoque verbi *pagare*, quod non poterat re-
14 ctè convenire prætenſæ Cenſus extinctioni;
Solutio etenim, quæ eſt correlativa debito,
& importat numerationem, ac reſpectivè
diſſolutionem obligationis neceſſariæ, ut ait
*Rebuff.in l.ſolutionis verbum 176.in princ.ff.de*
*verb.ſignif.* *Anton.Nebriſſen.in vocab.Iur.verb.*
*ſolutio*, nullatenùs adaptabatur extinctioni
15 ſortis, quia reſpectu ejuſdem ſortis juridicè
non cadit ſolutio, ſed redemptio dumtaxat,
& retrovenditio, aut extinctio, ſive ad ſum-
mum contractus reſolutio, juxta optimè per-
penſa per *Roderic.de ann.reddit.lib.2.qu.18.*
*n.11. & 12.*, *Epiſc. Rocca ſelect. diſput. Iur.*
*dicto cap.51.n.83.*, *Sperell.d.deciſ.177.n.33.*,
*Rota Lucen. penès Andreol. d. controv. 108.*
*n.22.*, *& ſeqq.*

Et quoniam in contraria (ut dicebant)
Deciſione potentior vis radicabatur in con-
jecturis, quibus impellentibus recedere ne-
ceſſe eſt ab omni, & quacumque regula Ju-
ris, ad hoc, ut aſſequamur Teſtantium vo-
16 luntatem, & ne aliàs intentio deſerviat ver-
bis, quando potiùs verba debent famulari
intentioni, *vulg.Iur.in l.hæredes mei 57.* §.*Cùm*
*ità, ff.ad Trebell.*, *& in l.3.Cod.de liber.præter.*
*Mant.de conject.lib.11.tit.18.n.35.in fin.*; adeo-
ut de facto ab utraque ſuperiùs præmiſſa re-
gula deflectatur, quotieſcumque præſum-
ptiones, & conjecturæ adruunt, ac convin-
17 cunt in oppoſitum, quemadmodum contra
primam regulam, ut Uſufructuarii teneantur
dumtaxat ad annuorum fructuum, ſeù de-
bitorum ſolutionem, habetur apud *Conciol.*
*de hæred.art.1.num.197. & ſeq.*, *Urceol.con-*
*ſult.68.n.5.cum ſeqq.*, *Card.de Luca de Servit.*
*diſc.108.n.13.verſ.Et nihilominùs*, *& verſ.Et è*
*converſo*, *Rota deciſ.12.n.5. & 6.par.15.rec.*,
18 & in ordine ad Cenſus, quod hi veniant ſub
appellatione Debitorum ex conjecturata
mente Defuncti, *Sperell. dicta deciſ.177.n.35.*
*cum duobus ſeqq.*, & noviſſimè *Rota in Romana*
*Landi 13.Febr. proximè præteriti* §. *Pro remo-*
*tione enim*, *& ſeq.cor.R.P.D.meo Priolo.*

Occurrentes propterea prædicti Hæredes
Franciſci uſufructuarii etiam conjecturis re-
cenſitis in ſibi contraria Deciſione præce-
dentis Inſtantiæ coram R.P.D. meo Lancet-
ta, ſatagebant evertere primam elicitam ex
generali, & indefinito præcepto ſolvendi
omnia debita Teſtatoris, ejuſque Anteceſſo-
rum, quaſi quod, deficiente alio debito,
nimia hæc amplitudo loquendi remanſiſſet
fruſtratoria, & inutilis; Dicebatur namque
ex eorum parte, quod hujuſmodi, quantum-
vis latiſſima expreſſio, ſemper, & omninò
debebat intercludi intrà cancellos debito-
rum, quæ poſſent de Jure nuncupari talia,
prout citrà inutilitatem ſub eadem expreſ-
ſione poterant adnumerari vel debita actu
exiſtentia, & de quibus memorati Hæredes,
tamquam non informati, neutiquam vale-
bant juſtificare ſubſiſtentiam, vel debita,
quæ, ut moris eſt, in omnibus Familiis paſ-
ſim,

Digitized by Google

ſim, licet ignorata, deteguntur: ſuperaddentes, quod quando etiam ad Cenſum hunc præciſum referenda foret hæc obligatio, ac præceptum, id tamen infra eamdem ſphæram erat interpretandum, nempè reſpectu annualitatum, & fructuum, non autem ipſius Capitalis; magis enim (ut præmiſimus) verificatur verbum *debiti*, & verbum *pagare* in ipſis fructibus, quam in ſorte, & conſe-
19 quenter, quacumque generalitate non obſtante, non erat à propoſitionibus Iuris recedendum, neque extorquenda littera, & proprietas vocabulorum, ubi præſertim ſunt in recto, & legali ſenſu verificabilia, ut monet *I.C. in l. non aliter, ff. de legat. 3.*, *Rota deciſ. 10. n. 15. par. 10. recen.*, *& deciſ. 18. n. 14. par. 19.*, *& in Romana Pecuniaria 5. Iulii 1683. §. penult. cor. bon. me. Urſino*.

Quapropter videmus, quod ex hac ipſa ratione argumentum, quod elicitur à ſuper-
20 fluitate, non ſtringit, ubi aliqualis intercedat, vel poſſit intercedere operatio verborum, ac diſpoſitionis, ad notata per *Surd. conſ. 271. n. 47.*, *Mantic. de conject. lib. 5. tit. 8. n. 5.*, *Rota deciſ. 527. n. 8. par. 4. recen.*, *& deciſ. 310. n. 9. coram Card. Cerro*, *et in Romana Trebellianicæ 11. Ianuarii 1692. §. Minùs relevat, cor. R.P.D. meo Priolo*.

Potiſſimè autem, quia agebatur de interpretanda voluntate Juriſperiti; nam etſi
21 acriores, magiſque involutæ quandoque cenſeantur amaritudines, & jurgia in Teſtamentis Doctorum, ut egregiè obſervaverat *prædicta Deciſio R.P.D. mei Lancettæ ſub §. Iſta verò interpretatio*; Attamen hæc ipſa conſideratio abundè remanebat impleta in hac eadem hypotheſi, in qua talis obloquendi modus differre coegerat in antecedenti Inſtantia reſolutionem per binas vices uſque ad implorandum ſuffragium Quinti, & Sexti Coauditoris; at non idcircò in hac ipſa
22 ambiguitate non erat magis credendum, quod Teſtator Juriſperitus non eſſet loquutus magis propriè, magiſque juridicè, uti obſervarunt *Alexand. conſ. 85. n. 15.*, *et 16. lib. 4.*, *Lancellott. Gall. conſ. 56. n. 31.*, *et ſeq.*, *Burſatt. conſ. 360. n. 25.*, *Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſ. 63. n. 7.*, *Magon. deciſ. Lucen. 15. n. 25. et 26.*, *Sperell. dec. 23. n. 33.*

Circa ſecundam conjecturam, quæ profluebat ab ordinatione Primogenituræ ſuper ipſa proprietate bonorum Teſtatoris,
23 undè admodum veriſimile foret, eumdem Teſtatorem enixè exoptaſſe extinctionem hujus Cenſus in proprietate, ad hoc, ut, ſublato vinculo Cenſus, locupletior evaderet eadem Primogenitura, & conſequentèr pinguiùs impleretur mens decumbentis, juxtà *conſ. Menoch 997. ex n. 15. cum ſeqq.*

Replicabant iidem Hæredes, quod hæc conjectura, & Doctrina *Menochii* fortaſsè
24 congruiſſet, quotiès actum foret de aliqua Primogenitura ſuper aliquo dumtaxat particulari corpore demandata, ac reperiretur, idem corpus Cenſui fermè abſorbenti univerſum redditum Fundi primogenialis eſſe ſubjurgatum, tunc enim hæres in reliquo ampliſſimo Aſſe inſtitutus etiam in proprietate (ſecundum hypotheſim *Menoch.*) cum onere, quod omnia, & quæcumque debita omnibus, & quibuſcumque Creditoribus ſolverentur, nimium veriſimiliter remanebat obſtrictus ex vi præcepti ad liberandum à Cenſu ipſum corpus primogeniale, ut erat caſus *ejuſdem Menochii ſuper tertio quæſito ex n. 15.*, & ſignanter *ex n. 21.*, quem etiam refert, & ſequitur *Io: Bapt. Coſt. dicto conſ. 9. ſub n. 1. verſ. Tùm etiam*.

In præſenti autem totum erat in oppoſitum; Nam Cenſus erat exiguus, ſcutorum ſcilicet 350., conſiderabilia autem erant univerſa bona ſubjecta Primogenituræ, & è converſò uſusfructus (ut infrà) nimis de facili, poſita hac inductione, remanere po-
25 terat inutilis, & tamen de Jure eſt, quod vel æqualis, vel major conſideranda venit affectio Teſtatoris erga Uſufructuarium, & Legatarium reſpectu uſusfructus, & rei legatæ, quam erga Primogenitum, ac Hæredes uſque ab initio Proprietarios in ſua proprietate, ex deductis per *Surd. conſ 319 n. 18.*, *Marta conſ. 107. n. 43.*, *Io. Bapt. Coſt. d. conſ. 9 n. 8.*, *Mantic. de conject. lib. 7. tit. 1. ſub n. 39.*, *Conciol. alleg. 69. n. 20.*, *Carocc. deciſ. 56. n. 23.*, *Gratian. dec. Marchiæ 153. n. 22.*

Quoad tertiam conjecturam de injuncto inveſtimento pecuniarum retrahendarum à diſtractione Mobilium Teſtatoris, quapropter credibile non eſſet, ipſum voluiſſe fieri inveſtimentum rarò excedens in fructu importantiam annuæ præſtationis cenſualis, niſi ſuppoſuiſſet, ac voluiſſet, ipſum Capitale Cenſus remanere extinctum, & diſſolutum ex legato uſusfructus; pari modo conabantur Hæredes hujuſce conjecturæ deturbare efficaciam, quia fortè onus inveſtiendi poterat importare majus lucrum, & in omnem caſum intelligi valebat de reſiduo ſuprà ipſam extinctionem Cenſus, in quem pariter poterat fieri inveſtimentum, mediante ejuſdem Cenſus redemptione cum pecuniis retractis à venditione Mobilium: Prudenter etenim agit quilibet Paterfamilias, ſi pecuniam inveſtiendam potiùs implicet in extinctionem debitorum ſub uſuris exiſtentium in grave præjudicium Patrimonii, quam faciat tolerando paſſiva debita ſub uſuris, & implicando pecunias in aliena inveſtimen-
26 ta; Undè ab hoc ſaltem æquivoco modo diſponendi, & obloquendi non merebantur vulnerari regulæ Juris, ipſæque proprietates verborum, ad hunc ſiquidem effectum conjecturæ deberent eſſe analogæ, vehementes, & efficaces, juxtà notata per *Valenzuel.* conſ.

*conſ.97.n.71. cum duob.ſeqq.*, *Mantic. de conject.lib.3.tit.5.ſub n.3. verſ.aut verò*, *Modern. Lucen. conſult.95.n.13.*, *& conſult.199.n.3.*, *Card. de Luca de fideicomm. diſc.123. ſub n.3. verſ.adhuc tamen*, *& diſc.127.n.13.*, *Rota deciſ.274.n.4.& 5.*, *& dec.638. n.4. par.18.rec.*

Quartam denique conjecturam de dote
relicta Puellæ, & esſolvenda es fructibus
minutatim, quaſi quod probabile non eſſet,
Teſtatorem depauperari voluiſſe Primoge-
nituram ex continuata obligatione paſſiva
ſortis Cenſualis, dum tam ſeriò providit,
nè eadem Primogenitura per ſatisfactionem
debiti voluntarii diſmembraretur; pariſor-
miter ſatagebant prædicti Hæredes duplici
medio retorquere: Altero nimirum per fa-
27 miliare argumentum, quod in contrarium
ſumitur ex diſcretivo modo loquendi; Si
etenim Teſtator, ubi voluit, debitum vo-
luntarium dotis à ſe conſtitutæ ſatisfieri mi-
nutatim ex fructibus, eoſdemque uſufru-
ctuarios onerare, rectè ſcivit id exprimere,
hoc idem expreſſiſſet, quando intendiſſet re-
dimi, & extingui hujuſmodi Cenſum, ex no-
tiſſima animadverſione *Imperatoris in l. unica*, *§.Sin autem ad deficientis*, *Cod. de caduc. tollen.*, dequa in proximis *Modern. Lucen. conſult.611.n.4.& 5.*, *Rot.dec.91.n.12.par.17. rec.& dec.122.n.8.par.19.*, *& dec.328.n.11.*, *& 12.cor.Priolo*.

Et altero, quod ſi hoc onus redimendi
Cenſum etiam ex fructibus jungeretur ex-
preſſæ jam obligationi ſatisfaciendi legato
dotis, dari poterat facillimè caſus, quod
Franciſcus uſufructuarius ſenio confectus
28 nec obolum ab uſufructu percepiſſet, in
quibus terminis è converſo omnis, etiam
contra ſenſum verborum, capienda eſt inter-
prætatio favore Legatarii, ſeù Uſufructua-
rii, es iis, quæ in propoſito poſt *Peregrin. de fideicomm.artic.35.n.10.in fin. verſ. Alioquin*,
dixit *Rot.deciſ.457.n.13.in fin.cor.Ubaldo*, &
concordant *Cenc.de Cenſ.quæſt.79.n.3.in fin.*, *Grat.diſcept.294.n.16.& 17.*, *Mangil. de imputat.quæſt.39.n.20.*, *Rot.deciſ.323.n.2. cor. Dunoz.Sen.*

Ad enervandas poſtremo loco has conje-
cturas, magiſque reſpectivè regulas ſibi fa-
vorabiles, ut ſupra, corroborandas, ulte-
riùs duæ per memoratos Hæredes inculca-
bantur potiores (ut ipſi reputabant) refle-
xiones, & argumenta; quarum prima erat,
quod illud præceptum ſolvendi debita Te-
ſtatoris, & Anteceſſorum ligabatur imme-
diatè cum præcedentibus verbis = *Debbina mantenere, e conſervare tutti li miei Stabili nelle coſe tanto utili, quanto neceſſarie, ſenza deteriorarli in parte alcuna*; Quàmobrem ſicuti in
parte immediata diſpoſitionis præceperat id,
quod erat ad mentem, & formam Juris, ut
29 ſcilicet Uſufructuarius manuteneret, & con-
ſervaret bona, ſubeundo expenſas utiles, &
neceſſarias, & ſic remanente intacta ſubſtan-
tia, & natura uſusfructus, ad litteram *Text. in l.hactenùs 8.*, *& in l. Uſufructuarius 51. ff. de uſufruct.*, *Grat. diſcept.778. n.1. & ſeqq.*, *Card.de Luc.de ſervit.diſc.56.n.2.& n.11.*, *Modern.de Angel.de impenſ.& melior. art.4.n.17. & ſeq.*, *Rot.deciſ.116.n.43.par.6.rec.* Profe-
ctò ſupponendum erat, quod paritèr ad for-
mam Juris injunxerint onus Uſufructuariis
ſolvendi illa debita, quæ forent annua, cùm
30 una pars diſpoſitionis, & maximè tàm col-
ligata, & unita, alteram declaret, ad *Text. in l. qui filiabus in princ.*, *& in l.ſi Servus plurium*, *§.fin. ff.de legat.1.*, *Idem de Angel. de Reg. Teſtat. volunt. n.255.& ſeqq.*, *Modern. Camerinen.alleg.71.n.32.*, *Rota in Majoricen. Beneficii 4. Julii 1696. §. Aliena pariter*, *cor. R.P.D.meo de la Tremoille*.

Noviſſima verò, ſive ſecunda reflexio, ve-
lutì per coronidem ad hoc protendebat, ut
ſaltem hæc altercatio ex hucuſque inſinuatis
appareret undequaque involuta, & ambi-
gua, proindeque quidquid extitiſſet, quan-
do Proprietarii, viventibus Uſufructuariis,
inſtetiſſent pro diſſolutione Capitalis hujuſ-
cè Cenſus, quia tunc fortè valuiſſent poni
in mala fide; certè cum è converſò Proprie-
tarii deſtiterint ab omni prorsùs urgentia,
notificatione, vel interpellatione, hæc eadem
acquieſcentia cauſabat ſaltem bonam fidem
in iiſdem Uſufructuariis, qui cum pacificè
31 perceperint, & conſumpſerint eoſdem fru-
ctus, non videbantur poſſe contra illorum
Hæredes fieri condemnatio ad evomitio-
nem, ſeù refuſionem eorumdem fructuum
conſumptorum, quando nedum bona, ſed
etiam media fides ſemper ſolet excuſare à
reſtitutione hujuſmodi fructuum, ad paſſim
firmata, & ſignantèr per *Giurb.deciſ.89.n.15. cum plurib.ſeqq.*, & præcipuè *n.24.*, *Card. de Luca de fideicomm.diſc.187.n.4. & 10.*, *Panimoll.deciſ.54.annot.3.n.23.cum ſeqq.*, *Rot. deciſ.293.n.7.cum duob.ſeqq.apud Cenc.de Cenſ.*, *& dec.3.n.4.& 5.par.7.rec.*

Cæterum, licet hæc apud Dominos non
parum viderentur in puncto Juris urgere,
32 quia tamen in ultimis voluntatibus quæſtio
nes ſunt potius facti, quam Juris, ſicuti ſæ-
piùs conclamavit, & monuit *Card. de Luca in toto ſuo Theatro Veritatis, & Juſtitiæ*: idcircò,
ſuffragantibus pariter in hac propoſitione
33 Quinto, & Sexto (prout determinavit Tri-
bunal, quando ſemel in aliqua Cauſa Quin-
tus, & Sextus adſciti fuerunt ad votandum,
nè aliàs minor numerus irritet definita per
majorem,) pro Sententiæ Rotalis confirma-
tione reſponſum fuit; Nulla namque dari
34 poteſt conjectura, quæ ſingillaritèr, &, ut
contingit in Virgis, rumpi, offuſcari, vel
retorqueri ſeorsim non poſſit: Verum Judex
tota inſimul facti maſſa, ſerieque perpenſa,
& induens ſpiritum Teſtatoris per plures,
eaſ-

Digitized by Google

eaſque legales conjecturas enucleatum, & depromptum, reſpondens ad morem Antiquorum, quorum Sententiæ nuncupantur *Reſponſa Prudentum*, cogitat quid Teſtator
35 expreſsè, vel conjecturalitèr voluerit: Eadem quippe in hoc dicitur, & eſt virtus taciti, & ſufficienter voliti, quam clarè, & expreſsè ordinati, ut dicebat *I.C. in l. cum proponebatur 66. ff. de leg. 2.*, & tradunt *Bellon. Sen. conſ. 69. ſub n. 12. verſ. ad hoc reſpondetur*, *Surd. conſ. 21. n. 24.*, *Mantic. de conject. lib. 3. tit. 3. n. 1. & ſeq.*, *& lib. 8. tit. 1. n. 25.*, *Conciol. alleg. 68. n. 4. & 5.*, *Rot. deciſ. 188. n. 8. par. 19. rec.*, *& in Faventina Manutentionis 20. Junii 1681. §. Attamen, cor. bo. me. Paulnccio*.

Ad rem itaque applicando, eum jam per *Authoritates* ſuperiùs allatas, ac per ipſam confeſſionem Hæredum à prædictis magnificatis regulis reſiliatur, quando ita exigunt, & cogunt conjecturæ, profectò ultra ponderationem, quod Teſtator vetuerat Uſufructuariis, aliiſque omnibus Hæredibus tam enixè diſtractionem quorumcumque Capitalium, & Bonorum, quodque per modum faſciculi, non ſimplicium Virgarum, conjecturæ inſimul ad eumdem finem, & effectum catenabantur, præ cæteris Dominos perſtrinxit, non ſolùm favor Primogenituræ primariò exoptatæ à Teſtatore, ſed & duplex illa circumſtantia egregiè tacta, & fundata *in præcedenti Deciſione R.P.D. mei Lancettæ*, illa videlicet Inveſtimenti demandati quoad pecunias retrahendas ex diſtractione Mobilium: Non enim cadere poterat in ſenſum prudentis Patrisfamilias, nedum Teſtatoris Juriſperiti, quod fieri vellet Inveſtimenta activa periculoſa, amovendo fruitionem Mobilium ab Uſufructuariis, & inſimul pateretur rigoroſum Cenſum paſſivum abſorbentem de facili tractu temporis ſuam, vel majorem partem hæreditatis; quia ſi *non minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri*, utique cenſetur Teſtator certò præſuppoſuiſſe, Cenſum extingui per Uſufructuarios debuiſſe in vim clari, & poſitivi præcepti per eum injuncti, ulteriuſque ideircò inveſtiri mandavit pecunias à pretio Mobilium recipiendas: quodque de reliquo ſuppoſitio
36 in ultimis voluntatibus habita ab eo, qui diſponere valet, præſeferat, & importet diſpoſitionem, *Textus* eſt in *d. l. cum proponebatur*, ibique notant *Gloſſ.*, *& Doctores*, *ff. de legat. 2.*, *Caſanat. conſ. 15. n. 10. & ſequen.*, *& conſ. 16. num. 21. cum ſeqq.*, *Rota cor. Coccino deciſ. 157. n. 3.*, *& in rec. deciſ. 360. n. 6. par. 17. deciſ. 56. n. 9.*, *deciſ. 243. n. 3.*, *& deciſ. 377. n. 9. par. 18.*

Multoque plus illa vehementior, quod in rei veritate tam amplum, & univerſale præceptum ſolvendi omnia debita, non erat in aliquo alio debito verificabile, maxime reſpectu Anteceſſorum, à quibus e contra obligatio hujuſmodi Cenſus proveniebat: Proindeque dum alias fatuum, & inutile evaſiſſet præceptum adeo rigoroſum, & indefinitum, locum de neceſſe ſibi vindicant ea, quæ in hoc ipſo propoſito, quantumvis in durtori-
37 bus, habemus, nempè, quod etiamſi ſub eodem præcepto ſolvendi debita non veniat ſatisfactio illorum debitorum, quæ ſunt legitima aliqua exceptione, (ex. gr.) præſcriptione elidibilia, ut affirmant *Natta conſ. 402. n. 56.*, *Tiraquell. de præſcript. gloſſ. 2. n. 13. in fin.*, *Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæſt. 57. n. 3.*, *Guzman. de evictiou. quæſt. 44. n. 18. & 19.*

Adhuc obligatus vigore præcepti ad debitorum ſolutionem, etiam hujuſmodi debita ope præſcriptionis effecta inefficacia (licet non poſſet Creditor, invito Debitore,
38 ex illorum cauſa quidquam petere, vel exigere) omnino in his terminis, videlicet niſi in aliis debitis verificari poſſit juſſio, & præceptum, tenetur diſſolvere, & prorſus extinguere, prout limitando proſequuntur *Soccin. Sen. in l. quibus diebus 40. §. Dominus n. 8. & 9. ff. de condit. & demonſtr.*, *Mandell. conſ. 109. n. 17. & 18.*, *ac n. 23.*, *Bovius de Stat. Urb. præſcript. gloſſ. 19. ſub n. 101. verſ. quod dictum*, *Mattienz ad ll. Hiſpan. lib. 5. tit. 4. l. 6. gloſſ. 1. n. 2.*, *Tell. Fernand. ad l. 32. Tauri ſub n. 4. verſ. in Textu*, *Bellug. in Specul. Princip. rubric. 17. ſub n. 8. verſ. Et idem dicit*.

Parum ideo faciebat natura Cenſus ſuperius exagerata, quaſi quod hujuſmodi paſſiva obligatio reſpectu ſortis exiſteret extra lineam verè debitorum; retorquendo etenim eadem Arma in objecto ſupra inſinuata, hoc procedit ad ſummum reſpectu Creditoris, qui non poteſt Debitorem invitum ad redimendum arctare, non vero militat in ordine ad perſonam Debitoris, qui poteſt quandocumque Cenſum extinguere, vel obligare hæredem ad extinguendum: ſubſtantialiter namque, & in effectu, relicta for-
39 malitate verborum, & concurrente voluntate, & agnitione Teſtatoris elicita per vehementiam præſumptionum, & conjecturarum, ad finem conſequendi Creditor Cenſuarius eſt verè Creditor, & Debitor Cenſuarius ad finem debendi eſt verè Debitor, ut poſt *Alberic. in l. Cajus, ff. de ann. legat.*, *Menoch. d. conſ. 997. n. 18.*, *Roderic. de annuis reddit. lib. 2. quæſt. 19. n. 27.*, *Modern. Novarien. de Compenſat. cap. 2. quæſt. 17. n. 5. & 6.*, *Rota deciſ. 432. n. 1. & 2. poſt Cenc. de Cenſ.*

Comprobata ex præmiſſis Sententiæ Rotalis juſtitia, præceps in ſemetipſa ruebat allegatio bonæ fidei perpenſa per Hæredes
40 Uſufructuarios: quia quoad bona, vel etiam media fides excuſet à reſtitutione fructuum, locum habet dumtaxat in caſu, quo iidem fructus acceſſoriè ad rem in Judicio petitam prætendantur, ut tradunt in objectione laudati, quibus addi poſſunt *Ciarlin. contr. 105. num. 74.*

Digitized by Google

*n.74.& ſeq.*, *Rota dec.189.n.28. & 29.par.7. recent.*

Sed ad præſens nulla erat quæſtio de fru-
ctibus conſecutivè, vel acceſſoriè ad ali-
quam rem, ſola namque obligatio extin-
guendi Capitale inter Partes agitabatur:
Quamobrem ſicut obſtrictus ad inveſtien-
41 dum principaliter compellitur ad refunden-
dum totum illud, quanti intereſt Actoris,
inveſtimentum non fuiſſe factum, ut per
*Honded.conſ.39.num.4.& 5.lib.2.*, *Rota cor. Peutinger.deciſ.369.num.3.*, *& in rec.dec.85. n.18.par.4.tom.3.*, *& deciſ.168.n.2.par.18.*, *& in Romana Inveſtimenti, ſeu Alimentorum 28 Junii 1688.§.Quæ nova executio, cor.ba.me.*
42 *Rondinino*; ita obnoxius extinguere, princi-
paliter arctari debet ad quanti intereſt, ex-
tinctionem non fuiſſe ſecutam, juxta natu-
ram correlativorum, de qua ad propoſitum
*Surd.conſ.201.n.2. & 3.*, *& conſ.338.num.3. & 4.*, *Mangil. de imput.quæſt.42.n.8.*, *Robles de repræſent. lib.2. cap.19. num.16.*, *Grivel. deciſ.Dolan.54.n.5.*

Et ita Domini in hac leviſſima quoad intereſſe Cauſa, maturè nihilominùs ponderantes, non minus, quam evertentes obiecta uſque ad ultimam ſubtilitatem promota, ſimulque exequentes prædefuncti voluntatem, ſecundùm ſancito in §.*Diſponat*, *Authent. de Nupt.*, reſolverunt.

Utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

CONfirmatoria eſt hæc deciſio alterius deciſionis, & Sententiæ *cor. R.P.D.meo Lancetta*, poſteaque ſub die 16. Novembris 1699. expedita quoque fuit coram Me Cauſa per Sententiam, cui Pars devicta acquievit.

Circa quæſtionem, quam examinat hæc
Deciſio firmans in ſuo caſu non ſolùm ex
verbis, ſed ex conjecturis poſſe Uſufructua-
rium eſſe obligatum extinguere debita Te-
ſtatoris, regula quidem eſt in contrarium,
43 quia Uſufructuarius, etiam univerſalis, ne-
quaquam tenetur ſolvere æs alienum Teſta-
toris, hujuſmodi onere pertinente ad hæredem proprietarium, qui primo loco debet diſtrahere mobilia, & in eorum defectum ſtabilia, ſolumque horum reſpectu Uſufructuarius pati cogitur proportionabilem diminutionem uſuſfructus, per ea, quæ contra *Bartol.in l.fin. ff. de uſufruct. legat.* communiter tradunt *Cravett.conſ 187.ſub n.1.verſic.in qua re conſiderandum*, *Roland.conſ.8.ex n.5. cum ſeqq.lib.2.*, *Covarr.variar.reſol.lib.2.cap.2.ſub n.4.verſic.ex quibus*, *Carpzon. reſponſ.104. per tot.lib.1.*, *Coſt.de port.rat.quæſt.213.n.3.& 4.*, *Mareſcott.var.reſol.lib.1.cap.29.n.31.*, *Merlin. de pignor.lib.4.quæſt.155.n.1.& ſeqq.*, *Amendol.ad Franch.dec.483.n.3.*, *Bonden.collect.27. n.77.lib.1.*, *Conciol. de hæred. artic.1.n.186.*, *& ſeq.*, *Ioſ.Ludovic.deciſ.Lucen.5.n.10.& 11.*, *Thomat.deciſ.106.n.1.*, *Card.de Luc.de ſervit. diſc.58.n 2.*, *Rot.in Æſina Bonor. 19 Feb.1590. per tot.cor.Orano inter ejus manuſcriptas.*

E' converſo autem regula pariter eſt cer-
44 ta, quod Uſufructuarius univerſalis com-
pellatur ad exſolvenda illa impropria debita, non verò hæres proprietarius, prout ad ſolutionem annuorum legatorum, vel aliorum onerum pariter annuorum, ex Juribus, & rationibus allatis per *Caſtill. de uſufruct. cap.58.n.10.& ſeqq.*, *Urceol.conſult.89.n.60.*, *Conciol.de hæred.dicto art.1. n.20. & n.206.*, *Grivell.deciſ.55.n.8.*, *Thomat.deciſ.106.n.7.*, *Armenzan. deciſ.Ianuen.57. n.33.& 34.*, *Buratt.deciſ.73.n.1.*, *Bich.deciſ.634.n.34.*, *Cerr. deciſ.70.n.12.*

Verum cum Jura noſtra, & Principum placita, quoties non reſiſtat aliqua inhoneſtas,
vel turpitudo, religiosè demandent, ſupremas morientium voluntates obſervari, nil
igitur mirum, ut quemadmodum in præſenti
*Deciſione*, ità in aliis caſibus prædictæ regulæ
ceſſent, cum eædem regulæ in dubio ſolum,
& in caligine tamquam Lucernæ, & lumen
in ſemitis judicialibus ſint tenendæ, & obſer-
45 vandæ; hinc ab utraque regula de qua ſupra
(ut diximus) receditur ex rectè conjecturata mente defuncti, ut quoad primam regulam, quod Uſufructuarius non arctetur ſolvere debita in capitali relicta per Teſtatorem, quod ea non procedat ſtante conjecturata voluntate defuncti in contrarium, præter allegatos *in dicta præſenti Deciſione n.17.* oſtendunt *Theſaur.quæſt.forenſ.lib.2.quæſt.32. n.6.*, *Vinc.de Franch.deciſ.483.n.8.*, *Epiſ.Rocca diſput Iur.ſelect.cap.30.n.31.*

Advertendo, quod non idcirco, quod per
conjecturas conjiciatur, Teſtatorem voluiſ-
ſe gravare Uſufructuarium univerſalem ad
46 ſolvenda debita, licitum eſt Creditoribus
ejuſdem Teſtatoris recta via pulſare Uſufructuarium, ſed tenentur actionem dirigere adverſus hæredem proprietarium, qui tamen relevationem conſequetur ab Uſufructuario, ut connotarunt adducti per *Merlin de pignor. lib.4.quæſt.151.n.2.*, *Bonden.d. collect.27.n.28. lib.1.*, *Grivell.deciſ.Dolan.73.ſub n.7.verſ.benè quidem, & ſub n.12.*

Non minus propterea fallit ex vi conje-
cturarum ſecunda regula quoad annua lega-
ta, vel onera ſolvenda per Uſufructuarium
47 univerſalem, nam ex conjecturata mente
defuncti valet ad id teneri hæres proprietarius, ut proſequitur *Caſtill.de uſufruct.cap.58. n.14. & ſeqq.*, *Pacific. de Salvian. inſpect.3. cap.4.n.298.cum ſeqq.*, *Surd.deciſ.193.ex n.2. uſque ad fin.*, *ibique Hodiern.n.22.*, *Altagrad. Inn.controv.39.n.11.*, *Caſtald.conſult.180. n.3. & 4.*, *Conciol.d.art.1.n.209.*, *Adden.ad Buratt. deciſ.73.n.15. et 16.*

Exemplum, ſeù conjectura principalior eſt,
quan-

48 quando ſolutio annuorum legatorum , vel
annuorum onerum ità abſorberet ipſum
uſumfructum , ut vel nullam Uſufructuarius
conſequeretur utilitatem , vel remaneret de
proprio damnificatus,in his namquè terminis
ad nullum debitum Uſufructuarium teneri ,
rectè monet *Pinell.in l.prima par.2.ſub n.72.li-
mitat.7.Cod. de bon. matern.*, *Burſatt. conſ.*123.
*n.*12., *Caſtill. dicto cap.*58. *n.* 13., *Peregrin. de
fideic. artic.*4. *num.*24. *in fin. verſic. intellige* ,
*Carpzon.reſponſ.*105.*ex n.*12,*uſquè ad fin.lib.*1.,
*Coſt. remed. ſubſidiar.*92. *n.*2., *Hodiern.ad Surd.
dicta dec.*193. *n.*8. 9. 32., *&* 33. , *Conciol. de
hæred. dicto artic.*1. *n.*203. 205., *&* 208., *Ad-
den. ad Buratt.d. dec.*73.*n.*13.*&* 14., *Altograd.
Iun. dicta controverſ* 39. *n.*8. *&* 9., *Armenzan.
dec. Januen.*60. *ex num.*1, *uſquè ad* 14. , *Rot.
dec.*12. *n.*7. *par.*15. *rec.*

Sed hæc , quæ dicta ſunt in ordine ad Uſu-
fructuarium , intelligenda veniunt ( pròut
adjecimus ) *univerſalem* : Si etenim ſermo ſit
de uſufructuario particulari , vel certorum
corporum , aut bonorum, tunc, quidquid ſit
49 de oneribus infixis , & annuatim præſtandis
ſuper illis certis corporibus,ut puta Collectis,
Decimis,in quo caſu crederem,militare ēam-
dem rationem obligandi Uſufructuarium,de
cætero quoàd alia annua legata , vel debita
Uſufructuarius , pròut hic , particularis non
tenetur,ſicutì declarant *Franciſc. Aretin.conſ.*
117. *ſub n.*1. *verſic. ſed uſufruct.*, *Covarru. var.
reſol. lib.*2.*cap.*2.*ſub n.*1.*verſic. prima concluſio*,
*Caſtill. dicto cap.*58. *n.*20. , *Coſt. de port. rat.
qu.*213 *n.*5. & priùs *qu.*145. *n.*10. ubi quod ſi
aliquid de facto ſolvit, poteſt finito uſufructu
repetere, *Altograd. Jun. dicta contr.*39. *n.*3.
*&* 4., *Card. de Luca de ſervit. diſc.*57. *ſub n.*10.
*verſic. pro hac difficultate* .

Occaſione præſentis *Deciſionis*,quæ prodiit
in concreto ſolvendi , ſeù extinguendi debi-
tum Cenſus , quod propriè non eſt debitum
repetibile, & expetibile per Creditorem, niſi
velit ipſe Debitor , pulcherrimum nuper ca-
ſum habui diſputatum *coràm Me* in una *Foro-
livien. Juris offerendi* ſub die 18. *Iunii* 1710.,
cum enim quæreretur,an dici poſſet Creditor
( itaut intraret contrà eum jus offerendi ) is,
qui adjudicare ſibi fecerat bona illius, qui in
ſe accollaverat quoſdam Cenſus paſſivos
ejuſdem Adjudicatarii , eoſdemque promi-
ſerat extinguere, & non extinxit , licèt idem
Adjudicatarius fecerit ſibi adjudicare bona
obligata pro certo pretio, quod incontinenti
exburſavit Creditoribus accollatis per eum-
dem , qui paſſus fuerat eamdem deliberatio-
nem , ſivè adjudicationem , & *Rota* cenſuit ,
intrare jus offerendi, quia Adjudicatarius in
ſubſtantia erat Creditor ex Contractu illius
facti , quod Accollans in ſe ſuſceperat , non
50 enim ad effectum, ut quis dicatur Creditor,
requiritur creditum pecuniarium , ſed ſuffi-
cit quælibet actio , quæ faciat eum Credito-
rem ex eo facto , ex illo Contractu , ex illa
actione, ad *Text.* expreſſos *in l.Creditores* 10.
*& l. Creditorum appellatione* 11. *ff. de verb. ſi-
gnificat.* cum cæteris rationibus opportune
demonſtratis in *prædicta mea Deciſione* , quæ
prodiit *die* , *&* *Anno ſuperiùs enunciato* .

Quæſitum etiam quandòque fuit,an hæres
gravatus prohibitus quicquam detrahere à
bonis fideicommiſſariis ex titulo legitimæ ,
Trebellianicæ,& Falcidiæ,aut alterius cujuſ-
cumque deductionis , vel petitionis , aut re-
ductionis ex cauſa ſolutionis debitorum ſuo-
51 rum prædeceſſorum, poſſet ( creando Cam-
bium cum ſe ipſo)adversùs Primogenituram,
vel fideicommiſſum pecunias Cambii ſolutas
Creditoribus ſuorum anteceſſorum conſequi
ex titulo Cambii prædicti , & fuit negative
reſolutum,per *Text. in l.cùm Pater* 79.*§.Titio*,
*ff. de legat.*2. *l.ſi debitor*,*ff. ad l. Falcid.*, *Peregr.
de fideic. art.*35. *n.*4., *Card. de Luca de legit.
diſc.*31. *ſub n.*3. , *Adden. ad Gregor. dec.*421.
*n.*15. *verſic. prædicta*, cum cæteris *in deciſione
infrà dicenda* allegatis, quamtumvis Cam-
52 bium appareret creatum cum mixtura ter-
tiæ perſonæ , ex cujus pecuniis dicebatur ,
fuiſſe Creditores dimiſſos,inter DD. Sorores
Duciſſam Cæſarinam , & Principiſſam Co-
lumnam in illa Rom. *Cambii* 11. *April.* 1707.
*&* 22. *Junii* 1708. *cor.* R. *P.D. meo Scotto*;quod
53 & firmatum fuit occaſione extinctionis de-
biti Dotis , ſtante ſimili præcepto in Primo-
genitura Dominorum de Alteriis , in illa al-
tera *Romana Dotis*, ſignanter 6. *Iunii* 1710.
§. *Dixi dato* , *cor.* R.*P.D. meo Aldrovando* .

Sub initio quoque muneris Advocationis
à Me ſuſcepto conſultus in hac non diſſimili
materia ſuper infraſcripto caſu , non obſtan-
te, quod fuerit Senis in prima Inſtantia judi-
catum in contrarium, poſteà ſcribens reſpon-
di in una *Senen. fideicomm. de Piccolomineis* ,
quæve incipit in hunc modum .

Alexander Piccolomineus ad ea removen-
da diſſidia , quæ ſecuto Parentis obitu de fa-
cili ſolent oriri inter filios diverſi Matrimo-
nii , præventive venit ad quamdam bono-
rum diviſionem, aſſignando Petro, ac Equiti
Æneæ filiis primi plura bona in Calce aſſi-
gnationis expreſſa,eoſdemque gravando plu-
ribus reſpective ſubſtitutionibus , cum pro-
hibitione quarumlibet detractionum etiam
ex cauſa Legitimæ, Trebellianicæ, vel alte-
rius cujuſcumque portionis , cum aliis ver-
bis latioribus , magiſque effrenatis infrà ſuo
loco exprimendis, & præcipue facta declara-
tione , quod in aſſignatione prædicta com-
præhenſæ intelligerentur maternæ Dotes ,
itàut ab ejus hæreditate illas prætendere non
valerent : Verùm quia litteraliter nulla adeſt
prohibitio retentionis eveniente caſu fidei-
commiſſi , idcirco mortuo Petro, & purifi-
cata ſubſtitutione ad favorem Æneæ,dubita-
ri contingit, an aliquod Jus detrahendi præ-



Digitized by Google

fatas Dotes competat gravatis, & negative
videtur abſolute reſpondendum.

Quoniàm duæ ſunt partes in hac Cauſa,
quarum prima reſpicit poteſtatem in Teſta-
tore gravandi hæredem fideicommiſſo in
proprio credito,& altera voluntatem ex ver-
bis, aliiſque facti circumſtantiis eliciendam.
Circa primam difficultatem plana remanet
54 reſolutio, quod enim poſſit Teſtator diſpo-
nere de bonis propriis hæredis, illaque ſup-
ponere fideicommiſſo, aperte demonſtrant
Jura *in l. unum ex familia*, §. *Sed ſi fundum l.
Imperator*, §. *Si centum*, *& l. cùm Pater*, *ff. de
legat*. 2. ubi communiter *Scribentes* plene relati
per *Rot. apud Duran. dec*. 93. & 119. *dec*. 484.
*n*. 1. & 2. *par*. 5. *tom*. 2., *dec*. 210. *n*. 27. *par*. 9.,
*dec*. 310. *n*. 21. *par*. 13. *rec*., & *in Rom. Pri-
mogeniture* 23. *Ianuarii* 1672. §. *Tertiò de-
mùm*, *cor. R.P.D. Emerix*; ſolumque decla-
55 ratur, ſive reſtringitur enunciata concluſio,
quod gravamen excedere non debeat emo-
lumentum, nec plus importent propria cre-
dita, ſive bona, in quibus hæres gravatur,
quam ea, in quibus oneratur, quæ ſane limi-
tatio locum ſibi non vindicat in caſu noſtro,
ubi non ſolùm aſſignata bona longe ſupe-
rant omnes detractiones, ſed etiam fructus
percepti ſpatio plurium Annorum exube-
rant, proindeque ſubſtinetur gravamen, juxtà
*Bart*., *Alex*., *Caſtren*. & alios *in l. ità tamen*,
§. *Hæres ex Aſſe*, *ff. ad Trebell*. quem ſum-
mant = *hæres gravatus ultrà vires hæreditarias
illud*, *quod deeſt*, *ſupplet ex fructibus*, & late
proſequitur *Soccin. Iun. conſ*. 57. *lib*. 3., *Bellon.
Iun. conſil*. 99. & *conſ*. 100. *per tot*. apud quos
*Concordantes*.

Diſputatione minus fortaſſe digna videtur
altera inſpectio voluntatis; quoniàm ad hunc
effectum ſufficeret unicum argumentum;
quod ſcilicet in aſſignatione compræhendi
voluit Dotes maternas, & quod bona *infra-
ſcripta* juſſit reſtitui, ibi = *Quod dicta*, & *infra-
ſcripta bona ſtabilia non poſſint alienari*, *ſed de-
beant conſervari in favorem &c*. Ideòque cùm
56 verbum, *infraſcripta*, ea res compræhendat,
quæ oculis corporeis leguntur, *Bald. conſ*. 468.
*n*. 2. *verſ. item verbum inſtituo*, *Pariſ. conſil* 93.
*num*. 24. *lib*. 1., *Menoch. conſ*. 347. *n*. 7. *Rota
dec*. 369. *n*. 15. & *dec*. 438. *n*. 16. *par*. 4. *tom*. 2.
*rec*., utique non verificaretur, inferiùs de-
57 ſcripta bona reſtitui, quotieſcumque aliqua
illorum occaſione Dotium retineretur, ut
in puncto obſervat *D. meus de Luca lib*. 10. *de
fideic. diſc*. 134. *n*. 4. *verſ. idemque*, atque ſua-
det hanc veritatem ſine alia Allegatione na-
turalis ipſe diſcurſus.

Fortiùs vero, dum in octava declaratione,
ſive conditione facta in eodem Inſtrumento
per Alexandrum habetur, quod filii Donatarii
58 contenti, tacitique debeant eſſe aſſignatione
illis reſpective facta *pro omni*, & *toto eo*, *quod
ratione legitimæ*, & *alterius cujuſcumque por-
tionis illis eſſet debitum in bonis Paternis* = ex qui-
bus adeſſe ſufficientem prohibitionem detra-
ctionis proprii crediti, in ſpecie Dotium ma-
ternarum firmavit omnino videndus *Soccin.
Iun. in d. conſ*. 57. *lib*. 3., quē unice allegare ſuf-
ficeret ad Cauſæ opportunitatem, quia percu-
tit individuales terminos, ipſumque commu-
niter inſequuntur in terminis legati facti *pro
omni*, & *toto eo &c*. *Mantic. de conject. ult. vol.
lib*. 10. *tit*. 2. *n*. 12. & *ſeqq*., *Gratian. diſcept*. 566.
*n*. 65. & 66., & *diſcept*. 816. *n*. 9. cum cæteris
adductis apud *Buratt. dec*. 283. *per tot*., *Torr.
de pact. futur. ſucceſſ. lib*. 2. *cap*. 41. *ex n*. 22.

Et licèt nonnulli ex laudatis *Authoribus*
diſcrimen facere videantur inter caſum, quo
59 prohibitio de non plus petendo adiecta ſit bo-
nis Paternis, vel hæreditati, juxtà diſtinctio-
nem *Bald. in l. Liberti*, *Libertæque ſub n*. 28., *C.
de oper. Libert*. & *Bart. in l. ut Iuriſjurandi*, §. *Si
liberi*, *ff. eod*., *Mantic. de conject. ubi ſuprà n*. 20.,
& *ſeqq*., *Surd. conſ*. 112. *ex n*. 21., *Gratian. dicta
diſcept*. 816. *n*. 11., & *ſeqq*., *Cancer. var. reſol.
par*. 2. *cap*. 6. *n*. 61. & *ſeqq*., *Torr. de pact. fut. ſuc-
ceſſ. dicto lib*. 2. *cap*. 41. *n*. 23 & *Rot. in dicta
dec*. 283. *cor. Buratt*. procedentes cum ea ra-
tione, quod in bonis æs alienum non dicatur
ineſſe, quamvis in hæreditate: hæc tamen di-
60 ſtinctio remanet inapplicabilis caſui, in quo
verſamur, dum expreſsè compræhendere vo-
luit quodcumque debitum, & voluit immu-
nem reddere hæreditatem, ibi = *Et tàm ſecun-
dùm ſtatum præſentem*, *quàm ſecundùm ſtatū fu-
turum &c*. ut eſt caſus *Ruin. in conſ*. 61. *n*. 6. &
7. & *conſ*. 79. *n*. 8. *verſ*. 2. *reſpondeo lib*. 2. præſer-
tim ſtante Clauſula = *vel alterius cujuſcumque
portionis* = quæ cùm referri nequeat ad alia
61 debita ultrà maternam Dotem, per neceſsè
illius prohibitionem inducit, *Surd. dicto conſi-
lio* 112. *n*. 27. & *ſeqq*. & *n* 88. & *ſeqq*., *Torr. de
pact. fut. ſucceſſ. ubi ſuprà n*. 23. & 24., *Gratian.
d. diſcept*. 816. *n* 19. & 20. *Mantic. ibid. n*. 25.
& 26. ubi reprobat quod verbum *alii* intelli-
gendum veniat de his, quæ ſunt ejuſdem ge-
neris, *Spad. conſ*. 348. *n*. 28. *lib*. 3., *Palm. Nep.
alleg*. 195. *n*. 35.

Accedente demùm ſtrictiſſima alienatio-
nis prohibitione, quæ de per ſe valeret indu-
62 cere præceptum de non detrahendo propria
credita ad celebre *conſ. Nattæ* 110. quem ſe-
quitur *Peregr. de fideic. art*. 35. *n*. 8., *Bellon. Iun.
dicto conſ*. 100. *n*. 2. & *n*. 8. *verſ. neque obſtant
contraria*, *Torr. dicto cap*. 41. *n*. 26. & 27., quod
licèt habeat contradictores, ſuper eo tamen
præciſe non inſiſtimus, dum veritas ex aliis
apparet luce ipſa meridiana clarior, ex *dicto
conſ. Soccin. Iun*. 57. ubi maximè ponderantur
verba = *ſinè diminutione*, quæ in caſu noſtro
63 fortiora ſunt ſtante dictione *etiam*, ibi = *etiam
ex cauſa legitimæ*, *aut Trebellianicæ*, quæ per-
neceſsè præſupponit alterius rei compræhen-
ſionem, *Clem. un*. 1. §. *fin. de Iudic*., *Barboſ. dict*.
112. *n*. 11., *Surd. dec*. 8. *n*. 12. cum aliis vulgatis.

Atque

Digitized by Google

Atque hæc dixiſſe ſufficeret,cum ad Cauſæ victoriam, juſtitiamque detegendam brevi negocio,paucisque verbis expediri potuiſſet controverſiæ cardo: verum quia audio, fuiſſe in contrarium judicatum,idcirco prætermittendo ſolitum ſtylum brevitatis genio, & Romanæ Curiæ conformem, longiori Calamo eam veritatem, quæ Mihi videtur, inconcuſſe demonſtrabo, etiam aſſumendo nudum factum, totamque maſſam voluntatis, ex qua potius, quam ex Jure dirimenda veniunt litigia, quæ pendent ex animo Contrahentium.

Quoniam Alexander Pater cupiens occaſionem litium auferre, & conſervare perpetuo in Familia, ſaltem effectiva,bona ſtabilia integra,& ſine diminutione, venit ad præfatam aſſignationem, & fortaſſe verens validitatem Contractus, ſeu renunciationis filiorum,impetravit a Sereniſsimo Principe Gubernatore facultatem, ut filii poſſent prædictam aſſignationem acceptare cum ſuis oneribus, & qualitatibus, interponendo Iuramentum, quod alias obſtante Patrio Statuto facere non poterant,ne ita poſſet in fururum
64 adeſſe diſputatio ſuper validitate,juxta quęſtionem,utrum aſſignata bona filiis per Parentem, vel inter eos diviſa veniant in reſtitutione fideicommiſsi per eumdem Patrem poſtmodum ordinati, ſuper qua plene *Fuſar. de ſubſtit.qu.633., Andreol.cont.16., Michalor. de fratr. par.2. cap.10., Mart.vot.Piſan.247.to. 2.* cum aliis in notiſsima *Roman.fideic.de Spiritibus 17.Febr.1645. cor. Bich.* apud eum *deciſ.207.* repetita *dec.334. par.9. rec., dec.284. par.16. dec.283. par.18. & dec.305. par.19.*

Hinc poſtea prohibuit, ne ullam prætendere valerent detractionem, immo quodammodo volens,quod in uno filio Petro conſervaretur præcipuus decor agnationis, utrumque non admiſit ad æqualem participationem bonorum, ſed ſibi reſervando ſc.400., eadem retribuebat Equiti Æneę, ideoque ſaltem ſemel ipſi Æneæ prohibita fuit Dotis maternę detractio,unde ratio differentiæ nequaquam ſubeſt, cur non ſemper eidem prohibuerit.

Quod ad evidentiam demonſtratur ex prohęmio aſsignationis,in quo dixit,eiſdem aſsignare bona in majori quantitate, quam ullo unquam tempore prætendere, & conſequi poſſent, ac propterea id fecit in quamdam dilectionem eorumdem, & poſteritatis,quam ad fideicommiſſum vocabat, non ſolum in exceſſu, ſed etiam pro rata propriorum Iurium, quę compenſare volebat in illo exceſſu proveniente ex majori quantitate bonorum, & fructuum.

65 Compenſatio enim, ſive animus compenſare volentis optime deducitur ex prohæmio donationis, ad ea, quæ in individuo referuntur per *Corn. in conſ.210. n.4. lib.1., Menoch. de præſumpt. lib.3. præſumpt.52. n.10.*

Eoque clarius (retinendo terminos com-
66 penſationis)id applicatur, quod tradit *Bart. in l. ſi frater a fratre n.43. ff. de condict. indeb., Nevizan. conſ.62. n.16., Rimin. Iun. conſ.393. n.35. Altograd. conſ.68. n.35. lib.1., Menoch. conſ.56. n.26. & 27, & de præſumpt. lib.4. præſumpt. 110. n.32. & ſeq., Rot. dec.312. n.9. par.7. rec.* nempe, quod quando legantur, ſive dantur ea Creditori bona, quæ reperiebatur eidem obligata, intret ſine difficultate compenſatio ſeu animus compenſandi.

Neque dicatur, extraneos videri terminos compenſationis; Quoniam huic objecto occurrunt *Doctores*, quod licet ex onere fideicommiſſi excludi videatur animus compen-
67 ſandi, hoc recte procedat, quando fideicommiſſum reſtituendum eſſet incontinenti, ſecus vero, ſi ex intervallo, quia tunc legatarius habet commodum fructuum medii temporis, & ſpem caducitatis ob defectum conditionis, ſive præmorientiæ ſubſtituti, ut inquit *Honded conſ.50. n.35. lib.2., Sebaſt. Medic. de compenſ. par.1. qu.31. n.14. & 15., Gratian. diſcept.274., Rot. dec.709. num.12. coram Dunozet. Iun.* & cum hoc ſenſu proceſſū fuit in alia *Avenionen. fideicommiſſi cor. Panzirolo dec.312. par.7. rec.* prętendente enim gravato contra fideicommiſſarium retinere propria eredita, reſponſum fuit, illa fuiſſe per compenſationem extincta.

Multoque magis idipſum dicendum venit in caſu noſtro, ubi debitum Patris erat neceſſarium, tamquam proveniens ex diſpoſitione municipalis Statuti jubētis *in Rubr. de uſufructu Patris etc.* Patrem teneri conſervare, &
68 relinquere Maternam dotem filiis, quæ verba pręciſam neceſſitatem inducunt, *Surd. conſ.81. n.9. & ſeq., Vuibel. de contract. Mulier. cap.3. §.1. n.63., Theſaur. dec.33. n.2., Monac. dec. Lucen.32. n.133., Oſaſc. dec.20. n.6., & ſeq., Torr. de pact. fut. ſucceſſ. lib.2. cap.35. n.130. & 131.*; Atque ideo de plano intrat exemplum conſimile lucri dotalis, quod ex Statu-
69 to neceſſitante debeatur Conjugi ſuperſtiti, nempe quod illud cenſeatur compenſatum cum donatione, ſive legato per Conjugem morientem facto, ex plene relatis per *Rolan. de lucr. Dot. qu.96., Surd. d. conſ.112. n.2. Gratian. diſcept.816. Fenzon. ad Stat. Urb. lib.1. cap.131. n.50.* & tenuit perpetuo *Rot.* ut videre eſt penes *Cavaler. dec.318. n.1.* cum aliis collectis in *Senogall. hæreditatis, ſeu Dotis 26.* Maii 1664. §. *Quo vero, cor.* R.P.D *Priolo, & in Bononien. bonorum 26. Iunii* 1665. *per tot. cor.* R. P. D. *Emerix*, quarum prima eſt impreſſa *poſt Torr. dec.148.* & altera *par.14. rec. dec.348.*

Itaque a primo ad ultimum, ſive deſumantur termini detractionis prohibitæ; ſive gravaminis in re propria hæredis, ſive etia accipiātur illi compenſationis, ſemper retentio venit deneganda attento diſcurſu naturali, & legali, iſteq; mihi videtur ſenſus pro veritate.

## ROMANA DOTIS.

*Veneris 12. Junii 1699.*

### ARGUMENTUM.

Impugnabatur ex capite nullitatis dotatio Sororis facta per geminos illius Fratres minores ſub fundamento, quod in actu ipſius dotationis non fuerint adhibiti illorum Proximiores, quodque ſaltem in defectum eorumdem Proximiorum non unicus, ſed duo Curatores deputari debuiſſent, quodque demum dos fuiſſet exceſſive conſtituta: Sed *Rota* reſpondit pro validitate, & congruitate dotationis ex rationibus in *Deciſione* late perpenſis; Et hac occaſione plene agitur de materia, quando Dos cenſeatur congrua, & an, & quando Pater poſsit uni ex filiabus maiorem Dotem, alteri vero minorem conſtituere: Plura de interpretatione pacti conventi per Socerum cum Marito unius ex filiabus de adæquando Dotem in quantitate aliis filiabus ſucceſsive aſsignanda, cum cœteris, de quibus in *Summario*.

### SUMMARIUM.

1 *Mandatum relaxatum contra Minorem vigore ſuæ obligationis nullæ ex defectu ſolemnitatum Statuti, non eſt exequẽdum.*

2 *Contractus Minoris factus cum debitis ſolemnitatibus, & juſta cauſa, non poteſt de nullitate redargui.*

3 *Deputationi Curatoris in Contractibus Minorum, ac Mulierum non eſt locus, niſi in ſubſidium, deficientibus ſcilicet Proximioribus, & Conſanguineis.*

4 *Curator unus an ſufficiat, vel potius duo requirantur in Contractu, in quo agitur de obligando plures Minores, vel Mulieres.*

*Diſtingue, ut n.9.*

5 *Decretum a Iudice interpoſitum in Contractu Mulieris, vel Minoris præſumitur validum, et juſtum, et n.30. et 31.*

6 *Impugnans validitatem Contractus Minoris, vel Mulieris ob defectum interventus Proximiorum, quid teneatur probare, & num.7. 8. & 29.*

10 *Patri incumbit onus dotandi proprias filias.*

11 *Dos a Patre aſſignata ſuis filiabus præſumitur congrua, & num.24. & 27.*

12 *Dos ad hoc, ut dicatur congrua, debet attendi quantitas patrimonii Paterni, numerus filiorum, aliaque, de quibus ibidem, & n.19. & 23.*

13 *Dos exceſſiva dici nequit, niſi ſuperexcedat portionem virilem, quæ alias fœminæ de Iure communi ab inteſtato competiſſet.*

14 *Via executiva competit pro Dote etiam contra Tertium ex Statuto Urbis* lib.2. cap.85.

*Nec pro ea retardanda admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, ibid.*

15 *Dos filiarum in ſæculo nubentium nequit eſſe minor legitima, niſi Paternum judicium, aliæque circumſtantiæ diverſimode ſuadeant.*

16 *Dos fœminæ conſtituenda, etiam ſtantibus maſculis, poteſt taxari uſque ad virilem, ita expoſcentibus facti circumſtantiis.*

17 *Exceſſus non præſumitur, niſi concludenter probetur.*

18 *Dos non præſumitur exceſſive conſtituta, niſi prætenſus exceſſus plene, & concludenter probetur.*

20 *Dotes fœminarum hodie ſunt majores, quam eſſent anteactis temporibus.*

*Et rationes ibid., & num.62.*

21 *Illatio fieri nequit de uno ad aliam caſum diverſum, ac diſparatum.*

22 *Dos major conſtitui valet uni ex filiabus, quæ nubat Viro nobiliori, & n.26.*

25 *Tractatus non habentur in aliqua conſideratione, niſi ſequuta fuerit concluſio.*

28 *Fratres, qui ſatagunt excludere Sorores vigore Statuti, tenentur illis conſtituere Dotem de Paragio.*

32 *Iuſta cauſa contrahendi non ſufficit pro ſubſtinendo contractu Mulieris, vel Minoris, niſi etiam ſerventur ſolemnitates Statutariæ.*

*Declara, et intellige, ut n.33. et 34.*

35 *Fœmina dotanda ſi reperiatur in ætate provecta, pinguior illi Dos conſtitui debet.*

36 *Fideicommiſſum poteſt integraliter diſtrahi pro dotatione fœminæ deſcendentis, quoties nulla adſunt bona libera, & ita exigunt circumſtantiæ.*

*Extende, ut num.37.*

38 *Dos major conſtitui debet fœminæ deformi, quam alteri formoſæ.*

*Prout pariter minor Dos conſtitui debet fœminæ nuptæ cum Forenſi, quam alteri Romæ nubenti, num.40.*

39 *Pater poteſt pinguiorem Dotem conſtituere filiabus ſecundi Matrimonii, ita ſuadentibus circumſtantiis, ac ceſſante de reliquo machinatione Novercæ.*

41 *Dos dari ſolita Monaſterio dicitur congrua reſpectu Monialis, licet ſit longe minor, quam Dos aſſignata alteri Sororis in ſæculo nuptæ.*

*Si vero Monialis Profeſſionem emittat in Monaſterio, in quo nulla Dos ſolvitur, nequit illa aliquam Dotem prætendere a Patre, ejuſque hæreditate, ibid.*

42 *Statutum excludens fœminas ab inteſtato propter Dotem non comprehendit fœminam profeſſam in Monaſterio, in qua nulla Dos ſolvitur.*

43 *Dos ſubſidiare debita a Patruo, vel aliis directe non obligatis ad dotandum, taxari debet ad limites puræ neceſſitatis.*

44 *Frater in dubio cenſetur dotaſſe Sororem de bonis Maternis.*

*Sed ſi Frater conſtituat Sorori Dotem in pe-*

*cunia,*

Digitized by Google

*cunia, eo caſu præſumitur de proprio dotuſſe*, n.45.
46 *Præſumptio Iuris, & de Iure transfert onus probandi contrarium in allegantē.*
47 *Filia aſſerens, ſe fuiſſe incongrue, vel inæqualiter dotatam, tenetur id concludenter probare.*
48 *Certi ad incertum nulla datur proportio.*
49 *Mandatum relaxatum nulla præcedente liquidatione Crediti, non eſt exequendum.*
50 *Reo ſufficit offuſcare, & dubiam reddere intentionem Actoris.*
51 *Jus accreſcendi competit inter duos, vel plures re, & verbis conjunctos abſque ulla partium diviſione.*
52 *Acconcium, Appanamenta, & Iocalia promiſſa in Inſtrumento dotali præſumantur tradita ſtante longæva acquieſcentia Mulieris, ejuſque Viri.*
53 *Una, & eadem res, aut diſpoſitio non debet diverſo jure cenſeri.*
54 *Liberalitas excluditur, quoties conſtat de præcedenti titulo obligatorio.*
55 *Acconcium, & apparatus Nuptialis præſumitur ſolutus de propria a Dotante, & de ratione.*
56 *Filiorum appellatione non veniunt poſtea nati, quando diſpoſitio noſcitur coarctatu ad natos de tempore factæ diſpoſitionis.*
*Maxime ſtantibus verbis reſtrictivis ad filios jam natos de tempore ipſius diſpoſitionis*, num.57.
*Exemplifica*, ut num.58.
59 *Specialibus per generalia, aut limitationi per regulam reſpondere, abſonum eſt, & abſurdum.*
60 *Extenſio de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, vel de tempore ad tempus, in ultimis voluntatibus non admittitur.*
61 *Pacta obligatoria ſtrictiſſime debent interpretari.*
63 *Pactum adæquandi Dotes refertur ad tempus promiſſionis.*
64 *Pactum adæquandi Dotem eſt ſtrictiſſime interpretandum.*
65 *Pactum adæquandi Dotem cur regulariter procuraretur a Socero per Maritum nubentem cum fœmina habente alias Sorores innuptas.*
66 *Pactum adæquandi Dotēs in dubio cenſetur reſpicere quantitatem, non vero qualitatem ipſarum Dotium.*
67 *Verbum* provenire *eſt ſynonimum cum verbo* venire, *vel* obvenire.
*Exemplifica*, ut num.68.

## DECISIO XCIV.

RESiduum Dotis Margaritæ Sorori ſolvere detrectantes Fratres de Binettis prævia opportuna Commiſſione Signaturæ Juſtitiæ conqueſti ſunt coram Me de exceſſivitate primęvę conſtitutionis ejuſdem Dotis, proindeq; fortiter urgentes, ne Mandatū ab A.C. contra eos relaxatum demandaretur executioni, nullitatis, & injuſtitiæ arma ſtringebant ad verſus idem Mandatū, ſed incaſſum; Quia Domini neque de exceſſu conſtitutionis, neque de ullo vitio nullitatis, & injuſtitiæ criminari poſſe Mandatum exiſtimantes, ideo pro illius omnimoda executione reſpōderūt.

Et quidem circa nullitatem revera nulla congruebat ratio legitimæ conquæſtionis, cum A. C. in ipſa tela ordinatoria partes Judicis optime impleviſſet, abſque eo, quod fratres prædicti quidquam valerent deſuper objectare; Inquantum vero nullitas in hoc caſu referibilis potius ad injuſtitiam indire-
1 cte detorquebatur ex eo, quod idem A. C. relaxando Mandatum ſuper obligatione prędictorum fratrum in vim *Statuti Urbis lib.1. cap.151.* effecta penitus irrita, & nulla, nulliter ſe geſſiſſet, juxta notata per *Scribentes in l.1., §. Item cum contra, ff. quæ Senten. ſine appell. reſcind.*, & *in l.2. C. quando provoc. non eſt neceſſ.*, & *in cap.1. de Sent. & re judic.*, *Rot. dec.772. n.17. par.18. rec.* cum reliqu. vulgat.

Fugavit omnem amaritudinem lectura ſolemnis Inſtrumenti, in quo conſtabat, Fratres prædictos mediante Judicis Decreto ſub auctoritate Mariæ Matris, ac reſpective Tutricis, adhibito pro omnibus unico Proximiore, ac deputatis in alterius Proximioris defectū geminis Curatoribus, altero ſcilicet ex parte Mulieris, & altero ex parte Fratrum, deveniſſe ad conſtitutionem Dotis in ſumma
2 ſc.5500., ideoque cum foret ſufficientiſſime ſatisfactū Statuto per obſervantiam ſolemnitatū inibi præſcriptarū, non erat allegabilis hujuſmodi nullitas, ſicuti reſponſum fuit in *dec.213. n.29. par.15. rec.*, *in Sabinen. prætenſæ nullit. obligationis 6. Febr. 1662. §. primo in fin.*, *cor. bo. me. Albergato*, & *in Roman. Cenſ. 23. Feb. 1685. §. Verumtamen cor. bo. me. Urſino.*

Abſque eo, quod offuſcare valerent ejuſdē Inſtrumenti claritatem geminæ oppoſitiones altera, quod intempeſtive fuerit, reſpectu Fra-
3 trū adhibitus Curator, quando aderant Proximi, & Conſanguinei, quibus extantibus non eſt locus deputationi ullius Curatoris, cujus intereſſentia ſolummodo per Statutū præcipitur in ſubſidiū, teſte *Spad. conſ.366. n.9. ad med. lib.2.*, *Pic. ad Stat. Urb. gloſſ.19. n.1.*, & *ſeq.*, & ſignanter *n.3.*, *Rot. cor. Dunoz. Iun. dec. 676. n.46.*, & *cor. Ninot. dec.59 n.2.*, & *dec. 265. n.3. par.14. rec.*, & *in Romana Donationis 14. Martii 1689. §. Nullitas autem, cor. R̃mo Hervault Archiepiſcopo Turonen.*

Et altera, quod in omnem caſum non unicus, ſed duo exigerentur Curatores, cum
4 totidem eſſent Fratres, & unuſquiſque illorum propria, ac particulari aſſiſtentia, & fulcimento, ſeu integratione indigeret, ex his, quæ dicunt *Surd. conſ.318. n.14. verſ. cum itaque*, *Maſtrill. dec.141. n.9.*, & *ſeq.*, *Card. de Luc. lib.7. de alienat. diſc.28. n.22.*, M. *dern. Peruſin. de Contract. Minor. gloſſ.16. §.1. n.26.*

Utra-

Utraque enim oppoſitio palmari claudi-
cabat æquivoco, ſive incongruentia ad hy-
5 potheſim; Cum enim Jura ſemper præſu-
mant pro juſtitia, & validitate Decreti effe-
ctive interpoſiti per aliquem ex Judicibus
Ordinariis a Supremo Principe approbatis,
hinc eo ipſo, quod liquido non docetur (in
ordine ad primam oppoſitionem) adfuiſſe
Conſanguineos non ſolum phyſice, ſed mo-
raliter, nempe, & quod de tempore cele-
brandi Contractus potuerint iidem Conſan-
guinei, ac Proximiores commode interveni-
6 re, profecto præſumitur, vel phyſice non ex-
titiſſe, vel ſaltem moraliter, hoc eſt, non po-
tuiſſe Contractui ineundo intervenire, unde
neceſſarium fuerit ſupplere deficientiam ip-
ſorũ cum deputatione Curatoris, juxta firma-
ta apud *Modern. Perusin. in præcitat. tract. de
Contract. Minor. gloſſ. 22. §. 1. n. 13., & ſeq.*, *Rot.
cor. Priol. dec. 356. n. 2. cum plurib. ſeqq.*, &
præcipue *n. 6., & in rec. dec. 495. n. 3. par. 13.,
& dec. 50. n. 8. part. 18., in Romana Cenſus 11.
Mart. 1682. §. Non obſtat nullitas, cor. bo. me.
Emerix, & in Romana prætenſæ nullitatis Con-
tractus 20. Iunii 1698. §. Denique, cor. Me.*

In noſtro autem caſu nullibi convinceba-
tur, aſſertos Proximos, ſive Conſanguineos
valuiſſe ſaltem moraliter, ſeu commode in-
tereſſe; Licet namque duo ex eiſdem Con-
ſanguineis deponere viderentur, ſeſe de tem-
pore celebrati Contractus moram, & inco-
latum in Urbe traxiſſe, nemo tamen ipſorũ
deſcendit ad aſſerendum, quod in effectu
commode valuiſſet propriam adhibere præ-
ſentiam, quinimo primus deponit, ſive fa-
tetur ignoraſſe tempus ineundę ſtipulationis,
& ſecundus poſitive aſſerit neſcire, utrum
ſub prædicta die firmandę ſtipulationis foret
impeditus, *Summario* Conjugum *n. 2. lit. D.
& n. 3. litt. B.*; quapropter ad ſummum ex
7 hac depoſitione oriebatur juſtificatio phy-
ſicæ præſentiæ in Urbe, ſed non moralis,
quemadmodum neceſſe eſt, ex deductis,
quibus addi poſſunt *Adden. ad Gregor. dec. 406.
n. 19*, *Ciarlin. contr. 123. ex n. 1. cum pluri-
bus ſeqq.*, *Conciol ad Statut. Eugub. lib. 2.
Rubr. 45. n. 44.*, *Vrceol. conſult. 28. n. 2. & ſeqq.*

Perpendendo præſertim, quod eorumdem
unus fungebatur actuali miniſterio in Vrbis
Annona, alter vero Curię profitebatur exer-
citium, ſicque dum ipſimet Conſanguinei ex
eorum proprio dicto nutabantur circa impe-
dimenta, quibus tunc temporis forte vale-
8 rent irretiri, eo fortius inflammabatur præ-
ſumptio militans pro interpoſitione Decreti
quodque nimium veriſimiliter iidẽ Conſan-
guinei a propriis muneribus, officiiſque de-
tenti nequiverint commode, & moraliter ad-
ſtare, ſicuti in ſpecie obſervavit *Rot. cor. Coc-
cin. dec. 725. n. 12. repet. dec. 469. n. 5. par. 3. rec.*

Dilucide magis coruſcabat alterum æqui-
vocum in ordine ad deputationem bini Cu-
ratoris, ſub enunciato prætextu, quod gemi-
ni Curatores geminis Fratribus eſſent aſſi-
9 gnandi: Id etenim recte procedit, quando
Minores, vel Mulieres in numero plures
ſtant exadverſo, videlicet, ubi Mulier cum
alia Muliere, Minor cum alio Minore ad in-
vicem contrahant, ut ſi unus vendat, & al-
ter emat, cum ſimilibus; Non autem, quan-
do eædem Mulieres, vel Minores, cætero-
quin numero plures, in ſcæna Contractus
repræſentent alteram ex Partibus inſimul, ſi-
ve per modum unius Contrahentis, quia
cum tunc unum, & idem ſit negocium, una,
eademque ſit cauſa utilitatis, examinanda
etiam in perſona plurium materialiter tan-
tummodo diſtinctorum, unicus ſuperabun-
dat Curator, ut declarat *Maſtrill. d. dec. 141.
n. 12. & ſeq.*, & poſt eum *Rot. in Romana Do-
mus 2. Maii 1687. §. Neque etiam, cor. bo. me.
Emerix, & in Romana Pecuniaria die 5. ejuſ-
dem Menſis, & Anni §. Quarta demum, cor.
clar. me. Card. Caccia.*

Eliminata priori parte nullitatis verius, ut
diximus, conducentis ad injuſtiam Manda-
ti, minus conſtitit de exceſſu, & injuſtitia
Dotationis: Quoniam cum, juxta relatio-
nem Periti, ſtatus hæreditarius Gregorii Pa-
10 tris, cujus oneri incumbebat filiæ dotatio,
per *Text. in l. qui liberos 19. ff. de rit. nupt., & in
l. final. C. de dot. promiſſ.* aſcenderet indubitan-
ter (etiam poſt detractam ſummam ſcuto-
rum 4500., quę in cauſam hujuſmodi Do-
tis extiterant perſoluta) ad alia ſcuta 17722.
utique non poterat de exceſſivitate increpa-
ri conſtitutio prædictæ Dotis in quantitate
ſcutorum 5500.; diſtinguentes etenim Do-
mini caſum a caſu, reſpondere, quod, quid-
quid ſit, ubi Pater ipſe filiæ Dotem conſti-
tuiſſet in Teſtamento, vel inter vivos, & op-
ponatur vel ab ipſa filia, quod Dos ſibi con-
ſtituta non attingat iuſtam menſuram, &
congruitatem, vel a fideicommiſſariis jure
proprio vocatis obiiciatur, quod idem Pa-
ter fimbrias amoris dilatando per exceſſi-
vam conſtitutionem Dotis exhauſiſſet fidei-
11 commiſſum, in quibus ſane terminis, ſalva
præſumptione, quæ militat favore paterni
Judicii, ut uno ore tradiderunt *Eugen. con-
ſil. 34. n. 15. cum ſeq. lib. 1.*, *Giurb. ad conſuetud.
Meſſan. cap. 3. gloſſ. 7. n. 45.*, *Caren. reſolut. 148.
n. 1.*, *Boſſ. de Dote cap. 13. n. 89.*, *Rot. dec. 213.
n. 1. par. 11. rec., & par. 18. dec. 236. n. 11., &
dec. 541. n. 10.*

Semper nihilominus Judex pro ſua Reli-
gione, & arbitrio præ oculis habere ſolet,
12 ac debet quantitatem Patrimonii, nume-
rum filiorum, conſuetudinem Regionis, Vi-
ri dignitatem, ac ſolitum Familiæ, ad hoc,
ut omnibus hiſce ad haſtam Iuſtitiæ mature
deliberatis, vel temperet, vel augeat Patris
judicatum, prout admonet haſce ſingulas
ponderationes coacervando pro ſtatuenda
congruitate dotationis *Card. de Luc. de Dot.
diſc. 144. n. 9. cum ſeq.*, *Rot. in Aſſiſien. Dot. 3. Iu-*

lii

Digitized by Google

*lii* 1684. §. *Nullotenùs, & ſeq. cor. bo. me.* Ron-
*dinino, in* Rom. *Taxationis congruæ Dotis 15.*
*Aprilis 1695.* §. *Plures autem, cor. Reverendiſs.*
*D. meo Molinet Decano, & in* Rom. *Dotis 19.*
*April. 1697.* §. *Ad hunc enim effectum, coram*
R. *P. D. meo Lancetta.*

Ex oppoſito autem, quandò nullum in-
terceſſit factum Patris, ac verſamur in Dote
liberè per ejus hæredes etiam Minores, au-
thorizante tamen Prætore, cæteriſque ſo-
lemniis Cenſuræ Municipalis impletis, con-
ſtituta, nequit de Jure prætendi Dotis con-
13 ſtitutio exceſſiva, niſi ſuperexcedat portio-
nem virilem, quævè alias ad normam Juris
Communis, ſecluſo Statuto, ipſi Mulieri
competiiſſet ſuper paterna hęreditate, adeout
maſculi, tamquàm læſi in propria virili, du-
rioris efficerentur conditionis, quàm ipſæ
fœminæ, pròut berè demonſtrant, ac decla-
rant *Honded. conſ. 18. num. 33. lib. 1., Gabriel*
*conſ. 20. n. 54., & ſeqq. lib. 2., Odd. de reſtit. in*
*integr. par. 2. qu. 59. art. 5. per tot., Colà eod.*
*tract. qu. 11. n. 6. cum ſeqq., Fontanell. de pact.*
*nuptial. clauſ. 5. gloſs. 8. par. 8. ex n. 21. cum plu-*
*rib. ſeqq., Hermoſill. ad Lopez leg. 56. tit. 5.*
*par. 5. gloſs. 6. n. 136., Boſs. de Dot. cap. 14. n. 56.*
*verſ. quantus autem, Card. de Luca eod. tract.*
*diſc. 179. n. 3.*

Habita igitur hac dimenſione, ſeù ponde-
ratione, certè cùm duo dumtaxat eſſent
Fratres, & una Soror, paterna verò hæredi-
tas, junctis prædictis ſcutis 4500. jam ſolu-
tis, conſcenderet ad ſcuta 22222., virilis
Margaritæ competens in coæquali ſucceſ-
ſione longè plus importaſſet, ut ex Calculo,
& ex tenore ejuſdem Peritiæ, *Summario* Con-
jugum *num. 4. & 5. litt. C.* contrâ quam ſanè
Peritiam non videbantur ullo modo atten-
dendæ exceptiones adductæ pro Fratribus
14 de Binettis, cum tàm ratione obligationis
Cameralis, quàm etiam Statuti decernentis
viam executivam favore Dotis etiam con-
trà Tertium, ut in *cap. 85. lib. 1.* rejiciantur
ſemper exceptiones quæcumque altiorem
ſecumferentes indaginem, quemadmodùm,
ultrà generalia, præcisè tradiderunt relati
per *Cord. de Luca de Dot. diſc. 65. n. 2., & di-*
*ſcurſ. 156. n. 9., & n. 14., Rot. coram Millin.*
*dec. 76. per tot., & dec. 112.* paritèr *per tot. apud*
*Pacific. de Salvian., & in dicta Aſſiſien. Dotis*
*3. Iulii 1684.* §. *Hoc ſuppoſito in fine, cor. bo.*
*mem. Rondinino.*

Atque hinc minime relevabat contraria
regula per Fratres de Binettis exagerata, ni-
mirùm, quod præcipue in caſu, quo fœmi-
næ à coæquali cum maſculis ſucceſſione ar-
ceantur, ſalva proviſione Dotis, eadem Dos
commenſuranda veniat cum quantitate le-
gitimæ, quæ in prænunciata hypotheſi lon-
ge ſtaret infrà ſummam ſcutorum 5500.;
15 Quoniam argumentum rectè ſtringit à con-
trario, videlicèt, quod Dos pro Matrimo-
nio carnali regulariter nequeat eſſe minor
legitima, niſi Judicium Patris, aliæque cir-
cumſtantiæ diverſimodè ſuadeant, ut egregie
obſervat *Card. de Luca de Dot. diſc. 144. n. 34.*
*& ſeqq.,* & cum eo concordant *Mantic. de ta-*
*cit. lib. 12. tit. 22. ſub n. 13. verſ. hanc tamen, &*
*n. 31., Baez. de non melior. filiab. cap. 1. n. 7.*
*& ſeqq., Mareſcott. variar. reſol. lib. 2. cap. 69.*
*n. 2., Grotian dec. Marcb. 27. n. 9, Rot. dec. 131.*
*n. 12. & 13. par. 4. diverſ., & in rec. dec. 213.*
*n. 3. par. 11., & dec. 198. n. 1. & 2. par. 15., &*
*in Aſculano Dotis 11.* Martii *1680.* §. *fin. cor.*
*bon. mem. Rondinino.*

Verùm quod proportio, ſeu menſura legi-
timæ valeat in odium Mulieris retorqueri,
& ad limites ipſius legitimæ arctari debeat
Dotis conſtitutio, itàut eadem, ſi facta fue-
rit, redargui queat de exceſſu, certe eſt con-
trà omnis Juris, & æquitatis principia, cum,
16 etiamſi agatur de Dote conſtituenda, ad-
hùc, nulla habita ratione ad hanc proportio-
nem, in concurſu quoque Fratrum maſcu-
lorum taxari valeat Dos (ita expoſcentibus
facti circumſtantiis) uſque ad virilem, ſicuti
uno ore adnotarunt *Gabr. dicto conſ. 20. n. 76.*
*cum ſeqq. lib. 2., Capyc. Latr. conſult. 158. n. 39.,*
*& 40., Bottilier. de Succeſs. theorem 17. n. 4.,*
*Maſtrill. dec. 107. n. 7. & ſeqq., de* Marin. *ad* Re-
*verter. obſerv. 52. n. 4., Card. de Luca d. diſc. 144.*
*n. 36, Rot. in dicta Rom. Taxationis congrua*
*Dotis 15. Aprilis 1695.* §. *Et licèt, cor. Re-*
*verendiſs.* Decano.

Addebant Domini, quod etiam proceden-
do per regulas generales, & indiſtinctas, ex-
ceſſus à Fratribus prætenſus debebat ex illo-
17 rum parte concludentiſſimè probari, *vulgat.*
*Iur.*, de quibus in quacumque alia materia
liquet ex traditis per *Rot. cor. Celſ. dec. 265.*
*n. 1., & cor. Priol. dec. 182. n. 21. & dec. 394.*
18 *n. 2.*, & in ſpecie Dotis, quæ prætenditur
exceſſiva, *Rota cor. eod. Priol. dec. 424. n. 1.,*
*& dec. 260. n. 13. par. 15. rec., & in Sipontina,*
*ſeù Veſtana Dotis 1. Iunii 1693.* §. *Nec juvat,*
*coram Reverendiſs. Hervault Archiepiſcopo*
*Turonen.*

Tantum vero aberat, quod hujuſmodi ve-
rificaretur exceſſus, quinimo convincebatur
contrarium; Cùm etenim (ultra ſuperius in-
dicata in §. *Semper*) juxta magis præciſas cir-
19 cumſtantias deſignatas à *Celſo I.C. in l. quæro*
*61. ff. de jur. Dot.* ibi = *quæro, quantæ pecuniæ*
*Dotem promittendæ adultæ Mulieri Curator con-*
*ſenſum acccommodare debeat? reſpondit; modus ex*
*facultatibus, & Dignitate Mulieris, Maritique*
*ſtatuendus eſt, quouſque ratio patitur*: jam reſpe-
ctu Patrimonii, ac facultatum conſtaret, quan-
titatem pro Dote conſtitutam non excendere
virilem, certè non valebat in hac parte conſi-
derari ullus exceſſus; Sed nec aliquis reſulta-
bat exceſſus inſpecta dignitate Mulieris, ac
Mariti: Mulier ſiquidem nubebat Viro no-
biliori, ſeu nobili, quamobrem licet forte
anti-

ai tiqulores de eadem ipſius Familia tantam
pro dote quantitatem nuſquam aſſignave-
rint, attameo parum hæc circumſtantia pro-
tendebat ad comprobationem exceſſus, cum
foret referibilis, vel quia tunc Patrimonium
( ex roſt perauctum ab induſtriaGregorii Pa-
tris ) eſſet inferius, vel quia plures tunc exi-
20 ſterent maſculi,pluresſque fœminæ,vel etiam
quia non erat antiquitus ſuperbia tam gran-
dis, ac luxus in apparando mundo muliebri,
cæteriſque oneribus Matrimonii ſupportan-
dis, ex iis,quæ appoſitè ponderarunt *Menoch.
de arbitr. caſ.149. n.40.*, *Gratian. diſcept.452.
n.20.*, *Michalor. de fratrib. part.2. cap.3. n.19.
& ſeqq.*, *Theſaur. dec.192. n.2.*, Rot. *coram
Merlin. dec.293. n.2.*, *cor. Bich. dec.366. n.17.
& 18.*, *cor. Zarat. dec.83. n.21.*, *& dec.260.
n.16.*, *& ſeqq. par.15. rec.*, *& dec.45. num.3.
part.17.*

Vel deniquè, quia dignitas Maritorum,
cum quibus Matrimonium inierant Mulie-
res de prædicta Familia, non erat fortaſsè ſu-
perioris conditionis, ac nobilitatis, ſicuti
21 oſtendit Jacobus Vir Margaritæ, proinde-
que non ſolùm nequit ab uno ad alterum ca-
ſum ulla illatio extorqueri,ad *Text. in l. Pa-
pinianus 21. §.1. in fin ff. de Minor.*, & bene in
his terminis *Rot. d. dec 83. n.2*°. *& 22. cor.*
22 *Zarat.* ſed quod nobilitas, vel dignitas Ma-
riti compellat prudentem Patremfamilias,
vel Iudicem ad uberiorem Dotis constitutio-
nem, ultrà reſponſum *Celſi*, de quo ſupra, pa-
tet ex traditis per *Boſs. de Dot. cap.13. n.16.*,
*Rot. Bovon. dec.30. n.2. inter dec. diverſ. collect.
per moder. Forolivien. in obſerv. ad conſil Ramon.
tom.2.*, *Card. de Luc. de Dot. diſc.2 n.8. & ſub
n.10. verſ. prætereà*, *& n.11. & 12.*, *& d.
diſc.144. num.29.*, Rot. *dec.204. num.2. cor.
Dunozet. Iun.*, *& deciſ.430. num.12. coram
Priol.*

Neque, ad magis extrudendum exceſſum,
minoris ponderis reddebatur circumſtantia
Dotis non diſſimilis iamdiù receptæ per Ge-
nitorem Jacobi, quando deſponſavit nobi-
lem Mulierem de domo Martinozzia, *Summ.*
Conjogum *num.2.*, ideoque non poterat ob-
jurgari de exceſſu Dos conſtituta in ea-
dem ferme quantitate per Mulierem diſpa-
23 ris conditionis à Matre Viri, dum in ſim-
plicibus terminis maternæ Dotis in eadem
quantitate ſtabilitæ favore Soceri, excludi-
tur exceſſus, & reſpectivè emergit congrui-
tas taxationis,ex deductis per *Boſs. dict. cap.13.
n 27.*, *Rot. cor. Zarat. d. dec.83. ſub n.18. verſ.
tertiò ex conſuetudine*, *& in recent. dec.111.
ſub n.2. verſ. ſecundò ex ſolito*, *& deciſ.376.
n.3. par.15.*

Palpantes memorati Fratres, ex hiſce cir-
cumſtantiis nec concludi poſſe ullam exceſ-
ſivitatem, nec retardari Mandati executio-
nem, conati ſunt, poſthabita ſuperiùs inſinua-
ta caſuum diſtinctione, inflectere, ſive in-
volvere præſentem, afferendo quaſdam no-
tas, ſeù minutas quorumdam Capitulorum
Matrimonialium, per quæ, juncta depoſitio-
ne duorum Teſtium, apparebat, Gregorium
Margaritæ Patrem præparaſſe Dotem eidem
Margaritæ in ſumma dumtaxat ſcutorum
bis, vel ter mille: Sed nullibi ſubſiſtebat, vel
ad rem faciebat hujuſmodi interverſio ca-
ſus, quia non per hoc apparebat de ullo ſta-
24 bili, vel fixo Judicio paterno, ad quem ef-
fectum requiritur, quod Dos effectivè vel in
Teſtamento legata, vel in aliquo actu inter
vivos per Patrem aſſignata dignoſcatur, ad
notata per *Honded. conſ.10. ſub n.32. verſ. quæ
præſumptio lib.1.*, *Peregr. conſ.14. n.13. lib.2.*
plenè *Venturin. conſ.12. n.25. & ſeqq.*, *Boſſ. de
Dote dicto cap.13. n.89.*, *Rot. deciſ.110. n.3.
cum duob. ſeqq. poſt Merlin. de legit.*, *dec.541.
n.10. & ſeqq. par.18.*, *& in Anconitana Dotis
22. April.1689. §. Quò denique, cor. bon. mem.
Urſino.*

In præſenti namquè conſimiles Minutæ,
ſive Schedulæ præparatoriæ ſolum redole-
bant ſpeciem tractatus habiti cum quibuſ-
dam aliis Viris deſignatis, unde cum iidem
25 tractatus non fuerint ad concluſionem reda-
cti, in nulla ad omnes effectus haberi pote-
rant conſideratione, potuit namque ex hoc
ipſo capite parvæ, ſeu minus congruæ Dotis
cum neutro ex prædictis Viris effectuari Ma-
trimonium, ſicque intrabat de plano regula,
de qua *Ruin. conſ.198. num.15. lib.1.*, *Surd.
dec.291. n.11.*, Rot. *dec.413. n.4. par.2. rec.*,
*& dec.21. n.12. poſt* Merlin. *de pignor.*

Eoque validius, quoniam Schedulæ me-
moratæ carebant ( ut dici ſolet ) Conſule, &
die, cum nulla data temporis firmarentur, &
idcirco poterant ulterius eſſe delineatæ tem-
pore non adhuc aucti Patrimonii; & in om-
nem caſum etiam a fortiori, ubi ſcilicet quo-
que præfulxiſſet, quod tantam Dotem paulo
ante ejus obitum Gregorius deſtinaſſet, ni-
26 hilominus eadem deſtinatio erat nimium
probabiliter relativa ad differentem condi-
tionem utriuſque Sponſi, verum non exinde
licebat inferre ad veram congruitatem reſ-
pectu Mariti nobilioris, qui ſucceſſive in effe-
ctu duxit eamdem Margaritam, ex iis, quæ
in propoſito habentur apud *Honded. conſ 64.
n.12. & ſeqq. lib.2.*, *Fontanell. de pact. nuptial.
clauſ.5. gloſ.8. par.1. ſub num.22. verſ. poſſunt
enim*, *Gratian. dec. March.19. n.35. cum duob.
ſeqq. ibique Modern. Scopp. ex n.30. uſquè ad
fin.*, *Rot. dicta dec.110. ſub n.3. verſ. quia vi-
ſum fuit, poſt Merlin. de legit.*, *& d. dec.541.
n.12. cum duob. ſeqq. par.18.*

Reflectendo præcipue ( quantumvis ad
exuberantiam ) quod cum non valerent, ex
jam firmatis, præmiſſæ Schedulæ importare
abſtractam, & abſolutam Dotis conſtitutio-
27 nem cum omni futuro Viro, profectò deficit
ratio, & favor, quem Jura tribuunt in dubio

præ

præciſæ taxationi, & conſtitutioni factę per Patrem, juxtà punctualiter perpenſa per *Honded. dicto conſ.64.n.27. lib.2.*.& locum de diametro ſibi vindicat in oppoſitum conclu-
28 ſio, quod, ad differentiam Patris, filii hæredes cupientes ab inteſtata ſucceſſione ejuſdem Patris excludere Sororem, non amplius fulciuntur illo laxiori arbitrio, quo Pater ipſe fruebatur, ſed obſtringuntur omninò aſſignare eidem Sorori Dotem convenientem, quamve nuncupant *de Paragio*, tum ex littera *Stat. Urbis lib.1. cap.145.*, tum ex iis, quæ abſolute, & indiſtincte firmantur per *Bald. Novell. de dot. par.6. privil.17. §. Refert igitur, verſ. primo caſu, & §. ſeq., Scopp in obſerv. ad Merlin. Pignatel. contr.3. n.18. & 19., Modern. Lucen. conſult.640. n.6. cum ſeq., Card. de Luc. de Dot. diſc.26. n.3. & 4.*

Et ità, mole ſua ruentibus exceptionibus allatis per Fratres de Binettis, affirmative quoad primam partem Dubii propoſiti circa executionem Mandati ab A. C. relaxati, negative vero quoad ſecundam reſpectu prætenſæ exceſſivitatis reſponſum fuit, utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

HAbetur impreſſa hæc Deciſio apud *Balducc. rer. judicat. tom.1. tit. de Dot. dec.30.*, die autem 12. Octobris, in quo Menſe regulariter Rota, quamtumvis aperta ſub initio ejuſdem Menſis (ut apparet in *ſuperiori præfatione ad hoc Volumen*) parum ſolet coadunari propter Autumnales quodammodo ſaluti neceſſarias ruſticationes, licet de antiquo tempore res aliter ſe haberet, ob Agri Romani temperiem, & vices immutatas, unde ad Rotas ejuſdem Menſis referri intelligitur dilatio, ſeu reſcriptum = *ad Aquas* =, die inquam *12. Octobris 1699.* expedita fuit hæc Cauſa, ſed iterum provocantibus ſuccumbentibus, & ità demandante Signatura, fuit ſub Dubio opportuno repropoſita *die 14. Iunii* 1700. *cor. Muto*, fuitque in omnibus ambulatum per viam confirmationis cum præſenti Deciſione, ut liquet in illa, quæ ſub *dicta die* emanavit *cor. Eodem*, poſtmodum vero Partes per Concordiam liti finem impoſuerunt non jam ſuper ſubſtantia negocii, quæ utrinque fuit approbata, ſed per remiſſionem expenſarum judicialium, de quibus adhuc viget diſcordia cum aliis capitibus, non obſtante, quod ſupervenientæ Deciſioni *cor.* R. *P. D. meo Aldrovando* in illa *Romana reſtitutionis Dotis, Acconcii, & Quarti dotalis 2. Julii* 1710. *§. nec denique*, fuerit quoque conceſſum Expediatur ſub *die 1. Augusti ejuſdem Anni* 1710.

De præſenti etiam Deciſione meminit, & nonnullas concluſiones inibi firmatas ſub *§. Utraquè, & §. In noſtro*, approbavit *Rota in Romana Cenſus 9. Iunii* 1702. *§. Neque ad eli-*



*dendam, coram eodem Muto*, in qua dicitur,
29 quod ubi apparet, fuiſſe deventum ad deputationem Curatoris in locum Proximiorum conſanguineorum, quorum præſentia requirebatur per locale Statutum in Contractibus Mulierum, ut eſt in Urbe, qui vult impugnare hujuſmodi deputationem, ex quo neglecti fuerint Proximiores, qui aderant, obſtringitur demonſtrare, illos, ultra præſentiam in loco, moralitèr, & commode in-
30 tervenire potuiſſe, cum hoc ſibi vindicet interventus, & Decretum Judicis, quod pro ſe habet ſemper præſumptionem validitatis, & juſtitiæ, ut etiam cœteris cumulatis habetur apud *Conſtantin. tom.2. annot.44. artic.4. n.249. & ſeqq., & in Romana Redditionis Rationis 17. Iunii 1709. §. Minimè refragante, coram Me*.

De hoc ipſo articulo, ſeu puncto interventus Proximiorum in Contractibus Minorum, vel Mulierum plenius fuit actum in una mea *Firmana legitimæ 1. Iulii 1709.*
31 ubi tractatur de Statuto Montis Sancti, quod deficientibus Proximioribus mandat, duos Cives adhiberi, & concluditur pro validitate actus, cum ubere reſponſione ad contrarios, & explicatione caſuum, ſeu circumſtantiarum, ultra ea, quæ dixi *ſuprà in Deciſione 54.*

Cœterum obiter animadvertere libet, quod quicquid legatur ſcriptum apud hos, vel illos *Doctores*, & etiam in pluribus *Sacræ Rotæ Deciſionibus* in hac materia ſolemnitatum, & præcise quoad interventum Proximiorum, critico, vel minùs maturo ingenio, apparet quandoque varium, & diverſimode reſolutum non jam ſuper certis generalioribus propoſitionibus, ſed ſuper rigida, vel minùs rigida interprætatione Statutorum quoad hunc defectum, vel interventum; Id itaque promanat, quia Judices, & præſertim magna Tribunalia, reflectere ſolent, & debent ad medullam caſus, utrum ſcilicet Contractus Mulierum, vel Minorum, ad quorum tutamen, & ad finem obviandi fraudes Statuta præſcripſere has, vel illas ſolemnitates, fundamentaliter redoleant præjudicium, & actum minùs commendabilem quod ipſas Mulieres, vel Minores, necne, hinc quando eadem medulla deguſtata facit dignoſcere, quod Contractus fuit prudens, æquitativus, & rationabiliter geſtus, tunc licet de ſtricta Juris
32 cenſura non ſufficiat juſta cauſa contrahendi, niſi quoque intercedat obſervatio injunctarum ſolemnitatum à Statuto, uſque ad excludendum alium quemcumque modum æquipollentem, ex *Mart. Medic. deciſ. Senen.93. n.9. & ſeqq., Thomat. dec. Marchiæ 23. num.89.*, aliiſque abundè relatis *in dicta Firmana legitimæ 1. Iulii 1709. §. Hæc contrà, coràm* Me.

Adhuc tamen in his terminis Contractus
33 prudentis, recti, & rationabilis non ità rigo-
roſè, & judaice accipitur littera Statutaria
præſcribens has ſolemnitates, ſed, quantum
fieri poteſt, benignæ admittuntur interpræ-
tationes, ut a nullitate ſalvetur iſte Contra-
ctus, quem expediviſſet, ſeu decuiſſet de eo
tempore ſic celebrare; Quando vero in ſui
34 radice Contractus minus utilis, minus pru-
dens dignoſcitur, & aliquo modo vacillet in
ſua cauſa, tunc e converſo magis ſeveræ ca-
piuntur interpretationes pro irritatione actus
ob non omnimodè obſervatas ſolemnitates
ad litteram Statuti, ut, prætermiſſis anti-
quioribus *deciſionibus*, ſignanter videri poteſt
(earum caſus confrontando) practicatum in
*Bonon. Renunciat.* 10. *Martii* 1692. §. *Nequè
relevare*, & 3. *Aprilis* 1693. §. *Rursùs*, *cor.
Pio impreſſ. ad ornatum Card. de Luca tom.1. ſub
tit. de Donat. dec.16. & dec.17.* utrobiquè *n.9.*,
*in Peruſina Salviani* 5. Martii 1694. §. *Abſquè
eo quod*, & §. *Cæterùm*, *cor. Reverend ſſ. P.D.
meo Molines Decano*, quæ eſt *la 36. n.2. 4. & 5.
apud de Luca loc. cit.*, & in ejus confirmatoria
10. *Maii ejuſdem Anni* §. *Adhuc cum duobus
ſeqq. cor. eod.* paritèr *impreſſ. ad ornatum Card.
de Luca in Mantiſſ.* ſeù *tom.3. ſub dicto tit. de
Donat. deciſ.21. n.2. 3. & 4.* & priùs *in Rom.
Donationis* 14. *Martii* 1689. §. *Nullitas cum
duob. ſeqq. cor Reverend. Hervault. Archiep.
Turonen.* apud *de Luca ubi proximè dec.8. à
n.1. ad 5. & in Verulana Cenſus* 9. *Iunii* 1690.
§. *Prout etiam*, *cor. eod. Reverendiſſimo D. Mo-
lines Decano* apud *Cardin. de Luca ibidem de-
ciſ.19. n.7.*

Agit etiam Deciſio præſens de congruita-
te Dotis, de qua paſſim Volumina ſunt ple-
na, & illam præ cæteris fusè, & doctè pertra-
ctat *Card. de Luc. de Dot. diſc.144.* cumq; nemo
non ſciat, quod ejuſdem congruitatis præfi-
nitio pendeat à circumſtantiis patrimonii,
ſoliti Familiarum, conditionis perſonarum
circà Nobilitatem, ætatem, pulchritudinem,
nec non loci, ubi contrahatur Matrimo-
nium, ſeu regionis, cum ſimilibus, ſuperfluæ
idcircò in materia videntur aliæ Annotatio-
nes, cum certa regula capi non poſſit, ut in
35 ordine ad ætatem Puellæ juxtà conſuetum
tranſcendentem tempus nuptiarum, quod ei
conſtituenda veniat Dos pinguior etiam ſu-
per bonis fideicommiſſariis, firmatum fuit in
*Rom. Dotis* 19. *Aprilis* 1697. §. *Non quidem*,
§. *adhùc enim* §. *neque ab hac*, *cor. R. P. D.
meo Lancetta*.

Quandòque etiam ſuborta difficultate de
adæquandis Dotibus inter Sorores, quarum
una nupta ſit cum Dote majori, itàut pro
conſtituenda diverſitate unius ab altera ne-
ceſſe foret nimis intrinſece examinare cir-
cumſtantias Conjugum, vel magis, aut mi-
nus vulnerare fideicommiſſa, ſolet pruden-
tia Tribunalis capeſſere temperamenta, mi-
nuendo interim aliquid in conſtituenda ſe-
cunda Dote, & præſervando alteri diſcuſſio-
ni illud plus, quod fuit aſſequuta prima So-
ror, ut patet pariter practicatum *in Romana
Dotis* 4. *Aprilis* 1707. *cor. Me*, cum ſucceſſi-
va expeditione ſequuta *ſub die* 17. *Iunii ejuſ-
dem Anni* mediante *brevi deciſ.*, quæ emana-
vit ſub eadem die, in qua finaliter inſinuata
fuit traditio etiam Acconcii ſupra inibi ha-
ctenus præfinitam Dotis quantitatem.

Et adeo congruitas in conſtituendis Doti-
bus cuſtodienda venit, ut quatenus nulla ex-
tarent bona libera in patrimonio dotare de-
bentis, ſed ſola fideicommiſſària, iſtaque
36 nec etiam ſufficerent pro ſtabilienda eadem
congruitate in hac, vel illa parte, tamen in
hoc caſu totum fideicommiſſum poſſet ever-
ti, ſicuti fuit deciſum in *Rom. fideic. de Goggis*
4. *Febr.* 1699. *cor. Pio*, quæ ſtat impreſſa per
*Palm. Nep. inter ejus recollectas deciſ. la* 294.
*tom.3.* ubi in fine cum *Card. de Luca diſc.40.*
37 *n.3. & diſc.144. n.48. de Dot.* magis dicitur
hoc procedere, quando nullus vocatus ad
idem fideicommiſſum in pari gradu exiſtens
cum fœminis concurrat, ſed agitur de præ-
judicio extraneorum vocatorum coæquale
jus non habentium.

Quod ſuprà diximus de Muliere tranſgre-
diente ætatem propriam, ultra regulam ge-
neralem ſuperius annotatam, de conſideran-
38 da videlicet etiam corporis forma, vindica-
ta fuit (ſignanter a prætenſo exceſſu, ſeu in-
congruitate reſpective ad Sorores) Dos per
Patrem relicta in majori quantitate filiæ Gib-
boſæ *in una Fanen. Succeſſionis* 20. *Novembris*
1705. *ex* §. *Reliquæ cum plurib. ſeqq. uſque ad*
§. *Abſoluto*, *cor. Me*, ubi plene conſideratur,
39 quod ſtante diverſitate circumſtantiarum,
ubi excluſa ſit ſuggeſtio, aut machinatio No-
vercæ, Pater valeat pinguius providere de
Dote filiæ ſecundi Matrimonii.

Diximus quoque ſuperius, habendam eſſe
in conſideratione qualitatem loci, ſeu regio-
nis, in qua contrahatur Matrimonium, (*ex.
40 gr.*) ſi Mulier Romana nuberet Diſtrictuali,
vel alibi, ubi ſtylus Patriæ Mariti minores
Dotes, minores pompas admittat, tunc equi-
dem minor Dos venit huic Mulieri conſti-
tuenda, quam ſi nuberet Romano, ubi luxus
eſt vehementior, ſicuti tentum, & reſolutum
fuit in *Romana Dotis*, & *legitimæ* 22. *Martii*
1706. *cor.* R.*P.D. meo Priolo*, in qua præ cæteris
allegatur *Card. de Luca de Dot. diſc.2. n.10.*
qui refert alias reſolutiones noſtri Tribunalis
æditas in caſu, in quo uni ex duabus Sorori-
bus Romanis, quæ nupſit cum Forenſi, con-
ſtituta fuerat Dos longe minor comparative
ad Dotem aſſignatam alteri Sorori, quæ con-
traxerat Matrimonium in Urbe.

Hinc, ſi una Soror efficiatur Monialis, Dos
41 data Monaſterio reputatur congrua, licet
longe minor tradita alteri Sorori in ſæculo
nu-

nubenti, ad *Rot. cor. Gregor. dec.63. num.17.*
*& ſeqq.*, *& par.10.rec. dec.61. n. 10.*; unde ſi
forte una Soror ſuiſſet ingreſſa aliquod Mo-
naſterium, in quo etiam nulla Dos ſolvatur,
hoc ſufficit ad eximendum ab alio onere do-
tandi Patrem, ejuſque hæreditatem: ſed ſi
42 coutingeret poſtea diſceptari de ſucceden-
do ab inteſtato eidem Patri, & fœminæ repe-
rirentur excluſæ propter Dotem, ut habemus
in Urbe Statutũ *in cap.145.*, in his ſane ter-
minis eadem Monialis ſic ingreſſa Monaſte-
rium ſine dote minime remaneret excluſa a
conſuccedendo cum maſculis, ut in propo-
ſito Monaſterii Humilitatis ejuſdem Urbis
cenſuit *Rot. in dec.272. n.6. & ſeqq. par.15.*
*& dec.153. n.12. & 13. par.16. rec.*, & nuper
*in Romana Immiſs. 27. Iun. 1710. cor. R.P.D.*
*meo Aldrovando*, cum ſucceſſiva expeditione
Cauſæ ſub die 1. *Auguſti ejuſdem anni*.

Omittendum tamen non eſt, iſta procede-
re in ordine ad illos, qui ſunt obligati dota-
re ex neceſſitate legis, vel Statuti; quoties
43 vero obligatio dotandi deſcenderet ab offi-
cio Judicis per merum ſubſidium, ut eſt (*ex.*
*gr.*) Patruus reſpectu Nepis ex fratre, cum
ſimilibus, ſecundum *Deciſionem* in ſimili ali-
mentorum *la 449. cor. Dunoz. Iun.*, tali caſu
non eſt hujuſmodi Dos commenſuranda ad
limites ſupradictæ congruitatis, & circum-
ſtantiarum, tantummodo quippe habetur
reſpectus vel puræ, vel honeſtæ neceſſitatis
arbitrio ludicis penſandæ, quam habeat Mu-
lier dotanda, teſte *Novar. dec. Regn. Nea-*
*polit.21. n.3. & 4.*, *Rot. dec.249. n.1. verſ.*
*Dos autem par.2. rec. & cor. Cavaler. dec.298.*
*n.2. & ſeqq.*, *& in Bononien. Bonorum 26. Fe-*
*bruarii 1698. §. fin. coram Pio*.

Non diſcedendo ab hac eadem materia
adæquandæ Dotis inter Sorores ſcripſeram
Advocationem exercens in una *Eugubina*
*Dotis*, in qua Pater, dotando filiam in certa
& determinata ſumma, eidem expromiſerat
tribuere, ſi quid plus aliis filiabus tribuiſſet:
Contigit, quod filii, & reſpective Fratres,
dotando aliam Sororem ſubortam longe poſt
primam nuptam, conſtituerint ſuperventæ
Sorori ſimilem quantitatem traditam primę;
ſed quia, facta valutatione, ſeu ponderatione
prioris Dotis, in ea cõpræheuſæ dicebantur
nonnullæ ſucceſſiones, ſeu legata magis im-
portantia, quam incluſa in ſecunda dotatio-
ne, cæpit idcirco prima nupta prætendere,
quod ad formam pacti ſibi Dos a Fratribus,
& communis Patris hæredibus coæquaretur,
& de facto diſputata Cauſa *cor. Rondinino*
ſub die 20. *Iun. 1685.*, *&* 18. *Apr.* 1687. vo-
ti compos obtinuit reſolvi pro exequutione
Mandati, quod A. C. ejus favore relaxave-
rat: Ego igitur adſcitus in hoc ſtatu pro Fra-
tribus ſuccumbentibus aliquam ſentiebam
difficultatem contra reſoluta, & ideo pro
obtinenda nova Audientia dicebam.

Prętenſa inęqualitas Dotis Comitiſſę Cor-
neliæ correſpective ad Dotem traditam An-
næ Mariæ alteri Sorori pro obtinenda coæ-
quatione in vim pacti appoſiti in Inſtrumen-
to dotali, nullo modo probatur ex unica
44 præſumptione, quod Dos tradita præfatæ
Annæ Marię per ejus Fratrem cenſeatur con-
ſtituta in bonis Maternis, juxta Auctoritates
adductas in contraria Deciſiones §. *Econtra*:
Quia, ultra quod ceſſat iſta præſumptio,
45 quando (ut hic) Dos conſtituitur in pecu-
nia, quæ præſumitur propria dotantium,
*Rot. cor. Durano deciſ.210. n.22. & dec.393.*
*& coram Emo Ottbobon. deciſ.242. num.31.*,
*& dec.399. n.43. par.5. rec.*; Semper verum
46 erit, non probari exadverſo, hujuſmodi prę-
ſumptionem eſſe de illis, quæ plenam, & con-
cludentem probationem conſtituat, ad
hoc, ut conſiderari valeat ad effectum trans-
ferendi onus probandi contrarium in hanc
Partem Ream conventam, juxta firmata
per *Rot. cor. Card. Seraphin. dec.1422. n.10. &*
*ſeq. & cor. Coccin. dec.107. n.6. & dec.903. n.6.*
*& par.19. rec. dec.212. n.38.* Pręcipue, quan-
47 do onus probandi inæqualitatem incum-
bit ipſi Comitiſſæ Corneliæ non ſolum uti
Actrici, ſed etiam ex natura pacti, de quo
agitur, ex punctualibus *dec. cor. Buratt.696.*
*& 740. per tot.*

Clarius, quia allegata præſumptio quoad
partem Dotis Annæ Mariæ habet veritatem
in contrarium, nam in illius ſumma fuit
expreſſe compræhenſum legatum Lelii Se-
nioris conſiſtens in multiplico quartę partis
fructuum ſuæ pinguiſſimæ hæreditatis appli-
cando in dotationem filiarum Horatii, de
cujus multiplici præciſa quantitate cum non
conſtet, ſed tota portio dicti multiplici ad
illam ſpectans fuerit incorporata in ſumma
ſcut.6000. ſine ulla liquidatione, & deſcri-
ptione ſummarum, impoſſibile prorſus eſt
arguere remanentem quantitatem conſla-
tam de bonis paternis, itaut ex iſta fieri poſ-
ſit confrontatio, & commenſuratio cum
quantitate Dotis paternę tradita Comitiſſæ
48 Adverſariæ, cum certi, & incerti ad incer-
tum nulla ſit adinvenibilis proportio, *Rota*
*cor. Coccin. dec.1343. n.10.*, & ſemper Man-
49 datum exadverſo obtentum remaneat in
exequibile ob defectum liquidationis, quæ
neceſſario debet præcedere, *l. hac autem, §.1.*
*ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. eatur*, *Mangil. de ſub-*
*haſt. qu.50. n.11.*, *Magon. deciſ. Lucen.78.*
*n.8. & 14.*, *Rota apud Zacch. de oblig. Camer.*
*dec.228. n.5.*, *Greg. dec.547. n.7.*, *Ubag. dec.72.*
*num.12.*, *Pamphil. dec.77. n.1.*, *& ibi Ad-*
*den. n.12.*

Non obſtat reſponſio Deciſionis §. *Facilius*
quod ſcilicet etiam in Dote conſtituta Cor-
neliæ Adverſariæ comprę̈henſum ſit lega-
tum Lelii Senioris, & ideo ſicut illud ex-
computari debet de Dote Annæ Mariæ, ita

de illa ipſius Corneliæ Adverſariæ, & per
conſequens ſemper remaneat inæqualitas
Dotis adæquandæ in bonis Patris: Reſpondetur
enim, æquivocum conſiſtere in ſupponendo,
quod utraque pars multiplici ſit
æqualis, quod ſi verum eſſet, argumentum
*Deciſionis* curreret quatuor pedibus, ut dici
ſolet; Sed ſuppoſitum non probatur, & hoc
ſufficeret ad excluſionem prætenſæ inæqualitatis,
cum, ſtante etiam poſſibili majoritate
ſummæ provenientis a legato Lelii Senioris
in dote alterius Sororis, non ſit firmata
intentio Comitiſſæ Adverſariæ prætendentis
reſiduum conſiſtens in bonis Paternis eſſe
majus ſumma de iiſdem bonis ſibi tradita,
50 ſufficit enim Reo aliqualiter offuſcare probationes
Actoris, ad hoc, ut ejus intentio
non conſiſtat, *Bald. conſ.77. n.6. lib.2. Rot.
apud Poſth. de ſubhaſt. dec.47. in fine*, cum aliis
*in dec.297. n.22.*, *& 33. par.19.*, & in his
præciſis terminis *cor. Buratt. d. dec.696. n.13.*

Verum inſubſiſtentia ſuppoſiti ex facto ad
evidentiam convincitur; Cum enim de tempore
dotationis Comitiſſæ Adverſariæ, ſcilicet
de Anno 1643. Horatius quinque haberet
filias, ut ex *Summ. poſitionis* ex gratia reaſſumen,
*n.8.*, conſequens eſt, quod in ejus
Dote compræhenſa fuerit ſola quinta pars
multiplici coacervati uſque ad diem factæ
ampliſſimæ renunciationis ex inveſtimento
fructuum quartę partis a Lelio Seniore provenientis,
quam Comitiſſa excomputare ſolum
debet ex Dote ſc.6000., & ex aliis ſummis
per viam tranſactionis a Fratribus) ut in
eodem *Summ. n.3.*) poſtea acquiſitis; E contra
vero Anna Maria, quæ poſtea nata fuit,
non ſolum habuit portionem multiplici ex
propria perſona ſibi tangentem, quæ ſit excomputanda
de Dote ad videndum, quid
remanſerit de bonis paternis, verum etiam
portiones eodem modo excomputādas duarum
Sororum, Angelæ ſcilicet, & Victoriæ,
quæ, ut ex *d. Summ. n.8.*, poſt nuptias, &
renunciationem Comitiſſæ Adverſariæ objerunt,
idque ſtante jure accreſcendi, eo quia,
ut patet ex Teſtamento Lelii Senionis, *eodem
Summ. n.7.*, omnes filiæ Horatii ſunt conjunctæ
re, & verbis, nulla inter illas facta
51 partim diviſione, ideo portiones deficientium
accreſcunt ſuperſtiti conjunctæ, ut per
*Bellon. de Iur. accreſcen, cap.5. qu.5.*, *qu.19.
num.1.*, *6.*, *& per tot.*, *& qu.37. n.8.*, *& 9.
& ſeq.*, *& cap.6. quæſt.21, n.26.*, *& n.32.
verſ. Secundus caſus*, *& cap.7. qu.69. num.24.*,
*Card. de Luca de fideic, dec.32. n.10.*, *Fuſar.
de ſubſtit. qu.495. num.14.*, *& per tot.*, *Rot.
cor. Dunoz. Iun. dec.237. n.10. & cor. Eminentiſſimo
Cerro dec.841. num.6.*, *& dec.322.
num.8. & num.15.* & in his punctualibus terminis
*Menoch, lib.4. præſumpt.149. n.4.* cum
ibi relatis.

Patet igitur, quod triplo major eſt pars
multiplici, quæ contigit ultimæ Sororis, quę
etiam pinguius excrevit ex fructibus, & fructuum
fructibus multiplicatis ſpatio Annorum
22. inter utraſque Nuptias intercedentium;
Ideoque maniſeſte convincitur, quam
inſubſiſtens, & erroneum ſit ſuppoſitum,
cum quo procedit contraria *Deciſio* in ſolutione
objecti, & per conſeques firmum manet
aſſumptum, quod excomputato hujuſmodi
multiplico ex Dote Annæ Mariæ, reſiduum
bonorum Patris, ac etiam (ſi placet)
ejus hæredum longe minus eſt ſumma recepta
per Corneliam Adverſariam, quæ idcirco
perperam conqueritur de inæqualitate
Dotis, dum iſta adeſt quidem, ſed majoritas
ſtat in Dote ipſius Comitiſſæ Cornelię,
itaut magis congrua eſſet quæſtio de diminutione,
quam de prætenſo augumento.

Hæc procul dubio videntur ſufficere pro
nova Audientia, etiam conceſſis aliis quæſtionibus,
de quibus in *Deciſione*: Verū iſtę
ad honorem Cauſæ, & veritatis non poſſunt
concedi, quamvis enim neget *poſtrema Deciſio
§. neque ad tollendum*, quod apponenda veniant
in calculo Dotis receptę per Comitiſſam
Adverſariam ſc.600 per Patrem eidem
promiſſa pro expenſis, & apparatu Nuptiali,
52 non quia hæc non fuerint ſoluta, cum, ſtante
acquieſcentia per 40. Annos, & ultra, res ſit
clara pro prçſumpta ſatisfactione, ut in puncto
dixit *Rot. dec.41. n.9. par.11. & dec.29. n.2.
par.17. rec.* Minuſve quia hujuſmodi apparatus
non habeat naturam Dotis, cum contrarium
ſit incontroverſum, ex Juribus in eadem
*Deciſione* allegatis, ſed ex quo, dum promiſſio
iſta continebatur in Inſtrumento renunciationis
dumtaxat, non vero in Apoca
Matrimoniali cum Sponſo exarata, hinc proinde
ſatis appareat, non in cauſam Dotis,
ſed ex propria liberalitate dictam ſummam
ſc.600. Horatium expendere voluiſſe, ut in
*eadem Deciſione §. Nam quidquid*.

Attamen reſponſio iſta non videtur poſſe
ſubſiſtere; ultra enim quod hęc deſtrueret
aliam partem ejuſdem *Deciſionis*, in qua bonificantur,
& quidem Jure optimo ſc.400.,
quæ in renunciatione ultra Dotem ſc.6000.
tradita fuerunt pro extradotalibus, & quæ
non ſunt in Capitulis Matrimonialibus comprçhenſa:
Ceſſat omnis umbra, quia quemadmodum
*Deciſio* pro fundamento adęquandę
Dotis totam vim facit in illis verbis Capitulorum
Matrimonialium = *& ogn'altra coſa
proveniente da eſſo Orazio* = ita ex eadē, immo
majori ratione in calculo hujus prętenſæ
adæquationis poni debent iſta ſcuta 600.,
quæ, ſive ex cauſa Dotis, ſive extra Dotem,
ſemper proveniunt ab Horatio, ut patet ad
53 ſenſum, & quadrat regula *Text. in l. eum,
qui ædes, ff. de uſucap.*, ut ſcilicet una, & eadem
res, & diſpoſitio non debeant diverſo
Jure cenſeri,

Addi-

Digitized by Google

Additur, quod titulus aſſertæ liberalitatis
prorſus excluditur ex eo, quod præfata ſcu-
ta 600. fuerunt elargita ultra Dotem corres-
pectivo ad renunciationem, ibi = *quibus obli-*
54 *gationibus attentis, ac etiam habito reſpectu ex-*
*penſarum occaſione ſponſalitii, & apparatus &c.*
*præd. D. Cornelia &c. fecit d. D. Horatio &c.*
*quietantiam &c.* quæ certe titulū liberalitatis
de medio tollunt, ad tradita per *Cravett.*
*conſ.11. num.3., Mantic. de tacit. lib.3. tit.12.*
*n.8., 9., & 10.*, Rota *dec.65. num.7., & 8.*
*par.9. rec.* cum aliis late per *Altogr. Iun. con-*
*trov.29. n.20. & ſeq.*, niſi enim hujuſmodi
expenſæ pro Jocalibus, Veſtimentis, alioque
55 apparatu Nuptiali factæ fuiſſent ex burſa
Dotantis, certe major Dos fuiſſet conſtituta,
ut dicunt *Novar. in diſcurſ. apud Riccium*
*Collect.2594. verſ. quia Pater tanto majorem*,
*Theſaur. dec.195. n.5., Rot. dec.556. n.3.*
*par.1. diverſ.*

Rurſus nullo modo concedi valet, quod
promiſſio adæquandi Dotem Corneliæ, quæ
habet reſpectum, & legitur reſtricta ad Do-
tes aſſignandas aliis filiabus jam natis de
tempore ſtipulati Inſtrumenti, ibi *Eſtante,*
*che d. Sig. Orazio habbia più figliole femine,*
*promette per ſe, e ſuoi Eredi, che d. Sig. Cor-*
*nelia conſeguirà l' equivalente di quel più, che*
*daſſe all' altre figliole femine, e che ſaranno*
*egualiate le doti ſopradette &c.* quod inquam
trahi poſſit ad Dotem datam Annæ Mariæ
56 poſtea natæ, quæ venire non valet nomi-
ne filiarum exiſtentium de eo tempore,
nec ad ſui favorem, & multo minus ad
commodum alterius, *Theſaur. Iun. qu.84.*
*n.12. lib.3., Barbat. de fideic. par.3. cap.3. n.5.*
*& n.50. cum duobus ſeqq., Cenſal. ad Peregrin.*
*de fideic. art.27. verſ. obſervo fol.226., & verſ.*
*facile tamen fol.227., Fuſar. de ſubſtit. qu.318.*
*a n.57. ad tot. n.77., Grivell. dec. Dolan.108.*
*per tot., Rot. poſt eumdem Cenſal. ad Peregrin.*
*dec.17. n.22., & cor. Bich. dec.493. n.29. & 30.*
cum aliis in propoſitione Cauſæ allegandis;
57 quæ fortius procedunt, ſtantibus verbis re-
ſtrictivis ad tempus præſens, ex punctuali
*conſ. Surd.55. n.15., & pluribus ſeqq.*, & ſunt
*Text. in l. in ſuſtitutionibus in fin. ff. de vulg.,*
*& pupill., l.4. §. fin., ubi gloſſ. in verbo tunc, ff.*
*de condit., & demonſtr.* late *Rot. dec.95. n.33.*
*par.11. rec.*, & in puncto verbi *habeat*, eſt
58 *gloſſ. in l. Ideoque, ff. de liber., & poſthum.* ubi
dicitur, ſi Teſtator inſtituit Poſthumum,
quem habet, non includitur alius præter-
cum, qui eo tempore erat in ventre, *Bartol.*
*in l. placet n.1. in fine ff. eodem tit.*, egregie
*Surd. d. conſ.55. n.15.*

Non obſtat, quod eadem ſit ratio inter
filias natas, & illas naſcituras, maxime ad
ſervandam æqualitatem: Reſpondetur enim
nos non verſari in fideicommiſſo, nec quæ-
ſtionem eſſe de vocatione ex voluntate diſ-
ponentis, qui ſunt termini *Auctoritatum*, de
quibus in *Deciſione*, qui nec etiam poſſent ap-
plicari ob verba reſtrictiva ſuperius ponde-
59 rata, & ad quæ, uti ſpecialia, & limitativa,
non videtur adæquate reſponderi repetendo
regulam, & generalia, ut per *Rot. in Bono-*
*nien. fideicommiſſi de Medico apud Adolin. reſo-*
*lut.120. ſub n.48. verſ. hoc enim;* Sed contro-
verſia eſt in pacto per Contractum inito, in
quo videndum, qui fuerit ſtipulatum, non
60 quid potuerit ſtipulari, & ſi nec in ultimis
voluntatibus ſine urgentiſſimis conjecturis
fit extenſio de caſu ad caſum, de perſona ad
perſonam, aut de tempore ad tempus, ut per
*Fuſar. de ſubſtit. qu.457., 458. & 460. per tot.*
61 quid erit dicendum in pacto obligatorio,
& contra conſuetum appoſito, de cujus natu-
ra eſt, ut ſtrictiſſime debeat interpretari, per
*Tex. in l. quidquid adſtringendæ, ff. de verb. oblig.*
*Rot. dec.459. n.1. par.4. tom.1., & deciſ.45.*
*n.3. par.13., & deciſ.373. n.40. par.19. rec*, &
in his terminis *cor. Buratt. d. dec.696. & 740.*

Fortius, cum nullæ adſint conjecturæ, niſi
idæales, & genericæ, non autem elicitæ ex
ipſo Inſtrumento, ut debet, juxta plene rela-
tos in fortioribus terminis per *Fuſar. dicta*
*quæſt.460. n.22.*, & deficiat etiam identitas
rationis; illa enim æqualitatis ſervandæ, (ul-
tra quod hic fuit ſatis, ſuperque ſervata cum
exceſſu etiam ſc.800. ad favorem Comitiſſæ
Adverſariæ,) non procedit in Matrimoniis
diverſo tempore factis, ex quo in dies Dotes
62 ratione temporum, & excreſcentis luxus,
& expenſarum præſertim occaſione Nuptia-
rum augentur, ut vere videantur rediiſſe
tempora, de quibus ait Poeta =

*Matrona incedit Cenſus induta Nepotum.*

proindeque ſufficit, quod æqualitas ſit ob-
63 ſervata in quantum concernit vices illorum
temporum, ut cæteris plene congeſtis in in-
dividuo ſimilis prætenſæ promiſſionis de
adæquando tradit *Cirocc. diſcept.40. n.18.*

Ejuſdem inſubſiſtentiæ detegitur replica-
tio ad id, quod dicebatur, pactum adæquan-
di Dotes omnino fore intelligendum reſpe-
ctu quantitatis in genere, non autem quali-
ficative ad originem bonorum, vel Jurium,
quibus eædem Dotes componebantur, præ-
ſertim, quia, poſt hanc promiſſionem Hora-
tius adjecit illa verba = *non oſtante la dote ſo-*
*pra coſtituita nella quantità di ſc.6000.*; Re-
ſpondere etenim, quod ſint intelligenda, ut
non obſtante conſtitutione Dotis in ſc.6000.,
nempe ſc.3250. in bonis Maternis, & 2750.
in bonis Paternis, ſi aliquid plus haberent
cœteræ filiæ in bonis Paternis, teneretur Do-
tans, ejuſque hæredes eidem Corneliæ ſup-
plere, ut ſunt verba *dictæ ſecundæ Deciſionis*
*§. Nec ad probandam in fin.* profecto eſt nimis
ſubtiliter ratiocinari in materia, in qua ſtri-
64 ctiſſime procedendum eſſe punctualiter
firmarunt *citata dec. cor. Buratt.740. n.1., &*
*n.8.*, & alia *cor. Coccin.1704.*

Potiſ

Potiſſime inſpecta ratione, propter quam ſimilia pacta de adæquāda Dote celebrantur cum futuris Viris, quæve (prout hic) non conſiſtit in aliquo burſali intereſſe, ex quo nemo foret tam fatuus, qui minorem Do-
65 tem reciperet ſub ſpe fututæ incertitudinis, ſed ſtat in eo, quod Vir renuit in conſpectu Mundi videri recepiſſe minorem Dotem, quam alteri Viro poſtmodum tribuatur occaſione nuptiarum alterius filię, ut ait *Bald. in l. ſi volunt n.2. C. de Dot. promiſs.*, *Salicet. in l.2. n.3. ff. de Dot. caut. non numer.*, *Mantic. de tacit. lib.11. tit.20. n.24. verſ. Nequè obſtat*, *Card. de Luca de Dote diſc.27. n.13.*

Quamobrem cum iſta ratio non habeat reſpectum ad qualitatem, ſed ad exteriorem, & apparentem quantitatem, & inſimul concurrant verba, de quibus proximè, adverſativa ſoli quantitate, abſonum videtur cogitare, quod ad qualitatem interpretativam, & non ad quantitatem literaliter expreſſam habita fuerit relatio, quando tamen ſuffice-
66 ret, nos in dubio verſari, ad hoc, ut verba cenſeantur potius ſtare quantitative, quam qualificative, ut in ſpecie reſpondet *Rota dec.16. n.10. par.17. rec.*

Abſque eo, quod ad hoc mereantur attendi illa verba- *E qualſivoglia coſa proveniente da eſſo Sig. Orazio, e ſuoi Eredi*: Omiſſo enim, quod hæc verba non ponderantur reſpectu apparatus Nuptialis ſc.600., cui magis quadrant, ut fult ſupra animadverſum; Nonne dictum fuerat ſuperius = *Quindi è, che il Sig. Orazio Fonte per Dote li dà, & aſſegna ſc.6000., e di ſtare, e pagare per ogni ragione, attione in qualſivegl a modo ſpettante à d. Sig. Cornelia de ſuoi avventizj Paterni, e Materni*: Unde cum eadem perſona Horatii fuerit illa, quæ promiſit, conſtituit, & ſoluit in confuſo, omne, quod dedit ex quacumque cauſa, dicitur etiam de rigore Juris, & ex ſenſu litterali ab eodem
67 proveniſſe, nam cum *venire, obvenire, & provenire* ſint ſynonima, ut per *Rebuff. ad l. veniſſe 165. verſ. veniſſe pro obveniſſe, ff. de verb. ſignif.* hinc etiam proprie dicitur venire aliquid ab
68 eo, qui quocumque titulo tenetur illud præſtare, ad *Text. in l.45. ff. famil. erciſcund.*, *Calvin. in Lexic. Iuris litt. V. in verba venire, §. Venire verbum.*

Conſtat igitur ex dictis, corruere ſingula *Deciſionis* fundamenta, & tamen ſufficeret, aliquod ex illis non ſubſiſtere pro conceſſione novæ Audientiæ pro qua humillime ſupplicatur.

*Credo, quod Cauſa poſtea terminavit per Concordiam, quia amplius de ea actum non audivi.*

## MAJORICEN. BENEFICII

*Lunæ 15. Iunii 1699.*

## ARGUMEMTUM.

Electio, ac præſentatio facta per viam Compromiſſi an, & quando ſubſtineatur, & an utraque fieri valeat per ſortes, itaut qui remaneat extractus ab Vrna cenſeatur electus, aut præſentatus; Et quid, ſi ſors mittatur inter duos, vel plures pari meritorum qualitate ſuffultos, vel pariter inter duos, aut plures diu concertantes ſuper aſſecutione Beneficii. Officia ſæcularia an conferri valeant per ſortes, præſertim ſi ita vigeat conſuetudo. Plura de ludo ſortis, vulgo *Lotto*, & ſignanter de illo publice in Vrbe prohibito, qui verſatur circa eventualem exactionem alicujus Magiſtratus, aut alterius Collegii, & traditur cauthela, qua mediante poſſet talis ludus facillime ab Vrbe, & Statu Eccleſiaſtico exterminari.

## *SVMMARIVM.*

1 *In actibus Collegialibus minor numerus ſemper remanet a majori ſuffocatus.*

2 *Electio pro ſui validitate requirit, quod major pars Capituli in electū conſenſerit.*

3 *Jus eligendi integraliter conſolidatur in Electaribus, qui valide elegerunt, ſi alii contra formam Iuris ad electionem proceſſerunt.*

*Et de ratione, num.4.*

5 *Electio per viam Compromiſſi fieri nequit, niſi de conſenſu omnium, & ſingulorum de Capitulo, & n.9.*

*Et de ratione, num.6.*

7 *Major pars non præjudicat minori, ubi agitur de intereſſe ſingulorum.*

8 *Major pars Capituli poteſt per ſpeciē Compromiſſi ante actū Electionis admitere extraneos in Aula Capitulari pro habendo illorum conſilio ſuper modo eligendi.*

10 *Electio facta per ſortem a Jure improbatur, & num.36.*

*Idemque procedit in præſentatione facta per ſortem ad Beneficia Eccleſiaſtica, num.11. 15. & 22.*

*Et quid, ſi ſors mittatur inter duos, aut plures paribus meritis ſuffultos, n.16., & 17.*

*Et reſpondetur exemplo* Divi Matthiæ, *qui fuit electus ad Apoſtolatum per ſortem, num.20. & 21. juncto num.13.*

12 *Officia ſæcularia conferri poſſunt per ſortes.*

*Declara tamen, ut num.14. 30. & 31.*

18 *Collatio meriti ad meritum, & zeli ad zelum neceſſaria eſt in Electionibus inter duos, vel plures pari meritorum qualitate ſuffultas.*

19 *Limitatio intelligenda venit in eiſdem terminis, in quibus regula procedit.*

23 *Diſpoſitio* Text. in cap. Avaritiæ, de Elect. in 6. *procedit etiam contra præſentatos ad inferiora Beneficia.*

24 *Duo Teſtes in quacumque materia plene probant.*

25 *Scientia præſumitur in his, quæ quis ſcire tenetur.*

26 *Ius præſentandi integraliter conſolidatur in uno ex Patronis, qui valide præſentavit, quoties alii Patroni devenerunt ad alterius præſentationem per ſortem.*

27 *Pa-*

27 *Patroni an poſſint inter ſe convenire, ut præſentari debeat Epiſcopo is, qui ex pluribus invicem nominatis fuiſset ab Urna extractus per ſortem, & n.28.*

29 *Judicium ſortis non habet locum, niſi in caſibus à Jure expreſſis, & n.32.*

33 *Appellatio non datur à Judicio ſortis.*
*Fallit, ſi in extractione interceſserit fraus, dolus, & machinatio in præjudicium alterius, n.34.*

35 *Diviſio facta per ſortes ſubiacet retractationi ſtante læſione alterius ultrà dimidiam.*

37 *Succeſſio in fideicommiſſis poteſt committi Judicio ſortis inter plures vocatos mediante omnium imbuſsolatione, & dantur exempla.*

38 *Pendente lite inter duos, vel plures contendentes ſuper aſsecutione alicujus Beneficii, an eadem lis dirimi valeat per ſortes, & n.40.*
*Et an per tranſactionem, ibid. n.39.*

41 *Ludus ſortis, vulgò nuncupatus* Lotto, *an, & quomodo ſit licitus, & juſtus.*
*Et de duplici ſpecie Lotti permiſſi, aut prohibiti per publica Bannimenta, n.42. uſquè ad 45. & n.47. ubi aſſignatur remedium extirpandi Lottos illicitos, & prohibitos.*

46 *Pœna Cenſurarum infligi poteſt in quacumque prohibitione rei, in qua probabilitèr cadere poteſt peccatum.*

48 *Impunitas regulariter concedi non ſolet auctoribus principalibus delicti.*
*Niſi Princeps ex aliqua juſta cauſa alitèr decernat, n.49.*

## DECISIO XCV.

DIſſentientibus (ut plerumque ex humana varietate contingit) inter ſe Conſulibus, ſive Juratis Loci Sunii, à quorum præſentatione pendebat repletio Beneficii ſiti in Eccleſia Parochiali ejuſdem Loci, ipſorum tres totidem elegere Compromiſſarios; ſed hi nequè paritèr inſimul convenientes de perſona eligenda, ſatius duxerunt Urnæ fatalis arbitrio nomina prætendentiũ, cæca ſorte, extrahenda committere, & de facto ex illorum parte ſors cecidit ſuprà Michaelem; Verùm Antonio quarto ex præcitatis Conſulibus acritèr oppugnante hujuſmodi formam eligendi, tàm Judex de Partibus in prima Inſtantia, quam hodiè Tribunal noſtrum in ſecunda medullitus introſpecta rationabilitate oppogoationis, Raphaeli ſimplicitèr, & extrà fortunæ Aleam per ipſum Antonium canonicè præſentato, controverſum Beneficium adjudicandum fore exiſtimarunt.

Etſi namquè plura adversùs eumdem Raphaelem promoverentur opiecta, & ſignanter capitale videretur illud, quod dum ipſe nactus tantummodo fuerat præſentationem ab uno ex quatuor Conſulibus, ſive Patronis æquali præditis Jure ſuffragandi, non poſſet
1 idcirco inſtitutionem ullam, ſeù adjudicationem ad ſui favorem præſumere, & attentare, in materia liquidem explenda collegiativè minor numerus ſemper remanet à majori ſuffocatus, ad *Text. in cap.1. de his, quæ fiunt à major. part. Capit.*, & *in l. quod major 19. ff. ad* Municip., *Barboſ. Vot. dec.47. n.18., Tamburin. de Iur. Abbatiſſ. diſp.6. quæſt.5. n.10., Ceccoper. Lucubr. Canon. lib.4. n.61., Rot. cor. Cavaler. dec.402. n.2.*; adeout neque ſufficiat obtinuiſſe majorem numerum compara-
2 tione alterius prælecti, niſi in ſe idem numerus excedat medietatem, ſecumque trahat majorem partem habito reſpectu ad totam Maſſam Collegii, & Capituli, ſicuti uno ore tradiderunt *Miraud. in Manual. Prælat. Regul. tom 2. qu.23. art.27., Ceccoper. loco cit. n.62., Matt. de Cauſ. Conſiſtor. ſect.19. §.3. n.30. & 31., Adden. ad Baratt. dec.809. n.10., Rot. cor. Durano dec.232. n.2., & deciſ.214. n.2. cor. Dunoz. Iun.*

Arriſit tamen prompta reſponſio, videlicet, Theoricam hanc minimè applicari, quando iidem Electores, sivè Patroni ſcienter aberrantes ab Eccleſiaſtica forma devenerunt ad actum omninò illicitum, & impro-
3 batum, tunc enim vel ex Jure accreſcendi, vel rectiùs ex altero non decreſcendi, jus eligendi, ac præſentandi remanet conſolidatum penes illum, qui canonice ſe geſſit, Quia cum idem Jus eligendi, ac præſentandi in ordine ad propriam eſſentiam ſit individuum,
4 ſolumque ſcindatur quoad exercitium, eo ipſo, quod cæteri de Collegio, vel Capitulo ſemetipſos per abuſum propriæ poteſtatis eſfecerunt indignos, vel infirmos, tota virtus expanditur, & reſpective coaleſcit etiam in unico membro ſano, quemadmodum non minùs citrà contradictorem affirmarunt *Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib.1. cap.19. ſub n.86. verſ. immò etſi unus, Lotter. de re beneſ. lib.2. qu.18. n.4. & 5., Card. de Luca de Iurepatr. diſc.31. n.3. & diſc.34. num 9., Rot. coram Cavaler. deciſ.231. num.2., & deciſ 219. n.4. & ſeqq. par.9. rec.*

Quoad autem reliqui alii tres Conſules, ſeu Patroni ſeſe de facto reddiderint indignos, & tamquam inutilia ad hunc effectum membra ſeparatos ab ipſo corpore Magiſtratus, & Collegii, luciduſſimè conſtitit ex duobus; Primò ſiquidem, quia noo obſtante juſtiſſima renuentia quarti Collegæ, prædicti tres in eam abiere ſententiam, ut eorum vices compromitterent in totidem Presbyteros,
5 quandò certiſſimum eſt, per viam Compromiſſi deveniri non poſſe ad ullam electionem, vel explicationem actus Collegiativi, niſi ad ineundum Compromiſſum omnes de Univerſitate, Capitulo, ac Collegio tamquam

quam Cor unum, & Anima una conveniant, alias nullitate inevitabili claudicat, & corruit quælibet electio, ac præſentatio, prout ex doctrina *Abb. in cap. In cauſis 30. n.3. de Elect.* communitèr demonſtrarunt *Vivian. de Iurepatr. lib.8. cap.2. n.28.*, *Lavor. de Elect. tit.4. cap.19. n.31.*, *Fagnan. in cap. Licet de vitanda, antè n.70. verſ. Compromiſſum autem, eod. tit. Peyrin. de Regular. tom.2. in addit. ad Conſtit. Gregor. XIII. cap.3. n.17.*, *Matt. de Cauſ. Conſiſtor. d. ſect.19. §.4. n.5. cum ſeqq. Paſſerin. de Elect. cap.22. n.19.*

Idque ex ea potiſſima ratione, quia negocium præſentationis, ſeu electionis pertinet
6 ad ſingulos de ipſo Magiſtratu, ac Capitulo, non autem, ut accidit in aliis rebus pertinentibus ad ipſum Corpus Univerſitatis, & Collegii, quo caſu, ne publica, ſive communis utilitas fraudata remaneat per oppoſitionem unius, vel alterius, major pars præjudicat minori, vel, quod idem eſt, minor pars obſtringitur ſubire legem majoris, prout egregie materiam enucleando diſtinguit *idem Abb. in cap. cum Vintonienſis à n.3. de Elect.*, quem ſequuntur *Vivian.*, *Paſſerin.*, cæterique
7 ſuperiùs allegati; Et generalitèr, quod ubi agitur de intereſſe ſingulorum, major pars non præjudicet minori; *Surd. conſ.65. n.16. & ſeq.*, *Adden. ad Buratt. dec.573. n.10. & ſeqq. Urceol. de Tranſact. qu.25. n.7. cum ſeqq.*, *Card. de Luca de Iurepatr. diſc.64. n.17.*, *Rot. dec.85. num.7. par.8. recent.*, *& dec.473. n.4. coram Card. Cerro*, *& in Rom. Immiſſionis 26. Martii 1696. §. Ut etiam*, *cor. R.P.D. meo de la Tremoille*.

Abſque eo, quod hujuſmodi nullitatem offuſcare valeret ſubalterna *Doctrina* ejuſ-
8 dem *Abb.* admittentis cum *Compoſtell. in cap. Scriptum, eod. tit. de elect.* poſſe per majorem partem fieri ſpeciem quamdam Compromiſſi mediante extraneorum admiſſione pro habendo conſilio, uti ſubdit idem *Abbas in dicto cap. cùm Vintonienſis ſub n.4. verſ. idem dicit*: Quoniàm in noſtra hypotheſi concluſio hæc jugulabatur in facto, tres quippe Præsbyteri non fuerunt adſciti pro capeſſendo ab eis conſilio, quod proprie concidit, quoties eligere debentes admittunt ad hunc effectum in ipſo loco electioni dicato (ut inquit *idem Abb.*) Forinſecos, poſitive etenim alii tres Conſules, ſeu Jurati deputavere tres Presbyteros in figura veri, & effectivi Compromiſſi, nimirùm, ut non aſſumerent con-
9 ſilium ab eis, ſed ut in eos proprias vices, & ſuffragia mandarent, & compromitterent, juxtà naturalem importantiam, & eſſentiam in ſubiecto, de quo agitur, cujuslibet Compromiſſi, ad tradita per *Fagnan. in cap. Cauſam n.6. & ſeqq. de Elect.*, *Paſſerin. eod. tract. cap.22. n 3. cum ſeqq.*, *Matt. de Cauſ. Conſiſtor. d. ſect.19. §.4. ex n.1.*

Urgentiùs verò ſecundò loco præfulgebat nullitas, & reſpective impoſſibilitas habendi rationem de tribus contradicentibus Conſulibus, quia ſi ad litteram *Text. in cap. fin. de*
10 *ſortileg.* ipſa præelectio Compromiſſariorum irrita eſt, & nulla, quando per ſortem facta fuit à Collegialibus, vel Capitularibus, ſub illa perpetua damnatione, de qua *Pontifex Honorius III. in eod. cap. fin.* ibi = *Sortis uſum in talibus perpetua prohibitione damnantes*; Quid dicendum, quando ipſimet Compromiſſarii, loco perhibendi ſuffragium vice, & nomine Compromittentium, delapſi ſunt ad eligendum Michaelem per viam ſortis, &
11 Urnæ? Electionem namque, ac præſentationem ad Eccleſiaſticas Dignitates, & Beneficia à fortiori ſubiacere gladio prædictæ *Decretalis*, late examinato articulo demonſtrat *Gonzal. in præcit. cap. fin. de Sortileg. ex n.4. ad fin.*, & ante eum idipſum docuere *Petr. Gregor. Tholoſan. in partit. Iur. Canon. tit. de Elect. cap.3. n.10.*, *Azor. Inſtit. Moral. par.1. lib.9. cap.21. verſ. At verò*, *Garz. de Beneſ. par.5. cap.4. num.204. Sanchez ad præcept. Decalog. lib.2. cap.38. n.71. P. Moron. reſponſ.95. n.121.*, *Paſſerin. de Elect. cap.18 per tot.*

Quin ad tuendam Electionem ſucceſſivè expletam ab hiſce Presbyteris Compromiſſariis ſuffragarentur Jura, & exempla deſumpta per Defenſores Michaelis ab eodem *Gonzal.*, quod ſcilicèt non minùs Officia, ac Di-
12 gnitates Sæculares conferri conſueverint rite, & legitime per Sortes, ut etiam admonent *Tiraquell. de Iur. Primog. qu.17. opin.1. ſub n.15. verſ. Sed in Sæcularibus*, *Romaguer. in addit. ad Conciol. ad Stat. Eugub. lib.1. rubr.6. n.26. cum duob. ſeqq.*, *Modern. Epiſc. Verulan. ad Stat. Favent. lib.1. rubr.2. ex n.49. cum plu-*
13 *rib. ſeqq.*, quodque etiam idemmet faſtigium Divini Apoſtolatus fuerit in perſona S. Matthiæ per organum Sortis collatum, ut habetur in *Act. Apoſt. cap.9.*, & referunt *Caput. de Regim. Reip. cap.4. n.15.*, *Capon. diſcept.112. n.33. in fin.*

Siquidem circà Officia Civilia, reſque prophanas, potuiſſet in contingentia caſuum forſan ſubſtentari electio Magiſtratuum, diviſio Bonorum, aut hæreditatis,
14 cum ſimilibus, quamvis, & in hoc (niſi id circumſtantiæ ſuadeant) res diei mereretur undequaque ambigua, repugnante cenſura clariſſimorum Hominum; ipſe namque *Cornel. lib.3. ſuor. Annal.* poſtquam de hujuſmodi conſuetudine teſtatus fuit, ut ibi *dein ambitu ſuffragiorum ſuſpecto Sorte ducebantur ex numero Prætorum, qui præeſſent*, incontinenti ſubiungit, = *nec id diù manſit, quia ſors deerrabat ad minùs idoneos*, & conclamat *Senec. in ejus Hercul. furent.* =

*Fortuna Viris invida fortibus*
*Quàm non æqua bonis præmium dividis!*

At in materia Eccleſiaſtica, in qua totum provenit à Sanguine, & Patrimonio Domini

Digitized by Google

ni Noſtri Jeſu Chriſti, ( prout ſunt Beneficia
reſultantia plerumque ex peccatis Mortuo-
rum) Jura penitùs abhorrent committi Sor-
tis inſanici diſtributionem ejuſdem Patri-
monii , adeout aptari poſſet lamentatio Di-
vini Redemptoris, = *& ſuper Veſtem meam*
(qualis eſt Eccleſia inconſutilis) *miſerunt for-
tem ;* Proindeque ea , quæ uſu ita ſuadente
15 permittuntur in ordine ad Officia Sæcula-
ria , eſſe penitùs improbata quoad Eccleſia-
ſtica Beneficia, præfinitum habemus in utro-
que Jure, ut apparet ex *Iuſtinian. in l. Sacris
noſtris 45. C. de Epiſc. & Cleric.*, & ex *Honor. III.
in dicto cap. fin. de Sortileg.*, ac prætèr ſupe-
riùs congeſtos *ſub §. Urgentiùs verò* compro-
bant *Pellizzar. in Manual. Regular. tract. 9.
cap. 2. ſect. 1. n. 16.*, *Donat. in prax. Regular.
tom. 2. tract. 1. quæſt. 12. n. 1. & 2.*, *Matt. de Cauſ.
Conſiſtor. ſect. 19 n. 29.*

Vixque forſan admitti poſſet præelectio
cæco, ut dicunt, Fato, & idæali fortunæ com-
miſſa, quoties eligere, vel præſentare deben-
tes prona animi alacritate, & ſtudio perpen-
16 dentes merita plurium prætendentium, hæ-
rerent circa gratificationem, & præelectio-
nem, quia data paritate meritorum, & con-
flictatione proprii Judicii in Eligentibus, etſi
laudabiliùs eſſet ( ut ait *Sanchez ad Præcept.
Decalog. lib. 2. cap. 28. n. 74. in fine* ) recurrere
ad Sententiam Epiſcopi ; Adhuc abs re non
eſſet , ſi Divino implorato præſidio eadem
præelectio demandaretur Urnæ revolutioni,
prout videntur conſentiiſſe *Troil. Malvet. de
Sortib. par. 3. ſub n. 11. verſ. Nam Sors tua: mit-
titur*, *Mandſ. ad regul. 33. Cancell. quæſt. 14. ſub
n. 18. verſ. Sed advertendum*, *Garz. de Beneſ.
par. 5. cap. 4. n. 204. & ſeqq.*, *Paſſerin. de Elect.
cap. 18. n. 10.*, *Matt. de Cauſis Conſiſt. d. ſect. 19.
n. 31.*, & incidentèr dictum fuit *in deciſ. 106.
n. 6. cor. Card. Cerro*, licet contrarium etiam in
17 hoc caſu teneant *Caſtropal. oper. Moral. par. 3.
tract. 17. diſp. 1. punct. 6. n. 6.*, *Delbene de offic.
SS. Inquiſit. par. 2. dub. 225. ſect. 3. per tot.*, *Gon-
zal. in d. cap. fin. n. 8. in fine, de Sortileg.*

In præſenti verò caſu nullibi conſtabat de
æqualitate meritorum inter Michaelem , &
18 Raphaelem, nulla etenim facta fuerat colla-
tio meriti ad meritum, zeli ad zelum, ſicuti
*Canones* deſiderant *in cap. in Geneſi 55. & in cap.
Eccleſia veſtra 57. de Elect.* Verum præfati tres
Presbyteri abeundum eſſe cenſuerunt in per-
ſonam Michaelis de eo tempore puri Laici,
& idcircò remanente potiùs inæqualitate
meritorum, neque etiam intrare valebat Ju-
dicium Sortis in terminis quoque tolerandæ
19 limitationis, ex quo tam regula, quam limi-
tatio venit intelligenda in ſuis caſibus , ad
notata per *Altogr. conſ. 68. n. 46. lib. 1.*, *Mo-
dern. Mantuan. conſult. 110. n. 18.*, *Rot. deciſ. 6.
n. 4. & deciſ. 342. n. 3. par. 18. rec.*

Eoque propterea non erat opus diſcutere
exemplum S. Matthiæ, qui fuit in locum pro-
20 ditoris Judæ ſubrogatus: Ultra enim, quod
congruum tunc temporis videbatur , per Sa-
croſanctum Collegium Apoſtolorum remit-
ti non jam Sorti, niſi nomine tenus, ſed
Divinæ providentiæ, prævio jejunio, & ora-
tione, deſtinationem vacantis Apoſtolatus,
ſub ulteriori enixa vocatione = *oſtende nobis
quem elegeris* = ; adhuc hodie idem Spiri-
tus , qui ubi vult ſpirat , eodem modo , quo
tunc præcordia Apoſtolorum inſpiraverat ,
inſufflavit etiam fortaſsè ob frigeſcentem
charitatem in Corda Summorum Pontifi-
cum Divi Petri Succeſſorum , ut damna-
rent hujuſmodi Electiones per ſortem : Ac
21 demum ulteriùs in eodem caſu S. Matthiæ
duo jam merito æquales juxta humanam
prænoſcentiam extiterant a ſedulitate Apo-
ſtolorum inter cæteros Diſcipulos undequa-
que dignos præelecti , unde nil mirum , ſi in
hac paritate negocium cum tot circumſtan-
tiis, & præparationibus Divinæ bonitati com-
miſſum fuit , ut benè reſpondendo ad hoc
idem exemplum obſervant *Sebaſt. Medic. in
ſumm. concord. Canon. Decret. cauſ. 26. qu. 2. ar. 1.
per tot.*, *Donat. in prax. Regul. par. 2. tract. 1.
qu. 12. n. 2*, *Delbene de Offic. SS. Inquiſit. par. 2.
dub. 225. ſect. 7. ex n. 9. uſque ad fin.*, *Gonzal. in
d. cap. fin. n. 11. de Sortileg.*, *Matt. de Cauſ. Con-
ſiſt. d. ſect. 19. n. 29. & 30.*

Palpabant Defenſores Michaelis hanc ve-
ritatem, & idcircò tentabant evitare diſpoſi-
tionem , ac forbicem hujuſmodi Jurium , &
rationum ſub eo prætextu , quod eadem Ju-
ra, & rationes percuterent caſum veræ, & ef-
fectivæ Electionis Canonicæ, non autem ſim-
plicis præſentationis ineundæ per Magiſtra-
tus , & Perſonas Sęculares : Sed Domini re-
tenta diſtinctione , de qua ſupra , prę oculis
habuerunt obiectum ipſius pręſentationis ,
nam ubi actum extitiſſet de Magiſtratu Sęcu-
lari eligente aliquem, vel aliquos ad Officia,
vel munera Sęcularia , profectò idem obie-
ctum ex ſuperiùs animadverſis valuiſſet co-
lorari, aut etiam rectiùs ſubſtentari; Sed cùm
22 pertractaretur de Beneficio Eccleſiaſtico, &
Patrimonio Chriſti , eadem ratio , quę pro-
cedit in Electione , abſque ulla aſſignabili
differentia militat etiam in collationibus, ac
pręſentationibus, teſte ad abundantiam in his
punctualibus terminis *Io: Cirier. de Primog.
lib. 1. quæſt. 9. ſub n. 7. verſ. Si enim non licet*,
*Tamburin. de Iur. Abb. tom. 1. diſp. 5. quæſt. 22.
n. 9.*, *Rota coram* Duran *deciſ. 291. n. 36.*, & in
23 ſimili , quod diſpoſitio *Text. in cap. Avari-
tiæ, de Elect. in 6.* loquens de Electis ad majo-
res Prçlaturas , habeat etiam locum adver-
sùs prçſentatos ad inferiora Beneficia, *Rebuff.
in prax. Benef. par. 2. tit. de ſubrog. Collitig. gloſſ.
4. n. 9.*, *Vivian. de Iurepatr. lib. 8. cap. 8. n. 12.
cum trib. ſeqq.*, *Lotther. de re Beneſ. lib. 2. qu. 13.
n. 3. & 4. & n. 55. cum duobus ſeqq.*, *Frances
de Intruſ. quæſt. 2. n. 53. & 14.*, *Corrad. in prax.*

*Beneſic. lib.4. cap.7.n.16., Card. de Luc. de Canon. & Capit. diſc.26. num.10*, Rota *coram Bi-ebio deciſ.355. nu.1. & 2. & deciſ.22. ex n.15. uſque ad finem par.16. recent.*

Deſtituti igitur iidem Deſenſores hoc præ-
ſidio ad excuſandam nullitatem præſentatio-
nis Michaelis, convolabant ad alterum ful-
cimentum ignorantiæ in ipſis Conſulibus,
quod nempe neſciverint hi, præſentatio-
nem factam a Presbyteris Compromiſſariis
promanaſſe ab extractione ſchedularum ab
Urna: Sed & hoc motivum pariter macta-
batur in facto, quia (ultra notorietatem
ipſius rei in parvo Loco) legebatur *in Summ.*
Raphaelis *n.3* depoſitio quarti Teſtis, qui
palam aſſerebat una cum ſecundu Teſte, per-
cepiſſe a duobus in ſubſtantia Juratis, exti-
tiſſe Michaelem præelectum per nudam Sor-
tem, ſicque non erat ambigendum de po-
ſitiva ſcientia Juratorum, cum illa reſulta-
24 ret ex depoſitione duorum Teſtium, qui
ſemper in omni materia plene probant, ad
*Text. in cap. in noſtra, de Teſtib. & in l. ubi
numerus, ff. eod.*, maxime in actu illorum no-
mine geſto, quemve non ignorare teneban-
25 tur, ad regulam, quod paria ſint ſcire, vel
ſcire debere, de qua in *l. quod te in fin. cum ibi
not. per Gloſs. ff. ſi cert. petat.* cum concord. per
*Gratian. diſ.194. n.1., Barboſ. axiom.174. n.29.*

Et ita innitentes Dominis etiam primor-
diali defectui Compromiſſi, & neglecta alte-
ra objectione Loci, in quo ſecuta fuerat Ele-
ctio Raphaelis, tamquam abunde nuper in-
terventa *in altera Deciſione Leodien. Monaſte-
rii 4. Maii proxime præteriti §. Non itaque, &
ſeq. cor. Me*, reſolverunt, utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

HAnc Deciſionem, de qua mentionem fa-
cit *Modernus Urſaya in ſuis Inſtitut. Crimin.
lib.3. tit.10. ſub n.258.*, & in cujus ſequelam
protuli Sententiam ob demandatam Mihi
expeditionem ſub die 31. *Iulii 1699.* ſubſe-
quuta eſt altera Deciſio *cor. R. P. D. Muto*,
nempe 29. *Martii* 1700 in qua dictum fuit =
*Sententiam* Rotalem *eſſe confirmandam*, & hæc
pariter ſecunda Deciſio die 5. Maii ejuſdem
Anni 1700. fuit expeditioni demandata citra
ulteriorem provocationem in Cauſa.

Caſus, qui in præſenti *Deciſione* tractatur,
quoad praxim in ſuis circumſtantiis redditur
ſingularis; quia cum quatuor Jurati, ſeu Con-
ſules loci Sunii Inſulæ Majoricen. minime in-
ter ſe convenirent in nominatione, ſeu præ-
ſentatione facienda ad quoddam Beneficium
de eorum Jurepatronatus exiſtens, tres con-
cordarunt ſeligere quoſdam Compromiſſa-
rios, ut practicari etiam quandoque ſolet
in Canonicis Electionibus, ad normam *cap.
quia propter, de election.*, ſed hi vice eligendi
præſentandum, decreverunt fieri imbuſſola-
tionem certorum prætendentium, & Urna
revoluta ſortem expertus erat favorabilem
quidam Michael; ſed quarto Conſule in om-
nibus diſcordante, præſentatus ab eo dire-
cte fuit Antonius, qui in hac Cauſa trium-
phavit, & baſis reſolutionis præcipue funda-
ta eſt in *cap. final. de Sortileg.*, quæ Decretalis
prohibet fieri poſſe electiones, ac præſenta-
tiones ad Eccleſiaſticas Dignitates, & Bene-
ficia per viam, ſive uſum Sortis: Et certe in
præmiſſis terminis per hanc prohibitam, &
26 inanem extractionem perſonæ præſentandæ,
amiſſo ſuffragio trium Conſulum, totum
jus præſentandi, quod eſt individuum, re-
manſerat in quarto Conſule Canonice præ-
ſentate; ſed quid dicendum, ſi omnes con-
27 veniſſent, & a Buſſolo remanſiſſent extracta
hæc, vel illa perſona, *Rota* enim in *dec.459.
ex n.24. par.19. recent. tom.2.* videtur aſſenti-
ri, quod talis extractio ſubſtineatur, cum
reſpiciat ſimplicem actum extrinſecum, &
præparatorium, abſque eo, quod exinde di-
catur facta vera, & effectiva præſentatio, quæ
ſeorſim fieri debet coram Ordinario, cui in-
cumbit qualitates præſentati examinare.

Ego tamen crederem, quod etiam in hoc
caſu poſſet intrare diſpoſitio *Textus in d. cap.
final. de Sortileg.*, quia licet poſtea fieri debeat
28 exhibitio, & præſentatio (ut diximus) ocu-
lis Ordinarii, ſemper adhuc is præſentatus
erit electus, ſive deſumptus per Sortem, &
non per judicium Patronorum: & de facto
*eadem Rot. dicta dec.459. ſub num.26.* deinceps
magis inſiſtit, quia Communitas, forte ex
poſt gnara nullitatis, & prohibitionis, de-
venit ad ſecundam Canonicam nominatio-
nem.

Cæterum regula eſt, quod judicium Sor-
29 tis non habet locum, niſi in caſibus a Jure
expreſſis, vel a Jure toleratis, & determi-
natis, ut ait *Bald. in l.2. n.3. verſ. Verius puto,
C quand. & quib. quart. pars deb. lib.10.* &
poſt eum *Ant. Comez ad leg. 38. Taur. n.7.,
Mut. ad conſuetud. Panorm. cap.56. n.29., Lot-
ther. de re Beneſ. lib.3. quæſt.17. n.192. Sixtin.
de* Regal. *lib.2. cap.16. n.69.* Roxas *de Incompa-
tib.* Regn. *par.2. cap.4. n.27., Creſp. de Val-
daur. obſerv.23. num.203. par.1.*

Inter caſus vero expreſſos licet minime
reperiatur, quod electio ad Officia Sæcularia
30 fieri queat per Sortes, nihilominus ubi adſit
conſuetudo, prout viget in pluribus Civita-
tibus, & Rebus publicis, venit ſervanda, ut
teſtatur, & probat *Ferdin. Oter. de Officialib.*
Reipublic. *par.1. cap.9. a princ. uſque ad n.5.*,
31 & dummodo non tendat in præjudicium
communis boni, & injuriam proximi, admit-
tit *Sayr. in Clau.* Reg. *lib.4. cap.5. num.22.*

Qui autem ſint hi caſus a Jure permiſſi, vi-
32 deri poteſt in *l. ſed cum ambo, ff. de Iudic. d.
ſi quæ §. 1. ff. Famil. erciſc. & l. ſi duob. C. comm.
de legat.* cum pluribus aliis concordan. relat. a

*Larr.*

Digitized by Google

*Larr. deciſ. Granat. 45. num. 17. prope fin.*
Cumque Sors non habeat Superiorem,
33 regulariter ab Urna dari nequit appellatio,
neque alia Sortis reiteratio, ſed ea prima vi-
ce dirimit abſolute quæſtionem in ejus arbi-
trium compromiſſam, per ea, quæ cum *Bald.*
notant *Iaſon. in l. huiuſmodi, §. fin. n. 16. ff. de le-*
*gat. 1., Anton. Gomez ad d. leg. 38. Tauri n. 7. in*
*fin., Mut. ad conſuetud. Panorm. d. cap. 56. n. 30.,*
*Caput. de regim. Reipub. cap. 4. n. 15. verſ. Et pro-*
*pterea, & n. 22. in fin., Oter. de Official. Reip. d.*
*cap. 9. n. 10. par. 1., Larr. deciſ. Granat. 45. n. 18.*
*in fin., Arumens de Comitiis cap. 7. n. 112. in fin.*
Verum, quia ſub ſimulacro, vel ſimultate
Sortis gliſcere poſſunt deceptiones, & frau-
34 des, ideo juſtitia, quæ ſaltem habitu ſemper
eſt ſuperior nedum ipſi Sorti, ſed cuicumque
etiam virtuti, permittit in caſu doli, ſeu ma-
litiæ appellari, recurri, & reclamari poſſe ad
Judices, & Principes ejuſdem juſtitiæ Lo-
cumtenentes in terris, quemadmodum op-
portunè poſt *Scacc. Gizzarell. & alios* limitat
*Creſp. de Valdaur. obſer. 69. n. 25. par. 2. Oter. de*
*Official. d. cap. 9. ſub n. 10. verſ. Hoc tamen limita.*
Permittitur in ſequelam recurſus, ſeù ap-
pellatio in terminis prædictorum Jurium.,
*ff. famil. Erciſc. & Cod. commun. de legat.*, quan-
35 do ſcilicet ſequuta diviſione per Sortes in-
terceſſerit læſio alterius ex Condividentibus
ultra dimidiam, ſed hoc pro meo judicio re-
ferri non debet ad injuriam Sortis quamtum-
vis cœcæ, ſed potius ad irrationabilem ab
initio factam partium diviſionem, & quidem
ſi antequam ad Sortem referrentur eædem
partes inæquales, & læſivæ, poſſet reclama-
ri de injuſtitia ejuſdem inæqualitatis, etiam
fieri poterit poſt ſequutum Sortis judicium,
quod ſanare non poteſt, quod erat læſivum,
& injuſtum, & in hoc ſenſu bene procedunt
*Oinotom. in §. Quædam tit. de action. famil. Er-*
*ciſc. ſub n. 66. Inſtit. de action. Ciarlin. contr. 118.*
*n. 25. & 26., Capon. diſcept. 112. ſub n. 17. verſ.*
*Alis tamen, & ſub n. 19. verſ. Niſi tamen læſia,*
*& n. 35. in fin. verſ. Et licet fiat, & n. 36. & 37. Io:*
*à Sandè deciſ. Friſiæ lib. 4. tit. 11. defin. 1. per tot.*
Generaliter vero ad materiam hujus *De-*
36 *ciſionis*, quod præſentationes, seù electiones
ad Dignitates, Prælaturas, aliaque Benefi-
cia Eccleſiaſtica expleri nequeant arbitrio
Sortis, unanimiter id ipſum affirmant ultra
allatos in *Deciſione* etiam *Iaſon. in l. hujuſmodi*
*§. fin. n. 14. ff. de leg. 1.*, *Layman. Theolog. moral.*
*lib. 4. tract. 10. cap. 3. ſub n. 9. verſ. At vero, Lu-*
*dov. Engl. in Ius Canon. lib. 5. tit. 21. §. 1. n. 5.,*
*Franciſc. de Magiſtr. in Sylv. Eccleſ. tom. 2. lib. 1.*
*cap. 2. n. 4. in fin. & n. 5.* ubi etiam reſpondet
exemplo *Divi Matthiæ*, de quo *in noſtra De-*
*ciſ. n. 13., Creſp. de Valdaur. obſerv. 23. n. 198.*
*par. 1., Oter. de Official. Reip. d. cap. 9. n. 7. & Ro-*
*ta in Albaracinen. Canonicatus 10. Maii 1700.*
*§. Minuſque refert, cor. Rmo D. Molines De-*
*cano.*
Rigorosè igitur prohibitio reſtringitur ad
materias Spirituales, & Eccleſiaſticas, unde
videmus in praxi, quod etiam plurimæ Do-
37 tes, quæ diſtribuuntur per loca Pia paupe-
ribus Puellis, Sortis arbitrio committuntur,
immò per Teſtatores in deficientia graduum
perſonarum ab eis nominatarum præcipitur
imbuſſolatio illarum perſonarum, illorum
deſcendentium de hac, vel illa linea, vel ge-
nere, quę fideicommiſſis ab eis ordinatis frui
debeant, ut in illa *Faventina Buſſoli* diù agita-
ta *cor. Card. Caccia ſub die 2. Maii 1689. cor.*
*Reverendiſſimo D.* Molines *17. Febr. 1690., cor.*
*Emerix Iun. deciſ. 1338., cor. Urſino 10. Ianua-*
*rii 1698., cor. R. P. D. meo* Lancetta *9. Ianua-*
*rii 1699.* & occaſione expenſarum refunden-
darum à ſe imbuſſolari prætendentibus 21.
*Ianuarii 1709. cor. R. P. D. meo Falconerio, &*
*in Bononien. Cenſus ſuper extractione 10. Fe-*
*bruarii 1702. cor. Me.*
Immo etiamſi materia videatur quodam-
modo tangere punctum Eccleſiaſticorum
Beneficiorum, attamen quia non ferit illud
directè, ſed verſatur inter diverſos Collata-
rios ipſorum Beneficiorum, quive jam fue-
rant pro idoneis in Sortem Domini per Cle-
ricatum, vel alios Ordines recepti, non du-
38 bitarem (quidquid dicat *Paſſerin.*, cætero-
quin in ſuo caſu bene loquens, *de elect. cap. 18.*
*num. 9.* quod ſi lis verſetur inter duos, vel
plures contendentes ſuper aſſequutione ali-
cujus Beneficii, Sorte dirimi non valeat con-
troverſia, propter periculum, quod is, qui
foret per Sortem extractus, titulo forſan ca-
reret, vel ſimoniacè ingrederetur) contra-
rium eſſe verius.
Siquidem quemadmodum tranſigi poteſt
39 in rebus Beneficialibus, per viam ſaltem
amicabilis compoſitionis, dummodo acce-
dat legitimi Superioris auctoritas, ad tradi-
ta per *Urceol. de tranſact. quæſt. 25. n. 33.*, ita
40 ubi adſit legitima cauſa, & conſenſus ejuſ-
dem Ordinarii, litem abſcindi poſſe per Sor-
tem, merito voluerunt *Leſſ. de Iuſtit. & Iur.*
*lib. 2. cap. 43. dub. 9. n. 58. in fin. verſ. Fortaſsè ta-*
*men*, ubi dat rationem per hæc præciſa verba:
*Quia non eſt mens Eccleſiæ, ut lites diù protra-*
*hantur, & aliàs jure naturæ id non ſolum eſt li-*
*citum, ſed etiam optimum conſilium, nec Eccleſia*
*id unquam prohibuit:* = *Suar. de Relig. tom. 1. tra-*
*ctat. de ſuperſtit. cap. 12. n. 12., Layman. Theolog.*
*moral. d. lib. 4. tract. 10. cap. 3. n. 8. in fin. verſ. De-*
*nique, Engel. in Ius Canon. d. lib. 5. tit. 21. §. 1.*
*n. 6.* Ego adderem, quia quandoque diſpu-
tabile eſt ob incertitudinem eventuum litis,
an & in illa cadat quædam ſpecies Sortis,
juxtà illud (per modum tamen Proverbii, &
non aliàs) = *Habent ſua Sydera lites.* =
A' ſupradicta conſuetudine, ob quam (præ-
ciſivè ſemper à materia Spirituali, & Eccle-
ſiaſtica) per viam Sortis in pluribus Civitati-
bus extrahuntur Officiales, & quandoque
ipſimet Senatores, & Magiſtratus, ortum ha-
buit quædam alia ſuperfætatio ipſius Sortis:



Digitized by Google

Per abuſum quippe, vel per conſuetudinem
Inolevit ſuper nominibus extrahendorum ce-
lebrari quidam ludus, quem dicunt *Lotto*, de
41 cujus validitate, & juſtitia diſceptantur tam
*Theologi*, quam *Iuriſtæ*, ſicuti perſcrutando, &
deſcribendo eorumdem ludorum uſq; forma-
litatem, & naturam abundè recenſet *Modern.
Dominic. Urſaya Inſtitut. Criminal. lib. 3. tit. 10.
de Crimin. Lud. ex n. 171. cum plurib. ſeqq.*

Ipſe verò diſtinguerem ludum à ludo, Lot-
tum à Lotto; quia ſi agatur de Lotto, ſeù lu-
42 do, qui celebratur cum extractione Schedu-
larum, quæ habeant ſignum, vel non ſignum
premii ſequutæ extractionis, ſive ſint pecu-
niæ, ſive Merces, aliæque res venales, & non
dubito, quin abſtractivè valeat, & licitus exi-
ſtat, immò Supremi Principes hoc Ipſo be-
neficio in eorum neceſſitatibus quandoque
perfruuntur, tunc etenim negocium, & inte-
reſſe agitur, ac vertitur inter ludentes ex una,
& Principem, ſive Dominum illarum Mer-
cium, illarum rerum ex altera, & hoc per-
miſſum legitur etiam quandoque per publi-
ca Principum Decreta, ut eſt Decretum Du-
cale Urbini benè exornatum, & Doctrinis
refertum in ſuis *Annotat.* per *Campell. tom. 1.
Decr. 99.* adeout ſuper hiſce ludis citrà ſcru-
pulum coinciderint quæſtiones, exque fue-
rint examinatæ, & deciſæ in Tribunalibus
Eccleſiaſticis, ac etiam in *Sacro Auditorio*, ut
in illa *Romana Societatis Lotti deciſ. 58. & de-
ciſ. 368. par. 15. deciſ. 269. par. 16. & deciſ. 289.
par. 17.* cum pluribus aliis *cor. Hervault, cor.
Molines, & Urſino*, quas recenſet *Urſaya In-
ſtitut. Criminal. d. lib. 3. tit. 10. n. 178.*

Quoties autem agatur de illo Lotto, de
illa ſuperfætatione, quam diximus Sortis,
ſeù fortunæ, quæ perperam practicatur, & ſi
43 millies prohibita, & ſignanter Romæ ſuper
Sponſionibus, quæ fiunt à quibuſdam lu-
dentibus inter privatas perſonas ſuper for-
tuitis extractionibus Magiſtratuum illius, vel
alterius Civitatis, dubium cadere non po-
teſt, quin ſimilis ludus, ſeù Lottus ſit omni-
no illicitus, injuſtus, & iniquus; & de hoc
ad partes diſſerit *Urſaya Inſtitution. Crimin.
d. lib. 3. tit. 10. d. n. 171.* ubi *ſub n. 173. cum ſeq.*
refert Edicta prohibitoria per plures Sum-
mos Pontifices ad illius extirpationem pro-
mulgata, *Zaul. ad Stat. Favent. lib. 4. Rubr. 42.
n. 16.* ubi tractat etiam (ſicuti facit *Urſaya*)
plenè de aliis ludis prohibitis, quive plerum-
que à quadam fortuita Sortis propenſione vi-
dentur vulgo pendere; Unde de facto adfuit
etiam ſuper hoc delata controverſia ad no-
ſtrum Tribunal in illa alia *Romana Depoſiti,
ſeù Societatis Lotti 2. Maii* 1710. *cor. R. P.* D.
*meo Scotto*, non jam recta via, ſed per modum
à Principe effectum, ſeù redactum licitum,
cùm Fiſcus, mediante compoſitione tergens
reitatem, Partes de inita ſuper ludo Societa-
te contendentes ad ſuos Judices remiſerit, ut
narratur *in principio prælaudatæ Deciſionis.*

Dixi, *illicitum, injuſtum, & iniquum*; quia ſi
44 in prima ſpecie horum ludorum, de qua me-
minimus, plura inconvenientia, & præjudi-
cia publico bono adverſantia enumerat *Leo-
tard. de Uſur. quæſt. 23. ex n. 50., Cyriac. con-
trov. 422. n. 1. & ſeqq. & per tot.* quid dicen-
45 dum de hac ſecunda ſpecie, in qua ultra in-
convenientia, & præjudicia burſalia non tan-
tum ipſorum ludentium, ſed ipſius Principa-
tus, & Reipublicæ cum manifeſta inæquali
tate eventus Aleæ, ſuperaccedunt ſequelæ,
antecedentia peſſima, plerumque vel alio-
rum delictorum pro parandis pecuniis ad lu-
dendum non exiſtentibus in promptu, vel ad
auſpicandam ipſam ſortem extractionis per
malas artes, ſomnia, præſtigia, & fermè ſor-
tilegia, ac incantationes; undè Ego adſcitus
in quodam Conſeſſu, in quo tractabatur de
obtruncando tandem hoc Monſtro, ſeù vitio,
ſuffragium dare non detrectavi, quod du-
plex pharmacum adhiberem, alterum intrin-
ſecum, & ſpirituale Excommunicationis, &
ſuſpenſionis pro Viris, & Mulieribus, ſignan-
46 ter Eccleſiaſticis, cum ſuper re, in qua pro-
babiliter cadere valet peccatum, rectè hæ
pœnæ ſpirituales valeant infligi, ut per *Text.
in cap. nemo, & cap. nullus 11. quæſt. 3.* notat
*Fagnan. in cap. relatum n. 40. de Cleric. non reſid,
R. P. D. Petra ad Conſtit. Apoſtol. tom. 1. ſuper
Conſtit. 1. Leonis IX. ſect. 3. n. 28. & n. 52. in fin.,
Sperell. deciſ. 48. n. 18.* probabile quippe erat,
quod præſertim perſonæ Eccleſiaſticæ, &
Regulares, ſuperaddita hac pœna, ultra pe-
cuniarias, ſpiritum affligente, & exercitium
proprii ordinis mortificante, excommunica-
tionis nempe, & reſpectivè ſuſpenſionis, ut
par erat, abſtinerent,

Alterum verò pharmacum extrinſecum,
ſeù temporale præter pœnas pecuniarias,
ac etiam Corporis afflictivas jam decretas in
Bannimentis, & Edictis, penès Me ſummo-
47 perè eradicativum, erat illud, quod conce-
deretur impunitas, ac etiam premium ne-
dum complicibus, & participibus, verum
etiam principali, ſive authori, qui pecuniam
accipiendo à particularibus perſonis eis tri-
buit in excambium Cedulam, quam nuncu-
pant *Pagarò*, dummode illa, & talia nomina
extrahi ſimpliciter, vel complicate contigat;
Itaut idem acceptor pecuniarum, & auctor
per publicum Edictum impunè lucretur cun-
ctas pecunias, quæ per luſores fuerint ei tra-
ditæ ſuper correſpectivitate ejuſdem Sche-
dulæ, ſeù *Pagarò*; addito etiam quatenùs
oporteret, alio premio in caſu juſtæ revela-
tionis pecuniario, vel aliàs cum ampliſſima
exemptione à pœnis pro ſua perſona, ejuſq;
adiutorum, non enim hoc modo ità facile
erat adeò veſanos luſores adinvenire, ut
vellent pecunias expoſitas ludo ſequuta ma-
nifeſtatione deperdere, pœnaſque in hoc ca-
48 ſu etiam ſubire Bannimentorum, licet nam-
que impunitas concedi non ſoleat auctori-
bus

Digitized by Google

bus principalibus, & complicibus, ut cum pluribus oſtendit *Giurb.conſ.22.n.4. De Angel.poſt tract.de Impenſ.& melior.Opuſc.4.n.31.*

49 fallit tamen, quando publico vigente motivo Princeps ſic decernit, ex *Bart.in l.ſi quis in gravi 3.§.ſi ex ſtipulatione, ff. ad Syllanian.*, *Guazzin.ad Defenſ.Reor.defenſ.18.cap.2.n.21. in fin.*, *Giurb.d.conſ.22,n.6.*, cum aliis apud *Conciol.reſol.Crim. verb.Impunitas reſol.2.n.4.*

Et de his ſatis: Sed redeundo ad initium præſentis *Deciſionis*, diximus in §. *Etſi namque*, ſeù *num.1. & 2.* de modo explendi nominationem per Collegium, & Univerſitatem, ſeù Communitatem in ordine ad eliciendam ſufficientem preponderantiam ſuffragiorum; Sed quia præter ibidem adducta præbuit occaſio idipſum coram Me examinandi in altera *Majoricen. Beneficii 6.Decembris* 1709. ſuo loco, & tempore imprimenda, credidi idcircò de ea facere mentionem, quia cum in illo caſu evenerit, quod exiſtentibus quatuor Conſulibus, ſivè Juratis, ad quos pertinebat ex fundatione præſentatio, ſeù jus faciendæ præſentationis, acerrima exarſit diſceptatio inter illum, qui fuit prælectus à duobus Juratis, habuitque Gratiam Apoſtolicam derogatoriam alterius medietatis, & illos alios duos Juratos concordare recuſantes, & prætendentes ad novam deveniri electionem, Cauſaque fuit bis propoſita in *Rota* ſine reſolutione, & edita tertia vice reſolutione contra præſentatum à primis duobus, in cujus ſequelam poſteà fuit extenſa prædicta prima *Deciſio*, conceſſa fuit ergà eam ſub die 4. *Iulii* 1710. nova Audientia, quæ pendet, examinantur quippe ſatis fusè rationes hinc inde, & explanantur quæſtiones, quæ cadunt ſuper exercitio Patronatus, qui competat Communitati, vel ejus Officialibus, ſeù Conſulibus cum fœdere plurimarum diſtinctionum, ad effectum dignoſcendi, an in his terminis Gratia derogatoria Pontificis intraret.

## MELEVITANA DOMUS.

*Lunæ 15.Iunii 1699.*

### ARGUMENTUM.

Reſolvitur pro nullitate deliberationis ex defectu citationis, ac Juriſdictionis Judicis, nec non ob non ſervatam formam Mandati, ac demum ex capite exceſſus. Reintegratio adverſus deliberationem ſpoliativam an, & quando competat non obſtante lapſu 30. Annorum; Et quando accollatio Creditorum facta per Deliberatarium, vel Cedula Bancaria publici Mercatoris ſuppleat defectum pecuniæ numeratæ in ſubhaſtatione, & deliberatione: Et latè de materia ſolutionis ſimpliciter factæ à Debitore, in quam ſcilicet cauſam ſit referenda.

### SUMMARIUM.

1 *Executio facta ſuper bonis alicujus abſque præambula illius citatione, eſt inſanabiliter nulla.*

2 *Frater nequit in Judicio comparere pro alio fratre abſque illius mandato.*

3 *Abſens à loco Judicii debet citari per Edictum, vel per Proclama præmiſſis ſolitis diligentiis.*

4 *Citatio* ad videndum mandari deliberari *requiritur pro validitate deliberationis.* *Aliàs ſine tali citatione deliberatio corruit, ibidem, & n.5. & 27.*

6 *Deliberatio expleta in ſequelam executionis nulliter conſumatæ, eſt pariter nulla, & n.29.* *Exemplifica, ut n.30.*

7 *Executio facta in vim Mandati, aut Sententiæ revocatæ eſt nulla.*

8 *Sententia, vel Mandatum revocatum perinde habetur, acſi non emanaſſet.*

9 *Appellatio à Sententia Epiſcopi de Jure devolvitur ad Metropolitanum.*

10 *Sententia Judicis præſumitur valida, & juſta, donec contrarium probetur.*

11 *Judex appellationi tenetur expreſſe confirmare, vel infirmare Sententiam Judicis à quo, aliàs nulliter procedit.*

12 *Subhaſtatio, & deliberatio facta contra formam Mandati eſt nulla.*

13 *Uxor divertens à Domo Mariti ex cauſa ejus ſævitiæ, præſumitur ſecum aſportaſſe Gemmas, & Jocalia.*

14 *Exceſſus etiam in obulo vitiat deliberationem.*

15 *Litis pendentiæ renunciaſſe cenſetur, qui paſſus eſt, novum inſtaurari Judicium à ſuo Adverſario coram alio Judice, vel Tribunali.*

16 *Conſentiens in Juriſdictionem Judicis nequit amplius illum declinare ex defectu Juriſdictionis.*

17 *Notario teſtificanti, Proceſſum eſſe integrum, regulariter creditur, donec contrarium ab allegante probetur.*

18 *Filius præſumitur hæres Patris eo ipſo, quod agit uti illius hæres.*

19 *Reintegratio competit ſpoliato non obſtante lapſu 30. Annorum, ſi intermedio tempore reclamavit mediante expeditione, & tranſmiſſione Monitorii.*

20 *Præſcriptio fundatur in negligentia, & ideo ceſſante negligentia ceſſat præſcriptio.*

21 *Præſcriptio non currit durante tempore minoris ætatis ejus, contra quem inducta prætenditur.*

22 *Præſcriptio inchoata contra defectum continuat, & currit etiam contra ejus hæredem.* *Niſi hæres ſit minor, quia tunc vel præſcriptio contra eum non continuat, aut ſaltem adverſus illam reſtituitur in integrum, n.23.*

24 *Sententia lata contra duos, vel plures, quorum aliquis non fuerit in Cauſa citatus, ſuſtinetur ſolum quoad citatos.*

25 *Subha*

25 *Sbbuſtatio, & deliberatio expleta contra unum ex duobus Fratribus, vel poſteſſoribus, non citato altero Fratre, vel compoſeſſore, eſt nalla quoad utrumque.*

26 *Subbaſtatio, & deliberatio, tamqaam individua, ſi eſt nulla in parte corruit in totũ.*

28 *Deliberatio eſt nulla, ſi deficiat Decretum* = deliberari.

31 *Nullitas, vel injuſtitia deliberationis debet juſtificari ex eiſdem Actis primi Judicii, non verò ex noviter deductis.*

*Declara tamen, & intellige, ut n.33, & 34.*

32 *Validitas, & juſtitia deliberationis debet conſtare ex eiſdem Actis, adeout non ſufficiat, quod juſtificetur ex noviter deductis.*

35 *Remedium reintegrationis adverſus deliberationem nullam, vel ſpoliativam regulariter præſcribitur poſt lapſum 30. Annorum.*

*Sed hæc regularis præſcriptio non procedit in aliquibus caſibus, quos vide ibidem ex n.37. uſque ad 41.*

36 *Præſcriptio à* Doctoribus *æquiparatur piſcationi Anguillarum.*

42 *Deliberatio facta abſque interventu pecuniæ numeratæ eſt nulla.*

*An autem accollatio Creditorum facta per Deliberatarium suppleat talem defectum pecuniæ numeratæ, vide n.43. cum duobus ſeqq.*

*Et an Çedula Bancuria alicujus publici Mercatoris, vel Schedula, vulgo* Pagarò, *æquipolleat in hac materia pecuniæ numeratæ, vide n.46,*

*Et an loco pecuniæ numeratæ poſſit Creditor in actu deliberationis offerre excomputationem ſui Crediti, ejuſque fructuum decurſorum, n.47.*

48 *Pretium retractum ex ſubbaſtatione rei ſpectantis ad Debitorem nequit in aliam cauſam converti, quam in illam à Judice demandatam.*

49 *Accollatio debiti alieni facit, ut quæratur jus contra accollantem favore Creditoris licet abſentis, & ignari, & n.55.*

50 *Depoſitum factum cum authoritate Judicis habet vim ſolutionis etiam ad effectum liberationis.*

51 *Solutio ſimpliciter facta cedit in cauſam debiti Inſtrumentalis tamquam duriorem, non vero in cauſam alterius debiti Chirographarii, licet antiquioris, & num.52.*

53 *Solutio, quod cedere debeat in cauſam duriorem, & graviorem, non ſolum Debitor opponere poteſt, ſed etiam illius fidejuſſor.*

54 *Creditor an, & quando poſſit declarare, in quam cauſam referenda ſit ſolutio ſibi ſimpliciter facta à Debitore.*

56 *Solutio ſimpliciter facta à Debitore cedere debet in eam cauſam, pro qua datus eſt Fidejuſſor.*

57 *Accollatio importat implicitum mandatum de ſolvendo Creditori debitum accollatum.*

58 *Solutio facta per eum, qui habebat mandatum de ſolvendo, præſumitur facta nomine Mandantis, non vero nomine proprio, quando Mandans reverà erat debitor ejus, cui ſolvitur.*

59 *Solutio ſimpliciter facta cum pecuniis retractis ex re, cujus cauſa ſolvens erat debitor, præſumitur facta in illam cauſam, licet ſolvens eſſet debitor etiam ex alia cauſa.*

60 *Facultas, quam habet Debitor declarandi cauſam, in quam cedere debeat ſolutio, procedit dumtaxat in ſolutione voluntaria, non vero in ſolutione coacta mediante ſubbaſtatione pignoris.*

61 *Pretium redactum ex re hypothecata non ſubiacet eidem hypothecæ.*

62 *Hypotheca generalis anterior vincitur ab hypotheca ſpeciali cum reſervatione dominii.*

## DECISIO XCVI.

PER obitum bo: me: Urſini placuit Reverendiſſimo D. meo Molines in munere Decanatus Collegii noſtri ſucceſſori Me ſubrogare in relatione præſentis Cauſæ; prærepto namque ab humanis, vel ad majoris Dignitatis Apicem evecto, vel etiam longiori abſentia, alioque ſimili impedimento fatigato, ſeù detento aliquo Sacræ Rotæ Auditore, ne interim abſque Judice, ſeù Ponente particulari ſiſtat progreſſus, & contingentia litis apud ipſum quoquo modo pendentis, indulxere Pontifices, & inconcuſſus utiliter uſus approbavit, quod per Decanum noſtri Ordinis pro tempore hujuſmodi Cauſæ inter cæteros præſentes æquitativè, ac rationabiliter diſtribuantur: Quamobrem cum novo examini in hodierna Audientia loco ejuſdem D. Urſini expoſuerim coram ipſo reſoluta ſub die 18. Aprilis Anni præteriti, Domini ob adventum, ac reſpectivè productionem plurium Actorum, ac Jurium facti ſeriem immutantium, quævè per anteà neglexerant exhibere Joannes Dominicus, aliiq; filii, & hæredes Vincentii, prævio receſſu à reſolutione prędicta, manutentionem, ſeù reintegrationem tunc Actoribus denegatam coacti ſunt libentiſſimè elargiri.

Baſis, ſive neceſſitas recedendi ſolidata eſt in apertiſſima nullitate ſubhaſtationis, & deliberationis Domus, ſeù Domorum, de quibus agebatur, quæ ſanè nullitas ex multiplici fonte profluebat, primo videlicet ab eſſentialiſſimo, & immedicabili defectu citationis ergà Vincentium Dominum, & poſſeſſorem ejuſdem Domus; conſumata namque fuerat ex parte Communis Ærarii Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ, ſive Auguſti-

ni

ni illius mediati Authoris, præambula exe-
cutio Mandati, quod idem Auguſtinus ex-
torſerat pro prætenſo credito, de quo infe-
1 rius, neglecta penitus citatione Vincentii,
contra omnem regulam, & praxim, ſicuti
conclamant per *Text in l. Creditor la 2. C. de
diſt. act. pignor.*, Ridolphin. *in prax. par. 1. cap. 15.
num. 98.*, *Mangil. de ſubbaſtat. qu. 183. n. 1.*,
*Rot. dec. 434. n. 2. & 3. poſt Cenc. de Cenſ.*, &
*cor. Baratt. dec. 703. n. 1.*

Quin relevaret, hujuſmodi citationem fuiſ-
ſe adimpletam in perſonam Joannis Mariæ
germani fratris Vincentii, qui tunc tempo-
ris aberat a loco Judicii, quodque deinceps
in actu deliberationis citatus quodque fuerit
Vincentius, idemque conceſſus terminus
conſuetus ad reluendum: Siquidem non
poterat ullo modo cenſeri ſatisfactum neceſ-
ſitati citandi Vincentium per citationem
initam erga fratrem, quia quidquid ſit, ubi
negocium vertitur cum filio familias, aliiſ-
2 que ſub aliena poteſtate exiſtentibus, profe-
cto citra Mandatum tacitum, vel expreſſum
frater non poteſt legitime comparere pro
fratre, ex quo in Tranſverſalibus nullum in-
trat Mandatum Legis, ut habetur *in l. fin. C.
res inter alios act.*, & *in l. prima, C. quibus res
judic. non noc.*, *Rot. cor.* Royas *decif. 34. num. 4.
cum plur. ſeqq.*, & *in recen. dec. 371. n. 4. par. 17.*,
& *in Spoletana reintegrationis* 11. Maij 1696.
§. *Nec hujuſmodi.*, *cor.* R. *P. D. meo* Caprara.

Abſentia vero ſuapte natura minime ſuf-
fragabatur ad finem ſubextendendi legale
Mandatum inter Collaterales, quia deficien-
3 te in his providentia Legis, de plano ſup-
petebat alia notiſſima Juris medela explendæ
citationis vel per Edictum, vel per Procla-
ma, adhibitis tamen prius ſolitis formalita-
tibus, & diligentiis opportune recenſitis in
propoſito apud *Vbert. de Citat. cap. 7. n. 341.*,
& *ſeq.*, & *n. 379.*, *Gratian. diſcept. 489. n. 21.*,
*Capuc. in prax. tom. 1. par. 1. cap. 7. per tot.*, *Card.
de Luca de Iudic. diſc. 9. n. 23.*

Subalterna demum replicatio, quod Vin-
centius remanſerit effective citatus in actu
deliberationis, deſtituta prorſus apparebat
4 aſſiſtentia Facti; quia nulla in tota revolu-
tione Proceſſus legebatur citatio contra Vin-
centium *ad videndum mandari deliberari*,
quemadmodum omnino requiri affirmarunt
*Saluſt. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 43. n. 1.*, *Man-
gil. de ſubbaſt. quæſt. 147. num. 10.*, & *ſeq.*, Ri-
*dolphin. in prax. d. par. 1. cap. 15. num. 99.*, Rot.
*coram Coccin. dec. 765. n. 6.*, & *coram Merlin.
decif. 24. num. 9.* proindeque parum, immo
nihil poterat opitulari, quod dem ſimpliciſ-
ſimo reditu Vincentii, abſque ulla allega-
tione initæ citationis, mentio fieret in Man-
dato poſt decretam deliberationem expedi-
to, quodque ipſi foret attributa, ſive præ-
5 fixa facultas reluendi: deficiente etenim
ſubſtantialiſſima citatione nedum in pri-
mordiali executione, ſed etiam in actu de-
cernendæ deliberationis, nulla ſemper re-
manet ipſa deliberatio, juxta *Authoritates*
mox prælaudatas, & in puncto *Rot. d. dec. 434.
apud Cenc. de Cenſ. repetit. dec. 59. penes Poſth.
de manut.* utrobique *num. 4.*; quando in tor-
tioribus quoque receptum generaliter habe-
6 mus, deliberationem eſſe nullam, ſi illa ve-
niat in conſequentiam præcedentis executio-
nis nullæ, ad not. per *Mangil. de ſubbaſt. quæ-
ſtion. 50. num. 12.*, *Rot. coram Gregor. dec. 224.
num. 2.*, & *apud Marcheſan. de Commiſſ. par. 1.
fol. 1248. ſub num. 1. verſ. ex quibus*, & *coram
Baratt. dec. 91. n. 3.*, & alibi ſæpiſſime:

Concomitabatur primam nullitatem etiam
ſecunda proſiliens ab altero non minus ine-
luctabili capite, ſive defectu Juriſdictionis;
conſumpta namque extitit deliberatio vigore
cujuſdam Sententiæ latæ ab Ordinario Me-
liten., & tamen hujuſmodi Sententia præ-
cedenter ad ipſam deliberationem palpaba-
tur ex capite nullitatis infracta Panormi in
Curia Metropolitana: quamobrem cum diſ-
ſimulata hac poſteriori Sententia, & Judica-
7 to Auguſtinus præſumpſerit attentare, &
conſumere executionem vigore actus infir-
mati, perinde eſt, ac ſi tanquam privatus,
& ſine Juriſdictione proceſſiſſet, ad trad. per
*Abb. in cap. conquærente n. 8. de reſtit. ſpoliat.*,
*Rot. cor. Cocc. d. dec. 765. n. 7.*, & *cor. Pamphil.
dec. 327. n. 3.*, & *dec. 467. n. 8. apud Poſth. de ma-
nut.* paria enim ſunt nullam extare Senten-
8 tiam, ſeu Mandatum, vel illud fuiſſe revocatũ,
teſte *Rot. cor. Bich. dec. 408. n. 14.* & *cor. Card.
Celſ. dec. 307. n. 10.* & *dec. 66. n. 13.* & *14. par. 19. rec.*

Abſque eo, quod evitari poſſet hæc ſecun-
da nullitas ſub prætextu, quod potius Me-
tropolitanus nulliter, & attentate proceſſiſ-
ſet, ſtante pendentia appellationis in Curia
coram A. C.; Quia & idipſum ſuppeditabat
incrementum nullitati, quoniam nullibi do-
ctum fuit ex parte Ærarii ſucceſſoris (licet
titulo ſingulari) ejuſdem Auguſtini, quod
9 appellatio a Sententia Ordinarii prius dela-
ta foret ad A. C., quam ad Metropolitanum
ad quem de cætero proprie, & immediate
pertinet Cauſarum devolutio, ad *Text. in
cap. Romana, §. Debet autem, de appell. in 6.*, ac
propterea cum e converſo exhibuerint Acto-
res Sententiam Metropolitani fulcitam aſ-
10 ſueta legalitate, non tantum præſumptio
ſtat pro validitate, & juſtitia hujus poſterio-
ris Sententiæ, per *Text. in cap. bonæ, il primo,
verſ. porrò exceſſus, de elect.*, *cap. in præſentia,
verſ. & tanta ſit, de renunc.*, & *in cap. ſicut no-
bis in fin. de Sent. & re iud.*, verum quoque ex
oppoſito nullitas erumpit etiam circa ipſam
11 Sententiam in Tribunali A. C. promulga-
tam, dum teneretur habere mentionem de
intermedia Sententia, illamque expreſſe
confirmare, vel infirmare, ex *Card. de Luca
de Iudic. diſc. 37. n. 69.* & *ſequen.*, Rot. dec. 223.
n. 1.

*n.1. cum ſeqq.par.7.rec.& dec.191.n.4.par.14.*, cum aliis *in Cracovien. Scholaſteriæ ſuper Sequeſtro 9.Febr. proxime præteriti § fin. cor.Me.*

Neque minoris roboris reperta eſt tertia, & poſtrema nullitas, ex quo Auguſtinus devenerat ad ipſam deliberationem ſub expreſſa violatione, & tranſgreſſione formæ demandatæ etiam in ipſo primo Judicato Ordinarii Meliten., quodque adamuſſim ſucceſſive confirmaverat A. C.; Cum enim totum ejuſdem Auguſtini creditum verſaretur ſuper reſtitutione Dotis Catharinæ, quæ fuerat Uxor ipſius Vincentii, & idcirco provide per Sententiam præfiniviſſet Ordinarius (excepto caſu ſubſidii) reſtitutionem prædictæ Dotis fieri eo modo, quo fuerat recepta, Auguſtinus nullo modo reflectens ad qualitatem receptionis, quæ ſonabat in pecunia numerata pro ſc.2.mil.& pro aliis ſc.2. mil. in tot Cenſibus ſub Inſtrumento enumeratis, ac reſpective pro alia quantitate ſcutorum 500. in tot Gemmis, & Jocalibus, ſicque non indagato, multoque minus diſcuſſo caſu prædicti ſubſidii, cæca malitia, vel fide controverſam Domum executioni, ac deliberationi directe ſubjecit, & abſolute pro ſumma pecuniaria ſc.4500.; major au-
12 tem nullitas excogitari non poteſt, quam
ſi aliquis abutatur Judicis authoritate, & ſub Judicati palliamento deturpet, ſeu non impleat in deliberatione formam ejuſdem Judicati, ex collectis per *Rot. dec.87.n.13. poſt Merlin. de pignor., coram Buratt. dec.891. n.6., & cor.Card.Cerr.dec.925.n.1., & in Æſina manutentionis 2. Junii 1687. §. Demum ex inobſervantia, cor bo. me. Urſino.*

Fortius, quia ab hac tertia nullitate oriebatur etiam exceſſus citra dubium palmaris, dum quod univerſæ, vel ſaltem in aliqua parte conſiderabili prædictæ Gemmæ, & Jocalia præexiſterent in rerum natura, ac ſtarent, vel ſtare deberent penes eumdem Au-
13 guſtinum, non ſolum erat omnino præſu-
mibile, dum Catharina Soror, ex cauſa ſævitiarum divertens ad Domum Jacobi communis Patris, probabiliter nimis propria ornamenta ſecum aſportaverat, ut enim ad limites *Text. in l. ult. §. fin. ff. de aur. & arg. legat.* inquit *Tiraquell.de ll.connub.l.3. ex n.24.* Mulieres quandoque neque etiam demortuæ Mundum muliebrem a ſe abdicant, ſed illum traducere ſatagentes uſq; in Sepulcrum, præferunt Vitæ, patriæ, & Marito.

At (quod plus erat in præſenti) idem Jacobus Pater, & cujus erat hæres Teſtamentarius Auguſtinus, candide profeſſus fuit in Codicillis, Catharinam ejus filiam, tunc prædefunctam, nonulla Jocalia in ſui manibus conſignaſſe, ſeu oppignoraſſe, ideoque ſaltem in hac parte, ſive importantia Jocalium realiter, vel ſaltem in valore extantium penes ipſum Auguſtinum hæredem, unde-
14 quaque clarus emicabat exceſſus, qui ad la-
befactandam deliberationem ſufficit in obulo, ex *Poſth. de ſubhaſt. inſpect.55. ex n.73. cum plur. ſeqq.*, *Rot. poſt eumdem dec.69. num.20., & dec.101. n.8., in Recineten. Cenſus* 18. *Martii* 1687., *& in Oſtunen. Maſſariæ* 4. *Iulii ejuſdem Anni* utrobique *§. fin. cor. bo. me. Emerix, & in d. Spoletana reintegrationis* 11. *Maii* 1696. §. *Altera, cor. R. P. D. meo Caprara.*

Conſtito itaque ex præmiſſa novorum Jurium productione de trifaria nullitate, & ulterius de exceſſu deliberationis, qui cum eadem nullitate fraternizat, eumdemq; producit effectum, corruere incontinenti cœperunt fundamenta præteritæ reſolutionis: Illud namque, quod abſque ſaltem ſpeciali Commiſſione a Judicato in Tribunali A. C. nequiverit Cauſæ proſecutio agitari in noſtro Auditorio, facillime pariter ex noviter in facto animadverſis ſublatum extitit; Compertum quippe fuit, quod idemmet Commune Ærarium Sac. Religionis ex poſt coram ſuis Magiſtratibus conatum eſt a prætenſa manutentione, ſeu reintegratione excludere, prout excluſit, hæredes Vincentii, *Summario* ejuſdem Ærarii *n.4.* Ideoque ſibi imputet, ſi vel vetus perperam Judicium continuando anſam præbuit novo gravamini, novæquæ appellationi, vel ſi alterum inſtaurari tolerando per neceſſarium ante-
15 cedens priori pendentiæ litis virtualiter, &
implicite renunciavit, ex trad. per *Scacc. de Judic.lib.1. cap.101. n.19., Ridolphin. in prax. par.1. cap.7. n.56.*, *Rot. cor. Gregor. deciſ.369. n.4., & dec.91. n.10. & ſeq. par.6. recent.*

Potentius vero, quia Sacrum Auditorium proceſſit in hac Cauſa vigore poſitivæ Commiſſionis manu Sanctiſſimi ſignatæ adverſus Sententias a prædictis Magiſtratibus Religionis editas contra hæredes Vincentii, eiſque denegantes petitam manutentionem, ſeu reintegrationem; Cumque idcirco idem Ærarium nedum non procuraverit obtinere caſſationem, ſive reportationem prædictæ Commiſſionis, ſed e converſo iterato ſine
16 ulla proteſtatione conſenſerit in juriſdictio-
nem ejuſdem noſtri Auditorii per plures actus regiſtratos *in Summ.* Actorum *num.6.* palam fiebat, quod amplius de defectu juriſdictionis obiicere non valeret, ſicuti docent *Carleval. de Iudic. lib.1. tit.1. diſp.2.qu.8. n.990., Giurb. dec.96.n.13. & 14.*, *Rot. coram Bich. deciſ.136. num.10., & in rec. dec.365. n.28. cum ſeqq. par.9., dec.36. num.41. & 42. par.10., & in* Romana *Aſſociationis* 3. Martii 1987. §. *Validitas, & ſeq. cor. bo. me. Emerix.*

Labefactari non minus viſa ſunt ſecundum, & tertium fundamentum, vel quod Vincentii hęredes defecerint in integra tranſportatione Actorum ſubhaſtationis, ac deliberationis, vel quod minime juſtificaverint qualitatem hæreditariam reſpectu Vincentii

eorum

eorum Patris: Quoniam, in ordine ad ſecundum, ex ipſo facta fugata remanſit exceptio, dum memorati hæredes realitèr, & in effectu exhibuere Proceſſum prædictæ ſubhaſtationis, & deliberationis, ſub illa expreſſa teſtificatione Notarii appoſita in Calce,
17 ut ibi = *extracta eſt præſens integra copia totius, & integri Proceſſus &c.* quæ ſane operatur, ut omnimoda fides eidem in propoſito veniat adhibenda, niſi contrarium concludentiſſimè probetur, ut per *Adden. ad Gregor. dec. 59. n. 6.*, *Poſth. de manut. obſerv. 69. n. 34.*, *Rot. dec. 144. n. 1. poſt ſecundum vol. conſ. Farinac.*, *& dec. 29. n. 17. cor. ſan. mem. Alex. VIII.*, *& dec. 281. n. 5. par. 18. rec.*

In ordine pariter ad tertium, ſub eadem luciditate prædicti hæredes in hodierna propoſitione produxere non ſolum Teſtamentum Patris, in quo legebantur inſtituti, ſed & præciſum actum aditionis cum beneficio legis, & Inventarii, quando tamen exube-
18 raſſet qualitas filiationis juncta actioni poſitivæ judicialiter per eos ex perſona Patris intentatæ, congruente in hoc caſu regula etiam in Divinis Scripturis, ſive in Epiſtola *Divi Pauli ad Galathas cap. 4.* recenſita = *Si filius, ergò hæres*, quemadmodum inquit *Caroc. deciſ. 43. n. 8.*, *Rot. cor. Coccin. dec. 1506. n. 7. & ſeqq.*, *& cor. Card. Celſ. dec. 109. n. 4.*, *& in Rom. Pecuniaria, ſeù Locor. Montium 14. Iunii 1697. §. fin. cor.* R. *P. D. meo del Olmo*.

Noviſſimum tandem præſidium, ſive quartum fundamentum præcedentis reſolutionis innixum tricenariæ poſſeſſioni, ad celebrem *dec. Seraphin. 1360. per tot.* cum aliis *in præterita Deciſ. bo. me. Urſini §. fin.* ſimili modo confictatum, & everſum apparuit: Docuerunt etenim Actores, à prædicta deliberatione tamquam nulla, & ſpoliativa judicialiter reclamaſſe uſque de Anno 1667., idque mediante Monitorio, quod traſmitti curarunt Auguſtino deliberatario, *Summ.*
19 Actorum *num. 8.*; quamobrem numerando tempus uſque ad diem motæ litis de Anno 1690., manifeſtum erat, neutiquam defluxiſſe ſpatium tricenarium, & conſequenter inallegabilem eſſe præſcriptionem de prædicto tempore tranſmiſſi Monitorii interruptam, ut in his terminis obſervavit *Rot. in præallegata Rom. Aſſociationis 3. Martii 1687.*, *§. Neq; ſuffragatur, cor. bo. me. Emerix*.

Neque ex eo, quod tranſmiſſio Monitorii facta non fuerit communi Ærario, ejuſque Officialibus tunc detinentibus eamdem Dominum, evitari poterat efficacia interruptionis: Quoniam ad effectum interrumpendi præſcriptionem ſatis fortaſsè videbatur, deficere negligentiam in Creditore, vel Domino rem ſuam, vel ſibi debitam recuperare
20 ſatagente, qualibet enim præſcriptio regulariter in ipſa negligentia fundatur, ut admonet *Rot. cor. Royas dec. 127. n. 2.*, *& coram Bich. dec. 50. n. 4.*, *& in rec. dec. 17. n. 3. in fin. par. 4.*, *dec. 407. n. 16. par. 5.*, *dec. 270. n. 5. par. 6.*, *& dec. 243. n. 13. par. 15.*

Et nihilominùs omnem ceſſare hæſitatio-
21 nem Domini agnoverunt ex capite minoris ætatis, in qua reperiebantur hæredes Vincentii: cumque hujuſmodi intercapedo procul dubio demenda veniat à tempore inductivo præſcriptionis, ut omiſſis generalibus dixit in ſpecie *Rot. in Æſina Manuten. 2. Iunii 1687. §. fin. cor. bo. me. Urſino*, imperfecta pariter ad calculum remanebat oppoſita præſcriptio Annorum 30.; Replicatio autem,
22 quod juſtè, & rectè inchoata præſcriptione contrà ipſum Vincentium Patrem Actorum, qui per quadriennium deliberationi ſupervixerat, legitimè ea valuerit continuare, ac perfici contrà filios hæredes etiam Minores, ex determinatione *Text. in l. unic. C. ſi adverſ. uſucap.* de plano ſternebatur ab illo
23 benigniori legis remedio, quod eadem lex Minoribus, vel tamquàm læſis, vel tamquàm ignorantibus factum alienum, æquiſſime indulget, nimirùm reſtitutionis in integrum, cum quo omnia in priſtinum reducendo perindè eſt in effectu, ac ſi præſcriptio continuata non foret, juxtà punctualiter animadverſa per *Rot. dec. 105. n. 20. & 21. par. 8. recent.*

Et ità utraquè &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

Revocat hæc Deciſio præcedentem Deciſionem, quæ in hac Cauſa emanaverat die 18 Aprilis 1698. coram Urſino ob ſcænam facti melius patefactam, & deindè ad limites ejuſdem præſentis Deciſionis Cauſa terminavit, nàm coram Me ea remanſit expedita per Sententiam, ſeù Mandatum vigore reſcripti Sacræ Rotæ diei 20. Novembris ejuſdem Anni 1699., & reaſſumpto negocio coram R. P. D. meo Scotto die 11. Martii 1701., idipſum ſecunda vice fuit confirmatum cum ſucceſſiva expeditione ſub die 15. Aprilis prædicti Anni 1701., & quamvis inſurrexerit aliqua mora, ſeù difficultas in tertia Inſtantia coram R. P. D. meo Priolo ſub die 3. Aprilis 1702. ſuper quadam qualitate hæreditaria, attamen ſub die 15. Maii ſubſequentis cum eodem exitu fuit deciſa Cauſa, & deinceps expedita 4. Auguſti ipſius Anni 1702.

Cæterùm tota hæc Deciſio verſatur circà validitatem, nec ne cujuſdam ſubhaſtationis, & deliberationis, quæ materia valde frequens eſt, cum raro per exequutionem perſonalem dumtaxat ſatisfiat Creditoribus, undè cohæ-
24 rentur ad ea, quæ in hac Deciſione ſtabiliuntur, juvat ſubnectere, quod licet Sententia, & acta valere ſoleant ſemper contra citatos, ut ait *Rot. dec. 561. n. 13. par. 1. rec.*, *& cor. Pamphil. dec. 108. n. 7.*, & alibi paſſim.



Digitized by Google

Adhùc peculiare eſt in materia delibera-
tionis ( ex quo agitur de præjudicando alte-
ri Condomino, ſeu Compoſſeſſori in ſua
compoſſeſſione, & condominio, quod eſt in
25 qualibet gleba ) quod ſubhaſtatio, & deli-
beratio expleta contrà unum *ex: gr:* Fratrem,
vel poſſeſſorem, non citato eltero Fratre, vel
poſſeſſore habente coæquale intereſſe, effici-
tur nulla etiam quoad citatos, ut tradit
*Ubert. de Citat. cap. 15. n. 348., Rot. cor. Gre-
gor. dec. 319. n. 1. ibiquè Adden. n. 7., & cor.
Cerr. dec. 576. num. 7., & dec. 594. num. 1., &
coram Priol. dec. 293. num. 5., & 6., & in rec.
dec. 371. n. 1., & ſeqq. par. 17.* addito, quod
etiam Decretum Judicis ſubſtaſtari, & deli-
berari mandatis eſt individunm, & ob id ge-
26 nerale eſt in ſubiecto deliberationis, quod
ſubhaſtatio in parte nulla, nulla eſt, & cor-
ruit in totum, ex Rot. *dec. 507. num. 5. par. 3.
rec., & in Avenionen. fideic. 28. Junii* 1685.
*§. Quod procedit, cor. Albergato, & in* Rom.
*Domus 5. Maii* 1688. §. *fin. coram clar. mem.
Card. Caccia*.

Dictum quoque fuit in hac *Deciſione*, quod
27 ſignantèr debet præcedere citatio *ad viden-
dum mandari deliberari*, alias claudicat ipſa
deliberatio; & hanc concluſionem non ſolum
ſequuta eſt, & approbavit *Rota in Cæſenaten.
Spolii 25. Iunii* 1700. §. *Secunda nullitas, & 4.
Martii* 1701. *§. Subſiſtit paritèr, cor.* Muto, ſed
28 etiam quando ex revolutione Actorum appa-
ret, quod Judex ſuper hujuſmodi citatione
non fuerit interloquutus mediante ſolito De-
creto = *deliberari* = ruit deliberatio, ut habetur
*in Reatina Spolii 27. Iunii* 1704. §. *Nullitas, cor.
R.P.D. meo Priolo*, confirmata 5. *Dec. ejuſdem
Anni §. fuit ſiquidem, cor. R.P.D. meo Kaunitz*,
& in eadem Cauſa *ſuper fructibus* 11. *Martii*
1709. *cor.* R.*P.D. meo Aldrovando*.

Circà alteram propoſitionem *præſentis* De-
29 *ciſionis*, quod deliberatio ſit nulla, quotiès
fuerit conſumata in ſequelam præcedentis
exequutionis ex ſe nullæ, adjungimus, quod
eamdem propoſitionem, & iſtammet *Deciſio-
nem* confirmavit *Rota in prædicta Cæſenaten.
Spolii 25. Junii* 1700. §. *Nec dubitari in fin. cor.*
Muto, & ante eam dixit quoque *eadem Rota
dec. 340. n. 8. par. 13. rec., & in Hydruntina*
Manutent. 4. *Iulii* 1704. §. *Et ſanè in fin. cor.*
30 *Eminentiſs. Caprara*, ubi de nullitate ſubha-
ſtationis, & deliberationis factæ in ſequelam
Mandati nullitèr obtenti, & expediti contrà
Minorem indefenſum.

Adversùs ea, quæ motivantur in hac *De-
ciſ.*, quod ſcilicet inſerviant pro nullitate
deliberationis etiam jura per ſpoliatum de
novo producta, videtor pugnare regula,
31 quod nullitas deliberationis deducta ex ju-
ribus de novo repertis, vel productis directè
non ſuffragetur ſpoliato, ad effectum ſaltem
privilegiatum manutentionis, vel reintegra-
tionis, cum prætenſa nullitas deliberationis
debeat coruſcare, & juſtificari per eadem
Acta primi Judicii, teſte *Card. de Luc. de Iudic.
diſc. 38. ſub n. 21.*, R·ta *coram Royas dec. 238.
n. 2., & in* Romana *Reintegrationis* 4. *Martii*
1695. *cor. bo: me: Muto*, & in ejus confirma-
toria 21. *Iunii* 1697. utrobiquè §. *fin. cor. Emi-
nentiſs. D. Card. de la Tremoille*: Pròut è con-
32 verſo validitas, & juſtitia deliberationis
conſtare debet ex eiſdem Actis, non verò ex
noviter allatis, ut inquit *Poſtb. de ſubhaſtat.
inſpect. 26. n. 28.*, Rot. *poſt eumdem deciſ. 59.
num. 7. & deciſ. 190. num. 18., & coram Cerr.
dec. 871. n. 4.*

Verùm hæc regula fœdere diſtinctionis
conciliatur cum præſenti *Deciſioue*: quoniam
33 eadem regula rectè procedit, ubi ſubhaſta-
tio, & deliberatio non laborat principaliter
defectu citationis, etenim ſi proceſſum fuit
ad ſubhaſtationem, & deliberationem non
citato, vel alias indefenſo poſſeſſore, tunc,
ultra nullitatem ejuſdem citationis, vel le-
gitimæ defenſionis jam ex Actis promanan-
tem, oppnni quoque poteſt de injuſtitia, vel
exceſſu, aliiſque vitiis uſquedum non dedu-
34 ctis; eo quippè ipſo, quod paſſus delibera-
tionem non fuit citatus, vel fuit indefenſus,
utiquè illa jura poſtmodùm deducta non po-
tuerunt à principio deduci, itaut in hoc caſu
non ambigerem procedere etiam per viam
privilegiatam manutentionis, quamvis alias
*Rota* adhibuerit alterum æquitativum reme-
dium reintegrationis in hoc caſu, ut liquet
in *Bonon. Bonor.* 15. Ma*rtii* 1697. §. *Non obſi-
ſtente, cor. Pio, impreſſ. apud Ioſ. Bertacchin.
Vot. dec. 55. n. 5. cum duob. ſeqq.*

De reliquo remedium iſtud reintegratio-
35 nis paritèr pro regula præſcribitur per ſpa-
tium 30. Annorum à die ſequutæ delibera-
tionis, juncta acquieſcentia ſpoliati. prout
cæteris relatis habetur in *Romana Vineæ* 11.
*Maii* 1699. § *Sed quatenùs, cor. R.P.D meo Prio-
lo, in Narnien., ſeù Interamnen. Bon.* 29. Martii
1700. §. *Siquidem, cor. Me, & in Rom., ſeù Cro-
tonien. Pecuniaria* 10. *Dec.* 1703. §. *Præmiſſo
enim, cor. R.P.D. meo Scotto*.

Verùm, ſicuti contingit in quibuslibet præ-
36 ſcriptionibus, quas aliqui *Scribentes* in Jure
noſtro nuncupant *piſcationes Anguillarum*, &
ſignantèr *Plot. conſ. 59. n. 3., Coſt. de ſcient., &
ignor. cent. 2. diſt. 60. n. 19.* regula hæc raro lo-
37 cum habet in praxi, cùm, ut apparet ex præ-
ſenti *Deciſione*, plures patiatur limitationes,
& fallentias, quas approbando eamdem hanc
*Decıſionem* confirmavit etiam *Rota in dicta Cæ-
ſenaten. Spolii* §. *Has nullitates, cor.* Muto; Et
38 ulteriùs locum ſibi non vindicat, quando
agitur de ſpolio violento, ſive patrato per
vim expulſivam, tunc enim competit reinte-
gratio non obſtante lapſu cujuſcumque
etiam longiſſimi temporis, ad *Rot. in Rom.,
ſeù Farfen. reintegrat.* 2. *Junii* 1698. *§. Aut
volumus, coram Reverendiſs. D. meo* Molines
*Deca-*

Digitized by Google

*Decano* confirmata 10. *Dec. ejuſdem Anni*
§. *Nec ad impediendam*, & 1. *Iun.* 1699. §. *Nec*
*recurrendo*, *cor. R.P.D. meo Priolo*.
39 Similiter limitatur regula præmiſſa, quo-
ties nullitas deliberationis proponeretur ex
40 cipiendo, vel adeſſet evidens mala fides, vel
ex Actis ad oculum appareret eadem nulli-
41 tas, ut de his ſub opportunis rationibus vi-
dere eſt apud *Modern. Paulucc. diſert.* 45. *n.* 53.
& 54., & reſpective *Rot. in d. Cæſenaten. Spo-*
*lii* §. *Tum demum quia*, *cor. Muto*.

Prætergrediendo autem capita nullitatum
deliberatoris, de quibus præciſe diſſeritur
in præſenti *Deciſione*, & de quorum pleriſque
etiam fuſe actum fuit in una *Neritonen. Ma-*
*nutentionis* 6. *Iun.* 1704. *cor. Me* (quæ Deo
favente ſuo loco imprimetur, ubi plene di-
ſtinguitur inter formam ſervandam in deli-
beratione facienda Tertio, & in adjudica-
tione facienda Creditori) utique ſæpius
42 oriuntur controverſiæ ex illo altero capite
defectus pecuniæ numeratę in actu ipſius de-
liberationis, ad normam *Text. in l. à Divo Pio*
§. *Sed ſi emptor*, *ff. de re judic.* quando nimirum
dicatur fuiſſe pecunia præſens, nec ne, & cir-
ca hoc obiter nonnulla interim annotabo,
ſuppleturus in locis magis opportunis: ſi-
43 gnanter etenim connotatum apparet in
præfata *Neritonen.*, quod ad hunc effectum
accollatio Creditorum facta per Deliberata-
rium non ſufficit, neque æquipollet præſen-
tiæ pecuniæ per eumdem *Text.* requiſitæ,
niſi intercedat conſenſus tam ejuſdem Debi-
toris deliberationem paſſi, quam Creditoris
44 accollati, non ſequuta etenim formali de-
legatione, quæ mediante utriuſque conſenſu
eveniret, hujuſmodi accollatio etiam cum
conſenſu Creditoris non extingueret debi-
tum ejus, qui paſſus fuit deliberationem, ſed
is rem deliberatam amiſiſſet, & adhuc debi-
tor remaneret, & obligatus, ut prius, niſi for-
te conſenſus Creditoris eſſet contextualis
ipſi deliberationi, ex *Rocca ſelect. diſput. Iur.*
*cap.* 153. *n.* 41., *Rot. deciſ.* 179. *n.* 6. *tom.* 3.
*cor. Vbald.* cum aliis uberrime allatis *in ea-*
*dem Neritonen. ex* §. *Quoniam diſcurſus*, *cum*
*pluribus ſeqq.*

Hinc licet cæteri Creditores etiam con-
textualiter conſenſerint huic accollationi
45 factę per Deliberatarium, attamen ſi eorum
aliquis diſſenſerit, & maxime ex cauſa vo-
luntarię dilationis ad ſolvendum traditę De-
liberatario per alios Creditores, quantumvis
reliqui aſſenſum præbuerint, nullā eſſe eam-
dem deliberationem in his terminis firmavit
deinceps *Rot. in Bononien. ſubbaſtationis die*
1. *Iulii* 1707., & 14. *Iunii* 1709., & 27. *Iunii*
1710. *cor. R.P.D. meo Kaunitz*, cum ſucceſſi-
va expeditione ſequuta *die* 1. *Auguſti ejuſ-*
*dem Anni* 1710.

Rurſus in hac materia quæſitum fuit,
46 utrum Cedula Bancaria alicujus claſſici
Mercatoris, vel Schedula, quæ appellatur
*Pagarò*, æquipolleat in deliberationibus pe-
cuniæ numeratæ, & in hoc diſtinguendo a
ſimplici mādato, ſeu ordine de ſolvendo ali-
cui Banco directo ſpecifice actum fuit *in meo*
*Tractat. de Commer.*, & *Mercatur. diſc. generali*
*n.* 176. & 177., ubi allegantur diſcuſſa in
*Romana Caſalium* 21. *Iun.* 1688. *cor. Card. Cac-*
47 *cia*: Nec non etiam de recenti diſputatum
fuit, utrum ſubſiſteret deliberatio, in qua
Creditor, qui ſub nomine tertiæ perſonæ li-
citaverat, poſtea in actu deliberationis vice
pecuniæ numeratæ obtulit compenſationem
illius crediti, pro quo fuerat in Sententia
præcedentis Concurſus priori loco gradua-
tus, & reſponſum fuit affirmative, non mi-
nus vigore Statuti Civitatis Avenionen., ſed
etiam de Iure; maxime quia ad formā ejuſ-
dem Statuti Decretum Judicis ſanciebat, ne
tribueretur Deliberatario poſſeſſio actualis,
niſi facta, & ſequuta ſolutione: abſque eo,
quod obſiſteret oppoſita illiquiditas ratione
fructuum, pro quibus idem Creditor fuerat
etiam graduatus, ex quo iidem fructus, tam-
quam provenientes a publicis Inſtrumentis
Cenſuum, non expectabant poſt ſe ullam li-
quidationem, ſed ſimplicem arithmeticam
computationem, in illa *Avenionen. Concur-*
*ſus* 1. *Iulii* 1707., & 2. *Mart.* 1708., cum ſuc-
ceſſiva expeditione ſequuta 23. *Aprilis ejuſ-*
*dem Anni* 1708. *cor. R.P.D. meo Caffarello*, &
id fuit etiam approbatum, & confirmatum
*ſub Anno* 1709. *die* 1. *Iulii* in altera *Deciſione*
edita in eadem Cauſa *cor. Reverendiſſimo*
*D. meo Molinei Decano* pariter expedita *die*
2. *Auguſti ejuſdem Anni* 1709.

Ad materiam (quando fungebar officio
Advocationis) accidit Mihi caſus forte ſin-
gularis in Tribunali A.C. diſputandus, quip-
pe cum Joannes Benedictus de Maſtrozziis
in quadam diviſione Paternæ hæreditatis ce-
lebrata cum Antonio ejus Fratre reliquerit
in manibus ejuſdem Antonii quamdam Vi-
neam, ſeu Vineæ medietatem ſub obligatio-
ne liberandi eumdem Joannem Benedictum
a moleſtiis, quæ ſibi inferebantur per Mo-
naſterium S. Apolloniæ de Urbe, ſeu cujuſ-
dam Fabronæ ejuſdem Monaſterii ceſſiona-
rię, coactus poſtea fuit pro neglecta hac obli-
gatione ponere ſub Haſta eamdem Vineam,
retractoque juſto pretio, eoque depoſito, or-
ta eſt lis ſuper ejuſdem pretii conſignatione,
prætendente Joanne Benedicto, Fabronam
teneri recipere idem pretium depoſitum in
cauſam illius debiti, quod ſibi accollaverat
Antonius, & cultus titulo ſequuta fuerat de-
liberatio, oppugnante e converſo Fabrona
illud ſaltem in totum in hanc cauſam acce-
ptare, cum eſſet creditrix Franciſci Patris
tam Joannis Benedicti, quam Antonii hære-
dum ejuſdem Franciſci, & haberet idcirco
Vineam ſibi per antea hypothecatam, unde

ad tuendum jura Joannis Benedicti, ut puto
eveniſſe, reſpondi, prout ſequitur.

Licet in præciſis circumſtantiis, de quibus
agitur, ferme reddatur impoſſibile reperire
*Doctrinam*, quæ proprie deſcendat ad caſum,
nihilominus omnis diſcurſus, omniſque Ju-
ris regula videtur aſſiſtere Io:Benedicto, ut
ſcilicet pretium ex deliberatione redactum
debeat integraliter (quia pro rata nulla ſub-
eſſe poteſt diſputatio) converti in extinctio-
nem ipſius debiti per Antonium ejus Fra-
trem accollati.

Et primo, quia præfatum pretium prove-
nit ex ſubhaſtatione conſumata ad inſtan-
tiam Ioannis Benedicti ad præciſum effectum
liberationis a moleſtiis, illudque idcirco ſol-
vendi Fabronæ Adverſariæ, non ſequeretur
autem hujuſmodi effectus, quoties in aliam
cauſam, ſeu debitum Antonii etiam propor-
tionabiliter cederet; & tamen regula eſt,
quod ubi quoque non fuiſſet ita ordinatum
48 in Decreto Judicis, adhuc pretium redactum
ex ſubhaſtatione, nequeat in aliam cauſam,
quam ipſius Judicati, & ſubhaſtationis con-
verti, juxta Doctrinam *Bart. in l. à Divo Pio
§. Sed ſi emptor in princ. ibique Iaſ. n. 2., & 3.,
ff. de re judic., Poſth. de ſubbaſtat. inſpect. 39.
n. 1. & ſeqq., Rot. poſt eumdem dec. 50. n. 3.,
& dec. 259. n. 1. par. 5. rec.*

Secundo quoniam certum de Iure eſt,
quod quemadmodum ſi Antonius, qui debi-
tor dupliciter exiſtit favore Adverſariæ,
videlicet, & tamquam hæres, & tamquam
Accollatarius alterius Fratris cohæredis (&
49 per quam accollationem dicitur quæſitum
Jus etiam citra ejus præſentiam, vel ſtipu-
lationem ad commodum Fabronæ Adverſa-
riæ, ex trad. per *Cenſal. dec. Lucen. 89. n. 19.
Poſth. dec. Bononien. 20. ex n. 1. cum plur. ſeqq.
Rot. co., Bich. dec. 319. per tot.*, vellet potius
in hanc cauſam accollationis, quam debiti
hæreditarii perſolvere, non poſſet Adverſa-
ria ſolutionem non recipere in eamdem cau-
ſam, & quatenus renueret, idem ſequeretur
50 effectus, nam poſſet Antonius pecuniam de-
ponere ſub hac ipſa expreſſione, & depoſi-
tum ad ipſum liberandum ſtaret loco ſolu-
tionis, ex communiter approbata Doctrina
*Bart. in l. 1. ſub n. 8. ff. de ſolut., Aretin. conſ. 5.
in princ. verſ. nam cum voluntate, Card. Tuſch.
litt. S. concl. 353. n. 7., & 8., Gratian. diſce-
pt. 224. n. 10., & ſeqq. & n. 80., Mart. Medic.
exam. Seven. 15. n. 10., Cenſal. dec. Lucen. 2.
n. 68., Rot. dec. 146. num. 19. par. 10. rec.*

Profecto etiam non facta tali declaratione
per Antonium, qui paſſus eſt deliberatio-
nem, ita venit de Jure præſumendum, quia
cum Antonius unam, ut præmiſimus, foveat
obligationem hæreditario nomine contra-
ctam citra expreſſam obligationem, ſed ſo-
lum ex illa, quæ derivat in conſequentiam
aditionis, alteram vero vigore ſpecialis obli-
gationis in forma Cameræ per Inſtrumentũ
publicum exaratæ, & pro qua de facto pi-
gnus captum fuit, & judicialiter ſubhaſta-
51 tum, tunc ſane abſque alia declaratione
lex præſumit, ſolutionem ex voluntate De-
bitoris ceſſiſſe potius in hanc cauſam, pro
qua adeſt publicum Inſtrumentum accolla-
tionis, veluti duriorem, & graviorem, quam
in aliam, etſi antiquiorem, ſine tamen hu-
juſmodi Inſtrumento derivantem, ut pun-
ctualiter in terminis accollationis decíſum
colligitur *in dec. 202. par. 13.* ſignanter *ſub n. 4.*
juncta facti ſerie *a principio* recenſita, *& dec.
155. poſt obſervat. Melii* alias *dec. 185. coram
Priol.* confirmata *dec. 220. cor. eodem*, quod-
52 que antiquius debitum attendatur dumta-
xat, ubi alterum debitum ſit æquale, non
autem ſi recentius ſit magis durum, *Mart.
Medic. deciſ. 25. n. 1.*, & quod hæc ſolutio in
53 hujuſmodi cauſam poſſit opponi nedum ab
ipſo Debitore, ſed etiam ab eo, cujus inte-
reſt, in propoſito fideiuſſoris poſt *Corn. con-
ſil. 111. n. 4. vol. 4., & Rot. dec. 113. n. 12. cum ſeq.
par. 1. diverſ.* probat *Mart. Medic. d. exam. 15.
num. 15.*

Tertio in idem, quia cum etiam nulla fa-
54 cta declaratione Creditor quidẽ habeat ar-
bitrium illam referendi in cauſam ſibi bene-
viſam, ſed tamen debeat illud interponere
uti bonus Vir, & Arbitrator, ex deductis per
*Gratian. d. diſcept. 224. n. 9., Scacc. de Commerc.
§. 2. gloſſ. 5. n. 93., Carol. Anton. de Luca ad
eumdem Gratian. d. diſcept. 224. n. 2., Angel.
de Confeſſ. lib. 2. qu. 67. n. 7., & ſeqq., Capyc.
Latr. conſult. 33. n. 13., Surd. dec. 328. n. 10.,
Rot. cor. Buratt. dec. 284. n. 5.*, certe non
videtur rectius interponi poſſe iſtud arbi-
trium, quam pro extinguendo debito accol-
55 lato; cum enim ſecundum prædictam *dec.
Bich. 339. per tot.* Accollatarius ſit obligatus
& poſſit compelli ad ſatisfaciendum propriæ
obligationi a duobus, nempe tam ab eo, cu-
jus favore prodiit accollatio, quam ab eo,
cui facienda erat ſolutio: hinc proinde ſolu-
tio debet applicari potius illi cauſæ, ob quam
a duobus poterat Debitor urgeri, & reſpe-
ctive conſequi liberationem, & præſertim
(ut ad præſens) ob expreſſam obligationem
56 Cameralem, ut ex hac ratione in ſimilibus,
quando pro una cauſa datus eſt fidejuſſor,
qui poteſt pariformiter compellere Debito-
rem principalem ad ſolvendum, uno ore
concludunt *Caſtrenſ. conſ. 233. n. 1. lib. 1., Gabr.
conſ. 48. n. 1., & ſeqq. lib. 2., Rot. cor. Cava-
ler. dec. 99. n. 3., & 4., & cor. Remhold. de-
ciſ. 246. n. 5.*, & ferme ad rem noſtram *Ca-
ball. conſ. 170. n. 25., & ſeqq. lib. 1.*, ubi age-
batur de pecuniis Debitoris a Tertio ſolutis,
*Angel. de Confeſſ. lib. 2. quæſt. 67. n. 12., Ed-
den. ad Buratt. dec. 284. litt. A.*

Quarto pariter in idem, ex quo vigore
57 prælatæ accollationis Antonius dicitur pro-
cul

Digitized by Google

cul dubio habuiſſe mandatum de ſolvendo
pro Jo. Benedicto Principali, quando vero
concurrunt hæc duo, quod ſolventi fuerit
58 mandatum, ut ſolveret, quod mandans
ſit Debitor, tunc ſine alio ſolutio præſumi-
tur facta nomine mandantis, non autem no-
mine proprio, teſte *Bart. in l.Titium, §. Alter
ff. de adminiſtr. Tutor., Card. Tuſch. d.litt.S, con-
cluſ.353. n.60., Mandell. Alb. conſ.3. num.5.,
Menoch.conſ.81.n.38., Capyc. Latr.dec.153.n.10.*

Quinto magis, reflectendo, quod pretium
hujuſmodi promanat ex Vinea conceſſa An-
tonio in diviſione ſub præciſa lege, & pacto
ſolvendi debitum, ſive ratam hereditariam
Jo: Benedicti Fratris, ac propterea dum agi-
59 tur de pretio redacto ex re in hanc cauſam,
& ſub hac conditione translata, tunc ſine
contradictore receptum videtur, non eſſe
amplius dubitandum, in quam cauſam reci-
pienda veniat ſolutio, ſed in eam ſemper fieri
debeat imputatio, a qua pecuniæ redactę exti-
terunt, licet Debitor debeat etiã ex alia cauſa
eidem Creditori, ut poſt *Bald. in conſ.115. lib.3.*
firmat *Card. Tuſch. d.litt.S. concluſ.353.n.62.*
late *Marr.Medic. d.exam.15. n.32. & 33.*

Sexto tandem, quia illud, quod hodie in-
quiritur circa præſumptam voluntatem An-
tonii Debitoris, quando ipſe ſponte ſolviſ-
ſet abſque ulla declaratione, vel quando ſol-
viſſet expreſſe in hanc cauſam, quam non
poterat Creditor recuſare, ex ſupra firma-
tis, habemus non ſolum certitudinaliter ex
facto Judicis ita preciſe mandantis, & quod
(ex Iuribus notoriis) dicitur, & eſſe cenſetur
factum Partis; verum, etiam quod non foret
factum a Iudice, vel ab Antonio, poteſt hic,
& nunc explicari per Io: Benedictum Princi-
palem; illa namque facultas eligendi cau-
60 ſam ſolutionis, ſeu imputationis attributa
Debitori etiam contra voluntatem Credito-
ris, ſtatim ac ipſe Debitor fuit moroſus tran-
ſit in illum Creditorem, qui devenit ad judi-
cialem ſubhaſtationem pignorum, & ſic in
eumdem Io: Benedictum, qui Antonium
moroſum cogendo prævenit, ut concludit
*Caſtren. d conſ.238. ſub n.1. verſ. Secundo facit,
Lanar. conſ.24.n.7., Poſth. de ſubhaſt. d.inſp.39.
n.4.5. & 6., Rot. apud Marcheſan. de Commiſſ.
par.1. fol.770. ſub n.4., Contr. diſcept.24. n.27.
Rot. cor. Burats. d. deciſ.284. n.6.*

Hiſque tam evidentibus demonſtrationibus,
ac Iuris propoſitionibus contraponi poſſe non
videtur unica difficultas, nimirum quod tra-
ctetur de pretio proveniente ex Vinea præce-
denter hypothecata Fabronæ Adverſariæ, &
ſic nequeat in præjudicium eiuſdem hypothe-
cæ anterioris fieri ſolutio in aliam cauſam,
quam ipſa malit: Quia præterquam ſat eſſet
reſpondere, quod pretium redactum ex re hy-
pothecata non eſt hypothecatum, ex quo in
particularibus ſubrogatio non datur, quem-
admodum ex *Neguſant. & Borgnin.* habetur
apud *Cyriac. cont.490. n.64.* Adhuc vis non
ſtat ſuper hypotheca, ſed ſuper voluntate
Debitoris, qui ſicuti ſi Vineam ſponte diſtra-
xiſſet, potuiſſet etiam non obſtante eadem
hypotheca pretium a prædicta venditione re-
tractum ſolvere in quam cauſam mallet, ita
pariter vel ex operatione legis, vel ex facto
Iudicis, vel ex hodierna declaratione Jo. Be-
nedicti Principalis poteſt applicari, vel cen-
ſeri applicatum debito accollationis; maxi-
61 me, quia concurrit ex parte Fabronæ Adver-
ſarię ad ſummum hypotheca generalis ante-
rior, & parte vero Io. Benedicti intercedit
non ſolum hypotheca generalis, ſed ſpecia-
liſſima cum reſervatione dominii, & poten-
tior cauſa urgendi Antonium pro diſſolven-
do ęre alieno accollato, ut ferme in individuo
diſtinguens inter hypothecam generalem, &
hypothecam pariter generalem in concurſu
obligationis limitatæ ad favorem Tertii, ſeu
fidejuſſoris videre eſt penes *Rot. apud Mar-
cheſan. de Commiſſ. d.par.1. fol.770.n.4. & n.8.*

## MELEVITANA FIDEICOMMISSORUM SVPER FRVCTIBVS.

*Mercurii 17. Iunii 1699.*

### ARGVMENTVM.

Hæc Deciſio eſt confirmatoria alterius, de
qua ſupra *in ordine la 59.*, & agit de eadem
materia liquidationis fructuum reſtituendorum
a poſſeſſore condemnato ad dimiſſionem bono-
rum. Notulæ juratæ exhibitæ per Salvianiſtam,
vel Aſſociatarium an, & quando ſtari debeat
ad probandam quantitatem fructuum perce-
ptorum ex bonis Debitoris, & an, & quomo-
do Debitor, vel ejus hæres poſſit impugnare
hujuſmodi notulam ex capite erroris, vel defe-
ctuoſitatis: Et late diſcutitur articulus an, &
quando Beneplacitum Apoſtolicum conceſſum
favore alicuius valeat re integra executioni de-
mandari favore ejus hæredis, vel potius neceſ-
ſaria ſit impetratio novi Beneplaciti.

### *SVMMARIVM.*

1 *Fructus non dicuntur, niſi ii, qui ſuper-
ſunt deductis oneribus, & expenſis.*

2 *Fructus Melioramentorum de Iure pertinent
ad poſſeſſorē bonæ fidei, qui illa confecit.*

3 *Melioramenta compenſantur cum fructibus
lite pendente à poſſeſſore perceptis ex bo-
nis, ad quorum reſtitutionem fuit con-
demnatus.*

4 *Solutio, tamquam quid facti, non præſu-
mitur, niſi exhibeatur recepta.*

5 *Impenſæ reaptationum Prędiorum urba-
norum de ſtylo Rotę taxari ſolent in an-
nuis ſcutis quinque pro quolibet centena-
rio penſionum.*

6 *Calculus Ariſmeticus facit de per ſe ple-
nam probationem.*

7 *Paria ſunt, aliquid non eſſe factum, vel
non eſſe probatum.*

8 *De liquidatione fructuum, remiſſive.*

*Et de duplici differentia quęſtionum in hoc
propoſito regulariter cadentium, ibid. n 9.*

10 *Creditor poſſident in Salviano, vel titulo
aſſo-*

Digitized by Google

*aſociationis bona ſui Debitoris preſumitur integre ſatisfactus de ſuo credito, niſi probet negativam ejus integralis ſatisfactionis.*

*Et talis negativa non probatur ex notula jurata per eum exhibita, quoties ipſe agit adverſus alia bona Debitoris ex capite non integræ ſatisfactionis, n.15.*

11 *Notulę juratę exhibitę per Salvianiſtam, vel Aſociatarium ſtandum eſt circa quantitatem fructuum perceptorum ex bonis Debitoris.*

*Amplia, licet talis notula in alio Judicio, vel Inſtantia fuiſſet minus juſte rejecta, num.16.*

*Non tamen impeditur Debitor juſtificare errorem, ſeu defectum talis notalæ, n.12.*

*Dummodo hujuſmodi error, aut defectus concludenter probetur, n.13., & n.17.*

14 *Creditor quoties in Actis medio juramento ſpecificavit ſummam ſibi debitam, ſi Debitor prætendit ſe ad tantam ſummam non teneri, debet hoc concludenter probare.*

18 *Creditor immiſſus in Salviano nequit procedere ad ſubhaſtationem bonorum, niſi deſuper obtineat Commiſſionem Pontificiam.*

19 *Gratia ſupremi Principis interprætari debet juxta intentionem tam impetrantis, quam concedentis.*

20 *Facultas erigendi Majoratum per Titium a Principe obtenta, an valeat executioni demandari ab hærede ipſius Titii, & num.35. & 43.*

21 *Gratia obtenta a Principe ſupremo in dubio præſumitur realis, & tranſitoria ad hæredes.*

*Contra, quod in dubio præſumatur potius perſonalis, quam realis, n.37.*

22 *Gratia obtenta intuitu, & contemplatione rei cenſetur realis, & tranſitoria ad hæredes, non obſtantibus verbis perpetuitatem denotantibus.*

*Amplia, ut num.26.*

*Limita, ut num.38.*

23 *Hæres poteſt ea omnia facere, & exequi, quæ poterat defunctus.*

24 *Factum a perſona repræſentante cenſetur factum a perſona repreſentata.*

25 *Facultas alienandi Feudum a Feudatario obtenta ſuffragatur etiam ejus hæredi, quatenus idem Feudatarius morte præventus illa uſus non fuerit.*

*Vide tamen num.36.*

27 *Diſpenſatio extenditur de perſona ad perſonam concurrente identitate reſpectu utriuſque perſonæ.*

28 *Gratia Principis ſemper interpretari debet, ut potius duret, quam ceſſaverit.*

29 *Beneplacitum Apoſtolicum conceſſum alieni cum verbis perſonaliſſimis, nequit executioni demandari favore ejus hæredis.*

*Et de ratione, num.30.*

*Amplia, id magis procedere, quoties aliunde conſtat, quod Papa motus fuerit ad concedendam Gratiam ſolo intuitu, & contemplatione impetrantis, n.31.*

32 *Gratia Pontificis per ejus obitum re integra expirat, & num.34.*

*Extende, ut expiret etiam per obitum impetrantis re pariter integra, num.33.*

39 *Hæres non ſuccedit in Gratiis, & Privilegiis perſonalibus ſui Authoris prædefuncti, & num.42.*

40 *Privilegium perſonale non eſt ceſſibile favore alterius.*

*Neque etiam eſt tranſmiſſibile, num.41.*

## DECISIO XCVII.

FRuctus bonorum, de quibus agebatur liquidandos eſſe in ſumma ſc.1682. reſponſum fuerat coram Me ſub die 27. Junii ſuperioris Anni favore Catharinæ, & Jo: Baptiſtæ Jugalium de Boniciis: Obtenta autem per Dominicum, & Fratres pariter de Boniciis ex indulgentia noſtri Tribunalis nova Audientia in Congregatione habita ſuper relationibus Cauſarum ſub die 4. Aug. ſubſeq., iiſque ad hodiernam uſque diem expectatis Cauſam repropoſui; quare DDñi diſpunctis, rejectiſq. oppoſitionibus, quæ tunc fiebant, exiſtimarunt, nullo modo recedi poſſe a deciſis.

Siquidem in Memoriali per prædictos Fratres diſtributo ſub enunciata die 4. Aug. non impugnabatur Juſtitia eorum condemnationis ad reſtitutionem fructuum in genere a die motæ litis, ſed dumtaxat excipiebatur, quod ſubducenda eſſent a liquidatione contenta in præterita mea Deciſione onera decimarum, necnon expenſæ factæ pro reaptationibus Domorum, ex inconcuſſa regula,
1 quod inter fructus non recenſetur, niſi id,
quod ſupereſt deductis oneribus, & expenſis, ad Text. *in l. ſi a Patre, §. ſin. ff. de petit. hæred.*, & *in l. fructus, ff. ſolut. matrim. Tranchedin. conſ.73. n.19., Rot. cor. Gregor. dec.273. n.3., & rec. dec.711. n.1. par.18., & in Romana hæreditatis de Lanaviis 28. Junii 1697. §. Inclinarunt, coram Me.*

Adjungendo, quod etiam demendi forent
2 fructus Melioramentorum, qui de Iure pertinent ad poſſeſſorem bonæ fidei, qui eadem fecit melioramenta, juxta firmata per *Garz. de expenſ. & melior. cap.22. ſub n.56. verſ. ex quo primum, Modern. Novarien. de compenſ. cap.2. q.19. n.21. & 22. & q.35. n.12., Rot. dec.359. n.4. & 5. par.2. rec., & dec.564. n.12. cum ſeq. par.18., & in Romana Salviani 28. Junii 1697. §. Minuſque, cor. R.P.D. meo dell' Olmo*; quodque demum in univerſum nulli, vel pauci fructus Actoribus deberentur, ex quo iidem Rei conventi intendebant debitum fructuum contraponere credito ipſorum Melioramentorum, juxta familiarem propoſitionem, quod condemnatus ad reſtitu-

Digitized by Google

3 ſtitutionem rei, in qua fecit Melioramenta,
ad omne pejus tenetur eadem melioramenta
compenſare cum fructibus pendente lite per-
ceptis, quemadmodum per *Text. in l. ſumptus
49. ff. de rei vindic.*, *& in l. ſuper empti 16. C. de
evict.* oſtendit *præcitatus* Modern. *de compenſ. d.
cap. 2. qu. 35. n. 10., & cap. 2. qu. 24. n. 27.*, &
pluries dixit *Rot.* ut in *dec. 670. n. 19. cor. Bich.*,
*& cor. Card. Celſ. dec. 233. n. 14., & dec. 53.
n. 21. cor. Priol.*

Sed Domini, etiam ex Officio diſcutien-
tes ſcrupula Cauſarum, proindeque diſtinctè
procedendo circa aſſ. ſolutionem Decima-
rum, cùm non viderint aliqnid uſquedum
deſuper juſtificatum ex parte Fratrum ſuc-
cumbentium, etſi forent præterlapſi unde-
cim fere Menſes a die novæ Andientiæ per
eos impetratæ, nullam juremeritò habue-
runt rationem de hac Decimarum ſubdu-
ctione; Solutio namque, tamquam quid fa-
4 cti, de per ſe non præſumitur, unde niſi exhi-
beantur quietantiæ, ſeu receputæ, fruſtrà
quæritur de illius ſubductione, ſeu bonifica-
tione, ad *Text. in l. quingenta 12 ff. de probat.*,
*Honded. conſ. 39. n. 47. lib. 2*, *Rot. Lucen. penès
Modern. Forolivien. in obſerv. ad Ramon. tom. 2.
deciſ. 35. n. 51. in fin.* cum aliis *in Urbevetana
Pecuniaria 8. Junii 1696. §. fin. cor. Reverend.
D. meo Molines Decano*.

Quòvero ad aſſ. reparationes, diligenter
obſervatum fuit, earum deductionem cade-
re non poſſe; niſi reſpectu unici Prædii Ur-
bani, nempè Domus in Contrada S. Jacobi;
percurrendo etenim *Summarium* Teſtium Re-
miſſorialium datum per Conjuges Actores
in præterita propoſitione, compertum eſt,
hujuſmodi reaptationes ſolummodo in valde
tenui ſumma cecidiſſe ſuper prædicta Domo,
ſicuti deponebant ſecundus, decimus, & un-
decimus Teſtes in duodecimo Interrogato-
rio: Quapropter cum ex eadem Domo quo-
libet Anno (etiam juxtà aſſertionem eorum-
dem Teſtium) retractæ fuerint penſiones in
ſumma ſc. 45., hinc calculando de ſtylo Tri-
5 bunalis veriſimilem impenſam iſtarum rea-
ptationum ad ſummum in annuis ſcutis quin-
que pro ſingulo centenario earumdem pen-
ſionum, ut dictum fuit *in Rom. Aſſociationis
ſuper fructibus 17. Maii 1694. §. Circà verò, cor.
Reverendiſs. D. meo Decano*, *in Rom. liquida-
tionis fructuum 4. Iulii 1698. §. Ex his tamen,
cor.* R. *P. D. meo Lancetta*, *& in Rom. fideic.
de Pinis ſuper penſionibus 12. Decemb. proximè
præteriti §. fin. cor. eod.*

De plano ſequebatur, quod à liquidatione
fructuum præcitatæ Domus quolibet Anno
in totum detrahenda forent ſc. 2., & ob 25.,
ſicque per ſpatium octo Annorum, quibus
lis perduravit, ſubducenda eſſent dumtaxat
ſc. 18. habito reſpectu ad totam Domum; At
cùm medietas incontroverſa ſpectaret ad
eoſdem Fratres, miſerabilis hæc amaritudo
reducebatur ad ſcuta novem, quibus ſubdu-
ctis, ſive excomputatis remanent ſcuta 1673.
6 juxtà calculum patentem, quiye facit Ma-
thematicam, ſive plenam probationem, ut
in his terminis alias reſpondit *Rot. in d. Rom.
fideic. de Pinis 12. Dec. 1698. §. Sanè*, *& in
d.* R*omana liquidationis fructuum 30. Ianuarii
currentis Anni §. Quo præmiſſo*, *cor.* R. *P. D.
meo Lancetta*.

Progrediendo autem ex abundanti ad al-
teram exceptionem in ordine ad fructus aſſ.
Melioramentorum perperam (ut prætende-
batur) calculatos in computatione reddi-
tuum, animadvertebant Domini, exceptio-
nem hanc eſſe de ſubiecto non ſupponente,
cum nullibi unquam juſtificatum ſit ex par-
te Fratrum de Boniciis, quod aliquas fece-
rint meliorationes in bonis controverſis,
quinimo negativa eorumdem melioramen-
torum aperte concludebatur ex dicto prædi-
ctorum Teſtium Remiſſorialium, qui eadem
bona diutius in locationem detinuerant,
ideoque fruſtraneæ remanebant conquæſtio-
nes de ſubducendis fructibus melioramento-
rum, deque ſubſidiarie compenſandis fru-
ctibus pendente lite perceptis cum impenſa
eorumdem melioramentorum, cum paria
7 ſint, aliquid non eſſe factum, vel non eſſe pro-
batum, *vulg. Iur. in l. in lege fundi 77. ff. de contr.
empt.*, *& in l. duo ſunt Titii 30., ff. de Teſtam.
Tutel.*, *Modern. Novar. de compenſ. cap. 1. qu. 8.
n. 3. Rot. dec. 234. n. 10. & ſeq. par. 19. rec.*

Et ita pro Catharina, & Jo: Baptiſta Infor-
mantibus denuò reſponſum fuit &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

CONfirmatoria eſt hæc Deciſio alterius ſu-
prà regiſtratæ in ordine *la 59.*; diſpunctis
ſiquidem quibuſdam obiectationibus ſuper-
additis in hac nova propoſitione, celeriter
terminavit Cauſa cum ſubſequuta expedi-
tione ſub die 3. *Iulii ejuſdem Anni 1699.*, licet
enim non ita cito, & ſignanter intra Men-
ſem non ſoleant a die reſolutionis captæ
proferri Sententiæ, etiam quando inconti-
nenti extenderetur, ac publicaretur Deciſio,
ad hoc, ut Partes, quæ dimicarunt, tantiſ-
per valeant quieſcere, novaſque (ubi opor-
teat) parare defenſiones: nihilominùs ità ac-
cidit, & quandoque practicari conſuevit,
quoties vel ſilentium Partis, vel negocii par-
vitas, aliæve juſtæ, & rationabiles circum-
ſtantiæ id ſuadent.

Nonnulla iudicavimus ſub *ead. Dec. 59* quæ
concernunt eamdem materiam liquidationis
fructuum, a multiplici tunc Annotatione ab-
ſtinentes ob frequentem occurſum ſimilium
*Deciſionum*, quæ reincidunt in eaſdem Juris
concluſiones, unde ſuperfluum videtur hic
etiam aliquid ſuperadiungere; quia tamen in
intricata redditione rationis plurium bono-
rum,

Digitized by Google

rum, & effectuum variæ, ſpeciales, & cæte-
8 roquin practicabiles fuerunt diſpunctæ partitæ circa hujuſmodi liquidationem ſub aliqua particulari rimatione, citra aliam tranſcriptionem indicaſſe ſat erit ſuſe diſcuſſa in una *Ferrarien. ſeù Anconitana fideic. ſuper fructibus 16. Ianuarii* 1704. *cor. me*, cumque uſque ad minimum quadrantem Partes contenderent de unaquaque etiam parva partita, neceſſe fuit bis prædictam *Deciſ.* ad trutinam revocare, unde prodiit ſecunda *Deciſio* ſub die 9. *Junii ejuſdem Anni* 1704. & demum tertia *die 6. Martii* 1705., ad quas Me ſimpliciter habeam remiſſive, ſi quis forte juxta caſuum contingentiam velit latiùs ad eas recurrere, & ſatisfieri, cum ferme nunquam tot Deciſiones in ſimilibus controverſiis edantur, ſeu edere neceſſe ſit pro una Cauſa.

Animadvertere etiam libet, quod liqui-
9 datio fructuum in duplici differentia diſquiri ſolet; una eſt, quando (prout in caſu *præſentis Deciſionis*) fructus veniunt reſtituendi per ſuccumbentem ratione malæ fidei in Judicio poſſeſſorio, vel rei vindicationis ex cauſa dominii ſecum trahentis etiam fructus; & altera, quando eadem liquidatio prius facienda præſervat detentorem in ſua detentatione, donec illa ſequatur, ſicuti contingit, ubi quis ad ſibi ſatisfaciendum cum fructibus reperitur immiſſus in poſſeſſionem alicujus Tenutæ, ſeu Prædii, & Dominus ejuſdem Tenutæ, ſeu Prædii, & reſpective Debitor prætendit, quod Creditor immiſſus jam fuerit ex prædictis fructibus ſatisfactus: In primis terminis recurrunt ea, quæ ſupra diximus, nec non inibi allegatæ *Deciſiones*, & plures alibi quotidie.

In ſecundis vero certum eſt, quod ubi
10 immiſſus, ſive aſſociatus per aliquod conſiderabile temporis ſpatium permanſerit in poſſeſſione, ad detegendam illam illiquiditatem, & præſumptam extinctionem ſui crediti ex diutina perceptione fructuum, neceſſe habet Creditor juſtificare negativam integræ ſatisfactionis, *Rota cor. Cavaler. dec.*539. *n.*5. *& 6.*, *dec.*575. *n.*6. *par.*16. *rec.*, & Me relato *in tractat. de Commerc. & Mercatur. diſcurſ.*38. *n.*17. eadem *Rota in Rom., ſeù Sabinen. Pecuniaria* 15. *Martii* 1709. §. *Neque videtur*, *cor. R.P.D. meo Kaunitz*.

Verùm quia talis neceſſitas, quatenùs rigoroſe adimplenda eſſet, nimis redderetur dura Creditori, ſi deberet per plenas juſtificationes docere quid, & quantum adamuſſim perceperit, hinc praxis inolevit,
11 quod ſtetur juramento Creditoris, quod tanti, & nil ultrà perceperit, & traditioni (ut dicunt) notulæ juratæ, ut omittendo cæteras *Auctoritates* notat *Rota dec.*302. *n.*2. *&* 3. *par.*14. *rec.* ubi cum *Scappucc. de Salvian. & Marcheſan. de Commiſſion.* laudat, quod hujuſmodi notula exhibeatur ſingulis Annis, *& alibi paſſim*.

Non impeditur tamen in hoc caſu Debi-
12 tori, quominus valeat eamdem notulam, etiam juratam, convincere de errore, vel de falſo, prout habetur *in dec.*451. *num.*13. *par.*13. *& dec.*175. *n.*10. *par.*16. *rec. & in Setina, ſeu Terracinen. Pecuniaria* 25. *Junii* 1696, §. *Nec obſtat notula cum ſeqq. cor. D. Card. Caprara*; ſed in obſequium, & venerationem
13 Juramenti debet hoc legitime, & plene juſtificare, ex *Rota cor. Coccin. dec.*972. *n.*1. *cor. Duran. dec.*259. *num.*11. *& in d. dec.*302. *n.*1. *par.*14. quemadmodum etiam compellitur
14 Debitor, qui creditum eſſe tantæ ſummæ controvertit, poſtquam Creditor in Actis mediante Juramento quantitatem ſui crediti ſpecificavit, ad tradita per *Ridolphin. in prax. par.*1. *cap.*6. *n.*49. *& ſeqq. Rota in Rom. Cenſus* 5. *Maii* 1710. §. *Potiſſimùm, cor. R.P.D. meo Falconerio*.

Si vero Creditor immiſſus ſimpliciter non inſiſtit prætenſioni poſſeſſionis, & non venit excipiendo dumtaxat de non integra ſatisfa-
15 ctione, ſed agendo prætendit, ſeſe non fuiſſe ſatisfactum, tunc non ſtatur notulæ juratæ, quę per eum exhibeatur ad docendum de non integra ſatisfactione, ſed tenetur hujuſmodi negativam liquidiſſime demonſtrare, ut diſtinguendo inter Creditorem immiſſum, qui faciat figuram Rei, ſive Actoris late *Merlin. de pignorib. lib.*5. *tit.*2. *qu.*77. *n* 45. *cum ſeqq.* & pluribus *Rotæ Deciſ.* cumulatis *in d. dec.*451. *n.*12. *par.*13. *& d. dec.*175. *n.*8. *par.*16. *dec.*392. *n.*9. *par.*19. *rec.*, *& deciſ.*185. *n.*2. *&* 3. *inter collect. per Modern. Aſculan. ad Stat. Urb. & in Lauretana Dotis* 11. *Maii* 1708. §. *Sufficiens tamen, cor. R.P.D. meo Caſſarello, & in d. Rom., ſeu Sabinen. Pecuniaria* 15. *Martii* 1709. *ſub prædicto* §. *Neque videtur*, *verſ. inter quas*, *cor. R.P.D. meo Kaunitz*.

Ampliavit *mox relata Deciſio coram R.P.D. meo Kaunitz*, principalem concluſionem ſuper ſufficientia notulæ juratæ traditæ per Creditorem immiſſum in figura excipientis,
16 & Rei, etiamſi eadem notula fuiſſet in alio Judicio rejecta, dummodo de nullitate, & injuſtitia rejectionis per eumdem Creditorem doceatur, cum nulliter, vel injuſte procedens Judex nequeat Partibus in eorum Juribus præjudicare, ut legitur *ſub enunciato* §. *Neque videtur, verſ. Quia illa fuit exhibita.*

Nulliter vero Judicem proceſſiſſe ibidem dicitur, quoties ex parte Debitoris nunquam
17 fuit concludenter probatus error, vel falſitas ejuſdem notulæ, & hæc erat de cætero uniformis præſumptioni Juris, nempe taxationi præfinitæ per celebrem *Gloſſ. in Auth. prætereà, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* ad rationem quinque pro centenario juſti valoris Fundi, poſtea temperatæ per Tribunal ad rationem quatuor, ut proſequitur *ſupradicta Deciſio in* Ro-

*Romana ſeu Sabinen. Pecuniar.* 15. *Martii* 1709. §. *Neque attendi*, quæ fuit expedita *ſub die* 7. *Junii ejuſdem Anni* 1709.

In caſu autem, quod evidens exiſtat, quod Creditor immiſſus ſatisfactum non fuerit, neque ſatisfieri potuerit ob ſuperexcedentiam crediti intra ſpatium decem Annorum, cenſuere nonnulli, quod valeat idem Creditor a Judicibus, & Tribunalibus reportare ( dummodo de credito conſtet per rem judicatam ) opportuna Decreta pro obtinenda ſubhaſtatione, & deliberatione ejuſdem Fundi, ad quem reperiebatur immiſſus, licet eumdem Fundum per utile Salviani interdictum non avocaſſet ab ipſo Debitore, ſed a Tertio, in quem per viam dominii foret transla-
18 tus: Sed hoc in Romana Curia minime admittitur, niſi Pontifex, tamquam Supremus Princeps, ſuam interponat auctoritatem, & licentiam, vigore ſpecialis Commiſſionis id faciendi, ſeu permittendi, ut de his omnibus pleno Calamo tractatum fuit *in Romana. Salviani ſuper Subbaſtatione* 23. *Martii* 1705. *cor. Me*, in qua advertitur, præfigi debere novum terminum Debitori ad reluendum, & contigit dubitari, utrum in vim præfatæ Commiſſionis Papæ ( de aliquibus excipiente Creditore ) poſſet deveniri ad eamdem ſubhaſtationem, vel deliberationem.

Continuando autem materiam ſimilium Commiſſionum, quæ per Papam expediuntur per Breve, quamtumvis caſus ſit diverſus, exponam Diſcurſum per Me efformatum uſque de Anno 1683. ſuper eo, an attributa licentia alicui per Summum Pontificem contra ſanctionem prohibitivam alienationis in Forenſes ſubjugandi tot bona, quæ ſufficerent ad conficiendum, ſeu augendum redditum certæ ſummæ, eadem licentia, exequutioni adhuc non demandata in vita impetratoris, exequutioni demandari poſſet per ejus hæredem, vel potius novum Breve, nova licentia exquireretur, ſuper quo ita dicebam.

Pulchra quæſtio diſcutienda proponitur, an ſcilicet Beneplacitum Apoſtolicum obtentum a Titio, ut poſſet de bonis propriis augere redditum Commendæ de Jurepatronatus Gentilitio uſque ad ſummam ſc. 800. in tot bonis ſtabilibus, valeat per Cajum nepotem ejuſdem Titii, qui interim ab hac vita migravit, executioni demandari, abſque eo, quod novi Beneplaciti expeditione indigeat.

Et quod novo Beneplacito non indigeat,
19 plura videntur urgere, primo nempe, quia ſemper in Gratiis fieri debet interpretatio ſecundum intentionem petentis, & concedentis, *cap. ex multiplici, de Decimis*, & tradit *Tellius Fernandez ad l.*4. *Tauri nu.*11.: Ergo cum in præſenti præcipua intentio tam Titii, qui Gratiam obtinuit, quam Pontificis, qui eam conceſſit, ea fuerit, ut redditus hujus Commendæ ad fructus ſcut. 800. auge-
20 rentur, non refert propterea, an iſti redditus augeantur a Titio, an vero a Cajo ejuſdem Titii Nepote, ut optime in propoſito ponderat *Mieres de Majorat. par.*1. *quæſt.*11. *num.*14. *& ſeqq.* qui loquitur de Nepote ejus, qui licentiam a Principe obtinuit faciendi Majoratum, & morte præventus facultatem ſibi elargitam exequi non potuit.

Secundo, quia in dubio qualibet Gratia, ſeu conceſſio a Supremo Principe emanata
21 præſumitur realis, & tranſitoria ad hæredes *Bellug. in Specul. Princip. rubr.*47.*n.*31. *verſ. Et ideo*, *Mieres de Majorat. par.*4. *qu.*11. *n.*2. *&* 3. *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.*4.*cap.*10.*n.*39. *Menoch. lib.*3.*præſ.*103.*nu.*29. *Poſth. reſol. civil.*150. *num.*7. quamvis in hoc caſu Beneplacitum a Titio obtentum videatur reſtrictum ad ejus perſonam, quia cum illud principaliter emanaverit in favorem Commendæ,
22 cenſeri debet reale, adeout ſpecificatio perſonæ Titii dicatur ibi appoſita non ad denotandam perſonalitatem Gratiæ, ſed potius per modum cauſæ impulſivæ, & ad oſtenſiendum ſubjectum, ad cujus contemplationem Beneplacitum concedebatur, ut optime comprobat *Petr. Barboſ. in l. quia tale* 14. *ſub n.*4. *verſ. Et per contrarium. ff. ſolut. Matrim. Menoch. d. præſ.*103. *ni*16. *lib.*3. *Gratian. diſcept.*276. *n.*68. *& ſeqq. Rot. dec.*400. *nu.*16. *& ſeqq. par.*9. *a. c.*199. *n.*19. *& ſeqq. part.*12. *& dec.*52. *n.*24. *&* 25. *par.*19. *recent.*

Tertio, quia hæres perſonam defuncti in omnibus repræſentat, unde conſequitur,
23 quod poteſt ea exequi, quæ defunctus exequi poterat. *l. hæred. ejuſdem. ff. de reg. jur. & §.*1. *Auth. de jurejur. a morient. præſt.*, & quod factum per perſonam repræſentantem cenſe-
24 tur factum a perſona repræſentata, ad *Text.* ſingularem *in l. ſi Titia cum Teſtamento*, §. *Ea conditione, ff. de legat.*2. *Andreas de Iſernia in cap. Imperialem n.*11. *in princip., ibique etiam Afflict. n.*77. *de prohib. feud. alien. per Fæderic.* ubi quod ſi habens fæudum impetravit a Prin-
25 cipe licentiam illud vendendi perſonis fidelibus, & morte præreptus illud non vendidit, quod poteſt hæres ejus virtute dictæ licentiæ fæudum vendere abſque nova licentiæ impetratione.

Quarto, quia negari non poteſt, quin ſaltem Beneplacitum ſit perſonale non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, utpote quia fuit
26 conceſſum Titio ratione Commendæ, & ſic perſonæ ratione rei, quo caſu illius effectum etiam in Tertium tranſmitti, in fortioribus firmavit *Rota in alleg. dec.*52, *num.*29. *&* 30. *part.*19.

Quinto, quia etiamſi Beneplacitum Apoſtolicum nullam Caii Nepotis mentionem faciat, attamen ejus perſona debet in eo haberi pro expreſſa, non obſtante, quod hujuſmo-

di Gratiæ ſint ſtricti Juris, & extenſionem de
perſona ad perſonam non admittant, ſecus
27 namque eſt dicendum in caſu noſtro, in quo
eadem cauſa, vel ratio augendi redditus
Commendæ, quæ vigebat in perſona Titii,
militat quoque in perſona Caii ejuſdem Ti-
tii Nepotis, quo ſane caſu permitti extenſio-
nem de perſona ad perſonam, loquendo in
terminis diſpenſationum firmavit Ripa in
cap.ad aures num.41.limit.1. de reſcript. Adden.
ad Gregor. dec.87. ſub. n.17. verſ. primo non
procedit., Spercl. dec.112, n,10. Rot. cor. Mar-
tin. Andr. dec.78, n.30.

Sexto demum, quia in dubio ea ſumi de-
bet interpretatio, ut Gratia Principis non ſit
28 extincta, ſed potius duret, Pancirol.conſ.19.
n.10. Ferrett. conſ.223. ſub nu.5. Gratian. di-
ſcet.845. n.17. Sanctarell. var. reſol.quæſt.16.
n.11. Maſtrill. dec.96. n,5. Rot. cor. Seraphin.
dec.296. num.1.

His tamen minime refragantibus in con-
trariam ſententiam, tamquam meliorem, &
veriorem, ac præponderantibus innixam ra-
tionibus, inclinare cogor: Beneplacitum
29 enim Apoſtolicum, de quo agitur, fuit im-
mediate directum in perſonam Titii cum
verbis omnimodam perſonalitatem deno-
tantibus; ergo non poteſt executioni deman-
dari per Cajum ejuſdem Titii Nepotem, de
quo in Beneplacito nulla ſit mentio, ad tra-
dita per Petr. Barboſ. in l.quia tale 14. n.2. in
fin. & n.8.pariter in ſ.n.ff.ſol.Matrim.Cravett.
conſ.929.n.6.& ſeqq.Mieres de Majorat, par.1.
quæſt.63. n.2. Menoch. lib. 3. d. præſ.103. n.9.
Cancer. var. reſol. par,3.cap.3. ſub n.324.verſ.
Et dicit, Gratian. dec. March.51. n.28. Rota
cor, Zarat. dec.27. n.20. & 21.; Gratia nam-
30 que alicui perſonæ conceſſa cum ipſa extin-
guitur, nec ad illius hæredes tranſit, Burſat.
conſ.131. n.24. & ſeqq. Archaran. Rhegien. q.
famil. lib.3. qu.43. nu.18. Arias de Meſa var.
reſol. lib.2. cap.27. n.9. Maſtrill. de Magiſtrat.
lib.4. cap.10. nu.16. & ſeqq. Novar. de elect.
for. par.1. ſect.3. in proœm. n.6. & dec.42. nu.1.
Merlin. dec. Lucen.15. n.3. Cavaler. dec.638.
n.6. Dunozet, Sen. dec,225. n.1. & 2, alibique
paſſim.

Quod fortius procedit, quando Princeps
potuit moveri ad concedendam Gratiam ex
ſolo intuitu, & ſpeciali contemplatione
31 Conceſſionarii, tunc enim eo facilius per
obitum Gratia evaneſcit, nec ejus effectum
ullo modo ad hæredes tranſmittitur, Barboſ.in
dicta l.quia tale ſub num.18. Avendan. ad l.40.
Tauri gloſ.17. n.21. Boſſ. in pract. tit. de Prin-
cipe n.343. Capyc. dec.109. ſub n.10. a Pont.
de poteſt. Proreg. tit.10. §.1. de diverſ.proviſ.n.
38. & ſeqq. Gratian. diſcept.276, nu.68. cum
duob. ſequen.

Confirmantur prædicta, quia ſicuti Gratia
quælibet Pontificis per ejus obitum re inte-
32 gra expirat, ex congeſtis apud Sebaſt.Medic.in
tract. Mors omnia ſolvit par.2.concl.49. n.133.
Rot, cor. Coccin. dec.2309. num.5. Ita expira-
re debet per obitum illius, cui conceditur,
33 ne ſit melior conditio Conceſſionarii, quam
Concedentis, Lancell. de Attent.par.2. cap.4.
in præfat. n.444.Garzias de Beneſ.par.6.cap.3.
n.23. Rot. cor. Cavaler, dec.638. n.6., & in
34 proximis terminis, quod facultas, ſeu licen-
tia ad aliquid faciendum elargita, quæ per
mortem Concedentis expirat, ex traditis per
Molin. Hiſpan primog. lib.2. cap.7, n.64. de-
beat etiam per mortem Conceſſionarii eva-
35 neſcere, loquendo de licentia data ad eri-
gendum Majoratum dixerunt Caſſaneus ſu-
per conſuetud. Burgund. rubr.4. tit. de droits,
& appart.§.19. n.3. fol. mihi 188. Molin. de
primogen. Hiſpan. lib.4, cap.5. ſub n.38, Spin.
de Teſtam. gloſ.5. n.46. Arias de Meſa variar.
reſol. lib.2. cap.27: ſub n,6. verſ.Et quia hujuſ-
modi conceſſio & omnium melius Mieres de Ma-
jorat. par.4. q.11. n.18. & 19, ubi ex Bald. &
Gregor. Lopez infert., quod ſi Papa dederit li-
36 centiam Abbati alicujus Monaſterii, ut poſ-
ſit de novo quoddam Prædium in fœudum
concedere, & re integra Abbas deceſſerit,
quod non poteſt ſucceſſor Abbatis in facere
abſque nova Papæ licentia, late Salgad. in La-
byrinh. Credit. par.2. cap.10. n.65. & ſequen.
Eminentiſſimus D. meus de Luca de Credit. diſ-
curſ.42. per tot,

Non obſtat, quod Beneplacitum Apoſto-
licum fuerit principaliter conceſſum ratione
Commendæ, & propterea cenſeri debeat rea-
le, itaut ſucceſſor in Commenda poſſit illud
executioni demandare,

Reſpondetur enim, quod imo principali-
ter illud fuit conceſſum Titio, & illius con-
templatione, quod (ut ſuperius diximus)
colligitur ex verbis perſonaliſſimis in Bene-
37 placito appoſitis, & in dubio pro perſonali-
tate præſumitur, ut de veriori teſtatur Petr.
Barboſ. in l, quia tale 14.ſub n.4.ff.ſolut.Matr.
Pappon. conſ.7.n.13. in fin., & n.24. Mieres de
Majorat. par.4. qu.11. n.21., Navar. de elect.
for. par.1. ſect.1, qu.11. n.8., Mart. vot. Pi-
ſan. 66. num.10., & licet in eo fiat aliquan-
38 do mentio Commendæ, hæc tamen expreſ-
ſio cenſetur facta non principaliter ad de-
notandam eſſentiam Gratiæ, ſed ſecunda-
rio ad demonſtrandum id, quod Titio con-
cedebatur, ut in propoſito comprobat Bur-
ſatt. conſ.131. ſub num.36. verſ. quia reſponde-
tur, Gratian. dec. March.51. n.29. Rot.dec.50.
n.6. par.15. rec.

Minus obſtat, quod hæres perſonam de-
functi repræſentat, & in omnia ejus Jura ſuc-
cedit, ad Text. in l. hæres in omne 39., ff. de
39 acquir. hæred. Quia non propterea ſuccedit
in Gratiis, & Privilegiis perſonalibus, ut in
puncto cum Gironda, & aliis objecto reſpon-
det Arias de Meſa var. reſol.lib.2.cap.27.n.18.
40 & ſicut Privilegium perſonale non poteſt
alteri

alteri cedi, ut tradit *Surd. conſ.205. num.22. Antonell. Jun. conſ.34. n.9., Arias de Meſa lib.1.cap.21. ſub n.28. Maſtrill. deciſ.34. n.13.*
41 multo minus poteſt in alium tranſmitti, quando præſertim (prout hic) effectus Beneplaciti Apoſtolici cenſetur collatus in perſonam illius tantum, ad cujus favorem illud emanavit, ut conſiderat *Rot. cor. Dunozett. ſen. d. deciſ.225. num.1.*, & per conſequens
42 cum ille a Titio non fuerit conſumatus, non poteſt executioni demandari per Cajum ejus nepotem, ac hæredem, ut in ſimili *Cavaler. d. dec.638. n.6.* Ultra quod ſufficeret, quæſtionem, de qua diſceptatur, eſſe dubiam
43 ad finem conſulendi Cajo, ut ad majorem ſecuritatem novum Beneplacitum expediri faciat, ut in proximis terminis reſpondit *Molin. de Primog. lib.2. cap.11. n.41. in fin. verſ. quamvit tutius ſit.*

## NUCERINA PAGANORUM APPLICATIONIS CONVENTUUM SUPER PRÆTENSA RESTITUTIONE FRUCTUUM.

*Mer. 17. Junii 1699.*

### ARGUMENTUM.

Fructus a qua die veniant in Judicio reintegrationis, & de differentia, utrum Judicium principaliter directum fuerit ad rem, & acceſſorie ad fructus, vel potius principaliter, aut ſaltem æque principaliter ad ipſos fructus; & quid, ſi titulus poſſeſſoris redactus fuerit ad non titulum. Productio jurium quando, & in quibus caſibus ſit neceſſaria ad finem conſtituendi Reum, & poſſeſſorem in mala fide ad effectum reſtitutionis fructuum; Et an iſti in Judicio petitionis hæreditatis veniant ſemper, & indiſtincte a die obitus illius, de cujus hæreditate agitur, & rurſus a quo tempore debeantur in Judicio Salviani, necnon in altero intentato vigore interdicti quorum bonorum, cum aliis cohærenter ad eamdem materiam reſtitutionis fructuum, de quibus in *Summ.*

### *SUMMARIUM.*

1 *Fructus in Judicio reintegrationis regulariter non veniunt, niſi a die motæ litis, per quam poſſeſſor conſtituitur in mala fide, & n.4.*
*Vel ſaltem a die productionis Jurium, ex quibus poſſeſſor agnoſcere valuit injuſtitiam ſuæ poſſeſſionis, n.5., & n.25. 26. 27. 29., & 30. ubi declaratur.*
*Intellige, quando Judicium principaliter dirigitur ad rem, & acceſſorie ad fructus, ſecus ſi principaliter, vel æque principaliter ad fructus, quia tunc debentur etiam ante motam litem, n.2., & 23.*
3 *Fructus debentur etiam ante motam litem, & uſque a principio occupationis, ſeu adeptæ poſſeſſionis, quando titulus reducitur ad non titulum, & n.21., & 22.*
*Exemplifica in propoſito Penſionis, quæ ex poſt ad inſtantiam Titularis declaretur nulliter reſervata, n.6.*
*Rurſus exemplifica in fructibus, vel annuis præſtationibus perceptis in vim diſpoſitionis pendentis ab aliqua conditione reſolutiva, quæ poſtea purificetur, n.7.*
*Prædictaque omnia intellige, & declara, ut n.10. cum 2. ſeqq. & n.14., & 20.*
8 *Conditio ſuſpenſiva nullum jus, aut titulum producit, donec fuerit purificata.*
9 *Conditio reſolutiva idem operatur in caſu reſoluto, quod operatur ſuſpenſiva in caſu ſuſpenſo.*
11 *Titulus coloratus ſufficit pro acquiſitione fructuum, donec poſſeſſor fuerit in poſitiva mala fide conſtitutus.*
13 *Collatio ſeu proviſio Beneficii facta ab ordinario inducit in Proviſo bonam, ſeu mediam fidem.*
15 *Ad evitandam reſtitutionem fructum perceptorum ante motam litem ſufficit, abfuiſſe a poſſeſſore malam fidem effectivam.*
16 *Subreptio, vel obreptio Gratiæ non obſtat, quominus poſſidens illius vigore lucretur fructus perceptos ante motam litem.*
17 *Præteriti ratio ſcire futura docet.*
18 *Unio, quę non probatur effectuata, non prejudicat ſtatui collativo.*
19 *Epiſcopus præſumitur informatus de ſtatu Eccleſiarum, & Beneficiorum ſuæ Diæceſit.*
24 *Fructus rei pertinent ad illius Dominum, etiamſi ſit revocabiliter Dominus.*
28 *Hæres hæredis gravati non tenetur reſtituere fructus perceptos ex bonis fideicommiſſariis, donec vocatus illum in mala fide conſtituat mediante productione Teſtamenti, ſeu fideicommiſſi.*
31 *Fructus in Judicio petitionis hæreditatis, aut familiæ erciſcundæ, tamquam debiti in ſequelam dominii, veniunt a die obitus illius, de cujus hæreditate agitur.*
*Limita dupliciter, ut n.32., & 33.*
34 *Fructus in Interdicto* quorum bonorum *veniunt ſolum a die litis conteſtatæ, & productionis jurium.*
35 *Emptor judicialiter conventus ad retrovendendum vigore pacti non tenetur ad reſtitutionem fructuum, niſi a die facti depoſiti per Venditorem.*
36 *Fructus in Judicio Retractus non debentur Actori a die litis conteſtatæ, ſed ſolum a die facti depoſiti de pretio rei retrahendæ.*
37 *Fructus in Judicio Salviani non debentur a die litis conteſtatæ, ſed ſolum a die latæ Sententiæ ſuper immiſſione.*
38 *Fructus in Judicio Aſſociationis debentur ſolum a die latæ Sententiæ favore Actoris.*
39 *Poſſeſſor non tenetur ad reſtitutionem fructuū, quoties oppoſuit credita, vel melioramenta, eaque Judex cenſuit, eſſe compenſanda cum fructibus pendente lite perceptit.*

## DECISIO XCVIII.

REverendiſs. Epiſcopus Nucerinus, olim clar. me. Cardinalis Tayæ Magiſtri, nec non etiam celebris Anteceſſoris mei in Etruſco Auditoratu Sac. Rotæ, diligens, & probus Adjutor Studiorum ſtatim, ac ad Epiſcopatum Nuceriæ Paganorum extitit evectus a Sanctiſſimo, & Clementiſſimo Principe Innocentio XII., cui in minoribus inſervierat Neapoli cum præclaro munere Vicariatus Generalis, totam præcordiorum aciem intendit ad aſſerenda, vindicandaque jura propriæ Eccleſiæ illius Sponſæ, & idcirco præ cæteris ſedulo obtinuerat a Sac. Congregatione ſuper Statu Regularium, prævio Voto, ac *Deciſione* noſtri Tribunalis edita *ſub die* 10. *Maii* 1694. *cor. bo. me. Emerix*, applicari, ſeu reuniri Seminario ad normam *S. Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *de Ref. cap.* 18. laudabiliter erecto, geminos Conventus Religioſorum, qui ex notiſſima Conſtitutione ſa: me: Innocentii X. nuncupat. *Inſtaurandæ*, ſeu *inter ſuas la* 50. remanſerant per Apoſtolicam ſollicitudinem ſuppreſſi, una cum ulteriori condemnatione Dominici Viæ detentoris ſub illegitimo titulo Beneficii unius ex prædictis Conventibus ad reſtitutionem fructuum a die motæ litis perceptorum; Cumque adhuc eodem zelo exardeſcens procuraſſet quoque ab A. C. in altero diſcreto Judicio ad commodum dumtaxat ejuſdem Seminarii reportare Mandatum contra hæreditatem jacentem ipſius Dominici pro fructibus etiam abſumptis ante motam litem, Signatura Juſtitiæ legitimam Mihi executionem præcitati Mandati ſuſpenſive delegavit, quamobrem conſulendo de more Dominos, poſt maturam Cauſæ diſcuſſionem, firmiter recepi negativum prorſus Oraculum.

Regulare quippe eſt, quod in omni, & quocumque Judicio principaliter intentato, ſive ex remedio recuperandæ, ſive ex altero reintegrandæ erga aliquam rem, fundum,
1 vel Jus, minime debeantur, veniantque fructus reſtituendi, niſi ab ipſa die motæ litis, per quam ſubſunditur mala fides in poſſeſſorem laceſſitum, juxta notiſs. *Text. in l.* 1. §. *Ex die ff. de vi & vi armat*, & dixit *Rot. cor. Merlin. dec.* 687. *n.* 2., *& ſeqq.*, *& apud Poſth. de manut. dec.* 297. *n.* 14., *& in recent. dec.* 417. *n.* 1., *& ſeqq. par.* 13., *& in Hortana Caſalis ſuper fructibus* 30. *Aprilis* 1694. §. *Verum, cor. R.P.D. meo Pio*.

E converſo autem quotieſcumque actio
2 Judicialis principaliter, vel æque principaliter promovetur contra ipſos fructos, quia tunc tota quæſtio, tota anima prætenſionis verſatur circa eoſdem fructus, veluti ſemper, & uſque ab initio indebite perceptos, & uſurpatos, dimidiaretur victoria, ubi non ipſi integri fructus tribuerentur Actori, abſque neceſſitate tunc inquirendi de bona, vel mala fide, quemadmodum, nec inquiritur, ubi reſidet, & ſucceſſive canonizatur Inſtantia adverſus aliquam ſpeciem, ſeu Fundum, ut bene pluribus *Authoritatibus*, exemplisque cumulatis oſtenſum nuperrime fuit in *Florentina Penſionis* 12. *Jan. proxime præteriti* §. *Utraque tamen cum ſeqq. coram R.P.D. meo dell'Olmo*.

Et ob id ſicuti pariformiter intantum conceditur per opportuna remedia vindicatio, vel avocatio bonorum, vel Fundi, vel etiam alicujus Juris, inquantum exceptio, defenſio, ſive titulus oppoſitus per Reum manifeſtatur omnino nullus, & inſufficiens ad ſubſtentandum poſſeſſorem in illo Fundo,
3 jure, vel re, ita non minus retenta ſuppoſitione, quod actum fuerit principaliter contra fructus, robuſte Tribunalia, *Doctores*, & *Sac. Rota* dixerunt, quod fructus reſtituendi ſint uſque ab initio, ſcilicet etiam ante litem promotam, quia nimirum jam per Mandatum, vel Sententiam Judicis compertum eſt, quod titulus, cui Reus innitebatur obtegere, & tueri ſuam fruitionem directe petitam, & reſpective indebitam, erat invalidus, reprobus, vel cum reſiſtentia legis uſque a principio, ſicque (ut alio modo exprimi ſolet) idem titulus reducebatur ad non titulum, ad tradita per *Valenzuel. conſ.* 196. *n.* 21., *&* 22., *Oſaſch. dec.* 159. *n.* 12., *& ſeq.*, *Cyriac. cont.* 500. *n.* 48., *&* 49., *Rot.* 693. *num.* 1. *in fin. par.* 1. *rec.*, *& cor. Dunoz. Jun. dec.* 818. *n.* 3. *& dec.* 113. *num.* 16. *cum duobus ſeqq. coram Arguell.*

Applicantes itaque Domini indubitata firmamenta hujus de cætero celebris non minus, quam familiaris diſtinctionis conſtantiſſime in Tribunali noſtro retentæ ad caſum de quo tractabatur, ſtatim effulſit, quod actio excitata per Reverendiſſimum Epiſcopum, ſive illius Promotorem nullo modo directe, & principaliter tendebat ad fructus a Dominico perceptos, ſed omnino percutiebat bona, ſive Conventum, quem ex titulo inſubſiſtenti Beneficii obtinuerat idem Dominicus; hac etenim de cauſa, ut præmiſimus Sac. Congregatio ſuper Statu Regularium amplectendo Votum noſtri Auditorii præcurſum a *Deciſione bo. me. Emerix* demandavit (amoto Dominico) Conventum, ſive præmiſſa illius bona incorporari Seminario, cui poſt editionem enunciatæ Bullæ ſa. mem. Innocentii X. canonice fuerant unita, conſecutive vero, & acceſſorie dumtaxat mulctavit, ſive juſſit, Dominicum refundere fructus a die motæ litis: Unde cum clarum eſſet,
4 caſum includi in primo membro diſtinctionis, neceſſarium quoque erat, fructus non deberi, niſi ad ſenſum ejuſdem Sac. Congregationis a die litis conteſtatæ, ut præter ſupra allegatos proſequuntur *Abb. in cap. dile-*

cto

Digitized by Google

*tto 25. n.11., & ſeqq. de Præbend. Card. de*
*Luc. lib.7. de alienat. diſc.12. ſub n.20. verſic.*
*hoc autem, Panimoll. dec.54. annot.3. num.15.*
*& 16., Rot.coram Seraphin. dec.385.n.1.& 2.*
*& dec.265. n.11., & ſeqq. par.17. recent.* ſive
5 a die, quo per productionem Jurium concer-
cernentium petitionem principalem ipſius
rei poſſeſſor agnoſcere valuit, eamdem rem
retinere non poſſe, & conſequenter, nec
etiam ex jam imbibita mala fide facere fru-
ctus ſuos, ad not. per *Gob. conſult.97. num.4.*
*Card. de Luc. de Judic.diſc.39.ſub n.14.verſic.*
*probabilius, modern. Forolivien. in obſerv. ad*
*Raman, conſ.50. n.66. & ſeq., Rot. in Romana*
*hæreditatis de Lanuviis* 6. *Jun.*1695. §.*Cum*
*enim, cor.R.P.D. meo Scot., &* 28.*Jun.*1697.
§.*Confirmatione pariter, coram Me*.

Atque hinc reddebantur penitus ad inten-
tum Promotoris Fiſcalis incongruæ univer-
ſæ *Authoritates*, quæ longa ſerie numeraban-
tur ſuper eo, quod redacto titulo ad non ti-
tulum locorum ſibi vindicet reſtitutio fru-
ctuum uſque ab initio, proindeque ante mo-
6 tam litem: Illæ namque procedebant, & de
facto loquebantur in caſibus, in quibus quæ-
ſtio directe, & principaliter ferit ipſos fru-
ctus, ut eſt (ex: gr:) quando Titularis apud
Judicem conquiritur non minus de nullita-
te Penſionis, quam de ſolutione ejuſdem
Penſionis, quia tunc non agit idem Titularis
pro adipiſcenda nullitate, ſed bene inſtar ſu-
per declaratione ejuſdem nullitatis, ad dire-
ctum tamen finem conſequendi reſtitutio-
nem Penſionum male ſolutarum, & reſpe-
ctive pro obtinenda liberatione in futurum;
Unde comperto titulo, ſive jure exigendi
Penſionem pro nullo, & inſubſiſtenti, intrat
neceſſaria refuſio Penſionum etiam ante mo-
tam litem perceptarum, & pluſquam optima
etiam fide conſumptarum, quemadmo-
dum ſolide, & formiter aſſumpta diſputa-
tione ſuper hoc articulo dictum fuit in præ-
landata *Florentina Penſionis* 12.*Jan. præte-*
*riti* §.*Cum enim, & per tot.cor.R.P.D. meo del*
*Olmo* nennoc etiam (quamvis incidenter)
in *Neapolitana Penſionis* 17. *Februarii* 1698.
§.*penult. coram Me* cum aliis utrobique alle-
gatis.

Idemque eſt, reliquis omiſſis, quando ad
normam *Text.in Auth. cui relictum,& in l.fin.*
*C. de indict.Viduit.toll.* Vidua forſan, vel alter
quicumque in terminis facile fraternizanti-
bus indebite percepit annos fructus, vel an-
nuam aliquam præſtationem relictam, ſeu
pendentem ab aliqua conditione reſolutiva,
7 quoniam eveniente eadem conditione, ſub
qua reſolvebatur diſpoſitum, fructus reſti-
tuendi veniunt ex deficientia tituli uſque ab
initio, prout liquet ex trad. per *Spadazz. in*
*Theatr.Viduil. diſp.53. n.2. cum plurib. ſeqq.,*
*Sperell. dec.159. n.18. & ex num.24. uſque*
*ad 28., Rot.cor. Seraphin, dec.854. num.3., &*
*cor. Coccin. dec.857. num.17. deciſ.933. n.1.,*
*& ſeq., & dec.1813. num.47.* Sicuti namque
ubi fuiſſet appoſita conditio aliqua ſuſpenſi-
8 va nulli percipi valuiſſent fructus ante ejuſ-
dem conditionis adventum, juxta præciſam
naturam cujuſcumque conditionis ſuſpenſi-
væ, quæ nullum tribuit titulum, niſi poſt-
quam fuerit purificata conditio, ex deductis
per *Surd.conſ.527.n.2., Menoch. conſ.388.n.15.*
*Capyc. Latr. conſult.139. n.35., & ſeq.* ita
contingente caſu conditionis reſolutivæ pe-
rinde eſt, ac ſi nunquam adfuiſſet titulus per-
9 cipiendi ullos fructus, idem operante in effe-
ctu conditione reſolutiva in caſu reſoluto,
quod operatur ſuſpenſiva in caſu ſuſpenſo,
teſte *Epiſc. Rocca ſelect. diſput. Jur. cap.119.*
*n.72., Rovit. dec.4. n.12., Rot. dec.107. n.9.,*
*& 10. par.12. rec.*

Verum quando Cauſa non ſtat in directa
& principali petitione fructuum, ſed in dire-
10 cta, & principali petitione rei, vel Juris, eo
ſane caſu corruentia tituli judicialiter ma-
nifeſtata aufert rem, ſed non fructus, niſi ac-
ceſſorie, ſemper namque titulus (exceptis
particularibus caſibus violentiæ, uſuræ, cum
ſimilibus, ut per *Adden. ad Ludoviſ. deciſ.74.*
11 *litt.A.verſ. ſi tamen titulus*) potuit a principio
colorate ſaltem transferri, vel acquiri, pro-
indeque donec ſuperaccedat poſitiva mala
fides, poſſeſſor, tanquam Dominus, licite va-
let quoque facere fructus ſuos, juxta not.
per *Lotter. de re Benefic. lib.2. quæſt.45. n.36.*
*Frances de Intruſ. quæſt.59.n.23., Rot.dec.369.*
*n.2. & 3. cor. Coccin.*

Et ob id, ubicumque lis vertitur principa-
liter ſuper aliquo Beneficio, titulus quidem
12 poteſt quoad ipſum Beneficium detegi inef-
ficax, & invalidus, & per conſequens etiam
concedi Immiſſio, vel aliud magis opportu-
num remedium Actori quoad idem Benefi-
cium; Verum reſpectu fructuum, cum illi
deſcendant acceſſorie ad rem petitam, debe-
ri non poſſunt, niſi ratione malæ fidei, ut
ſunt termini *d. dec.74. cor. Gregor.*

Hæc in abſtracto ſuperabundare poſſe vi-
debantur: Sed Domini ulterius agnoverunt
in concreto, quod ad effectum excuſandi
Dominicum a reſtitutione fructuum perce-
ptorum ante motam litem, poſitive in eo
concurrebat bona, ſeu ſaltem non mala fi-
des, quamve nuncupant *mediam*; quia idem
Dominicus vigore proviſionis Apoſtolicæ
abſque ulla contradictione per ſpatium 20.
Annorum poſſederat hujuſmodi bona ſup-
preſſi Conventus ſub explicito titulo Benefi-
cii alias collati (etſi ſub expreſſione ſervitii
Miſſarum) ab Ordinario, unde non poterat
13 de aliqua mala fide redargui, ex quo in for-
tioribus ſola collatio, ſeu proviſio reportata
ab Ordinario bonam, aut ad omne pejus non
malam fidem inducit, ut ait *Rot. in Salaman-*
*tina dimidiæ Portionis cor. Pamphil. Sen.* apud

*Garz.*

Digitized by Google

*Garz. de Benef. par.*11. *cap.*10. *ſub n.*241., *&*
*in recent. dec.*387. *n.*1. *& ſeqq., dec.*483. *n.*2.,
*& dec.*622. *n.*3. *par.*4.

Abque eo, quod obſtaret, antecedentem
collationem Epiſcopi, ac ſubſecutam provi-
ſionem Apoſtolicam a Dominico reporta-
tam ſubjacere manifeſto vitio nullitatis, &
infectionis ob Unionem per antea celebratam
favore Seminarii, itaut de Jure, & de facto
ex hoc capite Sac. Congregatio ſuper Statu
Regularium, ut ſupra, amoverit Domini-
cum a ſua poſſeſſione: Nam non idcirco, da-
ta nullitate, ſive infractione utriuſque pro-
viſionis, poterat intrare reſtitutio fructuum
uſque a principio, alias quippe nullus dare-
14 tur caſus, quo poſſeſſor fructus efficeret ſuos,
quotieſcumque etenim quilibet re ſua, aut
poſſeſſione privatur, neceſſario ſupponitur,
titulum fuiſſe nullum, invalidum, & infe-
ctum, & nihilominus condemnatio fructuum
non ſequitur, niſi a die moræ litis, ſicuti jam
ſuperius demonſtravimus, & pleniſſime fir-
matum fuit in *d. Hortana Calalis ſuper fru-
ctibus* 30. *Aprilis* 1694. confirmata 3. *Aprilis
proxime præteriti cor. R.P.D. meo Pio.*

Palpabant forte Defenſores Seminarii hanc
veritatem, ideoque conabantur oſtendere
malam fidem in ipſo Dominico, vel ex quo
obreptitie prænarravit Pontifici qualitatem
Beneficii Eccleſiaſtici, quando tamen illa
non aderat, juxta firmata *in prædicta Deciſione
bo.me. Emerix* 10. *Maii* 1694. §. *Minus relevant*;
Vel ex quo ex nonnullis per eoſdem Defen-
ſores adductis circumſtantiis Dominicus ha-
bere potuiſſet ſcientiam de præfata Unione,
ſeu applicatione Conventus ad commodum
Seminarii: Quoniam ſemper militabat, & ur-
gebat eadem reſponſio, quod cum ad evitan-
15 dam reſtitutionem fructuum perceptorum
uſque ab initio ſuperabundet, abſuiſſe a prin-
cipio malam fidem effectivam, ex firmatis
per *Rot. dec.*163. *n.*10. *cum duob. ſeqq., & de-
ciſ.*687. *n.*9., *& n.*15. *cor. Merlin.*, *dec.*206.
*n.*5., *&* 6. *poſt Cenc. de Cenſib., & in recent. de-
ciſ.*320. *n.*1. *&* 2., *& dec.*528. *n.*7. *par.*2., *&
dec.*187. *n.*18. *par.*7., & alibi paſſim.

Profecto nequibat mala fides poſitiva de-
promi ex præmiſſa narrativa, vel ex prædictis
circumſtantiis ad arguendam ſcientiam in
Dominico ex capite familiaritatis cum Epiſ-
copo deſumptis; Nam, quatenus pertinent ad
16 narrativam, nulla ſubreptio, vel obreptio
(dummodo abſit dolus, qui neutiquam in
caſu noſtro demonſtratur) efficit, quominus
poſſeſſor fructus juridicè antè motam litem
lucretur, & conſumat, Gratia namquè ſub-
reptitia, vel obreptitia non excludit titulum
coloratum, & habilem ad acquirendos fru-
ctus, ut in puncto dixit *Rot. d. dec.*387. *ſub
n.*9. *&* 10. *par.*4. *rec.*

Scientia verò præambulæ, ſivè præceden-
tis Unionis, quæ contendebatur juſtificari,
ut præmiſimus, in Dominico ob arctam fa-
miliaritatem cum Epiſcopo, nimis à longin-
quo extorquebatur, quia idem Dominicus
nullibi fuerat familiaris Epiſcopi unientis,
ſed ejus tantummodo ſucceſſoris, proinde-
que etiam quando per rimulas conſcire po-
tuiſſet, factam per prius extitiſſe Unionem
extincti Conventus Seminario, attamen quia
deinceps, etiam vidit, Epiſcopum immedia-
tum ſucceſſorem, & cujus ille erat Familia-
ris, ad titulum ſervitii Miſſarum alteri Fami-
liari contuliſſe memorata bona, nimium
probabiliter debebat, aut ſaltem poterat
opinari, quod proprius Dominus, & Epiſco-
pus ſanctiſſime ſe geſſerat, ſicque nullo pacto
valebat impingi inexcuſabilis mala fides Do-
minico, ſi & ipſe procuravit ſubſequi factum
17 proprii Domini, & Ordinarii; præteriti nam-
que ratio (ut dicebat *Poeta*) ſcire futura do-
cet, *Coſt. de remed. ſubſid. remed.*59. *ſub n.*11.
*in fin., Hering. de fidejuſſ. cap.*1. *n.*31. cum
reliquis notiſs.

Eoque magis, quia ulterius præciſive a fa-
cto ſui Domini, & Epiſcopi in perſonam, ut
diximus, alterius Familiaris, de facili quo-
que poterat Dominicus reputare, quod
prædicta Unio, licet canonica ab initio, ca-
nonice non minus remanſiſſet reſoluta, vel
18 ex alio juſto capite non effectuata, in quibus
ſane terminis Unio nihil præjudicat ſtatui,
vel effectui collativo, ex trad. per *Rot. cor.
Pamphil. dec.*723., *num.*6., *& coram Bich. de-
ciſ.*275. *ſub n.*15. *verſ. dicebam*, *& num.*16.,
*& ſeq., & in recent. dec.*406. *num.*18., *&* 19.
*par.*16.

Ac denique non tantum ad excluſionem
malæ fidei, quinimo ad incluſionem, & con-
firmationem bonæ ponderabant Domini,
quod ultra tam longævam poſſeſſionem An-
norum 20. completam in Domino citra ul-
lam vexationem, vel moleſtiam, ipſemet ho-
diernus Reverendiſſimus Epiſcopus, Præde-
ceſſorum veſtigia laudabiliter imitatus, Apo-
ſtolicam Viſitationem a Sac. Concilio de-
mandatum perfecit etiam circa hujuſmodi
Conventum, eumdemque recognovit tam-
quam verum Beneficium Eccleſiaſticum, &
idcirco pariter recognovit ipſum Domini-
cum pro vero Rectore, non autem pro in-
truſo, aut uſurpatore Conventus uniti,
quodque plus eſt, illum pariter uti talem in
aſſuetis actibus obedentialibus excepit in
Feſto D. Marci, exegitque ab eo ſolitum tri-
butum, ſeu (ut appellant) Cathedraticum;
ac propterea aſperum reddebatur, iniici poſ-
ſe tantam malam fidem in Dominico, ut pe-
nitus excluderetur ab eo omnis juſta credu-
litas, error, vel color idoneus ad eximendum
poſſeſſorem a reſtitutione fructuum uſque a
principio, quando circa eamdem rem poſiti-
ve decepti noſcebantur tam præſens vigilan-
19 tiſſimus Epiſcopus, quam ejus Anteceſſor,
& ta-

Digitized by Google

& tamen nemo plus cenſeri valet informatus de ſtatu ſuæ Diœceſis, quam proprius Paſtor, & Antiſtes, ut inquit *Card. de Luc. in Miſcell. Eccl. diſc. 7. n. 16. Rot. dec. 30. n. 11. par. 6. recent, & coram Bich. dec. 280. num. 30., dec. 281. n. 9., & dec. 374. n. 7. & 8.*, & frequenter in aliis.

Atque ita neglecta, veluti non neceſſaria, inſpectione nullitatis ulterius allegatæ contra Judicatum A. C. per Patronum jacentis hæreditatis Dominici, ex quo non extiterit citatus legitimus Defenſor ejuſdem hæreditatis, Domini reſponderunt, utraque &c.

*ANNOTATIO. ET ADDITIO.*

Super fructibus prodiit hæc Deciſio, quia ſuper meritis, ſeu bono jure (ut ſuperius enunciatur) Cauſa terminavit favore Epiſcopi cum Voto, quod edidit Rota conſulta per Sacram Congregationem ſuper ſtatu Regularium, ut liquet ex *Deciſone* hodie impreſſa *coram Emerix la 1173.*; ſed & hæc Deciſio in ordine ad fructus pariformiter liti finem impoſuit, cum, demandata expeditione die 5. Februarii 1700., Epiſcopus acquieverit,

Quotidiana pariter eſt materia, quæ tractator in præſenti Deciſione ſuper tempore, a quo per devictum in negocio principali fructus veniant reſtituendi; hic autem ea ſolum tanguntur, quæ reſpiciunt Cauſæ neceſſitatem, ſed ſi quis altius a fundamentis cuperet materiam abunde tractatam reaſſumere, ſeu recognoſcere, eam forte recolligere poterit in altera mea Deciſione, quæ prodiit in illa *Romana reſtitutionis fructuum* inter Sorores de Vecchiarellis *die 11. Junii 1708.*, ubi potiſſime diſcuritur, quando revevera mala fides arctans ad hujuſmodi reſtitutionem fructuum per Monitorium, ſeu Libellum tranſmiſſum, per jura vel per actu producta, vel relative in Actis indicata oriatur, & in ſubſtantia quando ex ſcientia, vel non ſcientia, mala, vel media, vel bona fides inducatur,

In eadem præſenti Deciſione *ſub nu. 3.* adducitur in objecto concluſion, quod ubi titulus poſſeſſoris reducitur ad non titulum, fructus reſtitui debent uſque ab initio, parum attenta bona, vel mala fide ipſius poſſeſſoris:

20 Sed (ut advertitur in progreſſu ejuſdem) quia materia eſt æquivocationibus obnoxia, reflecti debet in applicatione ad caſum, de quo agatur, alias eadem concluſio licet in ſe vera, attamen indefinite ſumpta poſſet in ſupradicta applicatione vacillare; de cætero

21 concluſione hanc amplexa eſt etiam de recenti *Rota in Romana Pecuniaria, ſeu Locorum Montium 15. Januarii 1706. §. fin. cor. bo. me. Muto*, ſucceſſive confirmata *cor. Eodem ſub die 22. Martii ejuſdem Anni*; ibi enim agebatur de Generali cujuſdam Ordinis Regularis, qui de pecuniis in ſui creditum exiſtentibus quædam loca Montium comparaverat in faciem ejus germani fratris ſæcularis, unde poſt ejuſdem Generalis obitum comperto, quod eædem pecuniæ proveniebant ab eo, qui non poterat alteri acquirere, quam ſuo Conventui, & Religioni, utique quia in radice deficiebat titulus legitimæ acquiſitionis in fratre ſæculari, quia hoc ſcire debebat, ipſe idcirco obligatus fuit refundere quidquid pro fructu ex eiſdem locis Montium perceperat.

22 Sequuta non minus eſt *Rota* talem concluſionem in altero caſu, quod Emphyteuta dimiſit quamdam Vineam emphyteuticam, unde licet Dominus directus eamdem dimiſſionem ab initio impugnaverit, quia tamen favore ipſius Emphyteutæ acquievit judicatis contra ſe, & in ſequelam obtinuit Mandatum de manutenendo, recte fuit dictum, quod a die dimiſſionis oblatæ, & prætenſæ per Emphyteutam titulus reductus fuerat ad non titulum, faciendaque erat retratractio prædictæ manutentionis ad eamdem diem, quodque idcirco forent fructus Vineæ ab illo tunc reſtituendi, ut liquet in *Romana Emphyteuſis ſuper fructibus 26 Junii 1709. fere per tot.* cum concomitanti expeditione *diei 2. Auguſti ejuſdem Anni cor. R. P. D. meo Polignac*; & idipſum fuit reſolutum in ſimili caſu, de quo in *Peruſina Pecuniaria 6. Martii 1707. §. idque licet, cor. R. P. D. meo Scotto.*

Famulative ad firmata in præſenti mea Deciſione, quod inſpicienda veniat ad finem obligationis reſtituendi fructus actio directæ, & principaliter intentata, evenit practicari eamdem propoſitionem etiam ad contrarium effectum, liberandi ſcilicet ſuccumbentem a qualibet refuſione fructuum in caſu, quo Dux Sanneſius, prætendens coæqualitatem ejuſdem hypothecæ cum Marchione Baldinotto, obtinuerat per Tribunal declarari, locum eſſe prætenſo Contributo, unde licet poſtmodum, loco conſequendi effectivum Contributum in pecunia, *Rota* eidem Duci conceſſerit Mandatum de immittendo ad quædam loca Montium pertinentia ad ipſum Marchionem Baldinottum,

23 attamen quia Immiſſio principaliter non fuit intentata contra hujuſmodi loca Montium, ſed ſuper prætenſo Contributo regulariter faciendo, & debito in pecunia (quæ fructus non parit,) idcirco Marchio fuit declaratus immunis a quacumque reſtitutione fructuum in *Romana Pecuniaria ſupe Contributo quoad fructus 14. Martii 1710. coram Me.*

Idque non obſtante, quod pecunia, quam a communi Debitore exegerat Marchio, & quæ erat contribuenda, ut viſum fuit ex poſt præ-

præfato Duci, per prædictum Marchionem integraliter inveſtita fuiſſent in locis Montium, & idem Marchio fructus ipſorum locorum Montium fuiſſet conſequutus, quia
24 nihilominus dominium eorumdem locorum acquiſitum fuerat Marchioni, & ſecum in ſequelam, & commodum Marchionis trahebat fructus, juxta bene examinata in *deciſ. 498. fere per tot. coram Cocciu., & deciſ. 232. n.6. & per tot. par. 8. recen.*, & latius in ſupra allegata mea Deciſione *Romana Pecuniaria ſuper Contributo quoad fructus ex* §. *ad hac ſiquidem, uſque ad finem*.

Adeo de reliquo (ſicuti bene paſſim dicebat *Card. de Luca*) plerumque quæſtiones ſunt facti, & non Juris, ut perpenſis circumſtantiis ſcandaium Pupillorum dici mereatur illud, quod in aliquorum intellectu naſcitur ex difformitate, ſeu varietate reſolutionum, & præſertim in hac materia fructuum reſtituendorum, quia ſi termini earumdem reſolutionum, & *Deciſionum*, ſeu *Doctrinarum* ſedule, ac mature perquirantur, facile illæ inter ſe concordant, ſeu conciliantur: *ex gr:* nihil eſt magis familiare, quam quod hodie ſtabilitum ſit, quod ubi requiritur mala fides pro obligando Reo ad reſtituendum
25 etiam fructus, ut non ſola litis conteſtatio ſufficiat, ſed requiratur, quod victor in eo Judicio jura ſua produxerit, quodque ab eadem die productionis jurium, & non prius intret condemnatio ad fructus, quemadmodum liquet ex *dicta Romana Reſtitutionis fructuum* 11. *Junii* 1708. §. *hinc non officere cum ſeqq. cor. Me*, ubi plures *deciſiones* congreſſi, & præter eas ſpecifice eamdem *deciſionem* ſequuta fuit *Rota in Reatina fideicom. de Severis* 8. *Martii* 1709. §. *enim vero, &* 14. *Junii ejuſdem Anni* §. *verum quia, cor. Reverendiſſ. D. meo Molines Decano*.

Et nihilominus, quia ratio eſt indaganda, quare a die tantum productionis intret condemnatio, illaque eſt, quia tunc Reus induit malam fidem, eo nimirum ipſo, quod juribus productis certificari, vel agnoſcere poteſt ſuum malum jus, & tradere rem petitam ab Actore, potiuſquam injuſte retine-
26 re; hinc proinde ſi jura prius producta non erant ex ſe ſufficientia ad obtinendam victoriam pro cauſanda in Reo mala fide, obligatio reſtituendi fructus incipit dumtaxat a die ſecundæ, tertiæ, vel quartæ productionis, & in ſubſtantia a die, qua fuerunt producta jura neceſſaria Actori pro conſequenda victoria, quæve idcirco erant productiva veræ malæ fidei, ut bene declaravit *Rota in Romana Donationum ſuper fructibus* 27. *Junii* 1710 §. *hac tamen, cor. R.P.D. meo Criſpo*.

Pari modo periculo non vacaret, niſi cum grano ſalis accipiatur propoſitio, quæ videtur inſinuata in eadem *Romana Donationum ſuper fructibus ſub* §. *neque hujuſmodi, coram R.P.D. meo Criſpo*, quod nempe citra aliam
27 productionem ſufficiat, quod Reus aliunde ſciat bonum jus Actoris, ideoque in hoc caſu ſatis ſit ſuperventa petitio, ſeu litis conteſtatio ad hoc, ut ab illa die conteſtatæ litis fructus debeantur: Nam accidit quotidie, quod (ex: gr: hæres hæredis gravati ſciat, quod bona relicta per ejus Auctorem ſint obnoxia
28 fideicommiſſo, & tamen niſi fideicommiſſarius producat in Actis Teſtamentum, vel Contractum, a quo reſultet tale fideicommiſſum, non naſcitur obligatio reſtitutionis fructuum, quia ſicuti a principio potuit prædictus hæres hæredis gravati facere fructus ſuos ex ſimplici negligentia, vel non petitione fideicommiſſarii, ita non obſtante petitione, ſeu conteſtatione litis poſtmodum facta potuit Reus dubitare, ſeu credere, quod idem fideicommiſſum forte revera non adeſſet, quodque non forent bona, quæ petuntur, identifice illa, ſuper quibus cadebat fideicommiſſum, prout etiam, quod poſſent non eſſe prohibitæ detractiones, & ſic de ſimilibus, unde regulariter requiritur actualis, & ſpecifica productio Teſtamenti, aliorumque jurium inducentium malam fidem, ut ultra relata in ſupradicta *Romana Reſtitutionis fructuum* 11. *Junii* 1708. §. *certe cum ſeqq. cor. Me*, recte confirmavit *Rot. in prædicta Reatina de Severis* 14. *Junii* 1709. §. *ſiquidem, cor. Rev. D. meo Molines Decano*.

Dantur vero a contrario caſus, quod hæc
29 ſcientia extrinſeca ſine alia actuali productione ad condemnandum Reum a die motæ litis ſufficiat, quoties (ut erat in facto prædictæ deciſionis *Romana Donationum cor. R.P.D. meo Criſpo*) Rei, tamquam paulo ante tranſigentes, indubitatam ſcientiam ejuſdem facti tenebant, dum ex eo facto, quod fuit ſcitum in tranſactione cæteroquin non impugnata, reſultabat aliud jus evidens petitæ immiſſionis in diverſo Judicio: Quem-
30 admodum pariter ſi factum, ſuper quo naſcitur obligatio reſtitutionis fructuum, expletum fuiſſet ab ipſo Reo, ex: gr: ſi aliquis Donatarius pactis in donatione contentis ſub conditione reſolutiva contraveniſſet, eo enim ipſo, quod Donatarius poſtea pulſatus ex hoc capite ſuper reſolutione donationis habet indubitatam ſcientiam propriæ contraventionis, incidit in malam fidem ſaltem a die motæ litis, abſque obligatione ſtatim producendi talem donationem, ut reſolvit *Rota* in illa *Reatina Donationis ſuper fructibus* 11. *Martii* 1709. §. *quod autem, cor. R.P.D. meo Lancetta*.

Non ſemper tamen etiam requiritur iſta conteſtatio litis, & Jurium productio ad hoc, ut fructus debiti ſint quandoque per-
31 antea; quoties enim agatur in Judicio ordinario familiæ Erciſcundæ, ſeu petitionis hæreditatis, fructus in ſequelam dominii veniunt

niunt uſque ab initio, ſcilicèt à die obitus illius, de cujus hæreditate agitur, ad *Text. in l. item veniunt*, *§. fructus*, *ff. de petit. hæred.* & habetur in *Annot. ad dec. 49. n. 31.* & prætèr ibi relatos dictum quoque fuit in *Tridentina Bonorum, ſeù Immiſſionis ſuper ſucceſſione in bonis Philippi Iacobi, & Iſabellæ 15. Martii 1706. §. Firmata, coram R.P.D. meo Scotto, & in Fanen. Succeſſionis 1. Julii 1707. §. Iuſtitia, cor. Reverendiſſimo D. Omanna Epiſcopo Giennen., & in Reatina Succeſſionis ſuper reſervatis 14. Martii 1710. §. Obiectum tamen, coram R.P.D. meo Priolo*.

Quod utiquè abſtractivè eſt indubitatum;
32 verùm ſi in concreto Reus, & poſſeſſor habuit probabile fundamentum bonæ fidei, juſtæque credulitatis, quod hæreditas ſibi potiùs, quàm Actori competeret, tunc reincidunt omnia ſupradicta de conteſtatione litis, & productione jurium, quotiès tamen Reus non fuiſſet factus ex eiſdem fructibus locupletior, ut eſt *Text. in l. 1. §. 1. C. de petit. hæreditat.*, & notat *Gratian. diſcept. 422. n. 1. & ſeq.* & admiſit *Rot. dec. 451. n. 4. par. 1. rec.*, *& in Romana, ſeù Leodien. Hæreditatis 9. Maii 1704. §. Haud*
33 *relevante, cor. bo: me: Muto*, vel iidem fructus hæreditarii non eſſent extantes, ut in ſpecie locorum Montium, quorum fructus non fuerint adhùc exacti, quia tunc, ſi de tempore motæ litis non extitiſſent exacti, illi venirent hæredi, vel cohæredi bonificandi, ut ſuprà firmatum fuit *Deciſ. 15. num. 4.*

Diximus, præmiſſa ſervari in Judicio Familiæ Erciſcundæ, ſeù petitionis hæreditatis ordinario; quia ſi Actor malè elegiſſet adhi-
34 bere remedium Interdicti *quorum bonorum* pro conſequenda aliqua hæreditate ab inteſtato, tunc fructus non deberentur, niſi à die litis conteſtatæ, & productionis jurium, cùm hujuſmodi Interdictum exiſtat merè poſſeſſorium pro conſequenda poſſeſſione bonorum à Tertio occupatorum, & non exiſtat univerſale aptum ad capiendum quidquid poſſit augere camdem hæreditatem, ut ſunt fructus, quemadmodùm diſtinguendo obſervant *Salicet. in l. 1. n. 10. C. quorum bonorum, Bero conſ. 53. n. 3. & ſeq. lib. 2.*, *Gaſp. Manz. in §. 1. n. 62. Inſtit. de Interdict.*, *Achill. Perſonal. de Interdict. quor. bon. n. 457.*, *Menoch. de adipiſcen. poſſeſſ. remed. 1. n. 3. & ſeq.*, *Anton. Gomez in l. 45. Tauri n. 167.*, *Ioſ. Cumia ſuper Rit. Regn. Sicil. cap. 38. n. 186. & ſeq.*, *Graſſ. de ſucceſſ. lib. 3. titul. de tranſmiſſ. quæſt. 4. antè med. & quæſt. 9. n. 8.*, *Ridolphin. in prax. par. 2. cap. 10. ſub n. 79. verſ. 4. 6. & 7.*, *Pellegrin. in prax. Vicar. par. 2. ſect. 3. ſubſect. 3. interſect. 17. n. 17.*, & ideò fructus ab initio non venire, ſed à die motæ litis, ut ſuprà, concludit *Rot. cor. Seraphin. dec. 178. per tot.*, *cor. Cavaler. dec. 409.* paritèr *per tot.*, & ſignantèr *ſub n. 4. verſ. dicebatur cum ſeqq.* ubi benè diſtinguit inter Judicium petitionis hæreditatis, & Interdictum *quorum bonorum*, aliaque ſuperaddit rationem utriuſque bonorum quòad conſequutionem fructuum, *& in recen. dec. 288. ex n. 1. cum plurib. ſeq. par. 17.* ubi quoquè aliam aſſignat rationem pro meo judicio minùs perſtringentem; quidquid dictum fuerit indiſtinctè in *Romana Immiſſionis ſuper fructibus 27. Iunii 1708. & 14. Iunii 1709.* utrobiquè *§. fin. cor. R. P. D. meo Lancetta*, in qua Causâ poſtmodùm inter Partes ſecuta fuit Concordia in ſequelam reſcripti = *Dilata, & placeret Concordia* = emanati in gradu ulterioris appellationis *cor. R.P.D. meo Criſpo ſub die 16. Iunii 1710.*



Sed nec conteſtatio litis, nec productio Jurium, proptèr quæ Reus poſitus exiſtat in mala fide, ſufficit pro ſubita conſequutione fructuum in nonnullis differentibus Judiciis, in quibus agitur non jam de auferendo dominio bonorum ab ipſo Reo tamquàm injuſto poſſeſſore, ſed de revocando ab eodem Reo dominio alicujus rei in ipſum legitimè translato vigore pacti ſpecialis, vel legis ità præcipientis, in his namquè terminis, quia Reus non
35 compellitur retrocedere bona, quorum fuit juridicè Dominus effectus, niſi mediante reſtitutione pretii per eum ſoluti, antequàm idcircò fructus debeantur Actori, opus eſt, ut idem Actor faciat liberum, & reale depoſitum ejuſdem pretii, tuncque ſi ipſe Reus adhùc detrectet devenire ad retroceſſionem, quia fingitur ex illo tunc injuſtè poſſediſſe, & fuiſſe ab eo ademptū dominium, fructus malè percepti per Reum reſtituendi veniunt Actori, ut in propoſito emptoris cum pacto de retrovendendo reſpondit *Rota in Romana. ſeù Tyburtina fructuum 20. Ianuarii 1708. §. ſed contrariam cū duob. ſeq.*
36 *coram R.P.D. meo Priolo*, & in terminis Retractus vigore legis, vel Statuti fraternizantis cum caſu antecedenti, *Reverendiſs. Corradinus SS. D. N. Auditor de Jur. prælat. qu. 27. n. 7. & 8.*, *Rot. dec. 205. n. 1. & ſeqq. & per tot. cor. Dunozett. Sen.*, *& in Romana Caſtri Porciliani 13. Maii 1701. §. Exordiendo, & 2. Decembris ejuſdem Anni §. Quin urgeat, cor.* R. *P.D. meo Lancetta*.

In Judicio autem Salviani, vel Aſſociationis non proceditur cum iiſdem regulis, quia cùm
37 illud directè non tendat ad avocationem ullius dominii, aut veræ poſſeſſionis, ſed ad ſimplicem perceptionem fructuum, donec Creditor immiſſus ſatisfieret de ſuo credito, hinc ſolùm tenetur poſſeſſor, ſeù dominus fructus refundere à die latæ ſententiæ, per quam Reus certificatur, tolerandam de Jure eſſe immiſſionem, ad plenè tradita *in Voto 9. poſt deciſ.*
38 *Remboldi*, *Rot. dec. 10. n. 22. & dec. 12. n. 10. inter impreſſ. poſt Gob. tract. var.*, *& in Peruſina Fideicommiſſi 14. Junii 1700. §. Perperàm autem, cor. bo: me: Iacometto, & 25. Aprilis 1701. §. Potiſſimè, & §. fin. cor.* R. *P. D. meo Lancetta, & 22. Iunii 1700. §. Ulteriùs, cor.* R. *P. D. meo*
33 *Scotto*, quæ omnes loquuntur in terminis Salviani; & in terminis Aſſociationis *in* Romana

*Aſſociationis* 24. *Martii* 1681. §. *Neque tertium*, *cor. Emerix iun. inter ſuas dec.*476. *n.*7. confirmata 14. *Martii* 1692. §. *Quò verò ad alteram*, *cor.* Rmo *D. meo Molines Decano impreſs. ad ornatum Card. de Luc. to.*1. *ſub tit. de Uſur. dec.*2. *n.*17., & *in* Romana, *ſeù Albanen. Aſſociationis* 5. *Aprilis* 1707. §. *Quoad reſtitutionem fructuum*, *cor.* R. *P.* D. *meo Priolo*.

Poſtremo Mihi non diſplicet, quod fuit practicatum in hac materia per *Rot. in* Romana, *ſeù Farſen.* Reintegrationis *ſuper fructibus* 2. *Decembris* 1701. *cor. Eminentiſs.* D. *de la Tremoille*,
39 quod ſcilicèt ubi Reus conveniatur in Judicio ſecum trahente refuſionem fructuum, ſi in eodem Judicio ipſemet Reus oppoſuerit retentionem ex capite prætenſi crediti, vel melioramentorum, & Judex fuerit arbitratus, oppoſitionem hanc retardare non poſſe petitam ab Actore immiſſionem, ex quo eadem Melioramenta, vel credita per perceptionem fructuum durante lite factam per Reum evaſerint compenſata, vel effecta illiquidata, tunc nequeat procedi ad condemnationem, vel liquidationem eorumdem fructuum, donec diſcutiatur importantia crediti, vel Melioramentorum, & particularitèr videatur, an plus, vel minus importent fructus, quàm creditum, ſeù Melioramenta, ne aliàs Reus duplicatam ſentiat jacturam.

## CARCHINONEN., SEU URGELLEN. PRÆTENSÆ NULLITATIS PROFESSIONIS.

*Lunæ* 22. *Iunii* 1699.

## ARGUMENTUM.

Declaratur attentata dimiſſio Habitus facta à Religioſo intrà terminum à Jure datum ad appellandum à ſententia ejus favore lata ſuper prætenſa nullitate ſuæ Profeſſionis, & pro effectu purgationis attentatorum decernitur, teneri eumdem Religioſum reaſſumere Habitum temerè dimiſſum, quamvis Religio non compareat, ſed ſolùm hujuſmodi inſtantia promoveatur à Conſanguineis ipſius Religioſi: Et latè diſcutitur, an, & quando iidem Conſanguinei in hac materia cenſeantur legitimi contradictores, & veniant citandi, proùt etiam quando decendium à Jure datum ad appellandum à ſententia, vel Decreto definitivo currat à die prolationis, vel potiùs à die habitæ notitiæ.

## *SUMMARIUM.*

1 *Decendium de Jure tàm Civili, quàm Canonico competit ad appellandum à ſententia definitiva.*

2 *Executio ſententiæ facta intrà decem dies datos ad appellandum nequit ſalvari à vitio nullitatis, & attentatorum.*

3 *Religioſus attentatè dimittens Habitum ſuæ Religionis tenetur illum reaſſumere pro effectu purgationis attentatorum, & num.*20.

4 *Tertius non exiſtens in Cauſa nequit opponere de attentatis, illorumque purgationem expoſtulare.*

5 *Renunciatio facta intuitu ingreſſus in Religionem reſolvitur, quoties Profeſſio declaratur nulla, & invalida.*

6 *Judicium ſuper prætenſa nullitate Profeſſionis agitari ſolùm debet inter Religioſum, ac Religionem, non verò inter Religioſum, ejuſque Conſanguineos.*

*Non attento, quod Conſanguinei poſſint habere intereſſe pro ſubſtinenda validitate Profeſſionis, quia hujuſmodi intereſſe tamquàm ſecundarium non attenditur, n.*7.

*Niſi tamen Cauſa prætenſa nullitatis Profeſſionis reperiretur commiſſa cum Clauſula* = vocatis vocandis, *quia tunc pro validitate Judicii neceſſe foret citare etiam Conſanguineos, n.*8. *& n.*34.

*Et in hoc caſu iidem Conſanguinei poſſent appellare à ſententia lata ſuper nullitate Profeſſionis, n.*9.

*Fortiùs, ſi eadem ſententia expreſsè reintegraret Religioſum ad bona, & jura renunciata, n.*10. *&* 36.

*Et de praxi* Sac. Congregationis Concilii *quæ paſſim in hiſcè Cauſis mandat citari Conſanguineos Religioſi, num.*32.

*Et an de Jure Conſanguinei veniant in hujuſmodi Cauſis citandi, quandò eorum intereſt, ut Profeſſio declaretur valida, numer.*33. *&* 35.

11 *Sententia lata ſuper nullitate Profeſſionis non citata Religione, eſt inſanabilitèr nulla.*

12 *Judicium ſubſtantiatur in tribus perſonis, Judice nempe, Actore, & Reo.*

13 *Religioſus nequit Habitum proprio Marte dimittere non obtenta priùs re judicata ſuper prætenſa nullitate ſuæ Profeſſionis.*

*Et an quilibet de Populo poſſit inſtare, ut Religioſus teneatur reaſſumere Habitum temerè dimiſſum, ibidem n.*14. *& ſeqq.*

*Et an Judex valeat id ex officio decernere etiam nemine inſtante pro hujuſmodi reaſſumptione Habitus, num.*19.

17 *Argumentum à Matrimonio carnali ad Spirituale eſt in Jure validum.*

18 *Attentata purgantur etiam ex mero Judicis officio, licet Pars non inſtet pro eorum revocatione.*

21 R. P. D. Vincentius Petra *Secretarius Sacræ Congregationis Concilii laudatur.*

22 *Executio ſententiæ facta intrà decendium revocari debet ex officio Judicis per viam nullitatis, quamvis Pars ſuccumbens intrà dictum terminum minimè appellaverit.*

*Et quid, ſi ſuccumbens nullo modo appellaverit, & agatur de executione directa, non verò de obliqua, ibid. num.*23.

24 *Terminus ad appellandum currit à die latæ ſententiæ, quando quis fuit perſonalitèr ad illam citatus.*

*Et à*

Digitized by Google

*Et è converſo currit à die habitæ notitiæ, quandò citatio ad Sententiam fuit executa in manibus domeſticorum, vel Domi dimiſſa copia, num.25.*

*Et in hoc ſecundo caſu appellatio præſumitur legitimè interpoſita à die habitæ notitiæ, niſi probetur, quod appellans præcedentèr ſciverit, illam fuiſſe prolatam, num.30.*

26 *Terminus ad appellandum à Decreto, quod Judex mandavit Parti adverſæ intimari, non currit, niſi à die factæ intimationis.*

27 *Decretum ex præcepto Judicis intimandum non afficit, donec ſequatur intimatio.*

28 *Terminus ad appellandum currit à die latæ Sententiæ, vel Decreti, quotièr illa, vel illud emanavit ſub citatione executa ad inſtantiam ipſius ſuccumbentis.*

29 *Terminus ad appellandum à Sententia lata per Contradictas currit à die illius prolationis, quotiès ſuccumbens extitit ab initio Cauſæ perſonalitèr in Partibus citatus.*

31 *Citatio* ad docendum de appellatione, ejuſque legitima proſecutione *requiritur ad finem, ut Sententia tranſeat in judicatum, quandò Reus non fuit perſonalitèr ad illam citatus.*

34 *Clauſula* = vocatis vocandis = *adiecta in Commiſſione importat neceſſitatem citandi omnes in Cauſa intereſſe habentes.*

37 *Sententia nulla debet infirmari Parte opponente, abſquè alia indagatione illius iuſtitiæ.*

## DECISIO XCIX.

Reportata quadam aſſertâ Sententiâ ſuper nullitate ſuæ Profeſſionis per Bernardum Equitem Hieroſolymitanum, ſtatìm is Teſſeram propriæ Militiæ, ſivè Habitum memoratæ Religionis abiecit; quapropter ad inſtantiam Emanuelis germani fratris ejuſdem Bernardi, prævia opportuna Commiſſione, Dominos conſului, *utrùm conſtaret de attentatis, Habituſque foret reaſſumendus*, & in utroque capite Oraculum habui affirmativum.

Nullibi ſiquidèm dubitari poterat de attentatis; quoniàm præciſivè pro nunc ab inſanabili nullitate Sententiæ, de qua inferiùs, ipſamet Habitus dimiſſio facta ex abrupto, & non
1 expectato defluxu decem ſaltèm dierum, qui tàm de Jure Civili, quàm Canonico tribuuntur ad appellandum, ut in *Authen. de appell. & intrà quæ temp. deb. appell. in probæm. verſ. Et ſancimus, & in cap. Cùm dilectus 32. in fine,*
2 *de Elect.*, redditur inexcuſabilitèr nulla, irrita, & attentata, ut milliès dictum fuit, & ſignantèr *in dec.16. n.2. apud Poſth. de ſubhaſtation., & in rec. dec.326. n.3. par.6., & dec.212. n.8. par.11.*, & in individuo reſpondit *eadem Rot. coram Duran. dec.313. n.2., & dec.199. n.18. par.16. recent.*

Minùſque erat ambigendum de conſecutiva reſolutione circà ſecundam partem propoſitæ dubitationis, cùm nil magis Juſtitiæ, & æquitati conſonum ſit, quàm quod, mediante repoſitione rerum in priſtinum, purgetur legis; & Judicis contemptus, quodque proindè teneretur Bernardus Habitum attentatè dimiſſum incontinenti reaſſumere, ad litteram *Text. in cap. Ex parte il 2. de appell.*, *Rot. cor. Bichio deciſ.404. n.8., & dec.409. n.3.*, & punctualitèr ad rem noſtram *Modern. Pignatell. conſult.176. n.9., & n.20. tom.9., eadem Rot. dec.313. n.2. cor. Duran.* confirmata *in dec.343., & 358. cor. eodem, & d. dec.199. n.18. par.16. recent.*

Nequè revera pro parte ipſius Bernardi hujuſcemodi principia, veluti in facto ſubſiſtentia, & in Jure firmiſſima, denegabantur: verùm tota moles propriæ defenſionis adſtruebatur in eo, quod hæc omnia dumtaxat procederent, quotieſcumquè ipſa Sacra Religio ſtaret in Judicio, & expeteret canonizationem attentatorum, Habituſque reaſſumptionem; ſed cùm nulla alia perſona compareret, quæ Judicis excitaret officium, quàm ſolus Emanuel, qui nec ab initio erat in Cauſa, non po-
4 terat idcircò tanquàm Tertius obiicere de attentatis, illorumque purgationem expoſtulare, ex communitèr deductis per *Lancellott. de attent. par.2. cap.12. ampliat.14. n.27. verſ. Tertiò, Laurent. de Iudic. ſuſpect. cap.15. n.125., Scacc. de appellat. quæſt.17. limitat.6. membr.4. n.111., Modern. Schettin. de Tert. venien. ad Cauſ. par.2. cap.1. inſp. 2. n.58., Rot. cor. Mantic. dec.322. n.15. in fine, & cor. Coccin. dec.90. n.2., & dec.1092. n.4., & dec.184. n.4. coram Card. Cerro.*

Eòque certiùs, quia nec Emanuel fovebat in hoc negocio merè Spirituali aliquod intereſſe, dum ſolummodò poterat inſiſtere, ſeù deſiderare validitatem Profeſſionis Bernardi
5 fratris, nè ex oppoſito, patefacta nullitate ejuſdem Profeſſionis, veluti ex ceſſatione cauſæ, arctaretur reſtituere Germano bona primogenialia per Bernardum dimiſſa, juxtà ea, quæ habentur *in Romana Primogenituræ de Cæſarinis 17. Iunii 1686. cor. bo. me. Albergato, 13. Ianuarii 1687. cor. bo. me. Emerix, 23. Ianuarii 1694., & 22. Aprilis 1695. cor. Reverendiſs. D. meo Molines Decano, 25. Februarii 1697. cor. R.P.D. meo Muto, & 16. Iunii 1698. cor. R.P.D. meo Lancetta.*

At hujuſmodi merè burſale intereſſe, vel in nulla prorsus habendum erat conſideratione, utpotè nimis diſparatam à ſubiecta materia
6 Spirituali, quævè verſatur tantummodò inter ipſam Religionem, ac Religioſum ex vi mutui conſenſus, ac contractus, qui ſemper enaſcitur, ubi valida Profeſſio idtercedit, quemadmodùm in his præciſis terminis animadvertunt *Gratian. diſcept.850. n.4., Larrea deciſ. Granat.63. n.5. & ſeqq. ac per tot., Panimoll. dec.29. annot.2. n.1.*

Vel quandò etiam aliquali dignum foret ponderatione, tanti tamen non valebat ad Ju-

7 ſtitiæ lancem expendi, ut de per ſe, conticen-
te Religione, mereretur exaudiri, præſertim
ad rigoroſum effectum purgationis attentato-
rum, ex quo ad ſummum cenſetur, & eſt in-
tereſſe conſecutivum, ſivè ſecundarium mini-
mè ad præfatum effectum allegabile, ex his,
quæ ſubnectunt *Epiſcop. Marant. reſponſ. 38.
per tot. por. 2., Paſqualig. ad Lauret. de Franch.
de controverſ. inter Epiſcop. & Regular. par. 1.
ſub n. 27. verſ. an autem Pignatell. conſult. 178.
n. 1. & ſeqq. tom. 9., Panimol. d. dec. 29. annot. 2.
n. 2. cum ſeq., & per tot.*

Quidquid fortaſsè dici poſſet, ſeù oporteret,
quotiès primordialis Commiſſio, directa ad
formam *Sac. Concilii Tridentini ſeſſ. 25. cap. 10.
de Regular.* Epiſcopo, ad Superiori locali ſu-
per prætenſa nullitate Profeſſionis, ſterneret
8 viam Conſanguineis agendi partem, ſi non
ſubſtantialem, ſaltèm integralem in hoc Ju-
dicio, utpotè ſi eadem Commiſſio contineret
in ventre clauſulam *vocatis vocandis*, prout
explicat *Bordon. de Profeſſ. Regulor. cap. 22.
n. 41.*, & loquitur *Rot. in dec 370. num. 4. cum
9 duobus ſeqq. par. 9. recent.*, iidem namque Con-
ſanguinei, tanquàm legitimè ad Cauſam ad-
ſciti, poſſent etiam à contraria Sententia pro-
vocare, ex *Pignatell. d. tom. 9. conſult. 176. n. 8.*,
& in his terminis procedunt *dd. dec. 313. 343.,
& 358. coram Duran., & dec. 199. par. 16.*, &
10 maximè, ſi ipſa Sententia annullativa Profeſ-
ſionis deſcenderet quoquè ad amplectenda bo-
norum ſucceſſionem, & ad eamdem nullitèr
profeſſum reintegraret, ut eſt caſus *præalle-
gatæ deciſ. 199. par. 16., & dec. 514. par. 18.
recent., & in Placentina nullitatis Profeſſionis
31. Martii 1656. §. fin. coram bon. mem. Alber-
gato.*

Verùm quamvis hæc primo intuitu vide-
rentur eamdem Juſtitiæ lancem trahere in
partem Bernardi, magis tamen, & ad ocu-
lum præponderantia Dominis apparuerunt
fundamenta Emanuelis: Obſervatum quippè
fuit in primis, corruere in præſenti baſem præ-
ſuppoſiti facti per Bernardum ſatagentem ar-
cere fratrem à poteſtate provocandi, peten-
dique purgationem attentatorum ex capite
non compræhenſionis in Cauſa; quia cùm ea-
dem Sententia pronunciata per Vicarium
Barchinonen., & Locumtenentem Prioris Sac.
Religionis, ultrà cæteras nullitates, labora-
ret illa defectus citationis, ex quo nequè Re-
11 ligio, nequè illius Promotores, vel Officia-
les, nequè alia quævis perſona citata fuit, pro-
fectò hujuſcemodi diſtractus Judicialis à præ-
cedenti contractu inito per Profeſſionem cum
Religione, ipſaque Sententia remanſit inſana-
biliter nulla, *vulg. Iur.* de quibus in hoc ipſo
propoſito *Pignatell. d. conſult. 176. n. 10. & ſeqq.
tom. 9., Rot. dec. 516. n. 10. & ſeqq. par. 5. rec.,
& dec. 370. n. 2. par. 9.*

Poſita igitur nullitate Judicati, nequaquam
dici poterat, quod Emanuel opportunè non
eſſet in Cauſa: Cùm enim non entis nullæ ſint
qualitates, Cauſa ſolùm legitimè poterat in-
ſtructa reputari in noſtro Auditorio, in quo
ſaltèm comparebat idem Emanuel, de eſſen-
tia quippè cujuslibet Judicii deſideratur inter-
ventus trium perſonarum, Judicis nempè,
Actoris, & Rei, ut inquit *Scacc. de Iudic. lib. 1.
cap. 2. n. 5., Card. de Luca eodem tract. diſc. 3.
n. 59. in fine, Moder. Lucen. conſult. 312. n. 25.*

Sicquè rectè poterat Emanuel quaſi re inte-
gra inſtare, ut ad terminos *ejuſdem Sac. Con-
cilii Tridentini* Habitum, quem ſpontè dimi-
ſerat Bernardus, non obtenta priùs canonica
Sententia, eaque per legitima tempora tran-
ſacta in Judicatum, omnino reaſſumeret,
omniaque reducerentur in priſtinum, ut in
*dicta ſeſſ. 25. de Regulor. cap. 19.* ibi = *Quod ſi
anteà Habitum ſpontè dimiſerit, nullotenùs ad
allegandam quamcumque cauſam admittatur, ſed
ad Monaſterium redire cogatur*, & communitèr
notant *Lezzan. Oper. Moral. par. 1. cap. 2. n. 8.,
Paſſerin. de ſtat. homin. quæſt. 189. ſub n. 492.,
Milazz. aſſert. 2. n. 2. par. 2., Fagnan. in cap. con-
ſuluit n. 30., & n. 35., & 36. qui Cleric. vel vo-
ven., Card. de Lucà de Regular. diſc. 41. n. 8.,
& 9., Rot. dec. 3. n. 17. poſt Tamburin. de Iur.
Abbatiſſ.*

Potiſſimè, & citrà hæſitationem, quia da-
to etiam, quod Conſanguinei ex ſolo motivo
Conſanguinitatis, vel ſecundarii burſalis in-
tereſſe deſcendere nequirent in hanc arenam
14 judicialem; quia tamen in deſertione hujuſcè
Sacræ Militiæ læditur quoquè Jus publicum
ratione publicæ utilitatis, & honeſtatis, teſte
in his terminis *Pignatell. dicta conſultat. 176.
n. 23. tom. 9., Panimoll. d. dec. 29. annot. 2. n. 2.
12., & 13.* merebatur Emanuel, etiam tan-
15 quàm Tertius, & (ut dicunt) unus de Po-
pulo, ad eamdem utilitatem aſſerendam au-
diri, ex plene collectis per *Gratian. diſc. ept.
356. n. 13., & 14., Altimar. de nullitat. rubr. 4.
quæſt. 2. n. 23., Raynald. in comment. ad Ban-
nim. Gener. Bonon. lib. 3. cap. 34. §. 10. num 3.*,
16 & magis in ſpecie, ſive in propoſito Matrimo-
nii carnalis, pro cujus reintegratione, vel
diremptione quilibet admittitur, *Abb. in
cap. Tenor. n. 7. de ſentent., & re judic., Rot.
cor. Achill. de Graſſ. deciſ. unic., qui Matrim.
accuſ. poſſ.*; quodque argumentum, ſive exem-
17 plar Conjugii temporalis pari paſſu procedat
cum Conjugio Spirituali, quale fert ſecum
Profeſſio, bene in noſtris terminis animadver-
tit *Rot. cor. Carill. dec. 80. n. 10., 11. & 12.*

In omnem denique caſum impulit Domi-
nos ex una parte juſtitia petitionis, & ex alte-
18 ra debitum officii proprii, juxta quod etiam
nemine comparente ſolet, & poteſt in ſuis ca-
ſibus attentatorum purgatio demandari, ad
*Rot. coram Coccin. dec. 1092. n. 5., & dec. 364.
n. 10. cor. Card. Cerro, & in Legionen. Attenta-
torum 14. Novembris Anni præteriti §. final.
cor. Reverendiſſimo D. meo Decano*, & faciunt
firma-

Digitized by Google

firmata per *Genuen. in pract. Eccleſ. quæſt.282.
n.4.* : *Velaſc. de Privileg. Pauper. par.2. qu.80.
n.60. & ſeqq.*, *Borgnin. dec.36. n.480. par.2.*
Quod enim in hoc ipſo propoſito, ſtanti-
bus illis verbis Sacri Concilii = *Ad Monaſte-*
19 *rium redire cogatur* = Judex non ſolùm valeat,
ſed etiam debeat officium proprium impartiri
pro Habitus temere dimiſſi reaſſumptione,
ſatis colligitur ex *Tex. in cap. Quanto, §. Man-
damus, & cap. final. de Regular.*, *Geminian.
conſ.28. n.8.*, *Pignatell. d. conſult.176. n.14.
tom.9.*
Atque ita cùm ſemper contrà Jus, contrà
Partem Habitus dimiſſio undequaque ſcate-
ret Tabe attentatorum, Domini pro nunc
abſtinentes ab examine aliarum pęnarum, ſi
quæ fuerint per Bernardum incurſæ, loco
purgationis attentatorum promptam Habi-
tus reaſſumptionem decrevere.
Utraque &c.

## ANNOTATIO, ET ADDITIO.

SUB hac ſola Deciſione expedita fuit Cauſa
die 3. Julii ejuſdem Anni *1699.* circà atten-
tatam dimiſſionem Habitus; Reaſſumptaque
poſtmodum diſputatione ſuper medulla boni
juris, prætenſaque nullitate Profeſſionis, pa-
riter *cor. M. ſub die 15. Ianuarii* 1700., etiam
circà hoc emanavit contrà Bernardum reſo-
lutio, ſeù *Deciſio* contraria, quæ infrà in ſe-
quenti Volumine regiſtrabitur: cùmque etiam
iſtā *Deciſio* ſecum traxerit expeditionem die
2. Aprilis ipſius Anni 1700., ampliùs actum
non audivi de Cauſa.
Id quod extitit in præſenti *Deciſione* cano-
20 nizatum, videlicèt, quod attentata dicenda
eſſet dimiſſio Habitus S. Joannis, tamquàm
ſequuta illicò poſt Sententiam favorabilem in
Partibus reportatam ſuper nullitate Profeſſio-
nis intrà terminum juriducum, ſeù decem dies
datos ad appellandum, etiam *Sacra Congre-
gatio Concilii* paulò antè cenſuerat, & practi-
caverat in una *Rheginen. nullitatis Profeſſio-
nis 17. Ianuarii 1697.*, pròut refert *R. P. D.
Petra* doctus, & elaboratus ejuſdem Congre-
gationis Secretarius *in ejus Commentar. ad
Conſtit.2. Anaſtaſii IV. ſect.2. ſub n.13. fol mi-
hi 51. tom.2.*, ubi etiam meminit de præſenti
*Deciſione*.
Atque hujuſmodi attentata per exequutio-
nem judicati proprio, ut dicitur, marte ex-
pletam intrà decem dies à Jure ſancitos ad fi-
nem reclamandi, & appellandi, adeò ſunt
22 certa, ut etiam quando altera Pars, quæ ſuc-
cubuit, neglexiſſet intrà eoſdem decem dies
appellationem interponere, adhùc non per
hoc eadem exequutio, velutì per legem ſatis
inhibita, redderetur immunis ab attentatis,
ſaltèm per viam nullitatis ex mero Judicis of-
ficio, ut ſæpiùs proteſtata eſt *Rota*, & ſignan-
tèr *apud Marcheſan. de Commiſſ. par.2. fol.472.
n.4.*, *& cor. Put. dec.27. n.6. lib.1. in correct.*,
*Serapnin. dec.229. n.3., & 4.*, *Gregor. dec.339.
n.4. ibiquè Adden. n.6.*, *Buratt. dec.59. n.5.,
& 6.*, *Duran. dec.177. n.4., & 5.*, *Ubald. de-
ciſ.46. n.3., & in Imolen. Bonorum 16. Julii
1688. §. fin. cor. Urſino.*
Ad finem autem, ſut intret prædictum Ju-
dicis officium, requiritur, quod ſaltèm ex
poſt Pars devicta reclamet; quia ſi ſucceſſivè
ſinat defluere illud tempus, quod eſſet ſuffi-
ciens ad inducendam deſertionem appellatio-
23 nis, eo ſanè caſu, ſi eadem exequutio facta
fuerit directè (quidquid ſit de exequutione
obliqua circà actum negativum, *ex. gr.* non
ſolvendi) illa quomodòlibet revocari non poſ-
ſet ex capite attentatorum, ut plenè diſcuſ-
ſum fuit in *deciſ.91. ex n.2. uſque ad 13. coram
Card. Cerr.*
In propoſito autem iſtius decendii frequen-
tèr ſolet in Foro diſceptari, à quo momento
illud currere incipiat: *Scribentes* verò com-
munitèr diſtinguunt, quod aut ſuccumbens
24 fuit perſonalitèr citatus, & tunc incipiat à
die latæ Sententiæ, ſeù Decreti; aut extitit
25 citatus aliâ viâ, nempè per citationem reli-
ctam in manibus domeſticorum, ſeù Domi di-
miſſâ copiâ eoque caſu, quia ſcientia exindè
reſultans eſt præſumpta, non autem probata,
ſeù certa, decendium currere incipiat à die
habitæ notitiæ, quemadmodùm videre eſt
apud *Vant. de nullitat. ex defect. citat. num.92.*,
*Scacc. de appell. quæſt.12. n.13.*, *Rot. dec.248.
n.5. apud Poſth. de manut.*, *& in recen. dec.139.
n.2., & 3. par.13. dec.325. n.14. par.15.*, *deciſ.
526. n.4. par.18.*, *in Romana Stagni 16. Iunii
1677. §. Quinimò, cor. Burlemant.*, *& in Var-
mien. Canonicatus 19. Ianuarii 1685. §. Quod
appellationis Breve. cor. Reverendiſſimo D. Her-
vault Archiepiſcopo Turonen.*, *in Bononien.
Aquarum 14. Decembris 1699. §. Sed non ſic*,
*coram Me*, *& in Romana Cenſus, ſeù Salviani
12. Februarii 1700, §. Nec obſtat in fin. coram
bo. me. Pio.*
Magis autem decendium non decurreret à
die latæ Sententiæ, ſeù Decreti, quotiès Ju-
dex eodem tempore, quo decrevit, mandavit
vit fieri Parti intimationem de ipſo Decreto,
26 profectò enim in his terminis decendium ad
appellandum non inchoaret, niſi à die factæ
intimationis, ut firmauit *Rota in dicta Roma-
na Stagni 16. Iunii 1677. §. Quinimmo prope fin.
coram Bourlemont*; & generale eſt, quod De-
27 cretum ex præcepto Judicis intimandum non
afficiat, donec ſequatur intimatio, ut dixe-
ram in *Tractat. de Commerc., & Mercatur.
diſp.78. n.25.*, & prætèr ioibi adductos habe-
tur quoquè *in Cornetana Cenſus 1. Martii 1706.
§. Et ſanè, cor. R.P.D. meo Priolo.*
Redeundo autem ad differentiam citatio-
nis perſonalis à citatione facta Domi dimiſſâ
copiâ, hujuſmodi differentia non eſſet atten-
denda, ſed citatio facta Domi dimiſsê copiâ
habe-

haberet vim perſonalis, & sic decendium inchoaret à die latæ Sententiæ, ſeù Decreti,
28 quandò citatio ipſa, quæ debet præcedere *ad Sententiam*, facta foret ab ipſo ſuccumbente, & lata eſſet Sententia, ſeù Decretum ſub ea citatione, ſuccumbens enim in hoc caſu nequit allegare ignorantiam ſequutam Sententiæ, ſivè Decreti, ſi ipſe fuit, qui citavit, ſeù provocavit ad Sententiam, de cujus tenore, ſivè effectu debebat eſſe ſollicitus, ut pluribus rationibus, & *Auctoritatibus* adductis reſponſum fuit in *dicta Bononien. Aquarum* 14. *Decembris* 1699. §. *Quatenùs itaquè, coram Me*.

Ruſsùs non intraret ulla differentie, quandò verſaremur in Judicio facto per Contradictas, & prima citatio, ut requiritur, facta
29 eſſet perſonalitèr ab initio, quia tunc ſibi imputet Reus (ſivè ſciverit, ſivè reſciverit) ſi ſucceſſivç citationis, & etiam illa ad Sententiam fuerunt ſolito modo practicatæ, nempè Domi dimiſsâ copiâ, ut proſequendo menſurationem decendii affirmavit *Rot. dec.*55. *n.*3. *par.* 14. *rec.*, *& in Herbipolen. reſciſſionis Concordiæ* 25. *Iunii* 1696. §. *Minùs allegaris, coram D. Card. de la Tremoille*.

Retinendo autem membrum ſecundæ partis præmiſſæ diſtinctionis, quandò ſcilicèt citatio, quæ præcellit Decretum, aut Sententiam, fuit facta Domi dimiſsâ copiâ, undè decendium non decurrat, niſi à die habitæ
30 notitiæ, conſequitur, quod appellatio per ſuccumbentem quocumque tempore poſt intercriecta, habeatur pro interpoſita intrà legitima tempora, quotiès ex parte appellati non doceatur, appellantem priùs habuiſſe notitiam Sententiæ, ſeù Decreti, ad ſenſum Rotæ *dec.*55. *n.*2., & 3. *par.* 1. *diverſ.*, & *dec.*190. *ſub n.*4. *penès Poſtb. de manuteut.*, & *cor. Manzaned. dec.*89. *n.*11.

Conſequitur quoquè, quod ſi dictori expediat, ut Sententia, ſeù Decretum ab ipſo reportatum tranſire poſſit in rem judicatam, & anxius eſſe non debeat, utrùm Reus babuerit notitiam ejuſdem Sententiæ, nec nè, tranſ-
31 mittere ſolet illam citationem eidem Reo = *Ad docendum de appellatione*, & *ejus legitima proſequutione*, etiam ad finem obtinendi taxationem expenſarum, ut legitur apud *Rodolphin. in prax. par.*1. *cap.*13. *n.*69., & *ſeqq.*, *Vbert. de mod. citand. par.*5. *formul.*1. *per tot.*, cùm reliquis notiſſimis.

Ultra hæc cogitaveram connotare nonnulla per Me etiam in forenſi Paleſtra diſceptata, vel aliàs peculiari animadverſione digna ſuper validitate, vel nullitate Profeſſionis: Sed quia patebit locus magis opportunus, quandò Deo dante regiſtrabitur in ſecundo Volumine memorata altera *Deciſio* edita in hac Cauſa ſuper meritis, hodiè dumtaxat proſequendo ea, quæ dicuntur *in præſenti Deciſione n.*8., & *ſeqq.*, quandò nimirùm Conſanguinei illius, qui ſatagit irritare emiſſam Profeſſionem, ſivè alii intereſſe habentes pratèr ipſam Religionem debeant citari ad intereſſendum in Judicio prætenſæ nullitatis, indi-
32 care libet, quod paſsim *Sacra Congregatio Concilii* in hiſcè Cauſis mandat citari Conſanguineos Religioſi inſtantis pro declaratione nullitatis ſuæ Profeſſionis, ut ſignantèr practicavit in una *Bononien. reſtitutionis in integrum* 10. *Januarii* 1697., in qua, dilata reſolutione Cauſæ, reſcripſit, ut citaretur Frater germanus Religioſi allegantis nullitatem ſuæ Profeſſionis tamquàm emiſſæ ob aſſ. vim, & metum ſibi ab ejus Conſanguineis illatum, & idipſum in eiſdem terminis reſpondit in *Adiacen. reſtitutionis in integrum* 16. *Maii* 1699., per hæc præciſa verba = *Dilata, & conficiatur Profeſſus coram Ordinario citatis intereſſe habentibus*.

Præciſivè autem ab hujuſmodi obſervantia
33 Sacræ Congregationis, quid de Juse dicendum ſit tàm in caſu, quo adſit in Commiſſione fortaſsè Clauſula = *vocatis vocandis*, vel etiam in caſu, quod ea non adſit, prætèr ſuprà inſinuata in præſenti *Deciſione* plenè agit *Andreol. contraverſ.*301. *ex num.* 10. *vſquè ad fin.*, & *Rota in Placentina nullitatis Profeſſionis* 31. *Martii* 1656. §. *Concurrit prætereà, cor. Albergato*, quæ cum nullibi legatur impreſſa, & ob ejus antiquitatem facilè non ſit illam reperire, idcircò (omittendo cętera) tranſcribendam commiſi particulam ejuſdem *Deciſionis* ſuper hoc puncto, tenoris ſequentis.

CONCURRIT prætereà alia ejuſdem Sententiæ nullitas, quia Cęſar, & litis Conſortes citati non fuerunt, ut faciendum erat, tùm vigore Commiſſionis habentis Clauſula = *Vocatis vocandis*, quæ citationis neceſſitatem inducit, *Fælin. in cap. fin. num.*23. *verſic. Quià tenetur citare, de præſumpt.*, *Gratian. diſcept.* 596. *num.*30., *Rot. dec.*707. *num.*2. *verſic. fuit etiàm reſponſum, par.* 3. *recent.*, & *poſt Modern. Peruſin. de manut. dec.*126. *num.*3.; Tùm quia etiam de Jure communi cùm de illorum inte-
35 reſſe, & præjudicio ageretur, erant omninò citandi, juxtà diſtinctionem *Flores de Mena var. reſol. lib.* 1. *queſt.*4. *n.*26., & *ſeqq.*, *Rot. in dicta Ianuen. Profeſſionis* 28. *Iunii* 1645. §. *ſecundò nullitas, cor. R. P. D. meo Meltio*, & *in Meliten. Parochialis* 28. *Iunii* 1649. *in princ.*, & 31. *Ianuarii* 1650: §. *Erat enim neceſſaria citatio, coram R. P. D. meo Bichio*; Intereſſe
36 autem Cęſaris, & litis Conſortium manifeſtum eſt, cùm in eadem Sententia declaretur *Hieronymo licuiſſe ad ſæculum redire, atque in Paternis, & Maternis bonis, aliiſque ſibi legitimè obvenientibus proùt de Iure ſuccedere &c.* quę habilitatio certum præjudicium afferebat dicto Cęſari, & aliis, ut in terminis fuit reſolutum in *Meten. Profeſſionis coram Duran. dec.*313. *n.*17. *verſ. Undè non obſtat*.

Ex quibus cùm de Sententiæ nullitate con-

ſtet

37 ſtet, atque de illa Pars opponat; non eſt de meritis Cauſæ diſputandum, ſed Sententia infirmanda, *Rota dec.53 n.4. par.4. diverſ.*

## BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE MANZOLIS.

*Lunæ 22. Iunii 1699.*

## ARGUMENTUM.

Pleniſſimè examinatur differentia, quæ verſatur inter filios ſimplicitèr naturales, ac ſpurios, & adulterinos, eorumque deſcendentes ad effectum ſucceſſionis in fideicommiſſo ordinato favore *proximiorum de Domo, & Familia*, & concluditur pro excluſione illorum ſecundæ ſpeciei, non obſtante allegata conſuetudine, ac Statuto *Civitatis Bononiæ* circà admiſſionem Baſtardorum ad honores Civicos cum retentione Cognominis, & Armorum, ac etiam non obſtante præſumpta legitimatione deducta ex pluribus conjecturis, & argumentis, quibus ſingillaritèr in *Deciſione* reſpondetur. Filius naturalis an, & pro qua rata ſuccedat Patri ab inteſtato, & quantum capere valeat ex Teſtamento; Et quid, ſi agatur de filio naturali ſuſcepto per Uxoratum antè, vel poſt contractum Matrimonium; Et latè etiam diſ utitur materia, an quandò deferendum ſit *Doctoribus* de conſuetudine teſtantibus, necnon etiam de requiſitis neceſſariis ad finem, ut *Hyſtoricis* præſtanda veniat fides in Judiciis.

## SUMMARIUM.

1 *Filii naturales non veniunt ſub appellatione* Proximiorum de Domo, *vel* Familia, *& num.2.*
*Et de ratione, num.22., & 24.*
3 *Filii naturales in defectum legitimorum poſſunt de Jure Civili capere ex Teſtamento Patris ultrè Unicum alioquìn ab eodem Iurè præfinitam in concurſu legitimorum, & num.75.*
4 *Deſcendentes à filio illegitimo, ſi ſint legitimi, ſunt capaces ſuccedendi in fideicommiſſis, in quibus de cætero vocantur dumtaxat filii legitimi, & naturales.*
*Limita, ſi agatur de fideicommiſſo inſtituto favore agnationis, n.23. ubi de ratione.*
5 *Dictio* tunc *denotat volitam extremitatem temporis, & num.6.*
7 *Qualitas, quæ efficit capacem ſuccedendi, ſufficit, quod concurrat de tempore apertæ ſucceſſionis.*
8 *Voluntas Teſtatoris, ſivè ex verbis, ſivè ex conjecturis elicita, venit omninò exequenda.*
9 *Filiis naturalibus de æquitate* Juris Canonici *debentur ſolùm alimenta.*
10 *Concubinatus, olim permiſſus de* Jure Civili, *bodie reperitur omninò interdictus, & abrogatus à* Jure Sacrorum Canonum.
11 *Concubina antiquitùs de* Jure Civili *ad aliquos effectus babebatur loco Uxoris.*
12 *Filii adulterini æquiparantur vulgò quæſitis.*
13 *Spurius propriè is dicitur, qui non babet certum Patrem, vel aliàs illum demonſtrare non poteſt.*
14 *Filii naturales, etiam vulgò quæſiti, ſuccedunt in bæreditate Matris, ac etiam in relictis favore dumtaxat Cognatorum.*
15 *Filii adulterini etiam de* Jure Civili *non ſuccedunt in bæreditate Patris, aliorumque Paternorum Aſcendentium, ac tranſverſalium Agnatorum, & num.18.*
16 *Verbum* Spuri *compræbendis omnes illegitimè natos, qui à* Jure Civili *nuncupantur* Nothi, Baſtardi, Saclilegi, inceſtuoſi, *ac* nefarii, *& num.17.*
19 *Filii ex Adulterio procreati vocantur* Adulterini, *necnon* ex damnato coitu ſuſcepti, *& num.20.*
21 *Plus eſſe non poteſt in cauſato, quàm ſit in cauſa.*
25 *Vocatus ſub duplici qualitate copulativè requiſita, excluditur, ſi unam tantùm babeat de tempore apertæ ſucceſſionis.*
26 *Diſpoſitio Statuti particularis prævalet diſpoſitioni Juris communis.*
27 *Baſtardi ex conſuetudine Civitatis Bononiæ nil quòad commun em æſtimationem diſferunt ab aliis perſonis legitimis.*
*Et enunciantur, ac declarantur* Doctores, *&* Hyſtorici, *qui de tali conſuetudine teſtantur, num.31., & ex num.34. uſquè ad 41., & num.43.*
28 *Teſtator in dubio cenſetur, ſe conformare voluiſſe cum Statuto, vel conſuetudine ſuæ Patriæ.*
29 *Baſtardi in locis, in quibus admittuntur ad bonores Civicos cum retentione Armorum, & Cognominis, parùm differunt à legitimis.*
30 *Vocatio naturalium in defectum legitimorum benè ſe compatitur cum volita contemplatione agnationis.*
32 *Conſuetudo ad boc, ut probata dicatur ex dictis* Doctorum, *quid requiratur, & numer.33.*
36 *Dictio,* aliis, *eſt implicativa ſimilium.*
37 Bartolus *diù legit, ac Judex, & Aſſeſſor fuit in Civitate Piſarum.*
*Ac etiam in Civitate Peruſii, in qua ſemper lares, & domicilium retinuit, ac vitam cum morte commutavit, num.38.*
39 Hyſtorici *recentes, & quorum fides adbùc approbata non reperitur, nullam faciunt authoritatem.*
*Et de ratione, num.85., & 86.*
*Idemque procedit quòad Hyſtorias, Cbronologias, aliaſque ſimiles traditiones manuſcriptas, num.40.*

42 Con-

42 Conſuetudo, tamquàm ſtricti Juris, non extenditur de uno caſu ad alium.

44 Doctorum dicta intelligenda ſunt juxtà leges, & Authoritates ab eis allegatas.

45 Conſuetudo non attenditur, niſi percutiat caſum præciſum, de quo agitur.

46 Statutum eſt recollegio in ſcriptis facta de illis conſuetudinibus, quæ jam apud Cives concordi, & communi uſu inoleverant.

47 Statutum Bononiæ circà ſucceſſionem Baſtardorum refertur, & declaratur.

48 Succeſſio in bonis Aſcendentium faciliùs indulgetur filiis, quàm Collateralibus in bonis Collateralium.

49 Statutum, & conſuetudo à pari procedunt.

50 Teſtator ſemper præſumitur ſe conformare voluiſſe cum diſpoſitione Statuti, niſi aliud appareat.

51 Diſcretiva locutio arguit diverſam voluntatem in caſu diverſimodè expreſſo.

52 Legitimatio facta ab habente poteſtatem abſtergit maculam natalium, & facit, quod legitimatus habeatur pro legitimo ad omnes effectus.

53 Legitimatus an, & quandò ſuccedat in Fideicommiſſo, præſertìm ordinato per Tranſverſalem, & remiſſivè.

54 Non entis nullæ ſunt inſpectiones, vel qualitates.

55 Legitimatio obtenta ad certum effectum æquiparatur potiùs particulari diſpenſationi, quàm quod vim habeat plenariæ legitimationis.

Ac proindè nequit ſubextendi ad alios diverſos effectus, num.67.

56 Actus ſubſequentes interpretari debent juxtà limites præambulæ cauſæ, vel originis, & num.57.

58 Legitimatio præſumitur obtenta ab eo, cui tamquàm legitimo fuerunt relaxata plura bona, quæ aliàs in ſtatu naturalitatis conſequi non potuiſſet.

Et de ratione, num.66.

Idemque eſt, quotiès filios fuerunt conceſſæ detractiones legitimæ, et Trebellianicæ, quæ ſolis naturalibus non competunt, numer.64.

59 Legitimatio non probatur ex unica enunciativa, vel aſſertione emiſſa per Patrem, vel Conſanguineos filii naturalis.

Præſertim, quando præſumpta legitimatio allegatur in præjudicium Tertii non habentis cauſam ab enunciante, ſeù confitente, num.60.

Et maximè, ſi talis enunciativa, vel aſſertio appareat contextualitèr ab alio impugnata, num.61.

62 Qualitas juſtificari debet, quotiès vis non ſtat in ſubſtantia actus, ſed in ejus qualitate.

63 Legitimatio probari poteſt etiam ex conjecturis, & præſumptionibus inſimul unitis.

65 Hæres impugnare nequit confeſſionem, & agnitionem ſui Authoris.

68 Hæres non tenetur ſervare factum defuncti, quod neque ipſum defunctum obligabat ad illud ſervandum.

69 Legitimatio obtenta per Spurium, reticita qualitate ſpurietatis, ac ſub ſola expreſſione naturalitatis, tamquàm ſubreptitiè extorta, ei non ſuffragatur.

70 Legitimatio obtenta à DD. de Campegiis non præjudicat vocatis ad ſideicommiſſum, aut venientibus ab inteſtato, ſtantibus Clauſulis, de quibus ibidem.

71 Legitimatio non ſuffragatur ad effectum ſucceſſionis, niſi ultrà ejus exhibitionem doceatur etiam de facultate legitimantis.

72 Juſpatronatus reſervatum pro illis de Domo, & Familia an competat naturalibus, non tamen ex damnato coitu ſuſceptis.

Et quid, ſi Juſpatronatus ſit reſervatum favore antiquiorum, & proximiorum de Familia, utrùm competat legitimis deſcendentibus à naturali legitimato, num.73.

74 Filius naturalis ſuccedit Patri ab inteſtato in duabus Unciis, quotiès iſte nullos alios reliquit filios legitimos, aut etiam adoptivos.

76 Filius naturalis ſuſceptus à Viro uxorato excluditur penitùs ab illius ſucceſſione in gratiam, ſivè honorem Uxoris.

Amplia, id procedere, quamvis Uxor ex diſpoſitione Statuti, vel aliàs Viro non ſuccedat, ibidem.

Rursùs amplia, ſivè agatur de filiis naturalibus ſuſceptis durante Matrimonio, ſivè anteà, num.77.

78 Doctori de conſuetudine teſtanti regularitèr non creditur.

Præſertim, quandò teſtatur de conſuetudine alicujus Provinciæ, vel loci, in quo ipſe parùm, vel nihil verſatus fuit, num.79., & priùs num.33.

Declara, quod teſtificatio Doctoris in hac materia facit aliqualem præſumptionem veritatis, donec contrarium probetur, num.80.

Si verò hujoſmodi atteſtatio aliundè adminiculetur, facit plenam probationem, num.81.

Idemque eſt, quotiès non unus, ſed plures, & quidèm inſignes Doctores teſtantur de conſuetudine alicujus Civitatis, aut Provinciæ, in qua diù fuerint verſati, n.82.

83 Regula nulla eſt, quæ aliquam non patiatur exceptionem, ſeù limitationem.

84 Hyſtoricis creditur, quorum ſcripta repe riuntur ab antiquo uſu approbata.

86 Hyſtorici ad hoc, ut probent, debent eſſe immunes à qualibet ſuſpicione affectionis, ſeù propenſionis ergà eum, cujus geſta deſcribunt.

87 Hyſtorici non attenduntur, quotiès perfun-

ctorii

*ſtoriè tantùm, et incidentèr loquuntur de materia, aut re controverſa.*
*Secùs autem eſt, quandò de ea formitèr, et ex profeſſo diſcurrunt, num.*88.

89 Hyſtorici *quandò invicèm contrariantur circà materiam, de qua eſt quæſtio, nemini defertur.*
*Intellige, ut num.*90.

91 Ughellius, *ejuſque authoritas pluriès fuit in Sacro* Rotæ *Auditorio approbata.*
*Et quid de eo ſenſerit* Card. de Luca, *ibidem num.*92.

93 Cardinalis Baronius *eſt Author univerſalitèr approbatus.*
*Sed vide num.*94.

## DECISIO C.

PRovocantes à Sententia lata de Voto Sacri Auditorii per Judicem ab A.C. deputatum, triplici oppugnatione conabantur Fratres de Manzolis elidere fundamenta *Deciſionum*, quæ prædictum Votum communiverant *coram bon. mem. Urſino* ſub diebus 14. *Januarii* 1697., & 10. *Januarii* 1698., dilataque prima vice ob Suffragiorum ſciſſuram reſolutione, tandèm hodiè, poſt profundum, ac maturum uniuſcujuſque oppugnationis examen, prodiit reſponſum pro confirmatione Sententiæ præcedentis.

Non etenìm, etiàm quandò ſubſiſteret, fideicommiſſum cenſeri poſſe purificatum favore *proximiorum de Domo ipſorum de Manzolis*, ſeù, ut alibi dicitur, *de Familia ipſorum de Manzolis*, valebant idcircò primo loco (quemadmodùm ſatagebant) aſpirare Fratres ad conſecutionem ejuſdem Fideicommiſſi; quià cùm deſcenderent ab Hercule filio extrà ſta-
1 tum juſti Conjugii ſuſcepto per Bartholomeum de Manzolis, neutiquàm reputari poterant propriè, & verè ad finem ſuccedendi etiàm de abſtracta mente Teſtatoris incluſi ſub prædicto appellativo *Proximiorum de Domo*, *Proximiorum de Familia*, quia cùm hujuſmodi expreſſio *Domus*, *& Familia*, addito præſertìm cognomine *de Manzolis*, veram, & propriam ſignificet agnationem, ut communitèr notant *Peregrin. de fideicomm. art.*25. *ſub num* 47. *verſ. Sed ultrà hos*, *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.*352. *num.*9., *Frances var. reſolut. cap.*14. *num* 11., *Rot. in Bononien. Fideicommiſſi de Cattaneis* 23. *Martii* 1662. *coram bo. me. Bourlemont impreſſ. penès Actolin. reſol.*94. *ſub n.*38., *& ſeq.*, *& deciſ.*910. *num.*10., & 11. *coram Card. Cerro*; utiquè nullatenùs ſub ea com-
2 prænhenduntur procreati extrà Sacroſanctam eſſentiam, ac figuram legitimi, & Canonici matrimonii, quemadmodùm uno paritèr ore adverterunt *Molin. de Primogen. lib.*1. *cap.*4. *num.*45., *& ſeq.*, *Mieres de Majorat. par.* 2. *quæſt.*2. *num.*94. *cum plur. ſeqq.*, *Avendan. ad l.*40. *Tauri gloſſ.*11. *num.*44., *Knipſchidt. de fideicom. Famil. Nobil. cap.*8. *num.*296., *Antunez de Donat. Reg. lib.*3. *cap.*28. *num.*33. cum aliis prætèr hos adductis in prima *Deciſione bonæ mem. Urſini ſub §. Ideòque*, & in ſecunda *ſub §. Iterùm namquè.*

Quin ullo modo ad confovendam primam hanc oppugnationem prædictarum *Deciſionum* obſiſteret de Jure prætenſio, quod non exi-
3 ſtente aliquo (proùt hìc) concurſu Sobolis legitimæ, etiam naturales, ad normam Juris Civilis in hiſcè fideicommiſſariis ſucceſſionibus attendendi, diſponente ſaltem, ſeù ita volente Teſtatore, capaces exiſtant plenarie ſuccedendi, & ultra unciam alioquin a Jure communi præfinitam *in leg.*2. *Cod. de natural. liber.* ſicuti per *Text. in Authent. licèt*, *C. eodem*, *& in §. Si quis autèm*, *Authen. quib. mod. natural. effic. ſui* affirmarunt *Peregrin. de Iur. Fiſci lib.*3. *tit.*18. *num.*1., *& n.*19., *Rittershuſ. ſuper Novell. Iuſtin. par.*7. *cap.*5. *num.*12., *Hotoman. de Spur. col.*6. *verſ. Spuriorum ergò conditio*, *fol. mihi* 55., *Card. Paleott. de Noth. & Spur. cap.*38. *num.* 3., *Gratian. diſcept.* 958. *num.*5. *& ſeqq.*, *Argel. de acquir. poſſeſſ. qu.*3. *art.*10. *num.*463. *& ſeq.*

Quodque in omnem caſum qualitas naturalitatis nequiret, tanquam peccatum Adæ, adeò peracute transfundi in univerſam poſteritatem, ac deſcendentiam, ut filii, vel proximiores de cætero in ſe legitimi, quales erant Actores, ſuccedere non poſſent, eorumque proinde dentes (ut dicitur) deberent obſtu-
4 peſcere, quia Patres eorum comederint Uvas acerbas; contrarium quippe ad favorem Deſcendentium legitimorum, quantumvis a radice illegitima, tenent *Alex. Tertius Bergomen. inter conſ. ultim. volunt. diverſ. tom.* 1. *conſ.*162. *ſub num.*12. *ex verſ. attamèn cum plur. ſeqq.*, *& num.*34. *uſquè ad fin.*, *Pancirol. conſ.* 169. *ſub num.*12. *verſ. Tertiò poſito*, *Mieres de Majorat. d. par.*2. *quæſt.*2. *num.*31. *& ſeqq.*, *Caſtill. contr. Iur. lib.*3. *cap.*15. *num.*54. *cum ſeqq.*, *Mart. de ſucceſſ. legal. par.*2. *quæſt.*4. *art.*5. *num.*24. *uſquè ad fin.*, *Urceol. conſult.*57. *n.*25. *&* 26., Modern. *Lucen. conſult.*297. *ſub num.*24. *ex verſ. non deſunt tamen*, *uſquè ad fin.*, *Hieronym. de* Leo *deciſ. Valent.*1. *num.*10. *& num.*43. 49. *&* 53. *par.*3.

Eoque maxime, quia Teſtator in ipſo viſcere ſubſtitutionis, de qua agebatur, invitaverat ad ſuccedendum Proximiores ſub illa di-
5 ctione *tunc*, temporis extremitatem denotante, unde ſufficiebat, adeſſe capacitatem eorumdem Fratrum undequaque legitimorum, etiam per plura media, ſeù generationes, de tempore adapertæ ſucceſſionis, ſive purificatæ conditionis; nam ſicuti eadem dictio *tunc*
6 extremum, ut præmiſimus, volitum tempus deſignat, ad tradita per *Pariſ. conſ.*30. *num.*55. *&* 56. *lib.*2., *Honded. conſ.*49. *num.*67. *& ſeq. lib.*2., *Surd. deciſ.*207. *num.*16., *Epiſc. Rocca ſelect. Iur. diſput. cap.*34. *num.*5., *Rot. dec.*1922. *num.*51.

7 *num.51. & ſeqq. coram Coccino* : Ita regulare
eſt, quod exuberet qualitas, ſive capacitas,
& aptitudo ſuccedendi; quando contingit, ſi-
ve aperitur caſus ſuccellionis, ex deductis per
*Ellon. Iun. conſ.34. num.13. & 14.*, *Gargiar.*
*conſ.81. num.27. lib.2.*, *Dulph. contr.135. n.39.*
*lib.2.*, *Vrceol. conſult.57. num.23. & ſeqq.*

Siquidem animadverſum fuit, quod etiàm
præciſive à manifeſta illegitimorum excluſio-
ne derivante, ut ſupra, ab expreſſa contem-
platione agnationis, adhùc ubi tota deciſio
8 penderet ab illa tacita, & interpratativa vo-
luntate Teſtatoris, quæ ſupra, vel citra regu-
las Juris a circumſtantiis, vel verbis eliici po-
teſt, ac ſolet exequtioni demandari, juxta
notiſſime ſancita in §. *Diſpenat*, *Anthent. de*
*nupt.* juncta *l. in conditionibus*, *ff. de condit. &*
*demonſtrat.* cum concord. in *Romana Pecunia-*
*ria die 5. currentis Menſis* §. *Cæterùm*, *coram*
Me; Nihilominus maſſa Teſtamentariæ diſpo-
ſitionis Philippi intrinſecùs ponderata palpa-
batur, quod potius plures, eæque evidentes
intercedebant conjecturæ, per quas convince-
batur, quod ipſe ſemper in tota ſua diſpoſitio-
ne, ac in omnibus præcedentibus gradibus
ſubſtitutionum invitando filios legitimos, ſive
de legitimo Matrimonio natos, & præſertim
a Trunco Nobilium feminarum, poſitive ab-
horruerat quodcumque genus illegitimorum,
quamobrem & hoc ipſum ſtatuere, ſive opina-
ri neceſſe erat in hac noviſſima ſubſtitutione
*Proximiorum de Domo*, *Proximiorum de Familia*,
ex peculiaribus animadverſionibus, rationi-
bus, & abſurdis, quæ alias ſequerentur, egre-
gie depromptis ab ipſo Teſtamento, & jam ci-
tra ſuperſluam repetitionem optime fulcitis,
& demonſtratis in *Deciſione diei* 14. *Ianuarii*
*1697. ex* §. *Seclnſa autem uſquè ad fin.*, & in al-
tera *diei* 10. *Ianuarii* 1698. §. *fin. coram bo: me:*
*Vrſino*.

Verùm Domini duriùs procedere in hodier-
na hypotheſi coacti ſunt ex magis moleſta qua-
litate filiationis Herculis: is enim natus ap-
parebat ex prædicto Bartholomeo tùnc Con-
jugato, & altera Muliere ad ſummum ſoluta,
ideoque etiam abſtrahendo a diſpoſitis per *Ius*
9 *Canonicum*, quod filiis extra Cancellos legiti-
mi Conjugii ſubortis, impellente dumtaxat
æquitate, ac naturali dictamine, reliquit
congrua tantummodo ad neceſſitatem ali-
menta, ſive ſic ordinante; ſive etiam invito
Genitore, prout diſcriminando ſancita in *Iu-*
*re Canonico* a præfinitis in altero *Civili* monue-
runt *Hotoman. conſ.17. num.16.*, *Craſs. recept.*
*ſentent.* §. *Legatum quæſt.6. num.1.*, *Maynard.*
*deciſ. Tholoſ.30. num.9. in fin. lib.5.*, *Stephan:*
*deciſ. Aquen.55. in addit. per tot.*

Certum utique erat, quod licet *Ius* ipſum
*Civile*, veluti ſolum propagationi, & bono
Reipublicæ inniaum, compatiatur, quod filii
ſimpliciter naturales ceſſante (ut dictum fuit)
concurſu legitimorum capaces exiſtant reci-
piendi relicta per Patrem, aut alterum quo-
que ipſius Patris contemplatione, ſecundum
*Doctrinas* ſuperius in objecto allegatas: Non
tamen ita eſt in filiis, qui non ſunt proprie na-
turales, ſed potius ſpurii, & (ut alii vocant)
10 Adulterini, cum enim eadem *Iura Civilia* ex-
plicite permitterent Concubinatum (meritò
deinceps a Sacroſancta Eccleſia depulſum,)
dummodo intervenirent quinque illa requiſi-
ta, de quibus *Caſtill. contr. Iur. lib.5. cap.125.*
*ſub num.2. verſ. ex his quidem*, *Peregrin. de Iur.*
*Fiſc. d. lib.3. tit.18. num.3.*, *Rittershuſ. ſuper*
*Novell. Iuſtin. d. par.7. cap.5. num. 2.* Itaut
11 Concubina in ſchemate veri Concubinatus de-
tenta aliquo modo de eodem *Iure Civili* habe-
retur loco Uxoris, uſque ad inducendum, ſi-
ve conſideraudum titulum, & crimen Adul-
terii, quoties illa ſeſe cum alio commiſceret,
Teſte *Vlpian. in l. ſi Vxor 13. ff. ad leg. Iul. de*
*Adulter.*, *Hotoman. de Spur. col. 2. num. 30.*
*fol.51.*, *Maynard. d. deciſ.30. n.4. in fin. lib.5.*

Hinc per eadem *Iura Civilia* conſecutive
indulgebatur hujuſmodi filiis natis in perfecto
ſchemate Concubinatus (non accedente, ut
diximus, legitimorum concurſu) ſpes, & fa-
12 cultas ſuccedendi; At circa proprie, & effe-
ctive Spurios, ſive Adulterinos, velutì natos,
& conceptos ex Uxorato, & ſoluta, diverſi-
mode ſancitum apparet, quia nedum hi com-
parantur vulgo quæſitis, per *Text.* apertiſſi-
mum *in l. vulgò concepti 23. ff. de ſtat. homin.*,
& tanquam homines ſine Patre, idcircò ſub
extenſa abbreviatura litterarum *S P.* Spurii
compellantur, ut erudite poſt *Tit. Liv. & alios*
demonſtrat *Hotoman. de tract. Spur. ſub princip.*
*verſ. quarè videamus*, *Gonzal. in cap.1. num.7.*
*qui fil. ſint legitim.*, *Modern. Lucen. de Primog.*
*& Majorat. tom.1. cap.28. num.56. & ſeq.*

Sed etiam, quidquid dicendum veniat in-
14 ſpecto eodem *Iure Civili*, ubi ageretur de
ſuccedendo in ordine ad bona Matris ſemper
naturaliter certæ, vel de relicto, ad differen-
tiam Agnatorum, commodo dumtaxat, &
beneficio Cognatorum, ex diſputatis apud
*Gratian. diſceps.35. num.5. & ſeqq.*, *Peregrin.*
*de Iur. Fiſc. d. lib.3. tit.18. ex num.21. cum ſeq.*
Profecto quoad Patris ſucceſſionem, aliorum-
que Paternorum Aſcendentium, vel quorum-
15 cumque Collateralium Agnatorum lex *Civi-*
*lis*, quæ tolerare videbatur reſpectu punitionis
illicitam hanc commixtionem, nullo tamen
modo concedebat hujuſmodi procreatis jura,
ſeù facultatem ſuccedendi; quemadmodum
liquet ex *Buccafer. conſil.22. n.27.*, *Rittershuſ.*
*ſuper Novell. Iuſtin. par.7. cap.8. num.2. & 3.*,
*Royas in Epit. ſucceſs. cap.20. num.2. & ſeqq.*,
*Antunez de Donat. Reg. lib.3 cap.18. ex n.66.*
*cum pluribus ſeqq.*, *Modern. Lucen. d. cap.23.*
*num.75. & ſeqq.*, *Caſtald. conſult.213. num.4.*
*& 8.*, *Fontanell. deciſ.415. num.11. & ſeqq.*

Dum itaque qualitas filiationis exiſtens in
Hercule tranſcendebat limites puræ naturali-
tatis,

Digitized by Google

tatis, & includebatur ſub rigidiori nota ſpu-
rietatis, nihil ampliùs Fratribus favebant *Iu-
ra Civilia* ( etſi de reliquo attendenda in ſuc-
ceſſionibus ) ad finem paſſivæ compræhenſio-
nis ſub indifferenti Civili nuncupatione *Pro-*
16 *ximiorum*; nàm quotiès vocabulum *Spurii* non
accipiatur uti genus, ſivè tanquam generica
deſignatio cujuſcumque illegitimitatis, ex
quo nimirùm poteſt etiam generalitèr ob illas
litteras *S. P.* præſeferre quamlibet nativita-
tem incluſam ſub aliis denominationibus à
Græcia, vel ab ipſa Barbarie introductis, nem-
pè *Nothi*, & *Baſtardi*, ex prænotatis per *Ho-
tman. de Spur. col. 2. num. 10.*, *& col. 3. ſub
num 30.*, *Peregin. de Iur. Fiſc. d. tit. 18. n. 32.*,
*Royas in Epit. ſucceſſ. cap. 19. num. 5. & num. 9.*,
*Mencacb. contr. Illuſtr. cap. 102. num. 7.*, *Rot.*
17 *coram Coccino deciſ. 1846. num. 15. & 16.* vel
*Sacrilegi*, *inceſtuoſi*, ac *neſarii*, ut paritèr ha-
betur penès *Rittershuſ. ſuper Novell. Iuſtin.
par. 4. cap. 32. n. 4. & 6.*, *& par. 7. cap. 8.* utro-
biquè *num. 5. cum ſeqq.*, *Argel. de acquir. poſ-
ſeſs. quæſt. 3. art. 10. ex num. 466. cum plur. ſeqq.*,
*Lucidor. de Illegit. in prælud. num. 14. & ſeqq.*,
& ſignantèr *num. 17.*, *Modern. Lucen. de Pri-
mog. & Major. d. cap. 28. ex n. 49. uſque ad 59.*

Appræbendatur autèm ſtrictè, & tanquàm
ſpecies particularis, & gravioris illegitimita-
tis, *Jura Civilia* ( ut præmonuimus ) nullibi
18 eiſdem ſuffragantur, & præcipuè ad effectum
perfruendi relictis ad commodum, & propen-
ſionem agnationis, ad ea, quæ conſiderando
differentiam, & augumentativè loquens, ultrà
ſuperiùs in ordine ſuccedendi collaudatos,
ſpecificè in ſubiecta quæſtione perpendit *Pere-
grin. de fideicomm. d. art. 22. num. 82.* ibi = *&
multò minus ſpurii* = *Modern. Lucen. d. cap. 28.
num. 68. & ſeq.*, *Rot. coram Celſo deciſ. 334. ex
num. 10. uſquè ad fin.*, & de facto, præſcinden-
19 do ab extrinſeca forenſi criminatione, ac pra-
ctica punitione Adulterii, *Morales*, & *Canoni-
ſtæ* boſcè ſpurios vocant *Adulterinos*, utì vide-
re eſt penès *Covarr. de matrim. par. 2. cap. 8. §. 5.
num. 22. verſ. ex quibus*, *Azor. Inſtit. moral.
par. 3. lib. 5. cap. 7. § 3.*, *Gonzal. in d. cap. 1. ſub
num. 7. verſ. tandem alii, qui fil. ſint legit.* & *ex*
20 *damnato coitu ſuſceptos* etiam *Civiliſtæ*, ut per
*Soccin. Iun. conſil. 130. num. 1. lib. 2.*, *Hotoman.
conſ. 83. num. 11.*, *Manent. conſ. 145. num. 8. &
ſeqq.*, *Burcaſer. conſ. 22. n 24. cum duob. ſeqq.*,
*Mindan. conſult. Saxon. lib. 3. quæſt. 16. n. 17.
& 18.*, *Theſaur. quæſt. for. lib. 1. quæſt. 22. ſub
n. 18. verſ. Ego verò*, *Peregrin. de Iur. Fiſc. d.
lib 3. tit. 18. n. 35. & dec. Patavin. 81. n. 4.*, *Ho-
dier. ad Surd. deciſ. 299. ex n. 2. uſquè ad fin.*
*Hieron. Marilian. dec. Iannen. n. 1. cum duobus
ſeqq.*, *Caſtald. d. conſult. 213. n. 1.*, *Fontaneil.
d. dec. 415. n. 9.*, *Rota cor. Mantic. dec. 83. per
tot. & dec. 96. n. 5.*, *& dec. 43. n. 2. par. 16. rec.*,
*& cor. Coccino d. dec. 1846. n. 4.*

Excluſo igitur tàm de Jure, quàm ex Te-
ſtamenti verbis, & circumſtantiis à ſuccedcn-

do in hoc fideicommiſſo ( ſi viveret ) Hercu-
le, pari lance remanebant excluſi illius De-
ſcendentes, & conſequentèr Fratres Actores
in hoc Judicio: quoniàm cùm plus eſſe non
21 poſſit in cauſato, quàm ſit in cauſa, quem-
admodùm proindè memoratus Hercules non
poterat appellatione *Proximiorum de Domo,
& Familia de Manzolis* compræhendi, quià ſic
22 nati nullum agnationis Jus contrahunt cum
Patre, & Agnatis Paternis, ad *Text. in l. Com-
munium*, *Cod. de natur. liber.*, *& in §. Filium*,
*Authent. quib. mod. natur. effic. ſui*, *Peregrin.
de fideicomm d. art. 22. n 82.*, *Cyriac. contr. 8.
n. 28. cum ſeqq.*, *Autunez de Donat. Reg. lib. 3.
cap. 28. n. 68. in fin.*, *Rot. dec. 395. n. 4. par. 11.
rec.*, *& dec. 111. n. 11. cor. ſa. me. Alex. VIII.*;
Nequè paritèr compræhendi valebant illius li-
beri, & deſcendentes, quià ad oculum deſti-
tuebantur Trunco, Capite, ſivè Janua, per
quam ingredi poſſent in agnationem, undè re-
ctè ad propoſitum obſervarunt, firmaruntque
23 *Scribentes*, quod infecta radice inficiuntur &
Palmites, quodque nequit in ſucceſſivam So-
bolem tranſmitti illa qualitas, quæ non repe-
ritur in perſona tranſmittere debente, cum ſi-
milibus, ex adductis per *Gaill. conſ. 16. n. 4.
& 5. par. 3.*, *Tiraquell. de Iur. Primog. qu. 12.
n. 13. & 16.*, *Mieres de Maiorat. par. 2. quæſt. 2.
n. 119. uſquè ad 130.*, *Caſtill. contr. Iur. lib. 5.
cap. 103. ex n. 11. uſq. ad fin.*, *Cyriac. d. contr. 8.
n. 20. cum plur. ſeqq.*, & ſignantèr *n. 34.*, *No-
guerol. alleg. 9. n. 26.*, *Modern. Lucen. de Pri-
mogen. & Majorat. d. cap. 28. n. 109. & ſeqq.
tom. 1.*, *Larrea dec. Granaten. 31. n. 63. in fin.*,
*& dec. 51. n. 43. ad med.*, *Rot. d. dec. 397. n 3.
par. 1. rec.*, *& dec. 214 n. 2. cum duob. ſeq. par. 9.*

Parùmque propterea reputabatur, quod
Teſtator per illam dictionem *tunc* videretur
requiſiviſſe dumtaxat proximioritatem, ſivè
aptitudinem ſuccedendi de tempore adapertæ
ſucceſſionis, quaſi quod cùm Actores, vel eo-
rum Aſcendentes forent de tempore obitus
Franciſci Mariæ gravati ( & ſic purificati fi-
deicommiſſi favore Proximiorum ) legitimi
per plura media, deſcendentes, & reſpectivè
proximiores, idipſum ſuperabundet: Quoniàm
ſubalterna hæc roboratio primæ oppugnatio-
nis claudicabat in applicatione, ſivè in ſuppo-
24 ſito, iidem namquè deſcendentes, proximio-
res quidem juxtà naturalem gradum poterant
dici, & cenſeri relativè ad Philippum Teſta-
torem, ſed nunquàm ( quidquid ſit ad effectus
honorificos, ut infrà ) ad normam *Iuris Civilis*,
ac etiam conjecturatæ, ut ſuprà, mentis Te-
ſtatoris valebant ex jàm ſtabilitis ad finem ſuc-
cedendi, etiam reputari, & eſſe *de Domo*, *&
Familia de Manzolis*; proindeque cùm Teſta-
tor ultrà qualitatem proximioritatis, qui eſt
terminus naturalis, exoptaverit etiàm alte-
ram *de Domo*, *& Familia ipſorum de Manzolis*,
qui ſunt termini propriè, & ſtrictè Civiles,
25 utiquè ſatis non erat, *tunc*, nempè de tempo-

re aperti fideicommiſſi, verificari in Actori-
bus unam abſquè altera qualitate copulativè
requiſita, per notiſſimum *Text. in l. ſi hæredi*
*plures, ff. de condit. inſtit., Honded. conſ. 78.*
*n.29. lib.1., Fuſar. de ſubſtit. quæſt.455. n.1.,*
*Card. de Luca de fideic.120. n.2., Rot. dec.165.*
*n.6. coram Card. Celſo.*

Interverſa prima oppugnatione, validiùs
inſurrexit ſecunda, quæ per Fratres objecta-
batur vigore Patriæ conſuetudinis, & Statuti,
& juxtà quæ prætendebatur, quod etiam da-
to, quod iidem Actores non poſſent venire ad
hanc ſucceſſionem fideicommiſſariam ſub no-
mine *Proximiorum*, ſivè de *Iure Civili*, ſivè de
abſtracta, ut diximus, mente Teſtatoris, adhùc
efficaciſſimè ſub eadem nuncupatione conti-
nerentur in vim ejuſdem conſuetudinis, & Sta-
26 tuti; cùm enim ſemper prævaleat Jus Muni-
cipale determinationi Juris communis, ut in-
quit *Surd. conſ.100. n.12., Cyriac. contr.504.*
*n.40. & ſeq., Conciol. ad Statut. Eugub. in præ-*
*lud. n.5. cum ſeq., Modern. Lucen. conſult.31.*
*num.3.*

Hinc eo ipſo, quod in vim conſuetudinis, &
Statuti *Bononien.* etiam Illegitimi ad omnes
27 Civiles, & Urbanos effectus Matrimoniorum,
Magiſtratuum, Armorum, ac etiam denomi-
nationis minimè in communi quoquè æſtima-
tione differunt à verè, & propriè legitimis,
28 præſumendum idcircò, foret, quod Teſtator
in dubio, & maximè quòad indifferens voca-
bulum *Domus, & Familiæ*, & Cognomenti *de*
*Manzolis* ſeſe voluerit conformare eidem con-
ſuetudini, & Statuto, & conſequentèr agno-
ſcere pro incluſis ſub *Domo, & Familia de*
*Manzolis* illos quos, non obſtante defectu na-
turalitatis, ſeù ſpurietatis, propria Civitas
agnoſcit, & admittit, juxtà receptam propo-
ſitionem, de qua *Nevizan. conſil.99. n.27.,*
*Fontanel. de pact. nupt. clauſ 6. gloſ.3. par.3.*
*num.42., Oſaſch. dec.127. n 2., Stephan. deciſ.*
*Aquen.39. n.2., & dec.54. n.1., Modern. Ar-*
*gentan. collect.41. n.84. lib.1., Rot. dec.25. n.3.*
*& n.16. poſt Paitell. expedit. civil.*

Idque non ſinè congrua, & peculiari ratio-
ne; nam ſecundùm naturæ leges jam quilibet
quoquo modo illegitimus profluit à ſemine
Patris ſui, & eſt vere, & intrinſece filius, ſe-
29 cundùm verò extrinſecam reputationem, ſi-
ve operationem ad effectum civilem, ſtatim
ac indiſtincte apud Concives admittuntur ad
conſequenda jura Magiſtratuum, Armorum,
& Cognomenti etiam illegitimi, profectò,
ac citra ſcrupulum habendi ſunt, acſi forent
undequaque legitimi, ex his, quæ docent
*Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.88. n.13.*
*& 14., Palæot. de Not. & Spur. cap.60. n.5.,*
*Fuſar. de ſubſtit. quæſt.360. ſub n.7., & qu.361.*
*n.16., Michalor. de Fratrib. par.3. cap.19. ſub*
*n.35., Picenard. in Reſponſ. unico impreſſ. apud*
*Sadarin. n.64. & ſeq., Larrea dec. Granaten.32.*
*n.43., Rota in Viterbien. fidæicommiſſi 10. Maii*
*1684. cor. bo. me. Urſino, & 4. Iulii 1685. cor.*
*bo. me. Benincaſa. impreſſ. apud Modern. Palm.*
*alleg.242. n.13. & alleg.243. n.14.*

Et de facto non ex diſſimili ratione paſſim,
30 & præcipue in aliis Cauſis *Bononien.*, vocatio
illegitimorum, ac etiam Spuriorum ſubſidia-
rie facta non impedit, nec efficit, quominus
Agnatio per Teſtatorem enixe vocata, ſeù
volita, illiuſque contemplatio perfecte ſubſi-
ſtat, ſuamque omnimodam obtineat effica-
ciam, prout videre eſt non tantum ex longa
ſerie Teſtamentorum, quæ dabantur *in Summ.*
Fratrum Actorum *num.12.*, ſed & *in conſ.21.,*
*Giovagn. num.43. lib.1., Caſtald. conſult.174.*
*n.5.*, Rot. *dec.276. n.50. par.18. recen., & in*
*Bononien. Fideicommiſſi de Volta 27. Aprilis*
*1695.* §. *Demùm, cor. R. P.* D. *meo Scotto, & 27.*
*Iunii 1696.* §. *Quin iterùm, cor. R. P. D. meo*
*Muto.*

Aſt hujuſmodi ratiocinium, & oppugnatio
31 pari ſorte collapſa manifeſte eſt apud Domi-
nos: licet namque pro roboranda eadem con-
ſuetudine deducerentur nonnulli *Doctores, &*
*Hyſtorici*, tamque Exteri, quam Concives,
nempe inter Doctores *Butr. conſ.54. ibiquè*
*Add. litt. A., Corn. conſ.169. n.7. lib.3., Me-*
*noch. conſ.754. n.16. & 17., Palæotb. de Noth.*
*& Spur. cap.56. n.9. in fin., Cornel. Canal.*
*apud Florian. Dulph. contr.100. in fin., Ad. lin.*
*reſol.73. n.32., Card. de Luca de fideic. diſc.68.*
*n.8., & de Donat. in ſupplem. par.2. diſc.62.*
*n.14.*, & inter Hyſtoricos *Rayner. & Pomp.*
*Dulph. in eorum Cronolog. Famil. Nobil. Bonon.*
quodque præ cæteris ſublimaretur Doctrina
*Bartol. in l. ſuggeſtioni ſub n.1. verſ. & ideò ſi*
*communis, C. de verb. ſignific.* ex ea potiſſimum
circumſtantia, quod is adamuſſim magiſtra-
lia ejus ediderit Commentaria ad *d. l. ſugge-*
*ſtioni* de tempore, quo Bononiæ commoraba-
tur in Eccleſia S. Victorii, ut teſtantur *Ghe-*
*rard. par.2. Hyſtor. Bonon. lib.21. pag.109., &*
*Pancirol. de claris legum Intepr. lib.2. cap.67.*
*fol.192.*, & adderetur authoritas ejuſdem *Ro-*
*tæ Bononien.*, quæ hujuſmodi conſuetudinem
conſtantiſſime ſuppoſuit, prout apparet apud
*Barz. dec.3.*, & *Gypt. dec.131.* utrobique *n.35.*
ac demum coronaretur prætenſio per ea, quæ
nuperrime innuiſſe etiam videbatur *Rota no-*
*ſtra in præcitata Bononien. Fideicommiſſi de Vol-*
*ta cor.* RR. *PP. DD. meis Scotto & Muto.*

Nihilominus placuêre plures reſponſiones
attributæ per Deſenſores D. Ducis Cæſii Rei
conventi in hac Cauſa, aliæque etiam ex offi-
cio per eoſdem Dominos ſuppletæ. In primis
32 etenim ſuppetebat generalis animadverſio,
quod neque *Doctores*, neque *Hyſtorici* in pro-
batione conſuetudinis, vel alterius facti tam
facile recipiuntur, niſi diverſis, & omnino
neceſſariis requiſitis appareant communiti,
quemadmodum obſervarunt *Pac. Iordan. var.*
*elucubr. tom.3. lib.14. tit.17. n.10. & ſeqq.,*
*Poſth. reſol.68. n.106. & ſeqq., Conciol. alleg.81.*
*n.15.*

Digitized by Google

*n.15. & ſeqq.*, *Thomat. dec.36. n.9. &* 10., &
33 ſignanter in propoſito conſuetudinis minime
attenduntur dicta *Doctorum*, niſi diù fuerint
in loco verſati, ut limitando tradit *Burſatt.
conſ.201. ſub n.47. verſ. maximè*, *Add. ad Gregor.
dec.274. ſub n.8. verſ. poſſet tamen*, *Rot.
dec.498. n.33. coram Dunoz. jun.*, *& dec.149.
n.15. cor. ſan. mem. Alex. VIII.*, ideòque ex
34 hac ratione (excepto *Butrio*) omnes poni merebantur
ad partes, nimirùm *Corn.*, *Menoch.*,
*Actolin.*, *Card. de Luca*, aliique conſimiles.

Sed propiùs, magiſque præcisè diſtinguen-
35 do *Doctores* ab *Hyſtoricis*, minimè liquebat,
quod *Bartol.* effectivè loqueretur de Civitate
Bononiæ, verùm potiùs de aliqua ex Civitatibus,
& Univerſitatibus Etruriæ, ut indicant
illa verba *; ſicuti mihi videtur, quod ſit in Civitate
iſta, & in aliis Civitatibus Tuſciæ*, median-
36 te etenim illa dictione, *aliis*, ſermo tendit ad
ſimilia, per *Text. in l.3. ibiquè gloſ. verb. alia
pœna, C. de ſerv. fugit.*, *Rot. dec.191. num.8.
par.4. tom.2. rec.*, *& dec.221. n.6. cor. Priolo*,
37 cum aliis notiſſimis; maximè, quia tunc legebat,
& fortè veriſimilitèr Commentaria lucubrabatur
in Civitate Piſarum, ubi diù legit,
ſubſtituitque munus Judicis, ſivè Aſſeſſoris,
ſicutì de ſemetipſo teſtatur *in l.1. §. fin. n.4.
ff. de verbor. oblig.*, *& in l. Mævius 68. §. Duo-
38 rum in fin. ff. de leg.2.*, vel etiam probabilitèr
effaretur de Civitate Peruſii; ubi continuos
lares, ſeù domicilium retinuit, frequentiſſimè
legit, & tandem obiit, Teſte *Bald. in l.1.
n.29. C. de his, qui accuſ. non poſs.* Quodque in
rei veritate *Bart. in l.* de qua *ſuprà*, loqueretur
de conſuetudine Tuſciæ, profitetur *Corn. d.
conſ.169. n.7. verſ. nec ſibi videtur lib.3.*, *Menoch.
d. conſ.754. n.16.*

Quòvero ad *Hyſtoricos*, ſupradicti *Rayner.*
*& Dulph.* non admodùm ad præſcriptum Juris,
ac Majorum noſtrorum videbantur atten-
39 dendi; nam alter, nempè *Dulph.* recentiſſimè
ſuas Cronologicas compilavit Hyſtorias, *Raynerius*
verò nec eas publicæ luci, ſive Typis
demandaverat, quapropter tàm uni, quàm alteri
congruebat propria, ac peculiaris limitatio,
videlicèt, quod tota fides *Hyſtorico* nequeat
adhiberi, quotiès appareat recens, &
non adhùc à gravibus Authoribus per vetu-
40 ſtiora tempora approbatus, vel etiam quandò
Hyſtoria, Cronologia, aut aliud ſimile monumentum
reperitur tantummodò manuſcriptū,
nè aliàs nimirùm levitèr, ac irrationabilitèr
privatis perſonis publica infundatur authoritas,
ad ea, quæ in ſpecie primæ limitationis
habentur penès *Card. de Luc. de Juriſd. diſc.20.
n.7. & de Præmin. diſc.3. n.10.*, *Modern. Argentan.
collect.15. n.69. lib.2.*, *Rot. dec.191. n.3.
par.3. rec.*, *& dec.221. ſub n.3. verſ. cùm ſit nimis
de recenti conſcripta, apud Modern. Lucen.
de pact. futur. ſucc.*, & in terminis ſecundæ reſponſum
fuit *in Comen. Parochialis 12. Decembris
1695. §. fin. cor. R.P.D. meo Priolo.*



Prætèr has autem magis genericas reſponſiones,
duplex alia, & *Hyſtoricis*, & *Doctoribus*
in hodierna hypotheſi magis ſingulariter adaptabilis
ſtringebat obſervatio, ea nimirùm,
41 quod ferè omnes utriuſque Claſſis apertiſſimè
percutiebant parificationem illegitimorum
cum legitimis ad longe diverſam operationē,
& effectum, ſcilicet ad merum finem geſtationis
Armorum, uſus Cognomenti, & honorificentiæ
Magiſtratuum, non autem, ad proprium,
& præſentem effectum Civilis ſucceſſionis,
& hi ſunt *Palæott.*, *Rainer.*, *Pomp. Dulph.*,
*Actolin.*, *Rota Bonon.*, (quæ potius dicit contrarium)
& *Card. de Luc.*, quibus addi poteſt
*Giovagnon. conſ.21. n.42. lib.1.*, necnon *Butr.
conſ.54.*, qui loquitur de honorifica potiùs,
quàm burſali participatione, ſeù conſucceſſione
ad partem Turris, quam nuncupant *Aſinellorum*:
Unde neque *Doctorum* dicta, neque tra-
42 ditiones *Hyſtoricorum*, neque Oracula *Tribunalium*
valebant efficere, quod conſuetudo,
rigide ſemper interpretanda, protrahi poſſet
ab uno caſu ſimplicis dumtaxat honorificentiæ
ad alterum generalis, & effectivæ capacitatis
ſuccedendi, reluctante regula, de qua
*Rot. in Dertuſen. Juriſdictionis ſuper gravibus
4. Martii 1697. §. fin. cor. R.P.D. meo Pio*, *&
in Hiſpalen. Juris ſedendi in Synodo 21. Iunii
ejuſdem Anni §. penult. cor. R.P.D. meo Muto.*

Et altera, quod nemo ex *Hyſtoricis*, & *Juriſconſultis*,
aut *Deciſionibus* collaudatis amplectebatur
ſpeciem illorum illegitimorum,
qui, ut præmiſimus, ab eodem *Iure Civili* vul-
43 go quæſitis æquiparantur, ſuntque propriiſſime
Spurii; *Butr.* namque *in præcit. conſ.54.* &
alii ſuperius enunciati ſiſtunt in terminis meræ
naturalitatis, ſeù genericæ ſpurietatis, & allegant
idcirco Jura mere loquentia de naturalibus,
ſcilicet *in fin. C. de natur. liber.* cum ſi-
44 milibus, & ſecundum eadem Jura allegata
(niſi aliud ſpecificè exprimant) etiam in dubio
veniunt intelligendi, ad not. per *Modern.
Mantuan. conſult.64. n.48. & 49.*, *Rot. coram
Seraphin. dec.925. n.2.*, *& in recen. dec.317.
n.23. par.17.*

Cùmque maxima inter utramque ſpeciem
differentia intercedat, ex jam ſuperiùs in abſtracto
demonſtratis, & inferiùs occaſione tertiæ
impugnationis ſuper legitimatione recenſendis,
nemo non videt, quod ullum nequibat
pariter deſuper conſtitui fundamentum, juxtà
eamdem intrinſecam rationem, quam mox
annotavimus, de non facienda videlicet duriſſima
extenſione unius qualitatis ad alteram,
45 ſicuti proſequuntur innixi propoſitioni, quod
conſuetudo intantum mereatur attendi, inquantum
ferit caſum præciſum, *Gratian. diſcept.447. n.29. & diſcept.909. n.21.*, *Poſth. reſol.68. n.106.*, *Rota cor. Gregor. dec.45. n.6.*,
*& dec.163. n.2. & 4.*

Eâdemque idcirco inefficaciâ laborabat
46 Statutum, quod in ſubſtantia fraternizat cum

contuetudine, cùm illud aliud in temetipſo
non importet, quàm ſimplicem recollectio-
nem per viam legis in ſcriptis circa illas con-
ſuetudines, quæ jam longævo Civium, & Pa-
tritiorum uſu coaluerunt, ut habetur in *l. om-
nes Populi. ff. de Iuſt. & Iur.*, *Vutſembec. conſ.1.
n.56. verſ. indifferentèr*, *Conciol. ad Stat. Eu-
gub. in prælud. n.1.*, *Rot. cor. Cavaler. dec.497.
n.2.*, *& dec.210. n.5. cor. ſa. me. Alex. VIII.*

Quinimò potiùs hujuſmodi ſanctio Munici-
palis clariſſimè retorquebatur, ipſamque vim
cujuſcumque aſs. conſuetudinis infringebat,
47 vel explanabat; licèt enim idem Statutum
ſub *Rubric. de ſucceſs. ab inteſt. Aſcenden.*, *&
Collateral.* §. *Volentes*, determinet, *quod per
quoſcumque, perindè acſi forent legitimi, & na-
turales, ſuccedi poſſit ab Inteſtato filiis naturalibus,
ac etiam Spuriis*, adhùc tamen communitèr
*Doctores* deſupèr, ac *Tribunalia* in eam concor-
davêre ſententiam, & interpratationem, quod
hæc determinatio ratione odibilitatis, & pro-
hibitæ extenſionis, tàm de Jure, quàm ab eo-
demmet Statuto, nullo modo convertatur ad
caſum contrarium, nempè ubi velint ipſi filii,
vel ſpurii ſuccedere Parentibus, prout conſtat
ex firmatis per *Io: de Anan. conſil.95. num.1.
verſ. ſed non eſt dubium*, *ibiquè Florian. à S. Pe-
tro*, *& Ludov. Bologn. in ſubſcript.*, *Rot. Bonon.
diverſ. dec.131. n.24. cum ſeq. ibique Gypt. in
add. in fin.*, *Rota noſtra dec.145. ex n.24. ad fin.
par.17.*, *& dec.137. ſub n.14. verſ. nil urgente*,
*& n.15. & 16. par.18.*

Si igitur prædicta diſpoſitio tàm litteralis
recipit intellectum, & praxim, nè filii, vel
Spurii ſuccederent Parentibus, à quorum vi-
ſceribus, & ſemine ſubſtantialiter, & innocuè
48 proſilierunt, quid dicendum (ut ad præſens)
de ſucceſſione Collateralium, à quibus nullo
pacto deſcendunt, & quorum ſucceſſio diffici-
liùs indulgetur, juxtà perpenſa per *Rot. dec:ſ.
438. n.20. & 21. par.4. tom.2. rec.*, *& dec.246.
n.4. & ſeqq. par.18.*

Ac propterea excluſis, vel ſaltèm non inclu-
ſis per idem Statutum Naturalibus, & multò
magis iiſdem Spuriis reſpectu ſucceſſionis tàm
Aſcendentium, quàm Tranſverſalium, de fa-
cili, ut præmiſimus, explanata remanebat
49 etiàm conſuetudo, velutI penitùs fraternizans,
& jam totalitèr in Patriam legem redacta per
ipſum Statutum, quodque plus eſt (ut paritèr
inſinuavimus) aperta potiùs exindè perurge-
bat reſponſio, ex quo omnia Jura clamant, &
50 præſumunt, Teſtatorem noluiſſe egredi ter-
minos Statuti, ſed ſemper illi ſeſe conforma-
re intendiſſe, ex his, quæ prætèr ſuprà genera-
liter adductos *ſub* §. *Hinc eo ipſo*, præciſè in
terminis hujuſmet *Statuti Bononien.* monue-
runt *Modern. Camerinen. allegat.171. n. 26.*,
*& Rot. dec.62. n.10. & 11. cor. Arguell.*

Poſtremò tandem evidentiſſime labebatur
argumentum mutuatum ab exemplis plurium
Teſtamentorum, necnon caſuum, & *Deciſio-
num*, in quibus effulgebat, ſubſidiariè ſaltèm
abhorritos non fuiſſe, ſed vocatos Spurios,
alioſque illegitimos acriori nota conſperſos,
quantùmvis tacitè, vel expreſse contemplata
legeretur agnatio: Non ſolùm, quia in noſtra
Theſi, ſive in conflictu ſemper prævaluiſſet ab-
ſurdum conſideratum *in Deciſione bo: me: Urſi-
ni 14. Ianuarii 1697.* §. *Nec obſtat*, *& ſeq.*, *&
10. Januarii 1698.* §. *fin.*; Verùm etiàm, quià
locum ex oppoſito ſibi vindicabat potens illa
circumſtantia explicativa cujuſlibet etiam
ambiguæ diſpoſitionis, quævè promanat à di-
51 ſcretivo modo operandi, vel loquendi, ſi ete-
nim ubi voluerunt Teſtatores ex illa flagranti
libidine perpetuandi proprium nomen, ac Fa-
miliam etiam ope, ſeu medio Spuriorum, in-
ceſtuoſorum, cum ſimilibus, cubitaliter hoc
expreſſerunt, idipſum factum fuiſſet in con-
troverſa vocatione per Philippum, qui ſæpius
è converſo, immò ſemper meminit de legiti-
mis, *vulg. l. unic.* §. *Sin autèm ad deficientis*,
*C. de caduc. tollen.* cum concord. per *Rot. de-
ciſ.93. n.12. par.17.*, *dec.122. n.8. par.19.*, *&
dec.328. n.11. & 12. cor. Priolo.*

Neque plus ponderis tandem viſa eſt habe-
re tertia, & poſtrema oppugnatio, quæ ſolide
prætendebatur fundari ſuper prætenſa legiti-
mitate obtenta per Herculem, quaſi quod
52 ejuſdem legitimationis miniſterio evaluiſſet ſu-
blata, & abſterſa quæcumque macula Nata-
lium, ipſeque Hercules foret ea mediante
cenſendus tanquam ab initio procreatus ex ju-
ſtis Nuptiis, & ad omnes effectus verus, & le-
gitimus agnatus, ad *Rot. dec.832. n.10. cum
ſeqq. cor.* Merlino, *& cor. Dunoz. Jun. dec.981.
n.6.*, *& cor. Ninot. dec.13. n.15. & 16.*, *& in
rec. dec 673. n.25. par.18.*, *& in Romana, ſ à
Cremonen. Hæreditatis 15. Iunii 1682.* §. *2. co-
ram bo. me. Emerix Iun.*

Quoniam de nullo Principis reſcripto, de
nullo habentis à Supremo Principe poteſtatem
legitimandi Diplomate, vel Teſtimonio doce-
53 batur, & conſequenter quidquid adhùc juri-
dice replicari poſſet, etiam quando de effe-
ctiva legitimatione conſtaret, cùm res non
tranſeat ſine ſuis difficultatibus, & limitatio-
nibus, ſecundum ea, quæ in terminis fideicom-
miſſi, & præſertIm ordinati per Tranſverſa-
lem, habentur apud copiose tractantes de ma-
teria, & præcipue *Mantic. de conjectur. lib.11.
tit.10. & ſeq.*, *Peregrin. de fideicomm. art.23.*,
*Merlin. de legitim. lib.1. tit.2. quæſt.8.*, *Fuſar.
de ſubſtit. quæſt.408.* ubique *per tot.*; deficiebat
54 in caſu noſtro ſuppoſitum, & oppugnatio re-
ducebatur ad non ens, cujus nullæ ſunt inſpe-
ctiones, vel qualitates, *vulg. l. ejus, qui in Pro-
vincia 41. ff. ſi cert. petat.* cum reliquis apud
*Rub. de validit. l:gal. cap.27. n.42. & ſeq.*, *Ro-
ta in Romana Cambii 15.* Maii *proximè præteriti*
§. *Nequè minùs*, *cor. Mc*.

Circumſtantiæ verò, ac demonſtrationes,
quæ tam à priori, quam a poſteriori (ut ſibi
ſuade-

Digitized by Google

ſuadebant Actores) juſtificare videbantur exi-
ſtentiam, ac realitatem ejuſdem legitimatio-
nis, vel detegebantur æquivocæ, & prorſus
inſubſiſtens, vel non poterant ullatenus rele-
vare ad intentum eorumdem Actorum: Quod
enim primo dicebatur, Melchiorrem Bartho-
lomæi Patrem, & Avum reſpectivè Herculis
ipſum in Teſtamento condito de Anno 1525.
in filium præcitati Bartholomæi recognoviſſe,
ei relinquendo quoddam legatum, & conſen-
tiendo, eumdem legitimari, ac habilitari,
quaſi verò ex hac præambula cauſa proclivior
ſterneretur via ſubſequentibus (ut infra) præ-
ſumptionibus ſuper realitate reportatæ poſt-
modùm legitimationis; jam expreſſe conti-
nebat in ventre proprium interitum, & ſubver-
ſionem, dum enim appoſita per Avum fuerat
dictio illa tam arcta, & refrænativa *dumtaxat*,
ſcilicet ad finem tantummodo conſequendi
prædictum legatum, ibi = *& conſentiit ad hunc
effectum duntaxat ipſum Herculem legitimari, &*
55 *habilitari, & capacem hujus legati fieri*, ecce,
quod ad oculum hujuſmodi loquendi forma
præpediebat genericam, ut opus erat, legitima-
tionem, & tanquam reſtricta deflectebat potius
in diſpenſationem particularem, ac minime
Tertio nocivam, quam quod inducere poſſet
nomen, & efficaciam plenariæ, ac penitùs ab-
ſterſivæ legitimationis, Teſte *Alex. conſ. 30.
n. 4. lib. 4., dec. conſ. 52. n. 2. poſt med. verſ. ſe-
cundò iſta concluſio, Alciat. conſ. 6. ex n. 3. cum
pluribus ſeqq. lib. 4., Corn. conſ 9 n. 6. lib. 4.,
Burgos de Paz ad l. 3. Tauri num. 326. & 378.,
Mareſcott. var. reſol. lib. 3. cap. 80. n. 21., Rot.
cor. Achill. de Graſs. dec. 336. n. 5.*

Quinimò ex hoc ipſo primordio, quod pro
baſe ſubſequentium conjecturarum erigebant
Actores, inſurgebat palpabilis totius Machinæ
deſtructio; Nam ſi proprius, & naturalis Her-
culis Aſcendens, & Avus quodammodò dedi-
gnatus eſt aſſentiri univerſali, & indefinitæ le-
gitimationi, non obſtante illo ſanguinis im-
pulſu conſiderato per *I. C. in leg. cùm Avus,
ff. de condit., & demonſtr., & in l. cùm acutiſſi-
mi, C. de fideicom* improbabile nimis eſt poſtea
opinari, quod Philippus Collateralis, quive
ſemper invitavit veros legitimos, voluerit
hujuſmodi Spurios vel cum, vel ſine legitima-
tione ad propriam ſucceſſionem admittere; &
in omnem caſum conjecturæ omnes, ac demon-
ſtrationes obtentæ, (ut prætendebatur,) ſed
non oſtenſæ legitimationis, ſemper reduceban-
tur intra Cancellos hujuſce originalis permiſ-
56 ſionis; cuncti etenim actus, qui ſubſequuntur
in omni materia, & diſpoſitione, regulariter
continentur intra limites propriæ cauſæ, vel
originis, ad *Text. in l. ſi quis ex Argentariis,
§. Si initium, ff. de eden., Rot. cor. Peutinger.
dec. 198. n. 9., & cor. Card. Cerr. dec. 286. n. 17.,
& dec. 185. n. 25. par. 19.*

Corruebat proinde ſatis de facili illa altera
conjectura, quod Georgius, aliique filii, &
hæredes præcitati Melchiorris, & Patrui re-
ſpective ipſius Herculis, eidem perſolverint
prædictum legatum de Anno 1529; Ultra
enim, quod in hoc eodem Inſtrumento aſſi-
gnationis, ſive ſolutionis legati Hercules vo-
cabatur *filius naturalis Bartholomæi*, & ob id
potius quælibet legitimatio excludebatur:
57 Adhùc dum talis actus geſtus erat in execu-
tionem Avitæ ordinationis, profecto non vale-
bat ſuperexcedere eamdem ordinationem,
quæ coarctabat memoratam permiſſionem
obtinendi legitimationem ad caſum tantum-
modo conſecutionis legati, quemadmodum
præter proxime allegatos proſequitur *Rota Se-
nen. in Deciſ. impreſs. apud Modern. Lucen.
conſult. 579 n. 65. tom. 6.*

Conſecutive pariter decidebat ille alius
actus, ſuper quo vehementius inſiſtebant Acto-
res, quod nempe prædicti Patrui Herculis,
& reſpective hæredes Melchiorris non ſolum
(ſtante obitu Octaviani filii naturalis ejuſdem
Melchiorris) per publicum Inſtrumentum ce-
lebratum de Anno 1544. conſenſerint, inte-
grum legatum, de quo ſupra, devenire ad ma-
nus Herculis vigore reciprocæ ſubſtitutionis
inter Octavianum, & Herculem injunctæ per
ipſum Melchiorrem, verum quoque clariſſime
ulterius enunciaverint Herculem pro filio le-
gitimato Bartholomæi, unde non minus ver-
bis, quam facto comprobaverint, effective
58 ſubſecutam fuiſſe legitimationem, cum non
foret veriſimile, Patruos dimittere voluiſſe
bona conſiderabilis valoris, ſolummodo de-
bita conditionaliter, ſeu poſt obtentam legi-
timationem, niſi eadem legitimatio reverâ
per Herculem reportata extitiſſet, ex anim-
adverſis per *Belmont. deciſ. Ferrar. 67. n. 11.,
Rot. cor. Ubald. dec. 458. n. 10. verſ. Secundò
deducitur, & cor. Coccin. dec. 1370. n. 70. & ſeq.,
& in rec. dec. 248. n. 9. par. 14., & dec. 125.
n. 7., & n. 27. par. 15.*

Poſthabita namque multiplici reſponſione,
quæ per Defenſores D. Ducis aſſerebatur, ni-
59 mirum, & quod unica enunciativa non mere-
tur attendi, quodque agnitio, ſive aſſertio
60 Patris, vel Conſanguineorum neutiquam pro-
bat legitimationem in tertii præjudicium,
quodque demum *omnia hæc* (ut ſunt verba
ejuſdem Inſtrumenti) *pro parte D. Co: Georgei
negabantur vera eſſe*, *Summario* Fratrum Acto-
rum *Num. 2.*; Unde non poterat ſuper aſſer-
61 tione contextualiter impugnata ullum ſtabile
fundamentum conſtitui, ſicuti recolligendo
prædictas reſponſiones in ordine ad primam
liquet ex traditis per *Rot. dec. 71. n. 5. par. 2.
rec., & cor. Buratto dec. 178. n. 13., & dec. 565.
n. 21. cor. Card. Cerro*, circa ſecundam conſtat
ex *Peregrin. conſ. 6. n. 11. cum plur. ſeqq. lib. 3.,
& conſ. 18. n. 11. lib. 4., Maneut. conſ. 138. n. 27.
& ſeq.*, Grat. *diſcept. 264. n. 46., de Angel.
de Confeſs. lib. 2. quæſt. 7. n. 28.*, ac denique re-
ſpectu tertiæ doceut relati per *Rot. dec. 166.
n. 49.*

Digitized by Google

*n.49. verſ. Et tandem, quia fuit impugnata, apud Pollb. de manut.*, & pagis punctualiter *in deciſ.86. n.29. propè fin. verſ. Nec rursùs probaret, poſt Viceol. de Traſatt.*

Semper ad omne pejus per ſpeciem intercalaris recurrebat eadem replicatio, quod donec magis ampla, & abſoluta oſtenderetur legitimatio, poterat pacifice etiam admitti, interfuiſſe quidem favore Herculis legitimationem, ſed non plenariam, immo nimium probabiliter, ni dicamus neceſſario, reſtrictam ad ſimplicem effectum capacitatis legati, ac ſubſtitutionis ſuper eodem legato demanda-
62 tæ; quando etenim vis ſtat in qualitate, non autem in mera ſubſtantia alicujus actus, dubio procul oportet nedum juſtificare ſubſtantiam, ſed etiam qualitatem ipſius actus, *Alex. conſ.578. n.4. in fin. par.1. rec., dec.229. num.3. par.2., & dec.530. n.9 par.18.*

Reliqui vero actus, qui unà cum præmiſſis pro eliicienda prædicta legitimatione cumulabantur ab Actoribus, ſubſtantialiter in geminas claſſes dividebantur, quarum una percutiebat denominationes, & tractatus agnatitios obtentos per Herculem a Georgio, Camillo, & Ulyſſe Patruis, nec non ad prærogativas geſtationis Armorum, Cognominis, Magiſtratuum, Sepulturæ, juncta quoque illuſtriori compellatione, quam Cardinalis Verallus Sanctæ Sedis Legatus de tempore Julii III. ad Henricum Galliarum Regem expreſſerat in perſona ejuſeem Herculis, eum nuncupando Nobilem, & Comitem de Familia Manzola; Addito demum Matrimonio per eumdem Herculem contracto cum Junipera Palæotta Sorore cla: me: Cardinalis ejuſdem cognomenti, in quo pariter a Georgio Patruo authorizante contractum Hercules exprimebatur Agnatus, *d. Summ.* Actorum *Num.13. & ſeqq.* juncto *Summ. Additionali per tot.*, quibus ſane tractatibus, in tam ingenti numero
63 conſpirantibus in unum, legitimationem omnino remanere dicebant comprobatam, dum ad illius juſtificationem etiam ſolæ conjecturæ reputantur idoneæ, juxta tradita per *Rot. deciſ.1396. n.69., & dec.1453. n.8., & 9. coram Coccino, in Romana, ſeù Cremonen. Hæreditatis 23. Februarii 1680. §. Vndè non obſtat, cor. cl: me: Cardinali Vicecomite, & in Romana Fideicommiſſi de Griſonibus 5. Iunii 1682. §. Parùm relevante, cor. bo: me: Roudinino.*

Altera verò claſſis continebat in ſe robuſtiorem (ut iidem Actores ſubjungebant) obſervantiam; quoniam Hercules præſentibus iiſdem Patruis de Anno 1545. effective devênit ad venditionem nonnullorum bonorum, quæ ad ſemetipſum ſpectare affirmavit ex titulo legitimæ, & Trebellianicæ ſibi, ejuſque Patri debitæ reſpective tam ſuper bonis Paternis, quam Avitis; quodque plus eſt, aſſentientibus eiſdem Patruis, in eodem actu Hercules ſibi explicite reſervavit Jus petendi reſiduum, ac ſupplementum hujuſmodi detractiorum:
64 quantum autem conferat ad finem præſumendi legitimationem ſeparatio, aut deductio detractionum, quæ nequeunt competere diſpari Jure legitimo, ac legitimato, nuſquam autem debentur illegitimo, nemo non ſcit, & convincitur ex firmatis per *Peregrin. deciſ. Patav. 35. num.4., Rot. deciſ.401. num.1. par.3. recen., & deciſ.511. num.5. par.5., & deciſ.367. num.20. cor. Royas.*

Poſtremo, ne forte conſimiles actus elidentur, ex quo proceſſerant a Patruis, qui ex benevolentia erga Bartholomæum fratrem, ac Patrem Herculis potuerant fortaſse commoveri, retenta hac ſecunda claſſe demonſtrationum adjungebatur, quod etiam deſcendentes Philippi fideicommittentis, & ſic Authores D. Ducis eodem modo in eorum Conſanguineos agnovêre Herculis filios, non ſulum ita illos tractando, ſed etiam in publico Inſtrumento diviſionis exaratæ de Anno 1549. pronunciando Herculem abſque ulla prorſus mentione illegitimitatis pure, & ſimpliciter filium Bartholomæi, ſignum evidens, quod congrua interceſſerat legitimatio, eaque omnium natalium maculam abraſerat, quodque pariter plus erat, memorati deſcendentes Philippi dimiſerant filiis Herculis portionem quamdam Bonorum, quam idem Philippus profeſſus fuerat in Teſtamento retinere pro indiviſo cum Melchiorre Herculis Avo: quamobrem dum tota Familia Manzola, iidemque Authores D. Ducis verbaliter, & realiter agnoverant Herculem, illiuſque ſobolem, & deſcendentiam pro vere Agnatis etiam ad effectum ſuccedendi, abſonum videbatur hodie
65 eamdem legitimationem poſſe controverti, vel quia non poterat D. Dux impugnare confeſſionem, & agnitionem ſuorum Authorum, contra litteram *Text. in l. cùm à Matre, C. de rei vindic., Bart. in l. rem alienam in 3. not. ff. de pignor. act., Rot. dec.318. n.10. cum duob. ſeqq. par.10. rec.*, vel quia Conſanguinei non minùs
66 fulgori propriæ Familiæ, quam burſali utilitati intendentes, potiùs ſolent criticare, quam oſcitanter admittere conſimiles ſuppoſitiones, prout obſervat *Rot. Iannen. inter deciſ. diverſ. collect. per Modern. Palm. dec.181. n.12.*, & concordat *Rota noſtra dec.90. n.8. poſt med. coram Vbald. Sen., & in rec. dec.125. n.27. & deciſ.246. n.14. par.15.*

At nihilominùs neutra prædictarum conjecturarum, præſumptionum, ac demonſtrationum claſſis ſufficienter poterat ſolidare intentum Actorum; ponderarunt etenim Domini, quod prima concernens dumtaxat ſeriem Matrimoniorum illuſtrem, publicorum numerum ſplendorem, tractatus honorificos, ac diuturnam denominationem hujus nobiliſſimæ Familiæ de Manzolis abſque contradictione retenta ab Hercule, ejuſque Deſcendentibus, undequaque quidem eſſe ſpectabilem, conſide-

Digitized by Google

ſiderandamque quoad Equeſtrem, & generoſam Nobilitatem ſatis ab ipſa municipali conſuetudine in hoc propoſito aſſertam, & à præclara temporum, bonorum, rerumque geſtarum vetuſtate expurgatam: verum reſpectu plenariæ ſucceſſionis in puncto Juris, ac interpretandæ in concreto voluntatis Philippi Teſtatoris, nullo modo valebant hæc omnia ſuffragari ad terminos ſuperiùs comprobatæ diſtinctionis, videlicèt inter actus honorificos, & juridicam comprahenſionem in ordine vocationis, perurgebant etenim ſemper in oppoſitum validiores conjecturæ particularis diſpoſitionis ipſius Philippi, ut latiùs *in Deciſionibus bon: mem: Urſini*, ac etiam ſuperius in præſenti extitit comprobatum; præcipuè, quia intrare poterat ratio, quare Hercules, ejuſque Deſcendentes recepti forent pro Agnatis, quia nimirum forte (ut poterat admitti) idem Hercules extiterit legitimatus ad certum effectum aſſecutionis legati, & ſic reſpectu perſonæ, quæ eſt indiviſibilis, actus legitimationis remanere pariformiter poterat indiviſibilis, itàut ipſe cenſeri poſſet quoad munera, nuncupationem, cæteraſque honorificentias ipſi perſonæ adjacentes ſufficientiſſime, & pleniſſime legitimatus, non autem generaliter, ſive indiſtincte etiam ad ſucceſſionem, & bona, quæ ex oppoſito diviſionem, ac partitionem admittunt, unde ſemper res perſiſtebat
67 in æquivoco, & legitimatio operativa unius effectus nequibat tutò, & abſolutè ad alterum extendi, ut præter jam allatos videre eſt apud *Pariſ. conſ. 7. num. 15. & ſeqq. lib. 2., Malvaſ. conſ. 18. n. 42., Caſtill. contr. Iur. lib. 4. cap. 22. num. 148., Peregrin. de fideicom. art. 23. num. 33. & 34., Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. quæſt. 8. num. 21.*, & optime diſtinguendo *Tell. Fernand. ad l. 12. Tauri num. 19. & ſeqq.*, & ſignanter *num. 23., Adden. ad Sanfelic. deciſ. 341. verſ. ampliùs eſt conſiderandum, Cabed. deciſ. 69. num. 3., & num. 13. par. 2., Dondæ. conſult. 1. num. 15. & 16., Rot. in Romana Succeſſionis coram Comitul. impreſs. apud Giovagnon. conſ. 16. num. 99. lib. 2., & coram Gregor. deciſ. 201. ex num. 6. uſquè ad fin., & deciſ. 35. num. 4. & ſeqq.* & præcipuè *num. 8. & 9. par. 8 recen.*

Secunda demum claſsis actuum, qui magis de propinquo feriebant ſucceſsionem, facile remanſit enervata: quoniam nec Inſtrumentum celebratum de Anno 1545. ſub aſsiſtentia, & agnitione Patruorum, nec alterum de Anno 1549. confectum cum deſcendentibus Philippi quidquam ſibi peculiariter adſtruebant; in unoquoque ſiquidem agebatur de bonis, ſive Juribus competentibus Bartholomæo ſecundum naturam Herculis Patri, quapropter deletâ forſan (ut diximus) ad præcitatum ſingularem finem conſequendi legatum maculâ ſpurietatis, nulliſque concurrentibus filiis, vel deſcendentibus legitimis Bartholomæi, nil erat, quod impediret Herculem à diſtractione bonorum vel ab eodem individuo legato Avi, vel à Paterno Aſſe provenientium; prout nec etiam ullum extabat impedimentum, per quod Hercules, ejuſque deſcendentia retrahi poſſet ab aſſecutione detractionum, & recuperatione ratæ Bonorum pro indiviſo poſſeſſorum à Philippo cum Melchiorre Avo ejuſdem Herculis, ceſſantibus namque filiis, aliiſque deſcendentibus legitimis Bartholomæi Patris, jàm, ut vidimus, Jura civilia reſpectu filiorum naturalium minùs agunt; quamobrèm ſublata ulterius aſperiori nota ſpurietatis per legitimationem admiſsibilem ad certum effectum, non attinebat ampliùs ad deſcendentes Philippi, tanquàm exiſtentes de altera linea, ſeù Columnello, indagare, ad quem inſperata, & veriſimiliùs reſtata ſucceſsio, vel bona Bartholomæi Patris, aut Melchiorris Avi devoluerentur, & ſic cum eorumdem bonorum dimiſsio minime reſpiceret intereſſe eorumdem Deſcendentium à
68 Philippo, non debebat hodiè D. Dux obligari per illam agnitionem, per quam nec ejus Authores obligabantur, ut ad propoſitum reſpondit *Dec. conſ. 72. n. 17., Gabr. conſ. 125. num 7. lib. 1., Franc. Palm. conſult. 3. num. 9., Afflict. deciſ. 240. num. 8., Gam. deciſ. Luſitan. 222. ſub num. 4. verſ. ſed ſi igitur, Conciol. de hæred art. 1. ex num. 489. cum pluribus ſeqq.*

Atque hæc Domini ſeduliùs, & pluſquam forte opus eſſet, perſcrutabantur pro diluendis quibuſcumque particularibus ſcrupulis, & obiectis; de reliquo namque pro fatali, ac generica deſtructione quorumcumque obiectorum conſideratum fuit, quod non exhibita per Actores legitimatione effectiva ſub oculis judicare debentium, etiam quando legitimati (preciſivè à ſupra enunciatis limitationibus per *Doctores* de materia loquentes allatis) ſuccedere poſſent in hac ſpecie fideicommiſſorum, ſemper tamen locum ſibi poterat favore D. Ducis vindicare nedum tacita, ac vehementer conjecturata mens Teſtatoris, ſed etiam in abſtracto duplex, & pluſquam exuberans circumſtantia, quæ prorsùs prætendentes arceret à conſequutione Bonorum fideicommiſsi, nempe, vel quod legitimatio ca-
69 reret expreſsione ſpurietatis, & ſic foret ſubreptitia, dum nec facultas legitimandi, nec legitimatio ſimpliciter facta, vel obtenta complectitur, aut extenditur ad hujuſmodi qualitatem illegitimitatis peculiari ſemper nota exprimendam, Teſte *Franc. Marc. deciſ. 10. par. 1., & deciſ. 470. par. 2.* utrobique *num. 2. & 2., Ripoll. de Regal. cap. 22. num. 55. & ſeqq., de Marin. reſolut. Iur. lib. 1. cap. 255. ex num. 1. uſquè ad 15.*, ibique *Rodoer. num. 3. & 4., Merlin. Pignatell. contr. forenſ. cent. 2. cap. 86. num. 10. cum pluribus ſeqq.*, & ſignanter *num. 12. et ſeqq., Io: Franc. Balthaſar. pract. reſol. tit. 3. reſol. 4. num. 41. verſ. primo enim, Antunez de donat. Reg. lib. 2. cap. 16. num. fin.,*

*Revero*

*Reverter. deciſ. 190. per tot.*, *Rot. deciſ. 184. num. 23. et 24. coram Priolo*.

Vel quod & eadem facultas legitimandi, & ipſa poſitiva legitimatio contineret in ſe
70 Clauſulas omninò præſervativas Juris vocatorum ad fideicommiſſum, vel etiam venientium ab inteſtato, quemadmodum alias examinatis facultatibus, ſeu privilegiis DD. de Campegiis, cum ſimilibus, dictum fuit, & annotarunt *Cirocc. diſcept. 1. num. 36.*, *Rot. deciſ. 667. num. 3. & per tot. par. 1. rec.*, *dec. 367. num. 21. & 22. coram Royas*, *& coram Carillo deciſ. 273. num. 4.*, *& dicta deciſ. 184. num. 28. & 29. coram Priolo*, undè quod ad hujuſmodi
71 ſucceſſionis effectus neceſſaria ſit exhibitio legitimationis, ac etiam inſertio Privilegii legitimantium, advertit *Honded. conſ. 71. n. 11. cum duobus ſeqq. lib. 2.*, *Peregrin. conſ. 6. n. 17. lib. 3.*, *Caſtald. conſult. 213. num. 6. & 7.*

Et ità omiſſa, veluti ſuperabundanti, illa altera inſpectione, utrum D. Dux, tanquam deſcendens à Julia, exiſtimari poſſet vocatus, vel comprahenſus ex propria perſona in hac fideicommiſſaria diſpoſitione ad excluſionem Actorum, ſecundum ea, quæ alias tetigit in hac Cauſa *Rota ſub die 23. Ianuarii 1630. ſub §. Nec idem cum duobus ſeqq. coram bo: me: Chiſilierio*, reſolutum fuit, utraque &c.

## *ANNOTATIO, ET ADDITIO.*

Ultima hæc præſentis Voluminis Deciſio, quævè reperitur impreſſa tam apud *Conſtantin. in ſuis elaboratis Commentar. ad Statut. Vrbis tom. 3. in ordine la 124.* quam apud *Balducc. in ſua collectan. deciſ. & rer. judicat. tit. 3. deciſ. 10.* pluries fuit ad trutinam revocata, ſed ſemper confirmationis robur obtinuit, nam poſt demandatam Mihi expeditionem ſub die 2. *Decembris ejuſdem Anni 1699.*, in tertia inſtantia fuit repropoſita Cauſa *coram Eminentiſſimo Caprara*, & non minus die 14. *Maii 1700.* quam ſub die 15. *Aprilis 1701.* extitit approbata, cum ſuccedanea expeditione ordinata per Tribunal 1. *Auguſti 1701.*

Eadem præſens Deciſio in ea parte, ubi (ut ſupra) demonſtratur, filios ſimpliciter naturales tam ad effectus honorificos, quam ad illos ſucceſſionis eſſe minùs exoſos, quam ii per damnatum coitum ſuſcepti, pluries fuit
72 allegata occaſione diſquirendi, utrum Juſpatronatus reſervatum pro illis *de Domo, & Familia* competere poſſet vere naturalibus, & juxta verborum, & circumſtantiarum contingentiam fuit reſolutum affirmativè, ut in illa *Comen. Cappellaniæ 31. Martii 1702. coram D. Cardinali de la Tremoille*, quæ eſt impreſſa penes *Piton. diſceptat. Eccleſiaſtic. 53. ſub n. 40.* & in earum confirmatoriis 4. *Maii 1703. coram R.P.D. meo Priolo*, & 17. *Martii 1704. coram R.P.D. meo Kaunitz*.

Plenam quoque edidi *Deciſionem* ſuper hac materia natalium in una *Ferrarien. Primogeniture 16. Februarii 1705.*, in qua ſtante antiquitate temporis vindicata fuit illegitimitas cujuſdam Nobilis deſcendentiæ, quamvis comprobaretur, aliquem de eadem deſcendentia genitum fuiſſe per Patrem actu Equitem Religionis Hieroſolymitanæ, adducendo plura poſſibilia, ſeù rationes ad hunc effectum talem maculam excludentes, & hæc *Deciſio*, quæ ſemper fuit in ſubſequutis *Deciſionibus* confirmata, invenitur impreſſa apud *modern. Paulucc. poſt diſſertat. 38. deciſ. 1.*

Diſtinguendo pariter inter naturales legitimatos, & verè ſpurios nuper in quodam Ju-
73 repatronatus fuerunt declarati capaces ad ſuccedendum nomine *antiquiorum, & proximiorum de Familia* etiam deſcendentes per plures gradus ab illis, ſive ab illis, ſive ab eo, qui, cum eſſet pure naturalis, fuerat ampliſſime legitimatus, ut præſentem Deciſionem in ſua diſtinctione laudando ſequuta eſt *Rota in Mediolanen. Archipresbyteratur 27. Ianuarii 1710. per tot.* & ſignanter *ſub §. Hinc non repugnat, coram R.P.D. meo Falconerio*.

Cohærenter ad ea, quæ inſinuantur *ſuprà in præſenti Deciſ. num. 3.* non abs re erit anno-
74 taſſe, quod licet filius naturalis, quoties Parens non reliquit alios filios legitimos, vel adoptivos, eidem Parenti ſuccedat ab inteſtato in duabus Unciis, ad *Text. in l. final. Cod. de natural. liber.*, *Mart. de ſucceſſion. legal. par. 1. quæſt. 16. artic. 1. num. 4.*, *Rot. deciſ. 276. num. 22.*, *& deciſ. 500. num. 12. & 16. par. 18.*
75 *recen.*, vel ità teſtante Patre (in caſu etiam filiorum legitimorum) in unica Uncia, ut in altero *Text. in l. 2. C. de naturalib. liber.* cum reliquis allegatis *in eadem præſenti Deciſ. dicto num. 3.*

Attamen regula hæc, ſeù propoſitio non venit abſolutè recipienda, ſed ſolum in genere; quoniam ſi Parens obiiſſet ſuperſtite Uxo-
76 re, tunc in honorem ejuſdem Uxoris, quamtùmvis Pater nullos alios liberos legitimos reliquiſſet, & quantùmvis vigore localium Statutorum, aut de Jure alias non ſuccederet Uxor, ipſi filii naturales ab inteſtato non caperent præfatas duas Uncias, ut in *Authent. quib. mod. natural. effic. ſui*, *& in Authent. licèt*, ibiquè *gloſ. in verb. Conjux*, *Cod. de naturalib. liber.* plenè *Cyriac. contr. 237. num. 1. & ſeqq.*, *Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2. quæſt. 4. num. 1. verſic. ab inteſtato autem*, & uberius *Rot. in Romana Succeſſionis 28. Novembris 1703. §. Quamvis enim, verſic. ſed adhùc, & §. Etenim cum plur. ſeqq. coram R. P. D. meo*
77 *Priolo*, in quibus ampliatur concluſio, ſivè filii ſuſcepti fuerint durante Coniugio, ſive antè.

Tangitur quoque in præſenti *Deciſione* quando *Doctores* de conſuetudine teſtantes veniant recipiendi pro eadem conſuetudine comprobanda; & certè, cùm ſcientia verſetur

78 tur circa Jus, nilque commune habeat cum
factis, à quorum pluralitate, & reiteratione
deſcendit conſuetudo, eorum atteſtationi re-
gulariter deferendum non eſt, ut etiam anno-
tavêre *Conciol. alleg.81. num.15.*, *Thomat. de-
ciſ.31. num.18.*, *& deciſ.36. num.9.*, *Rot. co-
ram Seraphin. deciſ.1349. num.5.*, *Coccin. de-
ciſ.123. num.27.*, *Dunoz. Jun. deciſ.498. n.32.*,
*Ottbobon. deciſ.149. num.14.*, *Arguell. dec.38.
num. 29.*, *& in Barchinonen. Beneficiorum* 15.
*Aprilis* 1704. §. *Nec dicatur*, *coram Reveren-
diſſimo D. meo* Molines *Decano*; præſertim quo-
tiès hujuſmodi *Doctores* diù verſati non fuerint
in illa Provincia, ſeù Civitate, de cujus con-
ſuetudine teſtificantur, ut ampliatum fuit *in
hac Deciſione num. 33.*, & advertit quoquè
*Campell. ad Decret. Ducal. Urbin. Decret.83.
num.19.*

Aſt negari non poteſt, quod hujuſmodi te-
80 ſtificatio, ubi cætera non repugnent (ut erat
in caſu præſentis *Deciſionis*) ſaltèm aliqualem
non faciat præſumptionem veritatis, ut dicunt
*Curt. Jun. conſ.60. num.5. in fin.*, *Altograd.
conſ. 14. num. 11. lib. 2.*, *Bonden. colluct.14.
num.144. lib.1.*, *Gob. de permiſs. feud. alien.
quæſt.1. num. 70.*, *Surd. deciſ. 64. num.11.*,
*Gratian. deciſ.* Marchiæ 202. *num.3.*

Adeòut quoties eadem *Doctorum* teſtifica-
81 tio de conſuetudine conſtipetur ab aliis ad-
miniculis, & argumentis, poſſit pervenire ad
gradum ſufficientis probationis, ex collectis
per *Bonden. dicta colluctat.14. num.148. lib.1.*,
Rot. *deciſ.676. num.4. coram Coccin.*, *& in Ful-
ginaten. Fideicommiſſi ſuper negocio principali*
17. Maii 1683. §. *Nec adverſatur*, *coram Gua-
xardo*.

Et ob id quando reverâ plures, itidemque
82 inſignes *Doctores* teſtificentur de generali con-
ſuetudine alicujus Civitatis, vel Provinciæ,
aut Dominii, in quo nati, aliàſve diù verſati
ſint, talis conſuetudo diceretur probata ſuffi-
cientèr, teſte *Burſatt. conſ.43. num.53. & 54.*,
*Gilken. in §. Theſaurus num.5. Inſtit. de rer. di-
viſ.*, *Bonden. dicta collact.14. num.147. lib.1.*,
*Rot. deciſ.530. num.3. & ſeqq. par.4. tom.3.
rec.*, *in Senogallien. Quartæ* Funeralis 17. *Ju-
nii* 1680. §. *Nequè ſubſiſtit*, *coram Card. Vice-
comite*, *in dicta Fulginaten. Fideicommiſſi ſuper
negocio principali* 17. *Maii* 1683. §. *Nec adver-
ſatur*, *coram Guaxardo*, *& in Bononien. Boro-
rum* 15. *Martii* 1697. §. *Tùm deniquè*, *cor. Pio,
impreſs. apud Ioſ. Bertacchin. vot. deciſ. 55. nu-
mer.12.*

Quid autem dicendum veniat circa *Hyſto-
ricos* de aliquo facto teſtificantes, tetigimus
paritèr *in præſenti Deciſione num.39. & ſeq.*, &
per modum regulæ firmavimus, quod abſolu-
ta fides eorum libris præſtari non poſſit; ſed
83 quia nihilominùs omnis regula patitur ſuas
exceptiones à Religione Judicis penſandas,
84 hinc ubi agatur de *Hyſtoricis* per longum
uſum, ipſaque veneranda antiquitate com-
probatis, iiſdem credendum eſſe merito dixe-
runt *Dec. in cap. cùm cauſam num.8.* ibique
etiam *Auguſtin. Barboſ. num.4. de probation.*,
*Parrex. de Inſtrum. edit. tit.1. reſol.3. §.5. n.55.
& 56.*, *Bonden. colluct.20. num.64. & 65. lib.1.*,
*Franciſc. de Angel. poſt tract. de Confeſs. opuſc.1.
num.16.*, *Rota coram Coccin. deciſ.132. num.5.*,
*Royas deciſ.336. num.17.*, *Arguell. deciſ.17.
num.20. cum duobus ſeqq.*, *& inter impreſs. poſt
Torr. de pact. fut. ſucceſs. deciſ.221. num.3.*, *&
in Baren. Immiſſionis 3. Decembris* 1708. §. *pe-
nult. coram R. P. D. meo Aldrovando*, & de eis
opportere rationem habendam eſſe conſtitit
in illa *Nullius*, *ſeù Fulden. Jurisdictionis*, in
qua tractabatur de inquirenda poſt undecim
ſære ſæcula prioritate fundationis inter Abba-
tiam Fuldenſem, & Epiſcopatum Herbipo-
lenſem, & reſpective de tempore celebratio-
nis Concilii Moguntini, quemadmodùm li-
quet *Deciſione diei* 1. *Junii* 1708. *ex §. 92. cum
pluribus ſequent. coram Me*.

Quod ſecùs abſolutè foret, quoties præſcin-
dendo ab aliquibus particularibus circum-
ſtantiis tractaretur de Hyſtoria recenti, ut
etiam *ſuprà in præſenti Deciſione* fuit inſinua-
tum *ſub dicto num.39. cum ſeq.*, quoniam præ-
ſcindendo etiam à turpis lucri gratia, vel
85 etiam ab ignorantia, plerumque, (uti dice-
bat *Cornelius*) recentes Hyſtoriæ *florentibus
ipſis ob metum falſæ, poſtquàm occiderant, re-
centibus odiis compoſitæ ſunt*, undè Hyſtoricis
modernis tutò fidem adhiberi non poſſe, ad-
vertit *Rot. dec.539. num.7. par.19. tom.2. rec.*,
*& in Veliterna Fabricæ 7. Iunii* 1706. §. *penult.
coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano
impreſſ. apud modern. Calderon. reſol.78. n.64.*
86 eædemque Hyſtoriæ modernæ facilè non ſunt
immunes ab ea ſuſpicione propenſionis, ſtu-
dii, vel odii, *quorum cauſas procul habere* pro-
ſequebatur *Tacitus ſub initio ſuorum Anna-
lium*, ſicuti decet gravem, & veridicum Hy-
ſtoricum, juxta monitum *Iacob. Middendorp.
in Commentar. ad quæſt. Politic. Regis Phila-
delphi quæſt. 68. §. Magna prudentia in fin.*,
*Brancaccin. de Iur. Doctorat. lib.2. cap.19. ex
num.16. uſquè ad fin.*, *Card. de Luca de præe-
min. diſc.3. n.10.*, *& de Iurepatr. diſc.57. n.33.*

Multòque minus deferendum venit *Hyſto-
87 ricis*, ſi de hoc, vel illo facto incidentèr per
ſimplicem enunciativam ſermonem haberent,
88 & ſecùs fortè ſecundum magis, aut minùs
occurrentes præmiſſas conſiderationes, quan-
do formitèr ex profeſſo de controverſa mate-
ria differerent, ſecundum benè in abſtracto
diſtincta, & ponderata in illa *Terracinen. Ca-
thedralitatis* 23. *Iunii* 1702. §. 11. *coram Reve-
rendiſſimo D. Molines Decano*, *& in Lucana
Præeminentiarum* 12. Martii 1703. §. *Patefacta*,
*coram eodem*, *& in Caſtellana validitatis Con-
cordiæ*, *ſeù Bipartitæ ſuper Remiſſoria*, *& Com-
pulſoriæ* 4. *Februarii* 1705. §. *Cumque præterea*,
paritèr *coram eodem*.

Ubi

Digitized by Google

Ubi verò Hyſtorici, qui in ſubſtantia faciunt figuram Teſtium, rarò de viſu, & ſæpè ſimpliciter de auditu, & quandòque de auditu
89 auditus, ſint inter ſe diſcrepantes, & contrarii, neminì credendum eſſe monebat *Bartholom. Gatt. conſ.22. ſub num.43. verſic. immò*
90 *cùm Rubeus*: Sed nequè in hoc certa regula ſtabiliri queit, cùm etiam in conflictu Teſtium erui valeat veritas, & mereatur anteferri, qui melioribus fulciatur indiciis, & circumſtantiis in perſona, vel dicto.

Tantaque de cætero requiritur circumſpectio, & Religio Judicis, ut *ſi quandòque bonus dormitat Homerus*, paſſim etiam videamus, unum Hyſtoricum fuiſſe in aliqua materia per Tribunalia approbatum, in altera rejectum; prætèr enim ea, quæ videri poſſunt remiſſivè in *Voto celebris Advocati Fiſcalis de Rubeis impreſs. apud Matt. de Canonizat. Sanctor. par.4.*
91 *cap.24. per tot.* equidèm *Ughellius* in ſua *Italia Sacra* fuit pluriès approbatus in noſtro Auditorio, & ſignantèr in *deciſ.196. num.3.*, & *deciſ.404. num.5. par.19. recen.*, & *in Caputaquen. Iuriſdictionis ſuper bono Iure 4.* Maii 1708. *§. Concurrunt, coram R. P. D. meo Caffarello*:
92 Et nihilominùs de pluribus æquivocationibus, minùſque fidelibus relationibus redarguitur à *cl: me: Card. de Luca de Iuriſdict. diſc.20. n.7.*
93 Similì modo *Card. Baronius*, cujus fidem in ſuis *Annalibus* extollit *idem de Luca de præeminent. diſc.3. ſub num.12.* ubi eum appellat diligentiſſimum antiquorum temporum perſcrutatorem, & *Rota deciſ.316. num.4. & 5. par.14. rec.* ubi canonizatur pro famoſo Hyſtorico, & nupèr liquet ex præcitata *Nullius, ſeù Fulden. Iuriſdictionis ſuper bono Iure 1. Iunii* 1708. §.6. 8. 10. 94. 98., & alibi, *coram Me*; adhùc
94 de notabili lapſu, ſeù æquivoco carpitur à *Raynutio Pico in Vita Conſtantini* Magni *Imperatoris cap. ult. fol. mihi 256. in princ.* prætèr ea, quæ contra eumdem latrando ſomniarunt, vel obloquuntur *Hæretici*.

# F I N I S.

INDEX

# INDEX ACCURATISSIMUS

Omnium Concluſionum, aliorumque notabilium, quæ continentur in hoc primo Volumine Deciſionum R. P. D. ANSALDI Sac. Rot. Rom. Auditoris.

## A


ABBAS.

*Concedere* poteſt Dimiſſoriales ſuis Subditis Regularibus, non verò Sæcularibus, *deciſ.55. num.19.*

*Generalis* Ordinis Monaſtici non implicat, quod eodem tempore ſit Abbas alicujus Monaſterii particularis, *deciſ.45. n.12.*

*Præjudicare* nequit ejus Monaſterio, *deciſ.78. num.85.*

Limita, ſi agatur de actu facto cum debitis ſolemnitatibus, vel aliàs neceſſario, *num.86.*

ABSENS.

*A loco* Judicii debet citari per Edictum, vel Proclama, præmiſſis ſolitis diligentiis, *deciſ.96. num.3.*

*Vocari*, an & quandò debeat ad electionem, & an poſſit votare per Procuratorem, vide infra verb. *Electio*.

ABSURDUM.

*Curandum* non eſt de ratione abſurdi; ubi agitur de exequenda diſpoſitione legis, *deciſ.30. num.74.*

ACCEPTATIO.

*Acceptari* debent in totum, aut in totum reprobari ea, quæ ſunt inter ſe connexa, & unita, *deciſ.18. num.38.*

ACCESSORIUM.

*Sequitur* naturam ſui principalis, *deciſ. 71. ſub num. 7. §. In conſequentiam*.

ACCOLLATIO.

*Debiti* alieni facit, ut quæratur jus contrà accollantem favore Creditoris licèt abſentis, & ignari, *deciſ.96. n.49. & 55.*

Et importat implicitum mandatum de ſolvendo Creditori debitum accollatum, *ibidem num.57.*

ACCOMANDIGIA.

*Seù Accomandita* quid ſit, & de ejus natura, *deciſ.23. n.36.*

ACCONCIUM.

*Appannamenta*, & Jocalia una cum Acconcio promiſſa in Inſtrumento dotali præſumuntur tradita, ſtante longæva acquieſcentia Mulieris, ejuſque Viri, *deciſ.94. num.52.*

*Et apparatus* nuptialis præſumitur ſolutus, vel traditus de proprio à dotante, *deciſ.94. num.55.* ubi de ratione.

ACCUSATIO.

*Quilibet* accuſare poteſt in delictis publicis, *deciſ.38. num.4.*

ACTA.

*Habentur* pro extractis, & exhibitis in odium impedientis illorum extractionem, *deciſ.32. num.34.*

Dummodò impedimentum proveniat ex facto Partis, ſeù Colligantis, ſecùs ſi ex facto Tertii, *ibid. ſub d. n.34. §. non autem*.

Exemplifica, ut *ibidem*.

*Sententia* dici nequit juſta, niſi juſtificetur mediante Actorum exhibitione, *deciſ.32. num.28.*

*Sententia* lata ſinè Actis non probat, *deciſ.32. num. 25.*

*Sententia* lata in Cauſa Hæreſis in quocumque Statu executioni demandatur etiam ſinè Actis, *deciſ.32. num.36.*

ACTIO.

*Perſonalis* non datur contrà Tertium, *deciſ.50. num.9.*

*Popularis* competit in delictis publicis, *deciſ.38. num.4.*

ACTUS.

*Facultativi*, ſeù voluntarii non inducunt conſuetudinem, vel obſervantiam obligatoriam, *deciſ.12. num.23.*

*Geſtus* ex duplici cauſa finali, una ex illis ceſſante, non ideò irritatur, ſed ſubſtinetur, *dec.90. num.18.*

*Nullus* ab initio, an, & quandò valeat ex poſt convaleſcere, *deciſ.78. num 32. 34. & 35.*

*Qui* dederunt cauſam liti, non habentur in conſideratione, *deciſ.91. num.22.*

*Subſequentes* interpretari debent juxtà limites præambulæ cauſæ, vel originis, *deciſ.100. num.56. & 57.*

*Violenti* non faciunt ſtatum, neque habentur in conſideratione, *deciſ.38. num.32.*

ADIECTUS.

Vide infra verb. *Litteræ Cambii*.

ADDITIO *hæreditatis*.

*Facta* per Mulierem, vel Minorem an, & quandò requirat ſolemnitates Statutarias, vide in verb. *Solemnitates*.

*Importat* ratificationem ejus, quod defunctus geſſerat nomine adeuntis cum, vel ſinè promiſſione de rato, *deciſ.75. n. 62.*

*Probatur* ex poſſeſſione bonorum defuncti, donec non docetur de alio titulo poſſidendi, *deciſ.84. num.15.*

*Reſultat* eo ipſo, quod hæres ſolvit, aut ſe obligat ſolvere aliquod debitum hæreditarium, *dec.84. num.13.*

ADJUDICATIO.

*Colluſivè* obtenta etiam mediante Judicis authoritate, perindè habetur, ac ſi facta non fuiſſet, *deciſ.89. num.16. & 22.*

Et quandò in his terminis adjudicatio cenſeatur colluſivè extorta, *num.18.*

*Judicialitèr* ſecuta nequit impugnari ex capite nullitatis, vel injuſtitiæ, niſi prævia tranſportatione Actorum, *deciſ. 89. num.20.*

ADMINICULUM.

*Deduci* nequit ab eo, quod pro ſui verificatione indiget pariter alio adminiculo, *deciſ.8. num.12.*

ADMINISTRATOR.

*Creditor* adminiſtrans bona ſui Debitoris præſumitur de ſuo Credito integrè ſatisfactus, donec reddiderit rationem de effectibus adminiſtratis, *deciſ.26. num.7.*

Intellige, id procedere, dummodò probetur, Creditorem effectivè adminiſtraſſe, & ulteriùs adminiſtraſſe tot bona, ex quorum redditibus potuerit plenariè ſatisfieri, *n.8.*

Subdeclara, *ut num.15. & 16.*

*Expenſæ* debent bonificari Adminiſtratoribus, quandò ex contingentia rei ſunt probabiles, vel veriſimiles, *deciſ.68. n.26.*

*Strenæ*, & munera, aliæque annuæ largitiones fieri ſolitæ Advocatis, Procuratoribus &c. an bonificari debeant Adminiſtratori, *deciſ.15. num 36.*

ADMISSIO *ad Cauſam*.

*Admiſſus* ad Cauſam pro ſuo intereſſe poteſt illam proſequi in ſtatu, & terminis, licèt principales colligantes inter ſe tranſegerint, aut aliàs liti renonciaverint, *deciſ.5. n.5.*

Et de ratione, *ibid. num.6.*

*Clauſula*, Conſtito de intereſſe, appoſita in Commiſſione admiſſionis ad Cauſam importat conditionem, ſeù neceſſitatem docendi de tali intereſſe, *deciſ.5. num.1.*

Sufficit tamen, quod de hujuſmodi intereſſe doceatur ſummariè, & apparenter, *ibid. num.2.*

ADVOCATUS.

*Judex* eſſe non poteſt etiam de conſenſu Partium in illa Cauſa, in qua præcedenter patrocinium præſtitit, *in Præf. num.60.*

ADVOCATI.

*Conſiſtoriales* habent ſuperintendentiam, & regimen in Archi Gymnaſio, ſeu Sapientia Urbis, *deciſ. 62. ſub num.22. §. Parum*.

ÆMILIA.

Vide *Romandiola*.

ÆQUALITAS.

*Servanda* eſt in Judiciis, *deciſ.15. num.26.*, & *deciſ.37.n.55.* & *deciſ 71.num.49.*

Et inter Contrahentes, *deciſ.19. num.14.*

*Teſtator* præſumitur inter æquè Conjunctos æqualitatem ſervare voluiſſe, *deciſ.69. num.37.*

ÆQUITAS.

*Concordia*, & quælibet alie conventio, quæ tractu temporis efficitur nimis gravens, & iniqua, reduci debet ad terminos æquitatis, *deciſ.39. n.65.*

Intellige, ut *num.28.*

*In Judiciis* ſemper præ oculis haberi debet, *deciſ.52, n.11.*

*In Jure* non ſcripta non attenditur, *deciſ.30.n.27.*

AGGRAVATORIA.

Plura de Aggravatorie vide in verb. *Declaratoria*.

AGNATIO.

*Contemplata* non dicitur per Teſtatorem, aut per Statutum, ubicumque vocantur fœminæ, vel ab eis deſcendentes, *deciſ. 12. n. 46. & 47.*

Præſertim, quandò vocantur fœminæ, vel earum deſcendentes non obſtante, quod ſupereaiſtant veri Agnati, *ibid. num. 48.*

*Non repugnat*, quòd Teſtator reſpexerit ad agnationem non univerſaliter quòad omnes vocatos, ſeù ſubſtitutos, ſed ſolummodò quòad Inſtitutos, eorumque deſcendentes, *dec.46. num.25.*

Prout pariter non repugnat cum volita contemplatione agnationis vocetio naturalium in defectum legitimorum, *deciſ.100. n.30.*

Verba - *Domus*, & *Familia* - addito præſertim cognomine, veram, & propriam agnationem importante, *deciſ.100. n.1.*

AGNATUS.

*Filii* Sororum an aliquo modo conſideaati valeant pro Agnatis, *deciſ 12. n.45. & 49.*

AGNATI.

*Exiſtentes* extrà gradum dinumeratum à Statuto fœminarum exclnſivo, ſi de catero ſint filii fœminæ agnatæ intrà eumdem gradum exiſtentis, an excludant Cognatos, *deciſ. 84. ſub num. 42. §. Prodiit*, ubi declaratur in hoc propoſito *Statutum Florentinum*, & effertur caſus ſingularis.

ALIENATIO.

*Alienare* non poteſt, qui non eſt Dominus, *deciſ. 80. n.39.*

*Bonorum* fideicommiſſariorum, vide in verb. *Fideicommiſſum.*

ALIMENTA.

*Et ſumptus litis* paſſim à Judice decernuntur, conſtito de paupertate, & bono jure inſtantis, *deciſ.67. n. 27.*

Et quandòque pro hiſcè elimentis relaxatur Mandatum ſuper effectibus Rei conventi eaiſtentibus penès Tertium, vel ſub Sequeſtro, *n. 28.*

*Filii* vocati ad fideicommiſſum an pro eorum alimentis præferantur Creditoribus Patris grevati, vide infrà verb, *Fideicommiſſum.*

*Præterita* jure ſanguinis, vel officio Judicis petita non debentur, niſi Alimentarius pro ſe alendo debita contraxerit, *deciſ. 5. n.10.*

*Privilegiata* magis ſunt, quàm Dotes fœminarum in terminis *Authent.res quæ, C.commun, de legat.deciſ.2, n.20.,* & *21.*

ALLUVIO.

*Lacus*, & ſtegna, licèt aliquandò ereſcant, & decreſcant, ſuos tamen terminos retinent, nec jus alluvionis amittunt, *dec.27. num.11.*

ALTERNATIVA.

*Acceptans* unam partem alternativæ, non poteſt ad alteram redire, *deciſ.77. num.63.*

*Ordinata* in certis caſibus, non extenditur ad alios, *deciſ. 47. num.26.*

AMOR.

*Amantes* in exceſſu æquiparantur furioſis, & dementibus, *deciſ.77.num.18.*

*Magis* deſcendit ergà deſcendentes, quàm aſcendat ad Aſcendentes, *deciſ.89. num* 104.

ANIMA.

*Prævalet* lucro univerſi Orbis, *deciſ.54. num.20.*

ANIMALIA.

Vide infrà verb. *Beſtiamina*.

ANTECEDENS.

*Qui vult* antecedens, vult etiam, ut ſequatur effectus antecedentis, *deciſ.82. num.9.*

ANTIDATA.

*Confeſſio* veritatis ſcripturæ non influit ad approbationem datæ in ea inſertæ, *deciſ.70. num.17.*

*Præſentatio* ad Beneficium quandò, & ex quibus conjecturis præſumatur ſuſpecta de Antidata, *deciſ. 70. n. 12. & ſeqq.*

*Scriptura* ſerotine producta non eſt immunis è ſuſpicione Antidatæ, *deciſ.70. num.15.*

*Suſpicio* Antidatæ excluditur ex regiſtratione, vel inſertione ſcripturæ congruo tempore facta in alia publica ſcriptura, vel Inſtrumento, *deciſ.70. num.11.*

Alia ad materiam Antidatæ, vide infrà in verb. *Apoca*.

ANTIQUITAS.

*Rei*, de cujus initii memorie non conſtat, facit præſumere verum omne poſſibile, *deciſ.55. num.2.*

*Rerum*, de quarum initio non conſtat, plerumquè cauſat controverſias, *deciſ.9. in princ.*

APERITIO.

*Oris*, vide infrà verb. *Oris aperitio*.

APOCA.

*Antidata* ſuſpicio in Apoca privata levioribus tollitur probationibus, quotiès aliundè conſtat de præexiſtentia Crediti, in vim cujus Apoce fuit eaereta, *deciſ.24. num 16.*

Adeòut in his terminis ſuſpicio antidatæ purgari valeat per Juramentum ſuppletorium Creditoris, *num.17.*

Dummodò tamen de preeaiſtentia crediti conſtet ex indubitatis probationibus, eliàs ſecùs, *num.20.*

*Liberatoria* non requirit ſubſcriptionem trium Teſtium ad finem concurrendi cum publico Inſtrumento, ſicut requirunt Apocæ obligaturiæ, *deciſ.24. num.23.*

Declare, ut *ex num.24 uſquè ad 27.*

*Mutui* notabilis ſummæ exhibita dumtaxat poſt obitum prætenſi mutuatarii eſt valdè ſuſpecte de falſitate, *deciſ.16.n.4.*

*Mutui* per Debitorem, vel ejus hæredem negata non eſt exequibilis, niſi aliundè ejes veritas adminiculetur, *dec. 8. n.1.*

Adeòut ſola recognitio manus facta per Teſtes abſquè aliis edminicnlis, neutiquàm ſuffragetur, *ibid. num.7.*

*Obligatio* Ceneralis in Apoca privata paucis verbis exprimi ſolet, *deciſ.16. num.2.*

Ideòque ex inſolita eauthela latiùs eaplicandi, & extendendi eamdem obligationem Apoca redditur ſuſpecta, *ibid.,* & *num.3.*

*Privata* continens vitium viſibile nullam meretur executionem, *deciſ 16. num.1.*

*Privata* nequit concurrere cum publico Inſtrumento, niſi ſit trino Teſte munita, ob ſuſpicionem antidatæ, *deciſ. 24. num.5.*

Vel niſi defectus trium Teſtium ſuppleatur talibus adminiculis, & circumſtantiis, quæ manifeſte excludant præſumptionem antidatæ, *num.6.*

*Suſpicio* falſitatis de per ſe in civilibus ſuperabundat pro denegenda executione Apocæ privatæ, *deciſ.16. num.6.*

Alia ad materiam vide ſupra in verb. *Antidata*.

APOTHECÆ.

An, & quandò veniant ſub appellatione *Domus*, vide infrà verb. *Domus*.

APPELLATIO.

*Admittitur* cum Clauſula ſuſpenſiva executionis, quandò agitur de Cauſa involvente dubios Juris erticulos, *dec.76. n.28.*

*Decendium* de Jure tàm Civili, quàm Canonico competit ad appellandum à Sententia definitiva, *deciſ.99. num.1.*

*Deſerta* non dicitur, niſi ex parte appellati ſerventur ſoliti termini ad docendum de appellatione, ejuſque legitima proſecutione, *deciſ.18. num.11.*

Et ulteriùs conſtare debet de non jure ejus, qui appellationem proſequi non curavit, *num.12.*

*Facilè* admittitur à Sententia revocatoria alterius ad ſervandam æqualitatem, *deciſ.76. num.29.*

*Facultas* appellandi intelligitur pro unica vice, *deciſ.64. n.5.*

Sed ceſſante Statuto, vel qualitate privilegiati Judicii in contrarium, facultas appellandi bis de Jure conceditur, *ibid. num.19.*

*Filius* obtinens novam Commiſſionem ea integro, cenſetur renunciaſſe veteri appellationi per ejus Patrem interpoſitæ, & ubtentæ vigure alterius Commiſſionis, *deciſ.78 n. 19.*

*Interponi* regulariter ſolet ad Judicem majorem, ſeù ſuperiorem, *deciſ 61. num.29.*

*Interpoſita* coràm honeſtis Viris ad hoc, ut cauſet attentata, debet Parti, vel Judici prævia intimatione notificari, *deciſ.12. num.5.*

Hujuſmodi autem notificatio non eſt neceſſaria, quotiès appellans nullum prætendit attentatum, ſed ſolùm intendit ſuo loco, & tempore gravamen patefacere coràm Judice appellationis, *num.6.*

*Non admittitur*, niſi cum Clauſula - *non retardata executione* - in his, quæ concernunt ſervitium Dei, vel regimen Animarum, *deciſ.76. num.18.*

Non

*Non datur* ſinè juſtificatione , aut ſaltèm ſufficienti ſummo gravaminis , *deciſ.64. n.14.*

*Non interponitur* , niſi per gravatum , & condemnatum , *deciſ.53. num.3.*

*Renunciaſſe* non cenſetur appellationi is, qui comparuit coràm Judice à quo ad effectum obtinendi revocationem gravaminis ſibi illati , *deciſ.*, n.10.

*Suſpendit* effectum Sententiæ , adeòut pendente appellatione Sententia perindè habeatur , ac ſi lata non fuiſſet , *deciſ. 31. n.18. & deciſ.63. n.33.*

*A Sententia* Epiſcopi de Jure devolvitur ad Metropolitanum , *deciſ.96. n.9.*

*Terminus* ad appellandum currit à die latæ Sententiæ, vel Decreti , quoties illa , vel illud emanavit ſub citatione executa ad inſtantiam ipſius ſuccumbentis , *deciſ.99. n.28.*

*Terminus* ad appellandum à Sententia lata per Contradictas currit à die illius prolationis , quotiès ſuccumbens extitit ab initio Cauſæ perſonaliter in Partibus citatus , *deciſ.99. n.29.*

*Terminus* ad appellandum currit à die latæ Sententiæ , quandò quis fuit perſonalitèr ad illam citatus , *deciſ.99. n.24.*

Et è converſo currit à die habitæ notitiæ , quandò citatio ad Sententiam fuit executa in manibus domeſticorum , vel Domi dimiſſa copia , *n.25.*

Et in hoc ſecundo caſu appellatio præſumitur legitimè interpoſita à die habitæ notitiæ , niſi probetur , quod appellans, præcedentèr ſciverit , illum fuiſſe prolatam , n.10.

*Terminus* ad appellandum à Decreto , quod Judex mandavit Parti adverſæ intimari , non currit , niſi à die factæ intimationis , *deciſ.99. n.26.*

APPELLATIVA.

*Verba* , vide *litt.V.* verb. *Verba particularia* .

ARCHIDIACONUS.

*Archidiaconi* Leodienſes faciunt in illa Diœceſi quamdam ſubalternantem figuram Ordinariorum , *deciſ. 86. n.88.*

*Non tenetur* de Jure celebrare Miſſam Conventualem , niſi velit , *deciſ.82. n.43.*

Amplia , ut *ibid* , *& ſub* n.52.

ARCHIEPISCOPUS.

*Quis* vocari non poteſt antè receptum Pallium , licèt jam reperiatur conſecratus in Epiſcopum , *deciſ 26.* n.72.

*Salisburgenſis* ex conſuetudine immemorabili , ſivè ex Privilegio Apoſtolico ſibi eligit quatuor Epiſcopos ſuffraganeos , *deciſ.82.* n.31.

ARCHIVIUM.

*Aliqua* vide infrà in verb. *Notarius* .

ARGUMENTUM.

*Ab abſurdo* , vel ſuperfluitate vitanda admodùm regularitèr urget , *deciſ.89. num.10.*

Sed tale argumentum ceſſat , data qualibet , etiam levi operatione verborum , *num.11.* , *& deciſ.93.* n.20.

*A contrario ſenſu* habet locum etiam in Contractibus ſtricti Juris , *deciſ.56.* n.22.

Limita , quandò agitur de iis , quæ poſita dignoſcuntur ad majorem cauthelam, & gratia dubitationis tollendæ , n.23.

Limita etiam , quandò agitur de amiſſione proprii Juris , quia tunc tale argumentum non admittitur , *num.24.*

*A contrario ſenſu* debet intelligi ſtrictè,& ad limites verborum, *deciſ.56. num. 26. & 27.*

*A contrario ſenſu* non admittitur ad correctionem Juris communis , *deciſ.67. num.41. & 43.*

*A contrario ſenſu* non procedit in dictis *Doctorum* , ac *Deciſionum* non ſunt revera contraria , ſed directa , & ad ſummum ampliativa , *d. deciſ 38. num.23.*

*A defectu* poteſtatis ad alterum voluntatis eſt in Jure validum , *deciſ.67. num.40.*

*A diſcretiva* locutione ſummoperè attenditur , *deciſ.76. n. 12.*

Et vide latius infrà verb. *Diſcretiva* .

*A fortiori* eſt in Jure validiſſimum , *deciſ.89. num.14.*

*A locutione* negativa ad affirmativam an , & quandò procedat, *deciſ.12. num.34.*

*A majoritate* rationis eſt in Jure validiſſimum , *deciſ.34. n.6. & deciſ.71. num.34.*

*A Matrimonio* carnali ad ſpirituale eſt in Jure validum, *dec.99. num.17.*

*Petens* principium nihil concludit , *deciſ.7. num.16.*

*Qui nimis probat* , *nil probat*. adducitur in *deciſ.64. ſub* n.17.

ARTICULI.

*Admiſſio* Articulorum numquam denegatur , quandò is , qui probationes facere intendit , eſt Actor , *deciſ.17. num.1.*

Præcipuè , quandò Teſtes examinari debent in Curia , & de ratione , *ibid. num.2.*

*Admitti* plerumque ſolent cum retardatione , vel ſine arbitrio Rotæ , & qua ratione id practicetur , *deciſ.17. num.4.*

*Tom.I.*

*Admitti* ſemper ſolent , quandò ſunt relevantes , *deciſ.* . n. 6.

Præſertim , quandò offerens facere probationes eſt Actor , *num.7.*

*Iterato* admittuntur in eadem Cauſa , quoties examen de novo faciendum percutit materiam à primo examine diverſam , *deciſ.17. num.3.*

Alia vide in verb. *Examen in propbuuis* .

ASCULI *Civitas* .

*Familiæ* Nobiles quæ dicantur in Civitate Aſculi , remiſſive, *deciſ.43. num.49.*

ASSECURATIO.

*Contractus* Aſſecurationis à quo tempore originem deſumpſerit, *deciſ.41. num.4.*

*Contractus* Aſſecurationis Navium à Luſitanis ſcriptoribus nuncupatur - *Apoſta* - *deciſ.41. ſub princ.*

In hoc Contractu ſemper excepta cenſetur Barattaria , & quid illa ſit , *ibid. §. Cum enim* .

Et plura de incluſione , vel excluſione Barattariæ, remiſſivè , *ibid. ſub num.11. §. De materia* .

*Dicitur* contractus Sponſionis ſuper Navi ſalva, *dec.41. n.1.*

Eſt etiam ſpecies fidejuſſionis pro periculo Navis , *num.2.*

ASSECURATORES.

*Non tenentur* de deperditione Navis , quæ una cum Mercibus fuit confiſcata , eo quia Capitaneus ſuper illa oneraverat pecuniam extrahi prohibitam , *deciſ. 41. num.15.*

ASSECURATUS.

*Currere* an teneatur riſicum alicujus partis periculi , *deciſ.41. num.10. & 11.*

ASSERTIO.

*Principis* ſupremi emiſſa in aliquo ordine, vel mandato , & ſic in actu proportionato, nequit in dubium revocari , *deciſ. 26. num.12.*

ASSETTAMENTUM.

*Fori Capitolini* ex quibus perſonis componatur , *deciſ.44. n.28.*

ASSOCIATIO.

*Competit* habenti pro ſe Clauſulam *conſtituti* , & Precarii , *deciſ.69 num.3.*

*Competit* creditori Cenſus ad Fundum cenſitum , etiam contrà tertium poſſeſſorem , ſtantibus Clauſulis in Iuſtrumento impoſitionis , de quibus hic , *deciſ.24. num.2.*

*Fructus* in Judicio Aſſociationis debentur ſolùm à die latæ Sententiæ favore Actoris , *deciſ.98. num.38.*

*Judicium* Aſſiſtentiæ apud Regnicolas idem eſt , ac apud nos Aſſociatio , *deciſ.24. num.1.*

*Retardari* non valet per exceptiones requirentes altiorem indaginem , *deciſ.60. num 15.*

ATTENTATA.

*Attentare* non dicitur Tertius habens cauſam à Papa , cui de cætero fecit mentionem de lite inter alios pendente , *dec.87. num.41.*

Intellige , ut *num.44. & 49.*

*Clauſula* , cujus litis ſtatum &c. cujus ſit efficaciæ ad præſervandum impetrantem à labe attentatorum, *dec 72. num.20.*

Sed vide etiam *deciſ.87. num.47.*

*Commiſſa* à pluribus litis Conſortibus ſunt ab omnibus purganda mediante repoſitione in priſtinum , adeòut non ſufficiat renunciatio proprio nomine facta ab uno ex attentantibus , *deciſ 11. num.16.*

*Continuans* in ſua poſſeſſione non attentat , *deciſ.87. num.20.*

Limita , quoties Inhibitio Judicis cadit ſuper ipſa continuatione poſſeſſionis , *ibid. num.25.*

*Continuans* in ſua poſſeſſione ſciente , & permittente Superiore , non attentat , *deciſ.72. num.21.*

*Examen* Teſtium factum in Partibus poſt interpoſitam appellationem ad Curiam , eſt attentatum , *deciſ.33. num.4.*

*Executio* Sententiæ facta intrà decendium de Jure datum ad appellandum eſt , & quomodo dici valeat attentata , etiamſi ſuccumbens in Cauſa non appellaverit tempore legitimo , vel nullo modo appellaverit , vide infià verb. *Executio* .

*Facti* quid ſint , *deciſ.87. num.3. §. Ubi* .

*Facti* æquiparantur ſpolio violento quòad illorum purgationem, *deciſ.37. num.6.*

Ideòque rigoroſe purgantur mediante refectione damnorum , & expenſarum etiam extrajudicialium uſque ad obolum , *ibid. num.4.*

Et donec ſequatur hujuſmodi purgatio , Attentans nequit audiri ſuper ejus prætenſu bono jure , *num.5.*

*Facti* quandòque revocantur per viam nullitatis , quoties certitudinaliter non conſtat , quod attentans habuerit ſcientiam inhibitionis , *deciſ.87. num.35.*

*Juris* quid ſint , *deciſ.87. in princ. §. Dum enim* .

*Juris* æquiparantur nullitati , *deciſ.87. num.1.*

Et revocantur per viam ſimplicis nullitatis , *num.2 , & 34.*

Et quandòque juxtà facti circumſtantias eorum purgatio remittitur ad finem litis, *num.1.*

*Juſtificantur* levioribus probationibus in odium attentatis, *deciſ.87. num.22.*

Amplia, ut ad illorum probationem admittantur etiam extrajudiciales atteſtationes, *num.23.*

*Papa* licet providendo non attentet, attentat tamen Proviſus, qui lite pendente in ſequelam Gratiæ Pontificiæ poſſeſſionem apprehendit, *deciſ.87. num.48.*

*Poſſeſſio* capta lite pendente eſt attenta, *deciſ.87. num.9.*

*Revocantur* etiam ex mero Judicis officio, licet Pars non inſtet pro illorum purgatione, *deciſ.99. num.18.*

*Rota* in diſputatione Attentatorum Juris ſolet aliquando reſcribere - *Videatur de bono jure etiam ad effectum Attentatorum* - *deciſ.87. num.3.*

Secùs in Attentatis facti, *ibid. num.5.*

*Rota* in taxatione expenſarum contrà Attentantem, quandò aliquid demat ex quantitate aliàs de rigore debita, vide caſum ſingularem in *deciſ.87. ſub num.40.*

*Succeſſor* non tenetur ad purgationem attentatorum commiſſorum abſque propria culpa per anteceſſorem, *deciſ.79. n.17.*

*Sunt* omnia geſta in Partibus poſtquàm Cauſa per appellationem delata fuerat ad Curiam, *deciſ.30. & deciſ.33.* utrobique, *num.5.*

*Sunt* omnia geſta coràm A. C. in ſpretum litis pendentis in Sacro Rotæ Auditorio, *deciſ.87. num.10.*

*Sunt* omnia geſta per Reum conventum continuare ſatagentem in poſſeſſione, à qua fuit de mandato Judicis expulſus mediante manutentione alteri Parti conceſſa, *deciſ.87. num.17.*

*Tertius* non exiſtens in Cauſa nequit opponere de attentatis, illorumque purgationem expoſtulare, *deciſ.99. num.4.*

AUDITOR CAMERÆ.

*Eſt* Judex competens omnium Forenſium Romæ habitantium, *deciſ 60 n 41.*

*Non procedit* in contumaciam, ſeù abſque juſtificatione crediti, *deciſ.89. n.27.*

AUDITORES SAC. ROTÆ.

*Abſtinere* ſolent ab inutilibus officioſitatibus, Aularumque frequentationibus, *in Præfat. n 88.*

*Aſſiſtunt* Papæ Pontificaliter in quibuſdam ſolemnitatibus celebranti, quomodò, & in quo Habitu, *in Præfat n.89.*

*Auditor Rotæ* noviter electus quas functiones facere debeat poſtquam debitas gratias egit Summo Pontifici, *in Præfat. ex n.82. uſque ad 90.*

*Auditor Rotæ* noviter electus, antequàm in gremium recipiatur, debet aliquam Cauſam more Advocati patrocinari, ac in ſcriptis defendere, *in Præfat. n.54.*

Et de ratione, *ibid. n.55. & 57.*

Et ab hac formalitate excipiuntur dumtaxat Prælati, & Sacræ Conſiſtorialis Aulæ Advocati, *ibid. ſub dicto n.54.*

An autem talis Auditor valeat ſucceſſive ſuffragium ferre in dicta Cauſa, in qua patrocinium, ut ſuprà, præſtitit, *ibid. n.58.*

*Auditor Rotæ* noviter electus à quo tempore incipiat participare de publico Principis ſtipendio, *in Præfat. n.79.*

Et à quo tempore habeat uſum Rocchetti, *ibidem n. 80. & 81.* ubi refertur amplitudo Privilegii, quo potiuntur Rotæ Auditores circà delationem, & uſum ipſius Rocchetti.

*Auditor* Rotæ noviter electus reaſſumit vigore Commiſſionis generalis omnes Cauſas pendentes coràm ejus prædeceſſore, *deciſ.8. n.23.*, & prius *in Præfat. n.90.*

*Auditor Rotæ* abſtinet à ſuffragando in Cauſis per ipſum defenſis in ſtatu Advocationis, *in Præfat. n.59.*, *& deciſ.42. ſub num.21. §. In concernentibus in fin.*

Idque procedit etiam in aliis Cauſis connexis, & quoquo modo dependentibus ab illa, in qua olim patrocinium præſtitit, *in Præfat. ſub d. num.59.*

Poteſt tamen in dictis Cauſis ſuffragari ex ſpeciali mandato Papæ, *ibid. num. 60.* ubi affertur exemplum in perſona R. P. D Authoris.

*Auditor Rotæ* votat in Cauſis, in quibus alias judicavit extrà Tribunal ipſius Rotæ, *in Præfat. num.65.* ubi dantur exempla, & reprobatur *Gratian.* entonans contrarium.

*Auditor* Sacræ Rotæ exit ab Aula Rotali de tempore, quo diſcutitur Cauſa alicujus ejus Conſanguinei, vel Affinis, *deciſ 90. num.5.*

*Auditor* Rotæ poteſt in una, eademque Cauſa ſibi commiſſa pluries definitive pronunciare, *deciſ.28. num.8. & deciſ.64. num.2.*

Declara, id procedere in diverſis Inſtantiis, & cum nova ſemper Commiſſione, aliàs ſecùs, *dicta deciſ.64. num. 3. & 4.*

*Auditor* Cauſæ Ponens regulariter in illa nullum præbet ſuffragium, *in Præfat. num. 16., & num. 63 & 64.* ubi de errore notatur *Lanagh.* contrarium præſupponens.

*Auditor* Rotæ tenetur exquirere votum Coauditorum, etiam in Cauſis extra Rotam eidem commiſſis, *deciſ.11. num.21.*

*Auditor* Rotæ Judex ſuper uno articulo, non poteſt ſe ingerere ſuper alio coràm alio Auditore vertente, *deciſ.37. n.8.*

*Auditor* Cauſæ Ponens nequit quidquam de per ſe decernere inconſultis Correſponſalibus, & abſque propoſitione Dubii in articulo ancipiti, ac diſputabili, *deciſ.79. num.10.*

Et quandò articulus cenſeatur anceps, vel diſputabilis, *num.11.*

*Auditor Rotæ* Ponens, ſeù Relator Cauſæ, nedùm in publicatione Deciſionum, ſed etiam in expeditione Cauſarum procedere debet de voto ſuorum Correſponſalium, *deciſ.87. ſub num.25. §. Erga.*

*Auditor* Rotæ, cui Cauſa Beneficialis commiſſa reperitur, ſuccedit in omnibus loco Ordinarii, *deciſ.32. num.20.*

Neque aliqui alius poteſt circà Beneficium, quod eſt in lite, ſe ingerere, *num.21.*

Amplia, id procedere nedùm in Beneficiis, ſed etiam in Dignitatibus, *num.22.*

Et non ſolùm reſpectu collationis Beneficii litigioſi, ſed etiam litigioſæ electionis, *num.23.*

Non autem in Poſtulatione, *num.24.*

*Auditores Rotæ* ſunt perpetui Cappellani Papæ, *in Præfat n.2.*

*Auditores* Sac. Rotæ nequeunt recuſari uti ſuſpecti, *deciſ. 71. num.9.*

*Auditores Rotæ* antiquitùs dividebantur inter Auditores primi, & ſecundi gradus, & ad quem effectum, *in Præfat. num.10.*

*Auditores* Sac. Rotæ antiquitùs non poterant executioni demandare proprias Sententias, niſi conſulto, & approbante Pontifice, *deciſ.42. num.3.*

*Auditores* Sacræ Rotæ habent Jurisdictionem delegatam, non vero ordinariam, *deciſ.37. num.44.*

Idemque procedit in Conſiliariis Regii Conſilii Neapolitani, *num.45.*

*Auditores* Sac. Rotæ in pronunciando cenſentur veluti Judices delegati, *deciſ.42. num.1.*

In procedendo autem habentur tamquàm Judices Ordinarii, *ibid. num.4.*

*Auditores* Rotæ, quibus committuntur Cauſæ tamquàm Prælatis, exquirunt (prout in aliis Cauſis) ſuffragium ſuorum Correſponſalium, *deciſ.24. num.1.*

Licet rarò habeant Cauſas ſibi commiſſas tamquàm Prælatis extrà Rotam, aut ſaltem rarò illas acceptent, *d. deciſ.24. in princ.*

*Commiſſio* directa Auditori Sac. Rotæ expirat ſtatim, ac ipſe Sententiam, vel Decretum definitivam protulit de Voto ſuorum Correſponſalium, *deciſ.64. num.4. & 8.*

*Decanus* Sacræ Rotæ quomodò, & quo tempore indicat Ferias generales, *in Præfat. num.94.*

*Dubia* ſuperflua non tenetur proponere Auditor S. Rotæ in Cauſis ſibi commiſſis, *deciſ.37. num.15.*

*Epiſtolæ* Decretales plerumque confectæ fuerunt ex reſponſis redditis per Sacræ Rotæ Auditores in Cauſis ſibi per Papam commiſſis, *in Præfat. num.1.*

*Examen* ſecretum (ultrà publicum experimentum, ſeù publicas diſputationes) ſubeundum eſt ab Auditore Rotæ noviter electo, quantumvis notorie doctiſſimo, *in Præfat. num.74. & 75.* ubi affertur exemplum practicatum cum *Fælino* famoſo Canoniſta.

*Excuſantur* à perſonali reſidentia in eorum Beneficiis de cætero reſidentialibus, *in Præfat. num.83. & 84.* ubi increpatur *Laert. Cherubin.* contrarium præſupponens.

*Non comprehenduntur* in odioſis ſub generali diſpoſitione, niſi de eis fiat expreſſa, & individua mentio, *in Præfat. num.85.*

Et datur exemplum, *ibid. num.86.*

*Nonulli* Auditores Rotæ fuerunt evecti ad Summum Pontificatum *in Præfat. num.5. & 7.*

Et nonnulli etiam Sanctorum faſtis fuerunt adſcripti, *ibid. num.6.*

*Oldradus* fuit Rotæ Auditor, *in Præfat. num.11.*

*Philippus Decius*, Vir licet doctiſſimus, non potuit obtinere Auditoratum Sacræ Rotæ, ad quem fuerat electus, & qua de cauſa, *in Præfat. num.51.*

Idemque accidit in perſona alterius, de quo *ibid. n.52.*

*Præcedunt* Clericis Cameræ, & Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici tàm in Cappella, quàm extrà, *in Præfat. num.91.*

*Promoti* ad Eccleſias Cathedrales, vel Metropolitanas retinent locum in Rota cum titulo *Locumtenentis*, niſi aliud Papæ videatur ex cauſa reſidentiæ, *in Præfat. num.93.*

Si

Si tamen interim vacaret Decanatus Rotæ, taliter Pronoti, ſeu Locatenentes non poſſent ad illum aſpirare, *ibid.*

*Provisi* de Beneficiis, ac Dignitatibus, vel promoti ad Eccleſias Cathedrales, ſeù Metropolitanas eximuntur ab aliquibus gravioribus expenſis expeditionum, *in Præfat. num.92.*

*Sanctus Raymundus de Peñafort* fuit Rotæ Auditor, *in Præfat. num.4.*

*Sunt* duodecim per varias Nationes diſtributi, *deciſ.8. num.22.* & priùs *in Præfat. num.11.*

Sed antiquitùs eorum numerus erat indeterminatus juxtà indigentias S. Sedis, & placitum Summorum Pontificum, *in Præfat. num.8. & 11.*

Tuncque expediebant Cauſas nomine Papæ, & ſub Plumbo, *ibid. num.9.*

Et de quo tempora redacti fuerint ad numerum duodenarium, *ibid. num.10.*

*Votum* proferunt in ſcriptis, & qua ratione, *in Præfat. n.39. & deciſ.42. ſub n.19. §. Accidit in fin.*

AVOCATIO.

*Creditor* anterior non avocat fructus bona fide perceptos per Creditorem poſteriorem, *deciſ.2. n.15.*

AUTHOR.

*Laudatus* veniens ad Judicium vocatus, poteſt dicere de injuſtitia Sententiarum, *deciſ.45. n.14.*

R.P.D. Author *iſtarum Deciſionum* electus fuit Auditor fa.mem. Innocentii XII. de Anno 1691., *deciſ.63. n.20.*

AUXILIATOR.

Vide infrà verb. *Pœna*.

# B

BAGNACABALLUM.

*Caſtrum*, ſeù Terra Bagnacaballi olim appellabatur *Tiberiacum*, & quare *deciſ.55. ſub princ. §. Nullum ſiquidem anta med.*

BARATTARIA.

*Probari* debet plenè, & concludenter ab Aſſecutoribus illam allegantibus, *deciſ.41. num.12.*

*Quando* eximat, necnè Aſſecuratores à ſolutione quantitatis aſſecuratæ, & qualis culpa Capitanei Navis in hoc propoſito requiratur, *deciſ.41. num.13. & 14.*

BARONES.

*Bona* poſſeſſa per Baronem intrà fines Fœndi, an cenſeri debeant Feudalia, vel allodialia, *deciſ.39. num.37. & 38.*

*Dicuntur* primi Cives in eorum Caſtris, *deciſ.39. num.32.*

Ideóque pro bonis propriis ab eis poſſeſſis tenentur ad onera Cameralia, *num.33.*

Quidquid ſit quòad onera perſonalia, *n.34.*

*Non tenentur* ad Collectas impoſitas à Communitate pro particularibus ejus indigentiis, *deciſ.39. num.35.*

Secùs quandò ſunt impoſitæ à Principe, cui ipſe Baro eſt ſubditus, & cui ille pariter ſubvenire eſt adſtrictus, *n.36. & 40.*

BARTOLUS.

*Dià* legit, ac Judex, & Aſſeſſor fuit in Civitate Piſarum, *deciſ.100. num.37.*

Ac etiam in Civitate Peruſii, in qua ſemper lares ac domicilium retinuit, & vitam cum morte commutavit, *n. 38.*

Et dum commorabatur Bononiæ edidit ejus Commentaria *ad l. ſuggeſtioni, C. de verb. ſignific., ibid. num.31.*

BASILICA *Lateranenſis*.

*Aggregationes* Confraternitatum, aliorumque piorum locorum ad Sacroſanct. Baſilicam Lateranen. fieri ſolent ſub Clauſula - *De conſenſu tamen Loci Ordinarii*, *deciſ.31. ſub num.1.*

*Confraternitates*, Hoſpitalia, aliaque loca Pia fundata, vel conſtructa in Solo Sacroſanctæ Baſilicæ Lateranenſis, ſunt exempta ab Ordinaria Juriſdictione Epiſcopi, *deciſ.31. n.3.*

Secùs autem, ſi ſint ſimpliciter eidem aggregata, *num.13.*

Et de ratione, *num.14*

*Privilegia* conceſſa Eccleſiis fundatis in Solo Baſilicæ Lateranenſis quandò locum habeant, remiſſive, *deciſ.31. ſub n.24. §. Cumque.*

BASTARDI.

*Parum* differunt à legitimis in iis locis, & Ditionibus, in quibus admittuntur ad honores Civicos cum retentione Armorum, & Cognominis, *deciſ.100. num.29.*

Vide etiam in verb. *Bononia*, verb. *Filii*, & verb. *Spurius*.

BENEFICIUM *in genere.*

*Gratiarum* actio fieri debet in ſequelam accepti beneficii, *in Præfat. num.28.*

*Non debet* retorqueri in odium Benefactoris, *deciſ.54. num.3.*

BENEFICIUM *Eccleſiaſticum.*

*Beneficia* Eccleſiaſtica fuerunt ab initio inſtituta pro ſubſtentatione pauperum Sacerdotum, & Clericorum, *deciſ. 85. num.7.*

Et ſunt quodammodò pretium redemptionis peccatorum, & Patrimonium D. N. Jeſu Chriſti, *deciſ.95. ſub num.14.*

*Beneficia* Eccleſiaſtica potiùs conferenda ſunt Civibus, & Originariis, quàm Exteris, & alienigenis, *deciſ.85. n.22.*

Amplia, ut *num.23.*

*Beſtiamina* reperta in fundis Beneficii an ſpectent ad hæredes Beneficiati, an verò ad ſucceſſorem in eodem Beneficio, vel ad Cameram Apoſtolicam, *deciſ.56. num.13. & 14.*

*Cappellania* venit appellatione Beneficiorum, *deciſ.82. n.39.*

*Collatio* Beneficii facta jure devoluto per Superiorem arguit, jus præſentandi ad alterum, quàm ad ipſum Collatorem ſpectare, *dec.9. n.34.*

*Devolutia* Beneficii fundatur in negligentia Collatoris, à qua idcircò excuſat lis, vel aliud legitimum impedimentum, *deciſ.87. num.45.*

*Expectativæ* in materia Beneficiorum ſublatæ ſunt per Concilium Tridentinum, *deciſ.35. num.17.*

*De incompatibilitate* Beneficiorum, vide infrà in verb. *Incompatibilitas*.

*Lis* non facit Beneficium litigioſum, quandò eſt injuſta, vel calumnioſa, *dec.83. num.4.*

*Lis* quandò verè, & propriè dicatur pendere ſuper titulo Beneficii, itàut Beneficium efficiatur litigioſum, necne, remiſſive, *deciſ.18. num.3.*

*Litigioſum* non efficitur ob litem principaliter vertentem inter Patronos ſuper pertinentia Juriſpatronatus, *deciſ.38. num.1.*

Amplia, id procedere, quamvis eadem lis acceſſoriè etiam vertatur inter præſentatos ab ipſis Patronis, *num.2.*

Limita, quoties Patroni poſt latam Sententiam acquieverunt, & eorum præſentati proſecuti ſunt Cauſam appellationis, tunc enim Beneficium efficitur litigioſum, *num.9.*

Prout etiam efficitur litigioſum, quoties lis æquè principaliter vertitur inter Patronos, & eorum præſentatos, *num.10.*

Reliqua vide infra in verb. *Subrogatio in Beneficialibus*.

*Manuale* quandò dicatur, itàut Beneficiatus removeri poſſit etiam abſque cauſa, remiſſive, *deciſ.76. num.22.*

*Onera* non expreſſa in fundatione Beneficii non ſunt de novo apponenda, vel amplianda, *deciſ.82. num.36.*

*Papa* habet abſolutum dominium in materia Beneficiorum, *dec.4. num.6.*

*Pauper* in aſſecutione Beneficii præferendus eſt diviti, *dec. 85. num.35.*

Dummodò hæc qualitas paupertatis plenè, & concludenter probetur, *num.36.*

*Permutatio* Beneficiorum, vide infrà verb. *Permutatio*.

*Pertinens* ad præſentationem Civium, vel Parochianorum præſumitur fundatum ex Eleemoſynis, *dec.3. num.20.*

Non enim veriſimile eſt, quod plures Familiæ diſgregatæ, & diſparis facultatis convenerint in illius dotatione, *ibid. & num.21.*

*Poſſeſſio* Beneficii quandò pacifica remanere dicatur non obſtante priori contradictione alterius competitoris, *deciſ.86. ſub num.43. §. Neque.*

*Reſignatio* Beneficii, vide infra verb. *Reſignatio*.

*Succeſſio* immediata du Patre in filium improbatur per Sacros Canones in materia Beneficiorum, *deciſ.35. num.11.*

Id tamen non militat quòad Tranſverſales, *num.12.*

*Vacat* per Matrimonium à Beneficiato contractum, *deciſ.83. num.30.*

Sive Matrimonium ſit validum, ſive invalidum, *deciſ.30. num.40.*

Amplia, licet non fuerit ſecuta illius conſummatio, *ibid. num.54.* ubi de ratione.

Item vacat eo ipſo, quod Beneficiatus aſſumpſit alium ſtatum incompatibilem, *d. deciſ.83. num.33.*

*Vacatio* Beneficii, quæ ſequitur (ut vulgò dici ſolet) *vigore Decreti*, ejuſque proviſio quomodò ſequatur, remiſſive, *deciſ.20. ſub num.31.*

BENEFICIA *Calaguritanæ Diœceſis*.

*Cæteris* paribus in aſſecutione hujuſmodi Beneficiorum Sacerdos præfertur alteri, qui tali charactere non eſt inſignitus, *deciſ.85. num.5. & num.24.*

Rursùs cæteris paribus præfertur is, qui alios ætate præcellit, *num 6.*

Vel qui eſt pauperior, *num.8.*

Vel qui eſt Licentiatus, ſeù Baccalaureus, aut aliàs majus tempus conſumpſit in ſtudiis, *num.15.*

Item qui eſt actu Lector, ac Doctior, *num.27. & 28.*

Et de ratione, *num.29.*

Item is, qui caret alio Beneficio, præfertur illud habenti, *num.17.*

Intellige, ut *num.18.*

*Conferuntur* per Concurſum vigore Bullæ ſan. mem. Clementis VIII., *dec.85. num.19.*

*Debentur* Patrimonialibus loci, & in Concurſu magis qualificatis, ac dignioribus, *dec.85. num.1. 4. 11. & 20.*

*Rota* in Beneficiis Calaguritanæ Diœceſis per ſan. mem. Clementem VIII. fuit ſubrogata in locum Metropolitani, & Nuncii Hyſpaniarum, *decis.85. ſub num.17. §. In propoſito.*

Et quomodò in illis ſe gerat, *ibid. & num. ſeqq.*

Et quid practicetur per Rotam in caſu, quo, pendente lite ſuper uno ex dictis Beneficiis alterum vacare contingat, *ibid. ſub num.38. §. Contingit.*

BENEPLACITUM.

*Apoſtolicum* an, & quandò requiratur in alienatione rerum ad Confraternitatas pertinentium, vide infra verb. *Confraternitas.*

*Apoſtolicum* conceſſum alicui cum verbis perſonaliſſimis, nequit executioni demandari favore ejus hæredis, *deciſ. 97. num.29.*

Et de ratione, *num.30.*

Amplia, id magis procedere, quoties aliunde conſtat, quod Papa motus fuerit ad concedendam Gratiam ſolo intuitu, & contemplatione imperrantis, *num.31.*

*Conſenſus*, vel Beneplacitum Superioris ex curſu 30. Annorum cum obſervantia præſumitur, *dec.39. num.12.*

Limita, ut *num.13. 14 & 15.*

BESTIAMINA.

Vide ſupra verb. *Beneficium*, & infra verb. *Feudum*, & verb. *Legatum.*

BONA *Eccleſiaſtica.*

*Obligari* non poſſunt abſque Solemnitatibus, *dec.68. num.16.*

Sed hujuſmodi Solemnitates non requiruntur in actu, vel Contractu utili Eccleſiæ, *ibid. num.18.*

Prout non requiruntur, quandò Contractus ſequitur ſub oculis, & approbatione Summi Pontificis, *n.19.*

*Solemnitates* requiſitæ in Contractu inito ſuper bonis Eccleſiaſticis, requiruntur etiam in præcedenti Mandato ad contrahendum, *deciſ.68. n.17.*

BONA *ſtabilia.*

Vide infra verb. *Stabilia.*

BONONIA, *ejuſque Statuta, & Privilegia.*

*Baſtardi* ex conſuetudine Civitatis Bononiæ nil quoad communem æſtimationem differunt ab aliis perſonis legitimis, *deciſ.100. n.27.*

Et enunciatur, ac declarantur *Doctores*, & *Hiſtorici*, qui de tali conſuetudine teſtantur, *ibid. n.31., & ex n.34. uſque ad 41., & n.43.*

*Contractus* venditionis, & contextualis conductionis cum pacto affrancandi frequens eſt, & uſitatus in Civitate Bononiæ, *deciſ 69. num.1.*

*Duæ Sententiæ* conformes in Civitate Bononiæ habent vim trium, & faciunt rem judicatam vigore Statuti, *deciſ. 2. num.1.*

Idemque Statutum fuit a Gregorio XV. extenſum etiam ad Cauſas, & perſonas Eccleſiaſticas, *num.2.*

Idque procedit, quamvis una tantùm ex dictis Sententiis lata ſit Bononiæ, & altera in Curia, *num.3.*

*Sequeſtratio* fructuum ex Conſtitutionibus Fori Archiepiſcopalis Bononiæ prohibetur adversùs poſſidentem bona ſtabilia, *deciſ.1. num.7.*

Non tamen ad hunc effectum ſufficit poſſeſſio bonorum, niſi etiam probetur, quod illa ſint æquivalentia debito, *n.11., & num.12.* ubi remiſſive de materia Sequeſtri.

*De Statuto Bononiæ* mandante, quod Creditores, qui intrà quatriennium contraxerunt, concurrant per æs, & libram in bonis Ceſſantium, remiſſive, *deciſ 68. num 46.*

Quæ autem Credita immunia ſint ab hac Statutaria diſpoſitione, vide *ibid. & num.48.*

Statutum *Bononiæ* circà ſucceſſionem Baſtardorum refertur, & declaratur, *dec 100. num.47.*

Statutum *Bononiæ* facit majores poſt ætatem 18. Annorum ſuos Commitatenſes, ſeù diſtrictuales in Civitate habitantes, ſed ſuos Cives relinquit ſub diſpoſitione Juris communis, *deciſ.54. ſub num 29. §. Pari.*

BOVES.

Vide etiam in verb. *Beſtiaminus.*

*Aratorii* cenſentur Inſtrumenta Fundi, *deciſ.56. num.19.*

BRACHIUM *Sæculare.*

*Eſt* ultimum ſubſidiarium remedium, quod à Judice Eccleſiaſtico imploratur pro habenda executione ſui Judicati, *dec.88. num.12.*

Et quomodo id practicetur, remiſſive, *ibid. ſub n.13.*

*Judex* ſæcularis tenuens præſtare auxilium ſui Brachii Judici Eccleſiaſtico, an poſſit ad id compelli per Cenſuras, *dec.88. num.13.*

BULLÆ.

Vide in verb. *Conſtitutiones.*

C

CADUCITAS.

C*Auſa* quælibet etiam quæſita, colorata, & beſtialis excuſat ab incurſu caducitatis, *deciſ.4 num. 22.*

*Declaratoria* Judicis poteſt ab hærede peti in re dubia citrà incurſum caducitatis à Teſtatore comminatæ in caſu moleſtiatum, *dec.29. num.21.*

*Gratia* diſpenſatoria contrà præceptum Teſtatoris aliquid prohibentis, non dicitur ſubreptitia, licet non fuerit expreſſa caducitatis in caſu contraventionis, *deciſ.66. num.25.*

*Non* incurritur ob contraventionem præcepto Teſtatoris, niſi probetur, quod contra faciens præciſe ſciverit tale præceptum, ac etiam pœnam deſuper impoſitam, *deciſ.4. num.21.*

CALAMITAS.

Vide infra in verb. *Tempus.*

CALCULUS.

*Arithmeticus* facit de per ſe plenam probationem, *deciſ. 97. num.6.*

CAMBIUM.

*Cambia* non debentur, niſi Creditor doceat de tranſmiſſione ſpaciorum ad Nundinas, ſaltem per litteras, quæ nuncupantur *del ritratta*, *dec.13. num.1.*

Limita, quando debitor ſuſcepit in ſe onus cambiandi, ſeù girandi pecunias à Creditore receptas, vel tantumdem per Nundinas, & Plateas, *num.2.*

*Cambiarum* realitas non reſultat ex obſervantia debitoris circà illorum ſolutionem, cùm non poſſint Partes reddere licitum, quod eſt de Jure illicitum, *deciſ.13. num.11.*

Limita, quandò non dubitatur de legitimitate Cambiorum, ſed ſolùm quæritur, cui incumbat onus cambiandi, tunc enim obſervantia ſolutionis inſervit pro declaratione animi Contrahentium, *num.12.*

*In Contractibus* Cambiorum regulariter exprimitur, quod facti ſint *per contanti*, *deciſ 68. ſub num.2. §. anxiè in fin.*

*Creditor* an teneatur denunciare Debitori tranſmiſſionem pecuniarum per Nundinas, quamvis Debitor tali notificationi, ſeù intimationi renunciaverit, remiſſive, *deciſ.25. num.10.*

*Creditor* præſumitur ſatisfactus de ſorte Cambii, quandò ultrà taciturnitatem 16. Annorum omiſit etiam adimplere onus ſibi injunctum tranſmittendi ſpacia ad Nundinas, & Plateas, *deciſ 26. num 5.*

*Currens* regulariter eſt longè majus, quàm Cambium limitatum, *deciſ.23. ſub num 6. §. Abſque.*

*Extinctio* veteris Cambii inducitur per contrappoſitionem partitarum, & creationem novi, *deciſ.43. num.4.*

*Facultas* Cambiandi cumulative tributa Creditori ad majorem ejus cauthelam, non debet in illius odium retorqueri, *deciſ.23. num.31.*

*Fructus* Cambii eatenus redduntur liciti, quatenùs Creditor verſatur in periculo amiſſionis pecuniæ ad Cambium traditæ, *deciſ.22. num 9.*

*Fructus* Cambii an ceſſent poſt decoctionem Debitoris ipſius Cambii, *deciſ.23. num.15.*

Et an in aliquo differat, quod Debitor in ſe aſſumpſerit, necne onus Cambiandi, *ibid. ſub num.29. & 35. & 38.*

Et an decoctio Debitoris principalis quidquam operetur circà ceſſationem Cambiorum, ubi adſunt Fidejuſſores, *ibid. num.27. & ſub num.40.*

Decoctio tamen Debitoris ad effectum ceſſationis Cambiorum debet concludentiſſima probari, *ibid. ſub num. 40. §. De præſenti.*

*Fructus* Cambii etiam in caſibus, in quibus prætendi non poſſunt poſt decoctionem Debitoris, ſi tamen fuerint jam ſoluti, & exacti, poſſunt à Creditore retineri, & quare, *ibid. n.26. & 39.*

*Intereſſe* damni emergentis, in quo differat à fructibus Cambii, *deciſ.23. num.28. & 31.*

*Limitatio* Cambii ad certum tempus nil aliud operatur, niſi quod Debitor, eodem tempore durante, urgeri nequit ad reſtitutionem ſortis, *deciſ.23. num.7.*

*Littera Cambii*, vide infra *litt. L* ſub hoc verbo.

*Maritimum* quid ſit, & quid pro ſui ſubſtantia, & validitate requirat, *deciſ.68. num.29. & 31.*

Et

Et referuntur *Doctores* de hujuſmodi Cambio tractantes, *num.45.*

Et quænam pericula, & expenſas ſecum ferat, *ibid. ſub num.34. §. Cæterùm.*

*Onus* cambiandi à Debitore ſuſceptum, eſt compatibile cum ſimili facultate cumulative conceſſa Creditori, *dec.23.n.15.*

*Onus* cambiandi per Debitorem ſuſceptum non ceſſat, quamvis Creditor ſimili cumulativa facultate non utatur, *dec.23. num.6.*

*Onus* Cambiandi per debitorem ſuſceptum relative ad reſtitutionem ſortis principalis, durat quouſque eadem ſors reſtituatur, *decis.13. num.3.*

*Onus* cambiandi per debitorem ſuſceptum uſque ad ſortis reſtitutionem pro tempore, quo teneri voluit ad Cambia limitata, durat etiam pro tempore, quo ſe obligavit ad Cambia currentia, quatenùs ſortem intrà primum terminum non reſtitueret, *ibid. num.4. & num.10.*

*Onus* cambiandi per Debitorem ſuſceptum non poteſt reſtringi, & limitari ad certum tempus, quoties litteraliter conventum appareat uſque ad reſtitutionem Cambii, *dec.23.num.1.*

Et de ratione, *num.4.*

*Onus* cambiandi per Debitorem ſuſceptum pro tempore, quo urgeri non poterat ad reſtitutionem ſortis, eò magis durare debet etiam pro tempore, quo ipſe eſt in mora reſtituendi ſortem, *dec.23. num.8.*

*Onus* cambiandi, an fuerit limitative, vel potiùs indefinite per Debitorem ſuſceptum, declaratur ex facto, & obſervantia ipſius Debitoris, *dec.23.n.14.*

*Realitas*, & juſtitia Cambii non juſtificatur ex eo ſolum, quod Debitor illius fructus pacifice perſolvit, & de ratione, *dec.23, num.13.*

*Recambium* conſideratur pro novo capitali, & ſorte prorsùs independente, *dec.23.n.30. & 34.*

Et in eo fingitur præceſſiſſe ſolutionem veteris Cambii, ejuſque extinctionem, & novum ex mora creatum fuiſſe, *ibidem ſub n.33.*

Et in hoc propoſito, quid importent litteræ Mercatorum nuncupatæ *della ricorſa*, *ibid.*

*Sola* negociatio Cambiorum regulariter conſtituit verem Menſam Bancariam, ſeù Campſoriam, *deciſ.43. ſub n.4. in fin.*

Verba, *ad ogni ſuo piacere*, præſeferunt in materia Cambii tempus indefinitum, & duraturum ad beneplacitum Creditoris, *dec.23.num.3.*

CAMERA *Apoſtolica.*

*Fructus* Beneficiorum vacantium integraliter percipit, adeout nil Succeſſori reſervet, *dec.74.n.47.*

Hoc tamen practicatur in illis Locis, & Dominiis, in quibus Sedes Apoſtolica conſuevit retinere Collectores, *n.48.*

*Succedit* ratione ſpoliorum loco Eccleſiæ Cathedralis, *dec.74. num.37.*

CANON, CANONES.

*Reductio* Canonis Emphyteutici ex capite læſionis non competit, niſi probetur exceſſivitas ipſius Canonis de tempore conceſſionis in Emphyteuſim, *dec.75.n.45.*

Et indicatur caſus petitæ generalis reductionis Canonum, *ibid. ſub n.44. §. Super materia.*

CANONICI.

Vide inferiùs in verb. *Capitulum.*

CANONIZATIO.

*Promotor* Fidei in Cauſis Beatificationum, & Canonizationum debet citari in quolibet actu, *dec.68.n.9.*

Sed non ideò hujuſmodi Cauſæ Canonizationum reputantur contentioſæ, *n.10.11.& 12.*

*Sanctorum* ſoli Sanctæ Romanæ Sedi eſt reſervata, *dec.68.n.1.*

Et in hac materia eadem Sancta Sedes, ejuſque Officiales gratis impendunt laborem, & ſtudium, *ibid. ſub d.num.1.*

Et quinam ſint Votantes in hiſce Cauſis Canonizationum, & quodnam votum habeant, *ibid. ſub n.10.*

CAPITULA.

*Præcedentia* potiùs attendi debent, quam ſubſequens Inſtrumentum, quia illa ſunt verba Partium, hæc autem Notarii, *dec.57.num.10.*

Intellige, ut *num.15.*

CAPITULA *Matrimonialia.*

*Attendi* potiùs debent, quam Inſtrumentum dotale ſucceſſive celebratum, & de ratione, *dec.80.n.73.*

Præſertim, quando Inſtrumentum celebratur in executionem Capitulorum, vel alias ad illa relative ſe habet, *n.74.*

Et ſemper capienda eſt omnis poſſibilis interpretatio, ne per Inſtrumentum dicatur receſſum à conventis in Capitulis Matrimonialibus, *num.75.*

*Inſeri* regulariter ſolent in Inſtrumento dotali, *dec.24.n.18.*

*Notarii* ſæpe in Inſtrumentis dotalibus plura de proprio capite apponunt, quæ adverſantur conventionibus contentis in Capitulis Matrimonialibus, *dec.80.n.72.*

*Suſpecta* quandò, & ex quibus cenſeantur de antidata, *deciſ.24. num.19.*

CAPITULUM *Eccleſiaſticum.*

*Canonici* ſucceſſores non ligantur obligatione, vel facto ſuorum anteceſſorum, *dec.68.n.20.*

Limita, ubi agitur de obligatione ſuſcepta ex cauſa concernente totum corpus Capituli, quia tunc etiam ſucceſſores remanent obligati, *num.21.*

Limita etiam, quoties Canonici ſucceſſores aliquid egerunt in ſequelam, & adimplementum obligationis ſuſceptæ per anteceſſores, *num.21.*

*Canonicus* eo ipſo, quod eſt in Sacris conſtitutus, habet vocem, & votum in Capitulo, *dec.86.n.59.*

*Canonicus* ſuſpenſus à ſuo Canonicatu adhuc habet vocem in Capitulo, & poteſt ferre ſuffragium in electionibus, *dec.86. num.58.*

*Debet* tradere poſſeſſionem novo Capitulari, *dec.62.n.8.*

*Epiſcopus* in rebus gravibus adhibere ſolet, & debet conſenſum Capituli, *dec.76.n.5.*

*Factum* à majori parte Capituli, cenſetur factum ab univerſo Capitulo, *dec.76.n.15.*

*Non poteſt* condere Statuta contrà Jus commune abſque authoritate, vel confirmatione Sedis Apoſtolicæ, *dec.36.n.60.*

*Sanior* pars Capituli ea dicitur, quæ componitur ex Viris magis qualificatis comparative ad alios, *dec.86.n.89.*

CAPPELLA.

*Erecta* authoritate Ordinarii eſt locus Sacer, & Eccleſiaſticus, ibique poſſunt Miſſæ libere celebrari, *dec.9.n.51.*

Diſtingue inter Cappellam erectam in Oratorio publico, vel privato, *num.52.*

CAPPELLANIA.

*Inſtitui* ſolet ad majorem Dei cultum, & ſalutem Animæ Teſtatoris, *dec.82.n.42.*

*Venit* appellatione Beneficiorum, *dec.82.num.39.*

CAPPELLANIÆ.

*Regiæ*, ſeù per Regem fundatæ regulariter habere ſolent pingues redditus, *dec.51.ſub n.11.*

CARDINALES.

*Dicuntur* primarii Senatores, & Conſiliarii Papæ, *in Præfat. num.25.*

*Non comprehenduntur* ſub quacumque generalitate verborum, præſertim in materia pœnali, niſi de eis fiat expreſſa mentio, *dec.86.num.62.*

Si autem agatur de materia æqua, & rationabili, comprehenduntur ſub generali diſpoſitione, *ibid.n.106.*

*Papa* quomodo, & qua ratione claudat os Cardinalibus noviter creatis in primo Conſiſtorio poſt illorum creationem, vide remiſſive in *Præfat.n.87.*

De Cardinali *Baronio*, & de fide præſtanda ejus *Annalibus*, vide infrà verb. *Hiſtorici.*

De Cardinali *Decano* Sac. Collegii quoad Cauſas Hoſtien., & Veliternen., vide infrà verb. *Cauſæ judiciales.*

*De reſidentia* Cardinalium, vide infrà verb. *Reſidentia.*

CASSATURÆ.

*Non nocent* ſcripturæ, neque ei fidem detrahunt, quoties non cadunt in ea parte, de qua eſt quæſtio, *deciſ.58. ſub n.13. §. Nec juvit.*

CASUS.

*Omiſſus* à Statuto remanet ſub diſpoſitione Juris communis, *deciſ.12.n.57.& 58.*

CATASTRUM.

*Confectum* à publicis Officialibus ad id deputatis habet præſumptionem, quod fuerit rite, & fideliter factum, *deciſ.92.n.4.*

Saltem donec contrarium probetur, *ibid.n.26.*

*Confinia* probantur ex Cataſtro, quoties alia concurrunt adminicula, *deciſ.92.n.25.*

*Deſervit* pro adminiculo aliarum probationum, *dec.92.n.27.*

*Emptor* cum obligatione retrovendendi abſtinet à deſcriptione bonorum in Cataſtro, quia neſcit, an ſit ſecutura redemptio, *deciſ.74.n.10.*

*Gravatus* in allibratione Æſtimi, ſeù Cataſtri tenentur infrà Annum reclamare, aliàs eo elapſo ampliùs non auditur, *deciſ.92.num.31.*

Fallit reſpectu Minorum, & Mulierum, ac in aliis caſibus, de quibus remiſſive, *ibid.n.32.*

*Non probat* contrà Tertium, niſi aliunde adminiculetur, *deciſ.92.num.28.*

Maxime, quoties Cataſtrum fuit ſimpliciter confectum pro repartiendis oneribus Communitativis, *num.29.*

Minuſque probat contra Tertium, qui non fuit præſens, neque alias conſenſum præſtitit deſcriptioni in illo factæ, *n.30.*

Non

*Non probat* verum valorem bonorum in eo cum valutatione deſcriptorum, *deciſ.91.n.34*

Limita, ſi Cataſtrum fuerit effective confectum ad finem dignoſcendi valorem, nam tunc illum probat, donec contrarium juſtificetur, *num.36.*

Et declara, quod ſemper Cataſtrum deſervit ſaltem pro adminiculanda probatione valoris aliunde juſtificati, *n. 35.*

*Probat* poſſeſſionem, ejuſque qualitatem, ac etiam ſituationem, concurrentibus tamen aliis adminiculis, *dec.92.n.2.*

Et quandoque probat dominium etiam contra Tertium, *ibid.n.24.*

Intellige, ſeu limita, ut *n.33.& 39.*

CAUSA.

*Actus* geſtus ex duplici cauſa finali, una ex illis ceſſante, non ideò irritatur, ſed ſuſtinetur, *dec.90.n.18.*

*Cauſatum* nequit eſſe melioris conditionis, quam ſit cauſa, à qua procedit, *dec.12.n.26.*

*Plus* eſſe non poteſt in cauſato, quam ſit in cauſa, *dec.100.n.11.*

CAUSÆ *judiciales*.

*Beneficiales* Ditionis Florentinæ non excedentes importantiam 200. Florenorum, ex privilegio Apoſtolico trahi nequeunt extrà Statum, *dec.78 ſub n.55. §. Et ad id.*

*Connexæ*, & unitæ debent coram uno, eodemque Judice cognoſci, & terminari, *deciſ.45.n.12.*

*Diœceſium* Hoſtien., & Veliter. non ampliùs Rotæ committuntur ex delegatione Cardinalis Decani Sac. Collegii, ſed mediante Commiſſione Signaturæ Juſtitiæ, *deciſ.8.ſub n.11. in princ.*

CAUTHELA.

*Adhibita* ex abundanti nocere non debet, *deciſ.86.n.24.*

*Inſolita* præſefert ſuſpicionem ſimulationis, & falſitatis, *dec. 6. num.3.*

*Soccini* quoad prohibitionem legitimæ, vel illius gravamen, vide infrà verb. *Legitima.*

CAUTIO.

*De Judicio ſiſti*, & judicatum ſolvendo peti debet in principio Judicii, *dec.37.n.59.*

Intellige, ut *num.60.*

*De Judicio ſiſti*, & judicatum ſolvendo ſignanter pro refectione expenſarum, de ſtylo Curiæ Romanæ præſtari non ſolet, *deciſ.37.num.56.*

Declara, & intellige, ut *n.57.& 61.*

Et quid, ſi urgeat timor, quod Judicium reddi valeat eluſorium, *n.58.& 62.*

*De Judicio ſiſti*, & judicatum ſolvendo regulariter præſtanda eſt, ubi lis viget inter ſubditum, & Forenſem, *dec.37.n.20.*

Vide etiam infrà verb. *Statutum.*

*Indefinitè* decreta pro lite, & Cauſa, durat quouſque lis vertit, non autem expirat in prima, vel ſecunda Inſtantia, *dec.37.n.9.& 19.*

CEDENS.

*Creditor* cedens alteri Jura ſui crediti nequit ampliùs illa experiri contrà Debitorem ceſſum, *dec.89.n.19.*

*Tenetur* tradere Ceſſionario jura, & Inſtrumenta, ex quibus creditum ceſſum juſtificari valeat, *dec.6.n.3.*

CENSUARIUS.

*Creditor* an poſſit dici, & ad quem effectum, *dec.93.n.39.*

*Nequit* pro ſolutione fructuum Cenſus abſorbere omnes penſiones, ſeù redditus Fundi cenſiti, quoties iſti excedunt importantiam capitalis ipſius Cenſus, *dec.2. n.16. & num.21. & ſeqq.*

Et an cogi valeat in ſolutum accipere ratam ipſius Fundi cenſiti, *d.n.16.*

CENSURÆ.

*Eccleſia*, tamquam Pia Mater, proclivior eſt abſolutioni, quam inflictioni Cenſurarum, *dec.88.in princ.*

*Incutiunt* majorem metum, quam Arma, & Satellites, *deciſ.87.num.40.*

*Non relaxantur* adversùs obligatum in forma Cameræ Apoſtolicæ, niſi in ſubſidium, videlicet quandò aliàs Mandatum exequi non poteſt neque realiter, neque perſonaliter, *dec.88 n.20.*

Et ideò rari ſunt caſus, in quibus relaxentur Cenſuræ adversùs taliter obligatos, & de ratione, *n.21.*

*Non ſunt* relaxandæ contrà Correum inſolidùm obligatum, donec extat ſpes, quod ſatisfactio reportari valeat ab altero coobligato, *dec.51.n.14.*, *& dec.82.n.29.*

Limita, quoties docetur, quod alii coobligati ſunt non ſolvendo, *dicta dec.82.d.n.29.*

*Non ſunt* relaxandæ, niſi in ſubſidium, ac deficientibus aliis remediis, *dec.51.n.13.& dec.82.n.3.*

Idque ſignanter procedit ex diſpoſitione *Sac. Concilii Tridentini*, de qua in *dec.88.n.22.*

An autem hujuſmodi diſpoſitio Conciliaris ſervanda ſit favore Titularis detrectantis ſolvere Penſionem, diſtingue, ut *ibid.n.23.& 24.*

Et affertur caſus nuper in his terminis diſcuſſus, & adhuc pendens in Rota inter Penſionarium, & Titularem, *num.25. uſque ad fin.*

*Pœna* Cenſurarum infligi poteſt in quacumque prohibitione rei, in qua probabiliter cadere poteſt peccatum, *dec.95.n.46.*

CENSUS.

*Acquiſitio* Fundi cenſiti facta per Creditorem Cenſus an, & quando operetur illius extinctionem, *dec.63.ſub n.18.§. Ad propoſitum.*

*Aſſimilatur* in aliquibus Penſioni, & uſufructui, *dec.63.ſub n.18. §. At redeundo.*

*Ceſſio* nulla validè reportari poteſt, quando agitur de extinctione, vel redemptione Cenſus, *dec.41.n.10.*

*Compenſatio* etiam in materia Cenſus dicitur vera ſolutio, quando debitor Cenſus vult compenſare, *dec.63.n.28.*

*Creditor* Cenſus licet poſſit agere pro ſolutione fructuum contrà tertium poſſeſſorem Fundi cenſiti, non impeditur tamen agere actione perſonali contra impoſitorem Cenſus, ejuſque hæredem, *dec.63.n.5.*

*Extinctio* Cenſus idem importat, ac illius redemptio, retrovenditio, & Contractus reſolutio, *dec.98.n.15.*

*Extinctio* Cenſus poteſt fieri cum ſe ipſo, quando quis duplicem repræſentet perſonam, *dec.63.n.29.*

*Extinctio* Cenſus probari poteſt etiam præſumptionibus, & conjecturis, *dec.60.n.2.& n.3.& 4.& n.19.& 50.*

Et de ratione, *n.5.& 6.*

Et afferuntur in hoc propoſito plures conjecturæ collimantes in præſumptam Cenſus extinctionem, *n.7.8.& 9.*

*Extinctus* mediante datione in ſolutum, non reviviſcit, licet res in ſolutum data evincatur, ſed ſolum competit actio pro evictione, *dec.63.n.18.*

*Fideicommiſſi* ſuppoſitus bene poteſt extingui cum fideicommiſſario, *dec.63.n.30.*

*Fidejuſſor* in contractu Cenſus poteſt illum tranſlative acquirere adversùs principalem debitorem, *dec.45.n.3.*

*Imponi* an valeat ſuper Molendinis non infixis Solo, *deciſ.36. ſub num.33.*

*Impoſitio* Cenſus eſt ſpecies alienationis, *dec.2.n.26.*

*Legato* Fundo cenſito, onus Cenſus, tanquam reale, tranſit cum Fundo in legatarium, *dec.63.n.2.*

Contrà, *n.3.& 7.*

Quæ concluſio favore legatarii eo fortius procedit, quando ipſemet Teſtator legans Cenſum impoſuerat, *n.4.*

Et declarantur *Authoritates* contrariæ, ut procedant in Cenſibus reſervativis, non verò in conſignativis, *n.6.*

*Numeratio* pecuniæ in contractu Cenſus probatur ex aſſertione Notarii coram duobus Teſtibus, *dec.74.n.22.*

*Obligatus* ad extinguendum Cenſum tenetur ad quanti intereſt, extinctionem non fuiſſe ſecutam, *dec.93.n.42.*

*Pecunia* numerata quomodo requiratur in creatione Cenſus, *dec.40.n.18.*

*Præſcriptio* in Cenſibus non currit pro Annis &c. quia tot cenſentur credita, quot Anni, *dec. 42.n 14.& 15.*

*Reſervativi*, & conſignativi quinam ſint, *dec.63. n.6.*

*Sors* Cenſus eſt irrepetibilis ex parte Creditoris Cenſuarii, non obſtante pacto in contrarium, *dec.60. n.1.*, *& dec.93. n.6.*

Niſi ageretur de pacto inito per Debitorem favore Tertii obligati in impoſitione Cenſus de illo extinguendo intrà certum terminum, *dec.63. n.37.*

*Sors* Cenſus licet ſit irrepetibilis ex parte Creditoris, poteſt tamen Cenſus ipſe ad libitum extingui per Debitorem, *dec.2. n.18. & dec.93. n.9.*

*Sors* Cenſus numquam præſcribitur, etiamſi Creditor non petierit fructus per ſpatium 30. & 40. Annorum, & ultrà, *dec.60. n.1.*

*Tertius* poſſeſſor fundi cenſiti poteſt dimittendo Cenſuarium reportare ceſſionem tranſlativam, *dec.42. n.11. & 13. & dec.45. n.2.*

*Venit* appellatione -- *debitorum* -- ex conjecturata voluntate defuncti, *dec.93. n.18.*

CENTENARIA.

*Facit* præſumi meliorem titulum de Mundo in materia Juriſpatronatus, *dec.3. n.18.*

Necnon in materia Unionis, *dec.47. n.11.*

*Habens* pro ſe centenariam poteſt ad ſui favorem allegare meliorem titulum de Mundo, *deciſ.36. num.40.*, *& deciſ.38. num.16.*

*Petitio* extrajudicialis non eſt apta interrumpere centenariam, *dec.36. n.44.*

*Poſſeſſio* centenaria efficit, ut poſſeſſor valeat ad ſui favorem alleg-

Digitized by Google

allegare quemcumque titulum meliorem, ſibique magis bene viſum, *dec.92. n.53.*

*Reſtitutio* in integrum non competit adversùs præſcriptionem centenariam, præſertim concurrente ſcientia, quod alius poſſideret, *decis.92. num.52.*

*Virtus*, & effectus centenariæ procedit, quamvis aliqui Anni deficiant pro illa complenda, *deciſ.92. num.53.*

*Virtus*, & effectus centenariæ non tollitur per exhibitionem tituli, qui non fuerit productus ab eo, qui illum ad ſui favorem allegat, *deciſ.38. num.17.*

Amplia, id procedere, etiamſi talis titolus fuiſſet ab eo productus, quotiès non conſtat, quod intellexerit ſe ad illum coarctare, *num.18.*

CESSIO.

*Jurium* non eſt neceſſaria ad effectum retinendi ex juribus Creditorum dimiſſorum, quidquid ſit ad effectum agendi, *dec.90. num 46.*

CESSIONARIUS.

*Acquirit* omnia jura cedentis, eaque exercere valet, quemadmodùm ipſemet cedens potuiſſet, *deciſ.36.num.34. & 45.*

*Ex cauſa oneroſa* evadit tamquàm Procurator in rem propriam, & acquirit omnes utiles actiones ſuper nomine ceſſo, quæ priùs inhærebant oſſibus cedentis, *deciſ.5. num 3.*

*Executio* cœpta per cedentem poteſt recta via conſumari per ceſſionarium, *deciſ.5. num.4.*

*Nequit* habere majus jus, quàm competeret ſuo Authori, *deciſ.50 num.16.*

*Succedit* in locum, & jura cedentis, *deciſ.75. num.18.*

CIRCUMSTANTIÆ.

*Cujuſque* caſus veniunt attendendæ pro recta Cauſarum definitione, *deciſ.87. num.36.*

CITATIO.

*Abſens* à loco Judicii debet citari per Edictum, vel per Proclama præmiſſis ſolitis diligentiis, *deciſ.96. num.3.*

*Defectus* citationis cauſat nullitatem inſanabilem, *deciſ. 78. num.69.*

*Domi* dimiſſa copia ſufficit de ſtylo Urbis, & ſignanter A. C., *deciſ.54. num 22.*

Hujuſmodi citatio non inducit veram notitiam in citato, niſi fuerit reiterata, *deciſ.65. num.5.*

*Ejus*, qui habet in Cauſa principale intereſſe, ſufficit pro validitate Judicii, licèt non fuerint citati habentes remotum, aut ſecundarium intereſſe, *deciſ.78. num.25.*

*Neceſſaria* ad actum præſumitur interceſſiſſe, ſtante antiquitate temporis, *deciſ 92. num.44.*

*Negativa* citationis non factæ nequit juſtificari, quotiès Acta ſunt deperdita, vel alias ampliùs non reperiuntur, *deciſ.92. num.43.*

CIVILITAS.

*Duplex* eſt compatibilis in una, eademque perſona, *deciſ.21. num.6.*

*Incolatus*, & Civilitas Patris ſuffragatur etiam ejus filiis, *deciſ.21. num.4.*

CIVIS.

*Efficitur* quis ratione nativitatis in loco, *deciſ.53. num.11.*

*Et Incola* alterius loci is propriè dicitur, qui in eo ultra decennium habitavit, Uxorem duxit, ac librea ſuſcepit, *deciſ.21. num.3.*

CIVITAS.

*Loca* ſubdita debent legem recipere à Civitate dominante, *deciſ 67. num.39.*

*Officioſitas* multa abundare ſolet in magnis Civitatibus, & Curiis, *in Præfat. num.72.*

*Sæpè* dat nomen toti Regno, vel Provinciæ, licèt quoad ſe habeat Diſtrictum particularem differentem ab aliis ejuſdem Regni, vel Provinciæ, *deciſ.92. num.21.*

CLAUSULA *in genere*.

*Clauſulæ* generales, & acceſſoriæ, non immutant ſubſtantiam Contractus, *deciſ.80. num.13.*

*Interpretari* ità debet, ut non deroget diſpoſitioni, in qua eſt inſerta, *deciſ.32. num.65.*

*Referri* ſemper debet ad cauſam magis congruum, & veriſimilem, non verò ad incongruum, & improprium, *dec.32. num.66.*

CLAUSULÆ *particulares*.

*Ac ſi omnia de verbo ad verbum forent inſerta* - quid operetur, *deciſ.32. num.54.*

*Ad habendum* - plerumquè apponitur in contractibus de ſtylo Notariorum potiùs, quàm ex voluntate Contrahentium, *deciſ.85. num.57.*

Et intelligitur ſecundùm ſubiectam materiam, *num 58.*

*Ad inſtar* - ſæpè ſtat præſuppoſitive, & cauſative, *deciſ.82. num.64.*

*Appellatione remota, & appoſito ſequeſtro* - quid importet, *deciſ.22. num.20.*

*Conſcientiam tuam oneramus* - ſolet frequenter apponi per Papam in Commiſſionibus Epiſcopo directis, *dec.76. n. 20.*

*Conſtito de intereſſe* - appoſita in Commiſſione admiſſionis ad Cauſam quid operetur, vide ſuprà in verb. *Admiſſio ad Cauſam.*

*Conſtituti* transfert poſſeſſionem ſaltem civilem in Conſtitutarium, *deciſ.87. num.8.*

*Cujus litis ſtatum* - quid operetur in materia Attentatorum, vide in verb. *Attentata.*

*Cum omnibus Juribus, & pertinentiis* - facit, ut veniant pertinentiæ etiam extra Confines exiſtentes, *deciſ. 69. num.15, & 16.*

*De Cauſis reſtitutionis in integrum* - an, & quandò operetur effectum ſuſpenſivum, vel dumtaxat devolutivum, *deciſ.79. num.5.*

*Dummodò alteri non fuerit jus quæſitum* - non tribuit jus Tertio, ſed ſolummodò ei præſervat illud, quod jam habebat, *deciſ.38. num.14.*

*Dummodò de tempore datæ præſentium non ſit alteri ſpecialiter jus quæſitum* - præſervat jus illius, ad cujus favorem per Papam admiſſa fuit reſignatio, *deciſ.72. num.23.*

*Dummodò de tempore datæ præſentium proviſum non fuerit* - apponi ſolita in litteris Apoſtolicis, quid operetur, *dec.62. ſub num.6. §. Tertiò demùm.*

*Dummodò ejus diſpoſitio ad Nos hac vice pertineat* -- efficit Gratiam conditionalem, ſi, & quatenùs reſervatio narrata ſubſiſtat, *deciſ.87. num 46.*

*Hinc eſt* - denotat cauſam finalem, *deciſ.42. num.30.*

*In caſu &c.* apponi ſolita in Dubiis Rotalibus quid importet, *deciſ.37. num.14.*

*In parte, & partibus* - vide infra verb. *Productio.*

*Motu proprio, & ex certa ſcientia* - tollit præſumptionem ignorantiæ in Pontifice concedente, *deciſ.3. num.8*

*Non aliàs, aliter, nec alio modo* - removet conſenſum ab actu, ac ſi factus non foret, *deciſ.50 num. 5.*

*Omni meliori modo* -- cenſetur appoſita de ſtylo Notarii, *deciſ 77. num 58.*

Et quid operetur circà prohibitionem legitimæ, *num.59. & 60.*

*Parito judicato* - importat neceſſitatem reficiendi omnes expenſas præcedentium Inſtantiarum, antequàm quis audiri valeat in devolutivo, *deciſ.1. num. 5. deciſ. 78. num. 2. & num.26., & deciſ.91. num.1. & 6.*

*Parito judicato* - non imponit finem liti, donec Signatura Juſtitiæ rursùs reſcribat cum altera Clauſula *Nihil*, *deciſ. 81. num.7.*

*Præſentibus* cæterata, quomodò regulariter extendatur, ſeù intelligatur, *deciſ.15. num.25.*

*Pro hac vice* - non excludit Jus, & actionem in aliis vocationibus, *deciſ.52. num.18.*

*Purgatis attentatis* -- intelligitur, quatenùs de Jure, ſeu ſi reverà exiſtant talia attentata, & non aliàs, *deciſ.61. n.16.*

*Quam, & quas* -- comprehendit omnia emergentia, & dependentia à negotio principali, *dec.42. n.12.*

*Quam, & quas* -- operatur, ut Judex ad quem, tamquàm in prima, novum valeat Mandatum relaxare pro fructibus, ſeù ratis pendente lite decurſis, *dec. 0. n.14. & 44.*

*Quatenus opus ſit, & non alias* -- in aliquo actu emiſſa præſervat agentem ab omni præjudicio, *dec.4. n.17.*

Intellige, ut *num.18.*

*Rebus in eodem ſtatu permanentibus* -- tacitè ſubintelligitur in omni diſpoſitione, *dec.95. n.11.*

*Servatis ſervandis* -- facit Executorem mixtum, & æquipollet alteri -- *vocatis vocandis* - *in Præfat. n.24.*

*Sine præjudicio* -- nil novi tribuit, ſed ſolum jus, quod quis habet, conſervat, *dec.32. n.57.*

*Sine præjudicio alicujus* -- operatur, quod actus habeatur pro infecto, quatenùs ex poſt detegatur alicui præjudicialis, *dec.71. n.42.*

Eademque Clauſula ſemper tacitè ſubintelligitur in quibuſcumque Gratiis, & reſcriptis, *ibid. n.45.*

*Sine præjudicio*, Clauſula - *Nihil* -- & Clauſula -- *Parito judicato* -- in quo differant inter ſe, *deciſ.81. in princ.* & latiùs infrà *num.5. & ſeqq.*

*Sine præjudicio legitimæ executionis* -- licet præſervet executionem Judici à quo, relinquit tamen Judici ad quem facultatem cognoſcendi de gravamine illato per Judicem præcedentis Inſtantiæ, *dec.32. n.7. & dec.79. n.1.*

*Sine præjudicio legitimæ executionis* -- præſervat quidem executionem Judicati, ſed non arctat ſuccumbentem ad reſtitutionem expenſarum, quæ ſolùm debentur in fine litis, *dec.81. n.5.*



Digitized by Google

*Sine præiudicio litterarum Apoſtolicarum* -- fraternizat cum alia -- *ſine præiudicio legitimæ executionis*, *dec.*81.*n.*5.
*Sublata* -- tollit facultatem aliter judicandi, & claudit os Partibus, *dec.*37.*n.*40.
*Sublata*, & Decretum irritans operatur, ut dari nequeat de non eſe, vel contraria obſervantia Brevis Pontificii, *dec.*30. *n.*58., & *dec.*71.*n.*21.
Amplia, ut *in dicta dec.*30.*n.*60.
*Vocatis vocandis* -- adjecta in Commiſſione, importat neceſſitatem citandi omnes in Cauſa intereſſe habentes, *d.*99.*n.*34.
*Ut ſuprà* -- repetit omnia ſuperiùs diſpoſita, *dec.*66 *n.*7.

CLAUSULA *Codicillaris*.

*Operatur*, ut hæredes ab inteſtato cenſeantur rogati reſtituere hæreditatem hæredibus ſcriptis in Teſtamento, *dec.*48.*n.*30.

C L E R I C I.

*An teneantur* ad onera ſæcularia pro bonis, quæ à Laicis ad illos pervenerunt, *dec.*78.*n.*65.
*In ordinatoriis* ſubiiciuntur legibus, & Statutis illius Fori, in quo Cauſa agitatur, *dec.*37.*ſub n.*51. & *ſeq.*
*Statutum* excluſivum fœminarum an afficiat Clericos deſcendentes à fœmina excluſa, vide infrà verb. *Statutum*, ubi etiam habetur, an Clerici uti valeant Statutis laicalibus per modum Privilegii.

C O A D I U T O R.

*Ætas* Annorum 63. non eſt ſufficiens cauſa petendi Coadiutorem ex motivo ingraveſcentis ætatis, *dec.*20.*n.*27.
*Cæcitas*, ſeù etiam non modica privatio viſus cenſetur juſta cauſa petendi, & obtinendi Coadiutorem, *dec.*20.*n.*28.
*Cum futura ſucceſſione*, vivente Coadiuto, non dicitur habere jus in re, ſed tantum ad rem, & interim dicitur fictus Beneficiatus, ſeù Epiſcopus, *dec.*20.*n.*16.
Et à quibus, vivente pariter Coadiuto, ſe debeat abſtinere, *ibid.n.*12.
Mortuo autem Coadiuto an teneatur novam capere poſſeſſionem, *ibid.n.*19.
*Electio* propriè cedit in Eccleſia, aut Beneficio vacante, non verò in ſimplici deputatione Coadiutoris, *dec.*20.*n.*29.
*Epiſcopus* an, & quando valeat removere Coadiutorem datum alicui Parocho abſque futura ſucceſſione, *dec.*76.*n.*24.
*Prærogativæ*, quæ aliquo modo competunt Coadiutori in vita Coadiuti, eidem non competunt jure proprio, ſed ex perſona ipſius Coadiuti, *dec.*20.*n.*17.
*Sine futura ſucceſſione* cenſetur potiùs datus perſonæ, quàm Eccleſiæ, vel Beneficio, *dec* 20.*n.*26.

C O A D I U T O R I A.

*Conſenſus* Capituli à Papa requiſitus in conceſſione Coadiutoriæ ſufficit, ut quoquo modo interveniat, ſive fuerit, ſive non Capitulariter præſtitus, *dec.*20.*n.*32. & 33.
*Gratia* Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione non indiget ulla juſtificatione narratorum, quoties conceſſa apparet in forma gratioſa, *dec.*20.*n.*2.
*Gratia* Coadiutoriæ reſpectu ætatis, & infirmitatis Coadiuti juſtificatur ex litteris Teſtimonialibus Ordinarii, *dec.*20.*n.*3.
Necnon etiam ex obitu Coadiuti paulò poſt expeditionem ipſius Gratiæ, *n.*4.
*Gratia* Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione an ceſſet ex eo, quod litteræ Apoſtolicæ, deſuper expeditæ, non fuerint executioni demandatæ ante obitum Coadiutori, *dec.*20.*n.*5. cum *ſeqq.*
*Gratia* Coadiutoriæ per Papam conceſſa cum futura ſucceſſione impedit, ne Ordinarius valeat Beneficium conferre poſt obitum Coadiuti, *dec.*20.*n.*8.
*Gratia* Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione non requirit aliam juſtificationem, quàm ætatis, ac infirmitatis Coadiuti, & reſpectivè neceſſitatis, vel utilitatis Eccleſiæ, *dec.*20. *n.*9.
*Gratia* Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione poteſt per Papam concedi irrequiſito Capitulo, quinimò etiam eo reluctante, & invito, *deciſ.*20. *num.*14.
*Gratiæ* Coadiutoriarum cum futura ſucceſſione aliæ expediuntur per Datariam, & aliæ per organum Sacræ Congregationis Conſiſtorialis, *deciſ.*20. *num.*23.
Eaamplifica, ut *ibid.*
*Incompatibilis* an ſit cum cæteris Beneficiis, quæ per anteà Coadiutor obtinebat, remiſſive, *deciſ.*20. *num.*35.
*Litteræ* Coadiutoriæ non ſubiacent Conſtitutioni Gregorii XIII. de publicandis reſignationibus, *deciſ.*20. *num.* 11. & 15.
Licet id pro majori ſecuritate quandòque practicetur, & de ratione, *num.*12. 14. & 18.
*Poſtulatio* ſola Epiſcopi, & Capituli non conſtituit in ſuo eſſe gratiam Coadiutoriæ, niſi accedat approbatio Pontificis, *deciſ.*20. *num.*13.
Idemque procedit etiam in Electione, quæ pariter debet per Papam approbari, *ibid.*
*Publicatio* Coadiutoriæ, præſertim Epiſcopatus, facienda eſt, maximè concurrente exemplo alterius Cathedralis, *dec.*20. *ſub num.*14. §. *Quibus omnibus*.
An autem fieri poſſit ſtrepitosè, *ibid. ſub num.*21.
*Publicatio* Coadiutoriæ Epiſcopatus fieri poteſt per affixionem litterarum ad Valvas Eccleſiæ Cathedralis, citrà tamen exercitium Pontificalium, vel alterius ſimilis functionis Epiſcopalis, *deciſ.*20. *ſub num.*18.

C O D E X.

*Theodoſianus*, poſt novum Codicem à Juſtiniano compilatum, nullam habet authoritatem, *deciſ.*41. *num.*16.

C O D I C I L L I.

*Dicuntur* pars Teſtamenti, *deciſ.*14. *num.*41.
*Immiſſio* competit etiam vigore Codicillorum, *dec.*14.*num.*40.

C O E C U S.

*Teſtamentum* condere non poteſt ſine ſolemnitatibus præſcriptis *in l. hac conſultiſſima*, *C. qui Teſtament. fac. poſſ.*, *deciſ.*33. *in princ.*
Et de hac materia remiſſive, ac plenè, *ibid. ſub num.*7. §. *Et quoniam*.
Et quid in caſu, quo Cœcus primum Teſtamentum condidiſſet cum prædictis ſolemnitatibus, & ſecundùm non ità ad unguem illis ſervatis, quale illorum prævaleat, *ibid.* pariter plenè, & remiſſivè.

COLLATIO *in prophanis*.

*Annua*, ſeu menſtrua præſtatio donata per Patrem, debet per filium imputari, ſeù conferri, *deciſ.*41. *num.*44.
*Bona* donata cum prohibitione alienandi, vel aliàs cum vinculo fideicommiſſi, non ſubiaceant collationi, *dec.*41. *n.*42.
Intellige, ut *num.*45.
*Coniecturæ* debent eſſe efficaces, & urgentes ad effectum, ut donatio collationi non ſubiaceat, *deciſ.*42. *num.*18.
*Donatio* cauſa Matrimonii cum certa perſona contrahendi an ſubiaceat collationi, *deciſ.*10. *num.*11.
*Donatio* facta per Patrem uni ex filiis non ſubiacet collationi, quoties donans expreſſè præcepit, illam non eſſe conferendam, *deciſ.*10. *num.*22.
*Donationis* non habet locum in præjudicium juris quæſiti filiis Donatarii, *deciſ.*10. *num* 32.
*Donatio* facta contemplatione certi, & determinati Matrimonii debet conferri, quidquid ſit de donatione ſimplici, vel contemplatione Matrimonii in genere, *deciſ.*42. *num.*12.
Quod procedit, ſive donatio facta ſit immediatè ipſi filio, ſive ad commodum Nurus, dummodò reſpectu, & contemplatione filii principaliter emanaverit, *num.*13.
*Fieri* ſemper debet inter filios cohæredes, quandò aliàs non facta collatione reſultaret inter eos inæqualitas, *dec.*41. *n.*49.
*Frater*, ſi vult abſtinere à Paterna hæreditate, cogi non poteſt ad conferendum, *deciſ.*10. *num.*23.
*Numquam* fit, quandò conferre debens effectivè depauperatur, *deciſ.*10. *num.*20.
Nec quandò ex ea ſequeretur fraus, & deceptio, *ibid.* *num.*28.
*Onus* conferendi donationem non excluditur ex verbis adiectis in donatione -- *da ſpenderli*, *come ſi parerà*, *è piacerà* -- *deciſ.*41. *num.*41.
*Soror* conſuccedere volens tenetur conferre Dotem, ubi jam ſit ſoluta; ubi autem ſit ſolùm promiſſa, tenetur cavere cohærentibus adverſus petitionem, ſeu moleſtias ſui Viri, *deciſ.*41. *num.*43.
*Veſtes* pretioſæ, & Jocalia Nurui donata per Socerum debent conferri per filium, quia ipſum ſublevant e tali onere, *deciſ.*42. *num.*46.

COLLATIO *in Beneficialibus*.

*Seù proviſio* Beneficii facta ab Ordinario inducit in Proviſo bonam, ſeu mediam fidem, *deciſ.*98. *num.*13.
Alia vide ſuprà in verb. *Beneficium*.

C O L L E G I U M.

*In actibus* Collegialibus minor numerus ſemper remanet a majori ſuffocatus, *deciſ.*95. *num.*1.
*Derelictum*, poſteaque tractu temporis reſtauratum, an, & quomodò recuperet primæva Jura, ac prærogativas, *dec.*15. *num.*14. *cum duobus ſeqq.*
*Judex* poteſt admittere reiectum a Collegio, quandò in illo concurrunt qualitates e Statutis ipſius Collegii requiſitæ, *deciſ.*64. *num.*51.

C O L L U S I O.

*Et ſimulatio* probatur concurrente cauſa, & coniecturis, *deciſ.*19. *num.*17.
*Excluſa* remanet, quandò conſtat de veritate actus, ſeù crediti, *deciſ.*61. *num.*32.
*Sententia* colluſiva non præjudicat Tertio ad eam non citato, *deciſ.*10. *num.*11.

Am-

Digitized by Google

Amplia, quamvis ab ea non fuerit appellatum ex parte ſuccumbentis, *deciſ.89. num.21.*

*Sententia* præſumitur colluſivè obtenta, ſi Pars, contra quam illa lata eſt, vel nullo modo, vel ſegniùs Cauſam defendidit, *deciſ.89. num.28.*

Augeturque colluſionis præſumptio ex omiſſa appellatione ab eadem Sententia, *num.29.*

Præſertim, ſi Sententia emanaverit inter Conſanguineos, vel Affines, *num.30.*

*Sententiæ* licet proferri ſoleant *Chriſti nomine invocato*, non tamen aliquandò immunes ſunt a colluſione, *deciſ.10. n.11. in princ.*

COMMENDATARIUS.

*Abbatiæ* Regularis an per adminiſtrationem reddit.uum ipſius Abbatiæ dicatur exercere aliquam authoritatem, vel Juriſdictionem in Religioſos, *dec.74. num.45.*

COMMENDÆ.

*Abbatia* conceſſa in Commendam non ſubiacet ampliùs electioni Monacorum, ſed per appoſitionem manus Papæ remanet Sedi Apoſtolicæ reſervata, *deciſ.74. num.46.*

*Ordinarius* in adminiſtratione Commendæ vacantis facit ſimplicem figuram depoſitarii, nec exercet actum aliquem Juriſdictionis, *deciſ.74. num.51. & 52.*

*Religionis* Divi Stephani æquiparantur Fæudis, & Primogenituris, *deciſ 56. num.15.*

Idemque procedit in aliis Commendis Ordinum Militarium, *ibid.*

*Temporales*, & perpetuæ in quo differant, & in quo diſtinguantur, *deciſ 74. num.50.*

COMMISSIO.

*Judici* directa, ut procedat *cum Voto*, vel *de Voto* Rotæ, quid importet, & an adſit ulla differentia inter utrumque modum committendi, vide *in deciſ.27. num.5. & 6.*

COMMIXTIO.

*Frumenti*, vel aliarum ſpecierum transfert dominium in commiſcentem, itaut primo Domino non competat rei vindicatio, vel alia actio hypothecaria, *deciſ.11 num.16.*

Idque procedit non ſolùm in nummis commixtis, ſed etiam in commixtione aliarum ſpecierum, *num 17.*

Limita, quandò commixtio ſecuta fuit culpabiliter, vel mala fide, tunc enim non amittitur rei vindicatio, *num. 19.*

Et limitatio procedit, etiamſi ſeparatio, & diſcretio rei commixtæ fieri nequeat, nam Judex quantitatem per viam quotæ ſeparatam arbitrabitur, *num.20.*

*Frumentum* unius ſi fuerit commixtum cum alio citra voluntatem Dominorum, quomodò Judex ſe gerere debeat in ſecernenda quantitate unicuique debita, *deciſ.27. num.2.*

Et an arbitrium Judicis verſetur non ſolùm circa qualitatem frumenti, verùm etiam circà quantitatem, *num.3. & 4.*

COMMODITAS.

*Eſt* quid ſeparatum ab ipſa re, *deciſ.50. ſub num.8.*

*Fructus* bonorum Fideicommiſſi poſſunt aſſignari pro ſatisfactione Creditorum per gravatum abſque metu caducitatis dummodò non ſit ſpecialiter prohibita hypothecatio commoditatis fructuum, *deciſ.50. num.26. & 27.*

*Juris* appellatione an veniat, & an adſit aliqua differentia inter vocabulum *Juris*, & alterum *commoditatis*, *deciſ.75. num.31.32. 35. & 36.*

*Jus* proprie non eſt, ſed ſimplex facultas diſponendi de fructibus tamquam ſuis, *deciſ. 50. ſub num. 18. §. Amaritudo.*

*Penſionis* Eccleſiaſticæ, vide infra verb. *Penſio Eccleſiaſtica.*

*Percipiendi* fructus importat ſimplicem facultatem, non verò Jus aliquod in re, vel ad rem, *deciſ.75. num.38.*

*Percipiendi* fructus ex bonis fideicommiſſariis competens Creditoribus gravati non eſt exercibilis, niſi durante vita ipſius gravati, & non ultra, *deciſ.75. num.4.*

Idemque procedit in Emphyteuſi pactionata, & in qua per obitum Emphyteutæ ceſſat Jus illius Creditorum ſuper commoditate percipiendi fructus, *num.5.*

Si autem agatur de Emphyteuſi perpetua, & quoſcumque hæredes tranſitoria, non extinguitur Jus Creditorum defuncti Emphyteutæ, *num.7.*

*Prohibitio* hypothecandi commoditatem fructuum non venit ſub generaliſſima prohibitione alienationis, ſi id in ſpecie non exprimatur, *deciſ.50. num.12.13. 22. & 25.*

Quòd de plano procedit in Emphyteuſi ad quoſcumque hæredes tranſitoria, *num.14. 17. & 19.*

Vide etiam in verb. *Emphyteuſis.*

COMMUNITAS.

Vide etiam infra verb. *Univerſitas.*

*Burſa* Communitatis eſt diverſa a Burſa particularium perſonarum ejuſdem Communitatis, *deciſ.39. num.1.*

*Civitatis*, vel Caſtri eſt corpus intellectuale, & quomodò diſtinguatur à gubernio privato Familiarum, *deciſ. 39. ſub principio.*

*Corruente* obligatione Communitatis tamquam nulla, corruit quoquè obligatio Particularium in ea obligatorum, *dec.35 num.24. & 26.*

*Gaudet* privilegiis Pupillorum, *deciſ.39. num.10.*

*Habens* propria bona diſtincta ab illis particularium perſonarum, pro illis tenetur ad onera, *deciſ.39. num 3.*

*Intereſſe* Communitatis eſt diverſum, & ſeparatum ab illo Particularium, *deciſ.39. num.8.*

Itaut, quod ſinguli debent, non debeatur a Communitate, nec è converſo, *ibid.*

*Non tenetur* ad onera, aut debita Particularium, nec è contra, *deciſ.39. num.9*

*Nulla* bona poſſidens non tenetur ad Decimas, vel Primitias, *deciſ.39. num.4.*

*Tranſactio* facta a Communitate ſine ſolemnitatibus non ſubſtinetur, *deciſ.39. num 11.*

COMPARATIO.

*De recognitione* manus per comparationem, vide infra verb. *Recognitio.*

COMPENSATIO.

*Dicitur* vera ſolutio, *deciſ.63. num.27.*

Quod procedit etiam in Cenſu, quandò debitor Cenſus vult compenſare, *num.28.*

*Legatum* an, & quandò cenſeatur relictum animo compenſandi vide infra verb. *Legatum.*

COMPROMISSUM.

*Factum* abſque ulla præcedenti lite inter Patrem, & filium obæratos, laborat non levi ſuſpicione colluſionis, *deciſ.60. num.18.*

COMPUTUM.

*A Debitore* receptum, ac retentum, & poſtea Creditori abſque reclamatione remiſſum, cenſetur ab eodem Debitore approbatum, *deciſ.8. num.8.*

CONCILIUM *Tridentinum.*

*Quid* diſponat circa viſitationes Hoſpitalium, & Confraternitatum Laicalium, *deciſ.9. num.5. in fin.*

*Sententias*, & res judicatas non tollit, niſi de eis faciat expreſſam mentionem, *dec.25.n. 8.*

CONCLAVISTÆ.

Quoad facultatem retinendi Penſiones in ſtatu Conjugali, vide infrà verb. *Penſio Eccleſiaſtica.*

CONCLUSIO *in Cauſa.*

*Plura* de concluſione in Cauſa, ejuſque effectibus remiſſive; vide *in Præfat.n.95.*

CONCORDIA.

*Litigantes* in quibuſdam caſibus poſſunt à Judice cogi, ut deveniant ad Concordiam, *dec.25.n.9.*

*Quæ* tractu temporis effecta fuerit nimis gravans, & iniqua, reduci debet ad terminos æquitatis, *dec.19.n.25.*

Intellige, ut *num 28.*

CONCUBINA.

*Antiquitùs* de Jure Civili habebatur ad aliquos effectus loco Uxoris, *dec.100.n.11.*

CONCUBINATUS.

*Olim* permiſſus de Jure Civili, hodiè reperitur omninò interdictus, & abrogatus à Jure SS. Canonum, *dec.100.n.10.*

Et quænam antiquitùs requiſita concurrere oportebat pro permiſſione Concubinatus, remiſſive, *Ibid.*

CONCURSUS *in Beneficialibus.*

*Approbatus*, an verò reprobatus cenſeatur in Concurſu is, circà cujus perſonam Examinatores Synodales nil retulerunt, *dec.85.n.30.*

*Compatibilis* eſt cum collatione ab altero facienda ad favorem præelecti in eodem Concurſu, *dec.3.n.9.*

*Eccleſiæ* Parochiales, tamquam ut plurimùm fundatæ ex Fidelium largitionibus, ſive Eleemoſynis, regulariter conferuntur per Concurſum. *dec.14.n.30. & dec.47.ſub n.1. §. Attamen, & ſub n.6. §. Nihilo tamen minùs.*

*Epiſcopus* in collatione Parochialium per Concurſum non ſemper præeligit habentem majora requiſita, ſed plerumque illum, qui pietate, ac prudentia præcellit, *dec.85.n.31.*

*Litteræ*, quæ nuncupantur — *magis dignum* — quæ nàm ſint in materia Concurſus, *dec.64.ſub n.28. §. Reaſſumendo.*

*Non* habet locum in Beneficiis vacantibus per reſignationem factam, & admiſſam ad favorem certæ perſonæ, *dec.3.n.10.*

*Novus* fieri non debet, quando ex duobus æqualiter approbatis unus repertus fuit incapax ob crimen, ſed Parochialis adjudicanda eſt alteri approbato, *dec.64.n.30.*

*Præelectio* unius ex pluribus approbatis in Concurſu an debeat fieri per Epiſcopum, vel per Vicarium Apoſtolicum pro gubernio Epiſcopatus miſſum à S. Sede, *dec.64.n.31.*

*Prærogativa* majoris ſcientiæ an attendatur in Concurſu ad Parochiales prælativè ad alia requiſita, quibus polleat alter oppoſitor, remiſſivè, *dec.32.n.67.*
*Regulariter* cadere non ſolet, niſi in proviſionibus Parochialium, *dec.85.n.18.*
Et tamen vigore Bullæ *ſan. mem. Clementis VIII.* practicatur etiam in Beneficiis inferioribus Calaguritanæ Diœceſis, *num.19.*
*Vicaria* unita an, & quando conferri debeat per Concurſum, vide in verb. *Unio.*

CONDICTIO.

*Indebiti*, vide infrà verb. *Indebitum.*

CONDITIO.

*Inſtitutus* ſub aliqua conditione, ſub contraria cenſetur exhæredatus, *dec.10.n.30.*
*Reſolutiva* idem operatur in caſu reſoluto, quod operatur ſuſpenſiva in caſu ſuſpenſo, *dec.98.n.9.*
*Reſolutiva* nequit habere locum ex facto, vel non facto tertiæ perſonæ, *dec.38, n.62.*
*Suſpenſiva* nullum jus, aut titulum producit, donec fuerit purificata, *dec.98.n.8.*

CONDUCTOR.

*Refricare* nequit Locatori quæſtionem dominii, *dec.92.n.18,*
*Rei propriæ* regulariter nemo præſumitur, *deciſ.36. num.41. & deciſ.92.num.13.*

CONFESSARIUS.

Et de fide præſtanda ejus atteſtationi, vide infrà verb. *Teſtamentum.*

CONFESSIO.

*Anteceſſoris*, quando eſt adminiculata, probat etiam contrà ſucceſſores in Dignitate, *dec.14.n.8.*
*De recepto* non probat in præjudicium Tertii, *dec.24.n.26.*
*De recepto*, quæ verificatur in parte conſiderabili, præſumitur vera in totum, *dec.98.n.9.*
*Dotis receptæ* emiſſa per Virum conſtante Matrimonio præſumitur facta in fraudem prohibitæ donationis, ideoquè non tenet, niſi aliunde juſtificetur, *dec.19.n.4.*
*Dotis receptæ* non poteſt dici emanaſſe ſub ſpe futuræ numerationis, quando apparet renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, *dec.40.n.13.*
*Dotis receptæ* ex quibus adminiculata remaneat, *dec.40.n.29.*
Et quando probet, & attendatur, *ibid. ſub n.12. §. Non adverſante.*
*Dotis receptæ* etiam ſine adminiculis probat contra Creditores poſteriores Viri confitentis, *dec.40.n.20.& 21.*
*Dotis receptæ* facta per Maritum favore Soceri excludit ſuſpicionem præſumptæ donationis inter Virum, & Uxorem, *deciſ.40.num.19.*
*Dotis receptæ* præſumitur in totum vera, quoties docetur de effectiva ejus ſolutione in notabili parte, *dec.40.n.23.*
*Emiſſa* coràm Principe, ſive in precibus eidem porrectis, habet vim confeſſionis judicialis, *dec.19.n.2,*
*Emiſſa* in precibus Principi porrectis impugnari nequit ab habentibus cauſam à confitente, *dec.19.n.1.*
*Errenea* non præjudicat confitenti, *dec.19.n.22.*
Amplia, licet agatur de confeſſione emiſſa in precibus Principi porrectis, *Ibid.*
*Error* confeſſionis non præſumitur, niſi concludentiſſimè probetur, *dec.19.n.8.*
Adeoùt ad ejus excluſionem ſufficiat mera poſſibilitas in contrarium, *Ibid.& n.21.*
*Geminata* præſumitur vera, & probat non ſolùm adverſùs confitentem, ſed etiam contrà ejus hæredes, *dec.19.n.3.*
*Impugnari* nequit ab eo, qui habet cauſam à confitente, *deciſ.4.num.16.*
Minuſque ab ipſo confitente, niſi doceat de errore, vel diverſitate facti, ſuper quo confeſſio emanavit, *dec.6.n.10.*
*Mutui* facta per Maritum favore Uxoris an, & quando attendatur, vide infrà verb. *Maritus.*
*Nocet* quidem confitenti, non autem Tertio, præcipuè ſi confitens ſit perſona ſuſpecta, *dec.8.n.7.& 10.*
*Superat* quodcumque genus probationis, *dec.14.n.7.& dec.53.n.4.& dec.72.n.11.& dec.78.n.17.& dec.86.n.102.*

CONFINIA.

Clauſula *cum omnibus juribus, & pertinentiis*, facit, ut veniant pertinentiæ, etiam extra confinia exiſtentes, *dec.69.n.15.& 16 & dec.91.n.19.*
Clauſula -- *& altri più veri Confini* -- oſtendit, Partes dubitaſſe de certitudine finium, *dec.91.n.6.*
*Controverſia* Confinium quomodò veniant per Judicem definiendæ, *dec.91.n.23.*
*Expreſſio* Coloni, qui prædium laborat, præfertur expreſſioni Confinium, *dec.69.n.6.& dec.91.n.4.*

*Petium* terræ exiſtens intra Confines alicujus Tenutæ venditæ, quando eſt undequaque circumdatum à lateribus ejuſdem Tenutæ, comprehenſum cenſetur in venditione, ſeù Contractu, *dec.69.n.17.*
*Probantur* ex Cataſtro, quoties alia concurrunt adminicula, *dec.92.n.15.*
*Re vendita* ad menſuram, non obſtante Confinium appoſitione, venit totum id, quod menſuræ correſpondet, *dec.69.n.11.*
*In venditione*, ſeù conceſſione non venit aliud, niſi illud præcisè, quod ſub Confinibus expreſſis includitur, *dec.69.n.4.*
Limita, quandò aliunde conſtat ex Partium voluntate, quod Confinia ſunt poſita erroneè, vel demonſtrationis cauſa, *num.5.*

CONFIRMATIO.

*Ea*, quæ ſunt per Principem confirmata, debent perpetuò obſervari, *dec.36.n.14.*
*In forma* ſpecifica requiritur, ubi agitur de Statutis contrariis diſpoſitioni Juris communis, *dec.88.n.61.*
*Non importat* actum de novo, ſed ſimpliciter corroborat actum præcedentem, quatenùs ſit confirmabilis, *dec.61.n.8.*

CONFISCATIO.

*Majoratus* Hiſpaniæ an, & quatenùs ſubjaceant Confiſcationi, *dec.32.n.58.59.& 61.*
*Non intrat* ſuper bonis fideicommiſſariis etiam in Crimine Læſæ Majeſtatis, quoties fideicommittens illam etiam in hoc caſu expreſſè prohibuit, *dec.32.n.53.*
*Sententia* Confiſcationis lata in Statu unius Principis an, & quando poſſit ab aliis Principibus in ſuis Statibus executioni demandari, *dec.32.ex n.47 uſque ad 52.*
Alia ad materiam Confiſcationis, vide in verb. *Pœna.*

CONFORMITAS.

*Sententiarum*, vide infrà verb. *Sententia.*

CONFRATERNITAS.

*Aggregatio* Confraternitatum exterarum ad illas Urbis quid operetur, *dec.31.ſub n.24. §.Et quoad.*
*Antiquior* ſemper præcedit ſuprà cæteras moderniores, excepto caſu, quo Confraternitas junior reperiretur in poſſeſſione præcedendi ſuprà antiquiorem, *dec.25.n.1.*
*Antiquieritas* Confraternitatis, de cujus erectione non conſtat, aliunde juſtificari poteſt per æquipollentes probationes, *deciſ.25.n.31.& 33.*
*Beneplacitum* Apoſtolicum non requiritur in alienatione bonorum Confraternitatis Laicalis, *dec.9 n.7.*
E' converſo autem; ſi Confraternitas ſit Eccleſiaſtica, tenetur requirere conſenſum Epiſcopi in alienatione rei modicæ, *num.8.*
Et reſpectivè Beneplacitum Apoſtolicum in alienationibus rerum magni valoris, *num.9.*
*Eccleſiaſtica* in dubio præſumitur, & erecta cum debito aſſenſu Ordinarii, quoties deficit Inſtrumentum erectionis, ex cujus tenore de diverſa ejus qualitate doceri valeat, *dec.9.n.1.*
Præcipuè quando habet propriam Eccleſiam, aliaque ſigna Eccleſiaſticitatis, *n.2.*
Exemplifica, quando ad eamdem Eccleſiam confluit Populus ad audiendum Sacrum, & indifferenter Sacerdotes accedunt ad celebrandum, *n.3.*
Rursùs, quando eadem Eccleſia habet Campanile cum Nolis, quæ dietim pulſentur ad invitandum Chriſtifideles, *n.4.*
Item, quando conſtat, Ordinarium inſtituiſſe, vel deſtituiſſe Rectorem, alioſque Officiales ejuſdem Eccleſiæ, *n.5.*
Idemque eſt, ſi eamdem Eccleſiam, ejuſque Altaria pleno jure viſitaſſet, *n.6.*
Vel conſenſum præſtitiſſet alienationi rei modicæ ad eamdem Confraternitatem ſpectantis, *n.10.*
Ampliùs Confraternitas cenſetur Eccleſiaſtica, quoties ejus Cauſæ activæ, & paſſivæ agitatæ fuerunt in Tribunali Eccleſiaſtico, *n.11.& 14.*
Prout etiam Eccleſiaſtica cenſetur, ſi pro ejus bonis Decimas Papales perſolverit, *n.15.*
*Junior* nequit prætendere præcedentiam ſuprà antiquiorem ex eo ſolùm, quod novum deferat Vexillum, non obſtante contraria conſuetudine, *deciſ.25. num.2.*
*Laicalis* in dubio præſumitur, quotiès aliundè non conſtat de ejus Eccleſiaſticitate, *deciſ.9. num.21.*
Amplia, licèt habeat propriam Eccleſiam cum Campanili, & Hoſpitale, quotiès omnia hæc ſunt acceſſoria ad ipſam Confraternitatem, *num.22.*
*Laicalis* cenſetur, quoties pro ejus bonis ſolvit onera Communitativa, *deciſ.9. num.23.*
Item quoties ſe ſubjecit Statutis, vel ordinationibus Laicalibus, *num.24.*
*Laicalis* quod ſit, probatur ex confeſſione in actu proportionato emiſſa per ipſos Confratres, *deciſ.9. num.16.*

Rur-

Digitized by Google

Ruſsùs ex ſimili enunciativa, & confeſſione Ordinarii, num.17.
Et de ratione, ibidem, & num.18.
Item probatur ex enunciativa ſeriò emiſſa in Conſtitutione Pontificia, num.19.
Et de ratione, num.20.
*Præcedentiam*, & ordinem ſervandum in Proceſſionibus reſpectu Confraternitatum præſcripſit ſan. mem. Gregor. XIII., deciſ.25. in princ.
Et controverſiæ hujuſmodi præcedentiarum diſcutiuntur tàm in Rota, quàm in Sacra Congregatione Rituum, ibid. ſub num.7. §. De reliquo.
*Præcedentiæ* quæſtio ubi vertitur inter duas Confraternitates, cauthela eſt, ut (quandò aliter concordari non poſſunt) eis præcipiatur, ne ſimul exeant, ſed alternatim, deciſ.25. num.29.
Idemque temperamentum aliquandò ſervatum fuit inter Regulares, & Clerum Sæcularem de præcedentia certantes, num.30.
*Reſtaurata*, ſeù reaſſumpta an, & quomodò recuperet primæva jura, ac prærogativas, deciſ. 25. num.34. cum duobus ſeqq.
*SS. Sacramenti*, licet poſterior in erectione, præfertur aliis Confraternitatibus in Proceſſionibus, in quibus defertur Venerabile, deciſ.25. num.8.
Et de ratione, num.9. & 10.
Intellige, ut num.11. 12. 17. & 19.
*SS. Sacramenti* non poteſt deferre Crucem in Funeralibus, aut Proceſſionibus, deciſ.25. num.20.
Et quid, ſi adſit conſuetudo in contrarium, ibid. num.21. & 22.
*Supellectilia* ſpectantia ad Confraternitatem exiſtentem in Cathedrali (ea à dicta Eccleſia remota) interim, donec in alio loco transferantur, penes quem debeant eſſe? deciſ.9. num.50.

CONGREGATIO.

*Conſiſtorialis* peculiariter inſtituta fuit pro diſcutiendis cauſis erectionis novorum Epiſcopatuum, deciſ.9. num.20.
Et generaliter quas materias pertractet, vide in deciſ.20. num.10. & num.23. & 25.

CONGRUA.

*Clerici* Beneficiati, vel alterius perſonæ in Sacerdotali gradu conſtitutæ, qua ratione fuerit à Jure introducta, deciſ.51. num.9. & 10.
*Exceptio* deductionis Congruæ, tamquàm expetendæ in ſeparato Judicio, non retardat executionem rei judicatæ, deciſ.51. num.8.
*Paupertas*, & impotentia aliunde vivendi probari debet plenè, & concludenter à Clerico inſtante pro aſſignatione Congruæ, deciſ.51. num.11.

CONJECTURÆ.

*Attendi* non merentur, quandò non concludunt per neceſſe, vel aliis contrariis eliduntur, deciſ.9. num 27.
Ruſsùs non admittuntur in re clara, ibid. num. 42. & deciſ.23. num 2. & deciſ.57. num.36. & dec.63. num.12. & deciſ.80. num.5.
*Judex* in concurſu conjecturarum hinc inde, debet inhærere iis, quæ præcellunt, & fortiores ſunt, deciſ.80. num.28.
*Semel* rejectæ nequeunt iterùm adduci, aut in aliqua haberi conſideratione, deciſ.69. num.36.
*Semper* unitim perpendendæ ſunt, non verò ſeorſim, & ſingillariter, deciſ.93. num.34.

CONSANGUINEUS.

*Vitia* ſui Conjuncti, juxta imbecillitatem humanæ naturæ, regulariter non cognoſcit, deciſ.72. num.8.

CONSENSUS.

*Non exigit* pro ſui ſubſtantia ſcripturam, deciſ. 18. ſub n. 38. §. Et ſecundò.
*Simultaneus* Partium requiritur in Contractibus, dec.18. n.35.
Intellige, & declara, ut num 36.
*Sufficit*, quod interveniat ex poſt, quandò requiritur dumtaxat ratione præjudicii, deciſ.18. num 34.

CONSENTIENS.

*In Juriſdictionem* Judicis nequit ampliùs illum declinare ex capite incompetentiæ, deciſ.96. num.16.

CONSEQUENS.

*Dari* non valet ſublato antecedenti, deciſ.37. num.41.
*Qui vult* conſequens, cenſetur etiam velle omne neceſſarium antecedens, deciſ.68. num.23.

CONSTITUTIO *in genere*.

*Argumentum* à diverſo modo exprimendi, vel diſcretivo modo loquendi, valet in Conſtitutionibus Pontificiis, deciſ.71. num.17.
*Correctoria* loquens in caſu ſimplici, non habet locum in caſu mixto, deciſ.35. num.24.
*Debet* aliquid addere Juri communi, deciſ.71. num.19.
*Declaratio* Bullæ nulla melior haberi poteſt, quam ea, quæ reſultat ex Conſtitutione Pontificis ſucceſſoris, dec.35. n.15.
*Exorbitans*, vel odioſa dici nequit, quandò in conflictu diverſarum opinionum uni adhæret, deciſ.71. num.29.
*Habens* Clauſulam *ſublata*, & Decretum irritans non admittit contrariam conſuetudinem, deciſ. 25. num. 5. & deciſ. 71. num.21.
*Pontificia* tamquam lex ad unguem ſervari debet, deciſ.3. num.6.
*Pontificia* nequit per non uſum, vel contrarium uſum abrogari, deciſ.71. num.20.
Niſi non uſus, vel contrarius uſus inoleverit cum ſcientia, & conſenſu Pontificis conditoris, & ulteriùs fuerit canonizatus in contradictorio Judicio, num.22.
*Poſterior*, licet emanaverit pro declaratione antecedentis, adhuc poteſt inducere novum Jus, ſi ejus diſpoſitio eſt certa, deciſ.71. num.16.
*Revocatoria* exemptionum, & Immunitatum, vide infra verb. *Immunitas*.
*Subſequens* nequit ab antecedenti interpretationem recipere, quandò totaliter ab illa diſcordat, deciſ.71. num.15.
*Synodalis* facit legem in Diœceſi, præcipuè quando eſt conformis diſpoſitioni Juris communis, deciſ.78. num.60.

CONSTITUTIONES *particulares*.

*Ægidiana* comprehendit etiam contractus Romæ geſtos per minores forenſes, deciſ.60. num.41.
*Ægidiana* poteſt effectum ſuum operari reſpectu aliquorum bonorum, non verò reſpectu aliorum, licet agatur de una, eademque Sententia, deciſ.71. num.53.
*Ægidiana* an locum habeat contra Clericum hæredem Laici Rei conventi, qui lite pendente deceſſit poſt paſſam Sententiam immiſſionis, deciſ.8. num.29.
*Hoſpitium* Religioſorum cadit ſub Conſtitutione Innocentii X. quæ incipit *Inſtaurandæ*, deciſ.78. num.87.
Eademque Conſtitutio quoad remotionem Parocorum Regularium explicatur, ibid. ſub num.86. §. Sicuti.
*Innocentii XI.* ſuper Statutariis ſucceſſionibus non comprehendit, niſi caſus futuros, non verò ſucceſſiones per anteà delatas, deciſ.67. num 16. & 18.
Et rejicitur Card. de Luca aſſertor contrariæ opinionis, num.17.
*Innocentii XII.* ſuper abolitione Spoliorum quoad Epiſcopatus Regni Neapolitani, quid diſponat, deciſ.74. num.37.
Et an Epiſcopus in vim dictæ Conſtitutionis teſtari valeat favore Eccleſiarum Parochialium, prætermiſſa ſua Cathedrali, ibid. num.38.
*Innocentii XII.* ſuper abolitione Tribunalium particularium refertur, & commendatur, deciſ.31. num. 6.

CONSUETUDO.

*Actus* merè facultativi, & voluntarii non inducunt conſuetudinem obligatoriam in futurum, deciſ.12. num.23.
*Alienandi* bona fœudalia, vel emphyteutica quomodo probetur, vide infra verb. *Emphyteuſis*.
*Contra Jus* publicum, vel privatum quomodo, & quibus requiſitis probari debeat, deciſ.50. num.45.
*Contraria* allegari nequit adverſùs Conſtitutionem Apoſtolicam munitam Clauſula *ſublata*, & Decreto irritante, deciſ.25. num.5. & deciſ.71. num.21.
*Contraria* Juri communi an attendatur in materia præeminentiarum, vide in verb. *Præcedentia*.
*Contraria* non dicitur Juri communi, niſi ubi adeſt aliqua lex, vel Canon in oppoſitum, deciſ.25. num.15.
*Decennalis* ſufficit in his, quæ non ſunt contraria Juri communi, deciſ.25. num.16.
*Doctorum* aſſertiones an, & quando probent conſuetudinem, vide infra verb. *Doctores in genere*.
*Et Statutum* à pari procedunt, deciſ.100. num.49.
*Excluditur* nedùm ex actibus oppoſitis, ſed etiam ex ſolo rumore in contrarium, deciſ.50. num 49.
*Id habet* de aſſentia, ut ab habente poteſtatem condendi legem inducatur, deciſ.78. num.58. & 59.
*Immemorabilis*, vide infra verb. *Immemorabilis*.
*Materia* conſuetudinis eſt ſtricti Juris, deciſ.50. ſub n.48.
*Non attenditur*, niſi percutiat caſum præciſum, de quo agitur, deciſ. 90. num.45.
*Non extenditur* de uno caſu ad alium, cùm ſit ſtricti Juris, deciſ.100. num.42.
*Non extenditur* de loco ad locum, nec de perſona ad perſonam in his, quæ ſunt Facti, non Juris, deciſ.50. num.48.
*Populus* poteſt inducere conſuetudinem etiam deſtructivam legis

legis, ubi concurrant neceſſaria requiſita, *deciſ.* 50. *ſub num* 41.
*Probari* debet, quod vigeret de tempore præciſo caſus, vel Contractus, ad cujus definitionem, vel interpretationem allegatur, *deciſ.* 50. *num.* 47.
*Probari* an, & quando poſſit per ſcripturas, *deciſ.* 50. *n.* 39.
*Probari* poteſt per Inſtrumenta in his, quæ concernunt ordinatoria Judicii, ſecus vero in reſpicientibus deciſoria, *deciſ.* 50. *num.* 37.
*Probatur* ex libris publicis, *deciſ.* 9. *num.* 43.
*Vicinæ* Regionis inſpicitur, quando ea deficit in loco, *dec.* 26. *num.* 38.
*Vicinorum*, ſeù confinantium locorum ſemper attendi debet in interpretatione rei dubiæ, *deciſ.* 50. *num.* 34.
Declara, ſeu diſtingue, ut *num.* 48.
*Unicus* actus in contrarium obtentus deſtruit conſuetudinem etiam per plures actus probatam, *deciſ.* 71. *num.* 25.
*Urbis Romæ* debet præbere normam aliis Civitatibus, *dec.* 25. *num.* 27.

CONTEMPTUS.

*Quis* dicatur in electione, & quando intret, necne ex hoc capite nullitas ipſius electionis, vide in verb. *Electio*.

CONTRACTUS.

*In Contractibus* Affictuum, vel Emphyteuticis quid comprehendatur, & quomodo materia ſit regulanda, ſi iidem Contractus non ſint clare concepti, *deciſ.* 91. *ſub num.* 22. §. *Tota præſens*, & §. *In conceſſionibus*.
Et afferuntur plures caſus deciſi, *ibid.*
*Non* perficitur ex conſenſu unius tantum ex Contrahentibus, niſi etiam ſuperaccedat alterius conſenſus, *deciſ.* 77. *num.* 34.

CONTRADICTÆ.

*Judicium* per Contradictas practicatur, quando Reus citatus in Partibus non comparet in Curia intra terminum præfixum, ſaltem mediante Procuratore, *deciſ.* 85. *num.* 2.

CONTRADICTIO.

*Conciliatio* quælibet poſſibilis ſumi debet ad evitandam contradictionem in legibus, & Statutis, *deciſ.* 72. *num.* 43.
Et generaliter in quacumque alia diſpoſitione, *deciſ.* 80. *num.* 29.
Alia vide infra verb. *Correctio*.

CONTRAPOSITIO.

*Partitarum* quid operetur, vide infra verb. *Mercatores*.

CONTRARIA.

*Contrariorum* eadem eſt diſciplina, *deciſ.* 71. *ſub num.* 7. §. *In conſequentiam in fin.*
*Ferro* viam aperit, qui per contraria tranſit, *deciſ.* 43. *num.* 1. & *deciſ.* 89. *num.* 51.

COPIA.

*Exemplum* Inſtrumenti primo loco tranſcriptum ab originali attenditur in concurſu alterius copiæ poſterioris, quoties Matrix, ſeu Prothocollum eſt deperditum, *deciſ.* 30. *n.* 18. & 19.
*Extracta* ab originali ad hoc, ut probet, quid requiratur in actu exemplationis, remiſſive, *deciſ.* 51. *num* 33.
*Extracta* ab originali exiſtente in Archivio publico cum ſuis formalitatibus, & legalitatibus, plene probat, *deciſ.* 7. *n.* 8.
*Teſtamenti* an ſufficiat pro obtinenda immiſſione in vim *l. fin. C. de edict. D. Hadr. toll.* remiſſive, *deciſ.* 14. *num.* 33.
Et quid, ſi concurrat illius obſervantia, *ibidem num.* 35.

COPISTÆ.

Vide infra in verb. *Recognitio*.

CORPUS.

*Unum*, idemque corpus nequit habere plura capita, *dec.* 14. *num.* 19.

CORRECTIO.

*Inſtantanea* Contrahentium non præſumitur, *deciſ.* 89. *n.* 24.
Immo ad eam evitandam capienda eſt quælibet interpretatio, *deciſ.* 13. *num.* 5. & 9.
Fortius, quando militat peculiaris ratio perſiſtendi in ipſo Contractu, *ibid. num.* 7.
Rurſus non præſumitur correctio, aut repugnantia in eadem Gratia Principis, *deciſ.* 32. *num.* 63.
*Inſtantanea* eſt omnino vitanda in qualibet diſpoſitione, vel actu, *deciſ.* 47. *num.* 34.

CORRELATIVA.

*Correlativorum*, & contrariorum eadem eſt diſciplina, *deciſ.* 80. *num.* 8.

CORRESPECTIVITAS.

*Pacta* omnia conventa inter Contrahentes cenſentur invicem reciproca, & correſpectiva, *deciſ.* 79. *num.* 37.
Et ideo, uno ceſſante, vel ſublato, alia quoque ceſſant, & tolluntur, *num.* 38.

CREDITOR.

*Actio* ſola negociorum geſtorum competit Creditori, ex cujus pecunia alter Creditor fuit dimiſſus, *deciſ.* 2. *num.* 17.
*Anterior* regulariter præfertur poſteriori, *deciſ.* 11. *num.* 3.
*Cedens* alteri jura ſui crediti, nequit amplius illa experiri contra Debitorem ceſſum, *deciſ.* 89. *num.* 19.
*Dicitur* non ſolum is, qui habet creditum pecuniarium, ſed etiam quicumque alius, qui habeat aliquam actionem ex Contractu, *deciſ.* 93. *num.* 50.
*Hæredis* præfertur quoad illius bona Creditoribus defuncti mediante beneficio ſeparationis, *deciſ.* 60. *num.* 11.
*Imputare* ſibi debet, ſi, quando poterat recuperare ſuum Capitale, id facere neglexit, *deciſ.* 23. *num.* 37.
*Mutuans* pro acquiſitione, conſtructione, vel reparatione rei communis Debitoris præfertur ſuper eadem re quibuſcumque aliis Creditoribus, *deciſ.* 24. *num.* 4.
*Non præſumitur* is, qui reſtando aliquid reliquit ſuo prætenſo Debitori, abſque ulla mentione ſui crediti, *deciſ.* 89. *n.* 38.
Prout neque præſumitur Creditor is, qui de tempore, quo inſtare poterat pro illius ſatisfactione, deduxit alias prætenſiones idæales, & irrelevantes, *num.* 40.
*Remittens* Debitori ſuo id, quod ſibi debebat, nequit amplius illum ad ſolutionem urgere, *deciſ.* 49. *num.* 31.
*Specificans* in Actis medio Juramento ſummam ſibi debitam, transfundit onus in Debitorem concludenter probandi, ſe ad tantam ſummam non teneri, *deciſ.* 97. *num.* 14.
*Teſtatoris* præfertur Legatariis, *deciſ.* 66. *num.* 25.

CREDITUM.

*Canonizatum* per Signaturam Juſtitiæ nequit amplius in dubium revocari, *deciſ.* 40. *num.* 33.

CRIMEN.

*Diffamatio* oriens ex Crimine alicui impicto excluditur eo ipſo, quod Ordinarius illum poſt prætenſum Crimen ad Sacros Ordines promovit, *deciſ.* 32. *num.* 8.
*Innocentes* quandoque fuerunt damnati ad mortem ex capite Criminis ab eis minime perpetrati, *deciſ.* 30. *num.* 33.
*Probari* debet plene, & concludenter, alias præſumptio militat pro innocentia, *deciſ.* 32. *num.* 35.
*Quilibet* poteſt accuſare in Criminibus publicis, *deciſ.* 38. *num.* 4.
*Stellionatus*, vide in verb. *Venditor*.

CULPA.

*Induſtria* nimia eſt cognata culpæ, *deciſ.* 83. *num.* 15.
*Propria* nemini prodeſſe debet, *deciſ.* 68. *num.* 34. & *dec.* 83. *num.* 16.

CURA *Animarum*.

Vide etiam in verb. *Parocus*.
*Cura* Animarum quando cenſeatur tranſlata de una ad alteram Eccleſiam, *deciſ.* 55. *num.* 18.
*Cura* Animarum Exercitus Regis Catholici in Belgiis conſuevit à Sede Apoſtolica peculiariter committi Archiepiſcopo Mechlinien., *dec.* 55. *n.* 19.
*Cura* Animarum de Jure penes Regulares manere non debet, ſed penes Sacerdotes Sæculares, *dec.* 78. *n.* 93. *cum duob. ſeqq.*
*Cura* Animarum habitualis quando arguatur ex perceptione Primitiarum, *dec.* 47. *n.* 12. & 15.
*Epiſcopis* ſumma fides tribuitur in iis, quæ concernunt curam Animarum, *dec.* 78. *n.* 100.

CURATOR.

*Dari* debet Mulieri luxurioſe viventi, *dec.* 44. *n.* 50.
Et quando fœmina dicatur luxurioſe vivere, & quid requiratur ad talem effectum, *ibid.*
*Deputationi* Curatoris in contractibus minorum, ac Mulierum non eſt locus, niſi in ſubſidium, deficientibus ſcilicet Proximioribus, & Conſanguineis, *dec.* 94. *n.* 3.
*Furioſi*, vide infrà verb. *Furioſus*.
*Nemo* ſine legitima cauſa privari debet ſuorum bonorum adminiſtratione mediante deputatione Curatoris, *dec.* 44. *n.* 29.
*Prodigi*, vide infrà verb. *Prodigus*.
*Removeri* debet, quando ceſſat cauſa, ob quam fuit datus, *deciſ* 44. *num.* 52.
*Unus* an ſufficiat, vel potiùs duo requirantur in Contractu, in quo agitur de obligando plures Minores, vel Mulieres, *dec.* 94. *n.* 4. & 9.

CURSOR.

*Curſori* reſtanti, ſe aliquem citaſſe, aut intimaſſe, regulariter defertur, *dec.* 86. *n.* 11.

DA-

# D

DAMNUM.

QUod quis ex propria culpa ſcotit, allegare non poteſt, *deciſ.68.num.13.*

DAMNA, *& intereſſe.*

*Mandatum* ad factum pro refectione damnorum, & intereſſe non indiget præcedenti eorumdem liquidatione, quæ fieri poteſt ante executionem, vel conſignationem, *dec.1.n.10.*

Cætera ad materiam damni emergentis, vide infra in verb. *Intereſſe.*

DATA.

Vide ſupra verb. *Antidata.*

DATARIA *Apoſtolica.*

*Expeditoribus*, vel Partibus nonniſi difficulter concedere ſolet facultatem inſpiciendi ſupplicationes ab ipſis porrectas, & de ratione, *dec.30 n 75.*

Alia de Dataria Apoſtolica, ejuſque praxi vide ſupra in verb. *Coadjutoria*, & infrà in verb. *Juſpatronatus*, *Liber*, *Stylus*, *Subrogatio in Beneficialibus.*

DATIO *in ſolutum.*

*Bonorum* hereditariorum voluntarie facta per hæredem favore perſonæ ſibi conjunctæ, præſumitur colluſiva, *dec.10.n.6.*

Præſertim, ſi facta fuerit abſque citatione Creditorum defuncti, *ibid. & n 7.*

*Extinctio* debiti non reſultat per acceptationem nominum debitorum, qui recipiantur non pro ſoluto, ſed pro ſolvendo, *dec.43.n.14.*

*Fructus* debentur ratione Fundi in ſolutum dati, & evicti, *deciſ.40.num.5.*

*Fraternizat* cum Contractu emptionis, & venditionis, *dec.80. n.3. & dec.51.n.1.*

*Requirit* pro ſui validitate præcedentem certitudinem, & liquidationem crediti, ac æſtimationem bonorum, *deciſ.10. num.8, & dec.80.n.49.*

DEBITOR.

*In diem*, licet efficiatur deterioris conditionis, adhùc compelli nequit ad ſolutionem, ſed ſolùm ad aſſecurandum Creditorem, *dec.84.n 41.*

*Non liberatur*, niſi per ſolutionem, *dec.4 n.4.*

*Solvens* debitum in Moneta, quam ſcit paulò poſt eſſe abrogandam, non liberatur, *dec.67.n.10.*

DEBITUM.

Appellatione *debiti* venit dumtaxàt id, quod per Creditorem ab invito Debitore peti, & exigi poteſt, *dec.93.n.5.*

*Cenſus* venit appellatione *Debitorum* ex conjectura voluntate Defuncti, *dec.93.n.18.*

*Teſtator* mandans ſolvi omnia ſua debita, non cenſetur intellexiſſe de his, quorum ſolutio evitari poteſt mediante aliqua legitima exceptione, puta præſcriptionis, *dec.93.n 37.*

Limita, ut *num.38.*

DECIMÆ.

*Aliæ* ſunt ſpirituales, aliæ verò temporales, *dec.78 n.44.*

*Allegans* exemptionem à ſolutione Decimarum, implicite fatetur, Jus decimandi illi pertinere, qui inſtat pro earum præſtatione, *dec.78.n.47.*

*Cauſa* univerſalis magis attenditur, quàm ipſe actus in materia ſolutionis Decimarum, *dec.78.n.83.*

*Clerici* non tenentur pro bonis propriis ad ſolutionem Decimarum, *dec.78.n.51.*

Declara, ut *num.52. & 53.*

*Conſuetudo* abſoluta non ſolvendi Decimas, eſt à Jure improbata, *deciſ.78. num.55.*

Amplia, ut *num.56. & 57.*

*Conſuetudo* non ſolvendi Decimas introduci nequit adverſus Conſtitutionem Synodalem, in qua præſcribitur illarum ſolutio, *deciſ.78. num.61.*

*Debentur* etiam de novis fructibus mutata terræ cultura à poſſeſſore, *deciſ.79. num.25. & 26.*

*De quibus* fructibus ſolvi debeant, remiſſive, *deciſ.79.n.24.*

*In Diœceſi* Toletana Archiepiſcopus percipit portionem Decimarum, de quibus etiam participat Archidiaconus, & Capitulum illius Metropolitanæ, *deciſ.79. ſub num. 1. §. Et ob idem.*

*Epiſcopus* nequit concedere Privilegium exemptivum à ſolutione Decimarum, *deciſ.78. num.16.*

*Exactio* Decimarum fieri debet juxta modum ſervari ſolitum abſque ulla variatione, *deciſ.30. num.78.*

*Hypotheca* licet non cadat ſuper Decimis ad favorem Laici, poteſt tamen ad illius favorem hypothecati commoditas eas percipiendi, *deciſ.75. num.2.*

*Immemorabilis*, vel ſaltem quadragenaria cum titulo requiritur ad inducendam exemptionem à ſolutione Decimarum, *deciſ.78. num.66.*

*Jus decimandi* reſidere valet apud Laicos ex immemorabili cum fama Privilegii, *deciſ.78. num.4.*

Declara, ut *ibid. num.20. & 21.*

*Laici* an, & quando valeant præſcribere Jus exigendi Decimas Spirituales, vel exemptionem ab earum ſolutione, remiſſive, *deciſ.78. num 45.*

*Onus* Decimarum, tamquam reale, tranſit ad quoſcumque ſucceſſores, *deciſ.78. num.64.*

Neque mutatur ex variatione poſſeſſoris, *ibid.*

*Papa* poteſt Decimas Eccleſiaſticas etiam perſonis Laicis impartiri, *deciſ 78. num.38.*

*Parochis* regulariter debentur Decimæ fructuum, qui intra circumdatium ſuarum Parochiarum naſcuntur, *dec.78.n.36.*

*PP. Societatis* Jeſu an, & quomodo ſint exempti à ſolutione Decimarum, *deciſ.79. num.23.*

Et de quibus bonis ſint exempti, præſertim in Hiſpania, & affertur deſuper judicatum, *ibid. ſub dicto num. 23. §. Verùm.*

*Præſcriptio* exemptionis a Decimis requirit petitionem, ac denegationem, cum ſubſecuta acquieſcentia habentis Jus decimandi, *deciſ.78. num 73.*

*Præſtatio* Decimarum, ſecluſa conſuetudine, provenit à Jure Divino, *deciſ.39. num.2.*

*Privilegium* exemptivum à ſolutione Decimarum, ſi detegatur nimis læſivum, & præjudiciale, moderandum venit, *deciſ.78. num.84.*

*Scientia*, & patientia Arrendatoris Decimarum non præjudicat Domino, ſive habenti Jus decimandi, *deciſ.78.num.75.*

*Solvi* ſolitæ Eccleſiæ Parochiali unitæ, competunt illi alteri Eccleſiæ, cui facta eſt unio, *deciſ.78. num.46.*

*Teſtes* debent coarctare negativam, ad hoc, ut probent exemptionem à Decimis cum qualitate immemorabilis, vel quadragenariæ, *deciſ.78. num.71. & 72.*

Verbum *Decima* adjectum in Inſtrumento emptionis poteſt æqualiter referri ad Decimas Eccleſiaſticas, & prophanas, *deciſ.78. num.22.*

DECISIONES *in genere.*

Deciſio *brevis* nuncupat. eſt explicativa, & aliquando reformativa præcedentium Deciſionum in eadem Cauſa editarum, *deciſ.87. num.26. §. E gd.*

Et de ratione, ob quam perſæpe eduntur ſimiles breves Deciſiones, *ibid.*

*Deciſio* edita ſuper conceſſione Sequeſtri, aliæque ſimiles, quæ veniunt in conſequentiam negocii principalis, revocari ſolent, quoties revocatur illa ſuper ipſo negocio principali, *deciſ.71. ſub n.7. §. In conſequentiam.*

*Eduntur* ad hoc, ut ſuccumbentes poſſint deducere quidquid ſibi expedire putent pro impedienda prolatione Sententiæ, ſeu Decreti, *deciſ. 57. in princ. §. Et ſanè, & deciſ 89. n.56.§. Redeundo.*

*Innixa* pluribus motivis difficile revocantur, & quare, *dec.57. ſub princ.*

*Licèt* breves, & breviſſimæ, adhuc regiſtrantur cum cæteris pro ſciendo, & conſervando ordine reſolutionum, *dec. 73. ſub num. 3. §. Pariformiter.*

*Motiva*, ſeu Deciſiones Tribunalium Etruriæ in quo differant à Deciſionibus Sacræ Rotæ Romanæ, *deciſ.12. num.24.*

*Non extenſæ* ab Auditoribus Sacræ Rotæ defunctis, vel Promotis, extenduntur ab illorum reſpective ſtudiorum Adjutoribus, *deciſ.42. num. 20.*

Et quid practicatum fuerit in caſu, quo Deciſio per decennium, & ultra à die reſolutionis Cauſæ non reperiebatur extenſa, & Vota Auditorum, qui in Cauſa ſuffragium præſtiterant, fuerant deperdita, vide *ibid. ſub n.19. §. Accidit.*

*Nova Audientia* peti ſolet à ſuccumbente adverſus Deciſionem contra ſe editam ad finem evitandi expeditionem Cauſæ, *deciſ.3. num.21.*

*Nova Audientia* facile conceditur adverſus Deciſionem contumacialem, *deciſ.59. ſub num.7. §. Cùm hæc Deciſio.*

Intellige, quando ex parte ſuccumbentis afferuntur motiva vacillare facientia reſolutionem, alias ſecus, *ibid.*

Rurſus intellige, ut *ibid.*

*Supponenda* veniunt, quando agitur de dubio diverſo, *dec.77. num.66.*

DECISIONES *particulares, quæ declarantur.*

*Deciſ.1434. num. fin. coram Seraphin.* declaratur in *dec. 23, num.24.*

*Deciſ.169. par.3. rec.* explicatur in *deciſ.42. num.47.*

DE-

Digitized by Google

DECLARATIO.

*Ejus*, quod de Jure ineſt, vel venit in conſequentiam, non dicitur nova diſpoſitio, *deciſ.30. num.38.*

*Verbalis* in incorporalibus idem importat, ac actualis traditio, *deciſ.47. num.39.*

DECLARATORIA.

*Aggravatoria* relaxatur contrà detrectantes parere Mandatis Rotalibus non obſtante Declaratoria eis formiter intimata, *deciſ.51. num.1. & deciſ.82. num.13.*

*Capituli*, Collegii, vel Univerſitatis Dignitas non eximit à Declaratoria, & de ratione, *deciſ.82. num.23.*

*Contrà* Collegia, & Univerſitates regulariter loco Declaratoriæ relaxatur Interdictum Eccleſiaſticum, *deciſ.82. num.20.*

Declara, quandò Univerſitas, vel Collegium in toto ſuo Corpore deliquit contradiſtinctè à particularibus perſonis, *num.21.*

Et præcipue in materia inobedientiæ particularium perſonarum, *ibid.*

*Evitari* non poteſt, quoties non docetur de integrâ paritione Mandatis Rotalibus, *deciſ.88 num.1.*

Amplia, etiamſi defectus paritionis verſetur in re minima, *ibid. & num.18.*

*Executio* Mandati Rotalis poſt obtentam Declaratoriam quando poteſt obtineri, non eſt opus recurrere ad Aggravatoriam, *deciſ.47. num.29.*

*Materia* Declaratoriæ frequens eſt in Tribunali Sacræ Rotæ, *deciſ.82. num.16.*

*Pronius* relaxatur, quandò contumaces facere ſtudent fraudem legi, vel Judicis præcepto, *deciſ.82. num.7.*

*Relaxari* non ſolet, niſi priùs propoſito deſuper, & diſputato Dubio, *deciſ.82. num.17.*

*Rota* ſolet circumſpectè agere, antequàm relaxet Declaratoriam, *deciſ.82. num.24.*

*De ſtylo*, & ratione concedendi Declaratoriam contra contumaces in parendo Mandatis Rotalibus, *deciſ.82. num.1.*

*Termini* ſervandi in caſu contumaciæ in parendo non ſunt neceſſarii, quando Declaratoria relaxatur ob recurſum ad Judices Laicos, & de ratione, *deciſ.82. num.27.*

Iidemque termini non ſunt neceſſarii, quandò contumacia ſtat in pravo animo obedire debentis, vel culpa conſiſtit potiùs in committendo, quàm in omittendo, *num.28.*

Rursùs non ſunt neceſſarii prædicti termini, quoties ratione præpotentiæ, vel alia de cauſa apparet, fruſtratoriam eſſe ſervationem eorumdem terminorum, *ibid. num.30.*

*De Doctoribus* tractantibus de materia Declaratoriæ, remiſſive, ubi etiam de ſtylo Tribunalis A. C. ac Epiſcoporum in fulminatione Cenſurarum, *deciſ.82. num.19.*

Alia ad materiam Declaratoriæ, vide infrà verb. *Paritio.*

DECOCTIO.

*Æquiparatur* morti civili, *deciſ.23. n.17. & 20.*

*Fructus* Cambii an, & quandò ceſſent, necne poſt decoctionem Debitoris, vide ſuprà in verb, *Cambium.*

*Intereſſe* ceſſat ſtatim ſecuta decoctione, *deciſ.23. num.23.*

Amplia etiam in intereſſe convento, *ibid. num.33.*

DECOCTUS.

*Concurſus* ſive efformetur à Creditoribus, ſive ab ipſo Debitore, ſemper ille habetur pro decocto, *deciſ.23. num. 18.*

*Confeſſio* Decocti probat, ſi emanaverit longe ante decoctionem, *deciſ.11. num.11.*

Præſertim, ſi ejus veritas aliunde adminiculetur. *n.12.*

*Quid requiratur* ad hoc, ut quis vere, & proprie dici valeat decoctus, *deciſ.23. num.17. 19. & 22.*

DECRETUM.

*Definitivum* latum non auditis Partibus, eſt omninò nullum, *deciſ.30. num.64.*

*Intimandum* ex præcepto Judicis, non afficit, donec ſequatur intimatio, *deciſ.99. num.27.*

*Judicis* facit præſumi pro veritate Contractus geſti per Mulierem, vel Minorem, *deciſ.54. num.19.*

Et ſemper habet præſumptionem pro ſe, quod nempe fuerit rite, recteque interpoſitum, *deciſ. 89. num. 48. & deciſ.94. num.5. & num.30. & 31.*

*Judicis* adhibitum pro una cauſa, vel ad unum effectum, nequit ſuffragari pro diverſa cauſa, vel effectu, *deciſ.10. n.30.*

*Latum* in Camera Principis numquam tranſit in rem judicatam, itaut quandocumque à ſucceſſore revocari valeat, *deciſ.31. num.66.*

*Nihil innovari* quid importet, *deciſ.30. num.61.*

*Proviſionale* quando vere dici debeat, *deciſ.30. num.63.*

DEFORMITAS.

Vide etiam in verb. *Oculi.*

*Deformis* aſpectu quomodò reſpondere debeat, ſi hujuſmodi naturæ vitium ab alio obiiciatur, *deciſ.64. num.36.*

*Dos* major conſtitui debet fœminæ deformi, quàm alteri ejus Sorori formoſæ, *deciſ.94. num.38.*

DELIBERATIO.

Vide etiam infra verb. *Subbaſtatio.*

Citatio *ad videndum mandari deliberari* requiritur pro validitate deliberationis, *deciſ.96. num.4*

Aliàs ſine tali citatione deliberatio corruit, *ibid. & n.5. & 27.*

*Eſt nulla*, ſi deficiat Decretum - *deliberari* - *deciſ.96. n.28.*

*Exceſſus* etiam in obulo vitiat deliberationem, *deciſ. 96. n. 4.*

*Expleta* in ſequela executionis nulliter factæ, eſt pariter nulla. *deciſ.96. num.6.*

Exemplifica, ut *ibid. num.30.*

*Facienda* tertio Oblatori differt ab adjudicatione, quæ fieri contingat favore Creditoris, & de utriuſque forma, remiſſive, *deciſ.96. num.41. §. Prætergrediendo.*

*Facta* abſque interventu pecuniæ numeratæ eſt nulla, *dec.96. num.42.*

An autem accollatio Creditorum facta per Deliberatarium ſuppleat talem defectum pecuniæ numeratæ, vide *num.43. cum duob. ſeqq.*

Et an Cedula Bancaria alicujus publici Mercatoris, vel Schedula, vulgo *Pagarò*, æquipolleat in hac materia pecuniæ numeratæ, vide *num.46.*

Et an loco pecuniæ numeratæ poſſit Creditor in actu deliberationis offerre excomputationem ſui Crediti, ejuſque fructuum decurſorum, *num.47.*

*Nullitas*, vel injuſtitia deliberationis debet Juſtificari ex eiſdem Actis primi Judicii, non vero ex noviter deductis, *deciſ.96. num.31.*

Declara tamen, & intellige, ut *num.33. & 34.*

*Remedium* reintegrationis adverſus deliberationem nullam, vel ſpoliativam regulariter præſcribitur poſt lapſum 30. Annorum, *deciſ.96. num.36.*

Sed hæc regularis præſcriptio non procedit in aliquibus caſibus, quos vide, *ibid. ex n.37. uſquè ad 41.*

*Validitas*, & juſtitia deliberationis debet conſtare ex eiſdem Actis, adeòut non ſufficiat, quod juſtificetur ex noviter deductis, *deciſ.96 num 32.*

DELICTUM.

Vide ſupra verb. *Crimen.*

DEMENS, DEMENTIA.

Vide etiam infra verb. *Furioſus.*

*Conſtituere* nequit Procuratorem, aut alium Contractum celebrare, *deciſ.85. num.14.*

Minùſque poteſt eligere, vel præſentare ad Beneficium, *num.15.*

*Curatoris* deputatio non ſemper arguit dementiam, & de ratione, *deciſ.44. num.12.*

DEPOSITUM.

*Factum* cum authoritate Judicis habet vim ſolutionis etiam ad effectum liberationis, *deciſ.96. num.50.*

DEROGATIO.

*Apoſtolica* quòad medietatem vocum eſt quædam ſpecies gratificationis, quæ vice Ordinarii fit per Papam in paritate ſuffragiorum ergà unum ex præſentatis, *deciſ.52. num.41. & deciſ.83. num.8. & deciſ.85. num 10.*

Et talis Gratia ſubſiſtit, licèt verificetur concurſus medietatis vocum etiam poſt Bullas expeditas, de tempore tamen obtinendæ inſtitutionis, *d. deciſ.83. num.7.*

Sed id non procedit in Gratia derogatoria conceſſa ex cauſa litis inter Patronos, & de ratione, *ibid. & ſub num. 10.*

Reliqua ad hanc materiam vide infrà verb. *Gratia*, verſ. *Derogatoria*, & in verb. *Juſpatronatus.*

Clauſula -- *pro hac vice* -- regulariter adeſſe ſolet in derogatione Juriſpatronatus facta à Pontifice, *deciſ.52. num.18.*

*Clauſula* in Gratia derogatoria medietatis vocum, vel in totum -- *dummodò non ſit alteri jus quæſitum tempore datæ*, quomodò intelligatur, *deciſ.83. num.47.*

Præcipue ad effectum retardationis ejuſdem Gratiæ, *ibid. & num.48.*

*Juriſpatronatus* in totum deſumit originem ex *Text. in cap. 1. & 2. ut lit. pend. in 6.*, & de ratione, *deciſ.83. num.11.*

*Juriſpatronatus* Laicorum in totum de ſui natura non eſt favorabilis, etiamſi vacet Beneficium per obitum in Curia, *deciſ.83. num.10.* ubi de ratione.

*Lis* quandò dicatur calumnioſa tàm ad finem derogationis Juriſpatronatus in totum, quàm pro medietate, remiſſive, *deciſ.83. num.41.*

*Papa* æquo modo derogat Juriſpatronatus, præcipue per vacationem in Curia, ſive mors naturalis, ſive civilis ſucceſſerit, *deciſ.83. n.46.*

*Papa* non curat de qualitate Beneficii, quando derogat Juripatro-

crònatus vel in totum, vel reſpectiva pro medietate, *deciſ.83. num.45.*
*Specialis* requiritur diſpoſitioni Conciliari, *deciſ.38. num.19.*

DESCENDENTIA.

*Prebbata* ex quibus dicetur, *deciſ. 38. num. 9. & deciſ. 46. num.38.*

DESTINATIO.

*Patriſfamilias* plurimùm attenditur ad finem inquirendi, quid veniat ſub Contractu, vel diſpoſitione facta de aliquo Prædio ruſtico, vel urbano, *deciſ.92. num.1. & num.21.*
*Prædium* dicitur unicum deſtinatione Patriſfamilias, quamvis efformetur per Terras, Foveas, & Agros inter ſe ſeparatos, & diſtantes, *deciſ.62. n.7.*
*Quando* habeatur pro ſecto, *deciſ.71. n.35.*

DETERMINATIO.

*Unica* determinatio reſpiciens plura determinabilia operetur, quod omnia æqualiter determinari debeant, *deciſ.3. n.1.*
Limita, ſi quòad unum ex determinabilibus concurrat diverſa ratio, propter quam debeat diverſimode cenſeri, & judicari, *ibid. num 7.*

DETRACTIONES.

*Credita*, & detractiones hæredia gravari præſumuntur ſatisfacta, & reſpective conſumptæ, quoties ultra defectum Inventarii concurrunt aliquæ alienationes, *deciſ.21. num.15.*
*Fieri* debent proportionabiliter ex quolibet corpore fideicommiſſario, *deciſ.2. num.24.*
*Teſtator* an, & quandò poſſit diſponere, ne hæres gravatus detrahere valeat propria credita in reſtitutione fideicommiſſi, vide infra verb. *Teſtator*.
Et quandò, & ex quibus verbis cenſeatur prohibuiſſe filio gravato, ne detrahere poſſit Dotem maternam, vide *ibid.*

DEVOLUTIO.

*Collationis* Beneficii, vide ſupra verb. *Beneficium*.
*Emphyteuſis*, vide in verb. *Emphyteuſis*.
*Feudi*, vide infra verb. *Feudum*.
*Status Vrbini*, vide infra verb. *Vrbinum*.

DICTIONES *particulares*.

*Aliis* eſt implicativa ſimilium, *deciſ.100. num.36.*
*Aliis* refertur ad caſus ſimiles etiam in ordine ad qualitatem, *deciſ.82. num.41.*
*Attento*, ſive *attenta*, tamquàm ſonans in ablativum abſolutum, facit conditionem, *deciſ.83. num.5.*
*Dummodo* conditionem importat, *deciſ.37. num.35.*
*Etiam*, tamquàm augumentativa, implicat alia prætèr expreſſa, *dec.93. n.63.*
*Infraſcritti* ea ſolum bona, ſeù illas ſolùm perſonas comprehendit, quæ oculis corporeis leguntur, *deciſ.93. num.56.*
*Inſuper* eſt de ſui natura augumentativa, *deciſ.12. ſub num.3. §. Nil refragante.*
*Ita tamen* inducit formam, & conditionem importat, *dec.86. num.33.*
*Liberè* idem importat, ac -- *ſinè cauſa* -- *dec.76. num.10.*
Omnemque ſervitutem, & ligamen excludit, *ibid. num.9.*
Ejuſque intelligentia optime declaratur ax ſubſecuta obſervantia, *num.11.*
*Liberè* recipit interpretationem à ſubiecta materia, *deciſ. 76. num.43. & deciſ.89. num.59.* ubi de dictionibus *liberè, & pleno jure.*
Item recipit reſtrictionem, & interpretationam à Jure, ejuſque diſpoſitionem non excludit, *deciſ. 49. num. 26. & dicta deciſ.76. num.45. & 46.*
*Niſi* poſita poſt orationem negativam affirmat, & e converſo negat, ſi adjiciatur orationi affirmativæ, *deciſ.84. num.26.*
Et ſemper importat argumentum à contrario ſenſu, *ibid.*
*Non però* dicitur exceptiva, *deciſ.80. num 6.*
*Nunc* indicat actum de præſenti excluſive ad tempus præteritum, *deciſ.74. num.19.*
*Ob* denotat cauſam finalem, *deciſ.15. num.22.*
*Præſertim* eſt ampliativa, & indicat faciliorem inductionem, *deciſ.38. num.21.*
*Prima, e poi* important fideicommiſſom graduala de uno in alterum, *dec.80. num.18.*
*Suddetto* eſt relativa, & repetitiva præcedentis conventionis cum omnibus ſuis qualitatibus, *deciſ.23. num.5.*
*Tantùm* excludit omnem, & quamcumque extenſionem; *dec.57. num.7.*
*Tunc* denotat volitam extremitatem temporis, *dec.100. num.5. & 6.*
*Tutti* omnia comprehendit, & nihil excludit, *deciſ.92. n.4.*
*Vſquè* excludit terminum, quandò ille aſt juris publici, vel alieni, *deciſ.69. num.19.*
Secùs, quandò ſpectat ad vendentem, ſeù concedentem, *num.20.*
*Vt infra* temperat, ac reſtringit generalitetem præcedentis diſpoſitionis, *dec. 89. num.60.*

DIFFAMATIO.

Vide in verb. *Crimen*.

DIGNITATES.

*Capitulares*, maxime in Cathedralibus, non veniunt appellatione Beneficiorum, *dec.82. num.40.*

DIMISSORIALES.

Vide infra verb. *Litteræ dimiſſoriales*.

DISCRETIVA.

*Diſcretiva* locutio Statuentium plurimùm attenditur, & operatur ad arguendam illorum contrariam voluntatem in caſu non expreſſo, *deciſ.12. num.35. & 36.*
Idemque argumentum a diſcretiva locutione procedit etiam in Conſtitutionibus Pontificiis, *deciſ.71. num.17.*
Necnon in Teſtamentis pro conicturanda contraria voluntate Teſtatoris in caſu omiſſo, *deciſ.93. num.27.*
*Diſcretivus* modus loquendi præmaxime attenditur ad arguendam contrariam voluntatem in caſu non expreſſo, vel diverſimode expreſſo, *deciſ.12. num.4. & deciſ.35. n. 13. & deciſ.100. num.51.*
Limita, quoties concurrit ratio diſparitatis, propter quam non oportuit, diſponentem ita ſe explicaſſe in uno caſu, ſicut in alio, *d. deciſ.12. num.8.*

DISMEMBRATIO.

*Et applicatio* redditunm Eccleſiaſticorum alteri loco fieri non poteſt abſque authoritate Summi Pontificis, *deciſ.78. n.92.*
*Ex quibus* cauſis fieri ſoleat, *deciſ.3. num.10.* ubi ramiſſive de materia.

DISPENSATIO.

*Cauſæ* cognitio requiritur ad hoc, ut quis tacite per electionem cenſeatur diſpenſatus, *deciſ.6. num.45.*
*Concedi* ſolet ſeparatim ſuper defectibus perſonalibus, *dec.64. num.48. & 49.*
*Diſpenſare* præſumitur Princeps eo ipſo, quod ſcienter aliquem promovet, qui alias diſpenſatione indigeret, *dec.86. num.81.*
*Epiſcopus* eligens incàpacem, cenſetur diſpenſare ſuper incapacitate, *deciſ.64. num.42.*
Declara, ſeù diſtingue, ut *num.50.*
*Extenditur* de perſona ad perſonam concurrente identitate reſpectu utriuſque perſonæ, *deciſ.97. num.27.*
*Nil aliud eſt*, quàm Juris relaxatio cum cauſæ cognitione facta ab habente poteſtatem, *deciſ.64. num.46.*
*Non præſumitur* tamquàm quid facti, ſed debet per allegantem probari, vel oſtendi, *deciſ. 30. num.32.*
*Obenta* contra præceptum Teſtatoris aliquid prohibentis non dicitur ſubreptitia, licet non fuerit expreſſa pœna caducitatis in caſu contraventionis, *deciſ.66. num.21.*
*Papa* non cenſetur diſpenſare, niſi ei fiat mentio da obſtaculo, vel defectu, *deciſ.64. num.47.*
*Verba* importantia ſimplicem abſolutionem non poſſunt extendi, ut importent etiam diſpenſationem, & quare, *dec.64. ſub num.49. §. Nihilominus.*

DISPOSITIO.

*Dominus* non indiget aliorum aſſenſu, quando diſponit de re proprie, *deciſ.20. num.41.*
*Facta* in caſu ſimplici, quandò locum habeat etiam in caſu mixto, licet agatur de materia odioſa, *deciſ.71. n.30. & 31.*
*Facta* ſub aliquo præſoppoſito non habet locum, niſi prius idem præſuppoſitum verificetur, *deciſ.56. num.25.*
*Intermedia* recipit declarationem ab antecedentibus, & ſubſequentibus, *deciſ.90. num.13.*
*Omnis* intelligitur ſub tacita conditione, dummodò res in eodem ſtatu permaneant, *deciſ.90. num.11.*
*Ordinata* ad certum finem, & effectum, nequit ad alium contrarium, ſeù diverſum ſubextendi, *deciſ.66. num.5.*
*Teſtatoris* nequit in una parte acceptari, & in altera reſpui, vel impugnari, *deciſ.87. num.15.*
*Vna*, & eadem res, aut diſpoſitio non debet diverſo jure cenſeri, *deciſ.94. num.53.*

DISPOSITIVA.

*Potiùs* regulariter attenditur in quacumque materia, quàm pars prohæmialis, *deciſ.15. num.21.*

DISTRIBUTIONES *quotidianæ*.

*Debent* correſpondere ſervitio, *deciſ.82. num.49.*
*Quandò*, & ad quem effectum habeantur in conſideratione ad finem dignoſcendi verum valorem Beneficii, *deciſ. 38. num.36. cum duob. ſeqq.*
*Succedunt* loco Præbendæ, quandò Beneficium nullam habet Præbendam, vel tenuiſſimam, *deciſ.38. num.39.*

DIVISIO.

*Facta* per Sortes ſubjacet retractationi, ſtante læſione alterius ultrà dimidiam, *deciſ.95. num.35.*

*Facta* ex cauſa majoris commoditatis non infert ad ſeparationem dominii, & habitualis communionis, *deciſ.55. n.16.*

*Peti* non valet, altero invito, ab uno ex duobus, vel pluribus communiter, & pro indiviſo poſſidentibus, *deciſ.18. n.19.*

Fallit, quandò communio parit intolerabile præjudicium alteri ex Sociis, *num.20.*

Et declara etiam, ut *num.29.*

DOCTORATUS.

*Ex ſimplici* Doctoratu non bene infertur ad effectivam Doctrinam, *in Præf. num.56.*

*Probationes* ſtudiorum præcedentium faciliùs admittuntur, quoties in concurrente adſit gradus Doctoratus, *deciſ.62. ſub num.2. §. In idipſum.*

DOCTORES *in genere.*

*Conſuetudo* ad hoc, ut probata dicatur ex dictis, ſeù aſſertionibus *Doctorum*, quid requiratur, *deciſ.100. num.32.*

Et in hoc regula eſt, quod *Doctori* de conſuetudine teſtanti non creditur, *dicta deciſ.100. num.78.*

Præſertim, quandò teſtatur de conſuetudine alicujus Provinciæ, vel loci, in quo ipſe parùm, vel nihil verſatus fuit, *ibid. num.79.*, & priùs *num.33.*

Declara, quod teſtificatio *Doctoris* in hac materia facit aliqualem præſumptionem veritatis, donec contrarium probetur, *num.80.*

Si verò hujuſmodi atteſtatio aliunde adminiculetur, facit plenam probationem, *num.81.*

Idemque eſt, quoties non unus, ſed plures, & quidem inſignes *Doctores* teſtantur de conſuotudine alicujus Civitatis, aut Provinciæ, in qua diu fuerint verſati, *num.82.*

*Conſulentes* nequeunt attendi in concurſu aliorum, qui contrarium firmatunt in eorum *Tractatibus*, & *Diſſertationibus* editis ad meram veritatem, *deciſ.75. num.50.*

*Decidentes* caſum in individuo habentur pro caſu legis, quandò non adeſt, qui eis contradicat, *deciſ.45. num.13. &* *deciſ.93. num.18.*

*Diſtinctio* unius caſus ab altero, necnon circumſtantiarum utriuſque ſemper fieri debet in perpendendis *Doctorum* traditionibus, aliàs de facili ſumuntur æquivoca, *dec.75. n.68.*

*Diſtinguentes* præferuntur aliis generaliter loquentibus, *deciſ.32. num.45.*

*Intelligendi* ſunt juxtà *leges*, & *Authoritates* per eos allegatas, *deciſ.100. num.44.*

*Licentiatus* an, & quandò potiatur privilegiis Doctorum, remiſſive, *in Præfat. num.45.*

DOCTORES *particulares, qui declarantur, vel reprobantur.*

*Alexander conſ.31. num.1. lib.1.* declaratur, *dec.32. n.41.*

*Andreol.* in ſuis *Controverſiis* non ſemel reprobatur a *Card. de Luca*, *deciſ.75. num.52.*

*Butr. in cap. poſtulaſti num.9. de For. compet.* explicatur, *deciſ.32. num.47.*

*Card. de Luca de Credit. deciſ.143.* explicatur, *deciſ.23. n.25. & 38.*

*Idem in ſupplem. de Camb. deciſ.35.* declaratur, *dicta deciſ.23. num.26. & 39.*

*Idem* defenditur ab impugnatione illorum, qui eum increpant, cur ſæpe in ſuis ſcriptis paucas, vel nulla alleget *Authoritates*, *deciſ.75. num.70.*

*Carleval. de Judic. lib.1. tit.2. diſput.5. num.30. in fin.* declaratur, *deciſ.37. num.33.*

*Caſtren. in l. illam, C. de collat.* declaratur, *dec.12. n.41.*

*Cephal. conſ.272. num.142. & 143.* reprobatur, *deciſ.77. num.51.*

*Corneus* Doctor Peruſinus multifariàm increpatur à *Ruin.*, & aliis, *deciſ.75. num.51.*

*Cyriac. contr. 661.* declaratur, *deciſ.34. num.28.*

*Dec. in cap. conſtitutis 46. num.9. verſ. Si tamen, de appell.* reiicitur, *in Præfat. num.74.*

*Farinac. conſ.48.* declaratur, *deciſ.41. num.24.*

*Gobius conſult. deciſ.34.* explicatur, *deciſ.23. num.27.*

*Gratian. diſcept.4. num.1. & ſeq.* reprobatur, *in Præfat. num.65.*

*Imola in conſ.35. num.23.* declaratur, *deciſ.32. num.48.*

*Laert. Cherubin. in not. marginal. ad Conſtit.13. Clem. VII.* de magno lapſu redarguitur, *in Præfat. num.84.*

*Malvaſ. conſ.117.* reiicitur, *deciſ.77. num.52.*

*Menoch. conſ.1141.* reprobatur, *deciſ.77. num.53.*

*Olea de ceſſ. Jur. & act. tit.7. quæſt.3. num.8.* in quibus terminis loquatur, *deciſ.68. num.56.*

*Palm. Sen. conſult.61. num.45. & 46.* explicatur, *dec.77. n.54.*

*Pariſ. de reſignat. Benef. lib.5. quæſt.6. num.231.* reprobatur, *deciſ.35. num.9*

*Rot. Ferrarien. apud Belmont. deciſ.108. & 109.* declaratur, *deciſ.37. num.52.*

*Rot. Januen. diverſ. deciſ.99. num.3.* declaratur, *dec.23. num.28.*

*Rot. Lucen. penès Magon. deciſ.85.* declaratur, *deciſ.77. num.56.*

*Spad. conſ.115. lib.1.* declaratur, *deciſ.41. num.24.*

*Surd. conſ.412. num.24. & ſeq.* declaratur, *deciſ.77. n.50.*

*Tanagl. de Sac. Rot. Auditor. lib.1. cap.1. num.107.* de errore notatur, *in Præfat. num.64.*

*Vincent. de Franch. deciſ.63.* eſt communitèr reprobatus, *deciſ.48. num.21. & 35.*

Aliqua *de Bartolo*, vide ſuprà in verb. *Bartolus.*

DOLUS.

*Et machinatio* excludunt conſenſum ab actu, *deciſ.76. n.48.*

*Excluditur* ex quolibet dubio rationabili, & cauſa colorata, *deciſ.86. num.100. & ſeq.*

Item ex publicitate actus Judice authorante expleti, *deciſ.89. num.49.*

DOMINIUM.

*Condominium* plurium ſuper eadem re operatur, ut quilibet habeat in ea par Jus, quodque unuſquiſque cenſeatur pro ſe, & inſimul pro aliis poſſidere, *deciſ.49. n.16.*

*Præſcribitur* per ſpatium 40. & ultrà Annorum, *dec.92. n.47.*

*Præſumitur* immutatum ſtante lapſu 70. Annorum, *deciſ.92. num.50.*

*Præſumptio* continuationis dominii de antiquo tempore probati non procedit adversùs tertium poſſeſſorem, *deciſ.92. num.19.*

*Probari* debet plenè, & concludentèr in Judicio rei vindicationis, *deciſ.92. num.48.*

*Reſervatio* dominii, vide infrà verb. *Reſervatio.*

DOMUS.

*Apothecæ* veniunt ſub legato Domus, quandò fuerunt acquiſitæ ſub eodem Contractu, & pretio cum ipſa Domo, *dec.69. num.30.*

Item quandò ipſemet Teſtator, dum viveret, obtinuit ad ſui favorem declarari, Apothecas eſſe de appendiciis Domus, *num.31. & 35.*

*Appellatione* Domus, Apothecæ, & ſimilium quid veniat in Contractu, remiſſivè, *deciſ.69. num.21.*

*Appellatione* Domus venit Apotheca, quandò in diſpoſitione apparent deſignati Confines, ſub quibus intercluditur etiam Apotheca, *deciſ.69. num.23. & 32.*

Item quandò ad Apothecam patet aditus per ipſam Domum, vel aliàs illa inſervit pro uſu, & commoditate Domus, *d. num.23.*

E converſo autem Apotheca non compræhenditur appellatione Domus, quandò habet aditum in via publica, & ſeparatim locatur, *num.24.*

Præſertim, ſi de Domo facta eſt mentio abſquè ſpecificatione Confinium, ſub quibus includatur etiam Apotheca, *ibidem.*

*Appellatione* Domus an veniant Apothecæ ſubtùs eam exiſtentes, totum pendet à coniecturata voluntate diſponentis, *deciſ.69. num.22. & 29.*

*Legato* uſufructu Domus non tenetur legatarius illam inhabitare, ſed poteſt aliis locare, licèt ſecùs eſſet, ſi ei fuiſſet ſimplicitèr legata habitatio, *dec.69. num.34.*

DONANS.

*Declaratio* donatoris attenditur, quandò donatio eſt dubia, *deciſ.15. num.31.*

Et maximè, quandò donans eſt perſona Religioſa, *n.32.*

Res quandò dicatur dubia ad dictum effectum, *n.33.*

*Donationi* jam perfectæ non poteſt onus adiicere, *dec.10. n.24.*

DONATARIUS.

*Jus*, quod non fuit efformatum in vita Donatarii, non poteſt tranſire ad illius hæredes, *deciſ.34. num.31.*

DONATIO.

*Bonorum* etiam futurorum non compræhendit bona per Donantem acquiſita ex uſufructu ſibi reſervato in actu donationis, *deciſ.34. num.13. & 14.*

*Cauſa mortis* requirit pro ſui validitate rogitum, ſeù interventum quinque Teſtium, *deciſ.76. num.53.*

Necnon præſentiam Donatarii, *num.54.*

*Cauſa mortis* an pro ſui validitate requirat ſolemnitates Statutarias, *deciſ.76. num.51.*

*Cauſa mortis* licèt ſortiatur effectum poſt mortem, tamen, quoàd ordinationem, & effectum, & prout eſt in fieri, æquiparatur Contractibus, *deciſ.76. num.52.*

*Computatio* juxtà *Text. in l. Hæreditatum ff. ad l. falcidiam*;

habet

habet locum in annua donatione facta ad vitam Donatarii, *deciſ.42. num.28. & 29.*

Et an talis donatio ſit inſinuanda, *ibid.*

*Conferenda* quandò ſit, necnè, vide in verb. *Collatio in pro. phanis.*

*Contemplatione* Matrimonii nequit per Donatarium tacitè, vel expreſsè retrocedi favore donantis in præjudicium ejus filiorum, *deciſ.10. num.33.*

*Contemplatione* Matrimonii non ſubjacet ſolemnitatibus Statutariis, *deciſ.42. num.25.*

Declara, id procedere, ubi Matrimonium fuit cauſa finalis donationis, ſecùs ſi fuerit ſolùm cauſa impulſiva, *n.26.*

*Donandi* animus non præſumitur, præſertim favore certæ perſonæ, *deciſ.56. ſub num.20. §. Quod autem.*

*Excluditur*, quotiès actus ad alium titulum referri poteſt, *deciſ.56. num.20.*

Rurſùs excluditur ex voluntate explicita ipſius dantis, *deciſ.63. num.17.*

*Facta* non ſervatis ſolemnitatibus Statuti, eſt omninò nulla, *deciſ.42. num.24.*

*Facta Petri pro ſe, & filiis*, an, & quandò cenſeatur facta pro filiis uti filiis, vel uti hæredibus, *dec.75. num.69. & dec.89. num.53.* ubi de donatione facta Petri *pro ſe, & hæredibus.*

*Facta* Sponſæ, ejuſque filiis efficit, ut filii dicantur venire ex propria perſona, & bona donata cenſeantur recognoſcere à Donante, *deciſ.80. num.17.*

*Facta* ſub conditione præſtandi aliquid annuum, vel vitalitium donanti, ſubſtinetur, *deciſ.49. num.13. §. Placuit.*

*Fraternitas* cum jactatione, & diſperſione propriæ ſubſtantiæ, *deciſ.57. num.6.*

*Inſinuanda* quandò ſit, necnè, vide verb. *Inſinuatio.*

*Inter Virum, & Uxorem* licèt non teneat, remanet tamen confirmata per mortem ejuſdem Viri, ſi abſquè illius revocatione deceſſerit, *deciſ. 9. num.5.*

*Inter Virum, & Uxorem* ſubſtinetur, quandò eſt viciſſitudinaria, & reciproca, *deciſ.19. num.7.*

Item ſubſtinetur ſtante Juramento aſſertorio, & promiſſorio, *deciſ.40. num.18.*

*Læſio* non cadit in donatione cauſa mortis, cùm poſſit per Donantem quandocumque revocari, *deciſ.76. num. 55. & 59.*

*Matrimonium* non poteſt dici cauſa finalis donationis, quandò jam anteà reperiebatur concluſum, *dec.42. num.31.*

Limita, quandò intercedit brevitas temporis, itàut unus actus alteri cenſeatur correſpectivus, *num.32.*

*Matrimonium* quandò dicatur cauſa finalis donationis, *dec.42. ex num.25.*

*Merita* correſpondere debent donationi, quæ appareat expreſſe facta intuitu meritorum, *deciſ.54. num. 40. §. Ejuſdem irrelevantiæ.*

*Minoris* an, & quandò ſubſtineatur, vide infrà verb. *Minor.*

*Ob cauſam* qualis vere, & proprie dicatur, *deciſ.76. num.49.*

*Pater*, qui renunciavit donationi ad ſui favorem factæ contemplatione Matrimonii, non tenetur de facto filiorum, quoties de facto alieno non promiſerit, *deciſ.10. num.34.*

*Præſupponit* jus priùs radicatum in donante, & deinde tranſlatum in perſonam Donatarii, *deciſ.34. num.30.*

*Propter nuptias* apud antiquos erat neceſſaria, nunc autem receſſit ab Aula, & quomodò hodie conſideretur, *dec.40. num.34. cum duob. ſeq.*

*Quælibet* de ſui natura eſt tranſlativa dominii, & dat facultatem Donatario de re donata libere diſponendi, *deciſ.40. num.39.*

*Quas ſolemnitates* requirat ex Statuto Urbis, *lib.1. cap.149. & 150., deciſ.42. num.24.*

*Revocatur* ob ſupervenientiam liberorum, *deciſ.34. n.27.*

*Sponſalitia* largitas fit occaſione futuri Matrimonii, non jam contracti, *deciſ.42. num.33.*

*Stipulata* pro ſe, & hæredibus intelligitur de hæredibus ſanguinis, quoties in hunc ſenſum conſpiret conjecturata voluntas Donantis, *deciſ.89. num.55. & 56.*

DOS *quoad Fideicommiſſum.*

*Creditum* dotale non imminuit corpora, ſed ipſam tantummodo hæreditatem fideicommiſſariam, *deciſ.2. num.13.*

*Facultas* alienandi bona fideicommiſſi ex cauſa Dotis ſtricte eſt interpretanda, *deciſ.2. num.15. & 17.*

*Fideicommiſſum* poteſt integraliter diſtrahi pro dotatione fœminæ deſcendentis, quoties nulla adſunt bona libera, & ità exigunt circumſtantiæ, *deciſ.94. num.36.*

Extende, ut *num.37.*

*Maritus* conſequitur ſolum uſumfructum de bonis fideicommiſſariis in Dotem receptis, *deciſ.80. num.19.*

Privilegium *Authent. res quæ, C. commun. de legat.* poteſt cedi, vel transferri favore alterius, *dec.90. n.45.*

DOS *quoad fructus.*

*Filia* an petere valeat fructus Dotis ſibi per Patrem legatæ in certa quantitate ſub prætextu, quod ejus Tutor, & ſimul hæres Patris illam non inveſtiverit, aliiſque de cauſis, de quibus *in deciſ.65. num.25.*

*Filia* innupta tenetur compenſare alimenta ab hærede Patris recepta cum fructibus Dotis eidem legatæ, *deciſ. 65. n.26.*

Et quid, ſi fructus Dotis excedant importantiam alimentorum, vel è converſo, *ibid.*

*Fructus* Dotis non ſolutæ debentur conſtante Matrimonio ratione onerum Matrimonialium, ſecùs autem eo diſſoluto, *deciſ.65. num.1.*

Niſi ex parte Creditoris ipſius Dotis concurret interpellatio, alieque requiſita, de quibus, *num.2. & 4.*

*Fructus* Dotis, tamquàm debiti Marito pro ſubſtentatione onerum Matrimonialium, non debentur Ceſſionario ipſius Mariti, *deciſ.87. num.34.*

*Marito* debentur fructus Dotis promiſſæ propter onera Matrimonii, etiam abſque interpellatione, *deciſ. 40. num.2.*

Et actio petendi hujuſmodi fructus, mortuo Viro, tranſit ad ejus hæredes, *num.3.*

*Maritus* poſſidens bona debitoris Dotis tenetur compenſare illorum fructus in cauſam fructuum dotalium, quos aliàs prætendere potuiſſet, *dec.89. num. 5.*

DOS *quoad fundum Dotalem.*

*Æſtimatio* bonorum in Dotem datorum in dubio facit emptionem, & venditionem, *deciſ.80. num.17.*

*Augmentum*, & decrementum Fundi dotalis, cedit regulariter commodo, vel incommodo Uxoris, *deciſ.80. n.30.*

Limita, quandò Partes in contrarium paciſcuntur, quia id fieri poteſt etiam in Fundo dotali, *num.32.*

*Bona* æſtimata tradita in Dotem Marito an, & quandò tranſire dicantur in plenarium illius dominium, *dec.80. n.1. & 2.*

Clauſula -- *ad habendum* -- includit dominii tranſlationem, & excludit Fundum dotalem, *deciſ.80. num.9.*

Limita, ſeù declara, ut *ibid. num.33.*

Clauſula, *da conſegnarſi in beni ſtabili*, non importat Fundum dotalem, quandò Dos à principio fuit conſtituta in quantitate, *deciſ.80. num.61.*

*Confeſſio* Mariti facta tempore non ſuſpecto probat, Dotem fuiſſe conſtitutam in Fundo dotali, *deciſ.80. num.41.*

*Contractus* implicitus emptionis, & venditionis ineſt, ubi Dos conſtituitur in pecunia, & Fundus aſſignatur pro ſolutione quantitatis, *deciſ.40. num.4.*

Dictio, *per*, denotat improprietatem, & fictionem in materia Fundi dotalis, *deciſ.80. num.66.*

*Dominium* dotis in quantitate conſtitutæ tranſit in Maritum, qui poteſt illam alienare abſque ulla licentia, vel conſenſu Uxoris, *deciſ.80. num.22.*

*Dos* in dubio præſumitur conſtituta in quantitate non verò in Fundo dotali, *deciſ.80. num.53. 54. & 56.*

*Dos* ſi fuerit in quantitate conſtituta, quæ actio competat Mulieri in caſu illius reſtitutionis, *dec.80. num.55.*

*Dos* à principio conſtituta in quantitate, & poſteà ſoluta in Fundis, ſemper remanet in quantitate, *deciſ.80. num.58.*

*Dos* in quantitate conſtituta nequit converti in Fundum dotalem abſque conſenſu Mulieris, ac ſolemnitatibus Statutariis, *deciſ.80. num.76.*

*Dos* in quantitate conſtituta non aſſumit naturam Fundi dotalis ex eo ſolùm, quod dictum fuerit, illam eſſe inveſtiendam pro Fundo dotali Uxoris, *dec.80. num.71.*

*Dos* an fuerit conſtituta in quantitate, vel in Fundo dotali, colligitur ex obſervantia inter Partes ſubſecuta, *deciſ. 80. num.36. 38. & 39.*

*Dos* quandò conſiſtit in Fundo dotali, nulla requiritur promiſſio Viri circà illius reſtitutionem, & de ratione, *dec.80. num.57.*

*Dos* tradita in locis Montium præſumitur in quantitate conſtituta, ſi in caſu illorum extractionis non fuit conventum de ullo reinveſtimento, *deciſ.80. num.65.*

*Dos* præſumitur tradita in ſpeciebus, non vero in quantitate, quoties Vir ſibi cavit de promiſſione evictionis bonorum dotalium, *deciſ.80. num.12.*

Declara, & intellige, ut *ibid. num.35.*

*Dos* ſi ſit Viro aſſignata pro vero, & proprio Fundo dotali, nequit Uxor ſoluto Matrimonio agere ad quantitatem, *deciſ.80. num.13. & 44.*

*Dos* quandò incipit à ſpecie, etſi poſteà ſubſequatur quantitatis expreſſio, hæc dicitur ſtare demonſtrative ad effectum ſciendi valorem, non ad finem excludendi Fundum dotalem, *deciſ.80. num.20.*

*Dos* in quantitate conſtituta non efficitur Fundus dotalis ex eo ſolùm, quod fuerit demandatum illius Inveſtimentum pro ma-

majori ſecuritate Uxoris, *deciſ.80. num.21.*

*Dos* quantitativa excluditur, quando ſoluto Matrimonio debent reſtitui eadem bona in Dotem aſſignata, vel alia illius loco ſubrogata, *deciſ.80. num.24.*

*Facultas* recuperandi Dotem ſuper omnibus bonis Viri, excludit de neceſſe Fundum dotalem, *deciſ.80. num.77.*

Et in hoc propoſito declaratur, in quibus terminis procedant *deciſ.39. poſt Merlin. de pignor., & dec. 792. coram Merlin., ibid. num.78.*

*Frater* Dotem à Patre legatam filiæ in quantitate, non poteſt in ejus præjudicium commutare in Fundum dotalem, *deciſ. 80. num.59.*

*Fundus* dotalis excluditur ex promiſſione Viri de reſtituendo Dotem -- *vel valſente, che gli ſi dà* -- *deciſ.80. num.68.*

Idemque eſt, ſi Vir promittat reſtituere Dotem -- *nell' iſteſſo modo, e forma* -- *num.69.*

Rursùs excluditur Fundus dotalis, quando Maritus recepta Dote non quietavit de ſpeciebus, ſed de pretio, ſeù quantitate, *num.70.*

*Fundus* dotalis non poteſt alienari per Maritum, ſed requiritur conſenſus Uxoris, & cauſa juſta, cum Judicis decreto, *deciſ.80. num.23.*

*Judex* debet religioſe omnia verba contractus obſervare in ea quæſtione, an bona ſint data pro Fundo dotali, *deciſ.80. num.14.*

*Loca* Montium aſſignata in Dotem, non cenſentur ſtare pro Fundo dotali, quia habentur pro pecunia numerata, *dec.80. num.64.*

*Maritus* eſt dumtaxat legitimus adminiſtrator Fundi dotalis, *deciſ.80. num.40.*

Verba, *ceſſit, & aſſignavit*, in Dotis contractu important translationem dominii, & excludunt Fundum dotalem, *deciſ.80. num.62.*

*Verba* ſemper debent ſervire intentioni, & conjecturis præponderantibus, etiam in materia Fundi dotalis, *deciſ.80. n.32.*

*Una*, & eadem Dos non debet diverſo Jure cenſeri, *dec.80. num.15. & num.63.*

DOS *quoad reſtitutionem.*

*Filius* vivens ſeorſim à Patre poteſt ab eo petere reſtitutionem Dotis propriæ Uxoris, *deciſ.5. num.15.*

*Pater* interveniens receptioni Dotis factæ per filium, remanet obligatus ad reſtitutionem favore Nurus, *deciſ.5. num.18.*

An autem priùs excuti debeat filius, quàm Pater, vide *ibid. num.20.*

Alia ad materiam, vide infra verb. *Pater*:

*Reſtitutio* Dotis facta conſtante Matrimonio eſt ipſo jure nulla, *deciſ.5. num.12.*

Intellige, id procedere quoad Uxorem reſpectu Mariti, non autem quoad Maritum reſpectu promiſſorum ipſius Dotis, *ibid. num.14.*

DOS *varia.*

*Confeſſio* Dotis receptæ, vide in verb. *Confeſſio.*

*Congrua* ad hoc, ut dicatur, attendi debet quantitas patrimonii Paterni, numerus filiorum, aliaque, de quibus in *deciſ. 94. num.12. 19. & 23.*

*Congrua* præſumitur ea, quæ à Patre fuit aſſignata ſuis filiabus, *deciſ.94. num.11. 24. & 27.*

*Conſtitui* poteſt in ſimplici uſufructu, *dec.19. num.15.*

*Conſtituta* à Matre, vel ab alia perſona non obligata ad dotandum, reputatur tamquàm peculium adventitium fœminæ dotatæ, *deciſ.49. num.34.*

*Conſtituta* ad pompam non præſumitur, niſi id concludenter probetur, *deciſ.40. num.6.*

Et maxime, quando non adeſt Antapoca, quæ in tali caſu fieri ſolet, *num.7. & num.17.*

Et fortiùs, quando agitur inter Coniuges æqualis conditionis, *n.15. & 16.*

*Dari* ſolità Monaſterio dicitur congrua reſpectu Monialis, licet ſit longe minor, quam Dos aſſignata alteri Sorori in ſæculo nuptæ, *deciſ.94. num.41.*

Si vero Monialis Profeſſionem emittat in Monaſterio, in quo nulla Dos ſolvitur, nequit illa aliquam Dotem prætendere à Patre, ejuſque hæreditate, *ibid.*

*Exceptio* non numeratæ Dotis efficitur perpetua, ſtante reclamatione intra biennium, *dec.17. num.24.*

*Exceptio* non numeratæ Dotis ex quibus excluſa remaneat, *deciſ.17. ex num.15. uſquè ad 19.*

*Exceptio* non numeratæ pecuniæ nequit opponi poſt biennium in materia Dotium, *dec.40. num.14.*

Præcipue per Creditores poſteriores, *ibid.*

*Exceſſiva* dici nequit, niſi ſuperexcedat portionem virilem; quæ aliàs fœminæ de Jure communi ab inteſtato competiiſſet, *deciſ.94. num.13.*

*Exceſſivè* conſtituta non præſumitur, niſi prætenſus exceſſus plene, & concludentèr probetur, *deciſ.94 num.18.*

*Fœmina* priùs nupta an, & quandò pro ſuis dotibus ſit præferenda Sororibus innuptis, vel potiùs inter eas intret contributum, *deciſ.11. num.25. & 26.*

*Fœmina* conſtituenda, etiam ſtantibus maſculis, poteſt taxari uſquè ad virilem, ità expoſcentibus facti circumſtantiis, *deciſ.94. num.16.*

*Filia* aſſerens, ſe fuiſſe incongruè, vel inæqualitèr dotatam, tenetur id concludenter probare, *deciſ 94. num.47.*

*Filia* effecta Monialis nequit prætendere majorem Dotem, quàm illam, quæ dari ſolet ab aliis ingredientibus Monaſterium, licèt ſit longè inferior legitimæ, *deciſ.57. n.23.*

*Filiarum* in ſæculo nubentium nequit eſſe minor legitimâ, niſi Paternum judicium, aliæque circumſtantiæ diverſimodè ſuadeant, *deciſ.94. num.15.*

*Frater* in dubio cenſetur dotaſſe Sororem de bonis Maternis, *deciſ.94. num.44.*

Sed ſi Frater conſtituat Sorori Dotem in pecunia, eo caſu præſumitur de proprio dotaſſe, *num 4.*

*Major* conſtitui debet fœminæ deformi, quàm alteri formoſæ, *deciſ.94. num.38.*

*Major* conſtitui valet uni ex filiabus, quæ nubat Viro nobiliori, *deciſ.94. num.22. & 26.*

*Mater* non tenetur dotare filias, niſi in ſubſidium, *deciſ.12. ſub num.16. §. Qualitas.*

*Minor* conſtituenda eſt fœminæ nuptæ cum Forenſi, quàm alteri Romæ nubenti, *deciſ 94. num.40.*

*Numeratio* Dotis arguitur ex ſolutione Gabellæ, quotiès agitur de Civitate, in qua ſolvitur Gabella pro Dote, *deciſ.40. num.24.*

*Pactum* adæquandi Dotem cur regulariter procuretur à Socero per Maritum nubentem cum fœmina habente alias Sorores innuptas, *deciſ.94. num.65.*

*Pactum* adæquandi Dotes in dubio cenſetur reſpicere quantitatem, non vero qualitatem ipſarum Dotium, *deciſ. 94. num.66.*

*Pactum* adæquandi Dotes refertur ad tempus promiſſionis, *deciſ.94. num.63.*

Et debet ſtrictiſſime interpretari, *num.64.*

*Pater* poteſt pinguiorem Dotem conſtituere filiabus ſecundi Matrimonii, ità ſuadentibus circumſtantiis, ac ceſſante de reliquo machinatione Novercæ, *deciſ.94. num.39.*

*Pinguior* conſtitui debet fœminæ in ætate provecta conſtitutæ, *deciſ.94. num.35.*

*Solutio* Dotis ex quibus conjecturis probetur, *deciſ.17. n.11.*

*Statutum* excludens fœminas ab inteſtato propter Dotem, non comprehendit fœminam profeſſam in Monaſterio, in quo nulla Dos ſolvitur, *deciſ.94. num.42.*

*Subſidiariè* debita à Patruo, vel aliis directe non obligatis ad dotandum, taxari debet ad limites puræ neceſſitatis, *deciſ 94 num.43.*

DOTES.

*Adæquari* licet debeant inter plures Sorores, id tamen ſemper remittitur prudenti Judicis arbitrio, & quare, *dec. 94. ſub num.36. §. Quandò*, ubi plene, ac remiſſive.

*Fœminarum* hodie ſunt majores, quàm eſſent retroactis temporibus, *deciſ.94. num.20.*

Et de ratione, *ibidem, & num.62.*

DUBIETAS.

*In Jure* æquiparatur dubietati facti, *dec.77. num.96.*

Amplia, ut *num 97.*

DUO.

*Vincula* magis ſtringunt, quàm unum, *dec.91. num.5.*

DUX.

*Exercitus*, vide infra verb. *Exercitus.*

# E

ECCLESIA.

*ADminiſtratio* ſuppellectilium Eccleſiæ regulariter ſpectat ad Sacriſtiam Cappellæ, ſeù Altaris, ad cujus ornatum ſunt deſtinata, *deciſ.9. num.39.*

Limita, quandò contraria apparet intentio oblatorum, *num.40. & 42.*

Vel quandò contraria invaluit conſuetudo, *num.41.*

*Adminiſtratio* ſuppellectilium Eccleſiæ an, & quandò ſtare valeat penes Laicos, vide *in deciſ. 9. num. 35. 36. 44. 45. & 47.*

*Bona* Eccleſiæ quoad illorum alienationem, vel obligationem, vide ſupra in verb. *Bona Eccleſiaſticæ.*

*La-*

*Lateranenſis*, vide ſuprà verb. *Baſilica*.

*Matricitas* alicujus Eccleſiæ ex quibus probetur, vide infra verb. *Matricitas*.

*Parochialis*, vide infrà verb. *Parochia*.

*Regularis* ad hoc, ut ſæculariʒari valeat propter defectum Religioſæ obſervantiæ, quid debeat probari, *deciſ.71.n.31.*

*Sita* de præſenti in aliquo loco non dicitur neceſſariò illamet, quæ fuit inibi à principio conſtructa, *deciſ. 55. ſub num.3. §. Eoque validiùs.*

*Sita* in Confinio duorum Epiſcopatuum à quo ſit conſecranda, vide in verb. *Epiſcopus*.

*Teſtari* favore Eccleſiæ, neglectis propriis filiis, & deſcendentibus, ipſimet Sacri Canones abſonum reputarunt, *deciſ.49.ſub princ.*

*Unica* poteſt habere plures Curatos, & quomodò, *deciſ.55. ſub num 11. §. Ejuſdem levitatis.*

Et vide etiam infra verb. *Parochus*.

ELECTIO.

*Abſentes* de Jure debent ad electionem vocari, *deciſ.61.n.19.*

*Abſentes* poſſunt conſtituere Procuratorem ad dandum ſuffragium in Electione, quandò adeſt juſta cauſa abſentiæ, *deciſ.61. num.?1.*

Secùs ſi abſint ex propria culpa, *deciſ.86. num.114.*

Non poſſunt tamen dare ſuffragium, illud per Epiſtolam tranſmittendo, *d.deciſ.61 num.22.*

*Abſentes* non ſunt vocandi ad Electionem, quotiès in accedendo ad locum Capituli ſubire poſſunt aliquod periculum, *deciſ.86. num.112.*

*Actus* electionis nequit deſervire pro diſpenſatione alicujus inhabilitatis, qua laboret electus, & quare, *deciſ. 64. ſub num.49. §. Nihilominùs.*

*Appellatio* à futura Electione ad hoc, ut illam retardet, quid requiratur ex parte appellantis, *deciſ.86. num.118.*

*Bellum* eſt juſta cauſa non vocandi ad electionem Vocales in longinquis Partibus degentes, *deciſ.86. num.110.*

Exemplifica, ut *ibid. num.113. & 115.*

*Breve* eligibilitatis quid ſit, *deciſ.86. ſub num.3?. §. Verùm.*

*Celebratio* Miſſæ de Spiritu Sancto non eſt de ſubſtantia Electionis, *deciſ.86. num.82.*

*Collatio* meriti ad meritum, & zeli ad zelum neceſſaria eſt in Electionibus inter duos, vel plures pari meritorum qualitate ſuffultos, *deciſ.91. num.18.*, & priùs *deciſ. 86. n. 92.*

*Collatio* numeri ad numerum ſufficit hodie prò validitate electionum, abſque eo, quod ampliùs requiratur collatio meriti ad meritum, & zeli ad zelum, *deciſ.51. num.15.*

*Concluditur* à majori parte Capituli, nec de Jure requiritur, quod in Electum concurrant duæ partes Capitularium, *deciſ.86. num.84.*

Et reprobatur *Lotther.* contrarium tenens, & deſuper adducitur praxis Sacræ Congregationis Conſiſtorialis, *ibid.*

*Confirmata* à legitimo Superiore habet pro ſe omnem præſumptionem validitatis, *deciſ.61. num. 13. & 14.*

*Confirmatio* electionis prætendi non poteſt, niſi afferatur confirmare debenti publicum ipſius electionis Inſtrumentum, *d.ciſ 61. num.9.*

*Conſtitutiones* cujuſcumque Ordinis debent pro lege obſervari in materia Electionum, *deciſ.61. num.24.*

Adeòut Electio celebrata contrà formam in eiſdem Conſtitutionibus præſcriptam ſit penitùs nulla, & irrita, *n.25.*

*Conſuetudo* particularis cujuſcumque Ordinis ſervari debet in materia Electionum, *dec.61. n.26.*

*Contemptus* alicujus ex Vocalibus irritat electionem, *dec.86. num 7.*

Non tamen illam irritat ipſo Jure, ſed ope exceptionis, quatenùs ſcilicèt Vocalis neglectus ſuum proſequatur contemptum, *n 8.*

*Contemptus* dicitur Vocalis, quoties nullo modo vocatus fuit ad actum electionis, *dec.86.n.9.*

Item quotiès, licet vocatus, & præſens, non fuit admiſſus ad votandum, *n.10.*

Non tamen contemptus diceretur is, qui ex aliqua rationabili cauſa fuerit excluſus à votando, licet ex poſt talis cauſa detegeretur minùs juſta, *d. deciſ.86. num. 98.*

Prout pariter contemptus non diceretur is, qui non fuit vocatus ad electionem ex aliqua cauſa ſaltem probabili, *ibid. num. 108.*, & 116.

*Contemptus* unius ex Vocalibus ſufficit pro irritanda electione, licet perſona Electi de cætero ſit digniſſima, *deciſ.86. num 53. & 54.*

Dummodò tamen nullitas hæc allegentur ab ipſomet contempto, ſecùs ſi ipſe taceat, & nullitas ab alio opponatur, *deciſ.52. num. 16.*, & *dicta deciſ.86. num.97.*

*Defectus* oppoſiti Vocalibus in limine electionis non attenduntur ad finem illos excludendi à jure votandi, ſed prævia proteſtatione proceditur ad electionem, *deciſ.36. num 55.*

*Dici* nequit per vim, & metum celebrata, quoties ab Electoribus in plena libertate conſtitutis fuit expoſt ratificata, & approbata, *dec.86. n.27.*

*Diffamatio* in materia gravi ſufficit ad reddendum aliquem ineligibilem, *deciſ.61. num.32.*

*Eccleſia* ſtatim ac obtinuit ſui Epiſcopi electionem, & confirmationem, etiàm ante illius conſecrationem ampliùs vidua non dicitur, & de ratione, *deciſ.36. num.43.*

*De Electionibus* ad Dignitates, & Epiſcopatus Germaniæ, remiſſivè, *deciſ.86. num.?18. §. Pa?s hæc.*

*Electores*, qui ſuffragium dederunt in electione, nequeunt poſteà illam impugnare ſive directè, ſive in figura Teſtium, *deciſ.86. num.25.*

*Electores*, imminente electione, poſſunt ad illam procedere non obſtante quacumque appellatione per aliquem ex Vocalibus interpoſita à futura electione, *deciſ.86. num. 117.*

Poteſt tamen electio ſucceſſiva infirmari, quatenus ex poſt juſtificaretur cauſa appellationis, *ibid.*

*Elector*, quod fuerit ad actum electionis vocatus, probatur ex atteſtatione Nuncii, ſeu Curſoris, *deciſ.86. num.12.*

*Eligentes* ſcienter incapacem amittunt pro illa vice Jus eligendi, *deciſ.86 num.51.*

*Electus* à minori parte, ſi eſt habilis præfertur alteri inhabili ſcienter coelecto à majori parte Capituli, *dec.86. n.91.*

*Excommunicatus* eſt ineligibilis ad Dignitates, & Prælaturas, *deciſ.61. num.31.*

*Facta* per habiles, & inhabiles ſimul, in totum irritatur, *deciſ.61. num.34.*

*Facta* per Vocales excommunicatos eſt nulla, & irrita, *deciſ.6? . num.33.*

*Facta* per abuſum, ſeù interventum Laicæ poteſtatis, eſt omninò nulla, *dec.61.n.15.* & *dec.85 n.14.*

Et quando Electio dicatur facta cum tali abuſu, & ideo collabeſcat, *d. dec. 61. n.36. cum duob. ſeqq. & d.dec.86. ex n.15. uſque ad 21.*

Et an eſſet talis abuſus, ac nullitas, ſi Laici ſimpliciter interveniant Electioni ad finem protegendi Vocales à quibuslibet violentiis, *d.deciſ 61. n.38.*

*Facta* per ſortem à Jure improbatur, *dec.95. n.10. & 36.*

Idemque procedit in præſentatione facta per ſortem ad Beneficia Eccleſiaſtica, *num.11.15. & 22.*

Et quid, ſi ſors mittatur inter duos, aut plures paribus meritis ſuffultos, *num.16. & 17.*

Et reſpondetur exemplo *Divi Matthiæ*, qui fuit electus ad Apoſtolatum per ſortem, *n.20. & 21.* juncto *n.13.*

*Facta* in ſpretum appellationis interpoſitæ ab aliquo Vocali excluſo à jure eligendi, tamquàm attentata, eſt revocanda, *deciſ.86. num 57.*

*Fieri* debet per vota ſecreta, *deciſ.61. num 41.*

Idque procedit in Electione nedùm Definitorum, ſed etiam cæterorum Officialium Capituli, *num.42.*

*Fieri* regulariter debet in illo eodem loco, ſeu Monaſterio, cui providendum eſt de novo Superiore, *deciſ. 86. num.4.*

Declara tamen, quod ſuſtinetur Electio facta in quolibet alio loco, in quo Vocales concorditer convenerint ad eligendum, *num.5.*

Præſertim, ſi concurrat aliqua juſta cauſa explendi electionem alibi, quàm in loco viduatæ Dignitatis, *num.6.*

*Indulta* eligibilitatis concedi ſolita per Sedem Apoſtolicam ſufficit, ut exhibeantur in Capitulo, nec requiritur eorum diſcuſſio in forma contentioſa, *deciſ.86. num 94.*

*Inhabilitas*, quæ obiicitur perſonæ eligendæ, diſpungenda eſt antequàm deveniatur ad actum electionis, aliàs electio corruit, *deciſ.86. num.49.*

Et de ratione, *num.50. cum duob. ſeqq.*

*Irritatur*, quandò fuit datus aliquis Scrutator, qui non erat de gremio Capituli, *deciſ.61. num 40.*

*Judices* Cauſarum in Capitulis Generalibus, & Provincialibus ad quem finem ſoleant deputari, *deciſ.61. num.27.*

Et quomodò hujuſmodi Judices Cauſarum eligantur in Religione Auguſtiniana, *ibid. ſub num.25.§. Quod autem, & num.28.*

*Jus* eligendi integraliter conſolidatur in Electoribus, qui valide elegerunt, ſi alii contrà formam Juris ad Electionem proceſſerunt, *deciſ.95. num.3.*

Et de ratione, *num.4.*

*Major* pars Capituli poteſt per ſpeciem Compromiſſi antè actum Electionis admittere extraneos in Aula Capitulari pro habendo illorum conſilio ſuper modo eligendi, *deciſ. 95. num 8.*

*Nominatio*, præſentatio, ſupplicatio, & Electio ſunt Synonimæ

Digitized by Google

nima, & interpretantur juxtà ſubjectam materiam, *dec.*20. *num.*31.
*Nun* facta intrà tempus à Jure Statutum, antequàm devolvatur ad Sedem Apoſtolicam, gradatim ſpectat ad Superiorem, qui illam confirmare debuiſſet, *deciſ.*61. *num.*4.
Debet tamen Superior in hoc caſu procedere ad electionem per viam Juris devoluti, aliàs ſi procedat per viam confirmationis actus nulli, intrat devolutio ad Sedem Apoſtolicam, *num.*5.
Rursùs debet Superior procedere ad electionem ex integro intrà tres menſes à die devolutionis, quibus elapſis jus eligendi devolvitur ad Papam, *num.*6.
*Novi* Prælati fieri debet, poſtquam Eccleſia remanet proprio Paſtore viduata, *deciſ.*86 *num.*80.
*Ordo* Ciſtercienſium in materia Electionum ex peculiaribus Privilegiis remanet exemptus à limitatione temporis à Jure SS. Canonum præſcripti, *deciſ.*61. *num.*15.
Eademque exemptione, & privilegiis gaudet Ordo Fratrum Minorum, *num.*16.
*Per viam* Compromiſſi fieri nequit, niſi de conſenſu omnium, & ſingulorum de Capitulo, *dec.*95. *num.*5. & 9.
Et de ratione, *ibid. num.*6.
*Prælati* in Eccleſiis tàm Cathedralibus, quàm Regularibus fieri debet infra tres Menſes à die vacationis, *dec.*61. *n.*1.
Aliàs electio facta poſt dictum terminum remanet nulla, irrita, ac defectuoſa, *ibid.*
Limita, quoties Electores fuerunt præpediti ex causa Belli, vel alterius legitimi impedimenti, nam tùnc Electio etiam ultra Trimeſtre facta ſubſtinetur, *num.*18. & 20.
In Eccleſiis tamen ſitis in Diœceſi Leodien. Electio vigore particularium Indultorum fieri debet infra Menſem à die vacationis, *ibid. num.*3.
Quod ſane militat tantummodò in Eccleſiis, & Beneficiis Sæcularibus ejuſdem Diœceſis, *num.*11.
*Præſes* Capituli quam Juriſdictionem habeat in legitimatione Vocalium, *deciſ.*61. *num* 30.
*Præſumitur* in dubio ritè, recteque celebrata, *deciſ.*86. *n.*26.
*Procurata* mediantibus Schedulis ab ipſo Electo præcedenter apud Vocales conſparſis, eſt penitus nulla, *deciſ.* 61. *n.*43.
Idemque procedit in electione ad aliquem reſtricta per ſubornationem Superioris, *num.*44.
*Publicatio* electionis fieri poteſt à quolibet ex Scrutatoribus ad libitum, & voluntatem Capitularium, *deciſ.* 86. *n.* 83.
*Requirit* pro ſui validitate, ut major pars Capituli in Electum conſenſerit, *deciſ.*95. *num.*2.
*Reſtricta* ſi fuerit à Capitulo ad duos, vel tres, non poſſunt nominari alii in præjudicium talium Candidatorum, *dec.*61. *num.*23.
*Sanior* pars Capituli quæ dicatur in materia Electionis, *dec.*86. *num.*89.
*Terminus* Electioni præfixus poteſt ex juſta causa abbreviari de conſenſu majoris partis Capituli, *deciſ.*86. *num.*95.
*Terminus* Electioni præfixus nequit prorogari, niſi de conſenſu majoris partis Capituli, *deciſ.*86. *num.*90.
*Valida* non eſt, niſi vel omnes, vel ſaltem major, & ſanior pars Capituli in Electum conſenſerit, *deciſ.*86. *num.*45.
Ideòque Electio facta in paritate ſuffragiorum eſt nulla, *num.*46.
Amplia, ut *num.*47., & 48.
*Vocalis* citatus ad actum Electionis pro certa die ſibi imputet, ſi in die deſtinata non comparuit ad locum electionis, *deciſ.*86. *num.*13.
*Vocalis* excluſus à jure eligendi per Sententiam, à qua appellavit, pendente appellatione poteſt eligere, *deciſ.*86. *n.*56.
*Vocales*, qui incompleta Electione voluntarie exierunt ab Aula Capitulari, non computantur ampliùs in numero eligentium, *deciſ.*86. *num.*85.
Et de ratione, *num.*86.
Idemque dicendum eſt de iis Vocalibus, qui licet præſentes in Capitulo, adhùc abſque ulla rationabili causa noluerunt ferre ſuffragium in Electione, *num.*87.
*Utile* per inutile non vitiatur in materia Electionis, *dec.* 86. *num.*22.

ELECTUS.

*A majori* parte Capitularium dicitur habere vota totius Capituli, *deciſ.*52. *num.*2.
*Proximè* electus admittendus venit, quandò is, qui habuit majora ſuffragia, detectus eſt incapax, *deciſ.*64. *num.*52.

ELEMOSYNÆ.

Vide infrà in verb. *Laicus*.

EMANCIPATIO.

*Facta* per Procuratorem valet quidem, ſed neceſſe eſt, quòd per Patrem poſtea ratificetur, *deciſ.*60. *num.*45.
Diceretur autem ſufficienter ratificata per Patrem, ſi iſte poſtea intereſſet Contractui geſto per filium cum expreſſa mentione emancipationis jam ſecutæ, *num.*46.
*Fieri* debet coram Judice Ordinario, & competente, *dec.*60. *num.*44.
*Filiifamilias* in quibus caſibus, & ad quos effectus requiratur, remiſſive, *deciſ.*60. *num.*26.
*Fraudolenta* quandò, & ex quibus cenſeri valeat, *deciſ.* 60. *num.*35. & *num.*47. & 48.
*Fraudolenta* dici nequit, quandò actus ex poſt factus per emancipatum eſt juſtus, & laudabilis, *dec.*60. *num.*49.

EMPHYTEUSIS.

*Bona* Emphyteutica Abbatiæ Farfen. poſſunt ex conſuetudine alienari etiam in præjudicium compræhenſorum in Inveſtitura, *deciſ.*50. *num.*30.
*Bona* Emphyteutica poſſunt hypothecari ex causa Dotis, *deciſ.*50. *ſub num.*24. *verſ. atque*.
Clauſula *ad habendum* non immutat qualitatem Emphyteuſis Eccleſiaſticæ, neque facit illam tranſitoriam ad hæredes extraneos, *deciſ.*80. *num.*34.
In Emphyteuſi autem laicali operatur, ut illa ſit tranſitoria etiam ad extraneos, *deciſ.*89. *num.*54.
Clauſula *præſentibus* &c. in Emphyteuſi Laicali importat incluſionem quorumcumque hæredum etiam extraneorum, *deciſ.*75. *num.*9.
Idemque importat Clauſula *ad habendum*, *num.*10.
Præſertim, ſi addita ſit dictio *in perpetuum*, *num.*11.
*Commoditas* fructuum rei emphyteuticæ quandò cenſeatur, necne prohibita hypothecari, *deciſ.* 50. *num.* 3. & 11. & *deciſ.*75. *n.*1. & *num.*13. 14. 16. 19. 21., & 43.
Vide etiam ſupra verb. *Commoditas*.
*Conceſſio* Emphyteutica ultrà tres generationes in re Eccleſiæ eſt prohibita, *deciſ.*75. *num.*66.
*Conceſſio* facta alicui acceptanti pro ſe, & fratre, ſi frater non ratificat, reſpectu ejus Emphyteuſis non ſubſiſtit, ſed tamen tota Emphyteuſis conſolidatur in fratre, qui fuit ſtipulatus, *deciſ.*75. *num.*72.
Præcipue ſtante promiſſione per eum facta ſolvendi integrum Canonem, *num.*73.
*Conceſſio* Patti recipienti pro ſe, filiis, & nepotibus dicitur unica, quidquid ſit de facta pro ſe, ac fratre, *deciſ.*75. *num* 67.
*Conſuetudo* alienandi bona Fæudalia, vel Emphyteutica ex pacto, & providentia, debet concludentiſſime probari, *deciſ.*50. *num.*25.
*Conſuetudo* alienandi bona Fæudalia, vel Emphyteutica etiam pactionata, probatur ex pluribus Inſtrumentis alienationum effectum ſortitarum, *deciſ.*50. *num.*32.
Declara, & intellige, ut *num.*38. 40.41. & 42.
Rurſus talis conſuetudo probatur ex Sententia, in qua eadem conſuetudo canonizata remanſit, *num.*33.
Si tamen eſſet unica Sententia, nil proficeret, cùm requirantur tres, vel quatuor conformes, *num.*45. & 46.
*Creditor* percipiens fructus rei Emphyteuticæ nomine ſui Debitoris, non dicitur habere Jus uſusfructus, ſed ſimplicem commoditatem, *deciſ.*50. *ſub num.*27.
*Dominus* directus prohibere poteſt in Inveſtitura, nè res Emphyteutica alteri quovis modo obligetur, *deciſ.* 50. *n.* 11.
In Domino quippè inveſtiente ſtat pro ratione voluntas, *ibid.*
*Facultas* percipiendi fructus rei Emphyteuticæ poteſt liberè oppignorari, ſeù hypothecari, cùm ſit quid diſtinctum à Jure Emphyteutico, *deciſ.*50. *ſub num.*19.
*Filius* hæres Patris non poteſt repudiare Emphyteuſim à Patre pro ſe, & filiis receptam, *deciſ.*75. *num.*53. *cum duobus ſeqq.*
*Fructus* rei Emphyteuticæ, quod percipiantur ab Emphyteuta, vel potiùs ab ejus Creditoribus, non intereſt Domino directo, neque officit ejus dominio, *deciſ.* 50. *num.* 21. *in fin.*
*Hypotheca* ſuper re Emphyteutica non tollitur per illius reverſionem ad Dominum, quandò ea ſuccedit ex facto voluntario Emphyteutæ, *deciſ.*50. *n.*18.
*Laicalis*, àd differentiam Eccleſiaſticæ, præſumitur perpetua, & ad quoſcumque tranſitoria, niſi aliter fuerit conventum in Inſtrumento conceſſionis, *deciſ.*75. *num.*8.
*Liberè* reverti debet ad Dominum directum, prout fuit ab initio conceſſa: ſed id procedit, quoties reverſio ſit ex capite devolutionis, vel ob lineam finitam, ſecùs verò durante adhuc Inveſtitura apud hæredes, *deciſ.*50. *ſub n.*15. & 6. *Quodque*.
*Obſervantia* declarat qualitatem Emphyteuſis tranſitoriæ ad extraneos, *deciſ.*75. *num.*12.

Pe-

*Perpetua* tranſitoria ad quoſcumque hæredes nunquàm revertitur ad Dominum directum, niſi in concurſu Fiſci hæredis non veri, ſed anomali, *deciſ.50. num. 10. & dec.75. num.6.*

*Prohibitio* facta in Inveſtitura de vendendo, alienando, cedendo &c. rem Emphyteuticam, non compræhendit Jus commoditatis fructuum, *deciſ.50. ſub num. 18. §. Amaritudo.*

*Recepta* pro ſe, filiis, & Nepotibus, an dicantur tot conceſſiones, quot ſunt perſonæ, pro quibus fuit ſtipulata, *dec.75. num.65.*

*Res* Emphyteutica redit ad Dominum directum libera, prout erat ab initio, niſi ſpecialiter conſenſum dederit illius hypothecationi, *deciſ.50. num.7.*

*Revertitur* de ſui natura ad Dominum directum poſt extinctas generationes, pro quibus fuit ab initio conceſſa, *dec.50. num.9. §. Ceterum.*

*Stipulata* pro ſe, & aliis, ſi iſti non ratificant, conſolidatur in primo, & ejus hæreditate durantibus lineis, & generationibus, pro quibus fuit ſtipulata, *deciſ.75. n.63. & 64.*

*Succeſſores* in Inveſtitura pacti, & providentiæ poſſunt avocare bona Emphyteutica à ſuis Authoribus alienata, *dec.50. num.28.*

EMPHYTEUTA.

*Diſponere* poteſt de Melioramentis à ſe factis, quando Emphyteuſis non caducatur ob ejus culpam, *dec.75. num.33.*

*Hæres* Emphyteutæ nequit impugnare factum ſui Authoris, quandò agitur de Emphyteuſi hæreditaria, *deciſ.75. n.30.*

*Obligare* nequit rem Emphyteuticam in præjudicium concedentis, *deciſ.50. num.4.*

*Obligare* nequit Jus uſusfructus rei Emphyteuticæ, ſed dumtaxat dationem ipſorum fructuum, *deciſ.50. num.12.*

Et in hoc caſu talis obligatio eſt ſimpliciter perſonalis, non verò realis, *ibid.*

*Obligare* poteſt commoditatem rei Emphyteuticæ in præjudicium ſuorum hæredum, aliorumque ab ipſo cauſam habentium, *deciſ.50. ſub num.13.*

*Primus* acquirens poteſt alienare utile dominium rei Emphyteuticæ pactionatæ in præjudicium vocatorum, ubi talis vigeat conſuetudo, *deciſ.50. ſub num.27. §. Quandoque, & num.29.*

*Refutare*, ſeù dimittere nequit rem emphyteuticam inuito Domino directo, *deciſ.75. num.47. 49. & 71.*

Quidquid in contrarium ſcripſerint *Corn.*, & *Andreol.*, qui plene reprobantur, *ibid. num.48. & ſeqq.*

Limita, ſi contrarium ex conſuetudine loci receptum ſit, ut nempe Emphyteuta poſſit dimittere rem emphyteuticam etiam inuito Domino directo, *ibidem num.74.*

In quibus autem locis vigeat hujuſmodi conſuetudo, vide *ibid. num.75. cum duobus ſeqq.*

Et quid, ſi poſt ſtipulatam conceſſionem repererit, rem emphyteuticam gravatam eſſe alio onere ultrà Canonem cum Domino directo conventum, *ibidem num.79.*

Et remiſſive de aliis caſibus, in quibus valet Emphyteuta à ſe abdicare rem emphyteuticam inuito Domino directo, *ibid. num.78.*

EMPTOR.

*Dominium* rei venditæ tranſlatum in Emptorem non impedit, quin ipſius rei periculum ex pacto pertineat ad Venditorem, *deciſ.68. num.57.*

*Facit* ſuos fructus rei emptæ, *deciſ.74. num.11.*

*Interpretatio* in dubio capienda eſt favore Emptoris contrà Venditorem, *deciſ.91. num.2.*

*Judicialiter* conventus ad retrovendendum vigore pacti, non tenetur ad reſtitutionem fructuum, niſi à die facti depoſiti per Venditorem, *deciſ.98. num.35.*

*Petens* à Venditore reſtitutionem pretii, quandò poſtea poſſit variando agere contrà eumdem pro liberatione à moleſtiis, *deciſ.49. num.39.*

*Pretium* debet reſtitui Emptori, qui rem non habuit, vel non habuit liberam, *deciſ.54. num.1.*

Quinimò debent etiam ei refici damna, & intereſſe à Venditore, *num.2.*

ENUNCIATIVA.

*Emiſſa* per Ordinarium in actu Viſitationis præmaxime attenditur, & de ratione, *deciſ.14. num.1.*

*Non probat*, quandò contingit principaliter dubitari de veritate enunciati, *deciſ.36. num.31.*

Idemque eſt, quandò enunciativa prodiit à perſona intereſſe habente, *num.32.*

Vel quandò noſcitur affectatè emiſſa, *deciſ. 47. num.17.*

*Veritas* enunciativæ magnum recipit fomentum ab antiquitate Inſtrumenti, vel actus, in quo fuit emiſſa, *dec.14. n.4.*

EPISCOPATUS.

*Beneficia* promoti ad Epiſcopatum an vacent ab ipſo momento promotionis, aut confirmationis, vel potiùs à die Conſecrationis, *dec.86. num.35. 36. 38. 70. & 73.*

Et quid, ſi in Decreto promotionis, vel confirmationis adſit expreſſum Decretum ſuper vacatione Beneficiorum, *ibid. n.37. & 74.*

*Germaniæ* ſunt electivi, *deciſ.86. num.30.*

*Pluralitas* Epiſcopatuum in una, eademque perſona de ſanguine illuſtri, qua ratione quandòque practicetur in partibus Germaniæ ex diſpenſatione S. Sedis, *deciſ.86. num.65.*

*Plures* in una, eademque perſona de Jure ſunt incompatibiles, *deciſ.86. num.29.*, & *ſub num.64. §. Recopilando.*

EPISCOPUS.

Vide etiam in verb. *Ordinarius*, & verb. *Viſitatio.*

*Abſtinere* debet ab executione, quandò videt, Decretum Papæ eſſe ſubreptitium, *deciſ.82. num.59.*

*Actus* Juriſdictionalis etiam unicus ab Epiſcopo exercitus ſat eſt pro conſervatione ejus univerſalis Juriſdictionis, *dec.31. num.6.*

*Archiepiſcopus* Salisburgi ex conſuetudine immemorabili, ſivè ex privilegio creat quatuor Epiſcopos ſibi Suffraganeos, *deciſ.82. num.31.*

*Conſenſum* Capituli in rebus gravibus debet adhibere, *dec.76. num.5.*

*Diſſolvi* nequit à vinculo, quo tenetur ergà ſuam Eccleſiam, niſi de plenaria Papæ authoritate cum juſta, & legitima cauſa, *deciſ.86. num.39.*

*Eccleſia* ſita in confinio duorum Epiſcopatum, ſi ab utroque Epiſcopo conferri prætendatur, quomodò controverſia hæc veniat dirimenda, *deciſ.18. num.17. & 18.*

*Electus*, & confirmatus, licet nondùm conſecratus, poteſt exercere ea omnia, quæ ſunt Juriſdictionis, non verò ea, quæ ſunt Ordinis, *deciſ.86. n.40.*

Et de ratione, *ibid. n.42. & 43.*

*Electus*, & confirmatus poteſt concedere Indulgentias, licet adhùc non ſit Sacerdos, *deciſ.86. num.41.*

*Eligi* poteſt ad aliam Eccleſiam Cathedralem, ſi habeat ſpeciale Indultum Papæ ſuper ejus eligibilitate, *deciſ.86. n.66.*

*De exemplis* Epiſcoporum reſidentium in aliena Diœceſi, ibique exercentium munia Epiſcopalia, *deciſ.82. num.32.*

Signanter affertur exemplum Epiſcopi Fœſulani, & Murani, & in contrarium Epiſcopi Chiemenſis, *ibidem.*

*Gratificare* quando, & quomodo valeat unum ex pluribus præſentatis ad Beneficium de Jurepatronatu, vide in verb. *Gratificatio.*

*Juris aſſiſtentiam* habet quoad exercitium ordinariæ Juriſdictionis, & viſitationis circa Hoſpitalia, Cappellas, & Confraternitates exiſtentes intra fines ſuæ Diœceſis, *dec.31. n.1.*

Adeout ex hac ſola Juris aſſiſtentia ei competat manutentio, etiamſi non doceat, ſe eſſe in quaſi poſſeſſione hujuſmodi actuum Juriſdictionalium, *num.2.*

Dummodo tamen hujuſmodi loca Pia non ſint in quaſi poſſeſſione exemptionis à Juriſdictione Ordinarii, tunc enim in ſummariiſſimo poſſeſſorio ſola Juris aſſiſtentia Epiſcopo non ſuffragetur, *num.4.*

Et de ratione, *num.5.*

*Juriſdictio* delegata Epiſcoporum, qua ratione fuerit introducta per Sac. Concilium Tridentinum, *deciſ.31. num.12.*

*Juriſdictio* Epiſcopi non tollitur ex actibus Juriſdictionalibus geſtis ab inferiori, niſi probentur expleti cum ſcientia, & patientia ipſius Epiſcopi, *deciſ.31. num.15.*

Minùſque ex actibus juriſdictionalibus, turbative, vel attentate expletis per Inferiorem, *ibid. num.17.*

*Non poteſt* quem deſtituere abſque legitima cauſa, *deciſ.76. num.6.*

Et an, quando tamquam Parocus univerſalis valeat etiam ſine cauſa removere ſubalternos Parocos, ſeù Vicarios, *ibid. num.23.*

Et an removere valeat Coadiutorem datum alicui Paroco abſque futura ſucceſſione, *ibid. num.24.*

*Præſumitur* informatus de ſtatu Eccleſiarum, & Beneficiorum ſuæ Diœceſis, *deciſ.98. num.19.*

*Promovendus* debet habere ſaltem ætatem triginta Annorum, *deciſ.86. num.67.*

In Galliis tamen vigore Concordatorum ſufficit, quod habeat Annos viginti ſeptem, *num.68.*

Epiſcopo autem ex indulgentia Pontificis electo abſque concurſu legitimæ ætatis dari ſolet Adminiſtrator in ſpiritualibus, qui interim cenſetur proprius, & verus Paſtor illius Eccleſiæ, *ibid. num.75.*

*Propriè* vocari non poteſt, niſi poſtquam fuerit conſecratus, *deciſ.86. num.69. & 71.*

*Quidquid* acquirit, cedit ad commodum ſuæ Cathedralis, *deciſ.*4. *num.*15.
*Quidquid* geritur Sede Epiſcopali vacante, non poteſt præjudicare juribur Epiſcoporum ſucceſſorum, *deciſ.*76.*n.*13.
*Retentio* plurium Canonicatuum, ac Dignitatum quare à Sede Apoſtolica haud difficulter ut plurimùm concedi ſoleat Epiſcopis Germaniæ, *deciſ.*10. *num.*34.
*Rota* durante lite inter duos contendentes de Juriſdictione Epiſcopali, ſeù quaſi, aliquandò deputavit alium Epiſcopum, qui interim adminiſtraret controverſam Juriſdictionem nomine ipſius Rotæ, *deciſ.*87. *ſub num.*40.
*Sinè conſenſu*, vel conſilio ſui Capituli quæ agere valeat remiſſive, *deciſ.*76. *num.*16.
*Statuta*, & ordinationes an condere valeat in celebratione Synodi abſque conſenſu, vel conſilio Capituli, *deciſ.* 76. *num.*17.
*Succeſſor* in Epiſcopatu non tenetur ad debita prædeceſſorum, etiamſi ea contraxerint oti Epiſcopi, *deciſ.*79. *num.*12.
Et de ratione, *ibidem num.*39.
*Suffraganeus* ex quibus cauſis deputari ſoleat, & quid in hoc propoſito inquirat Sacra Congregatio Conſiſtorialis, *deciſ.*20. *num.*25.
*Summa* fides tribuitur Epiſcopo in iis, quæ concernunt curam Animarum, *deciſ* 78. *num.*100.

EPISTOLA.
*Miſſiva* plene probat contra ſcribentem, *deciſ.*51. *num.* 27.
*Recognitio* Epiſtolarum miſſivarum ſufficit, ut fiat per Teſter habentes coram manum Scribentis, *deciſ.*51. *num.*29.
*Reſponſiva* identificat, ſeù ſupponit aliam præcedentem, *deciſ.*51. *num.*28.

EQUITES.
*Hieroſolymitani* ſunt vere, & proprie Religioſi, *deciſ.*4.*n.*15.
*Ordo* Equitum Templariorum de quo tempore fuerit ſuppreſſus, *deciſ.*78. *num.*8.

ERROR.
*Calculi* ſemper opponi poteſt in quolibet Judicio, *deciſ.* 56. *num.*2.
*Excluditur* ex ſola poſſibilitate in contrarium, *deciſ.*9.*n.*32.
*Expeditoris* in impetratione litterarum Apoſtolicarum an officiat Proviſo, vide in *deciſ.*62. *num.*18.
*Probatus* dicitur eo ipſo, quod conſtat, rem aliter ſe habere, *deciſ.*71. *num.*41.
*Scriptura* non debet Partibus nocere, quoties illius veritas aliunde elucescit, *deciſ.*52. *num.*1.
*Vel mutatio* nominis non officit, quandò conſtat de ſubſtantia, *deciſ.*43. *num.*10.

EVICTIO.
*Emptor* per immiſſionem paſtam in Salviano non agit de evictione, *deciſ.*75. *num.*25.
Niſi tamen convenerit de evictione etiam in caſu quo pateretur immiſſionem in Salviano, *num.*26.
*Fructus* debentur pro re in ſolutum data, & evicta, *deciſ.*40. *num.*5.
*Mandatum* ad factum competit contra obligatum de evictione, ſtatim ac ſecuta eſt evictio, *deciſ.*1. *num.*6.
Et loco Mandati ad factum decerni poteſt ſequeſtrum adversùs bona promittentis, *ibid.*
*Promiſſio* evictionis eſt de natura dationis in ſolutum vel emptionis, & venditionis, *deciſ.*80. *num.*18.
*Promiſſio* evictionis ſupponit, dominium fuiſſe tranſlatum in emptorem, *deciſ.*80. *num.*10.

EXACTOR.
*Stipendium* augeri debet Exactori, quoties ejus labor auctus fuit ob ampliorem exactionem, *deciſ.* 56. *ſub num.* 2. §. *Attamen*.

EXAMEN *in propinquis*.
*Approbatus* pro idoneo ad unam Dignitatem, an ſubire debeat novum, & rigoroſum examen in admiſſione ad majorem Dignitatem, remiſſive, *in Præfat. num* 47.
Et enunciatur exemplum cujuſdam antiqui Antiſtitiis Capuani, qui Doctores ad Patriam redeuntes novo, ac rigoroſo ſubiiciebat examini, *ibid. num.*77.
*Novum* non admittitur poſt dedicita teſtificata, *deciſ.* 17. *num.*6.
Maxime, quandò novi Articuli idem continent in ſubſtantia, quod primi, licet differant in cortice verborum, *ibid. num.*7.
Alia vide ſuprà in verb. *Articuli*.
*Rota* aliquando ex motivo æquitatis non attendit nullitatem examinis Teſtium, quoties altera Pars nullitati mordicùs non inſiſtit, *deciſ.*33. *num.*6.
*Teſtium* factum in Partibus poſt interpoſitam appellationem ad Curiam, eſt attentatum, *deciſ.*33. *num.*4.

EXAMEN *in Beneficialibus*.
*Approbatus* ab Ordinario non debet ſine urgentiſſima cauſa trahi ad novum examen in Urbe, *deciſ.*64. *num.*19.
*Approbatus* in ſecundo examine habetur pro approbato etiam in primo, in quo de cætero fuerat reprobatus, *deciſ.*85. *num.*32.
Præſertim, quando ante primum examen fuerat ab Ordinario prælectus ad audiendas Confeſſiones, vel exercendam Curam Animarum, *num.*34.
Idque procedit, quamvis inter primum, & ſecundum examen non modicus lapſus temporis interceſſerit, quoties hujuſmodi dilatio non fuit voluntaria, & affectata, *n.*33.
*Examen* reprobati, qui appellavit, faciendum eſt coràm Epiſcopo viciniori, quando concurrit juſta cauſa non eundi Romam, *deciſ.*64. *num.*32.
*Novum* in Beneficialibus conceditur appellanti, etiam in præjudicium alterius, qui controverſum Beneficium obtinuerit ex capite reprobationis ipſius appellantis, *deciſ.*26.*n.*18.
*Novum* in Beneficialibus, vel non conceditur, vel conceſſum non ſuffragatur, quoties elapſus eſt Annus à tempore primi examinis, *deciſ.*32. *num.*8.
Limita, quandò lapſus temporis attribui poteſt impedimentis præſtitis per appellatum, non autem culpæ, vel negligentiæ appellantis, *num.*9., & 11. & *deciſ.*64. *n.* 26.
Rursùs limita, quoties agitur de examine peracto in Partibus longinquis, tunc enim conceditur novum examen etiam poſt Annum, *d. deciſ.*32. *num.*10.
*Novum* in Beneficialibus non conceditur, quoties inſtans denuò examinari eſt incapax Beneficii ex capite criminis, vel infamiæ, *deciſ.*32. *num.*15. & *n.*70.
Intellige, ſeù diſtingue, ut *num.*16.
Et quomodò in his caſibus de Crimine, vel infamia conſtare debeat ad effectum denegandi novum examen, *num.*17.
*Novum* in Beneficialibus an ſit faciendum in Curia, non obſtante ſenili ætate, aut malà valetudine alterius ex oppoſitoribus, *deciſ.*32. *num.*69.
*Præſentium* in Curia quomodò practicetur, ſi Beneficium, ſeù Parochialis exiſtat in Partibus; varii caſus diſtinguuntur *in deciſ.*64. *ſub num.*28. §. *Reaſſumendo*, & §. *Verùm*.
Et quid tale examen operetur, *ibid.*
*Proviſus* cum litteris in forma *Dignum*, ſi non repertus fuerit idoneus in primo examine, non admittitur ad ſecundum, *deciſ* 64. *num.*17.
*Qui ſe ſupponit* examini, aliam confingendo perſonam, incurrit pœnam excommunicationis, & privatur Beneficiis, *deciſ.*64. *num.*33.

EXAMINATORES *Synodales*.
*Allegari* an valeant uti ſuſpecti, remiſſive, *deciſ.*21. *n.*68.
*Appellatio* in ſuſpenſivo, & devolutivo eſt prohibita à relatione Examinatorum, *deciſ.*64. *num.*12.
Contrà, quod ſolùm intelligatur prohibita ad effectum ſuſpenſivum, *num.*13.
*Appellatio* ſuſpenſiva admittitur à reprobatione Examinatorum, quando agitur de Beneficio Juriſpatronatus Laicorum, *deciſ.*64. *num.*13.
*Appellatio* à mala relatione Examinatorum Synodalium in Beneficialibus paſſim admittitur, *deciſ.* 31. & *deciſ.* 64. utrobique *num.*1.
Et pro juſtificatione gravaminis Rota ſolet indulgere novo examini favore appellantis, *dicta deciſ* 32. *num.*1.
Diſtingue inter Beneficia Curata de Jurepatronatus, & inter alia ſpectantia ad liberam collationem Epiſcopi, ut *ibid. num.*3. & 4.
*Duo* Examinatores Synodales Urbis præcellunt aliis Examinatoribus exteris, ſeù de Partibus, licet numero pluribus, *deciſ.*64. *ſub n.*28. §. *Reaſſumendo*.
*Examen* factum coràm Examinatoribus Synodalibus, qui publice pro talibus habebantur, ſubſiſtit, licet in illorum electione non fuerit ſervata forma Sacri Concilii, *dec.* 64. *num.*34.
*Gravamen* illorum perſonæ reprobatæ ab Examinatoribus nequit meliùs juſtificari, quàm ex novo experimento, ſive examine, *deciſ* 64. *num.*15.
*Reprobatus* prima vice ab Examinatoribus de Partibus, & ſecundo loco ab Examinatoribus Urbis, adhùc provocare poteſt ad tertium examen, *deciſ.*64. *num.* 16. 21. & 27.
Et de ratione, *num.*18. *cum tri*[illegible] *ſeqq*
Et declarantur, in quibus terminis procedant *Gratz.*, & *Muſſorbr.*, qui videntur tenere contrarium, *num.*17.
*Repræſentant* ſigutam Peritorum, *deciſ.*64. *num.* o.

EXCAVATIO.
*Impetrans* à Principe Gratiam excavandi in fundo Privati, tene-

Digitized by Google

tenetur refundere Domino ipſius Fundi integram æſtimationem omnium rerum, quæ in eo reperientur, *dec.69.n.46.*
*Permiſſa* non eſt in Fundo Privati, invito Domino, *dec.69. num.41.*
*Prælatio* in excavatione ad publicam utilitatem facienda, competit Domino Fundi, *deciſ.69. num.44.*
Declara, ut *num.45.*
Alia ad materiam vide infrà verb. *Fodina*, & verb. *Lapidicina*.

EXCEPTIO *in genere*.

*Alicujus* caſus firmat regulam in contrarium, *deciſ.89.n.25. & deciſ.92.num.14.*
*Competens* Authori, competit quoque illius ſucceſſori, ſeù ceſſionario, *deciſ.50. num.6.*
*Debet* eſſe de regula, *deciſ.56. num.28.*
Et debet ſemper intelligi ſecundùm terminos præcedentis regulæ, *deciſ.86. num.76.*
*Excipiens* dicitur Actor in ſua exceptione, quam idcircò concludenter juſtificare debet, *deciſ.19. num.9. & dec.30. num.21.*
*Probatio*, quæ dependet à Teſtibus, dicitur ſemper exceptio requirens altiorem indaginem, *deciſ.58. num.6.*
*Requirens* altiorem indaginem non eſt apta retardare executionem rei judicatæ, *deciſ.61. num.7.*
Neque Judicium aſſociationis, *deciſ.60. num.15.*
Neque alterum immiſſionis, *deciſ.66. num.3.*

EXCEPTIO *in ſpecie*.

*De jure Tertii* regulariter non eſt admittenda, *deciſ.56. n.1.*
Niſi tamen ſit excluſive juris Agentis, *deciſ.66. num.1. & deciſ.74. num.26. & deciſ.90. num.44.*
*Non numeratæ Dotis*, vide infrà verb. *Dos varia*.
*Non numeratæ pecuniæ* efficitur perpetua, ſtante reclamatione intrà biennium, *deciſ.27. n.24.*
*Rei judicatæ*, vide infrà verb. *Res judicata*.
*Tua non intereſt* ſuffragatur Actori ad finem repellendi exceptionem Rei conventi, *deciſ.21. num.11.*
Eademque exceptio ſemper opponi poteſt ei, qui agit, vel recipit circà id, quod illi non pertinet, *deciſ.36. n.5. & deciſ.37. num.3. & deciſ.46. num.1.*
Non tamen opponi poteſt eadem exceptio, quandò reverà concurrit Intereſſe ejus, qui excipit de jure Tertii, *deciſ.66. num.2.*

EXCESSUS.

*Non præſumitur*, niſi concludenter probetur, *deciſ.94.n.17.*

EXCLUSIO.

*Deſcendens* à perſona excluſa, quandò poteſt ſuccedere ex perſona propria, nihil ei obſtet Matris excluſio, *deciſ.52. num.43. & 59.*
Alia ad materiam, vide infrà in verb. *Mater*.
*Excluſi* non cenſentur illi, in quibus ceſſat ratio excluſionis, *deciſ.52. num.61.*
*Medium* quoddam datur inter excludere, & vocare, *dec.67. num.42.*
*Unius* eſt incluſio alterius, *deciſ.80. num.7.*

EXECUTIO.

*Cœpta* habetur pro completa in odium impedientis illius plenariam effectuationem, *deciſ.47. num.40.*
*Facta* in vim Mandati, aut Sententiæ revocatæ, eſt nulla, *deciſ.96. num.7.*
*Facta* intrà decendium de Jure datum ad appellendum, nequit ſalvari à vitio nullitatis, & attentatorum, *deciſ.99. n.2.*
Et quamvis Pars ſuccumbens minime appellaverit intra decendium, adhùc executio revocari debet ex officio Judicis per viam nullitatis, *ibidem num.12.*
Et quid, ſi ſuccumbens nullo modo appellaverit, & agatur de executione directa, non verò de obliqua, *num.23.*
*Facta* ſuper bonis alterius abſque præambula illius citatione, eſt inſanabiliter nulla, *deciſ.96. num.1.*
*Habetur* pro incœpta in odium illam impedientis, *deciſ.42. num.53.*

EXECUTOR *Apoſtolicus*.

*Merus* præſumitur ſumpſiſſe neceſſariam informationem circa ea, quæ concernunt executionem Gratiæ ſibi pro executione directæ, *deciſ.38. num.8.*
*Præſumitur* rite, recteque omnia geſſiſſe, niſi contrarium probetur, *deciſ.38. num.7. & 12.*

EXECUTORIALES.

*Rotales* quid importent, & quomodò concipiantur, *dec.78. num.31.*
*Rotales*, quæ ſonent in ſimplicem monitionem, an, & in quo differant ab iis, quæ præſeferunt ſpeciem Mandati executivi, *deciſ.47. num.30.*
Alia vide infra in verb. *Paritio*.

EXEMPLATIO.

*Inſtrumenti*, vel alterius Scripturæ facta cum debitis formalitatibus, plenam fidem meretur, *deciſ.57. ſub princ. §. Conſiderantes*.

EXEMPLUM.

*Judicandum* non eſt ab exemplis, *dec.20. n.20.*
Fallit, quando exempla ſunt individualia, & concurrunt eædem circumſtantiæ, *deciſ.71.n.26.*

EXEMPTIO.

*Ab oneribus*, vel Gabellis, vide infrà verb. *Immunitas*.
*A Juriſdictione* ordinaria Epiſcopi cenſetur in Jure odioſa, & exorbitans, *deciſ.31.n.9.*
*De Viſitatione* facienda per Epiſcopum jure ordinario, vel Delegato in locis piis exemptis, vide remiſſivè in *deciſ.31. ſub n.24. §. Super diſtinctione*.

EXERCITUS.

*Dux* Exercitus habet Juriſdictionem non ſolùm ſuprà Milites actualiter Militiæ adſcriptos, ſed etiam ſuprà alios quoſcumque Caſtra quomodolibet inſequentes, *deciſ.55.n.25.*
*Exiſtens* in Acie, ſeù Campo ad bellandum paratus, nuncupari meretur quædam Civitas ambulatoria, & ad quem effectum, *deciſ.55.num.26.*
*Regis* Catholici regulariter componuntur ex tribus Nationibus, videlicet Itala, Belgica, & Hyſpana, *deciſ.55. ſub num.31.*

EXHIBITIO.

*Exiſtentia* Scripturæ de tempore motæ litis penès eum, qui ad exhibitionem pulſatur, non præſumptivè, ſed concludenter probari debet, *dec.6.n.5.*
Limita, quotiès Reus ad exhibitionem conventus tenebatur ad conſervandam, vel cuſtodiendam Scripturam; tunc enim ſufficit probare exiſtentiam, etiam ante motam litem, *ibid. n.6.*
*Exiſtentia* Scripturæ in Judicio exhibitionis probatur etiam ex unico Teſte de facto proprio deponente, *deciſ.6. n.9.*
Et talis exiſtentia penes Reum conventum ſufficit, quod probetur de tempore proximo ante motam litem, *ibid.n.11.*
*Juramentum* in litem an, & quando deferri valeat Actori ſuper intereſſe Scripturarum, quas Reus conventus exhibere recuſet, remiſſivè, *deciſ.6. num.12. & 13.*
*Petens* exhibitionem ſufficit, quod ſummariè, & apparenter doceat de intereſſe, *deciſ.6. num.1. & num.14.*
*Recuſans* exhibere aliquam Scripturam, non levem ingerit ſuſpicionem, quod talis Scriptura faciat contrà ſe ipſum, *deciſ.22.n.14. & deciſ.30.num.16. & dec.78.n.48.*
Multoque magis urget hæc præſumptio, ſi ulteriùs accedat occultatio, vel laceratio earumdem Scripturarum, *dicta dec.78.n.49.*
*Reus* condemnatus ad exhibitionem Librorum introitus, & exitus an liberetur exhibendo Libros ultimi Anni, vel potiùs teneatur edere etiam Libros antecedentium Annorum, *dec.6.n.15.*
Et quid, ſi controverſia verſetur ſuper exhibitione Librorum novi Negocii, aut Societatis, an tunc exhiberi etiam debeant Libri veteris Rationis, ſeù Societatis, *ibid. num.16. & 17.*

EXPECTATIVA.

Vide ſuprà verb. *Beneficium*, & infrà verb. *Permutatio*.

EXPEDITORES.

*Litterarum Apoſtolicarum*, vide infrà verb. *Litteræ Apoſtolicæ*.

EXPENSÆ *in genere*.

*Et onera* ſemper ſubducuntur à fructibus, *deciſ.15.n.8.*
Item ſubduci debent à valore rei, *deciſ.54. num.4.*
*Factæ* in re communi per Socium, vel cohæredem non repetuntur, quando Socius, vel cohæres tantum expendit pro tuitione rei communis, quantum aliàs expendiſſet ratione propriæ portionis, *deciſ.25. num.7. & deciſ.56. ſub n.8. §. Sola igitur*.
*Reaptationum* urbanorum Prædiorum de ſtylo Rotæ taxari ſolent in annuis ſcutis quinque pro quolibet centenario penſionum, *deciſ.97. num.5.*

EXPENSÆ *quoad taxationem, & refectionem*.

*Compenſantur*, vel reficiuntur pro rata victoriæ, *deciſ.83. num.43.*
*Exceſſus* in taxatione expenſarum non præſumitur, niſi concludentèr probetur, *dec.1. num.1. & 8.*
*Extractionis* Inſtrumentorum debent integraliter refici à ſuccumbente juxtà ſummam in illorum pede à Notario expoſitam, *deciſ.1. num.10.*
Amplia, ut *ibid. n.11.*
*Extrajudiciales* pro honorario Advocati, mercede Procuratoris, & copiis ſcripturarum taxari de ſtylo Rotæ ſolent

in ſcut.10. pro qualibet Inſtantia, *deciſ.1. num.4. & deciſ.83. num.42.*

*Facta* in Judicio poſſeſſorio refici debent à ſuccumbente, antequàm audiri valeat in petitorio, *deciſ.8. num.11. & 12.*

*Judiciales*, quæ aliàs vivæ nuncupantur, juſtificantur ex Actis, & reſpective ex quietantiis Notariorum, *deciſ.1. n.2.*

Et per ſuccumbentem integrè, & uſque ad obolum refici debent, *ibid. num.3.*

*Litigans*, qui ultimo loco vicit, habetur pro victore in tota Cauſa, eique reficiuntur expenſæ, ac ſi ſemper viciſſet, *deciſ.83. num.42.*

*Refectia* expenſarum fuit introducta in pœnam temere litigantium, *dec.83. num.40.*

Et qualiter quis dicatur temere litigaſſe, *num.41.*

*Reficiuntur* de ſtylo Rotæ ei, qui ultimo loco vicit, etſi priùs ſuccubuerit, *deciſ.85. num.32.*

*Rota* poſtquàm canonizavit rem judicatam mediante reſcripto — *conſtare de re judicata* — non pronunciat ſuper ipſa canonizatione, ſed devenit ad taxationem expenſarum, *deciſ.1. ſub n.5. §. Regulariter.*

*Signatura* Juſtitiæ ſolet regulariter reſcribere pro unica vice — *ab exceſſiva tantùm* — in appellatione interpoſita à taxatione expenſarum, *deciſ.1. num.7.*

*Taxatio* expenſarum ſupponit exiſtentiam rei judicatæ, *deciſ.1. num.6.*

*Taxationi*, & refectioni expenſarum non eſt locus, niſi lite finita, & de ratione, *deciſ.83. num.39.*

*Ultimus* Judex (ſtante re judicata) ſtatim devenit ad taxationem expenſarum, niſi ſit impeditus per recurſum ad Principem, *dec.1. ſub n.5. §. Regulariter.*

EXPRESSIO, *expreſſum.*

*Affirmativa* expreſſio ubi requiritur, non ſufficit ſola taciturnitas, *deciſ.85. num.31.*

*Expreſſio* ejus, quod tacite ineſt, nil operatur *deciſ.40. n.40.*

*Expreſſio* generalis æquipollet ſpeciali, quando ex illa clare deſumitur animus loquentis, *deciſ.77. n.73.*

*Expreſſum*, ac ſubintellectum ex diſpoſitione Juris, ejuſdem ſunt efficaciæ, *deciſ.34. num.15.*

EXTENSIO.

*De caſu* ad caſum, de perſona ad perſonam, vel de tempore ad tempus in ultimis voluntatibus non admittitur, *deciſ.94. num.60.*

# F

FACTUM.

F*Acta* multa tenent, quæ ab initio fieri prohibentur, *deciſ.25. num.26.*

*A perſona* repræſentante cenſetur factum à perſona repræſentata, *deciſ.97. n.24.*

*Quod fieri* debebat eſt attendendum, non verò quod factum fuit, *dec.20. n.21.*

*Quotiès* mutatur, vel non ſubſiſtit, diverſa quoque ſententia ſtatui debet, *dec.29. n.9.*

*Variatio* facti inducit mutationem Juris, *dec.56. num.1. & dec.70. n.16.*

FACULTAS.

*Diſponendi* quoad unum effectum non extenditur ad alium, *deciſ.49. num.22.*

*Liberè* diſponendi non adimit ea, quæ ſunt inducta de neceſſitate Juris, *dec.49. n.25.*

FALSITAS.

*Cauthela* nimia, & inſolita arguit ſuſpicionem falſitatis, *dec.8. n.45. & dec.16. n.3.*

*Præſumptia* falſitatis ceſſat, quando ex illa potiùs damnum, quam lucrum emergeret favore ejus, contrà quem talis præſumptio allegatur, *dec.22. n.10.*

*Suſpicia* falſitatis de per ſe ſola in civilibus ſuperabundat pro denegenda executione Apocæ privatæ, *dec.16. n.6.*

Etiamſi talis ſuſpicio ex ſolis conjecturis emergat, *deciſ.8. ſub n.6. §. Agnoverant.*

*Spontanea* productio Inſtrumenti, licet caſſati, aut correcti, removet ſuſpicionem falſitatis, *dec.58. ſub n.13. §. Juvit.*

FAMA.

*Bonam* famam cuilibet conſervare decet, & maxime Sacerdotibus, *dec.64. §.1.*

*Nullam* expoſcit certitudinem, ſed contentatur communi opinione, *dec.78. n.23.*

FAMILIA.

*Effectiva*, ac legitima cenſetur prædilecta pluſquam naturalis contentiva, *dec.66. n.6.*

*Fundatio* perpetuæ Prælaturæ redundat in decorem, & ſplendorem Familiæ, ex quà Prælati aſſumi debent, *deciſ.36. ſub num.8.*

FAMILIARES.

*Papa* quoad Indultum teſtandi, vide in verb. *Teſtamentum.*

FAVOR.

*Retorqueri* non debet in odium unius ex Contrahentibus id, quod ejus favore fuit in Contractu adjectum, *dec.13. n.8.*

FOEMINÆ.

*Deſcendentes* ex ultimo maſculo Agnatum remotiorem excludunt, niſi adſint in contrarium urgentiſſimæ conjecturæ, *dec.46. n.27.*

*Exiſtentes* in pari gradu cum maſculo in fideicommiſſaria diſpoſitione cenſentur ab eo excluſæ, ſtante Statuto excluſive fœminarum propter maſculos, *dec.46. n.26.*

*Succedunt* de Jure communi unà cum fratribus Patri, vel Matri ab inteſtato defunctæ, *dec.13. n.1. & dec.84. n.22.*

Amplia, licet agatur de filiis ex diverſo Matrimonio ſuſceptis, *num.23.*

Ità tamen, ut teneantur conferre quidquid ab Aſcendente defuncto habuerunt titulo Dotis, aut donationis, *num.24.*

*Veniunt* ſub nomine *proximiarum de Domo*, licet ſint nuptæ in aliena Familia, *deciſ.46. num.22.*

Et de ratione, *ibid. n.34.*

Limita, quoties fuit contemplata agnatio, *ibid. n.23.*

Et quando ad hunc effectum conſtare dicatur de contemplatione agnationis, *num.24.*

*Vocatæ* cenſentur etiam ad fideicommiſſum agnatitium in defectum maſculorum, *dec.46. n.28.*

Limita, & reſpective declara, ut *n.29. & 30.*

FERRARIA.

Vide infrà verb. *Urbinum.*

FEUDATARIUS.

*Facultas* alienandi Feudum à Feudatario obtenta ſuffragatur etiam ejus hæredi, quatenùs idem Feudatarius morte præventus illa uſus non fuerit, *dec.97. n.25.*

Vide tamen *ibid. n.36.*

*Obligare* nequit Jus uſusfructus rei feudalis, ſed tantùm dationem ipſorum fructuum, & hoc caſu obligatio eſt mere perſonalis, non verò realis, *dec.50. n.12.*

*Obligare*, & hypothecare poteſt commoditatem fructuum rei feudalis in præjudicium ſuorum hæredum, aliorumque ab ipſo cauſam habentium, *deciſ.50. ſub n.13.*

*Succeſſor* in Feudo poteſt ſolvere valorem Animalium hæredi ultimi poſſeſſoris, illaque pro ſe retinere, *dec.56. n.29.*

*Succeſſor* in Feudo quando teneatur ad debita prædeceſſoris, *dec.26. n.44.*

*Renunciare* non valeat, ſeù dimittere Feudum invito Domino infeudante, remiſſive, *dec.75. n.46.*

FEUDUM.

*Beſtiamina* exiſtentia ſuper Feodo, ſi non ſint deſtinata ad perpetuum uſum ipſius Feudi, ſemper exiſtimantur Burgenſatica, ſive allodialia, *dec.56. n.16.*

*Conſuetudo* alienandi bona Feudalia quomodo probetur, vide ſuprà verb. *Emphyteuſis*, verſ. *Conſuetudo.*

*Devolutio* Feudi ad Principem infeudatorem non alterat primæva Jura, leges, & privilegia Vaſſallorum, *dec.39. n.53.*

*Devolutio* Feudi ex cauſis expreſſis in antiquis Inveſtituris non excluditur per novam conceſſionem relativam ad eaſdem antiquas Inveſtituras, *deciſ.32. num.64.*

*Fœmina*, quæ non ſuccedit in Feudo, ſuccedit in fornimentis ipſius Feudi, *deciſ.56. num.17.*

*Feuda* Ducatus Mantuani, non obſtante formula Inveſtituræ pactionatæ, poſſunt libere alienari etiam in præjudicium compræhenſorum in eadem Inveſtitura, *deciſ.50. num.29.*

Unde compræhenſi in Inveſtitura eatenùs cenſentur vocati, quatenùs non ſequatur alienatio, *num.31.*

*Filius*, etiam non hæres Patris in Feudalibus, ſaltem ex fructibus tenetur ſatisfacere Creditoribus paternis, *deciſ.26. num.41. & 42.*

*Fraternitas* cum Emphyteoſi, *deciſ.50. num.13.*

*Fructus* Feudi, eorumque commoditas cadunt ſub hypotheca Creditorum Feudatarii, *deciſ.75. num.1.*

*Identitas* rei in Feudum, vel Allodium conceſſæ quandò probari debeat à Domino concedente, *deciſ.36. num.34.*

Præſertim, ſi aliæ perſonæ in loco controverſo poſſideant bona libera ab omni Feudo, vel Allodio, *num 35.*

*Obligari*, vel hypothecari non poteſt abſque aſſenſu Domini directi, *deciſ.26. num 9. & num.33.*

Accedente autem Domini conſenſu poteſt Feudum de conſuetudine alienari, & obligari, etiam diſſentientibus Agnatis, *ibid. num.37.* Contra *num.34. cum duobus ſeqq.*

An autem in hujuſmodi alienatione, vel obligatione re-

qui-

quiratur, ut aliquis conſentiat pro non natis, *ibid.* n.45. *&* 47.

*Obſervantia* continuata probet, rem eſſe liberam, & non feudalem, vel de dominio alterius, *deciſ.*36. *num.*36.

*Primogenitura* in Feudis quid operetur, *deciſ.* 36. *num.* 39. *&* 40.

FIDEICOMMISSARIUS.

*Alienatis* bonis fideicommiſſi duplicem habet actionem, ſcilicet vel contra ipſa bona alienata, vel contra hæredem alienantis pro reintegratione, *deciſ.* 21. *num.*29. *& dec.*29. *num.*31. *& deciſ.*80. *num* 27.

*Capere* tenetur poſſeſſionem fideicommiſſi de manu hæredis gravati, vel habentis cauſam ab eo, *deciſ.*7. *num.* 2. *& deciſ.*87. *num.*13.

Niſi tamen certitudinaliter appareat, hæredibus gravati nullas ex illius perſone competere detractiones, *dicta deciſ.*87. *num.*14.

Amplia, principalem concluſionem procedere, licet hæreditas hæredis gravati eſſet jacens, *ibid. num.*50.

Et quid, ſi fideicommittens expreſſe, vel tacite dediſſet fideicommiſſario licentiam capiendi propria authoritate poſſeſſionem fideicommiſſi, *ibid. ex num.*51. *uſque ad* 56.

*Exceptio* fideicommiſſi antiquioris, de quo incontinenti docetur, impedit immiſſionem fideicommiſſarii venienti ex fideicommiſſo poſteriori, *dec.*87. *n.*16.

*Immiſſio* an concedatur fideicommiſſario etiam ad bona civiliter tantummodò poſſeſſa à Fideicommittente de tempore ejus obitus, remiſſive, *dec.*46. *n.*21.

*Immiſſio* datur Fideicommiſſario in re ſubrogata loco fideicommiſſariæ rei alienatæ, *deciſ.*21. *num.* 26. *& deciſ.* 80. *num.*26.

Etiamſi quis gravatus ſit reſtituere, quod ſuperfuerit, *dicta dec.*21. *n.*17.

*Immiſſio* nequit concedi Fideicommiſſario ad bona, quæ diſtracta, vel aliàs hypothecata fuerunt per hæredem gravatum cum facultate alienandi, *dec.*21. *n.*12.

*Immiſſio* non conceditur Fideicommiſſario, niſi priùs ſegregatis bonis liberis, quæ gravatus incorporavit cum illis fideicommiſſo ſubjectis, *dec.*57. *n.*12.

Diſtingue tamen, ut *num.*13. *&* 14. *& num.*20.

Similiter non conceditur fideicommiſſario immiſſio, niſi ad bona relicta per Fideicommittentem de tempore ſui obitus, *dec.*66. *n.*12.

*Particularis* quænam remedia intentare valeat pro aſſequenda immiſſione, *deciſ.*21. *n.*7.

*Perſequi* tenetur bona ſubrogata in locum bonorum fideicommiſſariorum valide, & cum Judicis authoritate alienatorum, *dec.*89. *n.*47.

*Sententia* lata contrà hæredem fideicommiſſarium, qui non bene Cauſam defendit, non afficit ſucceſſive vocatos ad fideicommiſſum, *dec.*72. *n.*31.

Unus ex pluribus ad fideicommiſſum invitatis poteſt petere totum fideicommiſſum ſub ſimplici Cautione reſtituendi ratam alteri æqualiter vocato, quatenùs compareat, *dec.*90. *n.*35.

Et de ratione, cur Reus conventus nequeat in his terminis objicere fideicommiſſario Actori, quod adſit alter æqualiter ad fideicommiſſum vocatus, *num.*36.

FIDEICOMMISSUM.

*Acquiſitiones* factæ per hæredem gravatum cenſentur factæ cum pretio bonorum fideicommiſſi ab ipſo alienatorum, quandò non conſtat, ipſum habuiſſe propria bona, *dec.*21. *num.*28.

*Alienatio* bonorum fideicommiſſi an, & quandò ſit permiſſa etiam pro fructibus, *deciſ.*2. *ex num.* 28. *uſque ad* 30.

*Alienatio* bonorum fideicommiſſi intrà Familiam fieri poteſt, quandò id fuit à Teſtatore permiſſum, *deciſ.*66. *num.*13.

*Alienatio* bonorum Fideicommiſſi facta per gravatum non præjudicat ſequentibus vocatis, quòminus ex propria perſona vindicare valeant bona alienata, *deciſ.*26. *num.*46.

*Bona* fideicommiſſaria quandò ſunt confuſa cum bonis liberis hæredis gravati, quid agendum, *deciſ.*98. *ſub. num.*5.

*Bona* per Patrem, dùm viveret, filiis aſſignata, vel inter eos diviſa, an cadant ſub fideicommiſſo poſtmodum per ipſum ſuper ſuis bonis generaliter ordinato, *deciſ.*93. *n.*64.

*Creditoribus* Fideicommittentis non præjudicat, ſed ſolùm ſubſiſtere in eo, quod ſupereſt deducto ære alieno, *deciſ.*43. *num.*20. *& deciſ.*45. *num.*18.

*Dos* detrahenda ex fideicommiſſo, vide ſuprà verb. *Dos quoad fideicommiſſum*.

*Facultas* alienandi non eſt incompatibilis cum fideicommiſſo, quod firmum remanet ſuper illis bonis, quæ ab hærede in vim talis facultatis non fuerint diſtracta, *deciſ.*21. *n.*13.

*Familiare* maſculinum, quantum poſſibile eſt, conſervari debet, *deciſ.*2. *num.*33.

*Filii* in bonis fideicommiſſi, ad quod ſunt vocati, præferuntur pro eorum alimentis quibuſcumque Creditoribus Patris gravati, *deciſ.*2. *num.*19.

Amplia, ut *ibid.*, *& num.*20. *cum ſeqq.*

Rursùs amplia, ut Alimenta filiis debita in vim *Authenticæ res quæ* ſint magis privilegiata, quàm Dotes fœminarum, *dicta deciſ.*2. *num.*20. *&* 21.

*Hæres* gravatus perpetuo Fideicommiſſo, cum facultate tamen diſponendi, ſi velit, ſi non diſpoſuit, Fideicommiſſum remanet in ſuo robore, *dec.*32. *n.*56.

*Inducitur* ex voluntate permanentia bonorum in Familia, *deciſ.*32. *num.*55.

*Jura* fideicommiſſi per illius ceſſionem, aut renunciationem non extinguuntur, ſed tranſeunt in ceſſionarium, vel renunciatarium, *deciſ.*90. *num.*57.

*Non complectitur*, niſi bona per fideicommittentem relicta de tempore ejus obitus, *deciſ* 46. *n.*6.

*Onus* ferendi nomen, & Arma ſine mixtura, concurrentibus adminiculis importat ſpeciem perpetui fideicommiſſi, *deciſ.*7. *num.*38.

*Præſcriptio* difficillime datur in fideicommiſſo, ſive in Jure ad illud ſuccedendi, *deciſ.*19. *num.*10.

*Prohibitio* alienationis conſecutiva ad præcedens fideicommiſſum, illud non extendit, *dec.*46. *n.* 35.

*Retentio* ex capite antiquioris fideicommiſſi non competit hæredi, quando ejus poſſeſſio eſt vitioſa, ſeù aliàs reſoluta, ſed debet bona dimittere, poſteàque agere in ſeparato Judicio, *deciſ.*46. *num.*19.

*Succeſſiones* fideicommiſſariæ nunquam dicuntur devolvi ex diſpoſitione legis ab inteſtato, ſed ex peculiari hominis diſpoſitione, *dec.*57. *n.*8.

*Tamquam* odioſum in dubio non cenſetur inductum, præſertim ubi deficit contemplatio agnationis, *deciſ.*89. *n.*12.

*Vniverſale* quandò dicatur, & quando particulare, *dec.* 21. *num.*8.

*Vniverſale* dicitur, quando eſt ordinatum in eo, quod ſuperfuerit, vel de quo hæres gravatus non diſpoſuerit, & de ratione, *deciſ.*21. *num* 9.

Idemque eſt, quoties Teſtator in aliquo caſu gravavit hæredem ad reſtituendam totam hæreditatem, *ibid.* n.11.

E converſo autem particulare dicitur Fideicommiſſum ordinatum in eo, quod ſuperfuerit deductis debitis, & legatis, *ibidem num.*10.

Alia ad materiam hæredis gravati cum facultate alienandi, vide in verb. *Hæres*, verſ. *Gravatus*.

FIDEIUSSIO.

*Eſt* ſuſceptio in ſe alienæ obligationis, *deciſ.*43. *num.*6.

*Obligatio* fidejuſſoria tranſit ad hæredes ipſius Fidejuſſoris, *deciſ* 43. *num* 7.

*Tamquam* ſtricti Juris non extenditur de re ad rem, de tempore ad tempus, nec de perſona ad perſonam, *dec.*43. *n.*9.

*Vxor* an, & quando valeat fidejubere pro Marito, vide infra verb. *Vxor*.

FIDEJUSSOR.

*Bona*, & effectus Fidejuſſoris per quamdam aggregationem conſiderantur valori propriæ principalis Debitoris, ad hoc, ut idem Debitor cenſeatur eſſe ſolvendo, *deciſ.*13. *n.*27.

*Cenſus* poteſt illum tranſlative acquirere adverſùs principalem debitorem, *deciſ.*45. *num.*5.

*Creditor* Debitoris principalis non dicitur, niſi poſtquam pro eo ſolvit in ſequelam ſuæ fidejuſſionis, *deciſ.*63. *num.*11.

*Filiusfamilias* an, & quando poſſit fidejubere pro ejus Patre, vide infra verb. *Filiusfamilias*.

*Liberatus* remanet per novationem, vel alterationem naturæ principalis obligationis ſecutam ex facto Creditoris, *deciſ.*26. *num.*17.

Item ex ſolutione facta Creditori per principalem Debitorem, *num* 19.

*Principalis* debet priùs excuti, quam conveniatur Fidejuſſor, *dec.*5. *num.*10.

FIDES.

*Extrajudicialis* quando, & ex quibus circumſtantiis faciat aliquam probationem in Judicio, *deciſ.*30. *num.* 55. *&* 56.

FIDUCIALITAS.

*Quomodò* probetur, & quæ requiſita debeant concurrere, *deciſ.*7. *num.*23. *&* 24.

FIDUCIARIUS.

*Hæres* dicitur merus cuſtos hæreditatis, *deciſ.*9. *num.*25.

FILII.

*Adoptivi*, vel arrogati majorem quamdam dilectionem forte promerentur, quàm naturales, & quare, *dec.*89. *n.*106.

*Adulterini* æquiparantur vulgò quæſitis, *deciſ.* 100. *n.* 18.

*Adulterini* vocantur, nec non *ex damnato coitu* ſuſcepti hi, qui procreati ſunt ex Adulterio, *deciſ.* 100. *num.* 19.

*Adulterini* etiam de Jure Civili non ſuccedunt in hæreditate Patris, aliorumque Paternorum Aſcendentium, ac tranſverſalium, *deciſ.* 100. *num.* 15. & 18.

*Cenſentur* magis dilecti, quam extraneus ſubſtitutus in portione eorum Patri obvente, *deciſ.* 89. *num.* 89. & 90.

*Eccleſiæ* bona relinquere, neglectis propriis filiis, & deſcendentibus, nec Sacris Canonibus placet, *deciſ.* 49. *in princ.*

*Filiorum* appellatione non veniunt poſteà nati, quando diſpoſitio noſcitur coarctata ad natos de tempore factæ diſpoſitionis, *deciſ.* 94. *num.* 56.

Maximè ſtantibus verbis reſtrictivis ad filios jam natos de tempore ipſius diſpoſitionis, *num.* 57.

Exemplifica, ut *num.* 58.

*Naturales* non veniunt ſub appellatione *Proximiorum de Domo*, vel *Familia*, *deciſ.* 100. *num.* 1. & 2.

Et de ratione, *ibid. num.* 22. & 24.

*Naturales* ex æquitate Juris Canonici conſequuntur alimenta in bonis Patris, *deciſ.* 100. *num.* 9.

*Naturales* in defectum legitimorum poſſunt de Jure civili capere ex Teſtamento Patris ultrà Unicam alioquin ab eodem Jure præfinitam in concurſu legitimorum, *deciſ.* 100. *n.* 1. & *num.* 75.

*Naturales*, etiam vulgò quæſiti, ſuccedunt in hæreditate Matris, et etiam in relictis favore duntaxat Cognatorum, *deciſ.* 100. *num.* 14.

*Portare* non debent pœnam iniquitatum proprii Parentis, *deciſ.* 100. *ſub num.* 3. §. *Quodque*.

*Spurii*, vide infrà verb. *Spurius*.

*Vocatio* filiorum naturalium in defectum legitimorum benè ſe compatitur cum volita contemplatione agnationis, *deciſ.* 100. *num.* 30.

FILII in *conditione poſiti*.

*Cenſentur* diſpoſitive vocati ex Statuto Urbis, *deciſ.* 89. *n.* 2. & 4.

Et quandò non intret cenſura dicti Statuti ex defectu præſuppoſiti, *num.* 5.

Idemque Statutum operetur ſolùm in dubio, ſecùs verò ſi aliunde ex conjecturis urgentibus conſtet de contraria voluntate Teſtatoris, *num.* 6.

*Cenſentur* diſpoſitive vocati ſtante digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum, etiam præciſive à Statutaria illorum vocatione, *deciſ.* 89. *num.* 63.

Item vocati cenſentur, quoties concurrit excluſio Religioſorum, & Fiſci, necnon ſtrictiſſima prohibitio alienationis, *num.* 64.

Amplia, etiamſi prohibitio alienationis non ſtet de per ſe, ſed acceſſoriè ad caſus, & ſubſtitutiones ordinatas, *num.* 65.

Rurſùs cenſentur vocati, quoties Teſtator videtur præſuppoſuiſſe, quod ejus bona in aliquo caſu perfrui debuiſſent à filiis in conditione poſitis, *num.* 66.

Item cenſentur vocati ex ſubſtitutione reciproca inter inſtitutos ordinata, *num.* 79.

Necnon ex iterata mentione poſitorum in conditione, *num.* 84.

Et ex requiſita qualitate legitimitatis natalium, *n.* 85.

Item ex generali prohibitione cujuſcumque detractionis facta hæredibus inſtitutis, *num.* 86.

Item ex gravamine injuncto filiis in conditione poſitis, *num.* 87.

Rurſùs cenſentur vocati, quando aliàs, ob præmorientiam Patris, ei non ſuccederent neque ex Teſtamento, neque ab inteſtato, *num.* 91.

Et prædictæ conjecturæ non ſeorſim, ſed inſimul veniunt perpendendæ, *num.* 92.

*Opinio* volentium, quod filii in conditione poſiti regulariter non cenſeantur vocati, tanquàm irrationabilis reprobatur à *Card. de Luca*, & aliis, *deciſ.* 89. *num.* 61.

*Poſſunt* cenſeri vocati, etiamſi deficiat ordinatio reciprocæ inter inſtitutos, *deciſ.* 89. *num.* 93.

*Poſſunt* non eſſe vocati, quamvis reperiantur gravati, *dec.* 89. *num.* 81.

Contrà, *num.* 87.

Declara, ut *num.* 88.

*Regulariter* non cenſentur vocati, *deciſ.* 89. *num.* 74.

Sed ab hac regula receditur ex conjecturis, præſertim ubi agitur inter deſcendentes, *num.* 75.

Non tamen omnes conjecturæ ad hunc effectum ſufficiunt, ſed requiruntur urgentes, *num.* 76.

Et ſi deficiat contemplatio agnationis, & digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, cæteræ conjecturæ nullius ſunt momenti, *num.* 77.

Amplia, etiamſi agatur de deſcendentibus, *num.* 78.

Declara tamen, & intellige, ut *num.* 80. & 83.

*Statutum* diſponens, quod filii in conditione poſiti cenſeantur vocati, dicitur æquum, & favorabile, *deciſ.* 89. *num.* 62.

*Statutum* vocans filios in conditione poſitos non intrat, quoties illi appareant in conditione poſiti ad alium effectum, quam inducendi eorum vocationem, *deciſ.* 89. *n.* 9.

*Subſtitutio* vulgaris anomala favet etiam filiis in conditione poſitis, quoties aliunde ex conjecturis conſtet de illorum diſpoſitiva vocatione, *deciſ.* 89. *n.* 95.

Et procedit, licet gravamen videatur perſonaliter adjectum inſtitutis per verbum *eſſi*, ſeu *poſt eos*, *n.* 96.

FILIUS.

*Ergo hæres* an, & quando quis præſumatur, remiſſive, *deciſ.* 36. *num.* 6.

Sed in favorabilibus præſumitur hæres Patris, *deciſ.* 39. *num.* 16.

Item præſumitur hæres Patris eo ipſo, quod agit uti hæres, *deciſ.* 76. *num.* 18.

*Naturalis* ſuccedit Patri ab inteſtato in duabus Unciis, non exiſtentibus aliis filiis legitimis, aut etiam adoptivis, *deciſ.* 100. *num.* 74.

*Naturalis* ſuſceptus a Viro uxorato excluditur penitus ab illius ſucceſſione in gratiam, ſive honorem Uxoris, *dec.* 100. *num.* 76.

Amplia, id procedere, quamvis Uxor ex diſpoſitione Statuti, vel aliàs Viro non ſuccedat, *ibidem*.

Rurſus amplia, ſive agatur de filiis naturalibus ſuſceptis durante Matrimonio, ſive antea, *num.* 77.

*Non habitans* ſeorſim a Patre ſequitur Forum, & conditionem ejuſdem Patris, *deciſ.* 55. *num.* 33.

*Vivens* ſeorſim a Patre poteſt ab eo petere reſtitutionem Dotis propriæ Uxoris, *deciſ.* 5. *n.* 15.

FILIUSFAMILIAS.

Vide etiam in verb. *Emancipatio*.

*Conſenſus* Patris in Contractu filii, etiamſi ille tendat in proprium commodum, poteſt intervenire, quoties Statutum requirit illum non pro authorizanda perſona filii, ſed pro intereſſe ipſius Patris, *deciſ.* 60. *num* 33.

*Decretum* Judicis ſupplet conſenſum Patris intereſſe habentis in Contractu filiifamilias, *deciſ.* 60. *num.* 34.

*Fidejubere* poteſt pro ejus Patre, *deciſ.* 60. *num.* 35.

Licet de facili reſtituatur in integrum ex capite læſionis quæ reſultare ſolet ab ipſo actu fidejuſſionis, *num.* 28. & *num.* 36.

Niſi tamen fidejubeat in actu laudabili, ac prudentiali, quia tunc nulla ei competit reſtitutio, *num.* 29.

Quinimò ſi in his terminis filius renuat fidejubere pro Patre, poteſt ab eo exhæredari ex titulo, & capite ingratitudinis, *num.* 30.

*In nihilo* differt ab emancipato ad effectum ſe validè obligandi in omni Contractu, præterquam in Mutuo, & Voto, *deciſ.* 6. *num* 27.

*Statutum* Urbis loquens de Contractibus Filiorum familias, non comprehendit filios familias Forenſes, *dec.* 60. *num.* 31.

F I S C U S.

*Agens* contra eum, qui Fiſcum habet pro relevatore, tenetur coram Judicibus Fiſcalibus eum convenire, *deciſ.* 45. *n.* 21.

*Dicitur* durus Adverſarius, *deciſ.* 33. *num.* 10.

*Hæres* anomalus nuncupatur, *deciſ.* 50. *num.* 10.

F L O R E N T I A.

Vide ſupra in verb. *Cauſæ judiciales*, & infra verb. *Gabella*, & verb. *Statuta particularia*.

*Notarii* Status Florentini tenentur deferre ad Archivium generale Civitatis Florentiæ quolibet Anno Inſtrumenta per eos confecta, *deciſ.* 72. *ſub num.* 31. §. *Firmo remanente*.

F L U M E N.

*Terrena* e Flumine derelicta ſiunt occupantium, non autem pertinent ad Fiſcum, *deciſ.* 90. *num.* 40.

F O D I N Æ.

*Quæ* non continent Metalla, ſeù lapides pretioſos, non ſunt de Regalibus Principis, ſed poſſunt pertinere ad privatos *deciſ.* 69. *num.* 42.

Et declaratur, in quibus terminis procedat diſpoſitio *Text. in l. cuncti*, *C. de Metallar. lib.* 11. *ibid. n.* 43.

*Prælatia* in excavationibus Fodinarum an competat inventoribus, vel Domino Fundi, *deciſ.* 69. *ſub num.* 44. §. *Nihil refragante*.

F O R E N S I S.

*Bona* Status Eccleſiaſtici nequeunt ex ullo titulo diſtrahi in

Fo-

Forenſes abſque beneplacito Sanctæ Sedis, *deciſ.42. ſub num.20. §. Firmatum*.

*Servare* tenetur Statuta Fori, in quo litigat, etiamſi bona ſint in alieno Territorio, ſeù Dominio, *deciſ.53. n.17.*

Alia ad materiam Forenſium vide ſuprà in verb. *Cautio*, & infrà verb. *Statutum*.

FORMA.

*Pinguiùs* adimpleri poteſt, *deciſ.62. num.7.*

*Præſcripta* in Brevi Pontificio non poteſt excedi, aliàs omnia contrà, vel præter illam geſta vitio nullitatis laborant, *deciſ.20. num.30.*

*Præſcripta* à Statuto in Contractibus Mulierum an, & quandò impleri valeat per æquipollens, *deciſ.54. num.29.*

FORUM.

*Competentia* Fori ratione rei ſitæ quandò, & in quibus caſibus locum habeat, *deciſ.51. num.39.*

*Filii*, ſi non habitant ſeorſim à Patre, ſequuntur Forum, & conditionem ejuſdem Patris, *deciſ.55. num.33.*

*Sortiri*, & Statutis ligari, à pari procedunt, *deciſ.76. numer.39.*

FRATER.

*Deponens* favore Sororis non probat, *deciſ.17. num.12.*

*Dotaſſe* in dubio cenſetur Sororem de bonis Maternis, *dec.94. num.44.*

Niſi ad Dotem conſtituat in pecunia, quia tunc præſumitur de proprio dotaſſe, *num 45.*

*Nequit* in Judicio comparere pro alio fratre abſque illius mandato, *deciſ.96. num.2.*

*Satagens* excludere Sorores vigore Statuti, tenetur illis conſtituere Dotem de Paragio, *deciſ 94. num.28.*

*Uterinus* excludit Sororem ſtante Statuto excluſivo fœminarum propter maſculos, *deciſ.84. num.27.*

Et quid, ſi agatur de hæreditate Matris, & Statutum reſpiciat contemplationem agnationis, *num.29.*

FRAUS.

*Arguitur* concurrente cauſa fraudandi, *deciſ.83. num.32.*

*Conjectura* fraudis, ac machinationis pendent ab arbitrio, & religione Judicis, *deciſ.83. num.21.*

*Locus* fraudibus aperiri non debet, *deciſ.36. num.76.*

FRUCTUS *quoad reſtitutionem*.

*Condemnato* ad reſtitutionem fructuum locorum Montium bonificari debent ſtrenæ per ipſum ſolutæ Depoſitariis eorumdem Montium, *dec.15. n.8. & dec.56. ſub n.1. §. Nequè minùs*.

Rursùs ei bonificari debet quidquid pluris expendidit in redemptione aliorum Montium in locum extractorum, *dicta deciſ.56. loc. cit.*

*Debentur* regulariter à die productionis Jurium, non autem litis conteſtatæ, & quarè, *deciſ.56. num.4.*

*Debentur* etiam antè motam litem, & uſque à principio occupationis, ſeù adeptæ poſſeſſionis, quandò titulus reducitur ad non titulum, *deciſ.98 num.3., & num.21. & 22.*

Exemplifica in propoſito Penſionis, quæ eſt poſt ad inſtantiam Titularis declaretur nullitèr reſervata, *ibidem num.6.*

Rursùs exemplifica in fructibus, vel annuis præſtationibus perceptis in vim diſpoſitionis pendentis ab aliqua conditione reſolutiva, quæ poſteà purificetur, *num.7.*

Prædictaqua omnia intellige, & declara, ut *num.10. cum duob. ſeqq., & num.14. & 20.*

*Debentur* etiam antè motam litem, quandò Judicium principaliter, vel æque principaliter dirigitur ad fructus, ſecùs ſi principaliter dirigatur ad rem, & acceſſoriè ad fructus, *deciſ.98. num.2. & 23.*

*Decimæ* ſolutæ pro bonis hæreditariis bonificari debent Reo convento ad reſtitutionem ipſius hæreditatis, *deciſ.15. num.9.*

*Extantes*, & non conſumpti veniunt in interdicto *quorum bonorum*, ac etiam in altero petitionis hæreditatis, *deciſ.15. num.4.*

*Fides* media, nedum bona, excuſat à reſtitutione fructuum conſumptorum, *deciſ.79. num.3., & deciſ.93. n.21.*

Declara, ut in *d. deciſ.93. num.40.*

*Hæres* hæredis gravati non tenetur reſtituere fructus perceptos ex bonis fideicommiſſariis, donec vocatus illum in mala fide conſtituat mediante productione Teſtamenti, ſeù fideicommiſſi, *deciſ.98. num.28.*

In Interdicto *quorum bonorum* veniunt ſolùm à die litis conteſtatæ, & productionis Jurium, *deciſ.98. num.34.*

Interdictum *quorum bonorum* non expoſcit in Reo malam fidem ad effectum reſtitutionis fructuum, ſed ſufficit, quod fructus non ſint conſumpti ad hoc, ut veniant reſtituendi, *deciſ.56. ſub num.4.*

*In Judicio* Aſſociationis à quo tempore veniant reſtituendi. vide ſuprà verb. *Aſſociatio*.

Et à quo tempore in Judicio Retractus, vide infrà verb. *Retractus*.

Et pariter à quo tempore veniant in Judicio Salviani, vide in verb. *Salvianum*.

*In Judicio* reintegrationis regulariter non veniunt, niſi à die motæ litis, per quam poſſeſſor conſtituitur in mala fide, *deciſ.98. num.1. & 4.*

Vel ſaltem à die productionis Jurium, ex quibus poſſeſſor agnoſcere valuit injuſtitiam ſuæ poſſeſſionis, *ibidem num.5. & 25.*

Quod tamen declara, & intellige, ut *ibidem num.26. 27. 29. & 30.*

*Judicium* primum quandò eſt præambulum ad ſecundum, tunc fructus debentur à die ejuſdem primi Judicii, *deciſ.56. num.11.*

*Mala fides* ad effectum reſtitutionis fructuum an oriatur à die tranſmiſſi, vel reproducti Monitorii, & quid operetur indicatio ejuſdem Monitorii, vide plene, ac remiſſive in *deciſ.98. ſub num.19. §. Quotidiana*.

*Percepti* ante motam litem ad hoc, ne reſtitui debeant, ſufficit, abfuiſſe à poſſeſſore malam fidem effectivam, *deciſ.98. num.15.*

*Poſſeſſor* condemnatus ad reſtitutionem fructuum detrahit onera, & expenſas, *deciſ.59. num.8.*

*Poſſeſſor* malæ fidei non ſolùm tenetur ad reſtitutionem fructuum perceptorum, ſed etiam ad damna in bonis illata, *deciſ.59. num.9.*

*Poſſeſſor* non tenetur ad reſtitutionem fructuum, quoties oppoſuit credita, vel melioramenta, quæ Judex cenſuit, eſſe compenſanda cum fructibus pendente lite perceptis, *dec.98. num.39.*

*Proviſus* ab Ordinario de Beneficio reſervato non tenetur ad reſtitutionem fructuum ante motam litem perceptorum, & quandò ſecus, *deciſ.98 ſub num.19. §. Hæc in abſtracto*.

*Reſtitui* debent à ſuccumbente poſt motam litem, tamquàm mala fide percepti, *deciſ.56. ſub princ. §. Viſum namque*.

*Reſtitui* debent per ſuccumbentem in Judiciis poſſeſſoriis à die litis legitime conteſtatæ, *deciſ.36. num.1., & deciſ.49. num.41.*

Et à quo tempore veniant in Judicio petitionis hæreditatis, vide infra verb. *Petitio hæreditatis*.

*Reſtitui* debent à die motæ litis, licet Sententia contraria intermedia interceſſerit, *deciſ.56. num.7.*

Limita, quandò primum Judicium fuiſſet nullum, quia tunc fructus ſolummodò debentur à die novi Judicii validè reſtaurati, *num.8. & 9.*

*Reſtitui* debent in Judicio immiſſionis non à die litis conteſtatæ, ſed dumtaxat a die productionis Jurium, *deciſ.15. n.5.*

*Reſtitui* debent in Judiciis poſſeſſoriis ſaltem à die reproducti Monitorii, *deciſ.59. num.1.*

Quandò verò Reus conventus negavit contenta in Monitorio, tunc reſtitutio fructuum non intrat, niſi a die productionis Jurium fact. per Actorem, *num.2.*

*Reſtitui* debent à die primi Judicii licet nullitèr intentati ob incompetentiam Judicis, quandò in eo Reus conſtitutus fuit in mala fide ex productione Jurium facta per Actorem, *deciſ.56. num.10.*

*Reſtitui* debent ad rationem locorum Montium, quamvis in hæreditate adſint etiam ſtabilia, quoties Reus conventus nonniſi loca Montium hæreditaria occupavit, *deciſ. 15. num.1.*

*Spoliator* tenetur ad reſtitutionem fructuum perceptorum non ſolùm per ſe ipſum, ſed etiam per eum, in quem lite pendente tranſtulit rem litigioſam, *deciſ.79. num.16.*

*Succeſſor* in dignitate, an & quandò teneatur ad reſtitutionem fructuum lite pendente, aut alias indebitè perceptorum ab ejus anteceſſore, *deciſ.79. num.4. & 13.*

FRUCTUS *varia*.

*Beneficii* reſtitui debent à ſuccumbente, licet ipſa illos non perceperit, ſed Oeconomus ejus facto, & culpa appoſitus, *deciſ.1. num.9.*

*Civiles*, veluti dietim maturantes, regulariter dividuntur pro rata temporis, *deciſ.25. num.6., & deciſ.56. num 5.*

*Commoditas* percipiendi fructus, vide ſupra verb. *Commoditas*.

*Diſtinctio* inter fructus Civiles, & naturales an procedit tàm in fideicommiſſo univerſali, quàm particulari, remiſſivè, *deciſ.56. num.12.*

*Dotis*, vide ſupra verb. *Dos quoad fructus*.

*Fideicommiſſi* libere ſpectant ad gravatum, *deciſ.75 n.44.*

*Fideicommiſſi* ſpectant ad hæredem hæredis gravati, quouſ-
que

Digitized by Google

que aliquis compareat, qui prætendat ad idem fideicommiſſum ſuccedere, *deciſ.*6. *num.*2.

*Legati*, vide infra verb. *Legatum*.

*De liquidatione* fructuum remiſſive, *deciſ.*97. *num.*8.

Et de duplici differentia quæſtionum in hoc propoſito regulariter cadentium, *ibid. num.*9.

*Liquidatio* nulla requiritur reſpectu fructuum Cenſus, vel Cambii, quia ex ipſis Inſtrumentis reſultat, *deciſ.*59. *n.*6.

Niſi doceatur, quod tales fructus alii percepetint, *n.*7.

*Locorum* Montium dicuntur fructus civiles, *deciſ.*15. *n.*5.

*Non dicuntur*, niſi deductis neceſſariis expenſis, *deciſ.*88. *n.*5. & *deciſ.*97. *n.*1.

Vide etiam ſupra verb. *Expenſa*.

*Percipiens* fructus de re aliena, tenetur de eis reddere rationem, *deciſ.*74. *num.*12.

*Quantitas* fructuum perceptorum probatur per Teſtes informatos, *deciſ.*59. *num.*3.

Item ex Inſtrumentis locationum, *num.*4.

Item per dictum Teſtis, qui eadem bona conduxit, *n.*5.

*Recompenſativi* taxati ad certam quantitatem inter Emptorem, & Venditorem reduci debent ad Juſtitiam, ſi Fundus revera tanti non reddat, *deciſ.*59. *num.*13.

*Rei* pertinent ad illius Dominum, etiamſi ſit revocabiliter, ſeu reſolubiliter Dominus, *deciſ.*98. *num.*24.

*Titulus* coloratus ſufficit pro acquiſitione fructuum, donec poſſeſſor fuerit in poſitiva mala fide conſtitutus, *deciſ.* 98. *num.*11.

FRUMENTUM.

Vide ſupra in verb. *Commixtio*, & infra verb. *Identitas*.

*Recollectio* Frumenti, aliarumque Segetum regulariter facta præſumitur proportionabiliter ad quantitatem ſeminis immiſſi, *deciſ.*11. *ſub n.*14. §. *Hac autem*.

FUNERIS *impenſa*.

*Conſuetudo* Regionis debet attendi circa expenſas Funeris, *deciſ.*49. *num.*50.

Et datur cauthela pro aſſequendo toto eo, quod hæres expendit in Funere, *ibidem*.

*Debent* eſſe modoratæ, non autem exceſſivæ in præjudicium Creditorum, *deciſ.*49. *num.*47.

*Dialia*, novendialia, & Auniverſaria, quando comprehendantur inter Funeris impenſas, *deciſ.*49. *n.*59.

*Dicuntur* illæ, quæ præcedunt ſepulturam Cadaveris defuncti, *deciſ.*49. *num.*53.

*Earum* appellatione quid veniat, *deciſ.*49. *num.*51.

*Miſſa* celebratæ præſente Cadavere, veniunt appellatione expenſarum Funeris, *deciſ* 49. *num* 54.

Secus autem illæ celebratæ poſt humationem Cadaveris, *num.*56.

Miſſæ autem celebratæ ſepulto Cadavere tunc merentur inter Funeris impenſas referri, quando Cadaver eſt de nocte ſepultum, & in die ſequenti celebrantur, *num.*57.

*Modicam* facere impenſam, paucaſque Miſſas celebrari facere in funere illius, cujus qualitas (attenta etiam conſuetudine aliarum ſimilium perſonarum) contrarium exigit, turpe eſt, & indecorum, *deciſ.*49. *num.*60.

*Præferuntur* æri alieno defuncti, quantumvis anteriori, ea ratione, quia publice intereſt, ne Cadavera jaceant inſepulta, & Aer corrumpatur, *deciſ.*49. *n.*45. & 46.

*Taxandæ* ſunt arbitrio Judicis inſpecta qualitate perſonarum, & viribus hæreditatis, *deciſ.*49. *num.* 49., & *num.* 60. & 61.

Et aliquando reduci debent ad minus, quàm fuerit expenſum, *ibid. ſub d. num.*49.

*Veſtes* lugubres poſſunt ex conſuetudine inter expenſas Funeris connumerari, *deciſ.*49. *num.*58.

Alia ad materiam impenſarum Funeris vide infra in verb. *Legitima*, & verb. *Quarta*.

FURIOSUS, FUROR.

*Curator* ad hoc, ut valide detur Furioſo, quæ requirantur, remiſſive, *deciſ.*44. *num.*30.

*Furor*, aut dementia ſuperveniens Teſtatori poſt conditum Teſtamentum non vitiat illius diſpoſitionem, *deciſ.* 44. *num.*19.

*Furor*, aut dementia ad hoc, ut irritet Teſtamentum, probari debet de tempore præciſo ipſius Teſtamenti, *dec.*44. *num.*20.

*Furor*, aut dementia Teſtatoris excluditur ex aſſertione Notarii de ejus ſana mente in rogitu Teſtamenti teſtificantis, donec contrarium probetur, *deciſ* 44. *num.*21.

Rurſus excluditur ex tenore diſpoſitionis, quæ appareat rationabilis, & prudens, *num.*22.

Item ex aliis circumſtantiis de quibus *num.*24. *cum duobus ſeqq.*

*Habens* lucida intervalla poteſt valide contrahere, *deciſ.*44. *num* 14.

Et ſi de facto contrahat de tempore, quo habet lucida intervalla, non indiget authoritate, ſeù conſenſu Curatoris, *num.*15.

Et hujuſmodi lucida intervalla quibus aliis nominibus in Jure nuncupentur, *ibidem ſub num.*7.

*Matrimonium* contrahere nequit, ſi laboret furore perpetuo, *deciſ.*44. *num.*25.

*Plures* ſunt ſpecies Furioſorum, quarum prima eſt illorum, qui laborant perpetuo mentis defectu, *deciſ.*44. *num.*3.

Secunda ſpecies eſt illorum, qui aliquando habent dilucida mentis intervalla, *num.*4. & 7.

Tertia verò eſt illorum, qui appellantur Lunatici, ſeù Melanchonici, *num.*5.

*Præſumitur* is, cui tamquàm furioſo datus fuit à Judice Curator, & fortiùs, ſi uti talis fuit traductus ad Hoſpitale Dementium, *deciſ.*44. *num.*11. & 17.

Declara, & intellige, ut *num.*12. 13. 16. & 18.

*Teſtamentum* Furioſi furore perpetuo non ſubſtinetur, *deciſ.*44. *num.*2. & 3.

Secus, ſi furor ſit tantummodò temporalis, vel accidentalis, *num.*6.

*Teſtamentum* Furioſi habentis dilucida intervalla præſumitur conditum tempore habili, ſeù de tempore ipſorum intervallorum, donec contrarium probetur, *deciſ.*44 *n.*8.

Præſertim, ſi ex ejus tenore conſtet, diſpoſitionem eſſe prudentem, ac rationabilem, *ibid. n.*23.

*Teſtes* de ſanitate mentis deponentes præferuntur aliis de furore teſtantibus, *deciſ.*44. *num.*42.

Amplia, etiamſi eſſent numero pauciores, *ibidem*.

# G

GABELLA.

*Contractus* debet integraliter ſolvi à Subdito etiam pro portione exempti, ſeù Forenſis cum eo contrahentis, *deciſ.*53. *num* 24.

*Contractuum*, vel ſucceſſionum Florentiæ non ſolvitur pro translatione locorum Montium ex cauſa ſucceſſionis, *deciſ.* 2. *ſub num.*19. §. *Ex his*.

*Contractuum* in Statu Florentino non ſolvitur ab hominibus Terræ Bibienæ tamquam peculiariter exemptis ab illius ſolutione, *deciſ.*72. *ſub num.*31. §. *Firmo remanente*.

*Denunciatio* rerum gabellabilium non eſt facienda ab exemptis, quoties adeſt conſuetudo non denunciandi, *deciſ.*72. *num.*45.

Amplia, licet exempti aliquando una, vel alia vice mulctati fuerint ob non factam denunciationem, *num.*47.

Et de ratione, *ibidem*.

*Florentiæ* in quo differat à *Dirittura*, quæ ibidem ſolvitur vigore Statutorum Curiæ Mercantiæ, *deciſ.*53. *ſub num.*27. §. *Retentaque*.

*Libri* Gabellæ quando, & quomodo probent, vide infra verb. *Libri*.

*Non debetur* de his, quæ quis lucratur ex proprio labore, & induſtria, *deciſ.*88. *num.*3.

*Obligatio* denunciandi ceſſat in exemptis à ſolutione Gabellæ, *deciſ.*72. *num.*40.

*Onus* Gabellæ quandò cenſeatur perſonale, vel mixtum, *deciſ.*53. *num.*23.

*Statutum* Florentiæ annullat Sententias latas ſuper iuribus, ac Inſtrumentis, de quibus præcedenter ratione Contractus, vel ſucceſſionis non fuerit ſoluta Gabella, *dec.* 53. *ſub num.*18 §. *Non diſcendendo*.

Amplia, quod nec etiam tales Sententiæ convalidantur per ſubſequentem ſolutionem Gabellæ, cùm ſolutio debeat præcedere ipſas Sententias, *ibid. num.* 18., & 19.

*Subjectio* Fori facit, ut quis teneatur ad ſolutionem Gabellæ, *deciſ.*53. *num.*15.

GENERALIS.

*Ordinis* Monaſtiri non implicat, quod eodem tempore ſit Abbas alicujus Monaſterii particularis, *deciſ.*55. *num.*12.

GENITIVUM.

*Verba* genitivi caſus non ſemper denotant dominium, & quandò ſecùs, *deciſ.*36. *num.*33. & 38.

GRATIA.

*Conceſſa* in remunerationem meritorum, licet à principio voluntaria, evadit tamen neceſſaria, & induit naturam Contractus, *deciſ.*39. *num.*45.

*Correctio*, aut repugnantia in eadem Gratia Principis præſumi non debet, *deciſ.*32. *num.*63.

Cor-

*Corruit* deficiente ſuppoſito conditionis, vel eo non verificato, *deciſ.83. num.6.*

*Derogatoria* medietatis vocum cenſetur favorabilis, non odioſa, *deciſ.83. num.9.*

*Obreptitia*, vel ſubreptitia non meretur executionem, *dec.38. num.2., & deciſ.62. num.11.*

*Obtenta* à Principe ſupremo in dubio præſumitur realis, & tranſitoria ad hæredes, *deciſ.97. num.21.*

Contrà, quod in dubio præſumatur potiùs perſonalis, quàm realis, *ibid. num.37.*

*Obtenta* intuitu, & contemplatione rei cenſetur realis, & tranſitoria ad hæredes, non obſtantibus verbis perſonalitatem denotantibus, *deciſ.97. num.22.*

Amplia, ut *ibid. num.26.*

Limita, ut *num.38.*

*Perinde valere* ſanat expreſſionem non veri valoris, *dec.38. ſub num 13. §. A cur.*

Et quid operetur talis Gratia, ſi fuerit modificata cum Clauſula *valeat a data præſentium tantùm*, *ibidem.*

Alia vide inferiùs in verſ. *Revalidatoria.*

*Petens* aliquid à Principe per viam Gratiæ, videtur fateri, id ſibi ex Juſtitia competere non poſſe, *deciſ.71. num.45.*

*Piſcatoria*, vide infrà verb. *Impetratio.*

*Pontificis* per ejus obitum re integra expirat, *deciſ.97. n.32. & 34.*

Extende, ut expirat etiam per obitum impetrantis, re pariter integra, *num.33.*

*Principis* ſemper interpretari debet, ut potiùs duret quàm ceſſaverit, *deciſ 97. num.28.*

*Pro Præſentato* quid importet, *deciſ.47. ſub num. 1.*

*Revalidatoria* quid operetur, *deciſ.62. num.14.*

*Revalidatoria*, & prima Gratia debent inſimul conſiderari, & uniri ad evitandam ſubreptionem, *deciſ.62 num.17.*

*Secunda*, non facta mentione primæ, quandò dicatur ſubreptitia, *deciſ.62. num.13.*

*Si neutri* an dicatur conſecutiva, & dependens à Clauſulis contentis in prima Gratia, vel potiùs importet novam Gratiam independentem à prima, *deciſ.86. num.1.*

Hæc Gratia præſefert implicitam confeſſionem, quod neque illam impetranti, neque ejus competitori jus aliquod ſpectet ſuper controverſo Beneficio, *ibidem num.2.*

Et ampliùs obligat illum impetrantem ad clare docendum, quod ejus competitori nullum jus pertineat ſuper Beneficio, de quo inter eos eſt quæſtio, *num.3*

*Subreptitia*, vel obreptitia dicitur, quoties Papa, ſi ſciviſſet veritatem facti, difficiliùs conceſſiſſet, *deciſ.81. num.17.*

*Supremi* Principis interpretari debet juxtà intentionem tàm impetrantis, quam concedentis, *deciſ.97. num.19.*

*Tertio* non citato præjudicialis, eſt reducenda ad viam Juris, *deciſ.69. num.40*

GRATIFICATIO.

*Arbitrium* Epiſcopi in gratificatione debet eſſe regulatum à Jure, *deciſ.18 num.25.*

*Conceſſa* Ordinario à Iure Sacrorum Canonum in concurſu duorum, vel plurium paritatem vocum, aut meritorum habentium, que ratione fuerit introducta, *deciſ.85. n.9.*

*Derogatia* Apoſtolica ſuccedit loco gratificationis Ordinarii, *deciſ.52. num.41.*

*Ordinarii* non attenditur per Sacram Rotam, quoties ei ex poſt conſtat de præcellentia meritorum alterius ex concurrentibus ad idem Beneficium, *deciſ.85. num.12.*

Prout etiam non attenditur, quoties excluſus e gratificatione docet, ſe habuiſſe majorem partem præſentantium, *num 13.*

*Ordinarius* in paritate vocum poteſt gratificare, habita ratione meritorum, *deciſ.52. num.42.*

GRAVAMEN.

*Præſupponit* vocationem, quia nemo gravatur, qui non ſit etiam honoratus, *deciſ 89. num.1.*

# H

## HÆREDITAS.

BOna per fideicommiſſum alteri reſtituenda non poſſunt recenſeri inter bona hæreditaria gravati, *deciſ.89.n.3.*

*Eſt* Jus univerſale, continens quidquid in Aſſe defuncti repoſitum, *deciſ.49. ſub num.19.*

*Hæres*, cui per alium mota ſit controverſia ſuper ſucceſſione, non prohibetur pendente eadem controverſia judicialiter ſua jura particularia, & independentia experiri adversùs hæreditatem hinc inde prætenſam, *deciſ.49. num.2.*

Exemplifice, ut *num.38.*

*Succeſſio* in hæreditate dicitur Jus univerſale, *deciſ.49. num.3.*

*Tertius*, pendente lite inter duos ſuper hæreditate, non prohibetur recuperare ab eadem hæreditate id, quod ſibi debetur, *deciſ.49. num.1.*

*Unius* confundi non debet cum diverſa, & ſeparata alterius hæreditate, *deciſ.89. num.15.*

HÆRES.

*Acquiſitia* facta per hæredem gravatum cenſetur facta ex pretio rei fideicommiſſariæ alienatæ, quandò non conſtat, ipſum habuiſſe propria bona, *deciſ.21. num.28.*

*Beneficiatus* non confundit propria jura, & actiones, ſed reputatur tamquàm Procurator, ſive Adminiſtrator hæreditatis, *deciſ.45. num.5.*

*Beneficiatus* moleſtari nequit in bonis propriis pro obligationibus defuncti, *deciſ.10. num.1.*

Dummodò tamen Inventarium ſit legitime confectum, & in Actis exhibeatur, *ibid. num.2. & 3.*

Et ulteriùs reddatur ratio de bonis inventariatis *ibid. num.4. & num.43.*

Aliàs namque non exhibito Inventario, vel non reddita ratione, hæres tenetur de proprio ergà Creditores defuncti, *ibidem.*

E converſo autem hæres beneficiatus nequit in bonis propriis condemnari, ſi legitimam reddat rationem bonorum hæreditariorum, *num.5.*

*Beneficiatus* nequit privari legis, & Inventarii beneficio abſque citatione, *deciſ.10. num 18.*

*Beneficiatus* debet, priuſquàm conveniatur in bonis propriis, citari ad docendum de Inventario, & de legitima redditione rationis, *deciſ.10. num.15. cum 2. ſeqq., & deciſ. 60. num.10.*

*Beneficiatus* quandò eſt Actor, debet priùs reddere rationem de bonis inventariatis, *deciſ 10. num.19.*

*Beneficiatus* non reddens rationem de bonis hæreditariis habetur pro hærede ſimplici, *deciſ 45 num 6., & 10.*

*Beneficiatus* tenetur reddere rationem de fructibus hæreditatis favore Creditorum defuncti, *deciſ.45. num.8.*

*Beneficiatus* non facit fructus ſuos poſtquàm Creditores hæreditarii cæperunt urgere, ſed illi cedunt commodo eorumdem Creditorum, *deciſ.63. num.15.*

*Beneficiatus* ſciens, adeſſe Creditores anteriores, ſi ſolvat poſteriori, tenetur illis de proprio ſatisfacere, *deciſ.10. n.9. & num.41.*

*Beneficiatus* paratum ſe offerens reddere rationem de bonis hæreditariis, nequit moleſtari in perſona, vel bonis propriis, *deciſ.46 num.15.*

*Beneficiatus* dolose omittens deſcribere aliquam rem in Inventario, tenetur ergà Creditores ad duplum, ſed non ob id amittit beneficium Inventarii, *deciſ.45. num.9.*

*Conveniri* poteſt ſtatim poſt confectum Inventarium, licet adhùc lapſus non ſit terminus à Jure conceſſus ad illud conficiendum, *deciſ.47. num.43.*

*Creditor* defuncti deſinit eſſe talis poſt aditionem ob confuſionem actionum, *deciſ.49 num.11.*

Interim tamen ante aditionem hæreditatis non prohibetur agere pro conſecutione ſui juris particularis, *ibidem.*

*Debita*, & credita inter plures cohæredes ſunt proportionabiliter dividenda, *deciſ.89. num.33.*

*Factum* defuncti ſervare tenetur, *deciſ. 10. num. 25., & deciſ.36. num.7.*

Limita, quandò agitur de facto nullo, & contrà legis diſpoſitionem, *d. deciſ.10. num.26.*

*Fiduciarius*, vide ſuprà verb. *Fiduciarius alitas.*

*Gravatus* reſtituere quod ſupererit, nequit diſſipere fideicommiſſum, ſed debet uti arbitrio boni Viri, *deciſ.21. num.30.*

In dubio tamen non præſumitur alienaſſe animo intervertendi fideicommiſſum, niſi contrarium probetur, *ibid. num 31.*

*Gravatus* reſtituere quod ſupererit, non poteſt in morte diſponere, *deciſ.21. num. 2. & 33.*

*Gravatus* poteſt deducere ſua credita adversùs fideicommiſſarium univerſalem, non obſtante omiſſione Inventarii, *deciſ.21. num.16.*

Intellige, id procedere, quoties idem hæres, vel eb eo cauſam habentes aliunde docere valent de ſtatu hæreditario, aliàs ſecùs, *num.17.*

*Gravatus* in reſtitutione fideicommiſſi non recuperat expenſas erogatas in tranſlatione locorum Montium fideicommiſſariorum in ſui faciem, *deciſ.56. num.6.*

Et de ratione, *ibid.*

*Hæredis gravati* poteſt in reſtitutione fideicommiſſi detrahere bona ſubjecta fideicommiſſo antiquiori, niſi conſtet de

contraria voluntate, aut remiſſione ipſius gravati, *dec.*77. *num.*46.

*Hæredis* gravati non tenetur reſtituere fructus perceptos ex bonis fideicommiſſariis, donec vocatus illum in mala fide conſtituat mediante productione Teſtamenti, ſeù fideicommiſſi, *deciſ.*98. *num.*28.

*Hæredum* appellatione in materia indifferenti veniunt quicumque hæredes etiam extranei, *deciſ.*89. *num.*52.

*Hæredum, & ſucceſſorum* appellatione qui veniant in materia Juriſpatronatus, vide infrà verb. *Juſpatronatus*.

*Hæredum ſuorum* appellatione veniunt ſolùm hæredes ſanguinis, *deciſ.*38. *num.*28.

*Impugnare* non poteſt factum, vel confeſſionem ſui Authoris, *deciſ.*46. *num.*4., & *deciſ.*100. *num.*63.

Niſi tamen factum ſui Authoris eſſet omninò nullum, *deciſ.*66. *num.*11.

Vel niſi agatur de aliquo facto, ex quo nulla oriri poterat actio, vel exceptio contrà ſuum Authorem, *deciſ.*75. *num.*56. & *d. deciſ.*100. *num.*68.

*Non ſuccedit* in gratiis, & Privilegiis perſonalibus ſui Authoris prædefuncti, *deciſ.*97. *num.*39. & 42.

*Poteſt* facere, & exequi ea omnia, quæ facere, & exequi poterat defunctus, *deciſ.*97. *num.*23.

*Proprietarius*, vide infrà verb. *Vſufructuarius*.

*Quilibet*, etiam pro parte, tenetur inſolidum ad præſtandum factum individuum defuncti, *deciſ.*46. *num.*18.

*Repræſentat* perſonam defuncti reſpectu omnium Jurium, quæ illi competebant, *deciſ.*84. *num.*3.

*Simplex* de Jure antiquo non tenebatur ergà legatarios, niſi intrà vires hæreditarias, *deciſ.*10. *num.*30.

*Simplex* non tenetur ultrà vires hæreditatis, quandò aliundè docet de certitudine ſtatus hæreditarii, *deciſ.*10. *num.*38.

Alios caſus, in quibus hæres ſimplex non tenetur ultrà vires, vide in *deciſ.*77. *num.*69.

*Solutio* facta per hæredem gravatum an, & quandò præſumatur de proprio, vel cum pecuniis, ac effectibus hæreditariis, *deciſ.*21. *num.*14.

HÆRESIS.

*In Crimine* Hæreſis quilibet Fiſcus confiſcat bona in proprio Statu, *deciſ.*32. *nu.*42.

*Sententia* lata in Cauſa Hæreſis in quocumque Statu executioni demandatur etiam ſinè Actis, *deciſ.*32. *num.*36.

HONOR.

*Famæ*, & honori Proximi ſemper, quantum fieri poteſt, conſuli debet, *deciſ.*76. *num.*7.

*Præferri* debet cuicumque commodo pecuniario, *deciſ.*54. *num.*21.

HYPOTHECA.

*Bona* Debitoris tranſeunt cum ſua hypotheca in quemcumque illius ſucceſſorem etiam titulo ſingulari, & oneroſo, *dec.*50. *num.*15. & 17.

*Bona* excepta in hypotheca generali omnium bonorum præſentium, & futurorum non reincidunt in eam, licèt poſt alienationem denuò ad Debitorem perveniant, *deciſ.* 34. *num.*17.

*Competens* ſuper re non eſt exercibilis ſuper pretio retracto ex venditione ipſius rei, *deciſ.*96. *num.*61.

*Generalis* anterior vincitur ab hypotheca ſpeciali cum reſervatione dominii, *deciſ.*96. *num.*62.

*Legalis* in bonis gravati doloſe alienantis effectus fideicommiſſarios oritur à die captæ poſſeſſionis fideicommiſſi, *deciſ.*89. *num.*44.

Et enunciantur *Authoritates*, quæ tenent pro excluſione talis hypothecæ, *num.*45.

*Oriens* ex obligatione Camerali competit etiam ſuper bonis ex poſt à Debitore acquiſitis, *deciſ.*50. *num.*23.

*Præſcriptio* hypothecæ per lapſum 10. vel 20. Annorum non intrat data ignorantia alienationis in Creditore ex capite forenſitatis, vel abſentiæ, *deciſ.*50. *num.*24.

HYSTORICI.

*Cardinalis Baronius* eſt Author univerſaliter approbatus, *deciſ.*100. *num.*93.

Sed vide *num.*94.

*Fide digni*, & approbati plurimùm attenduntur, *deciſ.* 78. *num.*10. & *deciſ.*100. *num.*84.

Præſertim, ſi eorum traditiones aliis fulciantur adminiculis, *d. deciſ.*78. *num.*11.

*Habentur* loco Teſtium quòad ea, quæ differunt in re antiquiſſima, *deciſ.*55. *num.*6.

*Immunes* eſſe debent à qualibet ſuſpicione affectionis, aut propenſionis ergà eum, cujus geſta, vel faſta deſcribunt, aliàs eis nullo modo defertur, *deciſ.*100. *num.*86.

*Non attenduntur*, quotiès perfunctoriè tantùm, & incidenter loquuntur de materia, aut re controverſa, *deciſ.*100. *num.*87.

Seeùs autem eſt, quandò de ea formiter, & ex profeſſo diſcurrunt, *num.*88.

*Quoties* ſibi invicem contrariantur circà materiam, de quà differunt, nemini defertur, *deciſ.*100. *num.*89.

Intellige, ut *num.*90.

*Recentes*, & quorum fides adhùc approbata non reperitur, nullam faciunt authoritatem, *deciſ.*100. *num.*39.

Et de ratione, *ibid. num.*85. & 86.

Idemque procedit quòad Hyſtorias, Chronologias, aliaſque ſimiles traditiones manuſcriptas, *ibid. num.*40.

*Vghellius*, ejuſque authoritas pluries fuit in Sacro *Rotæ* Auditorio approbata, *deciſ.*100. *num.*91.

Et quid de eo ſenſerit *Card. de Luca*, ibid. *num.*92.

# I

JACTARE.

*Nemo* præſumitur velle jactare ſuum, *deciſ.*69. *num.*14. & *deciſ.*91. *num.*20.

IDENTITAS.

*Alteratio* aliqua nominis non tollit probationem identitatis perſonæ, *deciſ.*46. *num.*39.

*Bonorum* fideicommiſſi probatur ex illorum deſcriptione facta per Fideicommittentem in ſuo Teſtamento, *deciſ.*46. *n.*36.

Item ex eo, quod bona ſita reperiuntur in eadem Contrata, in qua Fideicommittens plures fecit acquiſitiones, donec contrarium probetur, *ibidem num.*37.

*Frumenti*, aliarumque ſpecierum, & mobilium probatur ex indiciis, conjecturis, & præſumptionibus, *deciſ.*1 . *num.*5.

Idemque procedit circà probationem identitatis pecuniæ, *ibid. num.*6. 18. 23. & 24.

*Materia* identitatis bonorum vel occaſione *conſ. Oldrad. il* 145. vel occaſione confuſionis, ſeù incorporationis unius Prædii cum altero, cum ſimilibus, plene indicatur in *deciſ.*92. *ſub num.*36. §. *Conſecutivè*.

*Obſervantia* optime deſeruit ad probationem identitatis, *deciſ.*92. *num.*11.

Præſertim, ſi ſit judicialis, & pacifica, *num.*12. & 17.

*Probatur* ex Teſtibus optimam ſcientiæ cauſam reddentibus, *deciſ.*92. *num.*5.

Fortiùs, ſi dicta eorumdem Teſtium aliunde adminiculentur, *num.*6.

*Probatur* ſufficienter ex confrontatione alicujus Confinis invariabilis, *deciſ.*91. *num.*8.

Item ex confrontatione Confinium expreſſorum in locationibus, ac venditionibus ipſius rei, de cuius identitate cubitatur, *deciſ.*92. *num.*7.

IDONEITAS.

*Attendi* debet de tempore collati Beneficii, *deciſ.*64. *num.*7.

IGNORANTIA.

*Facti* operatur, ut Gratia ſupremi Principis corruat ex defectu intentionis, *deciſ.*3. *num.*2.

*Juris* dubii æquiparatur ignorantiæ facti, *deciſ.*64. *num.*44.

*Juris* de facili præſumitur in Muliere, *deciſ.*84. *num.*20.

ILLATIO.

*Fieri* non debet ex diverſis, *deciſ.*29. *num.* 11., & *deciſ.*42. *num.*43. & *deciſ.*53. *num.*14.

Neque ab uno caſu ad alium omninò diverſum, *dec.*34. *num.*7. & *deciſ.*54. *num.*21.

Neque de una re ad aliam omninò diverſam, *deciſ.*55. *num.*11.

ILLEGITIMUS.

Vide infra verb. *Legitimus*.

IMMEMORABILIS.

*Actus* unicus ſufficit contra immemorabilem, & ad eam excludendam, *deciſ.*78. *num.*82.

*Allegatio* tituli deſtruit virtutem immemorabilis, *deciſ.*78. *num.*5.

Idemque eſt, quandò conſtat de principio, *ibidem n.*6. & *num.*54.

*Non probatur* per Teſtes nulliter examinatos, *deciſ.*78. *num.*70.

*Operatur*, ut allegari valeat melior titulus de Mundo, *deciſ.*76. *num.*3. & *deciſ.*82. *num.* 56. ubi etiam habetur, an idipſum operetur quadragenaria cum fama tituli.

Amplia, id procedere, etiamſi allegetur aliquis particularis titulus, dummodò id non fiat reſtrictive, *deciſ.* 78. *num.*14. 18. & 19.

*Productio* tituli non nocet, nec præjudicat immemorabili, quan-

quando non eſt facta ab eo, qui illam allegat ad ſui favorem, *deciſ.78. n.13.*

*Requirit* individuam mentionem ad hoc, ut illi cenſeatur derogatum, *deciſ.82. num.62.*

*Tempus* motæ litis ſemper ſubducendum eſt in probatione immemorabilis, *deciſ.78. num.79.*

*Teſtes* deponentes de immemorabili debent teſtari de publica voce, & fama per verba -- *fuit*, & *eſt* -- *dec.78. num.74.*

*Teſtes* ad probandam immemorabilem requiruntur omni exceptione majores, *deciſ.78. num.77.*

Idque potiori Jure procedit in Cauſis Hiſpaniarum, in quibus hæc qualitas Teſtium debet præciſe articulari, & probari, *num.78.*

*Teſtes* deponentes de immemorabili debent habere ætatem ſaltem Annorum 54. ante motam litem, *deciſ.78. n.80.*

IMMISSIO.

*Competit* etiam vigore Codicillorum, *deciſ.14. num 40.*

*Concedi* paſſim ſolet in genere ad bona hæreditaria, relicta eorum liquidatione, vel ſpecificatione ad aliam Inſtantiam, vel ad tempus executionis, *dec.21. n 2.*, & *n.22.* & *25.*

*Debetur* hæredi inſtituto in Teſtamento non abolito, nec cancellato, *deciſ.22. num.19.*

*Exemplar*, ſeu copia Teſtamenti, an ſufficiat pro obtinenda immiſſione in vim *l. fin. Cod. de Edict. D. Hadr. toll.* remiſſive, *deciſ.14. num.33.*

Et quid, ſi concurrat illius obſervantia, *num.35.*

*Judicium* immiſſionis non retardatur per exceptiones requirentes altiorem indaginem, *deciſ.66. num.3.*

*Petita* contra duos pro diviſo poſſidentes poteſt interarnquoad unum, & quoad alium non, ratione retentionis huic, & non illi competentis, *deciſ.71. num.55.*

*Petita* per cohæredem ſuper bonis hæreditariis competit etiam ſuper bonis per alterum cohæredem acquiſitis favore ipſius hæreditatis, *deciſ.15. num.2.*

*Rota* aliquando ſolet, poſtquàm conceſſit immiſſionem in genere, reſcribere occaſione novæ Audientiæ -- *Audiatur ſuper detractionibus*, vel *identitate tantùm* -- cum ſimilibus, *deciſ.21. ſub num.25.*

*Teſtamentum*, quod ob temporis antiquitatem reperitur aliqualiter corroſum, an ſuffragetur pro obtinenda immiſſione, *deciſ. 4 num 36.*

Plura ad materiam Immiſſionis vide etiam in verb. *Fideicommiſſarius.*

IMMUNITAS.

*Conceſſa* à Supremo Principe, & ab aliquo ejus Succeſſore confirmata, non comprehenditur ſub generali revocatione Immunitatum, & exemptionum, *deciſ.39. num.54.*

*Conceſſa* ob benemerita indiget ſpeciali expreſſione, nec continetur ſub generali revocatione Immunitatum, & exemptionum, *deciſ.39. num.43.*

*Conceſſa* ob benemerita non dicitur Privilegium, ſed beneficium late, & benigne interpretandum, *deciſ.39. n.44.*

*Conceſſa* ex titulo oneroſo, vel ex cauſa, quæ titulo oneroſo equiparatur, non comprehenditur ſub Conſtitutionibus revocatoriis Immunitatum, ac exemptionum, *deciſ.39. n.41.*

*Conſtitutio* revocatoria Immunitatum non comprehendit illas, quarum ſpecialis, & individua mentio requiritur, *deciſ.39. num.42.*

*Exemptio*, & Immunitas conceſſa Conſanguineis Summorum Pontificum non cadit ſub generali Conſtitutione revocatoria exemptionum, *deciſ.39. num.49*

*Merita* ſufficientia pro obtinenda immunitate ſunt labores pro amplianda Catholica Fide, vel pro ſervitio S. Sedis jugiter impenſi, *deciſ.39. num.46.*

*Obſervanda* omninò eſt, & executioni demandanda, quando fuit jam canonizata per rem judicatam, *deciſ.39. n.56.*

*Obſervantia* ſubſecuta eſt optima interpres Immunitatum, & exemptionum, *deciſ.39. num.55.*

*Realis* tranſit in quæcunque rei ſucceſſorem, *dec.53. n.22.*

IMPEDIMENTUM.

*Acta* habentur pro exhibitis in odium impedientis illorum extractionem, *deciſ.38. num.34.*

Intellige, quando impedimentum provenit ex facto Partis, ſeu Collitigantis, ſecus ſi ex facto Tertii, *ibid. ſub d. num.34. §. Non autem.*

Exemplifica, ut *ibid.*

*Dolus* impedientis executionem illi patrocinari non debet, *deciſ.42. ſub num.55.*

*Executio* habetur pro incæpta in odium eam impedientis, *deciſ.42. num.53.*

Rursùs, quando eſt incæpta, habetur pro completa in odium impedientis illius plenariam effectuationem, *dec.47. num.40.*

*Præſtitum* ab initio Cauſæ per Reum conventum, ne Actor poſſet ſua Jura experiri, facit præſumere, quod & impedimenta poſtmodùm ſuperventa ab ipſo provenerint, *deciſ.1. num.12.*

*Præſtitum* terminii Teſtium operatur, quod in ejus odium deferatur informibus, & extrajudicialibus Atteſtationibus, *deciſ.51. num.25.*

*Præſtitum* executioni litterarum Compulſorialium proveniſſe præſumitur à Collitigante: cujus forte intererat, ne Jura compulſarentur, *deciſ.51. num.19.*, & *num.10.*

Limita, quando datur ſumus, quod impedimentum potuerit provenire ex parte aliorum intereſſe habentium, *ibidem num.20.*

Declara, limitationem procedere, quando agitur de infligendis Cenſuris ex cauſa impedimentorum, & recurſuum, ſecùs quoad alios effectus, *num.21.*

*Probationes* habentur pro rite, ac legitime factis in odium alterius Partis illas impedientis, *deciſ.51. num.18.*

*Proveniens* ex facto voluntario unius ex Collitigantibus alteri Collitiganti non præjudicat, *deciſ.32. num.11.*

*Tempus* non currit legitime impedito, *deciſ.62. num.3.*

IMPENSÆ.

Vide ſupra verb. *Expenſæ.*

IMPETRATIO.

Vide etiam infra in verb. *Subreptio.*

*Gratia* Beneficii certo modo impetrati, quæ dicitur *Piſcatoria*, reputatur odioſa, *deciſ.38. num.1.*

IMPOSSIBILITAS.

*Nemo* tenetur ad impoſſibile, *deciſ 81. num.29.*

IMPUGNATIO.

*Impugnare* quis non poteſt, quod ſemel in Judicio approbavit, *deciſ.66. num.16.*

IMPUNITAS.

*Concedi* regulariter non ſolet authoribus principalibus delicti, *deciſ 95. num.48.*

Niſi Princeps ex aliqua Juſta cauſa aliter decernat, *numer.49.*

INCERTITUDO

*Certi* ad incertum nulla datur proportio, *deciſ. 94. n.48.*

INCOLA.

Vide in verb. *Civis.*

INCOLATUS.

*Acquiritur* per habitationem decennalem etiam abſque poſitiva animi declaratione, *deciſ.23. num.5.*

INCOMPATIBILITAS *Beneficiorum.*

*Coadiutoria* an tollat incompatibilitatem cum cæteris Beneficiis, quæ per anteà Coadiutor obtinebat; remiſſive, *deciſ.20. num.35.*

*Diſpenſatio* Apoſtolica ſuper incompatibilitate non eſt neceſſaria, quando Beneficia ſub eodem tecto ſunt totaliter difformia, *deciſ.82. num.34.*

Exemplifica, *ut ibidem*, & *ſub num.65.* ubi late, & remiſſive de materia, unà cum caſu deciſo per *Rotam.*

*Diſpenſatus* ad obtinendum plura Beneficia, aut Dignitates incompatibiles, non cenſetur diſpenſatus ad illa, vel illas retinendum, niſi expreſſe dicatur in diſpenſatione, *deciſ.86. num.32.*

*Exceptio* incompatibilitatis non obſtat ad finem aſſequendi ſecundum Beneficium incompatibile, ſed ſolum ad finem, ne utrumque valeat retineri, *deciſ.86. num.79.*

*Fundator* Beneficii non præſumitur prohibere aſſequutionem alterius, niſi in caſu duplicis, & contemporanei ſervitii, *deciſ.82. num.44.*

Extende, ut *ibidem.*

*Obtinens* Beneficium incompatibile tenetur primum dimittere ſtatim, ac adeptus fuit pacificam poſſeſſionem ſecundi ad excluſionem ſui principalis competitoris, *deciſ.86. n.44.*

*Obtinens* Beneficium incompatibile non tenetur dimittere primum, uſquequò penitùs ceſſaverint moleſtiæ ſibi etiam de facto, & extrajudicialiter illatæ ſuper novo Beneficio obtento, *deciſ 86. num.77.*

Amplia, etiamſi in litteris proviſionis ſecundi Beneficii adeſſet Decretum ſuper vacatione primi intrà certum terminum, *num.78.*

*Reſultat* ex retentione plurium Beneficiorum etiam ſimplicium, *deciſ 86. num.28.*

*Retentio* plurium Canonicatuum, ac Dignitatum quare à Sede Apoſtolica haud difficulter ut plurimum concedi ſoleat Epiſcopis Germaniæ, *deciſ.20. num.34.*

Vide etiam in verb. *Epiſcopatus.*

INCONSTANTIA.

*In judicando* à legibus reprobatur, *deciſ.70. num.1.*

INDEBITUM.

*Condiſtio* indebiti non competit prò ſolutione facta ante tempus conventum, *deciſ.5. num.16.*

Neque pro ſolutione facta ex cauſa tranſactionis, *ibidem num.17.*

*Non* dicitur, niſi excledatur poſſibilitas, quod fuerit debitum, *deciſ.5. num.12.*

INDEFINITA.

*Oratio* indefinita, & indeterminata incledit omne tempus, neque admittit aliquam limitationem ad tempus finitum, *deciſ.23. num.4.*

INDUSTRIA.

*Nimia* eſt cognata culpæ, *deciſ.83. num.15.*

INFERIOR.

*Nequit* infringere geſta à Superiore, *deciſ.72. num.22.*

*Nequit* ſe intromittere in declarando, aut interpretando factum Superioris, *deciſ.86. num.93.*

*Societas* perfecta non datur inter Superiorem, & Inferiores, ſed unio tantùm moralis, ſeù intellectualis, *deciſ.14. ſub num.23.*

*Tolerare* debet in Superiore id, quod in ſemetipſo practicavit, *deciſ.62. num.19.*

INHIBITIO.

*Æquè* ligat impetrantem, ac alteram Partem, contra quam fuit obtenta, *deciſ.87. num.11.*

*Habet* oculos ante, & non retro, ideòque non inficit acta præcedenter geſta, *deciſ.87. num.12.*

*Poſſeſſio* capta in ſpretum inhibitionis eſt attentata, *deciſ.87. num.43.*

*Rotalis* cenſetur attentata etiam contra non compræhenſum in Commiſſione, qui tamen ſcientiam habuit ejuſdem inhibitionis, *deciſ.87. num.42.*

INJURIA.

*Volenti* nulla fit injuria, *deciſ.88. num.9.*

INJUSTITIA.

*Notoria* æquiparatur nullitati, *deciſ.63. num.21.*

Et ideò Sententia notoriè injuſta, tanquàm nulla, revocari poteſt ab eodemmet Judice, qui illam protulit, *ibid.*

Et meliò magis ab ejus Succeſſore, *num.22.*

Amplia, id procedere, licèt talis Sententia tranſitum feciſſet in rem judicatam, *num.23.* ubi de ratione.

INNOCENS.

Vide ſupra vèrb. *Crimen.*

INSINUATIO.

*Donatio* facta poſt Matrimonium jam perfectum requirit inſinuationem, *deciſ.42. num.37.*

*Valor* Ducatorum 200., de quibus loquitur *Statutum Urbis de inſinuandis donationibus*, ad quanti hodie aſcendat, *deciſ.42. num.27.*

INSTANTIA.

*Capta* contra Laicum, tranſit in Clericum illius hæredem, *deciſ.87. num.27.*

Contra, *num.28.*

*Capta* cum anteceſſore in Dignitate, tranſit activa, & paſſive in ſucceſſorem, *deciſ.87. num.32.*

Etiamſi agatur de purgatione attentatorum, & ſpolii, *num.33.*

*Capta* cum hærede fideicommiſſario, tranſit activa, & paſſivè in ulteriores ſubſtitutos, *deciſ.87. num.30.*

Diſtingue, ut *num.31.*

*Perpetua* eſt de Jure Canonico, *deciſ.4. num.8.*

*Statuta* ordinantia peremptionem Inſtantiæ elapſo certo tempore, an dicantur reſpicere ordinatoria, vel deciſoria, *deciſ.37. num.53.*

*Tranſit* active, & paſſive de defuncto in hæredem, *deciſ.87. num.7.*

Quod procedit etiam in Judicio manutentionis, quæ concedi poteſt hæredi poſſeſſoris, licet defunctus ſolemmodò poſſideret, *ibid. num.26.*

INSTITOR.

*Facultas* Inſtitoris ceſſat mortuo Præponente, *deciſ.43. n.2.*

Maximè, quandò Præponens in ſuo Teſtamento fideicommiſſum ordinavit ſuper omnibus ſuis bonis, *n.3.*

*Generalis* obligat hæredes Præponentis, etiam Pupillos, *deciſ.43. num.12.*

*Pater* videns, aut ſciens, proprium nomen expendi ab ejus filio, in negociis ſuæ Tabernæ, videtur illum tacitè in Inſtitorem deputaſſe, *deciſ.43. num.18.*

*Tertius* contrahens cum Inſtitore non remoto à Tutore filiorum Præponentis, non debet ſub bona fide remanere deleſus, *deciſ.43. num.15.*

*Tutor* relictus Pupillo, ſi non removit Inſtitorem, imputet ſibi Teſtator, ſi talem Tutorem reliquit, *deciſ.43. n.14.*

INSTITORIA.

*Differentia* aliqua an ſit inter Inſtitoriam tacitam, vel expreſſam, & qualis, *deciſ.43. num.17. & 19.*

*Materia* Inſtitoriæ latè declaratur, & conciliantur *Textus in l. ejus, qui in Provincia, ff. ſi cert. pet., & in l. ſi quis Mancipiis 17. §. Si Impuberes, ff. de Inſtit. act.* Vide in *deciſ.43. ſub §.1. cum ſeqq., & ex n.12., & ſub n.24.*

*Particularis* quandò cenſeatur, vel univerſalis, *deciſ.43. num.25.*

*Subiata* an, & quandò cenſeatur ex fideicommiſſo ordinato per Præponentem, *deciſ.43. ſub num.19. §. Et idcircò.*

INSTITUTIO *in Beneficialibus.*

*Præſumptio* ſtat pro validitate inſtitutionis factæ ab Ordinario, *deciſ.70. num.10.*

INSTRUMENTUM.

*Antiquum* probat, etiamſi non conſtet de Notariatu ejus, qui de illo rogatus fuit, *deciſ.14. num.11.*

*Falſum* in parte, præſumitur falſum in totum, *deciſ.54. num.17.*

Et è converſo in parte verum, præſumitur verum in totum, *num.18.*

*Fidem*, ut mereatur, quæ requiſita debeat habere, *dec. 14. num.10.*

*Linea* ſubducta in ſpatio albo Inſtrumenti denotat, quod inibi Partes nil ſuperaddere voluerunt, *deciſ.15. num.34.*

*Probat* quidem inter Contrahentes, non verò contra Tertium, *deciſ.51. num.35.*

*Publicum* facit probationem probatam, *deciſ.38. num.6., & deciſ.40. num.12., & deciſ.60. num.13.*

*Scriptura*, quæ caret rogitu Notarii, & Teſtibus, dici non valet publicum Inſtrumentum, *deciſ.47. num.3.*

*Teſtes* contra publicum Inſtrumentum requiruntur omni exceptione majores, *deciſ.40. num.9.*

*Teſtis*, qui fatetur, ſe non fuiſſe præſentem ſtipulationi Inſtrumenti, nequit adduci ad illius everſionem, *deciſ.40. num.10.*

*Vitium* ſcripturæ, vel Inſtrumenti ceſſat, quandò defectus non eſt in parte ſubſtantiali, & character eſt ejuſdem Notarii, *deciſ.14. num.34.*

INTERDICTUM *quorum bonorum.*

*Fructus* à quo tempore veniant in Interdicto quorum bonorum, vide ſupra in verb. *Fructus quoad reſtitutionem.*

INTERESSE.

*Conventum* per viam tranſactionis ſuſtinetur, niſi ex aliis circumſtantiis conſtet, quod Partes voluerint palliare Contractum fœneratitium, *deciſ.65. num.27.*

*Damni* emergentis in quo differat à fructibus Cambii, *dec.23. num.28. & 31.*

*Damni* emergentis quas conditiones requirat, *deciſ.23. n.31. & 32.*

*Decoctio* Debitoris an, & quandò faciat ceſſare intereſſe conventum favore Creditoris, vide ſupra verb. *Decoctio.*

*Liquidatio*, & taxatio intereſſe poteſt ſemper ad æquitatem reduci, firma remanente ſubſtantia Contractus, *deciſ.36. num.13.*

*Lucri* ceſſantis ad hoc, ut debeatur, quæ requiſita debeant concurrere, *deciſ.65. num.3.*

Requiſita *Pauli de Caſtro* non ſunt rigoroſa diſcutienda, ubi agitur de Intereſſe convento in quantitate proportionabili, ac veriſimili, *deciſ.65. num.24.*

IMTERPELLATIO.

*Mariti* pro Uxore, filii pro Patre, aut Servi pro Domino, non ſufficit in materia Uſurarum, *deciſ.65. num.11.*

*Procuratori* facta conſtituit Principalem in mora, *deciſ.65. num.14.*

INTERPRÆTATIO.

*Conſtitutionis*, aut Privilegii nequit ad alium ſpectare, quam ad ipſum Principem illius conditorem, & reſpective concedentem, *deciſ.86. num.92.*

*Mutanda* non ſunt, quæ certam habuerunt interpretationem, *deciſ.12. num 25.*

*Qualibet* interpretatio ſumenda eſt, ne lex, vel Statutum dicatur continere iniquitatem, *deciſ.72. num.44.*

INTIMATIO.

*Decretum* ex præcepto Judicis intimandum non afficit, donec ſequatur intimatio, *deciſ.99. num.27.*

INVENTARIUM.

*Bona* non deſcripta in Inventario non præſumuntur ſpectaſſe ad defunctum, ſed potiùs ad hæredem jure proprio, donec contrarium probetur, *deciſ.60. num.12.*

*Defectus* Inventarii ſuppleri poteſt ex libris ſtatus hæreditarii confectis ab hærede gravato, *deciſ.21. num.18.*

Declara, id procedere, dummodò in eiſdem libris appa-

teant

Digitized by Google

reant fideliter deſcripta univerſe bona, & jura hæreditaria, alias ſecus, *num.* 19.

*Eſt* veluti Caput, & baſis redditionis rationis, *deciſ.* 10. *num.* 13.

*Habetur*, ac ſi non fuiſſet confectum, quandò in eo non fuerunt integre deſcripta omnia bona hæreditaria, *deciſ.* 21. *num.* 20.

*Plura* de validitate, vel nullitate Inventarii, & ſucceſſivæ redditionis rationis, remiſſive, vide in *deciſ.* 45. *num.* 10. §. *Confirmata*.

*Relinquit* hæredem in eo ſtatu, in quo erat ante aditionem, *deciſ.* 10. *ſub num.* 29. §. *Quartò denique*.

*Statutum* prohibens aditionem hæreditatis cum beneficio legis, & Inventarii, in qua ratione fundetur, *deciſ.* 10. *num.* 35.

Et plura remiſſive de hujuſmodi Statutis, & ſignanter Florentiæ, & alibi in Thuſcia, *ibid. ſub num.* 19. §. *At quia*, & *num.* 73.

Et an hæc Statuta procedant non tantum favore Creditorum, ſed etiam aliorum foventium cauſam lucrativam, *ibid. ſub num.* 30. & *ſeq.*

INVESTIMENTUM.

*Obligatus* ad inveſtimentum, ſi illud facere neglexit, tenetur ad fructus, quos idem inveſtimentum produxiſſet, quatenus factum fuiſſet, *deciſ.* 93. *num.* 4.

*Occaſiones* Inveſtimentorum in Civitate magna, & Mercantili ſunt ſemper in promptu, & ideò habentur pro probatis, *deciſ.* 65. *num.* 19.

INVESTITURA.

*Numquam* conceditur, niſi Emphyteuta, vel Feudatarios per ſe ipſos, vel ſaltem per Procuratorem inſtent pro ejus conceſſione, *deciſ.* 70. *num.* 7.

IRA.

*Furor*, ſive indignatio, regulariter brevi tempore durant, *deciſ.* 48. *num.* 11.

IRRITATIO.

*Irritari*, aut retractari, ſeu revocari non debet id, quod poſteà legitime factum eſſe dignoſcitur, *deciſ.* 86. *num.* 96.

IUDEX.

*A quo* habet facultatem exequendi ſuum Mandatum, poſtquam ſecuta eſt moderatio Inhibitionis Judicis ad quem, *deciſ.* 63. *ſub num.* 14. §. *Et ſanè*.

*Authorizans* Contractum in figura Judicis, cenſetur illum approbare etiam pro ſuo privato jure, & intereſſe, *deciſ.* 55. *num.* 9.

*Compulſa talis* nequit extrà nullitatem ſe ingerere circa recognitionem manus, ſeu Characteris, quo ſcriptæ fuor Jura compulſanda, *deciſ.* 47. *num.* 5.

*Conjunctus* de Jure repellitur à judicando in Cauſa ſui Conſanguinei, & uſque ad quem gradum, *deciſ.* 71. *n.* 18.

*Conſentiens* in Juriſdictionem Judicis nequit amplius illum declinare ex defectu Juriſdictionis, *deciſ.* 96. *num.* 16.

*Curare* debet, ut (quantum fieri poteſt) Partes non graventur inutilibus expenſis, *deciſ.* 18. *ſub num.* 6.

*Delegatus* nequit poſt Annum exequi propriam Sententiam, *deciſ.* 42. *num.* 2.

*Delegatus* nequit interponere Decretà in Contractibus Mulierum, vel Minorum, ſed id ſpectat ad Judicem ordinarium, *deciſ.* 60. *num.* 16.

Niſi tamen Judex eſſet delegatus ad univerſitatem Cauſarum, *ibid.*

*Delegatus* nulliter procedit, non ſervata ad unguem lege commiſſionis ſibi factæ, *deciſ.* 78. *num.* 67.

Amplia, ut *num.* 68.

*Eccleſiaſticus*, tamquàm habitualiter competens, poteſt de conſenſu Partium Cauſas laicales cognoſcere, *deciſ.* 9. *num.* 12.

Præcipue accedente etiam conſuetudine, & obſervantia, *num.* 13.

*In concurſu* conjecturarum hinc inde debet inhærere iis, quæ præcellunt, & ſunt fortiores, *deciſ.* 80. *num.* 28.

*Judices*, & ſuprema Tribunalia ſæpiſſime judicant etiam in Cauſis minimis, & exiguis, & quandoque nullius valoris, *deciſ.* 27. *num.* 1.

*Juriſdictio* Judicum provenire ſolet à Principe, vel Statuto, *deciſ.* 37. *num.* 41.

*Juriſdictio* Judicis delegati expirat per obitum delegantis, *in Præfat. num.* 99.

*Juriſdictio* Judicis tàm ordinarii, quàm delegati non expirat, niſi poſt effectivam pronunciationem Sententiæ, aut Decreti definitivi, *deciſ.* 64. *num.* 8. & 11.

*Juriſdictione* caret, niſi purificetur conditio, ſub qua ei facta fuit Commiſſio, *deciſ.* 57. *num.* 36.

Ideòque non poteſt ad merita Cauſæ reſervare cognitionem purificationis conditionis, *num.* 37.

*Loci*, in quo delictum conſumatur, eſt ſemper competens, ſaltem cumulative, *deciſ.* 41. *num.* 17.

*Majorem* habet Dei aſſiſtentiam in judicando, quam Doctor in conſulendo, *deciſ.* 15. *ſub num.* 10. §. *Quæſtio*.

*Officium* ſuum impartiri non tenetur ultra id, de quo Pars victrix contentatur, *deciſ.* 18. *num.* 5.

*Paupertas* Judicis an, & quandò eum reddat ſuſpectum in adminiſtranda Juſtitia, remiſſive, *in Præfat. n.* 44.

*Procedens* tamquam in prima, non poteſt circumſcribere Judicatum in ſuo met Tribunali, *deciſ.* 63. *num.* 34.

*Repræſentanda* Deum in judicando, ſpretis ſubtilitatibus, ſequitur veritatem, *deciſ.* 33. *ſub num.* 7.

*Requiſitus* per litteras hortatorias quid agere debeat, vide infra verb. *Littera hortatoriæ*.

*Reſcriptum* Principis regulariter excitat Juriſdictionem Judicis, novam autem non tribuit, & quandò ſecus, *deciſ.* 37. *num.* 47., & 48.

*Reſpondere* non valet, niſi juxta ea, quæ ſibi proponuntur à Partibus litigantibus, *deciſ.* 71. *num.* 1.

*Sententiam* latam in alieno Territorio non exequitur, niſi viſis Actis, Partibus auditis, ac deguſtatà Juſtitià, *deciſ.* 51. *num.* 36.

*Sententiam* proferre poteſt in eum modum, in quem Partes litigantes inter ſe convenerint, *deciſ.* 24. *num.* 18.

*Supplere* valet ſolùm in iis, quæ ſunt Juris, non verò circa ea quæ in nudo facto conſiſtunt, *deciſ.* 40. *num.* 5.

*Suſpectus* allegari poteſt, quandò habet conſimilem articulum in propria Cauſa, *deciſ.* 71. *num.* 34.

*Suſpectus* allegatus ab uno ex litis Conſortibus, nequit quoad alios in Cauſa procedere, *deciſ.* 71. *num.* 31.

Et de ratione, *num.* 33.

JUDICIUM.

*Executivum* retardari nequit per exceptiones turbidas, vel altioris indaginis, *deciſ.* 19. *ſub num.* 21. §. *In hac*.

*In Judiciis* quaſi contrahitur, *deciſ.* 53. *num.* 16.

*Petitionis* hæreditatis, vide infra verb. *Petitio hæreditatis*.

*Præſentia* Rei in Judicio antiquitùs erat omninò neceſſaria, & quomodò id practicabatur etiam ipſo Reo invito, *deciſ.* 71. *ſub num.* 41. §. *Et licèt*.

*Subſtantiatur* in tribus perſonis, ſcilicèt Judice, Actore, & Reo, *deciſ.* 99. *num.* 10.

JURA.

Appellatione *Jurium* quid veniat in materia locationis, vel Emphyteuſis, *deciſ.* 75. *num.* 40.

*In dubio* potiora ſunt ad liberandum, quàm ad obligandum, *deciſ.* 60. *ſub num.* 4.

*Vigilantibus* ſuccurrunt, non verò dormientibus, *deciſ.* 42. *num.* 19. *in fin.*

JURAMENTUM.

*Suppletorium* non defertur, niſi concurrat ſaltèm ſemiplena probatio ejus rei, vel facti, ſuper quo jurari prætenditur, *deciſ.* 24. *num.* 11.

Item non defertur ſuper facto alieno, ſed ſolum ſuper facto proprio, *num.* 21.

JURISDICTIO.

*Collatio* Ordinum, & conceſſio Dimiſſorialium, ſunt actus ad meram Juriſdictionem pertinentes, *deciſ.* 55. *num.* 20., & 24

*Competens* ſuper certo genere perſonarum, poteſt ſuper eiſdem exerceri, etiamſi in alieno Territorio commorentur, *deciſ.* 51. *num.* 21. & 23.

*In concurſu* actuum Juriſdictionalium præferuntur militantes pro Superiore, aliove habente ordinariam Juriſdictionem, *deciſ.* 31 *num.* 25.

Præcipuè, ſi actus contrarii ſint æquivoci, & referri valeant ad titulum Privilegii, *ibid. num.* 26.

*Judicis*, vide ſupra verb. *Judex*.

*Præſes* Cameræ Comitatus Venaiſini habet Juriſdictionem in ſolis Cauſis concernentibus intereſſe Fiſci, non verò in aliis Privatorum, niſi Partes illius Curiæ ſeſe ſubjecerint, *deciſ.* 31. *ante num.* 25. §. *Propoſitiones*.

JUS.

*Accreſcendi* competit inter duos, vel plures re, & verbis conjunctos abſque ulla partium diviſione, *deciſ.* 94. *n.* 51.

*Canonicum* nequit publice edoceri à PP. Societatis Jeſu mediante ſpeciali, ac ſeparata Cathedra, *deciſ.* 62. *num.* 11.

Et maximè in Urbe, *ibidem*, ubi affertur caſus deciſus.

*Civile* ſemper intentum fuit propagationi prolis, ut Reſpublica Civibus repleatur, *deciſ.* 10. *num.* 9. §. *Certum*.

*Juris* reſiſtentia militans contra aliquem efficit, ut ille debeat præſumptionem ſibi reluctantem contraria probatione de medio tollere, *deciſ.30. num.33.*

*Nihil* in Jure tàm clarum exiſtit, ut apparenti aliqua ratione dubium reddi non valeat, *deciſ.63. num.1., & deciſ.67. num.11., & deciſ.93. num.1.*

*Quæſitum* dici non poteſt illud, quod pendet ab aliqua extrinſeca, & eventuali conditione, *deciſ.32. num.14.*

Verbum *Jus* accipi poteſt pro ſeculare, & dantur exempla, *deciſ.75. num.57.*

JUSPATRONATUS.

*Centenaria* facit etiam in Jurepatronatu præſumi meliorem titulum de Mundo, *deciſ.3. num.18.*

*Centenaria* quaſi poſſeſſio præſentandi ſufficit ad probationem Juriſpatronatus in perſonis privatis, *deciſ.38. n.33.*

Secùs in perſonis potentibus ex diſpoſitione *Sac. Concil. Trident.*, de qua *ibid. num.14.*

*Confraternitati* laicali pertinens an cenſeatur laicale, vel Eccleſiaſticum ad effectum, ut cedat necnè ſub reſervationibus Apoſtolicis, *deciſ.9. num.53.*

*Dataria* poſſit concedere in Jurepatronatu laicali derogationem pro medietate, *deciſ.18. num.21.*

Eamque indiſtinctè impartitur illi præſentato, qui prævenit in petitione Gratiæ, *num.22.*

*Derogatio* Juriſpatronatus, vide ſupra verb. *Derogatio.*

*Donatio* Juriſpatronatus facta abſque conſenſu Ordinarii non ſubſiſtit, *deciſ.4. num.20.*

*Eccleſiaſticum* non cadit ſub reſervationibus Apoſtolicis, quoties Beneficii fundator contrarium expreſſe, & per ampliſſima verba ordinavit, *deciſ.9. num.28.*

*In exercitio* Juriſpatronatus competentis Univerſitati, aut Collegio quomodò procedi debeat ad finem dignoſcendi præponderantiam Suffragiorum, remiſſive, vide in *deciſ.95. num.49. §. fin.*

Et an in tali Jurepatronatu intret Gratia derogatoria medietatis vocum, *ibid.* petitur remiſſive.

*Familia* de novo ad Parochiam aggregatæ non habente jus præſentandi ad Juſpatronatus ex dotatione competens Familiis antiquis, ac præexiſtentibus, *deciſ.3. num.1.*

Limita, ſi jus præſentandi ſpectet ſimpliciter ad Parochianos, *ibid. num.4.*

*Gentilitium*, ſeù maſculinum ex quibus probetur, *deciſ.38. num.26.*

Et talis qualitas præcipuè juſtificetur, quando adſuerunt fœminæ hæredes, & adhùc ſoli maſculi præſentarunt, *numer.27.*

*Gentilitium* dicitur, quandò eſt relictum alicui, & ejus filiis maſculis in perpetuum, *deciſ.52. num.26.*

*Gentilitium*, & rigoroſe agnatitium an præſumatur ex eo, quod fœminæ per longiſſimum tempus nunquam præſentarunt, *deciſ.38. ſub num.34. ex §. Subiecta.*

*Hæreditarium* non tranſit ad Fiſcum, ſed Beneficium remanet liberum, *deciſ.38. num.12.*

*Hæredum, & ſucceſſorum* appellatione in materia Juriſpatronatus, veniunt regulariter hæredes, & ſucceſſores bonorum, *deciſ.38. num.24.*

Attamen ex circumſtantiis, & conjecturis veniunt ſolum hæredes ſanguinis, *num.25.*

*Jus præſentandi* reſervatum reſpicit etiam memoriam Teſtatoris, ſeù Fundatoris, *deciſ.66. ſub num.32. §. Et ratio.*

*Laicale* non cedit ſub Regulis Cancellariæ, & reſervationibus Apoſtolicis, *deciſ.9. num.54.*

*Laicale* cenſetur, & non Eccleſiaſticum, quoties pro laicalitate concurrit ultimus ſtatus effectuatus, *deciſ.9. n.33.*

*Laicale* eſſe, non vero Eccleſiaſticum, probatur ex facto, & confeſſione Ordinarii, *deciſ.9. num. 17. & 18.*

*Major* pars abſorbet minorem in materia Juriſpatronatus, *deciſ.18. num.27.*

*Mixtum*, ultra qualitatem gentilitiam, requirit etiam hæreditariam, *deciſ.18. num.29.*

*Mixtum*, cujus exercitium inter Patronos Laicos, & Eccleſiaſticos diviſum fuerit per Turnum, cadit ſub reſervationibus Apoſtolicis, quoties Beneficium vacat in Turno Eccleſiaſtici, *deciſ.9. num.29.*

Si tamen non fuerit turnarie diviſum, ſed præſentatio promiſcue ſpectet ad Laicos, & Eccleſiaſticos, prævalet qualitas laicalitatis, ad effectum excludendi reſervationes Apoſtolicas, *ibid. num.30.*

Et de ratione, *num.31.*

*Obſervantia* immemorabilis, vel centenaria attenditur in Jurepatronatu, licet ſtet in contrarium tenor fundationis, *deciſ.38. num.15.*

*Obſervantia* quadragenaria ſufficit, quando agitur de qualitate Juriſpatronatus, non de illius ſubſtantia, *deciſ.38. num.10.*

*Præſumptio* uſurpationis, quæ ex diſpoſitione Sac. Concilii Tridentini militat contra Juſpatronatus prætenſum ab Univerſitatibus, aliiſque perſonis potentibus, militat etiam contra quaſi poſſeſſionem præſentandi, in qua illæ, vel illi reperiuntur, *deciſ.3. ſub num.20. §. Idque.*

*Regulatur* ad inſtar fideicommiſſorum, *deciſ.52. num.32.*

*Relictum* alicui, ejuſque filiis, & deſcendentibus maſculis, deferri debet gradatim, adeout proximiores excludant remotiores, *deciſ.52. num.29.*

An autem in his terminis Nepos in præſentando poſſit concurrere cum Patruo per viam repræſentationis proprii Parentis, *ibid. num.30. & num.31., & num.39.*

*Relictum* ſi ſit alicui, & ejus filiis jam natis, quilibet ex filiis dicitur habere ſuam vocem diſtinctam, & qualem, *dec.52. num.40.*

*Reſervatum* pro illis de *Domo, & Familia*, an competat naturalibus, non tamen ex damnato coitu ſuſceptis, *deciſ.100. num.72.*

Et quid, ſi Juſpatronatus ſit reſervatum favore *antiquiorum, & proximiorum de Familia*, utrum competat legitimis deſcendentibus a naturali legitimato, *num.73.*

*Status* Beneficii liberus a Jurepatronatus, ex quibus probetur, & quæ requirentur, *deciſ.38. num.13.*

*Univerſitas*, cui competit Juſpatronatus, debet collegialiter uniri ad præſentandum, *deciſ.18. num.23.*

L

LABOR.

Vide infra verb. *Merces.*

LACUS.

Vide ſupra in verb. *Alluvio.*

LÆSIO.

Diſpoſitio *Textus in l. hæreditatum, ff. ad l. Falcid.* non habet locum in calculanda læſione in Contractibus vitalitiis, *deciſ.74. num.15.*

Sed talis læſio debet judicari ab æquitativo Judicis arbitrio, *num.16.*

*Enormis* ex quibus excludatur, remiſſive, *deciſ.42. ſub num.6. §. Alterum.*

*Excluditur* in Contractu emptionis, & venditionis ex periculis, & eventualitatibus, tamquam minuentibus rei valorem, *deciſ.74. num.19.*

*Excluditur* in Contractu Mulieris, vel Minoris ex præſentia Judicis, ejuſque authorizatione, *deciſ.60. num.30.*

*Locatio*, & conductio an, & quando reſcindi valeat ex capite læſionis, vide infra verb. *Locatio.*

*Non habet* locum in iis, quæ ſe æque ad lucrum, & damnum habere poſſunt, *deciſ.39. num.19.*

*Renunciari* potuiſt per Contrahentes læſioni ſimpliciter enormi, ſpecifice tamen, non vero ſub involucro verborum, *deciſ.91. num.27.*

Non tamen renunciari valet læſioni enormiſſimæ, *n.28.*

Neque cum Juramento, *num.29.*

*Renunciatio* quando, & qualiter impugnari valeat ex capite læſionis, vide in verb. *Renunciatio.*

*Reſciſſioni* Contractus ex capite læſionis non cenſetur renunciatum ex tacita approbatione, vel acquieſcentia illius Partis, quæ poſtmodum oſtendit, ſe læſam remanſiſſe, *deciſ.91. num.25.*

*Sufficit* in ſola tertia parte ex Statuto Urbis pro reſciſſione Contractus, *deciſ.74. num.4.*

*Tranſactio* quando, & qualiter impugnari valeat ex capite læſionis, vide in verb. *Tranſactio.*

LAICUS.

*Adminiſtratio* rerum, & bonorum Eccleſiæ an, & quando ſtare poſſit penes Laicum, *deciſ.74. num.44.*

*Claves* Reliquiarum ex conſuetudine poſſunt per Laicos retineri, *deciſ.9. num.46.*

*Eleemoſynæ* poſſunt ex conſuetudine, vel ex mente piorum largitorum adminiſtrari per Laicos ad effectum eas convertendi in uſum deſtinatum, *deciſ.9. num.48.*

Et de hoc adſunt plura exempla, *num.49.*

*Supellectilia* Eccleſiæ an, & quando adminiſtrari valeant per Laicos, vide in verb. *Eccleſia.*

LAPIDICINA.

*Vendito* Fundo cum pacto, ut Lapidicina ibidem exiſtens poſſit excavari ad libitum Venditoris, an id intelligatur privative quoad Emptorem, vel potius cumulative, *dec.69. num.39.*

Alia

Alia ad materiam vide ſupra in verb. *Excavatio*.

LATERANENSIS.

*Eccleſia*, vide ſupra in verb. *Baſilica*

LAUDANTUR.

*Divus Ubaldus* Epiſcopus Eugubinus, *deciſ.39. ſub n.45. §.Poſita*.

*SS. D. N. CLEMENS Papa XI.*, *deciſ.80 num 51.*

*Sa: Me: Innocentius XII* ob conſtructionem inſignis Palatii in Monte Citatorio, quod hodie vocatur -- *Curia Innocentiana* -- *in Præfat num.34.*

*Fabritius Card. Spada* Præfectus Signaturæ Juſtitiæ, *dec.36. num.10.*

*Jo. Baptiſta Card. de Luca* Præceptor R. P. D. Authoris, *deciſ.18. num.10. & deciſ.57. num.11.*

*Alexander Sperellus* olim Epiſcopus Eugubinus, *deciſ 57. num.40.*

*Marcellinus Corradinus* Auditor SS. D. N. Clementis Papæ XI., *deciſ.47. num.28.*

*Vincentius Vectoriarellus* Reatinus, nunc Epiſcopus Sutrinus, & Nepeſinus, *deciſ 66. num. 19.*

*Franciſcus Caſſarellus* nunc Sac. Rotæ Auditor, & Almæ Urbis Gubernator, *deciſ.14. num.25.*

*Fatinellus de Fatinellis* Votans Signaturæ Juſtitiæ, nunc vero Rev. Cam. Apoſt. Clericus, *deciſ.43. num.16., & num.40.*

*Vincentius Petra* Neapolitanus Sacræ Congregationis Concilii Secretarius, *deciſ.99. num.01.* & prius *dec.88. n.00.*

*Peregrinus Maſerius* Prælatus Foroliviensis, *dec.42. n.21.*

*Franciſcus Maria Conſtantinus* Aſculanus, in Curia Advocatus, ob ejus Commentaria *ad Statuta Urbis*, *deciſ.100. ſub num.71 § Ultima*.

*Congregatio* Oratorii S. Philippi Netii, *deciſ.21. ſub n.12. & num 18. §.Nonnulla*.

*Andreas Lupardus* in Curia Advocatus, & R.P.D. Authoris diſcipulus, *deciſ.30. num.79.*

LAUDEMIUM.

*Debetur* Domino directo in compenſationem utilis dominii tranſlati in perſonam ab initio non inveſtitam, *deciſ.75. num.22. & 27.*

*Debetur* ex datione in ſolutum, quia fraternizat cum venditione, *deciſ.75. num.18.*

Et multo magis debetur ex judiciali adjudicatione, *n.19.*

*Non competit* Domino directo ex ſola immiſſione in Salviano obtenta per Creditorem Emphyteutæ, *deciſ.75. num.23.*

LEGATARIUS.

*Acceptans* legatum, cenſetur etiam acceptaſſe onus in eo adjectum, *deciſ.66. num 18.*

*Creditores* hæreditarii præferuntur quibuſcumque legatariis, *deciſ.66. num.05.*

*Gravamen* poteſt imponi Legatario nedum intra, ſed etiam ultra limites emolumenti, *deciſ.77. num.62.*

LEGATUM.

*Beſtiamina* non veniunt in particulari legato Fundi, *dec.77. num.67.*

*Compenſandi* animo relictum non præſumitur, niſi conjecturæ efficaciſſimæ concurrant, *deciſ.29. num.22.*

Præſertim, quando agitur de inducenda compenſatione cum debito voluntario, *num.25.*

Rurſus non præſumitur animus compenſandi, quando aliquid legatur cum onere fideicommiſſi, quod non aderat in debito proprio legantis erga legatarium, *num.27.*

Quod tamen declara, ut in *deciſ.93. num.67.*

Nec quando legatur ſpecies, & debitum erat quantitativum, & e converſo *dicta deciſ.29. num.26.*

Nec quando legatum non eſt ejuſdem ſummæ, prout eſt debitum, *ibid. num.24.*

Ex oppoſito legatum relictum *pro omni, & toto eo &c.* præſumitur factum animo compenſandi cum eo, quod Teſtator legatario debebat, *deciſ. 65. num.8.*

Præſertim, ſi legatum longe excedat importantiam debiti, *num.10.*

*Compenſandi* animo relictum præſumitur, quoties Teſtator legavit eadem bona, quæ erant hypothecata favore Legatarii pro debito ipſius legantis, *deciſ.93. num.66.*

*Compenſandi* animus in legato optime deprehenditur, & arguitur ex verbis prohæmialibus Teſtamenti, *dec.93. n.65.*

*Fructus* legati quantitativi poſſunt licite conveniri inter hæredem, & legatarium, quoties iſte poterat ſubhaſtare aliquem effectum hæreditarium pro conſecutione ſui legati, *deciſ.65. num.28.*

Et de ratione, *ibid.*

*Fructus* legati relicti favore Piæ cauſæ debentur a die obitus Teſtatoris, *deciſ.65. num.29.*

Maxime, quando legatum fuit relictum pro Dote Eccleſiæ ad hoc, ut illius fructus inſervirent pro alimonia Rectoris, ſeu Parochi, *num.30.*

*Fructus* legati relicti in quantitate, quæ ex præcepto Teſtatoris erat inveſtienda, omnino debentur legatario poſt interpellationem factam hæredi, *deciſ.65. num.31.*

*Legantis* ſola affectio attenditur pro præſtatione legati, *deciſ.66. ſub num.17. §.Quoniam*.

*Legatorum* variæ ſunt ſpecies, & quænam ſint, *dec.66. num.24.*

*Omnium* bonorum, quæ quis habet (ex. gr.) in Flandria, comprehendit etiam bona exiſtentia in Provinciis Hannoniæ, Brabantiæ &c. *deciſ.92 num.25.*

Et de ratione Geographyca, Hyſtorica, atque Politica, remiſſive, *ibid.*

*Nihil* aliud eſt, quam donatio a defuncto relicta, & ab hærede præſtanda *dec.63. num.9.*

*Non agnitum* a Debitore an peti valeat ab illius Creditoribus, remiſſive, *dec.84. num.80.*

*Quantitatis* inveſtiendæ habetur pro legato ſpeciei, *dec.65. num.30. & 33.*

*Relictum* conjunctæ perſonæ non debet late, ac favorabiliter interpretari, quando hæres exiſtit in pari gradu conjunctionis erga Teſtatorem, *deciſ.69. num 08.*

*Relictum* Conſanguineo pauperi, cenſetur relictum potius intuitu ſanguinis, quàm pietatis, ſeù paupertatis, *dec.66. num.14.*

*Relictum* favore Conjugi ſuperſtitis cenſetur factum animo compenſandi cum lucro dotis, quotiès iſtud neceſſariò debetur vigore Statuti *dec.53. num.69.*

*Relictum* legatario tamquàm hæredi, & ſub nomine hæredis non eſt neceſſe, quod capiatur de manu alterius, *dec.25. num.30.*

*Teſtator* non præſumitur voluiſſe, legatum reddi inutile Legatario *deciſ.29. num.23.*

Maximè quando Legatarius eſt æquè dilectus, ac hæres, *num.24.*

Et ſemper omnis interpretatio ſumenda eſt, nè legatum reddatur Legatario inutile, *deciſ.93. n.18.*

*Uſusfructus* an, & quandò cenſeatur Uxori relictum animo compenſandi cum Dote ab ea recepta, remiſſivè, *dec.7. n.20.*

LEGATA.

*Diminui* debent pro rata, quandò hæreditas non eſt ſufficiens pro integrali omnium ſolutione, *deciſ.66. num.23.*

Et pro evitanda hac proportionabili diminutione non attenditur prioritas ordinis ſcripturæ, ſeu relicti, *ibidem num.30.*

Minuſque attenditur, an legata fuerint relicta in ſpecie vel in quantitate, quia adhuc omnia debent pro rata diminui, *num.31*

An autem hujuſmodi proportionabili diminutioni ſubjaceant legata Pia, *ibid. n.26. & 39.* ubi affirmativa,

Sed contra, vide *num.27.*

Et hæc opinio contraria præcipuum locum obtinet in legato relicto pro celebratione Miſſarum, *num.28.*

Et fortius, ſi conſtet de conjecturata voluntate Teſtatoris circa integralem ſatisfactionem Piorum legatorum, *num.29. & 30.*

Et an legatum relictum pro conſervando ſplendore Familiæ veniat in contributum cum cæteris legatis, quoties hæreditas non ſufficit pro omnium ſolutione, *ibid. n.33.*

LEGATUS.

*Conveniri* nequit durante Legatione, *deciſ.71. num.37.*

Intellige, ut *num.38. cum plur. ſeqq. & n.46. & 47.*

*Gaudet* privilegiis cæterorum Legatorum ab ipſo momento obtentæ Legationis, *deciſ.71. num.48.*

*Offendi*, aut quomodocumque lædi non poteſt, tamquam perſona ſacroſancta, *deci.71. num.41.*

LEX *in genere*.

*Debet* eſſe impoſita rebus, & non ſimpliciter verbis, *dec.34. num.16.*

*Non ſolet* reſpicere præterita, ſed ſolum futura, *deciſ.76. num.8.*

*Poſterior* nunquam cenſetur revocare priorem, niſi id expreſſe dicat, vel adſit manifeſta incompatibilitas, *deciſ.53. n.13.*

*Quamvis* dura, ſervanda eſt, *deciſ.72. n 56.*

Limita, quando illa iniquitatem involveret, *num.57.*

*Quod* non dicit, nec nos dicere debemus, *deciſ.53. num.4.*

*Ratione* legis ceſſante, ceſſat etiam ipſa lex, *deciſ.72. n.55.*

*Superveniens* debet ad limites præcedentis interpretari, *dec 53. num.10.*

LEGES particulares Juris Civilis.

*Diſpoſitio* Text. in l. hæreditatium, ff. ad l. Falcid. attenditur,


Digitized by Google

ditur etiam in diſpoſitione inter vivos, *deciſ.29. num.13.*

*In l. cuncti, C. de Metallar. lib. 11.* in quibus terminis procedat, *deciſ.69.num.43.*

*In l. ejus, qui in Provincia, ff. ſi cert. pet* conciliatur cum *l. ſi quis Mancipus §. Si im; ubes, ff. de Inſtitor. act.* Vide plene in *dec.43. ſub §.1. cum ſeqq. & ex num.12. & ſub num.24.*

LEGITIMA *in genere, ſeu ad diverſos effectus.*

*Alienationes* voluntariæ facta per defunctum Aſcendentem computantur in Aſſe hæreditario ad effectum calculandi legitimam, *deciſ.10. num.41.*

*An, & quando* compræhendatur ſub generali Donatione, ſeu renunciatione bonorum futurorum, *deciſ.34. ſub num.10. ex §. Non remotum.*

*Aſcendentes* tenentur legitimam relinquere deſcendentibus, alias Teſtamentum annullatur, *deciſ.48. num.3., & deciſ.49. num.14., & deciſ.77. num.*.

*Aſcendentis* præteriti eſt tertia pars ejus, quod ei contigiſſet ab inteſtato, quando adſunt Fratres, vel Sorores defuncti, qui cum eo ab inteſtato ſucceſſiſſent, *deciſ.48. n.14.*

Intellige, id procedere, quando illud, quod aufertur Matri, vel Aſcendenti, cedit ad beneficium Fratris, vel Sororis, alias legitima eſt tertia totius, *n.15. & 16.*

Et de ratione *num.17. 18. & 19.* juncto *n.31. & 32.*

*Aſcendentibus* non debetur in bonis deſcendentium, qui poſt ſe liberos reliquerunt, *deciſ.89. num.31. & 99.*

Idque procedit, ſive reliquerint filios maſculos, ſive fœminas, quoties non adſit Statutum earumdem fœminarum excluſivum, *ibid. num 100.*

Amplia, ut Aſcendentibus nulla debeatur legitima, licet deſcendens obierit relictâ ſobole tantummodo naturali, *num.101.*

An autem idipſum procedat, ſi reliquerit filium adoptivum, vel arrogatum, *num.102. uſque ad* 106.

Et quid, ſi deſcendens fuerit ingreſſus in Monaſterium, utrum illud habeatur loco filii ad finem excludendi Aſcendentes a conſecutione legitimæ, *ibid. num.107. cum duobus ſeqq.*

Et an legatum legitimæ a filio relictum Patri, vel Matri cenſeatur tacite ademptum ob ſupervenientiam liberorum, licet filius deceſſerit abſque revocatione ipſius legati, *n.110. & 111*

*Augumentum*, aut diminutio contingens in valore bonorum hæreditariorum an, & quando proportionabiliter cedat in commodum, vel damnum legitimarii, remiſſive, *dec.84. num.45.*

*Cenſetur*, ac dicitur quota hæreditatis, quando agitur de conſervando Teſtamento a vitio præteritionis, *deciſ.48. num.6.*

*An cenſeatur* ſuper aliqua ſpecie bonorum, de quibus Aſcendens habebat ex conſenſu legitimarii facultatem libere diſponendi, *deciſ.49. num.2., & 23.*

*Comprabenditur* ſub generali renunciatione, quando iſta nequit in alio jure verificari, quam in ipſa legitima, *deciſ.34. num.18.*

*Confeſſio* Patris circa debitum, de cujus ſubſiſtentia aliunde non conſtat, non præjudicat filio in ſua legitima, *dec.84. num.56.*

Amplia primo, ſive talis confeſſio ſit facta in Teſtamento, ſive in aliqua ſcriptura intèr vivos, *num.57.*

Amplia ſecundo, licet agatur de confeſſione facta in exonerationem Conſcientiæ, *num.58.*

Amplia tertio, licet talis confeſſio ſit jurata, *num.59.*

Amplia quarto, licet hujuſmodi confeſſio facta ſit in executionem alicujus Contractus, puta venditionis, quod exemplificatur, *num.60.*

Declara omnes prædictas concluſiones, ut *num.61. uſque ad* 64.

*Debetur* filio etiam de bonis alienatis per Patrem ex cauſa mere lucrativa, puta donationis, *deciſ.84. num.71.*

Non tamen directe debetur ſuper bonis taliter alienatis, ſed mediante illorum computatione in calculo hæreditatis, *ibidem.*

*Debetur* proportionabiliter ſuper qualibet gleba, ſeu Corpore bonorum, *dec.49. num.16.*

*Debetur* filio ſimpliciter naturali in bonis Patris, *deciſ.89. num.104.*

*Debetur* filio adoptato, vel arrogato in bonis Patris adoptantis, vel arrogantis, *deciſ.89. n.105.*

*Debetur* Matri in bonis filii Monaci, ſtatim ac Profeſſionem emiſit, *deciſ.89. num.109.*

*Debitum* fixum in ſe reputatur, licet variabile exiſtat quoad quantitatem juxta numerum concurrentium, *deciſ.49. ſub num.10. § In autem.*

*Deſcendentes* tenentur in legitimam imputare quidquid pro eis Aſcendens impendit, *deciſ.49. num.27.*

*Detrabitur* ante legata tam prophana, quam Pia, *dec.10. num.42., & deciſ.49. num.52., & 61.*

*Detrabitur* deducto ære alieno, & funeris impenſa, *dec.49. num.44.*

*Detrabitur* ſolummodo de bonis repertis in hæreditate Patris de tempore ejus obitus, *deciſ.84. num.53.*

*Diminutio* valoris corporum hæreditariorum non cedit damno legitimarii, ſed ſolius hæredis, *deciſ.84. num.46.*

Et de ratione, *num.50.*

Et declarantur contrariæ *Authoritates*, *num.47.48.49. 50.51. & 52.*

*Dos* data Matri an debeat per Nepotes in legitimam imputari, *deciſ.49. num.30.*

*Eſt* portio portionis ab inteſtato competentis, *dec.48. n.4.*

*Eſt* quota bonorum hæreditariorum Patris, vel alterius Aſcendentis, *deciſ.84. num.55.*

*Eſt faborabilior* qualibet cauſa Pia, *deciſ.49. num.52.*

Ideoque detrahitur etiam ante Elemoſynas factas in vita per Parentes, *ibidem ſub num.58. & num.61.*

Non autem ante Quartam Funeralem Paroco debitam, & quare, *ibidem num.63.*

*Eſt ſemis*, ſeu medietas Aſſis hæreditarii, quando filii ſunt ultra quatuor, alias eſt Triens, ſeu tertia pars hæreditatis, *deciſ.90. num.1.*

*Et Trebellianica*, & ſic duæ Quartæ deduci nequeunt ex fideicommiſſo pure reſtituendo, *deciſ.48. num.38.*

Intellige, id procedere, quando utraque Quarta detrahi prætendatur ab una, eademque perſona, ſecus ſi favore diverſarum perſonarum, *ibidem.*

Et quomodo in hoc caſu fiat detractio inter legitimarium, ac Trebellianiſtam, *num.39.*

*Expenſæ* factæ per hæredem in celebratione Miſſarum poſt humatum Cadaver Teſtatoris, an ſint deducendæ ante, vel poſt detractam legitimam, *dec.49. n.43. & ſeqq.*

Et declarantur *Merlin. de legit. & R.t. coram Cerrin.* in quibus firmari videtur, quod hujuſmodi Miſſæ recenſentur inter Funeris impenſas, *num.55., & 56.*

*Fœminæ* a Statuto excluſæ, an & quando faciant numerum, & partem ad favorem maſculorum in computatione, ſeu calculatione legitimæ, *dec.90. n.1. & n.28 30.31. & 32.* ubi plura de materia *remiſſive.*

Et quid, ſi Statutum faciat fœminas omnino extraneas tam quoad ſucceſſionem, quam reſpectu legitimæ, *n.29.*

*Filia* congrue dotata nequit petere ſupplementum legitimæ a Patre dotante, *deciſ.57. num.22.*

Et de ratione, *ibidem.*

*Filiæ* debita reputatur tamquam æs alienum Paternæ hæreditatis, *deciſ.49. num.48.*

*Filius* ratione legitimæ cenſetur habere quamdam ſpeciem Condominii ſuper bonis Paternis, *deciſ.49. num.17.*

*Filius* eodem tempore, quo contratabulare ſatagit Teſtamentum Paternum, poteſt inſtare, ut ſubſidiarie decernatur quantitas legitimæ ſibi in omnem caſum competentis, *deciſ.49. num.8. & ſeqq., & num.13.*

*Filius* in legitima dicitur potius Creditor, quam Dominus, *deciſ.77. num.60., & 83.*

*Fructuum* imputationem non admittit, *dec.77. num.86.*

*Hæres*, qui eſt tantum puro nomine, non habetur pro hærede, nec diminuit legitimam Aſcendenti, *deciſ.48. num.31. & 32.*

*Matris* per Statutum excluſæ a ſucceſſione Filii, an ſit tertia totius hæreditatis, vel potius tertia illius portionis, quæ alias ei ab inteſtato competiiſſet, *deciſ.84. num.3 cum duob. ſeqq. & num.44.* ubi remiſſive.

*Matris*, vel alterius Aſcendentis eſt tertia totius, quando Fratres, vel Sorores Defuncti cedunt proprio iuri ad favorem ipſius legitimarii, *deciſ.48. num.20.*

*Nepotes* ex filio, vel filia præmortua in computatione legitimæ in bonis Avi, vel Aviæ numerantur pro unica tantum perſona, quando concurrunt cum Patruis, Amitis, aut Materteris, *deciſ.90. num.4.*

*Nepotibus* ex filio, vel filia præmortua debetur legitima in bonis Avi, vel Aviæ, *deciſ.49. num.15.*

*Non comprabenditur* ſub appellatione bonorum, *deciſ.34. num.19.*

*Non comprabenditur* ſub generalitate verborum, ſed requirit ſpecificam mentionem, & expreſſionem, *deciſ.77. num.37, & 74.*, & prius *ſub num 63.*

Et de ratione, *ibidem num 71.*

*Non detrabitur* de fideicommiſſo, particulari, ſed de

ſcli-

reliquo Aſſe, *deciſ. 77. num. 68.*

*Non detrahitur* ex ea quantitate, quam Pater pro modo facultatum, & ejus conditionis mandavit diſtribui in eleemoſynas Pauperum, *deciſ. 84. num. 65.*

Intellige, ut *ibidem num. 74. 75. 77.*, & *78.*

*Non minuitur* per legata pia etiam relicta pro celebratione Miſſarum, & de ratione, *deciſ. 84. num. 76.*

Nec per impenſas Funeris immoderatas, vel alias excedentes conditionem perſonæ defuncti Aſcendentis, *n. 79.*

*Pronunciandum* in dubio eſt favore legitimæ, ejuſque competentiæ, *deciſ. 49. num. 12.*

*Quota* bonorum an ſit, vel hæreditatis, remiſſive, *dec. 49. num. 19.*

Et ad quem effectum dicatur quota bonorum, *num. 20.*, & *24.*

*Renunciatio* facta de hæreditate, vel ſucceſſione an comprahendat legitimam, remiſſive, *deciſ. 49. num. 36.*

*Separatur* ab hæreditate in ipſo inſtanti mortis Patris, *deciſ. 77. num. 85.*

*Subſtitutio* pupillaris compræhendit legitimam filii, quia de ejus favore agitur, *deciſ. 77. num. 55.*

*Taxa* certæ quantitatis de præſenti pro futura legitima ſubſtinetur, accedente conſenſu, & jurata renunciatione legitimarii, *deciſ. 57. num. 24.*

*Vivente* Patre non debetur, & de ratione, *dec. 57. num. 24.*

LEGITIMA *quoad gravamen, ſeu prohibitionem.*

Cantela *Soccini*, ſeu *Durantis* circa gravamen, ſeu prohibitionem legitimæ, quæ ſit, remiſſive, *dec. 49. num 9.*

Et quando dicatur bene ſervata, *deciſ. 77. num. 39. 40.* & *75.*

Et an ſervari poſſit per formulam æquipollentem, *ibid. num. 76. cum 2. ſeqq.*, & prius *ſub num. 69. §. Quatenus.*

Clauſula -- *omni meliori modo* -- quid operetur circa prohibitionem legitimæ, *deciſ. 77. num. 58. cum 2. ſeqq.*

*Filius* adiens ſimpliciter, & abſque aliqua proteſtatione hæreditatem Patris, non per hoc cenſetur approbare onus ſuper ejus legitima impoſitum, *deciſ. 77. num. 21.*

Limita, quoties Pater apponendo onus ſuper legitima præciſe ſervavit Canthelam *Soccini*, quia tunc filius acceptando hæreditatem ſibi præjudicat in legitima, *n. 24.* & *25.*

Et de ratione, *num. 26. 27.*, & *32.*

*Filius* per generalem acceptationem Teſtamenti Paterni non cenſetur approbare onus ſuper ejus legitima impoſitum, ſed requiritur ſpecialis, vel ſpeciali æquipollens acceptatio gravaminis, *dec. 77. num. 22.*, & *num. 33.*

Et vide etiam *ibidem num. 92.*

*Filius* acceptans prælegatum ſibi a Patre relictum cum onere fideicommiſſi, nequit prætendere detractionem legitimæ, quoties Pater diſpoſuit, quod niſi prædictum onus acceptaret, cenſeretur inſtitutus in ſola legitima, *deciſ. 77. n. 23.* & *n. 61.*, & *63.*

*Filius* acceptando Teſtamentum Patris, in quo adeſt ſtricta prohibitio alienationis, & onus reſtituendi hæreditatem *integre*, & *ſine aliqua diminutione*, non ideo excluditur a detractione legitimæ, *deciſ. 77. n. 28.*

Et de ratione, *num. 29.* & *ſeq.*

*Filius* in dubio non præſumitur conſentiſſe gravamini per Patrem impoſito ſuper ejus legitimæ, *dec. 77. n. 94.* & *98.*

*Filius* per acceptationem Teſtamenti Paterni non cenſetur ſibi præjudicaſſe in legitima, quoties iſta non reperitur inibi expreſſe prohibita, *deciſ. 77. num. 89.* & *93.*

*Gravamen* reſtituendi *totam*, & *integram hæreditatem* non importat prohibitionem detractionis legitimæ, *deciſ. 77. num. 82.* & 88.

*Libera*, & immunis debetur ab omni onere, itaut illud ipſo Jure ab ea reſecetur, *deciſ. 10. num. 40.*, & *deciſ. 49. num. 8.*, & *deciſ. 77. num. 19.*

*Non cenſetur* filio prohibita ex eo ſolum, quod Pater illum in ſola legitima inſtituerit in caſu alicujus contraventionis, aut moleſtiarum, *deciſ. 77. num. 41.* & *42.*

Rurſus non cenſetur prohibita ex generali prohibitione cujuſcumque legalis detractionis, utpote verificabilis in aliis detractionibus, puta antiquioris fideicommiſſi, cum ſimilibus, *ibidem num. 46. 47.* & *49.*

*Onus* ſuper legitima impoſitum an cenſeatur approbaſſe filius, qui expreſſe acceptavit *in omnibus*, & *per omnia* Teſtamentum Patris, *deciſ. 77. num. 20.*, & *num. 22. 35. 36. 38.* & *43.*

*Pater* in dubio non cenſetur voluiſſe gravare filium in legitima, *deciſ. 77. num. 31*, & *95.*

*Pater* non cenſetur voluiſſe prohibere filio detractionem legitimæ, quoties ſcivit illi expreſſe prohibere deductionem Falcidiæ, & Trebellianicæ, *deciſ. 77. num. 44.*

*Pater* non poteſt mandare in ſuo Teſtamento, ut filii primi gradus imputent fructus in legitimam, *dec. 10. num. 27.*

*Pater* poteſt filios in legitima gravare, quando plus eis reliquit, quam ipſa legitima importet, *deciſ. 77. num. 70.*

Dummodo tamen clare conſtet de voluntate eos gravandi, *ibidem.*

*Prohibitio* generalis alienationis compræhendit legitimam in actu favorabili ipſi filio, ut puta in caſu confiſcationis, *deciſ. 77. num. 49.*

*Prohibitio* legitimæ ſubſtinetur, quando filius illi conſentiit in actu teſtandi, *deciſ. 77. num. 57.*

*Prohibitio* legitimæ non ſubſtinetur ex præcepto Teſtatoris, ſed ex voluntate filii, quatenus hujuſmodi prohibitioni acquieſcat, *deciſ. 77. num. 90.*, & *91.*

*Verba*, quæ ſufficiunt ad inducendam tacitam prohibitionem Trebellianicæ, non ſufficiunt pro tacita prohibitione legitimæ, *deciſ. 77. num. 87.*

LEGITIMARIUS.

*Creditor* dicitur defuncti, ejuſque hæreditatis, *dec. 49. n. 50.*

LEGITIMATIO.

*Facta* ab habente poteſtatem abſtergit maculam natalium, & facit, quod legitimatus habeatur pro legitimo ad omnes effectus, *deciſ. 100. num. 52.*

*Obtenta* ad certum effectum æquiparatur potius particulari diſpenſationi quam quod vim habeat plenariæ legitimationis, *deciſ. 100. num. 55.*

Ac proinde nequit ſubextendi ad alios diverſos effectus, *ibidem num. 67.*

*Obtenta* a DD. de Campegiis non præjudicat vocatis ad fideicommiſſum, aut venientibus ab inteſtato, ſtantibus Clauſulis, de quibus in *deciſ. 100. num. 70.*

*Obtenta* per Spurium reticita qualitate ſpurietatis, ac ſub ſola expreſſione naturalitatis, tamquam ſubreptitie extorta, ei non ſuffragatur, *deciſ. 100. num. 69.*

*Non probatur* ex unica enunciativa, ſeu aſſertione emiſſa per Patrem, aut Conſanguineos filii naturalis, *dec. 100. num. 59.*

Præſertim, quando præſumpta legitimatio allegatur in præjudicium Tertii non habentis cauſam ab enunciante, ſeu confitente, *num. 60.*

Et maxime, ſi talis enunciativa, vel aſſertio appareat contextualiter ab alio impugnata, *num. 61.*

*Non ſuffragatur* ad effectum ſucceſſionis, niſi ultra ejus exhibitionem doceatur etiam de facultate legitimantis, *deciſ. 100. num. 71.*

*Probari* poteſt etiam per conjecturas, & præſumptiones inſimul unitas, *deciſ. 100. num. 63.*

LEGITIMATUS.

*Ab habente* poteſtatem habetur pro legitimo ad omnes effectus, *deciſ. 100. num. 52.*

*An*, & *quando* ſuccedat in fideicommiſſo, præſertim ordinato per Tranſverſalem, remiſſive, *dec. 100. num. 53.*

*Præſumitur is*, cui tamquam legitimo fuerunt relaxata plura bona, quæ alias in ſtatu ſimplicis naturalitatis conſequi non potuiſſet, *deciſ. 100. num. 58.*

Et de ratione, *ibidem num. 66.*

Idemque eſt, quoties eidem fuerunt conceſſæ detractiones legitimæ, & Trebellianicæ, quæ ſolis naturalibus non competunt, *ibidem num. 64.*

LEGITIMUS.

*Deſcendentes* a filio illegitimo, ſi ſint legitimi, ſunt capaces ſuccedendi in fideicommiſſis, in quibus de cætero vocantur dumtaxat filii legitimi, & naturales, *deciſ. 100. n. 4.*

Limita, ſi agatur de fideicommiſſo inſtituto favore agnationis, *ibidem num. 23.* ubi de ratione.

LEODIUM.

*Statuta* Capituli, ſive Eccleſiæ Leodienſis numquam fuerunt vere canonizata a Sac. Rota ob non ſufficienter demonſtratam confirmationem S. Sedis, *dec. 62. ſub n. 11. §. Verum.*

LIBELLUS.

*Clauſulæ* ſalutares contentæ in Libello, ſeu Monitorio operantur, quod Actor poſſit obtinere ſuper deductis, & probatis in Proceſſu Cauſæ, licet aliqualiter petitis contrarientur, *deciſ. 74. num. 39.*

Declara, & intellige, ut *num. 40.* & *41.*

*Commiſſio* Signaturæ Juſtitiæ ſuccedit loco Libelli, *dec. 5. n. 7.*

LIBER.

*Cancellariæ* Apoſtolicæ nuncupatus, *minoris Gratiæ*, quid ſit, *deciſ. 30. ſub num. 22. §. Ac denique.*

*Datariæ* nuncupatus *delle Componende*, quid ſit, *deciſ. 30. ſub num. 26. §. Adhuc.*

Talis Liber plene probat ſubſtantia, & qualitatem Gratiæ, *ibidem num. 17.*

*Data-*

*Dataria* nuncupatus *delle ſuppliche*, quid ſit, *deciſ.30. ſub num.18. §.Eoque*.

*Memoriarum* perſonæ defunctæ quando, & quantum probet, *deciſ.40. num.66.*, *&* 17.

L I B R I.

*Communitatis* in poſſeſſorio faciunt ſuperlativam probationem, *deciſ.9. num.38.*

*Gabellæ* probant affirmativam, quod nempe tot res, vel Merces fuerint introductæ, *deciſ.11. num.8.*

Rurſus probant affirmativam ſolutionis in quantitate in eis expreſſa, *deciſ.40. num.25.*

L I B E R A L I T A S.

*Excluditur*, quoties conſtat de præcedenti titulo obligatorio, *deciſ.94. num.54.*

L I B E R A T I O.

*Jura* indulgentiora ſunt ad liberandum, quam ad obligandum, *deciſ.60. ſub num.4.*

LIBERATIO *a moleſtiis*.

*Competit* illi, qui eas paſſus eſt, *dec.42. num.7.*

*Judi.ium* pro liberatione a moleſtiis non alibi moveri poteſt, quam coram Judice ipſarum moleſtiarum, *deciſ.45. n.11.*

Et de ratione, *num.12. 13. 16.*, *&* 22.

Amplia, ut *num.19. 20.*, *&* 23.

*Obligatus* ad liberandum a moleſtiis tenetur litem juribus ſuis, & Inſtrumentis munire, *deciſ.45. num.15.*

Et tenetur litem defendere in eo Foro, in quo Cauſa cum poſſeſſore agitatur, licet reſpectu ipſius Auctoris laudati Judex eſſet incompetens, *num.17.*

*Trahit* ſecum omne intereſſe, & omne damnum, quod ſucceſſive promanat a talibus moleſtiis, *deciſ.42. num 8.*, *& deciſ 45. num.1.*

Præſertim ſtante expreſſa promiſſione refectionis omnium damnorum, & intereſſe, *d. deciſ.42. num.9.*

Alia ad materiam vide etiam ſupra in verb. *Author laudatus*, & verb. *Fiſcus*, & infra verb. *Moleſtia*.

L I M I T A T I O.

Vide etiam infra in verb. *Regula*.

*Intelligendu* venit in eiſdem terminis, in quibus regula procedit, *deciſ.95. num.19.*

L I Q U I D A T I O.

*Fructuum*, vide in verb. *Fructus varia*.

*Mandatum* relaxatum nulla præcedente liquidatione crediti, non eſt exequendum, *deciſ.94. n.49.*

L I S.

*Derelicta* cenſetur per ſilentium decem Annorum, *deciſ 63. num.16.*

*Odium*, & averſionem inter Partes ſolet regulariter producere, *deciſ.77. num.10.*, *&* 14.

Maxime, quando lis vertitur inter Conſanguineos, vel Affines, *num.11.*

*Sententia* declaratoria ſuper deſertione litis an, & quando requiratur ſtante longa acquieſcentia ſuccumbentis, remiſſive, *deciſ.78. num.68.*

L I T E S.

*Habent* quamdam ſpeciem ſortis, ob incertitudinem illarum exitus, *deciſ.95. num.40.*

*Redemptoribus*, & aucupatoribus litium neque Jura favent Imperialia, *deciſ.83. num.19.*

Ideoque multo minus illis favere voluiſſe præſumitur ſummus Sacerdos, & Pontifex maximus, *ibid.*

*Reipublicæ* intereſt, lites ſemel ſopitas iterum non inſtaurari, *deciſ.36. num.15.*

*Tribunalia* ſuprema debent reſecare lites, ac jurgia, & æquitati, ac rationabili Judicio inniti, *deciſ.39. n.67.*

L I T I G A N T E S.

*Concordare* inter ſe in quibuſdam caſibus a Judice compelli poſſunt, *deciſ.28. num.9.*

*Febricitare* quodammodo dicuntur, *deciſ.28. num.7.*

*Nemo* litigaret, niſi crederet, ſe bonum jus fovere, & reſpective ſperaret vincere Cauſam, *deciſ.77. num.8.*

LITIGIOSI *vitium*.

*Ex quibus* inducatur, *deciſ 78. num.39.*, *&* 41.

*Non cadit* in re, ſuper qua nullæ amplius remanent reliquiæ præcedentis litigii, *dec.78. num.27.*

*Tribuit* facultatem executive, ac recta via agendi adverſus eum, in quem tranſlatio facta fuit lite pendente, *dec.79. num.2.*

LITIS *pendentia*.

*Renunciaſſe* cenſetur litis pendentiæ, qui paſſus eſt, novum inſtaurari Judicium a ſuo Adverſario coram alio Judice, vel Tribunali abſque aliqua ſui oppoſitione, *deciſ.96. n.15.*

LITTERÆ *Apoſtolicæ*.

*Contradictor* legitimus ad impediendam executionem litterarum Apoſtolicarum dici non poteſt, qui parem titulum non habet alicujus Gratiæ Pontificiæ, *deciſ.47. n.4.*

*Error* Expeditoris circa non factam, vel non bene factam aliquam expreſſionem in impetratione literarum Apoſtolicarum, non officit Proviſo, *deciſ.62. num.18.*

*Executio* litterarum Apoſtolicarum nequit retardari per exceptiones requirentes altiorem indaginem, *dec.4. num.23.*

*Expedita* in forma gratioſa non indigent ulla juſtificatione narratorum, & de ratione, *deciſ.60. num.1.*, *& dec.62. num.10.*

Et quando dicantur expeditæ in forma gratioſa, *dicta deciſ.62. num.9.*

*Nuncupata* in forma *Dignum*, concipiuntur ſub Clauſula - *Si per diligentem Examinatorem illum idoneum eſſe reperieris* - *deciſ.64. num.17.*

LITTERÆ *Cambii*.

*Actio* pro recuperatione rerum datarum pro litteris Cambii non competit, quando fuit de eis tranſlatum dominium, ſed tantum datur actio ad pretium contra eum, qui litteras inſcripſit, *deciſ 68. num.53.*, *&* 54.

*Adjectus* quam actionem habeat contra eum, qui dedit litteras Cambii, quæ non fuerunt acceptatæ, *deciſ.68. n 49.*, *&* 50.

*Apodixæ*, quæ dantur datori literarum Cambii, tranſeunt in illius dominium, & habent vim pecuniæ numeratæ, *deciſ.68. num.51.*, *&* 52.

*Scribens* litteras Cambii non liberatur, donec ſequatur illarum ſolutio, niſi eas recipiens fuerit moroſus in procuranda ſatisfacti.ne ab eo, cui erant directæ, *deciſ.68. n.55.*

Verba -- *valuta havuta in contanti* -- adjecta in litteris Cambii important effectivam numerationem pecuniæ factam ſcribenti per eum, cujus favore fuerunt inſcriptæ, *deciſ.24. num.67.*

Verba -- *per valuta inteſa* -- adjecta in litteris Cambii, ſignificant, pecuniam non fuiſſe ſcribenti numeratam, *deciſ.34. num.66.*

LITTERÆ *Compulſoriales*.

Vide ſupra in verb. *Impedimentum*.

LITTERÆ *Dimiſſoriales*.

*Abbates* poſſunt concedere Dimiſſoriales ſuis Subditis Regularibus, non vero Sæcularibus, *dec.55. n.29.*

*Conceſſio* Dimiſſorialium eſt actus pertinens ad meram Juriſdictionem, *deciſ.55. num.20.*, *&* 24.

Et regulariter ſpectat ad Epiſ:opum originis, domicilii, vel Beneficii *ibid. num.31.*

*Conditionem*, ſeu formulam continere ſolent, quod promovendus non ſit inquiſitus, *deciſ.32. ſub num.18.*

*Jus* concedendi Dimiſſoriales oritur ex facultate corrigendi, & viſitandi, *deciſ.55. num.27.*

*Priores* Ordinum Militarium poſſunt concedere Dimiſſorias eorum ſubditis dumtaxat Regularibus, non vero aliis Sæcularibus, *deciſ.55. num.30.*

LITTERÆ *Hortatariæ*.

*Tribunalia* diverſi Dominii ſibi ad invicem per litteras hortatorias impartiuntur mutuum adjutricem, *dec.51. num.17.*

Et quid contineant hujuſmodi litteræ, remiſſive, *ibid.*

Hujuſmodi litteræ ſolent amicabiliter executioni demandari a Judice, vel Tribunali requiſito, *ibidem num.40.*

Prævia tamen citatione Partis ad opponendum, *ibidem num.37.*

Itaut ſi Judex, vel Tribunal requiſitum abnuat hujuſmodi litteris executionem decernere, id tribuit juſtum motivum deveniendi ad Repreſalias & Arma, *ibid. d. n.40. in fin.*

LITTERÆ *Miſſivæ*.

Vide ſupra in verb. *Epiſt.*

LITTERÆ *Monitoriales*.

*Præſumptio* mali juris, & Conſcientiæ læſæ reſultat contra eum, qui ſe opponit relaxationi litterarum Monitorialium, *deciſ.51. num.23.*

Alia de literis Monitorialibus vide infra in verb. *Revelationes*.

LITTERÆ *Oblatoriæ*.

*Mutatio* intitulationis Negocii, ſeu Rationis Bancariæ non alterat obligationem fidejuſſoriam in litteris oblatoriis ſuſceptum, *dec.43. ſub n.7. §. Non adverſante*, *& ſub n.8. §.Ex eo*.

Et de ratione, *ibid. ſub num.9.*

*Obligatio* libera, & generalis contenta in litteris oblatoriis obligat etiam hæreditatem Præponentis poſt ejus mortem, *deciſ.43. num.5.*

*Quid ſint*, & quam vim habeant, vide in *deciſ.43. ſub n.4. §.Invaluit prope fin.*, *& n.6. & ſeqq.*, *& ſub n.24. §.Hac Deciſio*.

*Tenor* litterarum obleratarum attenditur inter Mercatores, non verò id, quod Socii inter ſe ipſos convenerint, dum id non deduxerunt ad notitiam Correſponſalium, *deciſ.43. num.12.*

LOCA *Montium*.

*Dominium*, & poſſeſſio locorum Montium ſtare cenſetur penès eum, in cujus faciem translata reperiuntur, *deciſ.84. num.14.*

*Fructus* locorum Montium dicuntur fructus civiles, *deciſ.25. num.5.*

*Privilegia* Montiſtarum ſunt plura, & quæ *deciſ.26.num.41.*

Inter quæ ſignantèr eſt illud derogationis cujuslibet fideicommiſſi, Primogenituræ &c., & quando hujuſmodi derogatio extendatur etiam ad bona ſita in diverſo Principatu, *ibidem*.

*Solvens* ſummam indebitum vigore rei judicatæ, quæ deinde fuerit revocata in Judicio devolutivo, non tenetur retro accipere loca Montium, in quibus ab ejus Adverſario prædicta quantitas extitit inveſtita, *deciſ.19. num.65.*

*Strena*, quæ dantur Depoſitariis locorum Montium, an ſint bonificandæ Reo convento ad reſtitutionem fructuum, vide in verb. *Fructus quoad reſtitutionem*.

*Translatio* locorum Montium quando cenſeatur æquipollenter facta per mandatum de libere ſolvendo fructus, *dec.54. ſub num.2. §. Et eo potiſſime*.

*Valor* intrinſecus locorum Montium ſubjacet diminutioni ratione familiarium extractionum, *deciſ.89. n.50.*

*Vinculata* minus ſemper valent, quam libera, *dec.19. n.13. & deciſ.74. num.3.*

Et vix aſcendunt ad ſcuta ſexaginta pro quolibet, *dicta deciſ.74. num 8.*

Et vide etiam in *d. deciſ.19. ſub n.66. §.Diminutio*.

LOCATIO.

*Reſciſſio* Contractus ex capite læſionis ultra dimidiam habet locum etiam in locatione, & conductione, *deciſ.91. n.17. & 24.*

Idque procedit non ſolum durante, ſed etiam finita locatione, licet intermedio tempore Conductor nunquam reclamaverit, *num.26.*

LOCATOR.

*Manutentio* competit locatori poſt expiratum tempus locationis, *deciſ.69. num.2.*

*Prælatio* competit locatori, & Domino Fundi ſuper fructibus in ejus Solo recollectis adverſus cæteros Creditores Conductoris, *deciſ.11. num.1.*

Fortius, quando ſibi cavit de reſervatione Dominii, & ſpecialis hypothecæ ſuper eiſdem fructibus in Inſtrumento locationis, *n.2.*

An autem Locator in fructibus Fundi locati præferatur Creditori ex cauſa ſeminis, vide *ibid. num.22.*

Et quando idem Locator herbarum, ſeu Paſcuorum præferatur ſuper Animalibus ibi depaſtis in concurſu Domini eorumdem Animalium, remiſſive, *ibid.*

LUCRUM *Dotale*.

*Conjugi* ſuperſtiti ad ſecunda vota tranſeunti quomodo deferatur, quando exiſtunt filii ex primo Thalamo ſuſcepti, *deciſ.19. num.17.18., & 24.*

Et quid, ſi filii primi Matrimonii tacite, vel expreſſe conſenſum præſtiterunt, ut Mater ad ſecundas nuptias tranſiret, *num.19. & 20.*

*Debetur* Conjugi ſuperſtiti ex diſpoſitione Statuti Urbis, ſive Dos conſiſtat in quantitate, ſive in Fundo dotali, *deciſ.80. num.45.*

*Debetur* etiam pro rata Dotis aſſignatæ in fructibus, ſeu uſufructu, *deciſ.19. num.16.*

*Legatum* favore Conjugis ſuperſtitis cenſetur relictum animo compenſandi cum lucro Dotis, quoties iſtud neceſſario debetur ex diſpoſitione Statuti, *deciſ.91. n.69.*

*Lucrum* Dotis conſtitutæ in locis Montium vinculatis non debetur Uxori juxta eorum verum, intrinſecum valorem, ſed dumtaxat dempto pretio vinculi, *deciſ.19. num.12.*

*Marito* ſuperſtiti non debetur ſuper bonis fideicommiſſariis in Dotem receptis, quando ipſe non ignoravit vinculum fideicommiſſi, *deciſ.80. n.48.*

*Maritus* conſtante Matrimonio poteſt paciſci cum Uxore circa lucrum dotale in certa quantitate acquirendum poſt obitum alterutrius, *deciſ.19. num.6.*

*Mulier*, quæ retinet bona Viri, donec de eis non reddat rationem, nequit prætendere lucrum dotale ob illiquiditatem ſui crediti, *deciſ.80. num.50.*

*Negligentia* Mariti in exigendo Dotem nequit Uxori præjudicare, quominus huic debeatur lucrum etiam pro rata promiſſa, licet non exacte, *deciſ.19. num.11.*

*Prætendi* non poteſt a Conjuge ſuperſtite donec fuerint æſtimati Fundi dotales, ad hoc, ut eorum quantitas, & valor ſciri poſſit, *deciſ.80. num.47.*

*Uxor*, vergente Viro ad inopiam petere poteſt aſſecurationem non minus pro Dote, quam pro lucro dotali, *deciſ.80. num.46.*

LUDUS.

*Sortis*, vulgo nuncupatus *Lotto*, an, & quomodo ſit licitus, vel injuſtus, *deciſ.95. num41.*

Et de duplici ſpecie Lotti permiſſi, aut prohibiti per publica Bannimenta, *n.40. uſque ad 45., & n.47.*, ubi aſſignatur remedium extirpandi Lottos illicitos, & prohibitos.

# M

MAGISTRATUS.

*Et gradus* Militares conferendi ſunt peritioribus, magiſque verſatis, *deciſ.35. num.26.*

*Impugnari* an, & quando poſſit electio, quam Princeps de aliquo facit ad Magiſtratum, remiſſive, *in Præfat. n.49. & 50.*

MAJOR.

*Pars* non præjudicat minori, ubi agitur de intereſſe ſingulorum, *deciſ.95. num.7.*

MAJORATUS.

Vide etiam in verb. *Melioramenta*.

*Facultas* erigendi Majoratum a Principe per Titium obtenta, an valeat executioni demandari ab hærede ipſius Titii, *deciſ.97. num.20. 35. & 43.*

MANDATUM *Judiciale*.

*Relaxari* nequit pro credito jam ſatisfacto, vel alias per ſolutionem extincto, *deciſ.63. num.25.*

*Relaxatum* nullo præcedente liquidatione crediti, non eſt exequendum, *deciſ.94. num.49.*

*Revocatum* perinde habetur, ac ſi non emanaſſet, *deciſ.96. num.8.*

MANDATUM *Procura*.

*Ad contrahendum* cenſetur revocatum per conſtitutionem alterius Procuratoris, niſi tamen Tertius bona fide contraxiſſet in vim primi Mandati, *deciſ.68. num 36.*

*Expirat* per mortem civilem Mandantis, *deciſ.63. num.21.*

*Extenditur* ad omnia dependentia, & neceſſario connexa actui principali, *deciſ68. num.25.*

*Inutile*, & de vento reputari non debet, *deciſ.68. num.15.*

*Non attenditur*, neque præjudicat Mandanti, ſi aliquid plus contineat, & Procurator minus promiſerit, *deciſ.79. n.67.*

Idemque eſt, quando in Mandato Procuræ facto ad obtinendam aliquam gratiam a Sede Apoſtolica plus continetur, quam fuerit obtentum, & expreſſum in Breve deſuper expedito, *num.28. & 29.*

*Non extenditur* ad ea, quæ ſunt improbabilia, & inveriſimilia, *deciſ.68. num.13.*

*Pinguius* adimpleri poteſt, *deciſ.62. num.6.*

*Probatur* etiam ex conjecturis, & quibus, *deciſ.39. num.17. & deciſ.74. num 42.*

MANUS.

*Aliena* adeo plerumque imitari conſuevit, ut ipſimet imitantes poſtea diſtinguere nequiverint copiam ab originali, *deciſ.8. num.4. & 14.*

*De recognitione* Manus per comparationem, vide infra verb. *Recognitio*.

*Seu Character* hominum de die in diem naturaliter mutatur, *deciſ.29. num.6.*

MANUTENTIO.

*Debetur* poſſidendi de tempore motæ litis, *deciſ.92. n.37.*

Neque retardari poteſt per exceptiones reſpicientes petitorium, vel alias requirentes altiorem indaginem, *n.38.*

*Denegatur* poſſeſſori, quoties clare, & incontinenti conſtat de ejus malo jure, *deciſ.81. num.6. & num.8.*

Quamvis de rigore Juris non repugnet, quod Reo, & poſſeſſori dari valeat manutentio, & contextualiter Actori immiſſio, *num.9.*

Et qua ratione id quandoque practicari ſoleat in Tribunali Sacræ Rotæ, *n.10.*

*Denegatur*, quoties aut petitorium eſt clarum, aut poſſeſſorium a petitorio dependet, *deciſ.30. num.14.*

*Exceptio* retentionis pro credito turbido, & illiquido non retardat manutentionem, *deciſ.7. num.21.*

*Fraternizat* cum Executorialibus quoad competentiam, vel incompetentiam poſt decennium, *deciſ.40. ſub num.53. §. Atque*.



Digitized by Google

*Licet* poſt decennium amiſſæ poſſeſſionis non competat, tamen ea dutur, quando Actor impeditus fuit facto Adverſarii, *dec.48. num.54.*

Et Judicantis arbitrio relinquitur, an quis habuerit animum amittendi poſſeſſionem, *num.55.*

*Revocari* poteſt quandocumque, quoties conſtat de meliori jure alterius, *deciſ.30. num.62.*

MARITUS.

Vide etiam in verb. *Uxor*.

*Confeſſio* Mutui, vel alterius debiti facta per Maritum favore Uxoris reſolvitur in donationem de Jure prohibitam inter Virum, & Uxorem, *deciſ.84. num 69.*

Idemque procedit, quando Maritus emendo aliquam tam fatetur pretium ſolvere de pecuniis ſuæ Uxoris, *n.70.*

Et quid, ſi talis confeſſio ſit veriſimilis, vel aliunde adminiculata, *num.72.*

*Fructus* Dotis ſibi promiſſæ conſequitur etiam abſque interpellatione, *deciſ.40. num.8.*

Et actio illos conſequendi tranſit ad ejus hæredes, *n.3.*

*Habet* de Jure tacitum Mandatum in rebus Uxoris etiam extradotalibus, *deciſ.65. num.13.*

*Obligatus* vigore Statuti ſolvere debita Uxoris de bonis dotalibus, & extradotalibus, non tenetur extinguere illius Cenſus paſſivos, ſed dumtaxat ad ſolutionem fructuum, *deciſ.93. num.13.*

MASCULINITAS.

*Qualitas* maſculinitatis non cenſetur repetita in ea parte Statuti, in qua non eſt expreſſa, *deciſ.12. num.55.*

*Qualitas* maſculinitatis non cenſetur repetita in capite diſtincto, & ſeparato, *deciſ.12. & deciſ.46.* utrobique *num.33.*

*Teſtator* ſicut, ubi voluit qualitatem maſculinitatis, illam expreſſit, ita ubi eam non expreſſit, noluiſſe cenſendum eſt, *deciſ.46. num.31.*

MASCULINUM.

*Comprehendit* etiam fœmininum in materia indifferenti ſucceſſionis, *deciſ.12. num.24.*

MATER.

*Affectio* Matris major eſſe ſolet erga filios maſculos, quam fœminas, *deciſ.84. ſub num.28.*

*Bona* Matris, poſtquam pervenerunt ad filios, non conſiderantur amplius uti bona materna, ſed tamquam fraterna, *deciſ.57. num.29.*

*Dotare* non tenetur filias, niſi in ſubſidium, *deciſ.18. ſub num.16. §. Qualitas:*

*Excluſio* Matris a ſucceſſione ex diſpoſitione Statuti afficit etiam ejus filios tamquam repræſentantes perſonam, non vero ſolum gradum ipſius Matris, *dec.67. n.6.*

Contrarium eſt verius, quod nempe filii in his terminis repræſentent ſolum gradum, non vero perſonam Matris, cujus ideirco excluſio illis non officiat. *ibid. num.14.*

*Excluſio* Matris non obſtat ejus filiis, quando iſti alias poſſunt ſuccedere ea propria perſona, *dec.12. n.43. & 59.*

*Fœmina* de Jure communi ſuccedunt Matri ab inteſtato defunctæ una cum fratribus, *deciſ.12. num.1.*

*Legitima* Matri debita, vide ſupra verb. *Legitima*.

*Succedit* filio ab inteſtato de Jure communi una cum illius Fratribus, & Sororibus, *deciſ.84. num.1.*

Sed ex diſpoſitione *Statuti Urbis lib.1. cap.146.* non ſuccedit filio ab inteſtato, quoties ille Fratres poſt ſe reliquit, *ibid. num.4.*

Secus ſi reliquerit dumtaxat Sorores, quia tunc Mater æqualiter cum illis ſuccedit, *num.5.*

Et in caſu, quo Mater non ſuccedit ob exiſtentiam Fratrum defuncti filii, adhuc illi debetur legitima ex diſpoſitione d. Statuti, *num 6.*

MATRICITAS.

*Clerus* Sæcularis Eccleſiæ filialis in Proceſſionibus præcedentiam non conſequitur ſuper Clero Regulari Eccleſiæ Matricis, *deciſ.55. num.17.*

*Conſuetudo*, & obſervantia totum facit in materia Matricitatis, *deciſ.55. num.15.*

*Eccleſia* probatur ex declaratione ſerio emiſſa per Ordinarium in actu proportionato Viſitationis ejuſdem Eccleſiæ, *deciſ.14. num.2. & 14.*

Probatur inſuper per Hyſtorias, *ibid. ante n.1.*

Maxime accedente obſervantia antiquiſſima, *ibid. ante num.6.*

Item ex confeſſione Rectoris Eccleſiæ Filialis, *ibid. n.6.*

Amplia, ut hujuſmodi confeſſio, quando eſt adminiculata, præjudicet etiam futuris Rectoribus, *n.8., & 9.*

Rurſus probatur ex promiſcua adminiſtratione Sacramentorum facta habitantibus in alienis Parochiis, *num.16.*

Item arguitur ex aliis conjecturis, & demonſtrationibus, de quibus *num.18. & ſeq.*, & præſertim *num.26. & deciſ.55. n.13.*

*Eccleſia* poſteriori tempore conſtructa, non præſumitur eſſe Matrix aliarum Eccleſiarum antiquiorum, *deciſ.55. n.4.*

*Materia* Matricitatis, ejuſque Sedes habetur in *Text. in cap. ad audientiam, de Eccleſ. ædific. deciſ.14. ſub n.28.*

Et declaratur *idem Text.*, *ibid. num.30.*

Et a quibus tractetur eadem materia, remiſſive, *dec.55. ſub num.16. §. Ad propoſitum.*

*Pinguiores* redditus de per ſe non arguunt Matricitatem Eccleſiæ, *deciſ.55. ſub num.9. §. Addita.*

*Pluries* ſunt ſpecies Matricitatis, & quæ, *dec.55. num.14.*

*Primitiæ* ſolent reſervari Eccleſiæ Matrici, licet nova fuerit erecta Parochia pro commoditate habitantium, *dec.39 n.23*

*Rector* Eccleſiæ Matricis quas præeminentias obtineat in, & ſuper Eccleſiis filialibus, remiſſive, *dec.14. n.32.*

*Rector* Eccleſiæ Matricis regulariter deputat Rectores ſublaternos in Eccleſiis filialibus, *deciſ.14. num.18.*

Declara, id procedere, dummodo Eccleſiæ filiales fuerint conſtructæ ſumptibus ejuſdem Rectoris Eccleſiæ Matricis, alias ſecus, *num.30.*

MATRIMOMIUM.

*Argumentum* a Matrimonio carnali ad Spirituale eſt in Jure validum, *deciſ.99. num 57.*

*Contractum* cum Procuratore revocato non obligat Mandantem, licet revocatio non fuiſſet intimata alteri Parti contrahenti, *deciſ.68. num.37.*

*Denunciationes*, cæteræque ſolemnitates in Matrimonio requiſitæ per *Sac. Concil. Trident.* minus rigide obſervantur in Galliis, quam in Italia, *dec.30. n.40. §. Idque.*

Et ideo Matrimonium in Galliis contractum probatur levioribus conjecturis, & præſumptionibus, *ibidem ſub num.51.*

*Probari* an valeat ex conjecturis, & quibus, *dec.30. n.48. 50. 51., & 53.*

*Probationes* leviores requiruntur ad effectum probandi Matrimonium; quando non agitur de reſciſſione ſecundi, *deciſ.30. num.52.*

*Quilibet* de Populo agere poteſt pro validitate, & invaliditate Matrimonii carnalis, *dec.99. n.16.*

MEDIA.

*Declarantur* a ſuis extremis, quibus ſemper conformia, & conſilia præſumuntur, *dec.30. n.23.*

*Diſpoſitio* intermedia recipit declarationem ab antecedentibus, & ſubſequentibus, *dec.90 n.13.*

*Poſſeſſio* intermedia præſumitur probatis extremis, adeout non ſit neceſſe illam probare in ſingulis Annis continuatam, *dec.36. n.42.*

MEDICUS.

*Appellatio* datur a Judicio, ſeu relatione Medicorum, *deciſ.64. num.35.*

*Ars* Medica requirit faciem hilarem, *dec.64 n.41.*

*Habet* tres facies, Angeli ſcilicet tempore neceſſitatis, Hominis, dum nullus urget morbus, & Diaboli finita cura, *dec.64. num.39.*

*Statutum* Collegii Medicorum Urbis repellit ab alienatione loci in ipſo Collegio eum, qui ſit deformis, *deciſ.64. num.34. §. Curioſitas.*

MELIORAMENTA.

*Æſtimari* debent ſecundum valorem de tempore reſtitutionis, quando ita fuit conventum, abſque eo, quod attendatur diſtinctio inter impenſum, & melioratum, *dec 66. n.40.*

*Augent* ſemper intrinſecum rei valorem, *deciſ.91. num 16.*

*Cautio* de reficiendis Reo convento Melioramentis ſolum in genere juſtificatis, non admittitur ſine præcedenti præfixione, & lapſu termini ad illa ſpecialiter liquidanda, *deciſ.66. num.8.*

*Cautio* de reficiendis melioramentis, poſtquam erunt liquidata, ſufficit, quando illa ſunt illiquida, *dec.46. n.8.*

Maxime, quando illa fuerunt reddita turbida ex fructibus pendente lite perceptis, *num.9.*

*Compenſantur* cum fructibus per Reum conventum perceptis poſt litem conteſtatam, *dec.66. n.9. & dec.97. n.1.*

*Creditum* Melioramentorum redditum turbidum, & illiquidum ex fructibus a Reo convento poſt motam litem perceptis, *dec.66. num.10*

*Emphyteuta* poteſt diſponere de Melioramentis a ſe factis, quando Emphyteuſis abſque ejus culpa caducatur, *deciſ.75. num.33.*

*Exceptio* Melioramentorum aliquando diſpungenda reſervatur ad tempus executionis Sententiæ immiſſionis, *deciſ.75. num.42.*

Et quomodo in hoc caſu tribui ſoleat immiſſio, *ibidem.*

Ex11.

Digitized by Google

*Exceptio* melioramentorum ſolummodo oppoſita in tertia Inſtantia non attenditur pro retardanda immiſſione per Actorem obtenta, *dec.46. n.7.*

*Fructus* Melioramentorum de Jure pertinent ad poſſeſſorem bonæ fidei, qui illa confecit, *deciſ.97. n.2*

*Res* addita Majoratui, ſi poteſt ab ipſo ſeparari, non cedit Majoratui, ſed pertinet ad meliorantem; ſecus ſi eſt Majoratui incorporata ex voluntate ipſius meliorantis, *deciſ.56. num.18.*

MENS.

*Mentis* conceptus tripliciter exprimi valet in actibus humanis, & quomodo, *deciſ.77. num.72.*

MENSURATIO.

*Actio* menſurari faciendi terrenum venditum, quanto tempore præſcribatur, *dec.27. n.7. & 8.*

*Emptor* id habere debet, quantum eſſet habiturus, ſi menſuratio de tempore factæ venditionis ſecuta fuiſſet, *deciſ.27. n.10.*

MERCATORES.

*Contrapoſitio* partitarum inter Mercatores non ſemper importat ſolutionem, vel extinctionem debiti, & quando, *deciſ.43. num.22.*

*Judicium* Mercatorum in materia mercantili plurimum attendi debet, *deciſ.43. n.23.*

*De Statutis* Mercatorum reducentibus ad æqualitatem hypothecas, & jura Creditorum, remiſſive, *dec.68. ſub n.57. §.Suppoſita.*

Et an hujuſmodi Statuta operentur in caſu reſervati dominii per aliquem ex Creditoribus, *ibid.*

MERCATURA.

*Et negociatio* cenſetur quodammodo quintum Elementum vitæ humanæ, *dec.68. n.28.*

MERCES.

*Laborantium* fraudari non debet, *dec.68. num.2.*

METUS.

*Excluditur*, ubi facilis eſt recurſus ad Principem, *dec.36. num.15.*

MILITES.

*Domicilium* nullibi acquirunt, quando ſunt de iis, qui ſæpe mutant Stationes, *deciſ.55. num.32.*

*Huc & illuc* juxta opportunitatem tranſcurrentes, non habent fixum Epiſcopum, nec Parocum, *dec.55. n.28.*

MINÆ.

*Dolus* arguitur in comminante machinationem, vel vindictam, quando jam cæperat exequi minas, *deciſ.83. n.28.*

*Solitus* exequi minas præſumitur author facti, vel delicti ſubſecuti, *deciſ.83. num.24.*

MINIMA.

*Non* habentur in conſideratione, *deciſ.9. num.26.*

MINOR.

*Apoca* facta per Minorem abſque ſolemnitatibus, & cauſa, nullam meretur executionem, *dec.54. n.42. §.Atque ita.*

*Cauſa* congrua non ſufficit in Contractu Minoris, niſi etiam ſolemnitates concurrant, *deciſ.54. num.34. & 39.*

*Contractus* initus ſuper rebus Minorum contra formam a Jure præſcriptam, non ſuſtinetur, *deciſ.76. num.30.*

*Contractus* Minoris factus cum debitis ſolemnitatibus, & juſta, cauſa, non poteſt de nullitate redargui, *deciſ.94. num.2.*

*Donare* non poteſt neque etiam cum authoritate Curatoris, aliiſque Juris ſolemniis, *deciſ.76. num.31.*

Limita, ſi donatio fuerit Juramento firmata, *n.32.*

Sublimita, quoties Statutum enervat, vires Juramenti, præſumendo illud dolo, vel metu extortum, *num.33.*

*Donatio* etiam ob cauſam facta per Minorem, requirit ſolemnitates Statuti, ad hoc, ut videatur, an cauſa ſit juſta, *deciſ.76. num.50.*

*Mandatum* relaxatum contra Minorem vigore ſuæ obligationis nullæ ex defectu ſolemnitatum Statuti, non eſt exequendum, *dec.94. num.1.*

*Notarius* publicus, licet minor, valide ſe obligat abſque ſolemnitatibus, *deciſ.54. num.30.*

*Obligatio* facta per Minorem non ſervata forma a Statuto præſcripta, eſt omnino nulla, & inefficax, *deciſ.54. n.33.*

*Obligatio* facta per Minorum ſine ſolemnitatibus non ſuſtinetur, licet ſit obligatione Camerali munita, *dec.54. n.31.*

*Ratificatio* Minoris, non data præciſa ſcientia nullitatis Contractus, non ſuſtinetur, *dec.54. n.32.*

Alia de obligationibus Minorum, vide infra verb. *Mulier*, & verb. *Obligatio*.

MISSÆ.

*Reductio* Miſſarum, vide infra verb. *Teſtator*, verſ. *Voluntas*.

MODUS.

*Finis* exoptatus a Teſtatore quando obtinetur, tunc nihil intereſt, quod præciſe non fuerit obſervatus modus ab eo ordinatus, *deciſ.62. num.20.*

MOLENDINUM.

*Cenſus* an imponi valeat ſuper Molendinis Solo non infixis, *deciſ.36. ſub num.33.*

*Commodum* ſentiens ex Molendino, debet etiam proportionabiliter ſubire onus illud manutenendi, *deciſ.36. num.30.*

*Conſtrui* libere poteſt in Flumine non navigabili, abſque eo, quod Princeps, vel Communitas aliquod Jus ſuper illo prætendere valeat, *deciſ.36. num.26.*

Et de ratione, *ibid.*

Si vero Flumen ſit navigabile, nequit in illo conſtrui Molendinum abſque licentia Principis, vel Civitatis, *num.27.*, & *28.* ubi de ratione.

MOLESTIÆ.

*Obligatus* liberare a moleſtiis, ſatisfacit obligationi, illas in ſe ſuſcipiendo, *deciſ.63. num.38.*

*Prohibitio* non moleſtandi intelligitur de moleſtiis injuſtis, & illicitis, non autem de juridicis, ac de Juribus claris, *deciſ.29. num.28.*

*Prohibitio* non moleſtandi, quæ apparet perſonaliſſime concepta, nullam patitur extenſionem, *deciſ.29. num.32.*

Niſi prohibitio veſtita ſit cum Clauſulis effrænatis — *neque directe, neque indirecte, quomodocumque, & qualitercumque* — quia tunc omne jus, omnemque perſonam comprehenderet, *ibid.*

*Relevatio* peti non poteſt pro moleſtis non exiſtentibus, vel alias de medio ſublatis, *deciſ.63. num.36.*

Alia ad materiam vide ſupra verb. *Liberatio a moleſtiis*.

MONACUS.

*Quid quid* acquirit, pro ſuo Monaſterio acquirit, *dec.74. n.24.*

Vide etiam in verb. *Religioſus*.

MONASTERIUM.

*Habetur* loco filii ſolummodo in caſibus a Jure expreſſis, *deciſ.89. num.107.*

*Novus* Conventus, ſeu Monaſterium erigi non valet, niſi in eo ſaltem duodecim Religioſi ali valeant, *dec.78. n.91.*

Et de aliis conditionibus, quæ requiruntur in ſimilibus erectionibus novorum Monaſteriorum, aut Conventuum Regularium, *ibid. num.89.*

MONETA.

*Adulterata* dicitur, quæ fuit cuſſa ſub imagine alterius Principis abſque ejus permiſſione, *dec.41. num.18.*

Et quot ſint ſpecies adulterationis Monetæ, *ibidem ſub num.17. §.Tota.*

*Cudens* Monetam in Territorio unius Principis, & de ejus conſenſu, ſub imagine tamen alterius Principis, non tenetur pœna ordinaria, quando illa erat expendibilis in loco cuſſionis, *deciſ.41. ſub num.21. §.Solumque.*

*Debitor* ſolvens in Moneta, quam ſcit paulo poſt abrogandam, non liberatur, *deciſ.67. num.10.*

*Expendens* ſcienter falſam Monetam punitur pœna arbitraria, ſecus ſi ignoranter, *deciſ.41. num.28.*

Quod autem ſcienter illam expenderit, probari debet a Fiſco, & quidem concludenter, *num.30.*

Maximum tamen judicium ſcientiæ reſultaret ex magna quantitate falſæ Monetæ apud expendentem reperta, *n.31.*

Dummodo Moneta habeat aliquod ſignum falſitatis, alias ſi falſitas difficile cognoſcatur, expendens eſſet abſolvendus ex capite ignorantiæ, *num.32.*

*Fabricatio* Monetæ licet juſti valoris, & ponderis abſque licentia Principis, eſt Crimen læſæ Majeſtatis, *dec.41. n.19.*

Hoc tamen procedit reſpectu non ſubditi, & illius, qui cudi facit, ſecus reſpectu non ſubditi, & Mercatoris, cui tales Monetæ fuerunt directæ, cujus reſpectu non poteſt intrare, niſi arbitraria pœna, *num.20.*, & *23.*

Et declarantur in hoc propoſito *Farinac. conſ.48.*, & *Spad. conſ.115. lib.1.*, *ibidem num.24.*

Quæ autem in hoc caſu ſit pœna arbitraria, & an intret confiſcatio Monetæ, *num.25.*, & *27.*

*Fabricator* falſæ Monetæ non punitur pœna ordinaria, quando eadem Moneta non eſt expendibilis ob ſui viſibilem falſitatem, *deciſ.41. num.34.*

*Falſa* in liga, vel pondere ſubjacet Confiſcationi, *dec.41. n.35.*

Si vero eſt bona, ſed cuſſa ſub alterius Principis imagine, debet deleri ſignum, *num.36.*

*Princeps* cudens Monetam in ſuo Territorio, in quo jus habet id faciendi, non poteſt id facere cum effigie alterius Principis, *deciſ.41. num.21.*

*Princeps*, cujus in cuſſione Monetæ ſub ejus imagine fuit offenſa Majeſtas, punire poteſt contravenientes, *dec.41. n.16.*

*Princeps* in proprio Statu poteſt permittere Subditis quamlibet ſpeciem Monetæ, *dec.41. num.22.*

*Terca* an poſſint ſtaudari in Commercio mediante ſolutione Monetæ falſæ pro Mercibus ab eis receptis, *dec.41. n.33.*

M O N I A L E S.

*Clauſula* in Monaſteriis Monialium maxima cum diligentia ſervanda eſt, & quare, *dec.68. ſub n.98. §.Supplicantes.*

*Oblata* in Monaſterio Turris Speculorum poſſunt quandocumque ad Sæculum redire citra violationem Voti perpetuæ Caſtitatis, & Clauſuræ, *deciſ.90. num.10.*

Et in caſu egreſſus reſolvitur renunciatio per eas emiſſa occaſione ingreſſus in idem Monaſterium, *num.11.*

Rariſſima tamen ſunt exempla prædictarum Monialium redeuntium ad Sæculum, *ibidem num.21. §. Reſpectu.*

Idemque Monaſterium, & Moniales laudantur in *dec.49. ſub num.42. §.De reliquo.*

M O N I T O R I A L E S,

Vide ſupra verb. *Litteræ Monitoriales.*

M O N I T O R I U M.

Vide ſupra in verb. *Libellus.*

M O R T U U S.

*Præſumitur* is, de quo poſt longum temporis effluxum nulla amplius habita fuit notitia, *deciſ.41. num.7.*

M U L I E R.

Vide etiam in verb. *Uxor.*

*Cauſa* in Contractu Mulieris, vel Minoris, ſi non requiritur utilis, ſaltem non debet eſſe damnoſa, *deciſ.54. n.36.*

*Cauſa* neceſſaria in Contractu Mulieris, aut Minoris ea dicitur, ob quam illa, vel ille poterant præciſe compelli, *deciſ.54. num.38.*

*Cauſa* nimis vaga, & generalis non ſufficit in Contractibus Mulierum, putà ſi debitum contrahat *pro variis Domus ſuæ indigentiis — deciſ.54. num.15.*

Idemque eſt, ſi debitum genericè contrahatur pro manutentione Domus, & Familiæ, *ibid. ſub num.40. §. Tum etiam quia.*

*Cauſa* requiſita in Contractu Mulieris non probatur ex iſtis verbis — *perchè coſi li piace — deciſ.54. num.42.*

*Conſenſus* Proximiorum an, & quandò ſit adhibendus in Contractibus Mulierum, vide infrà verb. *Proximiores.*

*Contractus* Mulierum, vel Minorum, ut plurimum ſubſtinentur, quoties ceſſat omnis umbra deceptionis, aut læſionis, *deciſ.54. ſub num.28. §. Frequens, & num.36.*

*Creditrix* non præſumitur, ſi longo tempore diſtulit petere conſecutionem ſui prætenſi crediti, *deciſ.8. num.13.*

*Curator* adhibitus in Contractu Mulieris debet jurare, illum non tendere in damnum, ſeù præjudicium ipſius Mulieris, aliàs Contractus corruit ex defectu formæ à Statuto Urbis præſcriptæ, *deciſ.54. num.16.*

*Doleſe* decipiens ſocium contrahentem, tenetur ad refectionem damni in Foro Conſcientiæ, *deciſ.54. num.8.*

Nec fruitur amplius legum præſidiis, *dicta deciſ.54. in princ.*

*Hxerdens* in Contractu id, quod in narrativas Judici expreſſit, non remanet obligata quoad ipſum exceſſum, *dec.54. ſub num.38. §. Eoque magis.*

*Facile* ſolet confingere, & paſſim dat intelligere unam rem pro alia, *deciſ.74. num.13.*

*Forma* à Statuto præſcripta in Contractibus Mulierum, an, & quandò impleri valeat per æquipollens, *deciſ.54. n.29.*

*Fraus*, & dolus arguitur ex Contractibus factis per Minores, vel Mulieres extra proprium domicilium, *deciſ.60. n.42.*

*Juvatur* præſidio legum, aut Statutorum particularium ob præſumptam ſimplicitatem, *deciſ.54. ſub num.4. §. Subſiſtente.*

*Non præſumitur* habere alia bona præter Dotem, *deciſ.8. ſub num.15. §. Eoque validius.*

*Obligatio* Mulieris, & de ejus validitate, aut nullitate, vide infra verb. *Obligatio.*

*Vel Minor* eadem facilitate, qua inducuntur ad contrahendum, inducuntur quoque ad emittendas confeſſiones approbativas Contractus, *deciſ.54. num.12. & 37.*

M U T A T I O.

*Voluntatis*, vide infra verb. *Voluntas.*

M U T U A N S.

Vide ſupra in verb. *Creditor.*

M U T U U M.

*Mulieris* favore exaratum in Apoca per Ducem Militum ſubſcripta, præſumitur ſuperimpoſitum in aliquo folio in albo eidem Duci forte ſubtracto, *deciſ.8. num.11.*

*Notabilis* ſummæ præſumitur ſimulatum, vel confictum, quandò non apparet factum per Inſtrumentum, vel in præſentia Teſtium, ſed per ſimplicem Apocam privatam, *deciſ.8. num.18.*

Præſertim, quandò prætenſus Mutuator ſolitus erat Contractus etiam minoris relevantiæ nonniſi per publicum Inſtrumentum celebrare, *num.19.*

*Veritas* prætenſi Mutui excluditur ex impotentia, ſeù inopia aſſerti mutuantis, & reſpectivè ex affluentia, ſeù divitiis prætenſi mutuatarii, *deciſ.8. num.14. & deciſ.16. num.5.*

Rursùs excluditur ex tarditate in exhibendo Apocam prætenſi Mutui, *d. deciſ.8. num.16.*

# N

N A T U R A L I S.

Vide ſuprà in verb. *Filius*, & verb. *Filii.*

N A U F R A G I U M.

*Judex* ſufficit, ut ſit ex circumſtantiis moraliter informatus de caſu Naufragii, *deciſ.41. num.9.*

*Probatio* Naufragii debet fieri in loco proximiori eo, ubi illud ſecutum fuit, *deciſ.41. num.5.*

Declara, & intellige, ut *num.8.*

*Probatur* ex eo, quia à multo tempore nulla habita fuit notitia Navis, *deciſ.41. num.6.*

N E G A T I O.

*Facti*, ejuſque præſuppoſitio, ac ſubſtentatio invicem non compatiuntur, *deciſ.87. num.21.*

N E G A T I V A.

*Coarctata* probari debet ab eo, qui in illa ſe fundat, *deciſ.38. num.5.*

*Probata* non dicitur, niſi etiam coarctetur per excluſionem cujuſcumque contrariæ poſſibilitatis, *deciſ.14. num.13.*

*Probatur* ex revolutione Actorum, *deciſ.70. num.4.*

N E P O T E S.

*Ex filia* præmortua ſuccedunt Aulæ ab inteſtato defunctæ unà cum Materteris in ſtirpes, & non in capita, *deciſ.90. num.3.*

*Filiorum* appellatione non veniunt in ultimis voluntatibus, *deciſ.52. num.36.*

Limita, quandò agitur de Jure honorifico ad quod fuerint vocati filii maſculi in perpetuum, *num.37.*

Limita etiam, quandò Teſtator habuit pro ſynonimis nomen filiorum, & deſcendentium, *num.38.*

N O B I L I T A S.

*Unicum* diſtinctivum generoſæ Nobilitatis eſt Ordo Conſularis, ſeù primarii Magiſtratus in Civitate, *deciſ.43. n.49.*

N O T A R I A T U S.

*Inſtrumentum* à Notario confectum in antiquis probat, etiamſi non conſtet de Notariatu ejus, qui de illo rogatus fuit, *deciſ.14. num.11.*

*Qualitas* Notariatus an exrludatur ex eo, quod non appareat de aliis rogitibus confectis ab illo, qui Inſtrumentum, de quo agitur, exaravit, *deciſ.54. num.11.*

N O T A R I U S.

*Aſſerens*, Proceſſum eſſe integrum, regulariter probat, donec contrarium ab allegante juſtificetur, *deciſ.96. n.17.*

*Atteſtatio* Notarii relativa ad Acta non attenditur, niſi Acta ipſa exhibeantur, *deciſ.9. num.25.*

Clauſula — *In mei &c.* adiecta per Notarium in Inſtrumento quomodò extendatur, *deciſ.74. num.21.*

*Conſervare* debet Prothocolla, & illorum copiam tradere Partibus intereſſe habentibus, *deciſ.51. num.32.*

*Conſervare* non tenetur ſcripturas penès ejus Acta verbaliter tantùm productas, *deciſ.6. num.7.*

*Deponens* ad ſui exonerationem non probat, *deciſ.6. n.4.*

*Deponens* de facto proprio, & maximè veriſimili, probat, *deciſ.6. num.8.*

*Errare* paſſim ſolent Notarii in extenſione voluntatis Teſtatorum, ſumendo unum verbum pro alio, *deciſ.7. num.7.*

Et plura de hujuſmodi Notariorum erroribus, remiſſive, *ibidem.*

*Error*, aut negligentia Notarii non valet Partibus præjudicare, *deciſ.52. num.12.*

*Exemplare* non poteſt Acta alterius Notarii, cujus ipſe non eſt ſucceſſor, *deciſ.57. num.3.*

*Legalitas* Notarii nequit impugnari ab eo, qui illum uti talem aliàs approbavit, *deciſ.57. num.4.*

*Pœna* falſi infligitur Notario deneganti exhibere Prothocollum, *deciſ.51. num.34.*

An autem teneatur Notarius contrà ſe edere Prothocollum ad finem detegendi falſitatem alicujus Inſtrumenti, quæ ab eo prætendatur commiſſa, *ibid. num.31.*

*Præſumitur* fideliter ſe geſſiſſe in tranſumptatione Inſtrumenti,

Digitized by Google

ti, donec contrarium probetur, *deciſ.57. num.* .
*Publicus*, licèt Minor, valide ſe obligat abſquè ſolemnitatibus, *deciſ.54. num.30.*
*Sumptum* Inſtrumenti extractum à Succeſſore Notarii de eo rogati quam probationem faciat, vide infrà verb. *Sumptum.*
*Tenetur* deferre copias Inſtrumentorum ad Archivium, quod fuit adinventum, nè publica Acta depereant, *deciſ. 72. num.38.*
Rursùs, nè fraus fiat Gabellæ, tenentur Notarii denunciare Inſtrumenta, quandò ſumus in iis locis, in quibus ſolvitur Gabella Contractuum, *num.39.*

NOVATIO.

*Excluditur* ex declaratione Partium, quod novus actus fiebat ad majorem firmitatem Contractus, *deciſ.13. num.6.*
*Non inducitur*, niſi fiat expreſſe, vel per actuum incompatibilitatem, *deciſ.43. num.8.*
Maxime in præjudicialibus, *deciſ.80. num 60.*

NUMERATIO.

*Effectiva* pecuniarum non reſultat ex verbis Inſtrumenti -- *In mei &c. manualiter habuit, & recepit &c. deciſ. 74. num.17.*
Contrarium eſt verius, *ibid. num.18. 20. & 23.*
*Pecunia* in Contractu Cenſus probatur ex aſſertione Notarii coram duobus Teſtibus, *deciſ.74. num.22.*

NUNCIATIO:

*Novi operis* quandò intelligatur facta Procuratorio nomine, vel potiùs ratione negociorum geſtorum, *deciſ.75. ſub num.61.*

# O

OBLATÆ.

Vide ſuprà in verb. *Moniales*.

OBLIGATIO.

*Alternativa* ſufficit, ut in aliqua ejus parte verificetur, *deciſ.41. num.3.*
*Defuncti* tranſit in hæredem, *deciſ.6n. num.14.*
*Mulier*, vel Minor ex Contractu nullo non obligantur neque in foro Conſcientiæ, *deciſ.54. num.6.*
Intellige, & declara, ut *num.7. cum duobus ſeqq.*
*Mulieris*, vel Minoris ſuſcepta in executionem præcedentis Contractus nulli, non ſuſtinetur, *deciſ.54. num.5.*
*Stipulatio* commiſſa cenſetur ex purificatione conditionis, ſub qua concepta fuerat obligatio, *deciſ.89. num.36.*

OBLIGATIO *Cameralis*.

Clauſula -- *quorum intereſt* -- contenta ſub obligatione Camerali, favere non poteſt perſonæ non nominatæ, & de tempore conventionis non habenti intereſſe, *deciſ. 56. num.21.*
*Exceptio* ſimulationis, ſeù uſurariæ pravitatis eſt apta retardare executionem obligationis Cameralis, *deciſ.74. n.1.*

OBSERVANTIA.

*Actus* dubii declarationem recipiunt ab obſervantia, *deciſ.80. num.37.*
*Alia* eſt præſcriptiva, alia interpretativà, & de utriuſque effectibus, *deciſ.76. num.1.*
*Interpretativa* non eſt neceſſe, quod fuerit obtenta in contradictorio Judicio, *deciſ.37. num.49.*
Nec requirit diuturnitatem temporis, ſed modico illius ſpatio contentatur, *deciſ.47. num.10.*
*Longiſſimi* temporis dat robur ſcripturæ etiam alias informi, *deciſ.14. num.35.*
*Obligatoria* non reſultat ex actibus merè voluntariis, & facultativis, *deciſ.12. num 23.*
*Probari* debet in caſu præciſo, de quo agitur, non autem in æquivoco, & in eo, qui eſt capax duplicis intellectus, *deciſ.71. num.24.*
*Qua* dedit cauſam liti, non attenditur, *deciſ.92. num 16.*
*Robur* aſſumit ex contradictione cum ſubſecuta acquieſcentia, *deciſ.92. num.19.*
*Subſecuta* eſt optima interpres quarumcumque diſpoſitionum, *deciſ.79. num.33.*
*Tricenaria* Sententiæ, ſeù Decreti facit præſumere, quod in ejus prolatione fuerint ſervata omnia de Jure ſervanda, *deciſ.92. num.45.*

OCULI.

*Defectio* unius Oculi præſefert mutilationem, & deformitatem ac generat ſcandalum, & ridiculoſitatem, *dec.64. n.38. & 40.*
Adeòut habens Oculum effoſſum promoveri nequeat nedum ad Sacros Ordines, ſed nec etiam ad ſimplicem Tonſuram, *utrobique ibid.*
*Sunt* membra, & pars Corporis, *deciſ.64. num.37.*

OFFICIALIS.

*Officiali* teſtanti de re ad ſui Officium pertinente, creditur, *deciſ.86. num.104.*

ONUS, ONERA.

*Aſſumendi* nomen, & Arma, quid importet, vide ſuprà verb. *Fideicommiſſum*.
*Nemo* debet pro eadem re duplici onere gravari, *deciſ. 39. num.39.*
*Repartitio* onerum quomodo fiat inter plures perſonas bona oneribus ſuppoſita poſſidentes, *deciſ.29 num.30. & 31.*

ORDINARIUS

*Habet* aſſiſtentiam Juris circà collationem Beneficiorum, quorum fundator non eſt certus, vel ſi eſt certus, non tamen ſibi expreſſe, vel tacitè reſervavit jus præſentandi, *dec.14. num.31.*
*Habet* de Jure fundatam intentionem cuſtodiendi, & adminiſtrandi quælibet Beneficia vacantia, *deciſ.74. num.49.*
*Judicio*, & facto Ordinarii in dubio ſemper admodum defertur, *deciſ.76. num.25.*
*Relationes* Ordinariorum tranſmiſſæ Sacris Congregationibus Urbis, quæ eos conſuluerunt pro informatione, admodum attenduntur, *deciſ.14. num.17.*

ORDINES.

*Collatio* Ordinum eſt actus pertinens ad meram Juriſdictionem, *deciſ.55. num.20. & 24.*
Et ſpectat ad Epiſcopum originis, domicilii, vel Beneficii, *ibid. num.31.*

ORIS *aperitio*.

*Non datur* adverſùs tranſactionem mediante Beneplacito Apoſtolico confirmatam, niſi concurrente magna, & urgentiſſima cauſa, *deciſ.36. num.13.*

# P

PACTA.

OBligatoria ſtrictiſſime debent interpretari, *deciſ. 94 num.61.*
*Omnia* conventa inter Contrahentes cenſentur invicem reciproca, & correſpectiva, *deciſ.79. num.37.*
Et ideò, uno ceſſante, vel ſublato, alia quoque ceſſant, & tolluntur, *num.38.*

PACTUM.

*Adæquandi* Dotes, vide ſuprà verb. *Dos varia*.
*Francandi* minuit pretium in tertia, ſeu quarta parte, *deciſ.69. num.22.*
*Negativum* de non ſuccedendo ſemper implicat pactum affirmativum de ſuccedendo favore alterius, *deciſ.90. num.40.*
*De non petendo* conceptum per verba perpetuitatem denotantia, an, & quandò reſolvatur in renunciationem merè translativam, *deciſ.90. num.34.*
*De non petendo* ſemper admixtam habet renunciationem, *deciſ.90. num.28.*
Immò ultrà renunciationem implicat etiam donationem ad commodum ſtipulantis, ejuſque hæredum, *num.39.*
*Nudum* producit actionem, quandò agitur cum Principe, *deciſ.28. num.39.*
*Perſonale* non extenditur ad ſucceſſorem, *deciſ.79. num.34.*
Quandò autem, & ex quibus verbis, & circumſtantiis pactum cenſeatur perſonale, *num.35.*
*Redimendi*, ejuſque jus cedit ſub hypotheca Creditorum Venditoris, *deciſ.74. num.31.*
An autem hujuſmodi facultas redimendi ſit exercibilis ad inſtantiam Creditoris hypothecarii contra Emptorem, quandò hic antecedentes bona affrancavit cum ipſo Venditore, *ibid. num.32. & 34.*
Et quid, ſi pactum redimendi fuiſſet jam effluxum, utrum Creditor Venditoris poſſit ampliùs illud exercere, *ibid. num.33.*
*Redimendi* infra certum tempus, quantum regulariter diminuat de valore rei venditæ, *deciſ.91. num.10.*
*Reſolutivum* adjectum in caſu non implementi, eo non ſecuto inficit Contractum, acſi geſtus non fuiſſet, *deciſ. 87. num.24.*
*Retrovendendi* ad libitum Venditoris pro eodem pretio an, & quandò ſapiat ſpeciem Contractum fœneratitii, remiſſive, *deciſ.74. num.2.*

PAPA.

*Derogare* non poteſt (ſalva honeſtate) Conſtitutionibus, & Privi-

Digitized by Google

Privilegiis conceſſis ab ejus anteceſſoribus per viam Contractus obligatorii, *deciſ.30. num 67.*
*Divinare* non poteſt ea, quæ ſunt facti, *deciſ.82. num.60.*
*Dominium* habet abſolutum in materia Beneficiorum, *deciſ.4.* num.6. *& deciſ.82. num.57.*
*Eſt Dominus* omnium Jurium Eccleſiæ univerſalis, necnon etiam Eccleſiarum particularium, *deciſ.78. num.37.*
*Non præſumitur* derogare voluiſſe circà ea, quæ in facti realitate ignoravit, *deciſ.82. num.61.*
*Non præſumitur* derogare voluiſſe Conſtitutionibus ſuorum prædeceſſorum per ſimplex reſcriptum factum non auditis intereſſe habentibus, *deciſ.30. num.65.*
*Non præſumitur* favere voluiſſe malitioſis, *deciſ.83. num.18.*
*Plerumquè*. ſeù pro majori Anni parte habitare ſolet in Palatio Quirinali, & de ratione, *in Præfat. num.33.*
*Prævenire* poteſt quemcumque ordinarium Collatorem in proviſione Beneficiorum, *deciſ.61. num.7.*
Et quomodò cognoſcatur, quod intellexerit procedere per viam hujuſmodi præventionis, *ibidem*.

PARENTES.

*Appellatione* Parentum qui veniant, vide -- *Verba particularia*.

PARIA.

*Sunt*, aliquid non eſſe factum, vel non eſſe probatum, *deciſ.97. num.7.*

PARITIO.

*Contumax* in non parendo Mandatis Rotalibus dici non poteſt, qui in re dubia proteſtatur, ſe eſſe promptum exequi, quidquid fuerit à Sac. Rota declaratum, *deciſ 88. num.5. & 6.*
*Declaratio* verbalis parendi habetur pro vera, & effectiva paritione, quandò verſamur in incorporalibus, & condemnatus non tenetur aliquid poſitivum facere, *deciſ.47. n.39.*
*Declaratoria* non evitatur ex paritione facta per Procuratorem, Agentem, vel Miniſtrum abſque mandato Principalis parere debentis, *deciſ.82. num.26.*
*Illiquiditas* ſummæ non excuſat à paritione, niſi præcedat depoſitum alicujus etiam tenuis quantitatis, cum obligatione ſupplendi quidquid fuerit judicatum, *deciſ.51. n.5. & 6.*
*Mandatis* Rotalibus ex quibus verbis ſufficienter reſultare dicatur, *deciſ.47. num.31.*
Et an ſimplex acquieſcentia poſt intimationem Mandatorum Rotalium habeat vim paritionis, *num 33. & 38.*
Et an quidquam detrahat paritioni præſervatio propriorum jurium facta per ſuccumbentem in actu parendi, *numer.35. & 36.*
*In materia* habente tractum ſucceſſivum quis non excuſatur ab inſtitione Declaratoriæ, etiamſi ſemel, vel bis paruerit, & de ratione, *deciſ.82. num.25., & deciſ.88. n.19.*
*Oblatio* verbalis parendi non ſufficit, ubi paritio requirit factum poſitivum, *deciſ.51. num.3.*
Et in hoc caſu eo ipſo conſtare dicitur de non paritione, quoties non docetur de implemento facti, quod erat implendum pro effectu ipſius paritionis, *ibid. num.4., & dec.88, num.14.*
Declara, ut in *dicta deciſ.88. num 15. cum 2. ſeqq.*
*Reproductio* Executorialium Rotalium non eſt neceſſaria, quoties ſubſecuta eſt paritio Partis ſuccumbentis, *deciſ.47. num.32.*
*Rota* concedit novum terminum ad parendum, quandò confidit de futura obedientia, præſertim in perſonis Eccleſiaſticis, *deciſ.82. num.12.*
*Rota* perſeverat in inflicta Excommunicatione contrà aliquem ex contumacibus, licet cæteri paruerint, *deciſ.82. n.14.*
Intellige, dummodò & hic non ſeſe rectè excuſaverit, *num.15.*
*Si adſint* in Collegio, vel Univerſitate obedientes, hi excuſantur a nota inobedientiæ, *deciſ.82. num.22.*
*Terminus* ad parendum inobedienti aſſignatur magis, vel minus juxta diſtantiam locorum, *deciſ.82. num.18.*
Et proinde à die intimationis faciendæ in Partibus, *ibidem*.
*Terminus* paritioni præfixus non impedit, quin paritio poſſit anticipate præſtari, *deciſ.47. num.41.*
Alia ad materiam prædictarum concluſionum vide ſupra in verb. *Declaratoria*.

PAROCHIA.

*Dicitur* unica, licèt conſiſtat in Domibus, vel ſuper perſonis alibi, quàm in proprio Circumdario conſparſis, *deciſ. 69. num.8.*
*Eccleſia* Parochialis fundata ex fidelium largitionibus, ſeù Eleemoſynis regulariter confertur per Concurſum, *deciſ.14. num.11. & deciſ.47. ſub num.1. §. Attamen, & ſub n.6. §. Nihilo*.
Alia ad materiam vide ſuprà in verb. *Concurſus*.
*Eccleſia* Parochialis præſumitur ſemper, & uſque ab initio introductæ Chriſtianæ Fidei adfuiſſe in Terra, vel Caſtro populato, *deciſ.55. num.1.*
*Eccleſia* Parochialis ſi de facto habeat duos Rectores, ad evitandam Poligamiam ſpiritualem præſumendum eſt, Curam habitualem penès unum reſidere, & penès alterum ſolam actualem, *deciſ.47. ſub num.11. §. Atque*.
Intellige, ut *num.13.*
*Jura*, & emolumenta Parochialia diſtinguuntur à Præbendis, & redditibus Eccleſiæ Curatæ, *deciſ.55. num.10.*
*Parochiæ* de Jure ſemper inter ſe diſtinctæ præſumuntur, *deciſ.78. num.40.*

PAROCUS.

*Amovibilis* non bene regulariter paſcere valet Oves non ſuas, quaſve in proprietate non habet, *deciſ.78. num.33.*
Semperque melius eſt, quod Parochi ſint perpetui, quàm amovibiles, *ibid. ſub num.34. §. Laudatur*.
*Collator*, quantum poteſt, curare debet, ut ponatur Rector, ſeù Parocus, qui ſit gratus Populo, *deciſ.18. num.26.*
*Duæ* Parochiæ nequeunt ab uno, eodemque Paroco retineri abſque diſpenſatione Apoſtolica, *deciſ.14. num.14.*
*Duo* Parochi in una, eademque Parochia eſſe non poſſunt, *deciſ.14. num.20.*
Contrà, *num.21.*
Declara, ut *num.22. 23. & 25. & deciſ.47. num.13. & deciſ.55. ſub num.11. §. Ejuſdem levitatis*.
*Duo* Parochi ſi inter ſe contendant ſuper exercitio Jurium Parochialium reſpectu alicujus Domus ſitæ in Confinio utriuſque Parochiæ, quid agendum? *deciſ.18. num.16.*
*Habitare* non tenetur prope Eccleſiam Parochialem, ſed ſufficit, ut inhabitet intrà limites Parochiæ, *deciſ.78. num.96.*
Intellige, id procedere, quandò non habet Domum commodam, & capacem prope Eccleſiam Parochialem, alias ſecùs, *num.97.*
*Parochiani*, qui contribuunt manutentioni Rectoris, ſeù Parochi, congruum eſt, ut concurrant ad illius electionem, ſeù præſentationem, *deciſ.3. num.17.*
*Quarta* funeralis Paroco debita, vide infrà verb. *Quarta*.

PATER.

*Dotare* tenetur proprias filias, *deciſ.94. num.17.*
*Et filius* ſi ſimul Dotem Nurus, & Uxoris reſpective recipiant, ſi Pater omnia adminiſtrabat, ad ipſum ſolùm pecunia perveniſſe præſumitur, *deciſ.5. num.22. & 23.*
Amplia, licet non probetur verſio in utilitatem Paterni patrimonii, quia adhùc per antipartem filius Uxoratus Dotem deducere poteſt, *ibid. dicto num.23.*
*Reſtituere* tenetur Dotem favore Nurus, licet ſimpliciter intervenerit illius receptioni factæ per filium, *deciſ 5. n.18.*
An autem priùs excuti debeat filius, quàm Pater, vide *ibid. num.20.*
Et quid, ſi ſolus Pater exegerit Dotem filio aſſignatam, an tunc filius ullo modo teneatur ad illius reſtitutionem, *ibid. num.21.*
*Stipulari* poteſt pro filiis abſentibus, ac etiam naſcituris, iiſque per conſequens actionem acquirere, *deciſ.75. n.57.*
Exemplifica in Emphyteuſi à Patre recepta pro ſe, & filiis, *num.58. & 59.*
Neque in his terminis requiritur ulla filiorum acceptatio, vel ratificatio ad hoc, ut eis quæſita dicatur actio ex ſtipulatione Patris, *num.60.*
Niſi Pater ſtipulatus fuiſſet pro filiis cum promiſſione de rato, *num.61.*
*Succedit* filio defuncto una cum ejus Sororibus, abſque eo, quod valeat retinere bona materna jure Peculii, *deciſ.57. num.35.*
*Tenetur* de Jure ad ſe obligandum pro Dote, quæ per filium recipitur, *deciſ.5. num.19.*
*Teſtari* poteſt ad ſui libitum favore cujuslibet extranei, ſalvâ legitimâ filiorum, *deciſ.57. num.21. & deciſ.77. num.7.*

PATRONI.

*Alternativam* præſentandi per Turnum an fieri valeat inter plures Patronos uno eorum diſſentiente, *deciſ.18. num.28.*
Et quid, ſi jus præſentandi ſpectet ad plures non uti ſingulos, ſed uti Collegium, an tunc major pars abſorbeat minorem, *ibid. num.29. 31. & 32.*
*Conditiones* quaſcumque ſibi magis bene viſas poſſunt apponere in fundationibus Beneficiorum, *deciſ.38. num. 9.*
*Diſcordantes* in præſentando an cogi valeant ad incundam inter ſe alternativam, *deciſ.18. ex num.14. uſque ad 19.*

*Laici*

*Laici* habent quattrimeſtre ad præſentandum, *deciſ.52. ſub num.3. §. Numerando.*

*Præſentantes* extrà legitimum tempus, vel præſentantes indignum, non ideò amittunt jus præſentandi in aliis ſucceſſivis vacationibus, *deciſ.58. num.19.*

*Præſentare* poſſunt Epiſcopo plures perſonas unico contextu, ed hoc, ut ille ſeligat meliorem, *deciſ.52. num 5.*

*Præſentantes* ſcienter indignum cadunt pro illa vice à jure præſentandi, *deciſ.72. num.3.*

Et ex hoc capite poteſt à quolibèt extraneo impetrari Beneficium à Sede Apoſtolice, *num.5.*

*Tranſactio* facta inter Compatronos bona fide ſuper Juſpatronatus ſuſtinetur, etiam in præjudicium ſucceſſorum ex propria perſona ad illud vocatorum, *deciſ.18. num.30.*

*Variare* poſſunt in præſentando, per modum tamen cumulativum, non verò privativum, *deciſ.52. num.4. & 6.*

Unde Patronus poſt factam unius præſentationem nequit ad illius excluſionem devenire ad præſentationem alterius, *num.7.*

Limita, quoties prima præſentatio aliqua nullitate laboraret, prout etiam quoties prior præſentatus foret indignus, vel aliàs incapax aſſequendi Beneficium, *num 8.*

Ac etiam declara, quod èxceptio, quod Patronus poſt primam præſentationem nequiverit alium privative præſentare, non poteſt ab alio opponi, quam à primo præſentato, *ibid. num.15.*

Et de ratione, *num.17.*

PATRONUS.

*Laicus* licet regulariter poſt primam præſentationem non poſſit ad aliam diverſam devenire, tamen aliquando etiam ſecunda admittitur cum Clauſule -- *Si, & in quantum* -- *deciſ.28. ſub num.12. §. Et ex bis.*

Alia circà facultatem variandi in præſentando vide in proxime præcedenti Rubrice.

*Præſentans* idoneum, ſi ſucceſſive præſentet alterum inhabilem, aut indignum, nullum irrogat præjudicium primo præſentato, *deciſ.72. num.18.*

*Præſentans* ad Beneficium perſonam inhabilem non amittit jus præſentandi, dummodò alium idoneum præſentet infrà quattrimeſtre, *deciſ.72. num.24. & 25.*

Intellige in præjudicium Ordinarii, non verò alterius habilis præſentati ab aliis Compatronis, *num.26.*

*Præſentans* indignum præſumitur ignoraſſe ejus vitia, & defectus, donec aliter probetur, *deciſ.72. num.29.*

*Præſentare* poteſt ad Beneficium vacans per mortem naturalem, vel civilem, *deciſ.83. num.34.*

Non obſtente, quod adſit de medio reſignatario, quæ tamen detegatur nulla, *ibid.*

PAUPER.

*Præferendus* eſt diviti in aſſecutione Beneficii, *deciſ.85. numer.35.*

Dummodò hæc qualitas paupertatis plene, & concludenter probetur, *num.36.*

PEDES.

*Ligatos* habens, ſi ei removeatur vincula, an facultatem ambulandi cenſeatur habere à ſolvente vincule, an vero à natura per remotionem obſtacoli, *deciſ.32. num.60.*

POENA.

*Augeri* debet àd menſuram contumaciæ, *deciſ.51. num.2.*

*Auxiliator* non debet puniri majori pœna, quàm principalis delinquens, *deciſ.41. num.19.*

*Cauſa* quælibet, etiam fatue, & beſtialie, excuſat ab incurſu pœnæ, *deciſ.72. num.34.*

*Inflicta* etiam ipſo Jure exigi non poteſt, niſi præcedat Sententiæ declaratoria delicti, eaque ſit valida, & juſta, *deciſ.32. num.26.*

Exemplifica in pœna Confiſcationis ipſo Jore incurrendæ in vim legis, aut præcepti, vel Edicti, *num.27.*

*Interpretatio* quælibet poſſibilis capienda venit pro excluſione pœnæ, *deciſ.72. num.33.*

*Non exigitur* abſque interpellatione, non obſtante, quod fuerit præfixus terminus ad aliquid faciendum ſub certa pœna in caſu non adimplementi, *deciſ.72. num.32.*

*Non intrat*, ubi non adeſt delictum, *deciſ.82. num.63.*

POENITENTIA.

*Non* admittitur, quandò fuit petita, & obtenta à Principe licentia aliquid faciendi, *deciſ.18. num.40.*

Exemplifica in eo, qui petiit à Superiore Eccleſiaſtico licentiam reſignandi Beneficium, nàm eâ obtentâ pœnitere non poteſt, *ibid.*

PENSIO *Eccleſiaſtica.*

*Commoditas* Penſionis Eccleſiaſticæ cadit ſub hypotheca Creditorum Penſionarii, *deciſ.75. num.3.*

*Exceptio* extinctionis Penſionis quandò attendatur, nec nè in Judicio ſummariiſſimo poſſeſſorio, *deciſ.30. num.10., & num.15. 29., & 30.*

*Extinguitur* per Matrimonium à Penſionario contractum, *deciſ.30. num.1.*

Et de ratione, *ibid. num.11.*

Amplia, ut *num.12. & 13., & num.40. & 54.*

*Impoſita* ſuper Beneficio, quod poſtmodùm Penſionarius in titulum acquiſivit, an reviviſcat, ſi idem Penſionarius deinde renonciet, aut reſignet ipſum Beneficium, *deciſ.63. n.19.*

*Indultum* retinendi Penſiones in ſtatu Conjugali, quod concedi ſolet Conclaviſtis, vel Familiaribus Papæ, quomodò regulariter concipiatur, remiſſive, *deciſ.30. num.24.*

*Indultum* retinendi Penſiones in ſtatu Conjugali, tanquàm exorbitans, nullam patitur extenſionem, ſed ſtrictiſſime ſemper debet interpretari, *deciſ.30. num.28.*

PENSIONARIUS.

*Manutenendus* eſt in quaſi poſſeſſione exigendi Penſionem non obſtante exceptione Matrimonii per eum contracti, & de ratione, *deciſ.30. num.29.*

Amplia, ut *ibid. num.30.*

Declare, ut *num.31. & ſeq.*

*Reſtituere* tenetur Titulari omnes terminos, quos exegit poſt contractum Matrimonium, *deciſ.30. num.36.*

Adeòut ab hac reſtitutione nullatenùs eum eximat prætextus bonæ fidei, & de ratione, *num.37.*

Et vide etiam ſupra in verb. *Fructus quoad reſtitutionem.*

PERICULUM.

*Rei* venditæ, vide in verb. *Venditor.*

PERITIA.

*Extrajudicialis* non attenditur, *deciſ.91. num.12.*

*Standum* eſt Peritiæ, à qua neutra ex Partibus appellavit, *deciſ.63. num.14.*

PERITUS, PERITI.

*Judex* potèſt pluries devenire ad electionem Peritorum pro meliùs indagande veritate, efformandoque ſecuriori Judicio, *deciſ.64. num.9. & num.28.*

PERMUTATIO *Beneficiorum.*

*Concurſus* requiſitus in proviſione Parochialium non impedit, quin duo Parochi poſſint inter ſe permutare, *deciſ.35. numer.29.*

*Facta* quandò cenſeatur in fraudem futuræ vacationis, & habentium expectativas, *deciſ 35. num.28.*

*Fieri* poteſt coram Ordinario, *deciſ.35. num.20. & 14.*

*Nihil* aliud eſt, quam mutua quædam reſignatio, & ſubingreſſus unius in Beneficium alterius, *deciſ.35. num.19.*

*Pacta* inita inter Permutantes non attenduntur, neque præjudicant, quandò non fuerunt à Pontifice approbata, *deciſ.79. num.20. & 31.*

*Pactum* ſolvendi Decimas, onera, & Collectas initum inter duos Permutatarios ſuorum Beneficiorum, quandò ſubſtineatur, *deciſ.79. ſub num. 6. §. Inter cætera.*

Et an hujuſmodi pactum extendatur ad Decimas, vel Collectes non ſolutas ab eorum antéceſſoribus, *ibid.*

*Reſignatio* providet perſonis, non Beneficiis, permutatiò verò providet Beneficiis, non perſonis, *deciſ.35. num.22.*

PETITIO *hæreditatis.*

*Fructus* in Judicio petitionis hæreditatis veniunt uſque ab initio, *deciſ.49. num.42. & deciſ. 6. num.4.*

Videlicet à die obitus illius hæreditate agitur, *utrobique ibid., & deciſ.98. num.31.*

Limita dupliciter, ut in *dicta deciſ.98. num.32, & 33.*

*Judicium* petitionis hæreditatis poteſt uno, eodemque tempore ab hærede intentari unâ cum Judicio poſſeſſorio immiſſionis, *deciſ.49. num.41.*

PETITORIUM.

*Expenſa* factæ in Judicio poſſeſſorio refici debent à ſuccumbente, antequam audiri valeat in petitorio, *deciſ.81. n.11. & 12.*

*Poſſeſſorium* non attenditur, quoties abſorbetur à petitorio claro, *deciſ.30. num 7.*

*Suſpenſio* petitorii præſupponit, illud fuiſſe ab initio in litem deductum, *deciſ.4. num.4.*

*Suſpenſio* Petitorii non attenditur, quotieſcumque intentans idem petitorium fatetur, & admittit, ſe non poſſidere, *deciſ.30. num.8.*

Idque frequenter practicatur in materia Penſionis, ſi Titularis non controvertat poſſeſſionem Penſionarii, *num.9.*

POSSESSIO.

*Adepta* in vim Mandati habentis Clauſulam -- *Sine præjudicio habentium meliora, & potiora Jura* -- reſolvitur ſtatim ac conſtat de meliori, ac potiori jure alterius, *dec.46. n.14.*

*Capta*

*Capta* lite pendente eſt attentata, *deciſ.87. num.9.*

Idemque eſt de poſſeſſione capta in ſpretum inhibitionis, *ibid. num.43.*

*Centenaria* quem effectum producat, vide ſupra verb. *Centenaria.*

*Continuata* præſumitur, donec contrarium probetur, *deciſ.26. num.11.*

*Continuata* præſumitur in vim tituli præambuli, donec de contrario titulo doceatur, *deciſ.26. num.14.*

*Effectus* poſſeſſionis non tollitur ex ſequeſtro, & occupatione facta per Fiſcum, *deciſ.36. num.43.*

Et de ratione, *num.46.*

*Intermedia* præſumitur probatis extremis, adeout non ſit neceſſe illam probare in ſingulis Annis continuatam, *dec.36. num.42.*

*Probatur* ex publico Inſtrumento ſuper illius adeptione ſtipulato, *deciſ.26. num.10.*

*Probatur* ex locationibus effectum ſortitis mediante exactione penſionum, vel affictuum, *deciſ.26. num.13.*

*Probatur* ex Inſtrumentis locationum, ac depoſitionibus Teſtium, *deciſ.52. num.20*

*Quadragenaria* quem effectum producat favore poſſeſſoris, *deciſ.92. num.41.*

*Rei conventi* probatur ex ipſamet inſtantia facta per Actorem, ut is dimittat rem controverſam, *deciſ.9. num.37.*

POSSESSOR.

*Favore* poſſeſſoris in dubio eſt reſpondendum, *deciſ.92. numer.22.*

POSSESSORIUM.

*Cumulatio* poſſeſſorii cum petitorio concedi non poteſt à Signatura Juſtitiæ, ſed ſolum Signaturæ Gratiæ, *deciſ.30. num.41.*

Quandò autem, & ex quibus circumſtantiis concedi ſoleat, *ibid. num.42. 43. & 57.*

Et quomodò in hoc propoſito reſcribere ſoleat Sacra Rota in Cauſis Penſionum, de quarum neſſitere, vel extinctione ſit quæſtio, *ibid. num.44.*

*Cumulatio* poſſeſſorii cum petitorio ſolet regulariter denegari, ſub ea ratione, nè poſſeſſor cogatur aſſumere partes Actoris, *deciſ.30. num.45.*

Et ideo ubi Actor paratum ſe offert juſtificare fundamentum ſuæ intentionionis, admitti debet hujuſmodi cumulatio, *num.46.*

*Cumulationi* petitorii cum poſſeſſorio eſt locus, quandò poſſeſſor eſt Forenſis, & ideò difficilis redderetur recuperatio ſoleti, *deciſ.30. num.47.*

*Non attenditur*, quoties abſorbetur à petitorio claro, *dec.30. num.7.*

*Vertens* coram uno Judice non impedit, petitorium agitari poſſe coram alio Judice, *deciſ.37. num.7.*

POSTULATIO.

*Neceſſaria* eſt, non autem cadit electio, quoties eligendus patitur defectum ætatis, aut alterius legitimi impedimenti, *deciſ.86. num.31.*

PRÆCEDENTIA.

Vide etiam in verb. *Matricitas.*

*Confraternitatum* præcedentiam, & ordinem in Proceſſionibus præſcripſit San: Mem: Gregorius XIII., *deciſ.25. in princ.*

Hujuſmodi controverſiæ præcedentiarum diſcutiuntur tàm in Rota, quàm in Sacra Congregatione Rituum, *ibid. ſub num.7. §. De reliquo.*

Alia ad materiam præcedentiæ inter Confraternitates, vide ſupra verb. *Confraternitas.*

*Conſuetudo* primum locum ſibi vindicat in materia præcedentiæ, *deciſ.25. num.13. & num.25. & 26.*

Amplia, etiamſi eſſet contrà Jus commune, *ibid. n.14.*

*Conſuetudo* Juri contraria in materia præcedentiarum debet plene, & concludenter ab allegante probari, *deciſ.25. num.3.*

Et probata non ſuffragatur, niſi ſit ſaltem quadragenaria, *num.4.*

*Judicium*, & determinatio Ordinarii plurimum attenditur in materia præcedentiarum, *deciſ.25. num.6.*

*In nominatione* debetur antiquiori, & de ratione, *deciſ.47. num.22. & 27.*

Idemque procedit in ſeſſione, aliiſque actibus publicis, vel privatis, *in Præfat. num.32. & deciſ.55. num.14.*

*Vicarius Generalis* an, & quandò præcedere valeat Dignitatibus, & Canonicis Paretis, *deciſ.25. num.23. & 24.*

PRÆDIA.

*Contigua* præſumuntur eſſe ejuſdem bonitatis reſpectu productionis fructuum, *deciſ.13. num.15.*

PRÆJUDICIUM.

*Reſultans* in neceſſariam conſequentiam actus voliti, & permiſſi, non habetur in conſideratione, *deciſ.75. num.24.*

PRÆLATURA.

*Fundatio* perpetuæ Prælaturæ pro illis de Domo, & Familia tendit in decorem, ac ſplendorem ipſius Familiæ, *deciſ.36. ſub num.8.*

PRÆLEGATA.

*Non veniunt* ſub fideicommiſſo poſtmodùm in aliis bonis ordinato per illa verba — *negl'altri miei beni* — *deciſ.66. num.4.*

Et remiſſive de materia, an, & quandò prælegata veniant in reſtitutione fideicommiſſi, vide *ibid. num.20.* ubi plene referuntur de hac quæſtione tractantes.

*Prælegatum* relictum in cauſam legitimæ non recincidit ex conjecturata mente Teſtatoris in fideicommiſſum, niſi pro ea rata, quæ excedit legitimam, *deciſ.66. num.22.*

PRÆSCRIPTIO.

*Æquiparatur* à nonnullis *Doctoribus* piſcationi Anguillarum, *deciſ.96. num.16.*

*Completa* integraliter eſſe debet, itàut alias excludatur per unum ſolum diem, qui deficiat, *deciſ.42. num.18.*

*Conſuetudo*, & præſcriptio tantum habent de potentia, quantum de actu, *deciſ.78. num.63.*

*Eſt* materia odioſa, *deciſ.60. num.2.*

*Inchoata* contra defunctum continuat, & currit etiam contrà ejus hæredem, *deciſ.96. num.22.*

Niſi hæres ſit minor, quia tunc vel præſcriptio contrà eum non continuat, aut ſaltem adverſus illam reſtituitur in integrum, *num.23.*

*Interrumpitur* etiamſi ſit tricenaria, quandò executio eſt jam incæpta, *deciſ.41. num.52.*

*Lis* ſuperveniens interrumpit præſcriptionem non adhùc completam, *deciſ.78. num.62.*

*Major* ſemper requiritur inter abſentes, quàm inter præſentes, *deciſ.26. num.25.*

*Negligentia* eſt mater præſcriptionis, & ideò, ea ceſſante, non habet locum præſcriptio, *deciſ.42. n.17. & deciſ.96. num.20.*

*Non currit* agere non valenti, *deciſ.26. num.28.* ubi exemplificatur.

Limita, quandò impedimentum potuit removeri, *n.29. & 31.*

Et quandò dicatur impedimentum poſſe removeri, *numer.30.*

*Non currit*, vel ſaltem inefficax redditur contrà Pupillos, & Minores, *deciſ.42. num.16. & deciſ.96. num.21.*

*Reſtitutio* in integrum an detur adverſùs præſcriptionem centenariam, vide ſuprà verb. *Centenaria.*

*Statutaria* Urbis facit præſumere ſolutionem poſt lapſum 16. Annorum, quoties nulla præceſſit inſtantia, vel mutatio ſtatus ex parte Creditoris, *deciſ.26. num.3.*

Taliſque præſcriptio ligat etiam Exteros, & Forenſes in eadem Urbe litigantes, *num.4.*

*Via executiva* quandò, & quomodò præſcribatur, vide infrà verb. *Via executiva.*

PRÆSENTATIO.

*Anterioritas* præſentationis non deſumitur ex illius data, ſed ab exhibitione facta coram Ordinario, *deciſ.52. num.9.*

*Antidata* ſuſpicio an, & quandò conſiderari valeat in præſentatione ad Beneficium, vide *deciſ.70. num.12. & ſeqq.*

*Exhibita* in Actis Cancellariæ Epiſcopalis, debet conſtare, à quo fuerit exhibita, *deciſ.70. num.5.*

*Fieri* debet in capita, quandò agitur de Jurepatronatus gentilitio, *deciſ.52. num.27.*

Intellige, ut *num.28. & 33.*

*Fieri* an valeat per ſortes, vide ſuprà in verb. *Electio*, & infrà verb. *Sors.*

*Jus*, ſeù quaſi poſſeſſio præſentendi licet quoad factum non tranſeat in hæredem ultimi præſentantis, tranſit tamen quòad hoc, ut ejus præſentatus obtinere valeat inſtitutionem, ſeù adjudicationem Beneficii, *deciſ.83. num.46.*

Vide etiam *ibid. num.50. cum duobus ſeqq.*

Et an differat ad hunc effectum, ſi agatur de diverſa qualitate Beneficii, gentilitii ſcilicet, vel hæreditarii, *ibid.*

Si autem Beneficium debeatur habenti aliquam qualitatem, purà ſenioris, Nobilioris, cum ſimilibus, non tranſit quaſi poſſeſſio præſentandi in non juſtificantem hanc qualitatem, *ibid. num.53.*

Amplia, ut *num.54. & 55.*

Limita, ut *num.56.*

*Major* numerus vocum attenditur in præſentationibus, dummodò præſentatus non ſit indignus, nulla habita ratione meri·

Digitized by Google

meriti, quod attenditur io electionibus taotùm, *deciſ.52. num.3.*

Sed vide *ibid. num.25.*

*Obſervantia* admodùm attenditur circà modum præſentandi, *deciſ.52. num.34.*

Ex illa præfertur, quæ provenit ex facto Fundatoris, vel eſt proxima fundationi, *num.35.*

*Præventiva* ante vacationem Beneficii non ſubſtinetur, *deciſ.52. num.24.*

*Revocari* poteſt à Patrono, donec illa fuerit exhibita coram Ordinario inſtituere debente, *deciſ.70. num.3.*

*Ultimus* ſtatus attenditur in Jore præſentandi, *deciſ.51. numer.21.*

*Voces* præſentantium diverſimodè computantur, quando Juſpatrònatus competit Familiæ per Capita, & quandò competit ad ratam hæreditatis, ſeu bonorum, *deciſ.52. n.22, & 23.*

PRÆSENTATUS.

Diſpoſitio *Text. in cap. Avaritia, de Elect. in 6.* procedit etiam contrà præſentatos ad inferiora Beneficia, *deciſ.95. num.23.*

*Habens* pro ſe majorem partem vocum Familiæ, ad quam ſpectat Juſpatronatus, dicitur habere omnes voces ipſius Familiæ, *deciſ.52. num.1.*

*Habere* dicitor Jus ad rem, *deciſ.64. num.24.*

Niſi fuiſſet præſentatus ſub conditione, tunc enim non poteſt diti habere Jus ad rem, niſi purificata conditione, *n.25.*

*Perſonaliter* debet comparere coràm inſtituere debente, *deciſ.70. num.6.*

Intellige, id procedere in Præſentato ad Beneficium Curatum, quod requirit examen, ſerùs in Præſentato ad ſimplex Beneficium, is enim etiam abſens poteſt inſtitutionem obtinere, *num.7.*

Dummodò præſentationem de ſe factam acceptaverit, eamque ſaltem per Organum Procuratoris exhibuerit coram Ordinario, *num.8.*

*Sufficit*, quod ſit capax, & idoneus de tempore exhibitæ præſentationis coram Ordinario, licet talis non eſſet de tempore datæ ipſius præſentationis, *deciſ.52. num.10.*

PRÆSUMPTIO.

*Juris*, & de Jure æquipollet plenæ, & perfectæ probationi, *deciſ.30. num.49.*

Et transfert onus probandi contrarium in allegantem, *deciſ.94. num.46.*

*Juris reſiſtentia* militans contrà aliquem efficit, ut ille debeat præſumptionem ſibi reluctantem contraria probatione de medio tollere, *deciſ.10. num.33. & deciſ.51. n.24.*

*L. Quintus Mutius ff. de donat. inter Vir, & Uxor.* quandò non procedit, vide infrà verb. *Uxor.*

*Multiplicatio* præſumptionum in eodem facto oon admittitur, *deciſ.8. num.11.*

*Nequit* allegari, quoties veritas militat in oppoſitum, *dec.26. num.16.*

*Præſumptio* præſumptionis non admittitur, niſi una veniat in conſequentiam alterius, *deciſ.55. num.3.*

PRÆSUPPOSITUM.

*Factum* ab eo, qui diſponere poterat, habet vim diſpoſitionis, *deciſ.93. num.26.*

PRÆTERITIO.

*Filiorum* reſultat, ex quo Pater reliquit illis in cauſam legitimæ aliqua bona, quæ credebat ad ſe ſpectare, & poſteà detecta ſunt aliena, *deciſ.48. num.4. & 5.*

*De nullitate* Teſtamenti ex cauſa præteritionis Aſcendentium, vide plenè, ac remiſſive in *deciſ.48. ſub num.13, §. Deciſio hæc, cum ſeq.*

PRÆTIUM.

*Quantitas* pretii regulariter deſervire ſolet ad finem dijudicandi, quid fuerit compræhenſum in venditione, *deciſ.69. num.11.*

Sed id non procedit ſemper, & invariabiliter, cum habeat ſuas fallentias, de quibus remiſſivè in *deciſ.91. num.9.*

*Quantitas* pretii rei venditæ poteſt remitti in arbitrium Peritorum, abſque eo, quod ob id impediatur translatio Dominii in Emptorem, *deciſ.80. num.4.*

*Retractum* ex deliberatione ritè, rectèque facta præſumitur juſtum, donec contrarium probetur, *deciſ.80. num.51.*

*Retractum* eſt re hypothecata non ampliùs ſubjacet eidem hypothecæ, *deciſ.96. num.61.*

PRIMITIÆ.

*Communitas*, quæ nulla bona poſſidet, non tenetur ad Decimas, vel Primitias, *deciſ.39. num.4.*

*Cura* Animarum habitualis an, & quandò arguatur ex perceptione Primitiarum, *deciſ.47. num.12, & 15.*



*Debentur* illi Paroco, in cujus Territorio bona exiſtunt, *deciſ.39. num.21.*

Limita, ſi in contrarium adſit legitima conſuetudo, *numer.22.*

*Poſſunt* ex conſuetudine, vel privilegio deberi etiam illi, qui non ſit Parocus, *deciſ.47. num.15.*

*Præſtatio* Primitiarum, ſecluſa conſuetudine, provenit à Jure Divino, *deciſ.39. num.2.*

*Præſtatio* Primitiarum an ſit debitum voluntarium, vel potiùs obligatorium, ſeù de præcepto, *deciſ.39. num.18. & 19.*

Præſertim, quandò concurrit conſuetudo illas præſtandi, *num.20.*

*Reſervari* ſolent Eccleſiæ Matrici, ſcilicèt nova fuerit erecta Parochia pro commoditate habitantium, *deciſ.39. n.21.*

PRIMOGENITURA.

*Omnem* favorabilem meretur interpretationem, tamquàm tendens in decus Familiæ Teſtatoris, *deciſ.92. num.10.*

PRIMOGENITUS.

*Succeſſor* in Primogenitura, nullamque habens cauſam à Primogenito anteceſſore, non tenetur ad debita per ipſum anteceſſorem contracta, *deciſ.79. num.14.*

PRINCEPS.

*Actio* naſcitur ex nudo pacto, quandò agitur cum Principe, *deciſ. 8. num.39.*

*Aſſertio* Principis Supremi emiſſa in aliquo ordine, vel mandato, & ſic in actu proportionato, oequit in dubium revocari, *deciſ.16. num.12.*

*Curare* debet, ut ſua Officia venalia io juſto pretio conſerventur, *deciſ.30. num.77.*

*Debet* habere unum Calamum, & unam linguam, *deciſ.18. num.41.*

*Declaratio* Principis ſuper aliqua lege, vel Statuto prævalet cuicumque opinioni Doctorum, *deciſ.11. ſub num.21.*

*Derogare* non ſolet juri Tertii, *deciſ.64. num.6.*

*Permittere* non debet, quod ex proprio facto ejus Officiales præjudicentur in exactione ſuorum emolumentorum, & jurium, *deciſ.30. num.69.*

*Sæcularis* an habeat jus opponendi contrà Electum ad aliquam Dignitatem Eccleſiaſticam, ex capite, quod ſibi ſit juridice ſuſpectus, *deciſ.86. num.13.*

*Utitur* jure privati in materia Contractuum, *deciſ.30. n.72.*

PRINCIPATUS.

*Totus* Orbis Catholicus conſtituit unum Principatum, habito reſpectu ad fidem Orthodoxam, *deciſ.32. ſub num. 35. §. Fruſtraque.*

PRINCIPES.

*Non ſolent* pandere arcana, ſive ſecreta propriarum Curiarum, *dec.32. ſub num.33. §. Minùſque.*

Neque ſolent permittere publicationem Actorum in delictis læſæ Majeſtatis, *ibid.*

PRINCIPIUM.

*Sublato* principio dari nequit principiatum, *deciſ.34. n.20.*

PRIOR.

*In tempore*, eſt etiam potior in Jure, *deciſ.52. num.14.*

PRIVILEGIUM.

*Communicatio* privilegiorum quid operetur inter Ordines Regulares, *deciſ.61. num.17.*

*Competens* uni ex litigantibus an, & quandò ſuffragetur aliis litis Conſortibus, *deciſ.71. num.50. & 51.*

*Competens* uni ex pluribus litis Conſortibus, qui abſit cauſâ Reipublicæ, non impedit, quin contra alios poſſit in Cauſa procedi, *deciſ.71. num.56.*

Et declarantur in hoc propoſito *Authoritates*, quæ videntur in contrarium urgere, *num.57. & 58.*

*Conceſſum* Scholaribus, à fortiori militat ſavore actu legentium, *deciſ.62. num.12.*

*Conceſſum* ſemper intelligitur ſine præjudicio Juris Tertii, *deciſ.79. num.2.*

*Conceſſum* Univerſitati, vel Collegio nequit à Principe tolli, ſeù aliàs àlterari in gratiam unius, vel alterius de ipſa Univerſitate, vel Collegio, *deciſ.30. num.68.*

*Perſonale* non eſt ceſſibile favore alterius, *deciſ.97. n.40.*

Neque etiam eſt tranſmiſſibile, *num.41.*

PROBATIO.

*Dubia*, & æquivoca non relevat, *deciſ.89. num.37.*

*Facta* per libros, & ſcripturas prævalet contrariæ probationi quæ fiat per Teſtes, *deciſ.30. ſub num.71.*

*Regula* -- non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe -- adducitur in *deciſ.50. ſub num.16. §. Quodque propè fin.*

PROBATIONES.

*Anguſtiandæ* non ſunt, ſed de facili admittendæ, *deciſ.35. num.5. & deciſ.58. ſub num.2. & deciſ.73. num.1.*

Limita, quandò incontinenti conſtat, probationes oblatas omninò irrelevantes, & infructuoſas eſſe pro victoria Cauſæ, *d. deciſ.73. num.2.*

*Concludentes* requiruntur in omni materia fraudem, & dolum præſeferente, *deciſ.88. num.7. & 8.*

*Intentio* unius Partis ſufficienter probata, non poteſt elidi, niſi per contrarias urgentiſſimas probationes, *deciſ. 55. num.5.*

*Tendunt* ſolummodò ad inſtruendum animum Judicis, ut faciliùs valeat cognoſcere veritatem, *deciſ.33. num.7.*

PROCURATOR.

*Certioraſſe* præſumitur ſuum Principalem de re gravi, *deciſ.65. num.8.*

*Conſtitui* debet a Principali abſente à loco Judicii, aliàs contrà eum in Cauſa proceditur, *deciſ.86. num.11.*

*Ad contrahendum* conſtitutus, cenſetur revocatus per conſtitutionem alterius Procuratoris, niſi tamen Tertius bona fide contraxiſſet cum primo Procuratore, non habens notitiam, quod fuerat revocatus, *deciſ.68. num 36.*

*Contractus* ſcienter initus cum Procuratore à Jure, vel ab homine revocato, non valet, *deciſ.68. num.24.*

*Contrahens* cum Procuratore habente facultatem à Principali, non debet inquirere, in quam cauſam ipſe pecuniam convertat, *deciſ.68. num.27.*

*Ad lites* ſimpliciter conſtitutus, nequit per Contractum, & præſertim fructiferum, obligare Mandantem, *deciſ. 68. num.8.*

*Mandatum* à pluribus eodem contextu factum, an importet in Procuratore facultatem obligandi Conſtituentes in ſolidùm, *deciſ.68. num.5.*

Et quid, ſi à diverſis perſonis diverſa ſint confecta Mandata in caput ejuſdem Procuratoris, *num.6.*

*Mandatum* ad ſuſcipiendas pecunias ad Cambium pro indigentiis Mandantis ex quibus Clauſulis cenſeatur Procuratori conceſſum, *deciſ.68. num.7.*

*Matrimonium* contractum cum Procuratore revocato non obligat Mandantem, licet revocatio non fuiſſet intimata alteri Parti contrahenti, *deciſ.68. num 37.*

*Pecunia* ſolutæ per Procuratorem ad certam Cauſam conſtitutum, præſumuntur habitæ à Principali, *deciſ. 68. n.14.*

*Poteſt* facere ea omnia, quæ ſecundùm naturam rei veriſimiliter ipſemet Principalis feciſſet, *deciſ 68. num.32.*

*Procuratores* nuncupati *de Collegio* præcedunt aliis Procuratoribus ſcribentibus in Rota, *deciſ.17. num.21.*

*Procuratores* plures quandò ſunt conſtituti in eadem Charta, vel Inſtrumento, tunc unus ſinè alio nulliter agit, neque obligat Mandantem, *deciſ.68. num 38.*

Limita, ſi adſit Clauſula, *inſolidùm*, vel alia æquipollens, *num.39.*

Quæ autem Clauſulæ æquipolleant dictioni *inſolidùm*, *num.40. & 41.*

Limita etiam, quandò duo, vel plures Procuratores fuerunt ad certum præciſum finem deputati, quia tunc unus illorum implendo mentem Mandantis rectè agit, *n.42.*

Limita etiam in rebus Mercantilibus, in quibus ratione Commercii quiſque ex pluribus Procuratoribus cenſetur inſolidum conſtitutus, *num.43.*

Limita denìùm in Mandatis Procuræ Romæ ſtipolatis, quia in Formulario adeſt Clauſula *inſolidùm*, *num.44.*

*Scientia* Procuratoris dicitur ſcientia Domini, ſeù Principalis, *deciſ.65. num.6.*

Limita, quando agitur de re nimis præjudiciali, *num.7.*

*Sententia* lata contra Procuratorem dominium litis effectum valet, etiamſi Principalis mortuus fuerit, *dec.71. num.43.*

*Specialis* in Cauſa ſemper citari debet, etiamſi adſit Procurator generalis, *dec.78. num.24.*

PRODIGALITAS.

*Curator* ex capite prodigalitatis regulariter datur maribus, non Fœminis, & de ratione, *deciſ.44. num.47. & 49.*

*Eſt* ſpecies furoris, *deciſ.44. num.27.*

Prout pariter ſpecies furoris eſt contrarium vitium extremæ avaritiæ, *ibid.*

*Judex* decretum interponens in Contractu præſeferente prodigalitatem, & improvidam diſſipationem, graviter peccat, *deciſ.44. num.44.*

Ideoque prodigalitas in Contractu Mulieris excluditur ex decreto Judicis, qui illum tamquam utilem approbavit, *num.45.*

*Minime* reſultat ex erogatione modicæ ſummæ in vanas, & fruſtratorias expenſas, *deciſ.44. num.46.*

*Præſumitur* eſſe nota Vicinis, aliiſque Conſanguineis, qui propterea examinari debent, *deciſ.44. num.47.*

*Quando* reſultet, nec ne ex diſtractione bonorum, vel Locorum Montium, *deciſ.44. ſub num.42. §. Quo autem; ſub num 45. § Remanet.*

*Teſtes* deponentes de prodigalitate, & amentia, debent cauſam ſcientiæ reddere, & quidem præciſam, & concludentem, *deciſ.44. num.38*

*Teſtes* de ſana mente deponentes præferuntur aliis de improvida prodigalitate teſtantibus, *deciſ.41. num.42.*

PRODIGUS.

*Æquiparatur* furioſo, & mentecapto, & de ratione, *deciſ.44. num.32.*

Rurſus æquiparatur Pupillo, *ibid. num 48.*

*Curator* ad hoc, ut detur Prodigo, quæ requirantur, remiſſive, *dec.44. n.30.*

Et ſignanter ad hunc effectum debet aſſ. prodigalitas concludenter, & univoce juſtificari, *ibid. num.31.*

Et probationes deſuper adductæ debent eſſe immunes à qualibet ſuſpicione mali animi, vel intereſſe Conſanguineorum aſſ. Prodigi, *num.33.*

*Quis* vere, & proprie dicatur, *dec.44. num.39. 40. 41. & 43.* ubi multipliciter exemplificatur.

PRODUCTIO.

Clauſula – *in parte, & partibus* – non juvat, quando quis utitur ſcriptura producta pro fundanda ſua intentione, *deciſ.66. num.17.*

*Spontanea* productio Inſtrumenti, vel alterius ſcripturæ licet caſſatæ, vel correctæ, removet ſuſpicionem falſitatis, *deciſ.58. ſub num.12. §. Juvit.*

PROFESSIO *Fidei*.

*Plura* de profeſſione Fidei expleri ſolita a noviter admiſſis ad Dignitates, & Officia tam prophana, quam Eccleſiaſtica, vide remiſſive *in Præfat. num.78.*

PROFESSIO *Regularis*.

*Judicium* ſuper prætenſa nullitate Profeſſionis agitari ſolum debet inter Religioſum, ac Religionem, non vero inter Religioſum, ejuſque Conſanguineos, *dec.99. n.6*

Non attento, quod Conſanguinei poſſint habere intereſſe pro ſubſtinenda validitate Profeſſionis, quia hujuſmodi intereſſe tamquam ſecundarium non attenditur, *num 7.*

Niſi tamen Cauſa prætenſæ nullitatis Profeſſionis reperiretur commiſſa cum Clauſula – *vocatis, vocandis*, quia tunc pro validitate Judicii neceſſe foret citare etiam Conſanguineos, *num.8. & num 34*

Et in hoc caſu iidem Conſanguinei poſſent appellare à Sententia lata ſuper nullitate Profeſſionis, *num.9.*

Fortius, ſi eadem Sententia expreſſe reintegraret Religioſum ad bona, & jura renunciata, *num.10. & 36.*

Et de praxi *Sacræ Congregationis Concilii*, quæ paſſim in hiſce cauſis mandat citari Conſanguineos Religioſi, *n.32.*

Et an de Jure Conſanguinei veniant hujuſmodi Cauſis citandi, quando eorum intereſt, ut Profeſſio declaretur valida, *num.33. & 35.*

*Sententia* lata ſuper nullitate Profeſſionis, non citata Religione, eſt inſanabiliter nulla, *dec.99. n.11.*

PROHÆMIUM.

*Declarat* voluntatem diſponentis, *dec.62. num.2.*

*Pars* prohæmialis regulariter indicat, ac deſignat veram intentionem, & animum Contrahentium *dec 90. num.17.*

PROHIBITIO.

*Alienationis* conſecutiva an præcedens fideicommiſſum, illud non extendit, *dec.46. num.35.*

*Moleſtiarum*, ſeu moleſtandi, vide ſupra verb. *Moleſtia*.

*Verba* prohibitionis perſonaliſſima non patiuntur extenſionem, *deciſ.29. num.32.*

PROMISSIO.

*De donando* habetur pro vera, & perfacta donatione, quoties pro ejus perfectiones alterius factum non exigitur, *deciſ.34. num.1.*

Idemque eſt de promiſſione renunciandi, quæ habet vim veræ, & effectivæ renunciationis, *num.2.*

Adeout ex ſimilibus promiſſionibus oriatur actio tanquam ex Contractu effectuato, & undequaque perfecto, *n.3.*

*Qualibet* reſtringenda eſt ad tempus Contractus, *dec.27. n.9.*

PROTESTATIO.

*Nihil fieri, niſi facto verbo in Rota*, quid operetur, *dec.5. Annot. in princ. & num.9.*

PROVISIO.

*Legis* facit ceſſare proviſionem hominis, *dec.30. n.73.*

PROXENETÆ.

*Fides* Proxenetarum in materia Inveſtimenti probant, etiam ſi non ſpecificent particulariter perſonas, & occaſiones, *dec.65. num.20. & 21.*

PROXIMIOR.

*Vocatio* proximioris expirat primo admiſſo, deficientibus contra-

Digitized by Google

tractis conjecturis, *dec.46. num 32.*

PROXIMIORES.

*Citatio* Proximiorum fieri ſolita ad hoc, ut interveniant Contractui Mulieris, debet fieri perſonaliter, & cum expreſſione Contractus, omniumque ejus circumſtantiarum, *dec.54. num.15., & 23.*

Sed reſpectu Citationis, quod non requiratur executio perſonalis, ſed ſufficiat, quod exequatur Domi dimiſſa copia, *ibid. num.22.*

Et reſpectu circumſtantiarum Contractus ineundi, declara, ut *num.24.*

*Conſenſus* proximiorum requiritur in Contractu Mulieris ad integrandam illius perſonam, *dec.54. num. 4.*

*Contractui* commode intervenire poſſe non cenſetur ille Conſanguineus, qui eſt Judex, vel Curiæ Præſtatus, & quare, *decis. 54. sub num.27. §.Profecto.*

*Exiſtentia* Proximiorum in loco celebrati Contractus non ſufficit, niſi etiam plene probetur, quod eidem Contractui potuiſſent commode intereſſe, *decis.54. num.27.*

Et quidem in præciſa die initi Contractus, *ibid. & n.28.*

*Impugnans* validitatem Contractus Minoris, vel Mulieris ob defectum interventus Proximiorum, quid teneatur probare, *deciſ.94. num.6 7. 8., & 29.*

*Omiſſa* citatio Proximiorum in Contractu geſto inter Mulierem, & Forenſem, potius adſcribi debet culpæ ipſius Mulieris, quam quod exinde corruat Contractus, *dec.54. n.26.*

Non enim Forenſis tenetur ſcire Arborem Conſanguinitatum alienæ Familiæ, *ibid.*

PRUDENTIA.

*Eſt* omnium aliarum virtutum Regina, *dec.32. ſub n 4.*

PUBLICATIO *in genere*.

*Conſtitutiones*, & Bannimenta Papæ, ejuſque Officialium in quibus locis affigantur, ſeu publicentur, remiſſive, *in Præfat. num.70.*

PUBLICATIO *in Beneficialibus*.

*Bulla* fel. mem. Gregorii XIII. *de publican. reſignat.* qua ratione emanaverit, *dec.62. num.1.*

*Gratia* Coadjutoriæ an ſit publicanda, vid. in verb *Coadjutoria.*

*Habetur* pro facta in ſndium Capituli, vel alterius, qui impedimentum præſtitit, ne illa fieri poſſet, *dec.62. n.4.*

An autem, & coram quibus teneatur Reſignatarius facere diligentias pro removendis impedimentis ſibi illatis, *ibid. num.5.*

# Q

QUALITAS.

*ADjecta* diſpoſitioni, ipſam diſpoſitionem declarat, *deciſ.69. num.27.*

*Adjectas* in fine orationis, refertur ad omnia præcedentia, *decis.86. num.103.*

*Juſtificari* debet, quoties vis non ſtat in ſubſtantia actus, ſed in ejus qualitate, *deciſ.100. num.62.*

*Maſculinitatis*, vide ſupra in verb. *Maſculinitas.*

*Nomen.is* nullæ ſunt qualitates, *dec.68. n.4., & dec.89. n.31. & dec.100. num.54.*

*Quæ ſufficit* capacem ſuccedendi, ſufficit, quod concurrat de tempore apertæ ſucceſſionis, *dec.100. num.7.*

*Vocatus* ſub duplici qualitate copulative requiſita, excluditur, ſi unam tantum habeat de tempore apertæ ſucceſſionis, *dec.100. num.25.*

QUANTITAS.

*Probatur* levioribus probationibus, quoties de ſubſtantia, vel credito in genere non dubitatur, *dec.11. num.14.*

QUARTA.

*Funeralis* Paroco de quibus debeatur, *dec 49, num.63.*

*Vxori* inopi debita, vide in verb. *Vxor.*

QUIETANTIA.

*Seu Receptum* recte probat ſolutionem, *dec.88. num.10.*

*Seu Recepta* ſolet regulariter remanere penes Debitorem, *dec.89. num.39.*

# R

RATIFICATIO.

*ADitio* hæreditatis importat ratificationem ejus, quod defunctus geſſerat nomine adeuntis eum, vel ſine promiſſione de rato, *dec.75. num 62.*

*Contractus* nulliter geſti facta per Minorem non ſubſtinetur ceſſante præciſa ſcientia talis nullitatis, *dec.54. num.32.*

RATIO.

*Aſſignari* nequit de omnibus, quæ non ſtituta ſunt a noſtris majoribus, *dec.42. ſub princ.*

*Ceſſante* ratione legis, ceſſat etiam ipſa lex, *dec.72. n.31.*

Similiter ceſſante ratione diſponendi, ceſſat, & ipſa diſpoſitio, *dec.86. num.109.*

*Dicitur* Anima legis, *dec.65. num.22.*

*Præteriti* ſcire futura docet, *dec.50 n 70., & dec.98. n.17.*

RAVENNA.

*Annalibus* Eccleſiæ Ravennaten. quæ fides ſit præſtanda, *deciſ.55. in princ. §.Nullum.*

REAPTATIONES.

*Domorum* quomodo valutentur, vide ſupra in verb. *Expenſa.*

RECOGNITIO.

*Bonæ fidei* operatur, ut Contractus factus cum uno perinde habeatur, ac ſi initus fuiſſet cum eo, cujus favore fit recognitio, *deciſ.63. num 39.*

*Bonæ fidei*, ſeu ratificatio Contractus facta pro exoneratione Conſcientiæ, quando illum convalidet, *dec.54. ſub n.6. §. Atque ex his, uſque ad n.9.*

*Copiſtæ* extrajudicialiter atteſtantes circa identitatem, vel diverſitatem manus per comparationem nullam fidem merentur, & de ratione, *dec.22. num 18.*

*Epiſtolarum* miſſivarum ſufficit, ut fiat per Teſtes habentes notam manum ſcribentis, *dec.51. num.29.*

*Judex* Compulſorialis nequit extra nullitatem ſe ingerere circa recognitionem manus, ſeu characteris, quo ſcripta ſunt jura compulſanda, *deciſ.47. num.5.*

*Manus* eſt materiæ totaliter Judici arbitraria, *decis.8. n.35.*

*Manus* per comparationem dicitur experimentum fallax, & periculo plenum, *dec.8. num.2., & dec.22. n.32. & 33.*

Et quas formalitates requirat, *d. deciſ.8. num.3.*

Et quibus mediis, ſeu modis de Jure fieri debeat hujuſmodi recognitio, *ibid. num.25., & d.dec.22. n.34., & 35.*

*Manus* per comparationem eſt adeo periculoſa, & fallax, ut parum ſteterit, quin Imperator Juſtinianus illam omnino prohibuerit, *deciſ.29. num.4.*

Unde in Judicii raro omnium, & circumſpecte deveniendum eſt ad hujuſmodi recognitiones, *num 5.*

Et de ratione, *ibid., & num.6.*

*Manus* per comparationem, tanquam remedium ſubſidiarium, admitti non debet, quoties aliunde conſtare poteſt de veritate Characteris, & Scripturæ, *deciſ.29. num.7.*

*Manus* per comparationem debet fieri cum ſcripturis certis, & indubitatis, *deciſ.8. num.27.*

Iſte tamen modus eſt omnino ſubſidiarius, & requirit præcedens Juramentum, non habere jurantem alios modos probandi, *ibid. num.28.*

*Manus* per comparationem facta poſt interpoſitam appellationem a Decreto de recognoſcendo, eſt attentata, *dec.47. n.6.*

*Manus* per comparationem non admittitur, quando ſcriptura eſt ſuſpecta, vel alias continet inveriſimilia, *deciſ.8. n.36., & 37.*

Quando autem, & ex quibus Scriptura ad hunc effectum dicatur ſuſpecta, & inveriſimilis, vide *ibid. ex num.39. uſque ad fin.*

*Manus* per comparationem non admittitur, quando agitur de ſumma relevanti, *deciſ.8. num.38.*

*Manus* Teſtatoris per comparationem, in quibus caſibus admiſſa fuerit ad elidendam poſſibilitatem ſuppoſitionis alterius Schedulæ Teſtamentariæ, *dec.29. n.8. 10, & 12.*

*Manus* per Teſtes illam notam habentes admittitur concurrentibus aliis adminiculis, ſecus eis deficientibus, *dec 8. n.33.*

*Manus* per Teſtes illam notam habentes admitti ſolet in actibus, ſeu Scripturis abſente Partes extractis, *dec.8. n.29.*

Item admitti ſolet in Schedula teſtamentaria, *ibid. n.30.*

Intellige tamen, & limita, ut *n 31., & ſeq.*

*Manus* per Teſtes, qui viderunt ſcribi illam ſcripturam, eſt in jure approbata, *d. deciſ.8 num.26.*

*Teſtamentum*, cujus veritas aliunde adminiculatur, non debet exponi fallaci experimento comparationis litterarum ſub prætextu recognoſcendi manum Teſtatoris, *deciſ.22. num.15., & 18.*

RECURSUS.

*Ad Judices Laicos.*

*Præſumitur* factus ab eo, de cujus intereſſe agebatur, *deciſ.42. ſub n 19. §.Cum itaque, & n.30. §.Et quamvis.*

*Vnus* ex pluribus recurrentibus ad Judices Laicos non evitat Cenſuras, ſi inquantum in ſe eſt, recurſui renunciet, niſi etiam omnino curet, quod & idipſum faciant ſui Conſocii, *deciſ.51. num.15.*

REDDITIO RATIONIS,

*In Cauſis* redditionis rationum Judex quandoque arbitrarie facit

facit compenſationem crediti, & debiti, *deciſ.15. ſub num.36 §. fin.* ubi vide caſum ſingularem.

*Credita* allegata per hæredem beneficiatum in actu redditionis rationis non attenduntur, niſi plene, & clare juſtificentur, *deciſ.45. num 7.*

*Facta* per hæredem beneficiatum abſque citatione Creditoris certi, qui præcedenter Mandata obtinuerat adverſus bona hæreditaria, ei minime ſuffragatur, *deciſ.10. num.7.*

*Inventarium* eſt caput & baſis redditionis rationis, adeout iſta ſine illo reddi non valeat, *deciſ 10. num.13.*

*Oblatio* ſerotine facta hæredem beneficiatum de reddendo rationem non attenditur, quoties ſæpius ad illam pulſatus devenire neglexit, *deciſ.10, num 12.*

Idemque fortius procedit, ſi hujuſmodi oblatio fiat in tertia Inſtantia, *deciſ.66. num.14.*

REDUPLICATIO.

*Perſonarum* formalium in uno, eodemque materiali ſubjecto paſſim admittitur, *deciſ.55. num.8.*

REFERENS.

*Non probat* abſque relato, *deciſ. 4. num.3.*

Fallit, quando in referente habetur tota ſubſtantia, vel tenor relati, tunc enim non eſt neceſſe de relato aliter docere, *ibid. num.5.*

R E G A L I A.

*Civitas* ſubdita non poteſt præſcribere Regalia, *dec.36.n.29.*

Et quæ nam liberæ Civitates in Italia poſſint præſcribere Regalia, remiſſive, *ibid.*

R E G U L A.

*Aurea*, vulgo *del trè*, quid ſit, & quando locum habeat, *dec.11. ſub num.14. §. Hæc autem, & dec.27. ſub n.1. §. Ex toto.*

*Habens* regulam contra ſe tenetur docere de limitatione, *dec.74. num.53.*

Quia regulæ ſemper ſtandum eſt, donec de limitatione doceatur, *dec.76. num.14.*

*Habens* regulam pro ſe ſufficit, ut dubiam reddat objectam limitationem, *dec.11. num.4., & dec.12. n.28.*

*Habens* regulam pro ſe, transfundit onus probandi contrarium in ſuum Adverſarium, *dec.82. num 35.*

*Limitatio* intelligenda venit in eiſdem terminis, in quibus regula procedit, *dec.95. num.19.*

*Nulla* eſt, quæ aliquam non patiatur exceptionem, ſeu limitationem, *dec. 100. num.83.*

*Si vinco vincentem te &c.* quando procedat, necne in Statutis, excluſivis fœminarum, *dec.12. ſub num.41.*

REGULARES *in genere*.

*Nequeunt* alibi dormire, quam in communi Dormitorio, *dec.78. num 98.*

*Nequeunt* aperire in eorum Conventibus Januas ſub prætextu exercitii Curæ Animarum, *dec.78. ſub num.98. §. Non autem.*

*Omnes* exempti ſunt a Juriſdictione Ordinariorum, *deciſ.74. num 43.*

Neque poſſunt ſive expreſſe, ſive tacite ſe ſe ſubmittere illorum Juriſditionis, *ibid num.54.*

*Superior* Regularis poteſt pro ejus libito transferre Religioſos ſibi ſubditos de uno ad alium Conventum, *dec.76. n.21.*

Sed bene facit idem Superior, ſi cauſam remotionis, ſeu tranſlationis non aperiat, *ibid. num. 7.*

*In Teſtes* inducti quoties repeti debent, & dubitatur, ne per Superiores amoveantur a loco, in quo depoſuerunt, quid agendum, & quale temperamentum fuerit deſuper a Rota practicatum, vide in *deciſ.33. ſub num. 5. §. Modus.*

REGULARES *in ſpecie*.

Vide etiam infra verb. *Religioſus*.

*Auguſtiniani*, Ciſtercienſes, & Fratres Minores quoad materiam Electionis, vide ſupra verb. *Electio*.

*Jeſuitæ* quoad lecturam Juris Canonici, vide ſupra in verb. *Jus*.

Et quoad exemptionem a ſolutione Decimarum, vide ſupra verb. *Decima*.

REINTEGRATIO.

Vide ſupra verb. *Deliberatio*, & verb. *Fructus quoad reſtitutionem*, & infra verb. *Spolium*.

R E L A T I O.

*Ordinariorum* relationes tranſmiſſæ Sacris Congregationibus Urbis, quæ eos conſuluerunt pro informatione, plurimum attenduntur, *deciſ.14. num.17.*

*Scriptura* non dicitur relativa ad aliam ex eo ſolum, quod illam enunciet, ſi deficiat Clauſula -- *ad quam* -- *& deciſ.63. num.25.*

Vide tamen *ibid. num.33.*

*Semper* fieri debet, ſingula ſingulis congrue referendo, *deciſ.57 num.9.*

Item ſemper facienda eſt ad cauſam magis probabilem, & propriam, *deciſ 63. num.13.*

R E L E V A T I O.

*A Moleſtiis*, vide ſupra verb. *Liberatio*, & verb. *Moleſtia*.

R E L I G I O S U S.

Vide etiam in verb. *Monacus*, & verb. *Regulares in genere*.

*Attentate* dimittens Habitum ſuæ Religionis tenetur illum reaſſumere pro effectu purgationis attentatorum, *dec.99. num.3., & num.20.*

*Egreſſus* e Religione quando recuperare valeat bona, quæ renunciavit, vel non, *deciſ.76. num 62.*

Et an recuperare valeat jura intermedio tempore alias quæſita ex cauſa emiſſæ per eum Profeſſionis, *dec.90. n.22.*

*Nequit* Habitum propria mantu dimittere non obtente prius ſe judicata ſuper prætenſa nullitate ſuæ Profeſſionis, *deciſ.99. num.13.*

Et an quilibet de Populo poſſit inſtare, ut Religioſus teneatur reaſſumere Habitum temere dimiſſum, *ibidem num.14. & ſeqq.*

Et an Judex valeat id ex officio decernere etiam nemine inſtante pro hujuſmodi reaſſumptione Habitus, *n.19.*

*Præſentare* an poſſit ad Juſpatronatus, & quando ſit capax Primogenituræ, & fideicommiſſi, *dec.4. n.52. cum duobus ſeqq.*

*Profeſſus* magis cenſetur diligere Religionem, quam Agnatos, *deciſ.76. num.56.*

R E L I Q U I Æ.

Vide ſupra in verb. *Laicus*.

R E M E D I U M.

*Extraordinarium* non adhibetur, ubi ſuppetunt remedia ordinaria, *deciſ 44. num 51.*

*Remedio* ubi opus eſt malo præſenti, parum juvant proviſiones, & temperamenta futura, *deciſ.76. num.19.*

R E M I S S O R I A.

*Concedi* regulariter ſolet in materiis prophanis, *dec.58. n.1.*

Datur tamen aliquando cum retardatione, vel ſine arbitrio Rotæ, *num.2.*

*Denegatio* Remiſſoriæ, vel Compulſoriæ non requirit ullam formalitatem expeditionis Cauſæ per Sententiam, aut Decretum, & quare, *deciſ 58. ſub n.8 §. Ut jam diximus.*

*Denegatur* ad probandam illegitimitatem Scripturæ, quæ per antea fuerat ab ipſo Remiſſoriam petente approbata, *deciſ.58. ſub n.12. §. Tranſeundo.*

*Denegatur* contra propriam confeſſionem, *dec.58. n.7.*

Prout etiam in materia objectiva, non dato fumo, *ibidem num.8.*

Rurſus denegatur in quarta Inſtantia, quando Cauſa eſt commiſſa cum Clauſula -- *cum Voto de tribus* -- *ibid. n. 10.*

Niſi tamen Remiſſoria peteretur ab eo, qui haberet pro ſe tres Sententias conformes, tunc enim illi concederetur, *ibidem num. 12.*

*Denegatur*, quando jam alias fuerunt examinati Teſtes, *deciſ.17. num.5.*

Item, quando articoli tendunt ad evertenda fundamenta Deciſionum in Cauſa editarum, *ibid. n.9.*

Rurſus denegatur, quando adeſt ſuſpicio calumniæ, *n.10.*

Idemque eſt, quando probatio materiæ articulatæ redderetur inutilis, *num.14.*

Item denegatur, quoties probatio haberi poteſt ex Libris, *deciſ.30. num.71.*

Pariter poſt tres conformes non datur Remiſſoria cum retardatione, *deciſ.58. num.3.*

Et de ratione, *num.4. & 5.*

*Fumus* ſemiplenæ ſaltem probationis requiritur ad obtinendam Remiſſoriam in materia objectiva, *deciſ.17. num.13.*

*Nova* Remiſſoria non conceditur ſuper eadem materia, quando Proceſſus pervenit ad manus Partis, propter periculum ſubornationis, *dec.17. n.8.*

R E N U N C I A T I O.

*Abdicativa* quid operetur, & quos pariat effectus, *deciſ.14. n.29., dec.48. n.22., & dec.84. n.41., & dec.90. n.6.*

Et quod ſit quædam anticipata repudiatio, *d. deciſ.48. ſub num.22.*

*Abdicativa* quantumcumque ſit, & realis, adhuc non excludit renunciantem, quando, nullo alio exiſtente, caperet Fiſcus, *deciſ.57. n.16., & 17.*

Idemque eſt, quando Bona emphyteutica, nullo exiſtente ex comprehenſis in renunciatione, devolverent ad Dominum directum, *num.18.*

*Bonorum* fideicommiſſariorum an comprehendat ea bona, quorum alienatio fuit a Teſtatore ſtrictiſſime prohibita, *deciſ.57. n.19.*



Digitized by Google

*Cauſa* impulſiva renunciationis ceſſante, non ideo reſolvitur renunciatio, quæ facta noſcitur ex alia cauſa finali, *dec.90. num.20.*

*Contemplatione* Dotis receptæ facta a Muliere favore ejus, qui nil de proprio in dotatione contulit, non ſuſtinetur, *deciſ.49. num.35.*

*Donatio*, aut renunciatio inita per Minorem occaſione ingreſſus in Religionem, an ſubjaceat ſolemnitatibus Statutaris, *deciſ.76. num.36., & num.41., & ſeqq.*, ubi contrariis reſpondetur.

Et an eædem Solemnitates Statuti requirantur, ſi Minor donet, aut renunciet poſt ingreſſum in Religionem de tempore Probationis, *num.40.*

*Expreſſio* bonorum paternorum, & maternorum, quando dicatur ſtare demonſtrative in renunciatione, non autem taxativa, *deciſ.57. num.39.*

*Facta* contemplatione certarum perſonarum, illis præmorientibus ſuperſtite renunciante, non reſolvitur, quoties apparent contemplati etiam hæredes, & Succeſſores renunciatariorum, *deciſ.57. num.27.*

*Facta* per filiam favore Patris cenſeri nequit perſonalis, & conſequenter reſoluta ob prædeceſſum ipſius Patris, qui per Teſtamentum alios ſibi hæredes inſtituit, *dec.57. num.28.*

*Facta* ſucceſſioni alicujus perſonæ viventis an, & quando pro ſui validitate requirat conſenſum illius, cujus hæreditati renunciatur, *deciſ.57. num.25. 26., & 30.*

*Facta* ſub conditione præſtandi Renunciatario aliquid annuum, aut vitalitium, eſt valida, *deciſ.89. num.23. §.Placuit.*

*Facta* per Monialem, ſive per Monaſterium ex perſona ipſius Monialis, eſt ſervanda, ſtante indubio uſu, quod Moniales in ingreſſu ſimiles inire ſoleant renunciationes, *dec.57. num.45.*

*Facta* per nubentem in Sæculo ex cauſa receptæ Dotis, in Dubio non cenſetur realis, ſed mere perſonalis, *dec.90. n.33.*

*Facta* occaſione ingreſſus in Religionem regulariter cenſetur realis, *deciſ.90. num.16., & 33.*

An autem poſſit in ſuis caſibus eſſe perſonalis, & quando, vide *in deciſ.15. num.18. 19., & 20., & d. deciſ.90. num.8. 9 & 21.*

*Facta* occaſione ingreſſus in Religionem, reſolvitur non ſecuta Profeſſione, *deciſ 76. num.57.*

Amplia, ut *num 58.*

Idemque eſt, quoties Profeſſio declaretur nulla, & invalida, *deciſ.99. num.5.*

*Facta* intuitu ingreſſus in Religionem, licet reſolvi valeat in caſu legitimi egreſſus, interim tamen manet in implicito ſtatu validitatis, *deciſ.90. num.23.*

*Facta* occaſione ingreſſus in Religionem non reſolvitur in caſu egreſſus, ſi habeat annexam cauſam conſervationis bonorum in Familia, *deciſ.15. num.25.*

*Fideicommiſſi* afficit non minus renunciantem, quam ejus hæredes, *deciſ.26. num.3., & 4.*

*Fideicommiſſi* ordinati ſub conditione *ſi ſine filiis* ad hoc, ut ſuum operetur effectum, requirit non ſolum præmorientiam renunciantis, ſed etiam filiorum, *deciſ.57. ſub n.9. §.Atque hæc.*

*Fideicommiſſi* non ſuffragatur renunciatario, ſed aperit viam aliis vocatis, ſtante præcepto Teſtatoris de illud non alienando, *deciſ.90. num.41.*

Intellige, id procedere, quando renunciatarius eſt perſona extranea, ſecus ſi ſit de compræhenſis in vocatione, quamvis exiſtat in gradu remotior, *num.42.*

Quo caſu ſaltem alienatio ſubſiſtit durante vita alienantis, *num.43.*

*Fieri* ſolit per fœminas occaſione Dotis receptæ, regulariter amplectitur tam paternam, quam maternam ſucceſſionem, *deciſ.12. num.10., & deciſ.34., num.4. & 5.*, ubi de ratione.

*Forma* inducta per *Sacrum Concilium Tridentinum* in donationibus, vel renunciationibus facien. per Novitios, ad quem effectum prodierit, *deciſ.76. num.34. & 35.*

Et an hujuſmodi forma ſit obſervanda in renunciationibus, quæ fiant ante ingreſſum in Novitiatum, *num.37. & 38.*

*S. Franciſcus Aſſiſien.* commendatur in propoſito renunciationis bonorum, quæ fuit realis, licet videretur perſonaliter facta ejus Patri, *deciſ.90. num.21.*

*Hæreditas* Renunciatarii regulariter non continetur in renunciatione, *deciſ. 15. num. 26. 27. & 28. & deciſ.34. ex num.21. uſque ad 25.*, ubi multipliciter exemplificatur.

*Inita* ex duabus, ſeù pluribus cauſis finalibus non corruit, licet una ex dictis cauſis ceſſet, aut non fuerit verificata, *deciſ.90. num.19.*

*Jus futurum* ex cauſa de futuro, quandò continetur in renunciatione, *deciſ.15. num.29*

*Læſio* in renunciatione regulatur ad normam *Text.in l.2. C. de reſcind. vendit.*, *deciſ.57. num.31.*

*Læſio* non cedit in renunciatione facta per filiam ingredientem Monaſterium, receptâ congruâ, & ſolitâ Dote, *deciſ.57. num.45. & 46.*, & prius *ſub num.23. §. Facto igitur.*

*Matris* non obſtat filiis in iis, quæ ipſis ex propria perſona debentur, *deciſ.49. num.37.*

*Non comprahendit* ea, quæ renuncianti præter omnem veriſimilitudinem obtigerunt, *deciſ.34. num.24.*

*Non extenditur* de perſona ad perſonam, neque de ſucceſſione ad ſucceſſionem, tamquàm ſtricti Juris, *deciſ.12. n.2. & deciſ.57. num.6.*

*Non operatur*, quominus renuncians poſſit in aliquo honorari ab eo, cujus bonis fuit renunciatum, *deciſ.12. num.11.*

*Obſervantia* ſubſecuta optime declarat, quid renuncians comprehendere intellexerit in ipſa renunciatione, *dec.34. n.9.*

*Parentes* ſolent procurare à filiis renunciationem ad effectum, ut libere poſſint diſponere de bonis ſibi renunciatis, *dec.57. num.43.*

*Perſonalis* evaneſcit, deficientibus perſonis in ea contemplatis, *deciſ.15. num.23.*

*Perſonalis* cenſetur, quandò ultrà expreſſionem perſonarum dicitur, quod ſit ob amorem erga illas, *deciſ.15. num.24.*

*Perſonalis*, & tranſlativa reſolvitur, ſi renunciatarius prædecedat renuncianti, *deciſ.90. num.7.*

*Perſonalis* dici nequit, quæ facta noſcitur alicui cum Clauſula -- *præſenti &c.*, *deciſ.90. num.12. 25. & 26.*

*Realis* an, & quandò expiret, deficientibus perſonis in ea contemplatis, *deciſ.48. num.29.*

*Realis* & abdicativa, ex quibus verbis, & clauſis cenſeatur, *deciſ.90. num.27.*

*Realis* potiùs, an verò perſonalis diiudicanda veniat, pendet ex Facti circumſtantiis à Judicis religione penſandis, *dec.90. num.14.*

*Realis*, & abdicativa præſumitur, quæ fit ab ingreſſuris in Religionem, *deciſ.84. ſub num.41.*

*Renunciatarius* inſtituendo hæredem ipſum renunciantem, cenſetur illum reintegraſſe ad bona, & Jura renunciata, *deciſ.90. num.15.*

*Renunciationes* factæ ab ingredientibus Religionem ſunt latè intelligendæ; ſecùs, quandò fiunt à nubantibus in Sæculo, *deciſ.57. num.38.*

*In renunciationibus* Monialium quandoquè magis attenditur cauſa dilectionis Paternæ, vel alia expreſſa in diſpoſitiva, quam illa ingreſſus in Religionem enunciata in parte prohœmiali, *deciſ.15. ſub num.21.*

Et in tali hypotheſi cauſa ingreſſus in Religionem dicitur potiùs occaſionalis, & impulſiva, quàm finalis, *ibidem ſub num.24. §. Advertendo.*

*Succeſſionum* uſque tunc purificatarum non trahitur ad alias expoſt purificandas, *deciſ.57. num.5.*

*Tranſlativa*, & inſimul abdicativa, ſeù extinctiva eodem tempore eſſe poteſt ad diverſos effectus, *deciſ.48. n.28.*

*Tranſlativa* ex quibus verbis, & Clauſulis cenſeatur, non verò abdicativa, *deciſ.48. num.26.*

*Tranſlativa* non compræhendit hæreditatem *ipſius Renunciatarii*, *deciſ.48. num.25.*

Et de ratione, *ibidem, & num.27.*

*Tranſlativa* quoad hæreditatem tertiæ perſonæ operatur, acſi renuncians adiret hæreditatem, illamque poſteà cederet Renunciatario, ſeù ejus hæredibus, *deciſ.48. num.24., & deciſ.84. num.42.*

## REPETITIO.

*Maſculinitatis*, vide in verb. *Maſculinitas.*

*Non amittitur* in odioſis. & pœnalibus, niſi adſint verba clara, *deciſ 69. num.26.*

## REPRÆSALIÆ,

*Perſonæ* Eccleſiaſticæ non compræhenduntur ſub Repræſaliis indictis occaſione Belli vertentis inter Principes Chriſtianos, *deciſ.86. num.54.*

## REPRÆSENTATIO.

*Æqualiter* procedit tàm in ſucceſſionibus fideicommiſſariis, quàm in iis, quæ ab inteſtato deferuntur, *deciſ.89. n.67.*

*Datur* favore deſcendentium in infinitum, niſi evidenter conſtet de contraria voluntate Teſtatoris, *deciſ.89. num.68.*

*Non datur* ceſſante expreſſa, aut ſaltem tacita vocatione, *deciſ.89. num.69.*

## RES.

*Inter alios* acta Tertio non præjudicat, *deciſ.26. num.18.*

## RESCRIPTUM.

*Acceptatum* non poteſt ampliùs impugnari, *deciſ.18. n.37.*

RE-

Digitized by Google

RESERVATIO.

*Dominii* ſupponit, illud remanſiſſe penès reſervantem, *deciſ.* 80. *num.*42.

*Intelligitur* tacita de eo, quod fuit renunciatum, vel donatum, *deciſ.*34. *num.*12.

*Jurium* admitti debet per Judicem in Sententia, quoties eadem reſervatio nemini præjudicat, *deciſ.*28. *num.*6.

RESIDENTIA.

*Abſens* excuſatur à reſidentia, ſi acceſſerit ad Curiam pro recuperandis fructibus ſibi à Capitulo, vel aliis denegatis, *deciſ.*82. *num.*47.

Eatenùs, multò magis procedere, ubi tractatur de periculo amiſſionis Beneficii, *num.* 48.

*Canonici*, aliique obligati ad reſidentiam per *Sacrum Concilium Tridentinum* mulctantur pœnâ amiſſionis medietatis fructuum, quoties non reſideant, vel etiam totis fructibus, *deciſ.*82. *num.*2.

*Canonicus*, vel Dignitas abſtinens ab intereſſentia, & ſervitio, poteſt mulctari pro illo ſervitio, ſed non per totum Annum, *deciſ.*82. *num.*54.

*Cappellanus* habens onus celebrationis Miſſarum per ſe ipſum, non dicitur habere Beneficium reſidentiale, *deciſ.*82. *n.* 33. & 37.

Amplia, licet teneretur intereſſe Divinis, quia hæc obligatio eſſet cauſativa, non ſimplex, & abſoluta, *ibidem*.

Maxime, quandò intervenit Diſpenſatio Apoſtolica ratione ſituationis ſub eodem tecto, *ibidem*.

*Cardinales*, tamquàm Conſiliarii Summi Pontificis, tenentur reſidere in Curia Romana, *deciſ.*86. *num.* 63.

Et quid, ſi habeant alias Dignitates reſidentiales, diſtingue, ut *ibidem*.

*Cardinales* Epiſcopi, qui in Curia Romana Papæ non aſſiſtunt, ligantur legibus, & Conſtitutionibus editis in materia reſidentiæ, *deciſ.*86. *num.*107.

*Cardinalium* exemptio à reſidentia in earum Eccleſiis &c. de qua reſidentia intelligi debeat, *deciſ.*86 *num.*108.

*Cauſa* defenſionis propriæ Præbendæ, ſeù Beneficii excuſat à reſidentia, *deciſ.*82. *num.*45.

*Cauſa* viſitandi jura, ac redditus, in caſu congruo, & neceſſario excuſat à reſidentia, *deciſ.*86. *num.*46.

*Concilium Tridentinum* in propoſito reſidentiæ derogavit Statutis, & conſuetudinibus, *deciſ.*82. *num.*4.

*Concilium Tridentinum* ſuper privatione fructuum, ſive diſtributionum in caſu non reſidentiæ, non procedit, quandò Dignitas, vel Canonicus habet ſuos fructus indiſtinctos à Menſa Capitulari, *deciſ.*82. *num.*50.

*De differentia* inter reſidentiam, & intereſſentiam ad finem lucrandi fructus Beneficii, *deciſ.*82. *num.*51.

*Dignitas* Archidiaconalis, vel alia, quandò ſit incomparibilis cum Canonicatu, *deciſ.*82. *num.*51.

Et quandò ex hoc capite non intret *Concilium* ſuper privatione fructuum, *ibidem*.

*Epiſcopus* non poteſt adjungere onus reſidentiæ, ubi non ſit, *deciſ.*82. *num.*52.

*Epiſcopus* nequit injungere Dignitatibus Capituli, niſi competens ſervitium, non autem continuum, & diuturnum, *deciſ.*82. *num* 55.

*Multiplex* eſt, & de ejus ſpeciebus, *deciſ.*82. *num.*65.

*Papa* non cenſetur immutare voluiſſe naturam Beneficii, & facere reſidentiale, quod non erat, *deciſ.*82. *num.*58.

Maxime, ſi id fecerit ad inſtantiam alterius, *ibidem*.

*Rota* non inquirit de pertinentibus ad Epiſcopum in materia reſidentiæ, ſed fulminat Cenſuras ex cauſa inobedientiæ ejus Judicato, *deciſ.*82. *num.*20.

*Statutum* conditum à Capitulo circa reſidentiam, venit omninò ſervandum, *deciſ.*86. *num.*105.

*Statutum*, vel conſuetudo circa reſidentiam etiam diſpenſando intelligitur, dummodò Eccleſia non careat ſuo ſervitio, *deciſ.*82. *num.*5.

RESIGNATIO *in Beneficialibus*.

*Beneficii* ad favorem certæ perſonæ fieri nequit coram Ordinario, & de ratione, *deciſ.*15. *num.*16. & 20.

*Beneficii* extorta per fraudem, & machinationem, irrita eſt, *deciſ.*83. *num.*20.

*Beneficii* facta per Patrem favore Tertii, qui deinde illud renunciet ad commodum ipſius filii, tamquam fraudolenta non ſubſtinetur, *deciſ.*31. *num.*17.

*Beneficii* de Jurepatronatus Laicorum non admittitur in Dataria abſque conſenſu Patroni, *deciſ.*35. *num.*1.

Niſi in caſu, quo lis inter Patronos vertatur ſuper pertinentia Juriſpatronatus, *ibidem num.*2., & *deciſ.*83. *n.*1.

Dummodò lis ſit vere, & legitime introducta, ſecùs autem, ſi mota ſit calumnioſe ad effectum extorquendi admiſſionem reſignationis, *dicta deciſ.*35. *num* 3., & 4., & *dicta deciſ.*83. *num.*2. 3. & 4.

Clauſula, *dummodo de tempore datæ præſentium non ſit alteri ſpecialiter Jus quæſitum*, præſervat jus illius, ad cujus favorem fuit admiſſa per Papam reſignatio, *deciſ.*72. *n.*23.

*Conſenſus* petitio, illiuſque denegatio cum ſucceſſiva reſignatione petentis, arguit, reſignationem ſubſequutam fuiſſe cum dolo, vel ita, ac machinatione *deciſ.*83. *num* 22.

*Conſtitutio B. Pii V.* la 58. prohibens Ordinariis admiſſionem reſignationum favore Conſanguineorum reſignantis, non comprehendit reſignationem, quæ fiat ex cauſa permutationis, *deciſ.*35. *num.*8. & ſeqq.

Et de diſparitate rationis verten. inter ſimplicem reſignationem, & illam, quæ ſequatur ex cauſa permutationis, *num.* 6. 18. 21. & 23.

Pròut pariter eadem Conſtitutio non comprehendit reſignationem Beneficiorum ſpectantium ad alterius electionem, præſentationem, ſeù nominationem. *num.*25.

*Facta* in perſonam commorantis in Curia, præcedentibus minis contra Patronos, facilius arguit fraudem, ac machinationem, *deciſ.*83. *num.*23.

*Fraus* arguitur in Reſignante, ſi Matrimonium contraxit paulò poſt reſignationem, *deciſ.*83. *num.*19. & 33.

Præſertim, quandò Reſignans ante contractum Matrimonium inſtitit pro conſenſu Patronorum ad finem obtinendi reſervationem Penſionis ſuper Beneficio, enim ſubſecuta talis conſenſus denegatione, *ibid. num.*31.

Et remiſſive adducuntur plures *Deciſiones Sacræ Rotæ* tractantes de reſignatione fraudulenta, *ibid. num.*57.

*Pacta* inita inter Reſignantem, ac Reſignatarium non attenduntur, neque præjudicant, quandò non fuerunt à Pontifice approbata, *deciſ.*79. *num.*30. & 31.

*Publicatio* reſignationis, Vide ſuprà in verb. *Publicatio*.

*Reſignans* ad favorem certæ perſonæ, non cenſetur voluiſſe abdicare à ſe Jus proprii Beneficii, niſi talis reſignatio habeat plenarium effectum, *deciſ.*72. *num.*1.

*Reſignans* ſcienter ad favorem perſonæ indignæ cadit à jure Beneficii, quamvis illud non acquiratur Reſignatario propter ejus incapacitatem, *deciſ.*72. *n.*2. & *n.*4 & 27.

Declara, dummodò probetur, quod Reſignans habuerit ſcientiam certam, & indubitatam hujuſcemodi indignitatis Reſignatarii, *ibid. num* 9. & 10. & *deciſ* 73. *num.*3.

Et dummodò etiam talis ſcientia probetur de præciſo tempore initæ reſignationis, & non alias ex poſt, *dicta deciſ.*72. *num* 17. & 18.

Amplia, ut ad effectum excuſandi Reſignantem, nè cedat à jure Beneficii, quælibet juſta cauſa ſufficiat ad præſumendam in eo ignorantiam indignitatis Renunciatarii, *num.*19.

Et quid, ſi Reſignatarius non ſit indignus, ſed ſimpliciter inhabilis ad aſſequendum Beneficium, an Reſignans in hoc caſu cadat à jure ſuo, *num.*24. & *num.*30.

RES JUDICATA.

Citatio *ad docendum de appellatione, ejuſque legitima proſecutione* requiritur ad finem, ut Sententia tranſeat in judicatum, quandò Reus non fuit perſonaliter ad illam citatus, *deciſ* 99. *num.*31.

*Exceptio* rei judicatæ impedit litis ingreſſum, *deciſ* 37. *n* 23.

*Exceptio* rei judicatæ oppoſita in vim dilatoriæ, quando valeat etiam opponi in vim peremptoriæ, *deciſ* 37. *n.*32.

*Exceptio* requirens altiorem indaginem non eſt apta retardare executionem rei judicatæ, *deciſ.*51. *num.*7.

*Exceptio* rei judicatæ, quandò non eſt clara, ſed dubia, poteſt reſervari per Judicem ad merita Cauſæ, *deciſ.* 37. *num.*29. & 30.

Debet tamen Judex expreſſe reſervare talem exceptionem ad merita Cauſæ, *num.*31.

An autem à tali reſervatione liceat appellare, necnè, *ibid. ſub d.d. num.*30. & 31.

*Exemplis* rerum judicatarum confirmantur aliæ ſimiles controverſiæ, *deciſ.*12. *ſub num.*18. §. *Nannulæ*.

*Facit* de albo nigrum, alioſque operatur effectus, de quibus in *deciſ.*76. *num* 4.

*Habet locum* non obſtante quacumque Principis Commiſſione, niſi in ſpecie dicatur — *non obſtante re judicata* — *deciſ.*27 *num.*24.

*Injuſtitia* operatur, ut Sententia nunquam tranſeat in rem judicatam, *deciſ.*50. *num.*1.

*Judex* debet præciſè ſuper re judicata pronunciare, quandò Pars hoc proteſtatur, *deciſ.*37. *num.*26.

*Judex* requiſitus debet prius pronunciare ſuper exceptione rei Judicatæ, licet ab ipſo reſervata ad finem Litis, *deciſ.*37. *num.*34.

Non

Digitized by Google

*Non oritur* de Jure cõmoni, niſi ex tribus Sententiis conformibus validis, & juſtis, *deciſ.81. num.4.*

*Reſcin*di non valet per novas probationes, *deciſ.58. num.11.*

*Reus*, ſi citatus non oppoſuit exceptionem rei judicatæ, ſibi præjudicavit, dum paſſus eſt de meritis Cauſæ cognoſci, *deciſ.17. num.25.*

*Sententia*, à qua non fuit appellatum, tranſit in rem judicatam, *deciſ 46. num.11.*

*Sententia* ad hoc, ut tranſeat in judicatum, quid requiretur ex parte ejus, qui illam obtinuit, *deciſ.31. num.19. & 20. & deciſ.99. num.31.*

*Tranſactio*, & renunciatio fraternizant cum re judicata, *deciſ.37. num.27.*

Ideòque debent per tres conformes de medio tolli, priuſquàm primæve jura valeant exerceri, *num.28.*

RESOLUTIO.

*Contractus* importat repoſitionem rerum in priſtino ſtatu, *deciſ.80. num.16.*

RESPONSIO.

*Interpretari* debet ad limites interrogationis, *deciſ.47. n.37.*

RESTAURATIO.

*Quandò* dicatur, & quandò mutatio ſtatus, *deciſ.78. n.88.*

RESTITUTIO *Fructuum*.

Vide ſuprà verb. *Fructus quoad reſtitutionem*.

RESTITUTIO *in integrum*.

*Datur* adversùs aditionem hæreditatis concurrente læſione, *deciſ.10. num.36. & 46.*

*Non conceditur* adversùs rem judicatam, niſi doceatur, quod præcedens Judicatum in Jure, vel in facto collabeſcat, *deciſ.26 num.1. & deciſ.78 num.2. & 3.*

*Quilibet* Judex concedere poteſt reſtitutionem in integrum contrà Sententiam injuſtam, abſque eo, quod opus ſit ad Principem recurrere *deciſ 63. num.24.*

RETENTIO.

*Hæredi* non competit ex capite antiquioris fideicommiſſi, quandò ejus poſſeſſio eſt vitioſa, ſeù alias reſoluta, ſed debet bona dimittere, poſteàque agere in ſeparato Judicio, *deciſ.46. num.19.*

*Manutentio* non retardetur per exceptionem retentionis pro credito turbido, & illiquido, *deciſ.7. num.21.*

RETRACTUS.

*Coactivus* non cadit ſuper Domo, in qua aliquis Sanctus olim habitavit, & de ratione, *deciſ.39 num.50.*

*Fructus* in Judicio Retractus non debentur Actori à die litis conteſtatæ, ſed ſolùm à die facti depoſiti de pretio rei retrahendæ, *deciſ.98. num.36.*

REVELATIONES.

*Emiſſa* in ſequelam litterarum Monitorialium non probant in Judicio, niſi revelantes formiter examinentur in figura Teſtibus, *deciſ.65. num.15.*

Limita, ſi contenta in hujuſmodi revelationibus aliunde adminiculentur, quia tunc poteſt Judex illis deferre abſque alia formali examine revelantium, *num 16.*

Præſertim, quoties agitur de revelatione facta ab aliquo Viro Eccleſiaſtico notæ probitatis, *num.17.*

REVISIO.

*Sententia* concedi non ſolet abſque probabili apparentia nullitatis, aut injuſtitiæ, *deciſ.85. num.16.*

REUS.

*Et poſſeſſor* ſufficit, ut aliquo modo dubiam reddat intentionem Actoris, *deciſ.36. num.25. & deciſ.94. num 50.*

*Reorum* eſt fugere Judicium, *deciſ.85. num.1.*, & prius *deciſ.17. ſub num.3. §. Cæterùm.*

ROMA.

Vide ſupra in verb. *Conſuetudo*.

ROMANDIOLA.

*Fidei* Evangelicæ introductio quandò, & per quem facta fuerit in Provincia Æmiliæ, ſeù Romandiolæ, *deciſ.55. in princ. §. Nullum, verſ. Undè.*

ROTA ROMANA.

*Antiquitùs* coadunabatur ter in hebdomada, *in Præfat. num.29.*

Poſteà autem de mandato Sa: me: Clementis VII. cæpit bis tantùm in qualibet hebdomada coadunari, & ità hodiè ſervatur, *ibid. num.30.*

*Auditores* Rotæ ſolent efformare votum affirmativum, aut negativum ſuper omnibus articulis in Cauſa cadentibus; Et ſi unus moveatur ex uno, & alter ex altero, quomodò tunc capiatur reſolutio, *deciſ.86. num.64. §. Aſt.*

Reliqua de Auditoribus Rotæ vide ſupra *litt. A.* verb. *Auditores Sac. Rotæ*.

*In caſu* inductæ paritatis Votorum omnium Auditorum in Cauſa ſuffragantium ſolet aliquandò reſcribere — *Placeret Concordiæ* — vel — *Fiat omninò Concordia* — *deciſ.68. ſub num 9. § Aſt.*

Et tali caſu ipſimet Auditores quandoque decernunt etiam modum, ſeù quantitatem concordandam, *ibidem, & §. ſeq.*, ubi nonnulla deſuper afferuntur exempla.

*Cauſas* modò non dividit in plura Dubia, prout antiquitùs practicabat, idque nunc facit pro breviori litium expeditione, *deciſ.21. num.23.*

Iſtaque eſt ratio, ob quam hodie Informationes, ac Deciſiones, ſunt regulariter prolixiores, *num.24.*

*In Cauſis* commiſſis *cum Voto*, vel *de Voto Rotæ* quomodò, & ſub quibus formalitatibus tale Votum publicetur, *deciſ.27. ſub num.4. §. Deciſio hæc.*

Hujuſmodi autem Commiſſiones fieri dumtaxat poſſunt per Papam, ejuſque Signaturam Gratiæ, niſi à Sacris Congregationibus Votum Rotæ fuerit ſponte requiſitum, *ibid.*

*Commiſſio* Cauſæ facta cum Clauſula -- *de Voto Rotæ* -- quid importet, & an differat à Commiſſione alicui facta, ut procedat *cum Voto Rotæ*, vide in *deciſ.27. num.5. & 6.*

*Concedit* aliquandò novam Audientiam ſuper uno capite, & quoad reliqua mandat expediri Cauſam, *deciſ.46. ſub numer. 20. §. In hac.*

*Concluſiones*, ſeù propoſitiones Juris rarò ſtabiliuntur à Sacra Rota citra præciſam neceſſitatem, vel opportunitatem Cauſæ, *deciſ.60. ſub num.9 §. Cæterùm.*

*Conciliata* quæ dicatur, & quare ità vulgò nuncupetur, *in Præfat. num.42.*

*Cordubenſis*, quæ ſit, & in qua die haberi ſoleat, *in Præfat. num.40.*

*Conſtitutiones* Pontificiæ vetant, nè Sacra Rota cognoſcat de Cauſis propriis illius Auditorum, vel eorum Familiarium, Conſanguineorum, & Affinium uſque ad certum gradum, *deciſ.71 num.10.*

An autem ad evitandam Cenſuram dictarum Conſtitutionum ſufficiat, quod Auditor abſtineat à votando in prædictis Cauſis, vel in actu illarum diſcuſſionis exeat ab Aula Rotali, *num.12. & 13.*

Et an hujuſmodi Cauſæ ſaltem de conſenſu Partium cognoſci valeant in Tribunali Sacræ Rotæ, *num.23.*

Et de differentia Rotæ, & Cameræ quoad cognitionem Cauſarum Conſanguineorum alicujus Auditoris, vel Clerici, *ibid. ſub num.16. §. Fortiùs.*

Et an prohibitio cognoſcendi Cauſas Conſanguineorum alicujus Rotæ Auditoris, locum quoque ſibi vindicet in caſu mixturæ intereſſe alterius Extranei, qui eidem Conſanguineo adhæreat, *ibid. ſub num.31. §. Videamus.*

*Contrarietas* Sententiarum Rotalium vindicatur à Scandalo, quod ſolet afferre aliquibus non bene callentibus modum, & ordinem Sac. Tribunalis, *deciſ. 68. ſub num. 8. §. Verùm.*

*Decanatus* Rotæ ſpectat ad antiquiorem ex Auditoribus in Curia præſentibus de tempore vacationis, *in Præfat. n.18.*

*Decanus* Sacræ Rotæ habet facultatem ſubrogendi alium ex Coauditoribus, qui Cauſam proponat in locum Ponentis ejuſdem Cauſæ interim defuncti, abſentis, aut ad Epiſcopatum, vel Cardinalatum promoti, *deciſ.96. in princ.*

*Denegat* novam Audientiam, & mandat expediri Cauſam exteoſa brevi Deciſione, ſi objecta adducta adversùs jam captam reſolutionem ſunt levia, *deciſ.46. ſub num. 20. §. In hac.*

*Dividitur* hodie in tres Turnos, & quæ de cauſa, *in Præfat. num.15.*

Et qua ratione contingat, ut ſæpius Judicatum ab uno Turno infirmetur ab altero, *ibid. num.17.*

*Dubia*, quæ in Rota proponuntur, ſemper habent annexam Clauſulam *in caſu &c.*, & quid iſta importet, *deciſ 37. num.14.*

*Dubia* non proponuntur in Rota, niſi ſaltem poſt Menſem à die illorum ſubſcriptionis, *in Præfat. num.67.*

*Dubium* quodlibet debet diſputari in Rota, Parte opponente, *deciſ.5. num.8.*

Intellige, ut *num.9. cum duob. ſeqq.*, & *deciſ.37. n.15.*

*Dubium* diſputandum deſumere ſolet vel à Commiſſione Signaturæ, vel ab antecedenti Judicato, *deciſ 83. num. 57.*

Et ſemper ſolet reſcribere ad formam Dubii, *ibid.*

Sed in ſententiando (quia Dubium habetur pro re extrajudiciali) ſequitur ordinem ipſius Judicati, & dantur exempla, *ibidem.*

*In Dubiis* bipertitis ſolet aliquandò reſpondere uni tantùm parti eorumdem Dubiorum, *deciſ.48. in princ., & n.1.*

*Exequi* tenetur, & ſolet Conſtitutiones Pontificias, cùm ejus Auditores ſint Adminiſtri, & Sanctæ Sedis perpetui Cappellani, *deciſ.80. num.11.*

Expe

Digitized by Google

*Expedire* regulariter non ſolet Cauſas per Sententiam intrà Menſem à die captæ reſolutionis, & quare, *deciſ.97. ſub num.7. §. Confirmatoria.*
Et quandò, ſecùs, *ibidem.*
*Facile* recedit à propriis reſolutionibus, ac Sententiis, ſi ità exigat Juſtitia, & quare, *deciſ.13. in princ.*, & *deciſ.67. num.5.*
*Ferias*, ſeù Vacationes ad præſens ſomit, & reſpective labores reaſſumit cum apertione Tribunalis differenter ab eo, quod antiquitùs practicabat, *deciſ.94. in princ.*
*Informationes* Facti, nec non *Summaria*, quæ in Rota porriguntur, ſubſcribi debent propriâ manu à Cauſarum Patronis, & quare, *deciſ.71. ſub num.1.*
*Informationes* verbales regulariter, excipit in diebus Mercurii, & Sabbathi, & qua ratione, *in Præfat. num.38.*
*Lites* in Sacro Rotæ Auditorio redduntur quandoque immortales ob incuriam Litigantium in illas proſequendo, *deciſ.42. num.19.*
*Magiſtra* omnium Doctorum, & Tribunalium reverà eſt, & nuncupatur, *deciſ.84. num.43.*
*Mandat* quandoque ſubminiſtrari per Actorem Reo convènto ſumptus neceſſarios pro expedienda Cauſa, *deciſ.67. n.26.*
*Mandat* quandoque expediri Cauſam non obſtante, quod adſit unica tantùm Deciſio, eaque edita in contumaciam alterius Partis, quæ informare non curavit, & quare, *deciſ.85. ſub num 15. §. Deciſio.*
*Martiniana*, quæ dicatur, & quare ità nuncupetur, *in Præfat. num.41.*
*Mirabilis* eſt ſollicitudo Rotæ, ſive illius Auditorum in ſtudio Cauſarum ob tàm arctum tempus, intrà quod illorum reſolutioni incumbere debent, *deciſ.89. ſub n.50. §. Prima.*
Præſertim ob ſimultanea munera, ſive occupationes, quæ eis incumbunt, *ibidem.*
*Non cogit* Partes ad expediendam Sententiam, quoties ſuccumbens in Cauſa, acceptando Deciſiones ſibi contrarias, liti legitime renunciavit, *deciſ.18. num.13.*
*Non pronunciat* Sententias in Corpore, ſed ſolus ille Auditor, cui Cauſa reperitur commiſſa, quivè dicitur Ponens, *deciſ.83. num.38.*
*Non reſpondet*, niſi ad ea, quæ ſub Dubio propoſito continentur, *deciſ.88. num.11.*
*Paſſim* diſputat per Dubia ſeparata negocium principale, ſeù petitorium, & inſimul manutentionem, *deciſ.81. ſub numer.4. §. Interea.*
*De Praxi* Tribunalis Sacræ Rotæ, qui tractent, remiſſive, vide *in Præfat. num.100.*
*Propoſitiones* Cauſarum quomodò, & quo ordine fiant in Rota, *in Præfat. num.19* & *50.*
*Proprias* Sententias, ſeù Mandata non exequitur poſt ſpatium 10. Annorum, ſed mandat denuò diſputari Dubium, *deciſ.42. num.6.*, & *num.50.*
Intellige, ut *num.51.* & *ſeqq.*
*Proteſtatio* — *Nihil fieri, niſi facto verbo in Rota* — quid operetur, *deciſ.5. in Annot. in princ.*, & *num.9.*
*Quandoquè* procedit ad expeditionem Cauſæ in vim ſecundæ Deciſionis, licet prima contraria præceſſerit, *deciſ. 85. num.17.*
*Quotannis* aperitur in primo die juridico Menſis Octobris, *in Præfat. num.1.*, & *num.97.*, ubi recenſetur ſolemnis Equitatus hac occaſione fieri ſolitus.
Sed parum tunc operatur, & quare, *deciſ.94. in princ.*
*Recurrendum* ſemper eſt ad Rotam pro declaratione ſui Judicati, *deciſ.88. num.4.*
*Reſcribere*, & judicare ſæpè ſepiùs ſolet contrà Partem informantem, licet altera minime comparuerit, ſeù informaverit, & de ratione, *deciſ.40. ſub princ.*
*Reſcribere* quomodò ſoleat, quoties poſt decretam expeditionem Cauſæ aliquis inſurgat ad impediendum effectum expeditionis, petendo ad Cauſam admitti ad excluſionem utriuſque Colligantis, *deciſ.89. ſub num.50. §. Redeundo.*
*Reſcribit* quandoque, ut Factum concordetur coram Auditore Ponente, ſeù Relatore Cauſæ, & quandò, *deciſ.71. ſub num.1.*
*Reſcriptum* Sacræ Rotæ — *ad Aquas* — refertur ad Menſem Octobris, *deciſ.94. in princ.*
*Reſcriptum* Rotæ — *Expediatur ad mentem* — quid importet, *deciſ.56. in Annot. in princ.*
*Reſcriptum* — *junctis Aulis* — idem importat apud Tribunalia Neapolis, ac penes Rotam illud — *Videant omnes* —, *deciſ.28 ſub num.8. §. Verùm.*
*Solet* aliquando ex officio examinare in Deciſionibus aliquem articulum, licet a Partibus derelictum in nova Cauſæ propoſitione, *deciſ.49. ſub num.3. §. Verum.*
*Solet* aliquando ordinare juxta qualitatem, ſeu arduitatem alicujus Cauſæ, ut Scripturæ diſtribuantur per aliquot dies ante illam ſolitæ Informationis, *dec.89. ſub n.51. §. Et ita.*
*Tribunal* Rotę ſilet Sede Apoſtolica vacante, *in Præfat. n.98.*
Et quid practicetur, ſi obitus Papæ contingat de tempore, quo Auditores incumbunt deciſioni Cauſarum in Aula Rotali, *ibidem.*
*Ubi* ſemel decrevit, quod aliqua Cauſa videatur a quinto, & ſexto ex Auditoribus in Turno conſidentibus, hoc intelligitur uſque ad totalem terminationem ipſius Cauſæ, *deciſ.93. num.13.*
*Venerari*, & ampl ecti ſolet Declarationes, ſeu Decreta Sacrarum Congregationum, *deciſ.72. num.7.*
Niſi tamen diverſitas circumſtantiarum aliud ſuadeat, *ibidem num.6.*
*Urbana*, quæ ſit Feria ſexta poſt Cineres, quare talis nuncupetur, *deciſ.25. num.7.*, & *deciſ.67. num.25.*

RUBRICA.

*Argumenta* à Rubrica non attenditur, quando plus continetur in Nigro, ſeu in corpore, *dec. 2. ſub n.25. §. Verum.*
Declara, ut *num.56.*
*Statuti* attenditur, quando habet orationem perfectam, *deciſ.12. num.56.*

# S

SACERDOS.

*DEpoſitio* Sacerdotis plurimum attenditur, *dec.65. n.9.*
Maxime, quando de facto proprio teſtificatur, *num.10.*
*Nemo* ordinari debet, niſi exiſtat proviſus de congrua ſubſtentatione, *deciſ.51. num.11.*

SALVIANISTA.

*Creditor* poſſidens in Salviano, vel titulo aſſociationis bona ſui Debitoris præſumitur integre ſatisfactus de ſuo credito, niſi probet negativam ejus integralis ſatisfactionis, *dec.97. num.10.*
Et talis negativa non probatur ex notula jurata per eum exhibita, quoties ipſe agit adverſus alia bona Debitoris ex capite non integræ ſatisfactionis *ibid. num.15.*
*Notulæ* juratæ exhibitæ per Salvianiſtam, vel Aſſociatarium ſtandum eſt circa quantitatem fructuum perceptorum ex bonis Debitoris, *deciſ.97. num.11.*
Amplia, licet talis notula in alio Judicio, vel Inſtantia fuiſſet minus juſte rejecta, *ibid. num.16.*
Non tamen impeditur Debitor juſtificare errorem, ſeu defectum talis notulæ, *ibid. num 12.*
Dummodo hujuſmodi error, aut defectus concludenter probetur, *num.13.* & *num.17.*
*Procedere* eu, & quomodo poſſit ad diſtractionem bonorum in proprietate, quoties per ſpatium decennii conſequi nequit ex fructibus ſatisfactionem ſui crediti, *deciſ.75. n.17.* & *deciſ.97. num.18.*

SALVIANUM.

*Competit* concurrentibus requiſitis, de quibus in *dec.50. n.2.*
*Competit* vigore crediti hypothecarii anterioris contra Tertium poſſeſſorem bonorum Debitoris, *dec.89. num.14.*
*Conceditur* ad hoc, ut Creditor ſibi de fructibus ſatisfaciat, *deciſ.75. num.15.*
Et ſic proprie dirigitur ad fructus, *dec.89. num 41.*
*Exceptiones* requirentes altiorem indaginem non attenduntur ad finem retardari immiſſionem petitam in vim Salviani interdicti, *deciſ.89 num.46.*
*Fructus* in Judicio Salviani non debentur a die litis conteſtatæ, ſed ſolum a die latæ Sententiæ ſuper immiſſione, *deciſ.98. num.37.*
*Immiſſio* ex remedio utilis Salviani dari poteſt pro indiviſo pluribus Creditoribus pari hypotheca ſuffultis, *dec.75. n.20.*
*Non competit* ſuper re, cujus Dominium non ſtabat penes Debitorem de tempore contracti debiti, *dec.50. n.8.*
*Paſſim* exercetur contra tertium poſſeſſorem ignarum hypothecæ per ejus Authorem impoſitæ, *dec.50. num.20.*

SANCTITAS.

*Conſiſtit* in excellentia Vitæ ſupra cæteros homines in beneficium Chriſtianæ Reipublicæ, *deciſ 39. num 47.*

SANCTI.

*Protectores* ſunt hominum, & Civitatum apud Deum, *deciſ.39 num.48.*

SAPIENS.

*Sapientis* eſt mutare conſilium in melius, *deciſ.70 num.2.*

SCANDALUM.

*Paſſivum*, quod aliàs *Phariſaicum* appellatur, gratiſque ſuſce-

Digitized by Google

ſuſceptum, nullatenus attenditur, *deciſ.76. num.16.*

SCIENTIA.

*Clara*, palpabilis, & inexcuſabilis requiritur, quando ex ea reſultat privatio proprii juris, *deciſ.72. num.9.*

*Futurorum* non datur in humanis, *deciſ.72. num.16.*

*Præſumitur* in his, quæ quis ſcire tenetur, *deciſ.95. num.25.*

*Præſumitur* de facili quoad ea, quæ ſunt notoria, *deciſ.72. num.12.*, & *deciſ.92. num.46.*

*Præſumpta* differt a ſcientia, quæ probatur ex præſumptionibus, & conjecturis, adeout iſta admittatur, etiam ubi illa non admittitur, *deciſ.31. num.7.*

*Procuratoris* an dicatur ſcientia Domini, vide ſupra in verb. *Procurator.*

*Retrotrahi* non poteſt, adeout qui ſcit de præſenti nequeat præſumi, quod ſciret etiam de præterito, *deciſ.71. n.17.*

SCRIPTURA.

*Dubia* recipit declarationem ab aliis ſcripturis certis, *dec.30. num.20.*

*Privata* non recognita nullum facit gradum probationis, *deciſ.47. num.4.*, & *deciſ.87. num.18.*

*Prius*, & poſterius non datur in eadem ſcriptura, *dec.52. n.13.*

*Subtrahens*, vel aliàs exhibere recuſans aliquam ſcripturam, habet contra ſe præſumptionem, quod illa faciat contra ipſum, *deciſ.22. num.14.*

*Succeſſor* non poteſt impugnare ſcripturam, quam ejus Author approbavit, *deciſ.57. num.2.*

SENTENTIA.

*Abſolutoria* trahit ſecum executionem, *dec.58. num.9.*

*Actor*, qui habuit Sententiam contra ſe, non poteſt ex integro agere, ſed debet vel per viam appellationis, vel reſtitutionis in integrum obtinere revocationem prioris Judicati, *deciſ.68. num.3.*

*Antiqua* juſtificari poteſt ex conjecturis, ac aliis veriſimilibus circumſtantiis, quoties Proceſſus, & Acta amplius non reperiuntur, *deciſ.78. num.15.*

*Capitalis* in judicatum tranſacta, & executioni demandata plene probat contra condemnatum, & habentem ab eo cauſam, ſecus contra Tertium, *deciſ.32. n.29 30. & 32.*

*Colluſive* pronunciata, vide ſupra in verb. *Colluſive.*

*Comprehenditur* ea, quæ veniunt in neceſſariam conſequentiam expreſſorum, quamvis litteraliter non fuerint expreſſa, *deciſ.34. num.11.*, & *deciſ.78. num.41.*

*Confirmans* aliam Sententiam nullam, pari nullitate laborat, *deciſ.71. num.6.*

*Condemnans* ad ſolutionem partis debiti, non influit in abſolutionem quoad aliam partem, de qua in ea nulla fit mentio, *deciſ.40. num.31.*

*Excedens* limites Libelli, ſeu Monitorii, de Jure, ac etiam de ſtylo omnium Tribunalium, eſt nulla, *dec.28. num.1.*

Niſi in eodem Monitorio, ſeu libello adſint Clauſulæ ſalutares, ac præſervativæ, ex quibus Judex valeat ſententiare ſuper deductis, ac probatis in progreſſu Cauſæ, *num.2.*

*Intelligenda* ſemper venit prout de Jure, *deciſ.78. num.43.*

*Juſta* dici non poteſt, niſi exhibeantur Acta, ex quibus juſtificetur, *deciſ.32. num.28.*

*Lata* contra hæredem fideicommiſſarium, qui non bene cauſam defendit, non afficit ſucceſſive vocatos ad fideicommiſſum, *deciſ.32. num.21.*

*Lata* contra plures Fratres, inter quos unus ſit Pupillus, vel Minor, ſubſiſtetur, quando ejus Fratres majores Cauſam acriter defenderunt, *deciſ.71. num.59.*

Vel in omnem caſum Sententia ſubſiſtetur quoad portiones Fratrum majorum, *num.60.*

*Lata* contra plures litis Conſortes pro indiviſo poſſidentes, corruit quoad omnes, ſi illorum unus non fuerit ad illam citatus, *deciſ.71. num.52.*

Secus, ſi pro diviſo poſſideant, quia tunc Sententia ſubſiſtetur quoad citatos, *ibid.*, & *deciſ.96. num.24.*

*Lata* contra Procuratorem Dominum litis effectum, valet, etiamſi Principalis mortuus fuerit, *deciſ.71. num.43.*

*Lata* in Cauſa Hæreſis, in quocumque Statu executioni demandatur, etiam ſine Actis, *deciſ.32. num.36.*

*Lata* in Cauſa ſtatus cum legitimo contradictore, facit jus quoad omnes, *deciſ.33. num.11.*

*Lata* in Curia Romana habet majorem præſumptionem Juſtitiæ, & boni Juris, quam altera lata in Partibus, *dec.40. n.32.*

*Lata* in Tribunali laico non debet executioni demandari a Judice Eccleſiaſtico, niſi prius cognita illius validitate, & Juſtitia, *deciſ.50. num.44.*

*Lata* non ſervata forma Statutorum, eſt omnino nulla, *deciſ.53. num.19.*

*Lata* per Judicem, poſtquam fuerat allegatus ſuſpectus, eſt omnino nulla, *deciſ.71. num.5.*

*Lata* ſine Actis non probat tam in Civilibus, quam in Criminalibus, *deciſ.32. num.25.*

Intellige procedere, ubi petitur executio talis Sententiæ, ſecus vero, ſi illa ſimpliciter adducatur pro manifeſtando aliquo facto, *ibid. ſub d. n.25. §. Neque cum ſeq.*

Sub declata, ut *ibidem.*

*Non præjudicat* Tertio ad eam non citato, *deciſ.15. n.15.*

*Nulla*, & injuſta non meretur nomen Sententiæ, *dec.71. n.8.*

*Nulla* nequit confirmari quoad merita Cauſæ, ſtante expreſſa oppoſitione ſuccumbentis, quod prius ſuper nullitate pronuncietur, *deciſ.37. num.4.*, & *deciſ.90. num.37.*

Intellige, quando nullitas eſt clara, ſecus ſi ſit turbida, aut quomodolibet dubia, tunc enim poteſt quoad bonum jus confirmari, etiam Parte opponente, *d. dec.37. n.5.*

*Obſcura*, & ambigua recipit certitudinem, & declarationem ab Actis, *deciſ.51. num.11.*

*Poſterior*, quæ primam contrariam expreſſe non revocat, eſt nulla, *deciſ.30. num.2.*, & *deciſ.71. num.7.*, & *deciſ.95. num.11.*

Limita, quando prima Sententia eſt notorie injuſta, tunc enim non eſt neceſſaria illius expreſſæ revocatio, *dicta deciſ.30. num.2.*

Rurſus limita, quando de prima Sententia non fuit in Actis oppoſitum, & de ratione, *ibidem num.4.*

Limita ulterius, quando ſecundus Judex proceſſit in vim novæ Commiſſionis, novique Proceſſus, *num.6.*

*Præſumitur* valida, & juſta, donec contrarium probetur, *deciſ.56. num.10.*

*Retrotrahitur* ad diem termini pro ſervato habiti, *in Præfat. num.96.*

*Revocata* perinde habetur, ac ſi non emanaſſet, *deciſ.56. n.9.*

*Rotalis*, quæ excedit limites præcedentium Deciſionum, eſt nulla, *deciſ.28. num.3.*, & *deciſ.30. num.35. & n.81.*, & *deciſ.37. num.1. num.21.*, & *deciſ.79. num.6.*

Unde ad evitandam hanc nullitatem inoleuit ſtylus demandandi, quod Cauſa expediatur extenſa brevi Deciſione, *dicta deciſ.28. num.4.*, & *dicta dec.27. num.2.*

Limita, quoties adauctum in Sententia venit in neceſſariam conſequentiam ejus, quod limitatum fuit in Deciſionibus, *d. dec.30. num.39.*, & *num.80.* & *d. dec.37. n.6.* & *10.*, & *d. dec.79. n.7.*

Et explicantur plures caſus, in quibus aliquid ſuperadditum in Sententia cenſeatur eſſe de ſequela expreſſorum in Deciſione, *d. deciſ.37. num.11. cum ſeqq. uſque ad 18.*

Et an ſufficiat pro evitanda prædicta nullitate, quod Auditor Ponens, ſeu Cauſæ relator conſulat ſuos Correſponſales ſuper nova oppoſitione ante expeditionem Cauſæ, *ibidem num.3.*, & *d. deciſ.79. num.8.*, & *9.*

SENTENTIÆ.

*Conformes* inter ſe dicuntur, quando una alteram ſimpliciter confirmat, *deciſ.2. num.4.*

Amplia, id procedere, licet adſit de medio contraria Sententia, *ibidem num.5.*

*Conformes* dicuntur quoad immiſſionem in genere, licet altera ex eis concedat immiſſionem ſpecialem ad hæc, vel illa corpora hæreditaria, *deciſ.21. num.1.*

*Conformitas* Sententiarum non attenditur, quando ſunt injuſtæ, *deciſ.15. num.17.*

*Conformitas* Sententiarum quando dicatur adeſſe in una, vel altera parte ad effectum exequendi Signaturæ reſcriptum — *ſine præjudicio trium conformium in ea parte, in qua ſunt conformes* — remiſſive, *deciſ.21. ſub num.33. §. Incipit.*

*Contrariæ*, & diverſæ variis temporibus proferri poſſunt contra plures pro diviſo poſſidentes, *dec.71. num.40.* & *54.*

*Duæ* Sententiæ conformes ex *Statuto Urbis* habent vim trium & rem judicatam conſtituunt, *dec.81. num.3.* & prius in *Præfat. num.24.*

*Nullæ*, vel injuſtæ non debent executioni demandari, etiamſi eſſent mille, *deciſ.67. num.1.*

SEQUESTRUM.

*In Beneficialibus* quando concedatur in Curia Romana, *deciſ.53. num.1.*

*In Beneficialibus* non conceditur vigore Sententiæ, quæ ſit nulla, vel injuſta, *deciſ.71. num.3.*

Et de ratione, *ibid.* & *num.4.*

*Fructuum* an, & quando competat contra poſſidentem bona ſtabilia ex Conſtitutionibus Fori Archiepiſcopalis Bononiæ, vide ſupra in verb. *Bononia.*

*Fructuum* fieri poteſt etiam abſque præcedenti liquidatione crediti, dummodo liquidatio fiat ante conſignationem, *deciſ.2. num.9.*

*Promiſſum* vigore Statuti evitari poteſt mediante cautione, *deciſ.2. num.8.*, & *14.*

Limite, ſi agātur de Sequeſtro relaxato in vim rei judicatæ, *ibid. num.*10.

*Peti*, & decerni poteſt in quecumque parte Judicii, & coràm Judice ulterioris inſtantiæ etiam abſque ulla Commiſſiona, quando concurrunt neceſſaria requiſita, *deciſ.*53. *num.*5.

*Practicatur* etiam quoad perſonas, quando lis vertitur ſuper fœdere Matrimonii carnalis, vel ſpiritualis, *deciſ.*53. *num.*7. & 8.

Item e quando eſt lis ſuper ſeparatione Thori, quandoque conceditur Sequeſtrum arbitrio Judicis, *ibid. num.*9., & 10.

*Proviſionale* quando, & quomodo practicetur vide in, *deciſ.*37. *ſub num.*62. ubi plene exemplificatur.

*Relaxatum* pro executione Sententiæ, vel Mandati executivi non tollitur cautione, ſed neceſſaria eſt effectiva ſolutio, *deciſ.*53. *num.*6.

S E R V I T U S.

*Qualibet* acquiri poteſt per immemorabilem conſuetudinem, *deciſ.*36. *num.*21.

*Valor* rei non poteſt æſtimari, niſi deducta ſervitute, *dec.*46. *num.*10.

SIGNATURA *Juſtitiæ*.

*Commiſſioni* ſibi porrectæ ab appellantibus raro reſcribit cum Clauſula -- *Nihil* -- & quando ita reſcribat, *dec.*8. *ante num.*5.

*Ejus* principale inſtitutum verſatur in declarando, ac definiendo competentias inter Judices, & Tribunalia, *dec.*45. *ſub num.*10. §.*Reſpectu*.

*Papam* repræſentet in commiſſione, ſeu delegatione Cauſarum, *deciſ.*81. *ſub num.*4. §.*Interea*.

*Paſſim* ſolet in una, eademque Cauſa quoad aliquam ſummam magis certam reſcribere in devolutivo, & quoad aliam magis dubitabilem in ſuſpenſivo, *dec.*15. *ſub princ.*

*Quaties* reſcripit cum Clauſula -- *de cauſis reſtitutionis in integrum*, vel *conſtita de re judicata* -- tunc in Rota diſputatur Dubium -- *An conſtet de re judicata, ſeu potius de cauſis &c.* & quid hoc importet, *deciſ.*37. *ſub num.*22. §.*Et licet*, & *ſub num.*37., & *dec.*83. *ſub num.*47.

S I M U L A T I O.

*Allegari* non poteſt, quando conſtat de veritate actus, ſeu crediti, *deciſ.*63. *num.*31.

*Cauſa* ſimulationis deficiente non attenduntur conjecturæ adductæ pro arguendo Contractu tamquam ſimulate geſto, *deciſ.*74. *num.*9.

*Exceptio* ſimulationis quandoque apta eſt retardare executionem obligationis Cameralis, *deciſ.*74. *num.*1.

*Inducitur* ſtante cauſa ſimulandi, *deciſ.*83. *num.*32.

Et ſufficit etiam, cauſam fuiſſe opinatam, *deciſ.*89. *ſub num.*18.

*Non præſumitur* in dubio, niſi probetur, *deciſ.*40. *n.*34.

S I N G U L A.

*Singulis* congrue referenda ſunt in quacumque materia, & diſpoſitione, *deciſ.*90. *num.*24.

S O C E R.

*Promiſſio*, vel obligatio Soceri, quod Nurus contenta erit Dote ſibi per Fratrem aſſignata, intelligitur durante Matrimonio cum filio, & non ultra, *deciſ.*34. *num.*10.

S O C I E T A S.

*Actio* ſolidalis datur contra Socios ad favorem extranei mutuantis Societati, non autem quando quis Socio particulari credidit, *deciſ.*68. *num.*35.

*Decoquere*, ſeu deficere quando dicatur, *deciſ.*23. *ante n.*36.

*Non habet* hæredem, neque ab ullo hærede poteſt repræſentari, *deciſ.*23. *ſub num.*30. & *num.*35.

*Perfecta* non datur inter Superiorem, & inferiores, ſed unio tantum moralis, ſive intellectualis, *dec.*14. *ſub n.*23.

S O C I I.

*Aliqui* Intereſſe habentes in aliquo Negocio, aut Ratione Bancaria nequeunt repetere Capitale, niſi prius ſolutio ære alieno, *deciſ.*23. *ſub num.*35. §.*Denique*.

S O L E M N I T A S.

*Non neceſſaria* ſi ad cauthelam adhibeatur, numquam nocere valet, *deciſ.*60. *num.*39.

SOLEMNITATES *Statutariæ*.

*Adhibita* per Mulierem in Mandato Procuræ facto ad contrahendum, vel adeundam hæreditatem, non eſt neceſſe, ut iterum adhibeantur in ipſo Contractu, vel editione, *deciſ.*46. *num.*16.

Declara, & diſtingue, ut in *deciſ.*60. *num.*24.

*In contractibus* Minorum ad quem effectum requirantur, *deciſ.*76. *num.*47.

*Contractus*, qui continet vere recognitionem bonæ fidei, non indiget ſolemnitatibus Statutariis, *deciſ.*54. *num.*9.

*Expreſſio* meritorum videtur color quæſitus ad fraudandam diſpoſitionem Statuti requirentis ſolemnitates, *dec.*54. *n.*41.

*Juſta* cauſa contrahendi non ſufficit pro ſuſtinendo Contractu Mulieris, vel Minoris, niſi etiam in eo ſerventur ſolemnitates Statutariæ, *deciſ.*94. *num.*30.

Declara, & intellige, ut *ibidem num.*33. & 34.

*Locus* in quo celebratur Contractus Mulieris, vel Minoris, regulariter attendi debet circa obſervantiam ſolemnitatum, *deciſ.*60. *num.*37. & 40.

Limita, ubi agitur de Statutis diverſificantibus circa minorem ætatem, quia tunc attenditur Statutum perſonæ, non loci Contractus, *num.*38.

*Non requiruntur* in aditione hæreditatis facta per Mulierem, vel Minorem cum beneficio legis, & Inventarii, *deciſ.*46. *num.*17.

*Requiruntur* etiam in Contractu geſto inter Matrem, & filium, *deciſ.*54. *num.*35.

*Requiſitæ* in Contractibus Minorum, vel Mulierum, requiruntur etiam in Mandato facto ad contrahendum, *deciſ.*60. *num.*23.

S O L V E N S.

*Anticipate*, plus ſolvere dicitur, *deciſ.*57. *num.*32.

*Debitum* alienum efficitur creditor perſonæ liberatæ, ſaltem actione negociorum geſtorum, *deciſ.*49. *num.*28.

Iſtaque actio exercibilis eſt etiam adverſus hæredem perſonæ liberatæ, *num.*29.

S O L U T I O.

*Credit* in cauſam expreſſam a Debitore, *deciſ.*63. *num.*35.

*Creditor* an, & quando poſſit declarare, in quam cauſam referenda ſit ſolutio ſibi ſimpliciter facta a Debitore, *dec.*96. *num.*54.

*Facta* abſque ulla expreſſione cauſæ cum pecuniis retractis ex re, cujus cauſa ſolvens erat debitor, præſumitur facta in illam cauſam, licet ſolvens eſſet debitor etiam ex alia cauſa, *deciſ.*96. *num.*59.

*Facta* abſque ulla expreſſione cauſæ cedit in cauſam debiti Inſtrumentalis tamquam duriorem, non vero in cauſam alterius debiti Chirographarii licet antiquioris, *dec.*96. *n.*51. & 52.

Rurſus cedit in eam cauſam, pro qua datus eſt fidejuſſor, *ibidem num.*56.

Et non ſolum Debitor, ſed etiam illius fidejuſſor opponere poteſt, quod ſolutio ſimpliciter facta cedere debeat in cauſam duriorem, & graviorem, *ibidem num.*53.

*Facta* ad computum, ſeu (ut dicitur) *a conto*, ſupponit, illam non fuiſſe per antea integre ſecutam, *deciſ.*40. *n.*30.

*Facta* per eum, qui habebat mandatum de ſolvendo, præſumitur facta nomine Mandatis, non vero nomine proprio, quando Mandans revera erat debitor ejus, cui ſolvitur, *deciſ.*96. *num.*58.

*Facultas*, quam habet Debitor declarandi cauſam, in quam cedere debeat ſolutio, procedit dumtaxat in ſolutione voluntaria, non vero in ſolutione coacta mediante ſubhaſtatione pignoris, *deciſ.*96. *num.*60.

*Minutatim* promiſſa, tamquam incommoda Creditori, aliquam meretur æſtimationem, vel appretium, *dec.*91. *n.*12.

*Negativa* ſolutionis non probatur ex unico Teſte licet adminiculato, quoties concurrunt conjecturæ, ſeu adminicula in contrarium, *deciſ.*26. *num.*27.

*Præſumitur* ſecuta, quoties Creditor, de cætero diligens, & induſtrius, donec vixit nil petiit a prætenſo Debitore, *deciſ.*26. *num.*6.

Item præſumitur ſecuta ſolutio ſtante paupertate Creditoris, *ibid. num.*22.

Fortius, ſi Debitor erat probus, & ſolutoſus, *ibidem num.*23.

Et eo magis, ſi aſſ. Creditor mutuo pecunias recepit a ſuo prætenſo Debitore, *num.*24.

*Præſumitur* integraliter facta per Debitorem, quoties poſt factam ſolutionem in parte concurrit longa acquieſcentia Creditoris in non petendo reſiduum, *deciſ.*26. *num.*6.

*Probatur* ex quietantia, ſeu receputa, *deciſ.*88. *num.*10.

*Tamquam* quid facti non Præſumitur, niſi exhibeatur receputa, *deciſ.*97. *num.*4.

Verbum *ſolutio* importat numerationem, & reſpective ſatisfactionem obligationis neceſſariæ, *deciſ.*93. *num.*14.

S O R O R.

*Filii* Sororis an aliquo modo conſiderari valeant pro Agnatis, *deciſ.*12. *num.*45. & 49.

*Matri* præferebatur ex lege duodecim Tabularum, *deciſ.*12. *num.*44.

*Succedit* fratri ab inteſtato defuncto una cum Patre pro æquali portione, *deciſ.*89. *num.*7.

Vte-

Digitized by Google

*Uterina* dicitur vere Soror, *deciſ.12. num.32.*

SORS, *Sortes*.

*Appellatio* non datur a Judicio Sortis, *deciſ.94. num 33.*

Fallit, ſi in aattactione interceſſerit fraus, dolus; & machinatio in præjudicium alterius, *num.34.*

*Diviſio* facta per Sortes ſubjacet retractationis, ſtante læſione alterius ultra dimidiam, *deciſ.95. num.35.*

*Electio*, aut præſentatio ad Dignitates, & Beneficia Eccleſiaſtica an, & quando fieri valeat per Sortes, vide ſupra verb. *Electio*.

*Judicium* Sortis non habet locum, niſi in caſibus a Jure expreſſis, *deciſ.95. num.29. & 32.*

*Jus præſentandi* integraliter conſolidatur in uno ex Patronis, qui valide præſentavit, quoties alii Patroni devenerunt ad alterius præſentationem per Sortes, *deciſ.95. num.26.*

*Ludus* Sortis, vulgo nuncupatus *Lotto*, an ſit licitus, vel illicitus, vide ſupra verb. *Ludus*.

*Officia* ſæcularia conferri poſſunt per Sortes, *deciſ.95. n.22.*

Declara tamen, ut *num.24.30. & 31.*

*Patroni* an poſſint inter ſe convenire, ut præſentari debeat Epiſcopo is, qui ex pluribus invicem nominatis fuiſſet ab Urna extractus per Sortem, *deciſ.95. num.27. & 28.*

*Pendente* lite inter duos, vel plures contendentes ſuper aſſecutione alicujus Beneficii, an eadem lis dirimi valeat per Sortes, *deciſ.95. num.38. & 40.*

Et an per tranſactionem, *ibid. num.39.*

*Succeſſio* in fideicommiſſis poteſt committi Judicio Sortis inter plures vocatos mediante omnium imbuſſolatione, & dantur exempla, *deciſ.95. num.37.*

SPECIALIA.

*Multiplicanda* non ſunt, præſertim in materia objectiva, & involvente delictum, *deciſ.22. num.8.*

*Specialibus* replicata per generalia idem eſt, ac limitationi per regulam reſpondere, & utrumque non licet, *dec.91. num.3., & deciſ.94. num.59.*

SPOLIATOR.

*Succeſſor* independens cujuſque ſpoliatoris tenetur dumtaxat pro rata utilitatis a ſe reportatæ, *deciſ.79. num.20.*

*Succeſſor* non tenetur ad fructus ſpoliativa perceptos ab ejus anteceſſore, cui independenter ſuccedit, *dec.79. n.18.*

*Tenetur* ad fructus perceptos non ſolum per ſe ipſum, ſed etiam per eum, in quem lite pendente tranſtulit rem litigioſam, *deciſ.79. num.16.*

SPOLIATUS.

*Reintegratio* competit ſpoliato non obſtante lapſu 30. Annorum, ſi intermedio tempore reclamavit mediante expeditione, & tranſmiſſione Monitorii, *deciſ.96. num.19.*

SPOLIUM.

*Commiſſum* circa rem incorporalem, puta circa Juriſdictionem, quando cenſeatur violentum, licet nulla violentia facti interceſſerit, *deciſ.87. num.39.*

*Judiciale*, quando tranſeat in violentum ad finem, ut rigoroſe veniat purgandum, *deciſ.87. num.38.*

*Violentum* ſecumfert obligationem refundendi ſpoliato omnes expenſas etiam extrajudiciales, *deciſ.87. num.37.*

Et quale dicatur ſpolium vere violentum, *ibid. ſub dicto num 37. §.Hinc*.

SPONSALITA.

*Largitas*, vide ſupra in verb. *Donatio*.

SPURIUS.

*Is* proprie dicitur, qui non habet certum Patrem, vel alias illum demonſtrare non poteſt, *deciſ.100. num.13.*

Verum *Spurii* comprehendit omnes illegitime natos, qui a *Jure Civili* nuncupantur, *Nothi*, *Baſtardi*, *Sacrilegi*, *inceſtuoſi*, ac *nefarii*, *ibid. num.16, & 17.*

*De ſpurietatis*, ſeu illegitimitatis nota, cæteroquin certa, vindicata tamen ex præſumptionibus, vide caſum ſingularem in *deciſ.100. ſub num.72. §.Plenam*.

STABILIA.

*Taxa* legalis fructuum bonorum ſtabilium olim erat ad rationem quinque pro centenario, *deciſ.59. num.10.*

Hodie tamen eſt reducta ad rationem quatuor, *num.11.*

Et Taxa hujuſmodi eſt ſimplex præſumptio, quæ admittit probationem in contrarium, *num.12.*

STATUS.

*Rei* de tempore Contractus attendi debet, *deciſ.27. num.12.*

STATUTUM.

*Allegare* ſufficit, abſque eo, quod opus ſit recurrere ad Authoritates Doctorum, *deciſ.30. num.59.*

*Audientiam* denegans Forenſibus, niſi præſtita Cautione de ſtando Juri, & Judicatum ſolvendo, validum eſt, & fere ubique in Italia viget, *deciſ.37. num.38. & 54.*

Et tale Statutum ligat etiam Clericos in Foro Laicali litigantes, *ibidem num.19., & num.50.* ubi de ratione.

Amplius ſimilia Statuta procedunt tam in Cauſis ordinariis, quam delegatis, *ibidem num.46.*

Et dicuntur reſpectu ordinatoria, non deciſoria Judicii, *ibidem num.50.*

*Caſus* formaliter expreſſus in Statuto attendi debet, nec divinare debemus de ratione, *deciſ 12. num.38.*

*Caſus* omiſſus a Statuto remanet ſub diſpoſitione Juris communis, *deciſ.12. num.57., & 58.*

*Civitatis* dominantis ligat omnia loca ſubjecta, *dec.67. n.34.*

Et de ratione, *num.39.*

Et ob id eadem loca ſubjecta nequeunt condere propria Statuta abſque licentia Civitatis dominantis, *num.35.*

Amplia, quod etiamſi habeant licentiam condendi propria Statuta, nequeunt tamen quidquam ſtatuere, quod adverſetur ſanctionibus Civitatis dominantis, *num.36.*

Et de ratione, *num.38.*

*Clerici*, licet non ſubjecti Statutis Laicalibus, illis tamen uti poſſunt per modum Privilegii, *deciſ.67. num.29.*

Limita, quando Statuentes declarant, ſe Statuta pro Laicis tantum edidiſſe, *num.30., & 31.*

*Conſideratur* veluti quoddam Teſtamentum Civium, *dec.93. num.22.*

*Deficiente* Statuto Civitatis ſubditæ, recurri debet ad Statuta Civitatis dominantis, non autem ad Jus commune, *deciſ.67. num.41.* & prius *ſub num.39.*

*Denegans* Clericis beneficium propriorum Statutorum valet, *deciſ.37. num.51. & 52.*, ubi declarantur contrariæ *Authoritates*.

*Diſpoſitio* Statuti particularis prævalet diſpoſitioni Juris communis *deciſ.100. num.26.*

*Et conſuetudo* a pari procedunt, *deciſ.100. num.29.*

*Excipiens* aliquos caſus, generaliter locum ſibi vindicat in omnibus aliis, *deciſ.68. num.47.*

*Excludens* fœminas ab inteſtato propter Dotem non comprehendit fœminam profeſſam in Monaſterio, in quo nulla Dos ſolvitur, *deciſ.94. num.42.*

*Excludens* fœminas propter maſculos in ſucceſſione Aſcendentium non excludit Sororem propter fratrem in ſucceſſione Tranſverſalium, *deciſ 12. num.50.*

*Excludens* Fœminas propter maſculos ab hæreditate Matris, non cenſetur habuiſſe reſpectum ad motivum conſervandæ agnationis, ſed ſolum ad puram maſculinitatem, *dec.84. num.28.*

Præcipue, ubi in Statuto fit mentio ſolius maſculinitatis, non vero agnationis, *ibidem*.

Sed declara, ut *ibid num.30.*

*Excludens* Matrem propter Agnatos a ſucceſſione filii, non tamen excludit Amitam, vel Materteram, licet ipſa Matre remotiores, *deciſ.12. num.40.*

*Excluſivum* fœminarum nequit extendi de caſu ad caſum, etiam ex majoritate rationis, *deciſ.12. num.37.*

Maxime, quando Statuentes non declararunt edidiſſe Statutum favore agnationis, *ibid. num.52.*

Amplia, id eo fortius procedere, quando Statuentes mandant, Statuta ad litteram intelligi, *ibid. num.53.*

*Excluſivum* fœminarum non procedit in caſu mixto, ſed tunc recurritur ad diſpoſitionem Juris communis, *dec.21. n.42.*

*Excluſivum* fœminarum propter maſculos non habet locum, niſi in illis dumtaxat caſibus, qui oculis corporeis leguntur expreſſi, *deciſ.12. num.3.*

Et tamquam Juris communis correctorium cenſetur odioſum, idenque ſtrictiſſime debet interpretari, *ibidem num.19., & 30.*

Declara, ut *num.20.*

*Excluſivum* fœminarum ad hoc, ut operetur, verificari debet in utroque capite, ſcilicet tam incluſivo, quam excluſivo, *deciſ.12. num.31. 51., & 54.*

*Excluſivum* fœminarum propter maſculos, cenſetur conditum cauſa conſervandi agnationes, *deciſ.21. num.27.*

*Excluſivum* fœminarum propter maſculos non eſt operativum, niſi quatenus maſculi illo uti velint, *deciſ.12. n.22.*

*Excluſivum* fœminarum propter maſculos ita interpretari debet, ut minus, quam fieri poteſt, lædat Jus commune, *deciſ.84. num.24.*

*Excluſivum* fœminarum propter maſculos intelligitur de maſculis ejuſdem Matrimonii, ſecus ſi maſculi unius Matrimonii satagant excludere fœminas alterius Matrimonii, *deciſ.84. num.33. 35. 37., & 40.*

*Excluſivum* fœminarum propter maſculos non habet locum in hæreditate Matris, *deciſ 84. num.32.*

*Excluſivum* fœminarum ab hæreditate Parentum, tamquam odioſum, & Juris communis correctorium, non comprehen-



Digitized by Google

præcedit hæreditatem Matris, deciſ.12. num.5.
Maxima, quando verbum *Parentum* qualificatur ab aliis adjectis, quæ maſculinum dumtaxat genus præſeferant, num.6.
Et fortius, quando Statutum excludit fœminas propter Dotem, quia tunc ad minus comprehenditur hæreditas Matris, ad quam non pertinet onus dotandi, num.7.
Limita, quando Statutum expreſſe fœminas excludit ob conſervationem agnationis; tunc enim ſub nomine *Parentum* tam Pater, quam Mater comprehenduntur, n.16.
*Excluſivum* fœminarum dotatarum a ſucceſſione plurium perſonarum nominatim expreſſarum, cenſetur illas excludere non ſolum ab hæreditate dotantis, ſed etiam a ſucceſſione omnium nominatorum, deciſ.12. num.17.
Præſertim, quando Statutum ejuſa adhibet verba alternativa tam in parte donantium, quam in parte excluſionis, num.18.
*Excluſivum* fœminarum, earumque deſcendentium afficit etiam Clericos e fœmina excluſa deſcendentes, deciſ.67. num.7.
Idque ſine dubio hodie procedit ſtante Conſtitutione ſu me. *Innocentii XI.* ſuper Statutariis ſucceſſionibus, n.6.
Sed præciſive a prædicta Conſtitutione *Innocentiana* verius eſt, quod Statuta fœminarum excluſiva non afficiant Clericos deſcendentes a fœmina excluſa, num.15.
*Exorbitans*, vel odioſum dici nequit, quando in conflictu diverſarum opinionum uni adhæret, deciſ.71. num.29.
*Inducens* ex curſu temporis præſumptam ſolutionem, tranſacto tali tempore admittit ndem Inſtrumento, dec.26 n.10.
Statutum prædictum eo magis habet locum, quando concurrunt conjecturæ urgentes pro ſolutione, num.21.
Conjectura ſolutionis eſt, quando Creditor eſt pauper, num.22. & 24.
Item qualitas Debitoris probi, & facultatibus idonei, n.23.
Amplia, quod concurrentibus hinc inde conjecturis pro, vel contra præſumptionem ſolutionis, ſemper in dubio intrat diſpoſitio dicti Statuti, num.22.
*Intelligi* debet juxta declarationem factam a Principe Supremo poſthabita qualibet contraria *Doctorum* interpretatione, deciſ.12. num.21.
*Loquens* in caſu mixto non adaptatur in caſu ſimplici, & e converſo, deciſ.71. ſub num.25. §. atque hinc.
*Nihil* aliud eſt, quam recollectio in ſcriptis facta de illis conſuetudinibus, quæ jam apud Cives concordi, & communi uſu inoleverant, deciſ.100. num.46.
*Princeps* in ſua Commiſſione nunquam præſumitur voluiſſe derogare Statutis Civitatis, deciſ.27. num.4.
Amplia, licet in tali Commiſſione adeſſet Clauſula — non obſtantibus Statutis &c., ibidem.
*Prohibens* aditionem hæreditatis cum beneficio legis, & Inventarii, in qua ratione fundetur, & plura extenſive de hujuſmodi Statuto, vide in deciſ.10. num.25., & 37.
*Regula — ſi vinco vincentem te &c.* quando procedat in Statutis excluſivis fœminarum, deciſ.12. ſub num.41.
*Superfluitas*, & contradictio in Statutis non eſt admittenda, deciſ.11. num.52.
*Vocans* Patruum ad ſucceſſionem excluſa Matre, non ideo excludit Sororem, deciſ.12. num.39.

## STATUTA.
*Particularia diverſorum locorum.*

*Bononiæ*, vide ſupra verb. *Bononia*.
*Caſenaten.* excludit fœminas propter maſculos ob expreſſum favorem agnationis, deciſ.12. num.15.
*Florentiæ* circa ſolutionem Gabellæ Contractuum, vide ſupra verb. *Gabella*.
*Florentiæ* excludit fœminas ab inteſtata ſucceſſione propter Agnatos uſque ad octavum gradum, deciſ.38. num.35., & deciſ.67. num.32., & deciſ.84. num.31.
*Florentiæ* excludens fœminas propter Agnatos maſculos uſque ad octavum gradum, reſervat Matri quartam partem bonorum per ſpeciem legitimæ, deciſ.84. num.38.
*Florentiæ lib.2. rubr.130.* quid diſponat circa ſucceſſionem in hæreditate Matris, & Aviæ, deciſ.84. num.25., & 36.
*Florentiæ* litteraliter decernit, ut in eo diſpoſita obſervari debeant in quibuſcumque Terris, & Locis ſubditis, deciſ.67. num.33.
*Florentiæ* prohibet ſub pœna rebellionis, ne aliquis ex litigantibus compareat apud extera Tribunalia poſt Cauſam legitime introductam in Curia Florentina, deciſ.51. n.18.
*Urbis lib.2. cap.85.* tribuit pro Dote viam executivam etiam contra Tertium, deciſ.94. num.14.
*Urbis lib.2. cap.158.* inducit præſumptam ſolutionem, non vero præſcriptionem debiti, deciſ.26. num.26.

## STIPULATIO.

*Commiſſa* cenſetur ex purificatione conditionis, ſub qua concepta fuerat obligatio, deciſ.29. num.6.

## STRENÆ.

Vide ſupra in verb. *Adminiſtrator*, & verb. *Loca Montium*.

## STYLUS.

*Judicandi* requirit ſaltem duo Judicata, in quibus articulus fuerit plene diſcuſſus, deciſ.2. num.29.
*Papæ*, vel Datariæ diverſo modo circa idem genus Gratiæ practicatus, diverſam quoque arguit intentionem, & voluntatem, deciſ.30. num.25.
*Secretariæ* diſformiter ſervatus circa modum ſcribendi, arguit diverſitatem ſenſus, & intelligentiæ verborum, deciſ.30. num.22.

## SUBHASTATIO.

Vide etiam ſupra verb. *Deliberatio*.
*Et deliberatio* expleta contra unum ex duobus fratribus, vel poſſeſſoribus, non citato altero fratre, vel compoſſeſſore, eſt nulla quoad utrumque, deciſ.96. num.15.
*Et deliberatio* facta contra formam Mandati, eſt nulla, deciſ.96. num.12.
*Et deliberatio*, tamquam individua, ſi eſt nulla in parte, corruit in totum, deciſ.96. num.16.
*Pretium* retractum ex ſubhaſtatione rei ſpectantis ad Debitorem nequit in aliam cauſam converti, quam in illam a Judice demandatam, deciſ.96. num.43.

## SUBREPTIO.

*Epiſcopus* debet abſtinere ab executione, quando videt, Decretum Papæ eſſe ſubreptitium, deciſ.82. num.59.
*Expreſſio* virtualis ſufficit pro vitanda ſubreptione, licet deficiat ſpecialis, deciſ.57. num.41.
*Gratia* ſubreptitia, vel obreptitia, vide in verb. *Gratia*.
*Impetratio* Beneficii eſt ſubreptitia, etſi fiat mentio de actuali illius poſſeſſore, licet talis poſſeſſio prætendatur injuſta, deciſ.61. num.10., & 12.
*Non datur* ceſſante dolo, & malitia, deciſ.57. num.33.
Maxime, quando agitur de Gratia executioni demandata, num.34.
*Non oritur* ex taciturnitate actus omnino nulli, dec.61. n.2.
*Sufficit* ad evitandam ſubreptionem ſola poſſibilitas, quod Princeps aliunde informari valuerit de qualitate ei non expreſſa, deciſ.57. num.42.
*Vel obreptio* in Beneficialibus annullant Gratiam, & dant locum impetrationi Beneficii; ſed non tribuunt aliquod jus Tertio non impetranti, deciſ.38. ſub num.3.
*Vel obreptio* Gratiæ non obſtat, quominus poſſidens illius vigore lucretur fructus perceptos ante motam litem, deciſ.98. num.16.
*Vel obreptio* non reſultat ex taciturnitate, vel expreſſione eorum, quæ ſi fuiſſent expreſſa, vel reticita, facilitaſſent potius conceſſionem Gratiæ, deciſ.62. num.16.
*Vel obreptio* verſatur in eo, quod ſi expreſſum fuiſſet, Papa vel non conceſſiſſet, vel difficilius, deciſ.62. num.15.

## SUBROGATIO in *Beneficialibus*.

*Dataria* paſſim conſulit Rotam pro voto, an concedenda ſit, necne ſubrogatio gratioſa in juribus collitigantis præmortui, deciſ.18. num.6.
*Fundamentum* gratioſæ ſubrogationis, eſt actualis pendentia litis, quæ tamen non ſit calumnioſa, dec.4. num.11.
*Gratioſa* ſtatuatur cum Gratia derogatoria medietatis vocum, deciſ.18. ſub num.13. §. ſubjecta.
*Gratioſa* quare fuerit adinventa, & cur de facili concedatur, vide in deciſ.18. num.7.
*Gratioſa* requirit probationem Clericatus ex parte impetrantis, necnon juſtificationem obitus, & poſſeſſionis ejus, in cujus juribus ſubrogari obtinuit, deciſ.4. ante num.1.
*Lis* ad effectum Subrogationis gratioſæ debet eſſe ſuper titulo Beneficii, deciſ.4. num.1., & deciſ.18. in princ.
Intellige, id procedere in Beneficiis liberæ collationis, ſecus autem quoad Beneficia de Jurepatronatus, d. dec.4. num.3., & num.24.
Rurſus intellige, id procedere, quando Papæ narrata fuit lis dumtaxat in genere, ſecus autem, ſi diſtincte, & in ſpecie narrata fuerit, quia tunc ſufficit juſtificare litem eo modo, quo fuit narrata, ibid. n.6., & dec.18. n.4.
Neceſſitas namque juſtificandi, quod lis pendeat ſuper titulo Beneficii, non militat in Subrogatione jam conceſſa, ſed ſolum quando quæritur, an ſit concedenda, d. dec.18. num.5.
Prout etiam non militat in Subrogatione conceſſa collitiganti ſuperſtiti, ſed ſolum reſpectu Tertii ſubrogati in juribus collitigantis præmortui, ibidem num.8.

Lis ad

Digitized by Google

*Lis* ad effectum Subrogationis gratioſæ nil ſuffragatur, ſi appareat deſerta, *deciſ.4. num.7.*

Et quid requiratur ad effectum, ut lis cenſeri valeat deſerta, *ibid. num.8.*

*Lis*, ut dicatur calumnioſa in materia Subrogationis gratioſæ, debet de calumnia evidenter conſtare uſque ab initio ejuſdem litis, *deciſ.4. num.11.*

Et non poteſt dici calumnioſa, quando vertitur circa id, de quo ipſemet Pars, quæ Subrogationem impugnat, dubitavit, *ibid. num.19.*

Idemque eſſet, ſi ipſemet, qui excipit de calumnia, antecedenter præſentaſſet de mandato illius, de cujus malo jure dubitatur, *ibidem.*

*Lis* ſuper mero poſſeſſorio non efficit Beneficium litigioſum, ſive non facit, quod lis dicatur ſuper titulo, prout requiritur ad effectum, ut ſit locus Subrogationi gratioſæ, *deciſ.4. num.2.*

Ex quibus autem dignoſcatur, an lis fuerit, nec ne ſuper poſſeſſorio, *ibid. num.5.*

SUBROGATIO *in prophanis.*

*Bona* ſubrogata induunt naturam eorum, in quorum locum ſubrogantur, *deciſ.80. num.25.*

*Fideicommiſſario* debetur immiſſio non ſolum ad bona relicta in hæreditate Fideicommittentis, ſed etiam ad alia in locum alienatorum ſubrogata, *deciſ.80. num.26.*

*Subrogatus* ſuccedit in omnibus juribus ejus, in cujus locum ſubrogatur, *deciſ.74. num.21.*

SUBSTITUTIO.

*Expirat* regulariter per prædeceſſum ſubſtituti ante obitum hæredis gravati, *deciſ.7. num.1.*

*Purificatio* conditionis facit ceſſare ſubſequentem ſubſtitutionem conditionaliter factam, *deciſ.46. num.5.*

*Pupillaris* comprehendit legitimam filii, quia de ejus favore agitur, *deciſ.77. num.55.*

SUBSTITUTUS.

*Exiſtentia* perſonarum poſitarum in conditione aliquando obſtat ſubſtituto, licet tales perſonæ non valeant ſuccedere, *deciſ 89. num.8.*

SUBSTRACTIO.

*Scripturarum*, vide in verb. *Scriptura.*

SUCCESSIO.

*Facilius* indulgetur filiis in bonis Aſcendentium, quam Collateralibus in bonis Collateralium, *deciſ.100. num.48.*

*In ſuſpenſo* quando ſtare poſſit, *deciſ.62. num.21.*

*Inter* Tranſverſales competit in ſtirpes, & non in capita per viam repræſentationis, *deciſ.84. num.2.*

*Jura* ſucceſſionis debent eſſe reciproca, itaut unus nequeat alteri ſuccedere, ſi iſte illi ſuccedere non poſſet, *deciſ.84. num.39.*

*Jus commune* ad ſucceſſionem æqualiter admittit tum maſculos, quam fœminas, & tam Agnatos, quam Cognatos, *deciſ 67. ſub num.17.*

SUCCESSOR.

*In Beneficio* nullam dicitur habere cauſam a præcedenti poſſeſſore, ſed tantummodo a Papa, vel alio ordinario Collatore, *deciſ.79. num.26.*

*In Dignitate* an, & quando teneatur ad reſtitutionem fructuum lite pendente, aut alias indebite perceptorum ab ejus anteceſſore, *deciſ.79. num.4., & 13., & ſub num.26. §.Cumque.*

*In Dignitate*, aut Beneficio tenetur ad debita contracta nomine Dignitatis, ſeu Beneficii, quando præſertim exinde reſultavit commodum, & utilitas etiam ſucceſſorum, *deciſ.79. num.15.*

*In Epiſcopatu* non tenetur ad debita prædeceſſorum etiamſi ea contraxerint uti Epiſcopi, *deciſ.79. num.12.*

Et de ratione, *ibid. num.39.*

*In Feudo*, vel Emphyteuſi pactionata non tenetur ad debita prædefuncti Feudatarii, vel Emphyteutæ, etiamſi ſit illius hæres, dummodo ſit beneficiatus, *deciſ.26. num.36.*

Amplia, ut non teneatur erga Creditores defuncti, nedum reſpectu proprietatis Feudi, vel Emphyteuſis, ſed nec etiam de fructibus, *ibid.*

*In Officio*, vel Dignitate non remanet obligatus ex facto ſui prædeceſſoris, *deciſ.68. ſub num.44. § Habetur.*

*In Primogenitura* nullam habens cauſam a Primogenito anteceſſore, non tenetur ad debita per ipſum anteceſſorem contracta, *deciſ.79. num.14.*

*Nequit* redarguere de mendacio ſuum Authorem, *deciſ.40. n.62.*

*Non tenetur* ad purgationem Attentatorum commiſſorum abſque proprii culpa per ejus anteceſſorem, *deciſ.79. num.17.*

Neque ad fructus ab ejus anteceſſore ſpoliative perceptos, *num.18.*

*Singularis* non acquirit, niſi illa jura, quæ ſpecialiter ipſam rem acquiſitam concernunt, *deciſ.74. num.7.*

Nec poteſt habere majus jus, quam haberet illius Author ſuper ipſa re, *num.9.*

SUMPTUM.

*Adminiculatum* ab obſervantia probat, acſi eſſet originale, *deciſ.4. num.37., & 39.*

*Approbatum* in Judicio etiam in alia Cauſa, & inter alias perſonas, adhuc probat contra Tertium, *deciſ.14. ſub n.38.*

*Extractum* in ſucceſſore Notarii rogati probat, & habet viam executivam, *deciſ.14. num.38.*

*Scripturæ* publicæ regiſtratum in aliqua Cauſa de Partibus, an habeat executionem in Curia, *deciſ.14. num.39.*

SUPERFLUITAS.

Vide ſupra verb. *Argumentum.*

SUPPELLECTILIA.

*Eccleſiæ*, vide ſupra verb. *Eccleſia.*

SUPPLETIO.

*Non admittitur* in præjudicium Tertii, *deciſ.78. num.90.*

SUPPLICATIO.

*Diſtributio* Supplicationum, earumque regiſtrationis, & emolumentorum quomodo fiat inter Clericos Cancellariæ, & Scriptores, *deciſ.30. a num.57. uſque ad fin.*

*Judicari* non poteſt ſecundum formam Supplicationum, ſed ſecundum tenorem Litterarum expeditarum, *dec.79. n.32.*

*Papæ* intentio ad finem ſubreptionis arguitur e Summariolo Supplicationis, quod ſolum Papa recognoſcit, non autem a ventre litteræ extenſæ per Officiales, *deciſ.83. num.13.*

*Regiſtrationes* Supplicationum citius expediuntur per Turnariam diſtributionem inter plures Officiales, *deciſ.30. ſub num.71. §. Imperceptibile.*

*Signatura* Papæ apponitur in calce ſupplicationis, *dec.83. n.31.*

Et poſt ſignaturam Papa amplius non ſe ingerit in ulteriori expeditione Bullarum, ſed ſeſe remittit ad Officiales, *n.32.*

Eademque Bullarum expeditio fit ſolummodo ad majorem probationem Gratiæ, *ibid.*

*Supplicationes* originales ſignatæ per Papam olim relinquebantur in manibus ipſorum ſupplicantium, *deciſ.30. n.15.*

SUPPRESSIO.

*Parvorum Conventuum*, vide ſupra in verb. *Conſtitutiones pontificiares.*

SUSPENSIO.

*Canonicus* ſuſpenſus a ſuo Canonicatu adhuc habet vocem in Capitulo, & poteſt ferre ſuffragium in electionibus, *deciſ.86. num.58.*

SUSPICIO, *Suſpectus.*

*Judex* quando, & ex quibus cauſis valeat uti ſuſpectus recuſari vide in verb. *Judex.*

*Tribunal* totum an recuſari valeat ob ſuſpicionem Præſidis, vel unius ex Senatoribus, *deciſ.71. num.27. 28., & 36.*

SYNODUS.

*Epiſcopus* an valeat in celebratione Synodi condere Statuta, & ordinationes abſque conſenſu, vel conſilio Capituli, *deciſ.76. num.27.*

# T

TAXA.

*Legalis* fructuum bonorum ſtabilium, vide in verb. *Stabilia.*

TEMPUS.

*Calamitoſum* attendi non debet, quoties calamitas eſt accidentalis, & non perpetua, *deciſ.27. num.13.*

*Eſt* Pater veritatis, *deciſ.82. n.6.*

*Impedito* non currit, *deciſ.62. num.3.*

TENUTÆ.

*Non* ſemper æqualiter quotannis feruntur, ſed difformiter, & variabiliter juxta arbitrium prudentis Patris familias, *deciſ.91. num.7.*

TERMINUS.

*Præfixus* ad aliquid faciendum non impedit, quin actus valeat præventive expleri, *deciſ.47. num.42.*

Amplia, ſive terminus fuerit a Judice, ſive a lege aſſignatus, *ibid. ſub num.43.*

Exemplifica, ut *in d. n.43. cum 2. ſeqq.*

*Pro ſervato* habitus quid operetur, vide in *Præfation. n.96.*

TERRENA.

*A Flumine* derelicta fiunt occupantium, non autem pertinent ad Fiſcum, *deciſ.92. num 40.*

TERRITORIUM.

*Nomen* Territorii dupliciter accipi poteſt, & quomodo, *deciſ.55. num.22.*

TERTIUS,

*Juvari* non poteſt beneficio præcedentis pendentiæ litis, donec doceat de ſuo intereſſe, *deci.15. num.12.*

*Sententia* non nocet Tertio ad eam non citato, *dec.15.n.15.*

*Veniens* ad Cauſam poteſt petere, ſe admitti tamquam in propria, *deci.14. num.15.*

*Veniens* ad Cauſam in ſtatu, & terminis afficitur re judicata præcedenter lata inter alios collitigantes, *dec.46. n.12.*

Neque ideirco poteſt retardare executionem ipſius rei judicatæ ſub prætextu poſſeſſionis rei controverſæ per eũ adeptæ poſt ſcientiam litis inter alios deſuper pendentis, *n.13.*

TESTAMENTUM.

*Antiquum*, quod reperitur aliqualiter corroſum, an ſuffragetur pro obtinenda immiſſione, *deciſ.14. num.36.*

*Apertum* cenſetur per ſolutionem legatorum, *dec.58.n.13.*

Amplia, non obſtante Clauſula preſervativa, *ibidem*, *& num. 4.*

*Cæci*, vide ſupra verb. *Cæcus*.

*Conditum* ad interrogationem Notarii, reſpondente Teſtatore per verbum *ſic*, aut per nutus, quando ſubſiſtat, necne, remiſſive, *deciſ.77. num.17.*

*Conditum* ad interrogationem, vel inſtigationem Notarii non ſubſtinetur, *deci.13. num.2.*

Præſertim, quoties non apparet de certa, & præambula voluntate Teſtatoris ad ita diſponendum, *num.3.*

*Conditum* calore iracundiæ non ſubſtinetur, *dec.48. n.7.*

Et quæ iracundia ad hunc effectum requiritur, *ibidem*, *& num.8.*

Et an iracundia, eiuſque probatio reſultet ex verbis Teſtamenti, in quibus Teſtator conqueratur de illa, vel illis perſonis, quas excludebat ab ejus hæreditate, *num.10.*

Quid autem, ſi Teſtator per aliquod tempus ſupervixit poſt conditum Teſtamentum abſque illius mutatione, an id excludat præſumptionem iracundiæ, *num.11.*

*Confeſſario* Teſtatoris plurimum defertur in materia Teſtamentorum, quamvis non ſit formiter examinatus, *dec.22. num.12.*

Præſertim, quoties poſt factam aliquam extrajudicialem depoſitionem deceſſit abſque illius revocatione, *num.13.*

*Exceptio* non probatæ identitatis Schedulæ Teſtamentariæ minime compatitur cum alia exceptione, quod ſcilicet eadem Schedula fuerit confecta ad ſuggeſtionem hæredis, *deciſ.22. ſub num.30. & 31. in poſtremo.*

*Extortum* ex falſis, ac doloſis ſuggeſtionibus, ſeu ſuppoſitionibus, eſt nullum, *deciſ 77. num.2.*

Secus, ſi fuerit ſimpliciter procuratum blandis, urbaniſque modis, & affectionibus, quia tunc ſubſtineretur, *ibid. num.11 & 9.*

Et de ratione hujus ſecundi caſus, *num 4. & 5.*

Et quid requiratur ad effectum irritandi Teſtamentum tamquam extortum per ſuggeſtiones, vide in *deciſ.22. num.31*, *deciſ.48 num.12.*, *& in dicta deciſ.77. num 6.*

Et an ſuggeſtiones dicantur probatæ ex depoſitione unici Teſtis, & præſertim Mulieris, *dict. deciſ.48. num.13.*

*Facultas* teſtandi qua ratione fuerit introducta, *dec.33. num.1.*

*Facultas* teſtandi poſt mortem provenit ex mera legis benignitate, *deciſ.44. num.* .

*Familiaris* Papæ propria manu ſubſcriptum valet, ob privilegium eiſdem ſolitum concedi, *deciſ.8. num.24.*

*Furioſi*, vide ſupra verb. *Furioſus*.

*Identitas* Schedulæ Teſtamentariæ præſumitur, donec contrarium probetur, ſtante rogitu Notarii de illius conſignatione ſibi facta coram ſeptem Teſtibus, *dec.22. n.28.*

*Identitas* Schedulæ Teſtamentariæ ita debet probari, ut excludatur poſſibilitas ſuppoſitionis alterius Schedulæ, *deciſ.29. num. 9.*

*Identitas* Schedulæ Teſtamentariæ ex quibus probetur, *deciſ.22. num.24.*, *& ſeqq.*

Ea præcipue probatur ex præcedenti voluntate per Teſtatorem declarata, *num.26.*

Necnon ex eo, quod diſpoſitio eſt ad favorem cauſæ Piæ, ex qua nemo privatus commodum recipit, *num.20.*

*Identitas* Schedulæ Teſtamentariæ nequit in dubium revocari, quoties conſtat de certitudine manus Teſtatoris *deciſ.22. num.1.*

Et e converſo, quoties ſubſcriptio eſt falſa, fruſtra inquiritur de identitate Schedulæ, *ibid.*

*Identitas* Schedulæ Teſtamentariæ juſtificari, & reſpective ejus ſuppoſitio excludi poteſt etiam per præſumptiones, & conjecturas, *deciſ.22 num.5.*

*Identitas* Schedulæ Teſtamentariæ valde coadjuvatur ex minuta præparatoria ad teſtandum per Teſtatorem confecta, in qua eadem diſpoſitio contineatur, *deciſ.22. num.6.*

Et de ratione, *num 8.*

Idemque fortiùs procedit, quoties in Schedula Teſtamentaria minus continetur favore hæredis, quàm adeſſet in minuta Teſtamenti, *num 9. & 11.*

*Immiſſio* debetur hæredi inſtituto in Teſtamento non abolito, nec cancellato, *deciſ.22. num. 9.*

*Immutari*, ac penitùs revocari poteſt à Teſtatore uſque ad obitum, *deciſ.48. num.9.*

*Impugnans* Teſtamentum cadit ab omni legato, & commodo, quod ei competere poterat in vim ipſius Teſtamenti, *deciſ.49. num.7.*

*Impugnans* Teſtamentum non poteſt petere legatum, vel fideicommiſſum ex eodem Teſtamento, *deciſ.49. n.5. & 6.*

*Inteſtati* cauſa ceſſat, ubi concurrit Teſtamentum, *deciſ.48. num.1.*

*Judicandum* in dubio eſt pro validitate Teſtamenti, *deciſ.48. num 2.*

*Nemo* poteſt facere, quin leges habeant locum in ſuo Teſtamento, *deciſ.49. num.12.*

*Nuncupativum* nuncupatione implicitâ, ſeù relativum ad Schedulam per Teſtatorem Notario conſignatam, ſubſtinetur, & frequentiſſime practicatur, *deciſ.22. num.2.*

Et hujuſmodi Teſtamentum non indiget ſubſcriptione Teſtatoris, *ibid. num.16. & 22.*

Et quatenùs fuerit à Teſtatore ſubſcriptum, non eſt neceſſaria recognitio manus, quoties idem Teſtator illud clauſum conſignavit Notario coram ſeptem Teſtibus, *n.17.*

*Nuncupativum* nuncupatione implicita non labefactatur, licet unus, vel duo Teſtes Teſtamentarii non audiverint, quod Teſtator in actu conſignationis Schedulæ dixerit, in ea contineri ſuam ultimam voluntatem, *deciſ.22. num.3.*

Præſertim, quando iidem Teſtes dubitative deponunt, vel aliàs contrariam poſſibilitatem non excludunt, *ibid.*

*Nuncupativum* per relationem ad Schedulam, ut ſubſtineatur, conſtare debet de certitudine Schedulæ, ad quam refertur, *deciſ.29. num.1.*

Adeòut excluſa remanere debeat quælibet ſuſpicio ſuppoſitionis alterius Schedulæ, *ibid.*

Et quando ceſſare dicatur hæc poſſibilitas ſuppoſitionis, *num.2. & 3.*

*Pars* una Teſtamenti recipit intelligentiam, & declarationem ab alia, *deciſ 34. num 8.*, *& deciſ.93. num 30.*

*Ad Pias cauſas* ex quibus ſufficienter probatum dicatur, *deciſ.22. num.21.*

*Probationes* undique perfectæ, & concludentes requiruntur ad redarguendum Teſtamentum de falſo, *deciſ 29. num.13.*

*Quæſtiones*, quæ cadunt ſuper interpretatione Teſtamentorum, regulariter ſunt potiùs Facti, quàm Juris, *deciſ.93. num.32.*

*Rarum* eſt Teſtamentum, quod abſque aliquo litigio ſuam ſortiatur executionem, *deciſ.12. num.1.*

*Schedula* Teſtamenti debet continere perfectam Teſtatoris voluntatem, *deciſ.29. num.15.*

Teſtator ad dictum effectum tenetur coràm Teſtibus declarare, ſe velle de ſuis rebus diſponere, *num. 6.*

Et requiritur ad minus duo Teſtes conteſtes, *num.17.*

Amplia, id procedere etiam in Teſtamentis Cardinalium, aliorumque privilegiatorum, *ibid. dictis num.15. 16. & 17.*

*Teſtamenta* Juriſperitorum plerumque pariunt inextricabiles litium anfractus, *deciſ 93. num.21.*

*Teſtes* omnino integri requiruntur ad effectum proſternendi Teſtamentum, *deciſ.77. num.5.*

TESTATOR.

*Diſponere* poteſt de bonis ſui hæredis, eaque ſubiicere fideicommiſſo, *deciſ.46. num 1.*, *& deciſ 93. num 54.*

Maxime accedente ipſius hæredis acceptatione, approbatione, *dicta deciſ.46. num.3.*

Et præciſive etiam ab acceptatione hæredis poteſt Teſtator de illius bonis diſponere, dummodo illi relinquat majus, aut ſaltem æquivalens emolumentum, computatis in eo etiam fructibus medii temporis, *deciſ.10. num.19.*, *& dicta deciſ.93. num.55.*

*Diſponere* poteſt, nè hæres detrahat credita, ſi quæ habeat, vel etiam in poſterùm acquirat contrà ſuam hæreditatem, *deciſ.93. num.51.*

Et enunciantur gemini caſus nuperrime in *Rota* deciſi contrà hæredem prætendentem detrahere debita hæreditaria ſoluta, *num.52. & 53.*

*Diſpoſitio* Teſtatoris nequit in una parte acceptari, & in altera reſpui, vel impugnari, *deciſ.77. num.15.*

*Gravans* filium onere fideicommiſſi, quando, & ex quibus verbis cenſeatur illum gravaſſe, nè detrahere valeat Dotem Ma-


Digitized by Google

Maternâ, *deciſ.93. num.57. & 58.*

Et an in aliquo diffitat, quod Teſtator dixerit, ne filius ejus hæres quidquam detrahat de ſuis bonis, vel de ſua hæreditate, *num.59.*

Et quid, ſi prohibitio quidquam detrahendi nequeat in alio verificari, quàm in Dote Materna, *num.61.*

An autem Priſta prohibitio aliena ionis de per ſe inducat præceptum de non detrahendo propria credita, & ſignanter illud Dotis Maternæ, *num.62.*

*Gravare* plùs voluiſſe non præſumitur quempiam in caſu, quo minus relinquebat, quàm in altero, in quo plus relinquebat, *deciſ.12. num.9.*

*Hæredem* licet nominaverit, ſi tamen ante perfectum Teſtamentum decaſſerit, ipſa hæredis nominatio evaneſcit, nullumque operatur effectum, *deciſ.29. num.8.*

*Mandans* ſolvi omnia ſua debita, non cenſetur intellexiſſe de his, quorum ſolutio evitari poteſt mediante aliqua legitima exceptione, putâ præſcriptionis, *deciſ.91. num.37.*

Limita, ut *num.38.*

*Præſumitur* in dubio ſe conformare voluiſſe cum Statuto, vel conſuetudine ſuæ Patriæ, *deciſ.100. num.28., & num.50.*

*Præſumitur* voluiſſe æqualitatem ſervare inter ſibi æqua conjunctos, *deciſ.60. num.57.*

*Stipulationem* ſui Teſtamenti quoties requiſivit, eo caſu ſcriptura, licet completa, in qua continetur ejus voluntas, non probat, *deciſ. 9. num.20.*

*Teſtatores* plerumque diſponunt ultra vires propriæ ſubſtantiæ, ſeù Patrimonii, *deciſ.86. num.24.*

*Verba* Teſtatoris Juriſperiti in dubio intelligenda ſunt in antum magis proprio, magiſque juridico ſignificatu, *deciſ.93. Num.22.*

*Voluntas* Teſtatoris ex conjecturis elicita idem operatur, ac ſi haberetur expreſſa, *deciſ.93. num.35.*

Ideò ut ve it omnino exequenda, *deciſ.100. num.8.*

*Voluntas* Teſtatoris quando non poteſt in totum impleri, debet adhuc executioni demandari in ea parte, quæ adimpleri poteſt, *deciſ.66. num 34.*

Et id ò ſi Fundus non remanet ſufficiens ad celebrationem Miſſarum a Teſtatore ordinatarum, debet fieri pro rata diminutio, *num 35.*

Talis tamen reductio non poteſt fieri per Epiſcopum, ſed debet recurri ad Sanctam Sedem, *num.36.*

TESTES.

*Adminiculati* præferuntur aliis Teſtibus contrarium deponentibus, *deciſ.78. num.99.*

*Bajoli* de delatione, & aſportatione deponentes probant, præſertim in materia, in qua alii Teſtes difficile haberi poſſunt, *deciſ.11. num 10.*

*Contra* inducentem plene probant, *deciſ.44. num.9., & deciſ.69. num.10., & deciſ.77. num.13., & deciſ.78. numer.16.*

*Deponentes* contrà publicum Inſtrumentum debent eſſe omni exceptione majores, *deciſ.40 num.9*

*Deponentes* de affirmativa præferuntur aliis ſuper negativa in contrarium deponentibus, *deciſ.55. num.7.*

*Depoſitiones* Teſtium, quæ pro majori parte aliunde verificantur, præſumuntur veræ in omnibus, *deciſ.92. num.8.*

*Duo* in quacumque materia plene probant, *deciſ.83. n.25., & deciſ.95. num.24.*

*Examinari* debent formiter, etiamſi reperiantur in quacumque Dignitate conſtituti, *deciſ.29. num.14.*

*Examinati* ad perpetuam non probant, *deciſ.87. num.19.*

Præſertim in materia objectiva, *deciſ.44. num.36.*

*Examinati* extrà terminum probatorium non attenduntur, *deciſ.24. num.12.*

*Examinati* in uno Judicio non probant in alio Judicio, præſertim inter diverſas perſonas, *deciſ.24. num.7.*

Et maximè, quando eorum depoſitio non fuit habita in conſideratione in illo primo Judicio, in quo fuerant examinati, *num.8.*

*Fides* quando adhiberi valeat etiam Teſtibus extrajudicialiter deponentibus, *deciſ.65. num.18.*

*Informati* plenam fidem merentur, *deciſ.69. num.9.*

*Integri*, & omni exceptione majores requiruntur ad effectum proſternendi Teſtamentum, *deciſ.77. num.12.*

*Meliores*, magiſque informatos ad ſui favorem ab initio induxiſſe quilibet præſumitur, *deciſ.44. num.10.*

*Probatio* per Teſtes non admittitur, quando illa haberi valet ex ſcripturis, *deciſ.30. num.82.*

*Viles*, ac debitores, vel Affictuarii Partis illos inducentis non probant, *deciſ.78. ſu num.98. §. Atque hæc omnia.*

Præſertim, ſi ſint inter ſe contrarii, *ibid.*

*Vilis* conditionibus nullam fidem merentur, *deciſ.44. n.34.*

TESTIS.

*Aſſerens*, numquam ſe pro aliis examini ſubjeciſſe, nullam fidem meretur in tota ejus depoſitione, ſi conſtet, quod reverâ teſtimonium dixerit in alia Cauſa, *deciſ.24. n.14. & 15.*

*Audacter*, & animoſe deponens nullam fidem meretur, *deciſ.8. num 6.*

*Conſanguineus* Partis, quæ illum induxit, nullum facit gradum probationis, *deciſ.24. num.9., & deciſ.40. num.8.*

*Conſanguineus*, vel Affinis deponens contrà Conſanguineum, vel Affinem regulariter magis probat, *deciſ.83. num.26.*

*Declarare* poteſt ſuum dictum, taliſque declaratio ſemper admittitur, quando eſt veriſimilis, vel aliunde adminiculatur, *deciſ.72. num.14. & 15.*

*Deponens* contra proprium commodum præfertur aliis Teſtibus contrarium deponentibus. *deciſ.78. num.81.*

*Deponens* per verbum *neſcio* ſuper ea, de qua interrogatur, nullatenus attenditur, *deciſ.24. num.11.*

*Deponens*, ſe non fuiſſe præſentem ſtipulationi Inſtrumenti, nequit adduci ad illius averſionum, *deciſ.40. num 10.*

*Dubitative* deponens per verbum *videtur*, nil probat, *dec.8. num 5., & deciſ.24. num.10., & deciſ.77. num.16.*

*Examinatus* ſolummodo ad perpetuam non probat, *dec.44. num.36.*

*Famulus* inducentis non probat, *deciſ.44. num.35.*

*Frater* non eſt idoneus Teſtis pro Sorore, *deciſ.17. num.12.*

*Intereſſe* etiam ſecundarium repellit Teſtem, eique fidem detrahit, *deciſ.78. num.76.*

*Macellarius*, tamquam vilis perſona, non eſt integer Teſtis, *deciſ.8. num.9.*

*Mendax* nullam fidem meretur, *deciſ.8. num.15.*

*Perjurus* nullum facit gradum probationis, *deciſ.24. n.14.*

*Prima* depoſitio Teſtis attenditur, non autem ſecunda, licet jurata, & in Tormentis ratificata, *deciſ.51. num.26.*

*Sacerdos*, & maxime Ven. Congregationis Sancti Philippi Nerii, non levem facit probationem, *deciſ.81. num.27.*

*Variare* nequit à ſuo primo dicto, alias tamquam politus inter duo Juramenta eſſet perjurus, *deciſ.72. num.13.*

*Unicus* non probat, *deciſ.77. num.15.*

*Unicus*, & ſingularis non probat, *deciſ.26. num.27.*

*Unicus* contra inducentem plene probat, *deciſ.51. num.9.*

*Unicus* deponens de facto proprio magnum facit adminiculum, *deciſ.8. num.20.*

TEXTUS.

*Prævalet* cuicumque gloſſationi, & opinioni Doctorum, *deciſ.71. num.14.*

TITULUS.

*Coloratus* ſufficit pro acquiſitione fructuum, donec poſſeſſor fuerit in poſitiva mala fide conſtitutus, *deciſ.98. num.11.*

*Productio* unius Tituli excludit poſſibilitatem alterius validioris, quia ſemper quis præſumitur adduxiſſe titulum meliorem, *deciſ.30. num.34.*

Maximè, quando quis vigore tituli exhibiti obtinuit in præcedenti Inſtantia favorabile Judicatum, *ibid.*

TRACTATUS.

*Multa* diſcurrunt, & tractantur, quæ non concluduntur, *deciſ.40. num 11.*

Ideòque tractatus non habentur in aliqua conſideratione, niſi ſecuta fuerit concluſio, *deciſ.94. num.21.*

Neque ſimplices tractatus antecedentes prævalere valent poſteà conventis in Inſtrumento, *deciſ.15. ſub num.32. §. Poriùmque.*

TRADITIO.

*Declaratio* verbalis in incorporalibus idem importat, ac actualis traditio, *deciſ.47. num.39.*

TRANSACTIO.

*Dubietas* articuli, ſeù dubius litis eventus, ſuper quo fuit tranſactum, à Judice, vel Perito æſtimari debet ad limites Juſtitiæ, & æquitatis, *deciſ.67. num.20. & 21.*

Et quomodo æſtimetur hujuſmodi dubius litis eventus, *num.22. & 23.*

*Exceptiones* requirentes altiorem indaginem non admittuntur pro retardanda executione Tranſactionis, quæ habet vim rei judicatæ, *deciſ.6. num 1.*

Amplia, licet agatur de exceptione uſurariæ pravitatis, *ibidem.*

*Facta* à Communitate ſine ſolemnitatibus, & juſta cauſa, non ſubſtinetur, *deciſ.39. num.6., & num.10. & 11.*

*Facta* cum proxime vocato ad fideicommiſſum, dato etiam Curatore pro futuris vocatis, obligat ulteriores fideicommiſſarios ad obſervantiam, *deciſ.63. num 12.*

*Facta* per hæredem gravatum bona fide, & ex juſta cauſa, afficit,

Digitized by Google

ficit etiam Fideicommiſſarios ſucceſſivè vocatos ad fideicommiſſum, *deciſ.36. num.10.*, *& deciſ.46. num.20.*, *& deciſ 60 num.15.*, *& deciſ.67. num.11.*

*Habet* implicitum ſtatum validitatis, donec per tres conformes fuerit reſciſſa, *deciſ.49. num.35.*, *& deciſ.83. n.15.*

Et interim paratam habet executionem, præſertim ubi jam fuerit in Judicio canonizata, *dicta deciſ.49. ſub n.33.*

*Habet* vim rei judicatæ, præſertim concurrente illius obſervantia, *deciſ.39. num.5.*

*Impedit* Judicium poſſeſſorium immiſſionis, donec fuerit reſciſſa per tres Sententias conformes, *deciſ 67. num.8.*

Limita, ſi agatur de tranſactione enormiſſime læſiva, quia tunc non impedit remedia poſſeſſoria, nec indiget particulari reſciſſione, *num.12.*

*Inita* abſque ulla præcedenti lite, vel ſuper re clara, non ſubſtinetur, *deciſ.36. num.8.*

Sed in propoſito præcedentis litis declara, ut *num.9.*, *& deciſ.39. num.7.*

*Inita* mediante interpoſitione, & opera alicujus Viri inſignis, præſumitur valida, & juſta, *deciſ 57. num.41.*

*Inita* ſuper articulo diſputabili non reſcinditur, licet tractu temporis idem articulus fuerit favorabiliter pro una, vel altera ex partibus canonizatus, *deciſ.67. num.4.*

Limita, quoties ex poſt judicialiter compertum fuit, clarum Jus aſſiſtare ei, qui cum ſuppoſito dubietatis articuli bona per tranſactionem dimiſit, *ibid. num.19.*

*Judicium* quando proſequi valeat non obſtante tranſactione, *deciſ.15. num.11.*

*Læſio* eſt probanda ab allegante, & quidem de tempore initæ tranſactionis, *deciſ.36 num 18.*

*Læſio*, ut excludatur in tranſactione, plurimum attenditur dubius litis eventus, & conſideratio expenſarum, quæ poterant occurrere in illius proſecutione, *deciſ.57. num 47.*

Præſertim, ſi agatur de tranſactione jamdiù obſervata, *num.43.*

*Læſionis* probatio in tranſactione ob dubium litis eventum eſt quaſi impoſſibilis, *deciſ.36. num.19.*

Opinio *Doctorum*, vel *Tribunalium*, quæ vigebat de tempore tranſactionis, attendi debet pro ea ſubſtinenda, quamvis ſucceſſive ab eadem opinione fuerit receſſum, *deciſ.67. numer.9.*

*Reſcindi* non poteſt, ex cauſa læſionis, quando ea fuit confirmata à Principe ex certa ſcientia, *deciſ.36. num.17.*

Secùs, ſi fuiſſet ſimpliciter confirmata (ut dici ſolet) in forma communi, *ibid.*

*Reſcinditur* ex capite enormiſſimæ læſionis, & quando iſta dicatur adeſſe, *deciſ.67 num.14.*

*Solutum* per Tranſactionem repeti nequit per viam conditionis indebiti, *deciſ.5. num.17.*

*Subſtinetur*, licet quid modicum ab una ex Partibus fuerit receptum, idque ob periculum deperdendi totum in Alea judiciali, *deciſ.67. num.3.*

*Tollit* de medio omnem Inſtantiam, & Sententias præcedentes, licet non præcludat viam agendi, *deciſ.15. num.13.*

TRANSMISSIO.

*Facilitùs* inducitur, quam vocatio, *deciſ.89. num.98.*

*Fideicommiſſi* dari poteſt etiam citra expreſſam, vel tacitam vocationem, & qua ratione, *deciſ 89. num.70.*

Declara, ut *num.71. cum duob. ſeqq.*, *& num.97.*

*Filius* jure ſuitatis tranſmittit Paternam hæreditatem etiam non agnitam ad ſuos legitimos hæredes, *deciſ.84. num.12.*

*Hæreditas* non adita regulariter non tranſmittitur, *deciſ.84. num.10.*

*Hæres* ignorans, hæreditatem ſibi fuiſſe delatam, tranſmittit ad ſuos hæredes Jus illam adeundi mediante beneficio reſtitutionis in integrum, *deciſ.84. num.19.*

Itaque reſtitutio in integrum non præſcribitur, etiamſi lapſi fuerint centum Anni à die delatæ hæreditatis, *num.21.*

*Jure ſanguinis* quæ dicatur, & quomodo, & in quos fiat, *deciſ.84. num.17.*

*Juris deliberandi* ad hoc, ut locum habeat, quid requiratur, *deciſ.84. num.18.*

*Tranſmiſſionis* in Jure non admittitur, *deciſ.84. num.11.*

TREBELLIANICA.

*Detrahi* nequit ante adventum caſum reſtituendi, utpote debita in præmium reſtitutionis fideicommiſſi, *deciſ.77. num.84.*

*Non admittitur* ob non confectionem Inventarii, *deciſ.77. ſub num.63.*

*Pater* non poteſt ordinare, ut filii primi gradus imputent fructus in Trebellianicam, *deciſ.10. num.27.*

*Prohiberi* debet expreſſe ex novo Jure Authenticorum, *deciſ.77. num.80.*

Et tamen ſufficienter cenſetur prohibita per demandatam integræ hæreditatis reſtitutionem, ac ſine diminutione, *numer.81.*

*Prohiberi* poteſt tàm in Teſtamento, quàm in Codicillis, *deciſ.28 num.37.*

*Prohibita* cenſetur, quando Teſtator mandavit, ut bona *integrè*, vel *in totum* deveniant ad ſubſtitutos, *deciſ 48. num 33.*

Item quando Teſtator prohibuit alienationem cujuslibet partis hæreditatis, *num 34.*

*Verba* Teſtatoris quando poſſunt ad alium ſenſum deflecti, nunquam important prohibitionem Trebellianicæ, *deciſ.77. num.48.*

*Uxor* gravata reſtituere poſt mortem detrahit Trebellianicam, *deciſ.7. num.22.*

TRIBUNI.

*Antiquitùs* in quo loco ſtarent, dum Senatus Romanus publica negocia, ſeù leges diſſerebat, *in Præfat. num.36.*

TRIBUNAL.

*Totum* an recuſari valeat uti ſuſpectum, vide in verb *Suſpicio.*

TUTOR.

*Dolus* non præſumitur in Tutoribus, aliiſque, qui gratuito aliena dirigunt negocia, *deciſ.91. num.20.*

*Geſta* cum Tutore, antequam ſolemnia conficiat, ſubſtinentur, nè Contrahentes ſub bona fida decipiantur, *deciſ.43. num.16.*

*Sententia* ferri nequit directè contra Tutorem, vel Curatorem, ſed ſolum contra Pupillum, aut Minorem, *deciſ.79. num.19.*

V

VALOR.

*Juſtificatur* ex probatione annui redditus bonorum per decennium, *deciſ.35. num.22.*

*Juſtus* rei dicitur ille, ad quem aſcendunt fructus ejuſdem rei calculati per ſpatium 20. Annorum, *deciſ.36. num.11.*

*Rei* præſumitur immutatus poſt decennium, *deciſ.91. n.14.*

Amplia, ut *num 15.*

*Rei* non probatur ex unica illius venditione, quia potuit Emptor pluris emere ratione affectionis, vel commodi, *deciſ.91. num.15.*

Quanta autem hujuſmodi affectio, & commodum æſtimetur apud *Doctores*, vide *ibid. num.18.*

VARIATIO.

*Una* viâ electâ, regulariter non licet ad aliam variare in Tertii præjudicium, *deciſ.79. num.22.*

Fallit in executivis, in quibus regulariter, unâ viâ electâ licita eſt variatio ad aliam, *deciſ.88. num.26.*

VENDITIO.

*Ad menſuram*, non obſtante finium appoſitione, comprehendit totum id, quod menſuræ correſpondet, *deciſ.69. n.11.*

*Numerus* tornaturarum venditarum, quando fuit inceptum à corpore, cenſetur ſtare potiùs demonſtrativè, quàm taxativè; ſecùs, ſi fuerit inceptum à numero, *deciſ 69. n.18.*

*Quantitas* pretii regulariter deſervire ſolet ad finem dijudicandi, quid fuerit comprehenſum in venditione, *deciſ.69. num.13.*

Et quando concluſio hæc non procedat, vide in *deciſ.92. num.9.*

*In venditione* generali venire poſſunt non expreſſa ſpecialiter, quando ſunt comprehenſibilia ſub generalitate verborum, *deciſ.69. num.38.*

*In venditione* non cenſentur comprehenſæ illæ partes, vel pertinentiæ, quarum Emptor poſſeſſionem non fuit adeptus, *deciſ.92. num.21.*

VENDITOR.

*Habens* fidem de pretio poſtponitur ſuper re vendita omnibus Creditoribus anterioribus Emptoris, *deciſ 68. num.58.*

Amplia, id procedere etiam in ſubſidium, nempe quando Venditor aliunde non poſſet ſatisfieri de pretio rei venditæ, *ibid. & num.59.*

Niſi tamen Creditores Emptoris foverent cauſam tantummodo lucrativam, *dicto num.59.*

*Periculum* rei venditæ poteſt ex pacto ad Venditorem pertinere non obſtante translatione dominii facta in Emptorem, *deciſ.68. num.57.*

*Vendens* eamdem rem duabus perſonis, incidit in Crimen Stellionatus, *deciſ.54. num 10.*

Hodiè tamen hujuſmodi Crimen, tamquam nimis frequenter ſuccedens, purgatur in Judicio Civili, *num.11.*

VENI-

VENIRE.

*Non* dicitur veniſſe, qui non iterum, *deciſ.83. num.8.*

VERBA.

*Clara* ubi ſunt, non eſt aliunde indaganda Partium voluntas per conjecturas, & ratiocinia, *deciſ.21. num.2.*

Neque eſt opus alia diverſa interpretatione, *deciſ.67. num.57.*

Neque pariter juvat adducere in contrarium ratiocinia, vel Doctorum auctoritates, *deciſ.71. num.15.*

*Deprecatoria* in ultimis voluntatibus neceſſitatem inducunt, *deciſ.7. num.28.*

*Enunciativa*, vide ſupra verb. *Enunciativa*.

*Genitivus* caſus. vide ſupra in verb. *Genitivum*,

*Interpretationem* recipiunt ab adjunctis, necnon ab antecedentibus, & ſubſequentibus, *deciſ.78. num.12.*

*Recedendum* non eſt à proprietate verborum, *deciſ.84. numer.38.*

Præſertim, quoties ſunt in eorum recto, ac legali ſenſu verificabilia, *deciſ.93. num.19.*

Et ad hoc, ut recedi valeat ab illorum proprietate, non attenduntur conjecturæ, niſi ſint analogæ, vehementes, & efficaces, *ibid. num.26.*

*Referuntur* ad tempus Contractus, & ſecundum illud Partes contraxiſſe intelliguntur, *deciſ.27. num.14. cum duobus ſeqq.*

*Verbum* uno modo in una parte diſpoſitionis acceptum, ità pariter in alia parte ejuſdem diſpoſitionis capi debet, *deciſ.58. num.21.*

*Voluntas*, & intentio non debent deſervire verbis, ſed potius è converſò verba debent famulari intentioni, *deciſ. 93. num.16.*

VERBA *particularia*,

*A' conto* -- ſupponunt, ſolutionem non fuiſſe per anteà integre ſecutam, *deciſ.40. num.30.*

*Avanzi* -- intelligunt de fructibus, & redditibus bonorum, *deciſ.34. num.12.*

*Contiguum* -- denotat vicinitatem, ſeù proximitatem, & excludit intermedietatem, *deciſ.31. num.22.*

*Dare* -- præſupponit, rem extituram eſſe penes dare debentem, cum nemo det, quod non habet, *deciſ.89. num.26.*

*Decedente ſine filiis* -- æquivalent illis -- *ſine filiis deceſſerit*, *deciſ.89. num.9. §. Ejuſdemque*.

*Goda* -- importat relictum temporale, & non perpetuum, *deciſ.7. ſub num.12.*

*Indulgemus* -- ſignificat, Juris rigorem ſtare in contrarium, *deciſ.15. num.18.*

*Parentum* appellatione regulariter, & ex propria ſignificatione vocabuli, comprehenditur tam Pater, quàm Mater, *deciſ.12. num.12.*

Præſertim, quando tale vocabulum prolatum noſcitur in numero plurali. *num.13.*

*Per altrettanti* -- præſupponunt antecedentem ſolutionem æquivalentis, *deciſ.84. num.14.*

Intellige, ut *ibid. num.18.*

*Poſſit* -- in ultimis voluntatibus importat præceptum, *deciſ.66. num.37.*

*Poteſt indulgeri* -- in reſcriptis Sacrarum Congregationum ſignificant, quod petitio non fuerit irrationabilis, vel incongrua, *deciſ.25. ſub num.11.*

*Pretenſioni* -- intelligitur de juribus turbidis, & litigioſis, non autem de rebus claris, & liquidis, *deciſ.29. num.29.*

*Provenire* -- eſt ſynonimum cum verbo *venire*, vel *obvenire*, *deciſ.94. num.67.*

Exemplifica, ut *num 68.*

*Succeda* -- importat potiùs ſubſtitutionem, quàm directam inſtitutionem, *deciſ.7 ſub num.15. §. Ex oppoſito*.

Contrà, quod ſit commune, *ibid. num.17.*

*Teneatur* -- præciſam neceſſitatem importat, *deciſ.91. numer.68.*

VERISIMILITUDO.

*Judex* in omni materia attendere debet veriſimilitudinem, *deciſ.43. num.21.*

VEXATIO.

*Dat* intellectum, *deciſ.32. ſub num.8.*

UGHELLIUS.

*Et* de fide præſtanda ejus Italiæ Sacræ, vide ſupra verb. *Hyſtorici*.

VIA *executiva*.

*Competit* pro Dote etiam contra Tertium ex Statuto Urbis *lib.1. cap.85.*, *deciſ.94. num.14.*

Nec pro ea retardanda admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, *ibid.*

*Non præſcribitur*, niſi per ſpatium 30. Annorum, *deciſ.42. n.5.*

VICARIA.

*Unita* an, & quandò conferri debeat per Concurſum, vide infra verb. *Unio*.

VICARIUS.

*Apoſtolicus*, vide ſupra in verb. *Concurſus*, verſ. *Prælectio*.

*Generalis* nequit prætendere præcedentiam ſupra Dignitates, & Canonicos Sacris Paramentis indutos, *deciſ.25. n.23.*

Fallit ſtante conſuetudine legitimè in contrarium præſcripta, *num.24.*

VIRTUS.

*Non tantum* conſiſtit in acquirendo, quantum in tuendo, ſeù conſervando ſemel acquiſita, *deciſ.30. n.26.*, & *deciſ.93. num.55.*

VISITATIO.

*Concilium Tridentinum* quid diſponat circà viſitationes Hoſpitalium, & Confraternitatum laicarum, *deciſ.9. num.5. in fin.*

*Enunciativa* ſeriò emiſſa per Ordinarium in actu Viſitationis admodùm attenditur, & de ratione, *deciſ.14. num.1.*

*Epiſcopus* an poſſit jure ordinario viſitare Cappellas, vel Confraternitates Laicorum exiſtentes in Eccleſiis Regularium, *deciſ.31. num.21. 23. & 24.*

*Expleta* per Epiſcopum jure ordinario arguit ejus plenariam Juriſdictionem quòad perſonas, & loca viſitata, *deciſ.31. n.7.*

*Facta* per Epiſcopum poſt Concilium Tridentinum circa perſonas, & loca exempta, præſumitur expleta jure potiùs delegato, quàm ordinario, *deciſ.31. n.8*

Contrà, quod nempe tales locorum, & perſonarum etiam poſt Concilium Tridentinum in dubio præſumantur expletæ jure potiùs ordinario, quàm delegato, *ibid. n.10.*

Et declarantur *Authoritates* in oppoſitum expendi ſolitæ, *num.11.*

*De Viſitatione* facienda per Epiſcopum jure ordinario, vel delegato in locis Piis exemptis, remiſſivè, *deciſ.31. ſub n.24. §. Super diſtinctione*.

VISITATOR,

*Aſſertioni*, ſeù declarationi Viſitatoris Apoſtolici plurimùm defertur, *deciſ.14. num.15.*

UNIO.

*Alternativa* prænominationis quando habeat locum in duabus Eccleſiis unitis, & in quibus caſibus, *deciſ.47. num.13. cum duobus ſeqq.*

*Beneficii* excluditur eo ipſo, quod conſtat, fuiſſe collatum in titulum, *deciſ.14. num.27.*, & *deciſ.47. num.12. & 14.*

*Centenaria* facit præſumere meliorem titulum de mundo ad excluſionem unionis, *deciſ.47. num.11.*

*Conjectura* unionis ad effectum excludendi Concurſum reſultat, quandò Vicarius percipit Congruam, vel ſalarium è manibus alterius, *deciſ.3. num.3.*

*Conſenſus* Patronorum requiritur in unione Beneficii de Jurepatronatus, *deciſ.3. num.21.*

*Decimæ*. quæ priùs debebantur Eccleſiæ Parochiali unitæ, competunt illi alteri Eccleſiæ, cui facta eſt unio, *deciſ.78. num.46.*

*Duarum* Eccleſiarum Cathedralium facta per Pontificem, cenſetur æquè principaliter ordinata, *deciſ.47. num.20.*

Maximè, quando Epiſcopus ab utraque denominatur, *num 21.*

*Duarum* Eccleſiarum Cathedralium efficit, quod utraque, licet materialiter diviſa, habeantur formaliter pro unica, & de conſequentiis exinde reſultantibus, *deciſ.76. num.5.*

*Eccleſia* Parochialis concludenter probata non excluditur ex eo, quod aliquando fuerit collata per Concurſum, & de ratione, *deciſ. 4. num.19.*

*Eccleſiæ* Parochialis favore alterius pariter Curatæ non probatur ab exercitio functionum Parochialium in unaquaque promiſcuè fact., & de ratione, *deciſ.47. ſub n.15. §. Nibilque*.

*Effectuata* in parte præſumitur in totum effectuata, *deciſ.47. num.8.*

Et è converſo ineffectuata in parte, præſumitur in totum ineffectuata, *num.9.*

*Exceptio* turbida unionis non eſt apta retardare executionem litterarum *Apoſtolicarum*, *deciſ.47. num.18.*

*Facta* ſemper præſumitur ſine præjudicio illorum, quibus fit unio, *deciſ.3. num.19.*

Et quando eſt facta cum Clauſula *ſine præjudicio alicujus*, quid talis Clauſula operetur, ſive ad quid referatur, *ibid. num.22.*

*Ineffectuata* non habetur in aliqua conſideratione, *deciſ. 47. num.7.*

Nec præjudicat ſtatui collativo, *deciſ.98. num.18.*

*Juſti-*

Digitized by Google

*Juſtificari* poteſt per alias probationes æquipollentes, licet ſuper ea non afferatur publicum Inſtrumentum, *deciſ.25. num.12.*

Dummodo probetur per actus omnino univocos, & concludentes, *deciſ 47 num 16.*

*Non probatur* ea ſolis enunciativis, *deciſ.47. ſub num.16. §. Ejuſdemque.*

*Operatur*, ut unitum conſtituat unum corpus cum eo, cum quo unitur, *deciſ.3 num.15.*

Et quod perfrui debeat iiſdem Privilegiis, quibus gaudet corpus, vel locus, cui fuit facta unio, *ibid. num.16.*

*Probari* debet, vel per publicum Inſtrumentum, vel per rem Judicatam, vel per immemorabilem, ſeù quadragenariam cum titulo, *deciſ.47. num.2.*

*Vicaria* unita conferri debet ad nominationem ejus, ad cujus favorem facta eſt unio, non autem per Concurſum ab Epiſcopo indicendum, *deciſ 1. num.4.*

Limita, quoties in Bulla unionis expreſsè præcipitur, quod conferatur per Concurſum, *ibid. num.5. & per tot.*

*Ultimus* ſtatus collativus facit, ut unio allegati non valeat, niſi incontinenti probetur per claras, & limpidas probationes, *deciſ.47. num.19.*

*De unione* duarum Eccleſiarum Cathedralium, quarum altera prætendat privative habere jura Cathedralitatis, vide plenè, ac remiſſivè in *deciſ.47. ſub num.19. §. Solùm ubæſivè, & n m 28.*

UNIVERSITAS.

*Collegialiter* uniri debet ad faciendam præſentationem ad Beneficium de ejus Jurepatronatu, *deciſ.18. num.24.*

*Congregari* nequit abſque licentia ſui Principis, *deciſ. 18. num.24.*

*Illatio* non fit à gravamine perſonarum particularium ad intereſſe Univerſitatis, *deciſ. 6. num.10.*

*Major* pars Univerſitatis ſufficit ad deliberandum, quando agitur de actu utili, & proficuo, *deciſ. 8. num.33.*

*Solemnitas*, & juſta cauſa copulative requiruntur in contractibus Univerſitatis, *deciſ.39. num.16.*

*Tranſactio*, & quæcunque alia conventio facta per Univerſitatem ſine juſta, & legitima cauſa non ſubſtinetur, *dec.39. num.6. & 10.*

Alia vide ſupra in verb. *Communitas.*

VOCATIO.

*Gravamen* præſupponit vocationem, quia nemo gravatur, qui non ſit etiam honoratus, *deciſ.89. num.1.*

VOCATUS.

*Proprio nomine* præfertur in concurſu aliorum ſub nomine collectivo generaliter vocatorum, *deciſ.89. num.80.*

Niſi tamen aliter conſter ex conjecturata voluntate Teſtatoris, *ibid. num 94.*

*Sub duplici* qualitate copulative requiſita excluditur, ſi unam tantum habeat de tempore apertæ ſucceſſionis, *deciſ.100. num.25.*

VOLUNTAS.

*Declaratur* non minùs ex antecedentibus, quàm ex ſubſequentibus, *deciſ 77. num.64.*

*Et in ento* non debent deſervire verbis, ſed potiùs è converſo verba debent famulari intentioni, *deciſ.93. num.16.*

*Mutatio* voluntatis non præſumitur tàm in Contractibus, quàm in ultimis voluntatibus, *deciſ.25. num.7.*

*Non habetur* in conſideratione, quando deficit poteſtas, *deciſ.64. ſub num.41.*

*Non trahitur* ad ignorata, nec cenſetur volitum, quod non fuit præcognitum, *deciſ.34. num.26., & deciſ.64. n.43.*

*Quando* eſt redacta ad actum obligatorium, ampliùs dici nequit, quod ſtet in mera velleitate, *deciſ.54 ſub num.37. §. Fortiùs.*

*Teſtatoris*, vide ſupra verb. *Teſtator.*

URBINUM.

*Devolutio* Status Urbini ad Sedem Apoſtolicam nequaquam vulneràvit ejus priſtina Jura, exemptiones, & privilegia, *deciſ.19 num 11.*

Idemque militat reſpectu Ducatus Ferrariæ poſt ejus recuperationem ſecutam de tempore fæ: me: Clementis VIII., *num.52.*

USUFRUCTUARIUS.

*Diſcretionis* modus loquendi adhibitus per Teſtatorem præmaxime attenditur ad effectum inquirendi, an quis relictus fuerit hæres proprietarius, vel potiùs ſimpliciter uſufructuarius, *deciſ.7. num.3.*

*Hæres* in proprietate inſtitutus poſt mortem Uſufructuarii cenſetur hæres uſque ab initio, *deciſ.7. num.3.*

Itaut, ſi prædecedat Uſufructuario, tranſmittat proprietatem ad ejus hæredes, *dicto num.3. & num.18.*

Amplia, id procedere, licet fuerit inſtitutus hæres per verba obliqua, *ibid. num. 7.*

Præſertim, quando Teſtator illum appellat hæredem, *ibid. num.6.*

Et maximè ſtante præcepto ei injuncto per Teſtatorem, nè moleſtiam inferat hæredi uſufructuario ſub pœna caducitatis, *num 13.*

*Hæres* in ſolo uſufructu, non vero in proprietate cenſetur quis inſtitutus, ſtantibus verbis — *ſua vita durante* — *deciſ.7. num.11.*

Idemque eſt, ſi concurrant alia verba ſimplicem temporalem fruitionem importantia, *num.12.*

*Jus* nominandi ſucceſſorem non ſolet concedi Uſufructuario, ſed dumtaxat hæredi proprietario, *deciſ.7. num 37.*

*Jus* præſentandi relictum Uxori ſub denominatione hæredis arguit, eam non eſſe ſimplicem uſufructuariam, *deciſ.7. num.34.*

*Obſervantia* ſubſecuta optime deſervit ad effectum dignoſcendi, an quis relictus fuerit hæres in proprietate, vel ſolum in ſimplici uſufructu, *deciſ.7. num.14.*

*Onus* ſolvendi debita hæreditaria non ſpectat ad Uſufructuarium etiam univerſalem, ſed ad hæredem proprietarium, *deciſ 93. num 3. & num.43.*

Idemque hæres proprietarius tenetur in his terminis priùs diſtrahere Mobilia, antequam deveniat ad alienationem ſtabilium, *ibid dicto num.43.*

Et ſi agatur de debitis fructiferis, hæres uſufructuarius tenetur ſolummodo ad annua interuſuria, non verò ad extinctionem Capitalium, *num.4.*

Limita, ſi hoc onus ſolvendi debita hæreditaria fuerit à defuncto etiam tacitè, & conjecturaliter impoſitum Uſufructuario, *num.45. juncto n.17.*

An autem in hoc caſu Creditores hæreditarii valeant rectâ viâ convenire Uſufructuarium, vel potiùs hæredem proprietarium, *num.46.*

*Onus* ſolvendi legata poteſt imponi etiam Uſufructuario, *deciſ.7. num.10*

Contra vide *ibid. num 16.*

*Onus* ſolvendi debita hæreditaria à Teſtatore impoſitum Uſufructuario, an illum obliget ad extinguendos Cenſus paſſivos, *deciſ.93. num.7. 8. 10. 13. & 14.*

*Particularis* certorum bonorum an teneatur ad ſolutionem annuorum onerum hæreditariorum, *deciſ.93. num 49.*

*Præceptum* non moleſtandi Uxorem non operatur, quod ipſa de uſufructuaria evadat proprietaria, *deciſ.7. num.31.*

*Præſumitur* magis dilectus à Teſtatore reſpectu ipſius uſufructus, quàm hæres proprietarius reſpectu proprietatis, *deciſ 93. num.05.*

*Simplex* Uſufructuarius quando, dempta mentione uſufructus, per Jus accreſcendi fiat hæres in totum, *deciſ 7 num.38.*

*Tenetur* ad omnes expenſas utiles, & neceſſarias pro manutentione, & conſervatione proprietatis, *deciſ.93. num.29.*

*Tenetur* ad ſolutionem annuorum legatorum, aliorumque onerum hæreditariorum, non verò hæres proprietarius, *deciſ.7. num.18., & deciſ.93. num.44.*

Limita, ſi ex conjecturata voluntate defuncti appareat in hoc etiam oneratus hæres proprietarius, *dicta deciſ.93. num.47.*

Et expenditur principalior conjectura ſuadens, quod onus ſolvendi annua onera, vel legata non cenſeatur impoſitum Uſufructuario, ſed proprietario, *ibid. num.48.*

*Uxor* licet denominetur uſufructuaria, quando adhuc cenſeatur hæres proprietaria, *deciſ.7. num.26. 7. 29. & 30.*

*Uxor* non cenſetur uſufructuaria, ſed hæres, quando vocatus poſt ejus mortem non eſt vocatus uti cohæres, ſed tamquam ſubſtitutus, *deciſ.7 num.35.*

USUFRUCTUS.

*Conſolidatur* ipſo Jure cum proprietate mortuo Uſufructuario, etiam ad effectum, ut proprietario competat manutentio, *deciſ.7. num.19.*

*Hæres* inſtitutus in ſolo uſufructu non cenſetur proprie hæres, ſed dumtaxat ſimplex legatarius, *deciſ.7. num.4.*

*Legatum* uſusfructus an, & quando cenſeatur Uxori relictum animo compenſandi cum Dote ab ea recepta, remiſſivè, *deciſ.7. num.20.*

*Mentio*, ſeù vocabulum uſusfructus præſupponit, proprietatem ad alterum pertinere, *deciſ.89. num.23.*

*Non protrahitur* ultra vitam uſufructuarii, *deciſ.93. num.2.*

*Relictus* cenſetur, non autem proprietas, quoties Teſtator hæredem inſtitutum in uſufructu expreſſe nuncupat Uſufructuarium, *deciſ.7. num.5. & 10.*

USURA.

*Contractus*, in quo Emptor cum pacto retrovendendi cenſaro

poteſt

Digitized by Google

poteſt Venditorem ad redimendum, àd hoc, ut præſumatur uſurerius, quæ requiràn :r, *deciſ.74. num.6.*

*Conventio*, quæ de Jure ineſt, non poteſt ad Uſuram referri, *deciſ.74. num.5.*

*Exceptio* uſureriæ previtatis eſt apta retardare executionem obligationis Cameralis, *deciſ.74. num.1.*

*Interpellatio* Mariti pro Uxore, ſeù filii pro Patre, aut Servi pro Domino, non ſufficit in materia uſurarum, *deciſ.65. num.11.*

*Licitu* non eſt ob ſolam dilationem Debitori conceſſam, *deciſ.65. ſub num.26. §. Exequendum.*

*Modicitas* pretii ultra dimidiam requiritur ed hoc, ut emptio cum pacto retrovendendi cenſeatur uſuraria, *deciſ.74. n.7.*

*Pactum* negativum, nè intrà certum tempus liceat Venditori redimere, ex ſe ſolum non influit ad qualitatem fœneratitiam, *deciſ.74. num.10.*

*Pactum* retrovendendi ad libitum Venditoris pro eodem pretio, an, & quando ſapiat ſpeciem Contractus fœneratitii, remiſſive, *deciſ.74. num.e:*

*Sacra Rota* velde circumſpecte procedit in legitimandis, & approbandis interuſuriis, *deciſ.68. num.30.*

*Suſpicio* fœnoris, & uſuræ ceſſat in Viro Eccleſiaſtico, *deciſ.74. num.14.*

Pròut & in Viro Nobili, donec contràrium concludenter probetur, *num.15.*

Rursùs ceſſat hujoſmodi ſuſpicio in Contractu, prò cujus validitate Judex Decretum interpoſuit, *num.16.*

UXOR.

*Ceſſione* Viri, vel ejus hæredum an indigeat ad hoc, ut valeat exigere ſuam Dotem ab illius promiſſore, *deciſ.17. n.20.*

*Conſtante* Matrimonio nequit impugnere dilationem promiſſori Dotis factam per Virum, *deciſ.17. num.21.*

Poteſt tamen id facere ſoluto Matrimonio, *num.22.*

*Divertens* à Domo Mariti ex cauſa ejus ſævitiarum, præſumitur ſecum aſportàſſe Gemmas, & Jocalia, *deciſ. 96. num.13.*

*Fidejubere* nequit pro ejus Viro, *deciſ.60. num.20.*

Niſi tamen fidejuſſio reſpiceret utilitatem ipſius Mulieris, vel cauſam Piam, & à Jure approbatam, *ibidem num.21. & 22.*

*Fidejubens* pro Viro abſque legitima cauſa nullatenùs obligatur, etiamſi Statutum locale cauſam non requireret in Contractibus Mulierum, *deciſ.60. num.17.*

*Fructus* bonorum Uxori aſſignatorum pro aſſecuratione ſuæ Dotis in caſu urgentiæ Viri ad inopiam, cedunt commodo Creditorum ipſius Viri pro ea rate, quæ excedit alimoniam ejuſdem Uxoris, *deciſ.89. num.42.*

*Inops*, quæ nullam, vel parvam Dotem habuit, conſequitur Quartam in bonis Viri prædefuncti, *deciſ.54. num.40.*

*Mariti* à communiter accidentibus ſolent inſtituere Uxores hæredes in ſimplici uſufructu, *deciſ.7. num.15.*

*Plures* Viros eodem tempore habere non poteſt, *deciſ.14. num.19.*

Præſumptio *l. Quintus Mutius, ff. de donat. inter Vir., & Vxor.* non procedit, quoties aliunde probatur, quod Mulier habebat bona extradotalia, vel induſtriam honeſtè lucrandi, *deciſ.84. num.73.*

*Soluto* Matrimonio, vel Viro vergente ad inopiem poteſt in ſubſidium egere pro nova dotatione adverſus obligatos, non obſtante pacto de non petendo facto àb ejus Viro, *deciſ.17. num.23.*

*Vergente* Viro ad inopiam petere poteſt aſſecurationem non minùs pro Dote, quàm pro lucro dotali, *deciſ.82. num.46.*

*Vexare* ſolet Virum pro rebus concernentibus ejus cultum, & ornatum, *deciſ.41. ſub num.45.*

*Vſufructuaria* quando cenſeatur relicta, vel potiùs hæres proprietaria, vide in verb. *Vſufructuarius.*

# F I N I S.

Digitized by Google

VA1 1531225

Digitized by Google

Digitized by Google

166.
9.
7.

Digitized by Google